This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

http://books.google.com

L. IV.

Digitized by Google

BCU - Lausanne
1094148802
Digitized by Google

Digitized by Google

THESAURUS
NOVUS
ANECDOTORUM
QUINQUE IN TOMOS
DISTRIBUTUS.

Digitized by Google

Digitized by Google

THESAURUS NOVUS ANECDOTORUM.

TOMUS PRIMUS,

COMPLECTENS REGUM AC PRINCIPUM,
Aliorumque Virorum Illuſtrium
EPISTOLAS ET DIPLOMATA
benè multa.

Prodit nunc primùm ſtudio & operâ
Domni EDMUNDI MARTENE & Domni URSINI DURAND,
Preſbyterorum & Monachorum Benedictinorum è Congr. S. Mauri.


LUTETIÆ PARISIORUM,
Sumptibus
FLORENTINI DELAULNE, | JOANNIS-GAUFRIDI NYON,
HILARII FOUCAULT, | STEPHANI GANEAU,
MICHAELIS CLOUZIER, | NICOLAI GOSSELIN,
Bibliopolarum Pariſienſium.

M. DCCXVII.
CUM PRIVILEGIO REGIS ET SUPERIORUM PERMISSU.

Emptum Romæ 1748. F. Isidorus a Trivilio

Digitized by Google

Digitized by Google



SERENISSIMO PRINCIPI

ARMANDO GASTONI DE ROHAN DE SOUBISE,

S. R. E. CARDINALI,

EPISCOPO ET PRINCIPI ARGENTINO,

ALSATIÆ LANDGRAVIO,

S. R. I. PRINCIPI,

MAGNO FRANCIÆ ELEMOSYNARIO.

T*HESAURUM eruditis tot viris hactenus irrepertum tuis en ſiſtimus oculis, tuum in ſinum deponimus*, SERENISSIME PRINCEPS. *Jacebant aurea illa venerandæ antiquitatis monumenta ſqualore & ſitu maximam partem detrita, & in quo nata fuerant*

Digitized by Google

muſeorum receſſu, eodem quaſi ſepulta miſerabilem in modum deliteſcebant. Indignum prorſus viſum nobis eſt & minime ferendum, tot annorum ſudores anguſtiſſimis ſcriniorum ſpatiis circumſcribi, carere publico publica tot inſtrumenta, Hiſtorias, Diplomata, Annales, Concilia, copioſam omnis doctrinæ ſupellectilem. Illa itaque veſtigiis omnibus hinc & inde diſquiſita, ſua tandem reſtituimus luci, fauſtiſſimiſque nominis tui auſpiciis committi ſinas, obſecramus.

Hujuſce argumenti rem tibi nuncupare, EMINENTISSIME PRINCEPS, *tuum tibi reddere eſt, non alienum dare; quippe qui litteras impensè foves, reconditioris ipſe litteraturæ conſultiſſimus: id in te ſpectamus unum; id unum dicandi Celſitudini Tuæ laboris noſtri eſt incitamentum. Non reſpicimus Præſulem ampliſſimos Eccleſiæ gradus adeptum; non Principem loco ſummo natum, heroicâ ſtirpe, vetuſtâ inprimis ac ſplendidâ quæ ſupremos illos Aremoricæ Duces à primordiis attingat ſuis, quam nobiliſſimæ quæquæ Europæ omnis familiæ, ipſiuſque Reges penè univerſi, affinitate ſibi junxerint: ſed virum qui ſua ſibi laus, ſuum ſibi pretium eſt; qui ſuis unis nativiſque fulget ornamentis, non à majorum aut dignitatum claritudine mutuatis; Virum omnium amatorem ſcientiarum, qui ſeveriores amœnioreſque litteras tam rarò in unum coëuntes, non capaci ſolùm animo complecti, ſed hoſpites etiam ſibi habere domi voluit, redemptâ ingenti ſuo ſumptu ampliſſimâ illâ librorum vi, Auguſti Thuani Bibliothecâ; Virum cujus ex ore nihil non melle dulcius fluit, nihil excidit non elegantiâ & urbanitate limatum; Virum denique ingenii ſublimitate magis quàm purpuræ Romanæ oſtro eminentem.*

Quòd ſi putabis verecundus tui æſtimator, SERENISSIME CARDINALIS, *hæc à nobis plus juſtò exaggerari; Teſtem judicii de te noſtri appellabimus amantiſſimam veri Sorbonam, quæ faſces olim principatumque Tibi detulit, cùm ad ſublimiores quaſque diſciplinas magnis itineribus tenderes; cùm ingenii luce ſocios omnes*

Digitized by Google

obſcurares unus, ſaniorumque Theologiæ dogmatum vindicem Te ac defenſorem; ſummo omnium plauſu, declarares. Teſtes celeberrimos illos cultiſſimoſque cœtus, Regias Litteratorum Academias, quæ ſuam Te in ſocietatem ſic admiſère, ut ſibi Te ſeorſum vindicent, ſuum eſſe Te peculiari quodam jure contendant. Suum aſſerit Academia Inſcriptionum, ſuum Gallicæ Linguæ moderatrix & arbitra, ut ſtudio & amore utramque complexus, in utraque etiam extare ac eminere videaris. Et verò in eruditis illis elegantibuſque congreſſibus quas non explicuiſti naturæ doctrinæque opes! Judicium videndis deguſtandiſque artibus ſubtile & exquiſitum; viridem & acrem imaginandi vim; eruditionem omni lepore ac venuſtate conditam; comptam & liberè fluentem orationem; mixtum denique perſpicaciâ & ſoliditate animum, qui arduarum difficiliumque rerum tum expediendis nodis, tum etiam oneri ferendo par, diſtringi neſciat aut delaſſari.

Nimius ſim, PRINCEPS SERENISSIME, *ſi hæc omnibus ſuis veſtita umbris & coloribus delineare velim. Nefas tamen eſt hoc loco præterire tuam illam commoditatem elegantiamque morum, qui præcipuus litterarum eſt, ac in Principe Viro omni laude major. Et quidem ubi pectus aut apertius, aut humanius? ubi affabilitas auctoritatis retinentior? ubi plenior comitatis majeſtas? Quis ad hominum cujuſque modi affatus blandiùs demittit ſeſe? Quis omnium animos faciliùs ad ſeſe rapit arcanâ quadam vi amabiliter imperioſâ? Neque verò vultu & verbis ſolùm ſe prodit tua hæc in omnes benevolentia humanitaſque ſingularis; ſed operâ etiam & factis impreſſa ſui veſtigia paſſim relinquit; ut mentionem nominis tui ſine hac beneficentiſſimæ indolis laude facere nemo poſſit. Vivit æternùmque vivet noſtris omnium animis inſculpta, interpoſitæ nuper in cœtûs noſtri defenſionem auctoritatis tuæ recordatio. Vivunt viventque eximia alia tot officia, quæ non evictus aſſiduitate, non exoratus precibus, ac ne rogatus quidem, ſed ſponte in nos collata toties voluiſti.*

Digitized by Google

Atque utinam vivant cœleſti æternoque illi conſignata libro, ubi rectè factorum nil perit, nil injurias temporum, nil mortalium oblivionem, nil Annalium jacturas, nil ruinas monumentorum pertimeſcit. Ita vovent

CELSITUDINI TUÆ

Addictiſſimi & obſequentiſſimi
Fr. EDMUNDUS MARTENE
& Fr. URSINUS DURAND,
Monachi Benedictini è Congregatione
ſancti Mauri.

Digitized by Google

PRÆFATIO.

QUAM gratum viris litteratis laborem exhibeant ii, qui veterum ſcriptorum monumenta diuturnis tenebris obvoluta in lucem emittunt, nec fuſiori animus eſt exponere Præfatione; ſed neque neceſſarium; cum id experientiâ & uſu potius comprobetur quam oratione. Et ſane quàm dulce ac ſuave ſit antiquitatis ſtudioſo, cum viros olim ſanctitate inſignes, dignitate conſpicuos, doctrina & eruditione præſtantes temporum injuria æterna quaſi oblivione ſepultos; de repente videt exſurgere, nova Chriſtianæ fidei adverſariis bella indicere, illius dogmata adverſùs hæreticos propugnare, ac ritè ſancita ineluctabilibus argumentis ſtabilire quis ignorat? Quanta vero voluptate vitæ in melius informandæ præcepta ab eis excipit; quàm promto animo ad eorum ſcita mores corrigendos ſibi proponit, denique quàm benigno oculo antiquam Eccleſiæ diſciplinam eorum in ſcriptis legit, verum à falſo ſecernit, aniles recentiorum quorumdam fabulas confutatas aſpicit. Hujuſmodi voluptate recreatus olim Summus Pontifex Alexander Papa VII. aſſerebat eos *utiliorem præſtare operam reipublicæ litterariæ, qui eruendis è ſitu bibliothecarum veterum lucubrationibus incumbunt; quàm qui novos cudunt libros; libri enim novi, ſi quid boni continent, ab antiquis mutuari ſolent.* Laudabatque in primis ac *ſibi præ omnibus placere* dicebat *virorum illuſtrium Epiſtolas & ea quæ pertinent ad antiquam Eccleſiæ diſciplinam. Nam hæc*, inquiebat, *ſingularia ſunt, & hiſtoria Epiſtolaris omnium certiſſima eſt.* Poſt tantum Chriſti Vicarii effatum, quis dignis efferat laudibus eos qui in perluſtrandis bibliothecis præcipuam operam conferunt, veteres codices manuſcriptos pulvere obſitos evolvunt, atque ex eis veterum auctorum monumenta quæ hactenus excidiſſe credebantur, diligenter eruta publici juris faciunt?

Hos inter in primis commendandus venit Henricus Caniſius inſignis Juriſconſultus, qui poſt multas, quas de jure edidit lucubrationes, Antiquas Lectiones, ſeu veterum ſcriptorum monumenta, quæ hactenus Germanicis in bibliothecis latuerant, ſex in tomos diſtributa, emiſit in lucem Ingolſtadii anno 1601. & ſequentibus; quibus ſeptimum tomum paucis poſt Caniſii mortem annis addidit Petrus Stevartius.

Circa idem tempus Jacobus Gretſerus & ipſe Germanus, Societatis Jeſu preſbyter eruditus, &, ut aiunt, ſuo tempore hæreticorum terror, quique, ut ſcripſit Miræus, totas bibliothecas legendo exhauſit, ſcribendo replevit, non ſolum propriis ſcriptis hæreticorum commenta doctiſſimè refutavit, ſed etiam variis auctorum veterum opuſculis, quæ è tenebris eruit; ex quibus iſta præſertim recenſentur: Paulus Bernriedenſis de rebus geſtis Gregorii VII. anno 1610. Gerohus Reicherſperſenſis, in Bavaria præ-

poſitus de Henrico IV. & V. Impp. & Gregorio VII. anno 1611. Lucas Stadenſis contra Albigenſes & ſuccedanei aliquot ſcriptores 1612. volumen Epiſtolarum Pontificiarium, præſertim Pauli I. & Adriani ad principes & reges Francorum anno 1613. Trias ſcriptorum adverſùs ſectam Valdenſium anno 1614. aliaque nonnulla.

Non multo poſt ejuſdem Societatis ſplendidiſſimum lumen Jacobus Sirmondus Riomenſis, cujus vel ipſum nomen meritam præ ſe fert laudem, tot veterum ſcriptorum monumentis rempublicam litterariam locupletavit, ut omnes ante ſe antiquitatis indagatores hoc in genere ſtudiorum facilè ſuperaverit: nam præter Conciliorum Galliæ tres tomos, præter Paſchaſii Radberti abbatis Corbeienſis & Hincmari Remenſis archiepiſcopi opera, tot veterum variis temporibus ſcriptorum edidit opuſcula, ut unum in corpus cum aliquot ipſius diſſertationibus collecta, quinque efficiant tomos, quos typis regiis mandaverunt ejus ſodales anno 1696.

His accedit Petrus Franciſcus Chiffletius Biſuntinus ejuſdem Societatis ſacerdos, qui eruta ex variis Burgundiæ bibliothecis veterum opera varia Divione publici juris fecit, quorum ſex ſaltem tomos numerare poſſumus.

Sed neque debito elogio fraudandus eſt Philippus Labbe & ipſe Societatis Jeſu preſbyter eruditus, cui debemus Bibliothecæ novæ duos tomos, diverſos de rebus hiſtoricis ſcriptores continentes, qui Pariſiis anno 1657. prodierunt in lucem.

Quam bene hoc in genere de republica litteraria meruerit clariſſimus vir Stephanus Baluzius teſtantur tot libri, qui ejus potiſſimum opera ab annis circiter ſexaginta ſub prælo ſudant, cujus provecta ſenectus nec ingenii vires minuit, nec ſcribendi ardorem temperavit, nec Typographorum labores relaxavit, ut probat ſeptimus Miſcellaneorum ipſius tomus quem noviter publici juris fecit.

Quantam & ipſe laudem apud viros eruditos meruit Johannes Baptiſta Cotelerius, qui ejurata in qua natus erat hæreſi, totum ſe rerum ſanctarum ac præſertim Græcarum ſtudiis mancipavit, à quo inter alia accepta referimus tria veterum monumentorum Græcorum nondum editorum volumina in 4°.

Sed neque prætermittendus eſt R. P. Franciſcus Combefis Ordinis Prædicatorum ornamentum, qui anno 1649. Bibliothecæ Græcolat. patrum novum auctuarium duobus tomis in folio, anno vero 1672. alterum auctuarium edidit, in quibus varia ſcriptorum Eccleſiaſticorum antiquioris, medii & vergentis ævi opuſcula exhibet.

Venio ad noſtros qui ad eruenda è tenebris aut illuſtranda veterum monumenta ac præſertim ſanctorum Patrum ſuam in primis operam collocaſſe videntur.

Cùm primi Cogregationis noſtræ Sancti Mauri præfecti collapſam in Galliæ monaſteriis diſciplinam reſtaurandam ſuſcepiſſent, ad excitandos in Fratribus noſtris vitæ in melius inſtituendæ ſtimulos, nihil efficacius exiſtimaverunt, quàm ut ſanctorum Ordinis noſtri exempla ob oculos eis ponerent. Quapropter eos qui magis inter ipſos idonei viſi ſunt, ad revolvendos veteres codices manuſcriptos, qui in monaſteriis noſtris cum tineis & blattis diu certaverant, deſtinaverunt, ut ex eis acta Sanctorum Ordinis S. Benedicti collecta unum in corpus redigerent. Quod quidem nec infauſto labore actitatum eſt. Nam revolvendo codices manu exaratos, non ſola ſanctorum acta repererunt, ſed ipſorum etiam opera pleraque, quorum aut

Digitized by Google

nulla ſupererat notitia, aut certe excidiſſe credebantur, aliaque veterum permulta monumenta, quæ in commune reipublicæ litterariæ commodum mirum in modum conferre poterant. Quapropter ne tantus diutius lateret theſaurus, neve eo vel momento quidem fraudarentur viri antiquitatis ſtudioſi, autores fuere Congregationis noſtræ amici, ut ea publici juris quantociùs facerent.

Agmen duxit R. P. Hugo Menardus, vir miræ ſimplicitatis & magnæ ſanctitatis, tenaciſſimæ memoriæ, nec vulgaris eruditionis; qui primus ſancti Barnabæ Epiſtolam ab antiquis Patribus citatam, & ſancti Benedicti Abbatis Anianenſis Concordiam regularum excitavit è pulvere, ac doctiſſimis obſervationibus illuſtravit, in quibus uti & in notis ad ſancti Gregorii librum Sacramentorum plurima protulit circa Eccleſiæ Sacramenta veterum monumenta, quibus viam magiſtris aperuit res theologicas præſertim de Sacramentis à variis ſcholaſticorum præjudiciis & quæſtionibus inutilibus expurgandi.

Hunc proxime ſecutus eſt toto orbe litterario notus Lucas Acherius, qui infirma licet valetudine, antiquis evolvendis codicibus totam penè vitam conſumſit, ex quibus Lanfranci Cantuarienſis Archiepiſcopi & Guiberti Abbatis Novigenti opera eruit, ac doctiſſimis notis adornavit, necnon Spicilegii veterum ſcriptorum tomos XIII. cum Grimlaici preſbyteri Regula ſolitariorum vulgavit.

Johannis Mabillonii viri utique modeſtiſſimi, cujus humilitas, pietas, atque religioſæ virtutes omnes cum omnigena eruditione decertabant, labores quis dignis exprimat verbis? Actorum ſanctorum Ordinis ſancti Benedicti novem magna volumina, quibus præfationes ſacra & profana eruditione refertas præfixit; Ingens ac mirandum prorſus opus de Re Diplomatica, ſcientiæ genere apud litteratos hactenus intacto feliciter conſummatum, atque ab omnibus veritatis amantibus conſtanter laudatum; Antiqua Eccleſiæ Gallicanæ Liturgia è tenebris eruta atque illuſtrata; veterum Analectorum tomi quatuor, Muſæi Italici volumina duo, ut alia prætermittam æternam apud eruditos ejus memoriam commendabunt.

His addo Analecta Græca quæ anno 1688. prodierunt in lucem ſtudio & opera Fratrum noſtrorum, Jacobi Lopin, quem plura promittentem mors juvenem eripuit, Antonii Pouget, & Bernardi de Montfaucon. Sed hæc levia ſunt, ſi cum immenſis operibus conferantur quas immenſiori labore publici juris fecit idem Bernardus de Montfaucon. Nam Patrum collectio duobus majoris formæ voluminibus, Origenis Exapla, duobus tomis, varia vetera monumenta Græcè in Bibliotheca Coiſliniana vulgata, nullo umquam pretio ſatis æſtimari poterunt.

Taceo Sanctorum Patrum editiones Athanaſii, Hilarii, Ambroſii, Hieronymi, Auguſtini, Gregorii Magni & Turonenſis, Caſſiodori, Anſelmi, Bernardi, Hildeberti & Marbodi, quæ ſicut novam formam, ita & novum ſplendorem à fratribus noſtris acceperunt.

Horum tam prædicando provocati exemplo domeſtico, ego ſodaliſque meus Urſinus Durand præſentem veterum Anecdotorum Theſaurum publicam emittimus in lucem, viris litteratis atque antiquitatis ſtudioſis, uti ſperare licet, haudquaquam ingratum. Ad ſimilem laborem ſuſcipiendum olim excitaverat me noſter Acherius, qui licet in decimo tertio Spicilegii ſui tomo ſibi ſubſiſtendum decreviſſet, ut totus divinis applicatus ad piam mortem ſe præpararet; cùm tamen illa tardius quàm expectaverat adveniret, quietis impatiens, novum Spicilegium, alio ſub titulo aggredi cogitabat, ad

Digitized by Google

quod prælo committendum adjutricem à me manum poſtulare non eſt dedignatus verum non multo poſt de medio ſublatus, nec conceptum opus explere potuit, nec ego Regulæ ſancti Patris Benedicti commentariis illuſtrandæ intentus, optimi ſenis conſiliis parere tunc valui, donec mihi antiquos Eccleſiæ ritus inveſtigare meditanti neceſſe fuerit quàmplures, eaſque nominatiſſimas adire bibliothecas, ac manuſcriptorum codicum copioſam multitudinem perluſtrare, quos cum non oſcitanter aut perfunctoriè tererem, quæcumque publica luce haud indigna meas in manus incidere contigit, notare, deſcribere, atque in unum colligere non neglexi; adeo ut ex veteribus ſcriptis ac monumentis, quæ viros eruditos hactenus latuerant, jam aliquot volumina publici juris facere valerem, ex quibus tomum primum Rothomagi anno 1700. in lucem emiſi, alios ſubinde tomos daturus, ſi ille viris litteratis haud ingratus exiſteret, atque aſſidui bellorum ſtrepitus muſas quietas relinquerent, liberumque librorum commercium ſaltem permitterent.

Interim cùm novam Galliæ Chriſtianæ editionem, petentibus quibuſdam Eccleſiæ Gallicanæ prælatis, adornandam ſuſcepiſſent fratres noſtri, juſſu ſuperiorum noſtrorum, approbante ac laudante Clero Gallicano, ego ſodaliſque meus D. Urſinus Durand totas pene Gallias peragravimus, Eccleſias Cathedrales circiter centum, Abbatias minimùm octingentas adivimus, bibliothecas perluſtravimus, tabularia ſcrutati ſumus, ut ex cartarum inſpectione emendari ac corrigi poſſent infinita prope errata, quæ in prioribus Claudii Roberti & Sammarthanorum Galliæ Chriſtianæ editionibus irrepſerant, ac ſuppleri variiſque incrementis illuſtrari ea quæ in illis deſiderabantur. Quo quidem in ſtudio cum annos ſex inſumſiſſemus, vetera quæ in manus noſtras inciderunt monumenta nondum edita, quantum per otium licuit, conſcribere non negleximus, idque tam aſſiduo indefeſſoque labore, tanta opuſculorum acceſſione, ut inde non jam aliquos, ſed plures eoſque majoris formæ tomos conficere valeamus, nec qualeſcumque ſpicas, ſed ampliſſimam meſſem judicio virorum eruditorum collegiſſe videamur: adeo ut non jam *Spicilegii* ſed *Theſauri anecdotorum* titulo hæc collectio donanda fuerit, cum vix ſit aliquis ante nos, qui tantam veterum monumentorum nondum editorum copiam ſimul in lucem emiſerit.

Neque tamen quiſquam exiſtimet, his nos colligendis adeo fuiſſe intentos, ut ea quæ Galliæ Chriſtianæ opus ſpectabant neglexerimus. Aliud ſanè de nobis judicium ferent ii qui nos in cartophilaciis laborantes viderunt, zeli & ardoris noſtri pro Eccleſiarum ſuarum gloria teſtes. Et certè cum is eſſet præcipuus itinerum noſtrorum ſcopus, is etiam præcipuè noſtras occupavit exhauſitque vires totas, adeo ut aliud nihil nos egiſſe omnes facile judicarent. Et ſi gloriari voluerimus, non erimus prorſus inſipientes, veritatem enim dicemus. Scimus quidem & certiſſimè ſcimus nos epiſcopos ſaltem trecentos Claudio Roberto & Sammathanis omnino ignotos è tenebris & pulvere excitaſſe; antiquas Galliæ Chriſtianæ editiones, infinitis propè mendis, quibus paſſim ſcatebant, expurgaſſe; innumeris acceſſionibus & factis necdum notis idem opus adauxiſſe; cartarum ſive inſtrumentorum ad illuſtranda & comprobanda ea quæ in nova hac editione proferentur duo ſaltem millia ad authentica propria manu deſcripſiſſe; decanorum aut præpoſitorum ſive primarum dignitatum omnium ferè Eccleſiarum Cathedralium quas luſtravimus catalogos ad fidem inſtrumentorum confeciſſe; Abbatum ſive Abbatiſſarum ſeries quingentorum aut ſexcentorum monaſteriorum ex puris fontibus compoſuiſſe, de quibus apud Sammarthanos præter nudum nomen nihil omninò reperies, immò nequidem nomen ſaltem

centum

Digitized by Google

centum offendes, factas verò ab eis ſeries mendis expurgatas aliquando duplo, aliquando triplo, noſtro labore accreviſſe. Hæc ſanè non dormiendo aut oſcitando, nec niſi magnis aſſiduiſque ſudoribus fieri queunt; maximè ſi quis attendat nos ſæpè ſæpiùs, ut vel unius epiſcopi aut abbatis nomen aut chronicam aliquam notam expiſcari poſſemus, centum & amplius cartas ſive inſtrumenta, pulvere obſita, carie & putridine viciata terere, legere & examinare oportuiſſe. Ceterum hæc referimus, non quaſi operam noſtram venditare, aut gloriolam aliquam apud homines aucupari vellemus. Procul hæc abſint à diſcipulis Chriſti. Sed tantummodo ne fortè exſurgat aliquis rerum non ſatis ſcius, qui nos Galliæ Chriſtianæ opus neglexiſſe autumet aut inconſideratè proclamet.

Peractis autem per ſexennium peregrinationibus noſtris, ac digeſtis per ordinem iis quæ tanto labore collegeramus, atque editioni paratis illi qui ſuos fratrumque ſuorum labores prælo committendo præfectus erat conſignatis; cum ille opera noſtra jam non indigeret, ad vulganda tandem Anecdota noſtra nos accinximus, optantibus atque ad id hortantibus amicis noſtris. Ut autem iis edendis aliqua cum methodo procederemus, omnemque vitaremus comfuſionem, quæ in hujuſmodi collectionibus reperiri ſolet, ea quatuor in claſſes diſtribuimus. Et quia pleroſque præ ceteris delectat hiſtoria epiſtolaris, ut quæ continere ſoleat ſingularia & certiora, in prima claſſe virorum illuſtrium epiſtolas & diplomata ad tria circiter millia exhibemus duobus primis tomis: in quibus & ad mores informandos, & ad elucidandam antiquam eccleſiæ diſciplinam & ad illuſtrandam hiſtoriam quam plura reperient viri eruditi. Secunda claſſis varia tam civilia quam eccleſiaſtica ac monaſtica ſcripta hiſtorica diverſarum nationum complectetur: adeò ut vix ulla ſit regio, quæ aliquid ſibi proprium aut accommodum in ea non reperiat. In tertia occurrent inedita varia concilia, ſtatuta ſynodalia quam plurima, atque inſigniorum monaſteriorum ac congregationum antiqua decreta, in quibus non pauca ſcitu digniſſima, non ſolum monachi zelo ſtrictioris obſervantiæ accenſi, ſed ipſi viri litterati antiquitatis vel tantiſper ſtudioſi ſe reperiſſe gaudebunt. Deniquein quarta claſſe proferemus quam plures eccleſiaſticos auctores tam morales quam dogmaticos omnium ferè ſæculorum à fine quarti ſæculi ad decimum quartum.

De ſingulis autem noſtris Anecdotis pluribus præfari omninò ſupervacaneum videtur, cum ſingulis, ubi res exigit, ſuas obſervationes prævias præmiſerimus, atque ea ubi neceſſarium duximus notis illuſtraverimus, multominus de ſingulis epiſtolis & diplomatibus quæ hoc continentur in tomo: nam res procederet in immenſum, ſi quæcumque obſervatu digna occurrunt hic annotare ſatageremus. Certè quæcumque hoc tomo habes imperatorum aut regum diplomata, quaſcumque ſummorum pontificum aut epiſcoporum litteras, quaſcumque virorum illuſtrium epiſtolas, tot habes antiquitatis monumenta, quibus ad elucidandam illuſtrandamve tum civilem tum eccleſiaſticam hiſtoriam viri eruditi uti poſſunt: quæ verò ampliſſimi hujus regni provincia, imo quæ extera regna ad exornandas gentis ſuæ præclare res geſtas aliquid hic non reperient? Quanta verò ordines religioſi penè omnes, maximè S. Benedicti, S. Auguſtini, Cluniacenſis, Grandimontenſis, Cartuſienſis, Ciſtercienſis hic diſcent, quibus ad imitanda majorum ſuorum exempla, traditamque à patribus regulæ ſuæ ſtrictiorem obſervantiam conſervandam animabuntur? Sed neque theologis ipſis deerit quod placeat. Sanè ſi cuncta quæ viris litteratis hactenus penitus ignota aut ſaltem parum nota ex hoc tomo erui poſſent, commemorare vellemus, ſcribendi vix ullus eſſet finis. Ne tamen rem intactam omninò

Digitized by Google

dimittam perpauca ex multis in ſpecimen aliorum ſubjiciam, ex quibus quilibet facilè conjicere poſſit, quantam viri eruditi ex noſtris epiſtolis & diplomatibus proficere queant.

Ipſo ferè in limine hujus tomi egregiam habes Cæſariæ abbatiſſæ Arelatenſis ad S. Radegundem Franciæ reginam, tunc in Pictavienſi S. Crucis parthenone monaſticæ vitæ tyrocinia exercentem, epiſtolam, qua præclara admodum ei tradit monita, vitæ ſanctæ inſtituendæ leges ei præſcribit, mittitque ipſi S. Cæſarii Arelatenſis archiepiſcopi regulam ad virgines. Quæ primum regula in Pictavienſi S. Crucis monaſterio à S. Radegunde inſtituta ſit non prodit Fortunatus, ſed neque Bodonivia Sanctimonialis in vita ſanctiſſimæ Reginæ à ſe ſcriptis commendata: verum ex hacce epiſtola nullus reſtat dubitandi locus, quin S. Cæſarii regula primitus ibidem admiſſa fuerit, licet Benedictina jam in Gallias per ſanctum Maurum advecta eſſet, Sed cum S. Benedicti regula pro viris maximè ſcripta fuerit, ſatius exiſtimavit piiſſima regina aliunde requirere leges, quæ virginum propriæ eſſent, quas quidem in S. Cæſarii regula reperit, niſi forte quis dicat regulam S. Cæſarii una cum Benedictina in monaſterio Pictavienſi obſervatam fuiſſe pro more illorum temporum, quibus plures in uno eodemque cœnobio regulas obſervatas fuiſſe conſtat. Ita in Juſſano virginum monaſterio SS. Cæſarii, Benedicti & Columbani regulæ primum obſervatæ ſunt, agente & procurante S. Donato Veſuntionenſi archiepiſcopo, qui regulam ex tribus illis compactam pro illo parthenone conſcripſit, ita tamen ut S. Benedicti regula prævaleret, quæ ipſa non multo poſt non ſolum in Pictavienſi, ſed in omnibus Galliæ monaſteriis ſola prævaluit.

In pleriſque cartis Morbacenſis monaſterii abbates etiam epiſcopi titulo donantur, ita in epiſtola donationis Rudmundi clerici pag. 9. legitur, *venerabilis vir dominus Baldebertus epiſcopus & abbas*, in carta vero donationis Udalrici pag. 12. *vir vitæ venerabilis Simpertus epiſcopus & abbas* præfuiſſe dicuntur. Hinc colligo primos Morbacenſis monaſterii abbates epiſcopali caractere fuiſſe ornatos, id quod in pluribus olim ordinis noſtri, maximè inſignioribus monaſteriis, uſitatum fuiſſe certiſſimum eſt. Certe in celeberrimo S. Michaëlis ad Moſam cœnobio dioceſis Virdunenſis *Ermengaudus abbas & epiſcopus* extitit, ut conſtat ex Chronico ejuſdem loci apud Mabillonium Analectorum tom. 2. edito pag. 386. & ex diplomate Caroli-magni pro libertate loci monaſterii S. Michaëlis, in quo hæc verba leguntur *Cum itaque venerabilis vir Hermengaudus abbas ſive epiſcopus de monaſterio Caſtellionis in pago Virdunenſi &c.* quæ verba inferiùs repetuntur. In inſigni etiam Lobienſi cœnobio primos abbates omnes epiſcopos fuiſſe docet nos Fulcuinus abbas in libro de geſtis abbatum Lobienſium Spicilegii tom. 6. Atque ita Giſlenum abbatem Cellenſem in Hannonia epiſcopum fuiſſe à vero non videtur alienum, id aſſerentibus vetuſtis ejuſdem monaſterii monumentis, abſque eo quod neceſſe ſit Athenienſem ei ſedem attribuere, ut vulgo, ſed abſque ſolido ſatis fundamento, tradunt. In quibuſdam etiam monaſteriis extiterunt epiſcopi ſimplices monachi non abbates, in ut Dionyſiano agri Pariſienſis & in Turonenſi S. Martini, quæ proprios olim habuere epiſcopos, & quidem Turonenſe uſque ad annum 1096. quo Urbanus papa II. illum ſuſtulit. Jam verò ſi quis hujus conſuetudinis cauſam reſcire voluerit, præcipuam repetendam eſſe exiſtimamus ex regula S. Benedicti, quæ ægrè omninò fert monachos foris monaſterium prodire, cap. 66. quia, inquit, *omninò non expedit animabus eorum*: igitur ut junioribus præſertim fratribus omnis diſcurrendi occaſio tolleretur ad ſacros ſuſcipiendos ordines, ad requirendum Chriſma, neve adventu epiſcoporum in

Digitized by Google

monaſteria ad ſacras ordinationes explendas quies monachorum turbaretur, plerique epiſcopum ad manum ſemper in monaſteriis ſive abbatem ſive ſimplicem monachum habere voluerunt.

Sanctiſſimum pontificem maximum Gregorium VII. plerique hac tempeſtate inſimulant, tamquam virum acrioris animi, inquietum, rerum novarum avidum, honoris ac dominationis intolerabilis cupidine accenſum. A tam horrenda calumnia virum piiſſimum vindicavit Mabillonius tum in præfatione ad Sæculi VI. Benedictini partem 2. tum in Annalibus item Benedictinis, ubi eruditè ſuo more probat ſanctiſſimum pontificem fuiſſe manſuetiſſimum & ad clementiam erga omnes proclivem. Ex noſtris verò Anecdotis probamus non mitem ſolùm ſed & humilem corde extitiſſe omniſque ambitionis expertem, atque ad id aſſerendum afferimus teſtem omni ſuſpicione alienum Theodericum Virdunenſem epiſcopum ſchiſmaticum & Gregorio ipſi infenſiſſimum, aut ſi mavis Guenricum ſive Huenricum Trevirenſem ſcolaſticum, poſtea Vercellenſem epiſcopum, qui ipſius nomine injurioſiſſimam ſcripſit ad Hildebrandum epiſtolam à nobis editam pag. 214. in qua fatetur Gregorium *ob ſingularem excellentis ingenii prærogativam in matris eccleſiæ archidiaconatum promotum, ſtrenua & laudabilis officii hujus amminiſtratione in totius orbis notitiam & dilectionem brevi perveniſſe ad ſummum Chriſtiani nominis culmen, decedentibus patribus ſæpe electum & accitum, ſemper quidem animi, aliquando etiam corporis fuga dignitatis locum declinaſſe, ad ultimum divinitate in electi ſui electione & exaltatione communem ſervorum ſuorum devotionem* & *aſſenſum incitante, ad perferendum quod abhorrebat jugum manſuetum animal domino ſuo cervicem ſubdidiſſe. &c.* Hoc certè teſtimonio nihil afferri luculentius poterat ad comprobandam Gregorii humilitatem; & quam eſſet ab omni ambitionis & dominandi cupidine expers. Atque ad tollendum omnem dubitandi ſcrupulum, addit Theodoricus ſeu ſi mavis Huenricus *Hæc ſunt quæ de vobis comperimus & ſentimus, hæc de vobis credimus, propter quod & dicimus.*

Inter Sugerii abbatis epiſtolas à nobis editas, notanda eſt in primis ea quæ pag. 422. eſt ad Henricum epiſcopum, capitulum, clerum, populumque Belvacenſem, ex qua diſcimus eos ſeditionem ſeu rebellionem in regem meditatos fuiſſe, atque hujus rebellionis ipſum etiam Henricum regis fratrem participem fuiſſe, à quo ſcelere eos pro ſua in regem fidelitate eleganter dehortatur Sugerius, *moveri enim arma*, inquit, *ab epiſcopo, vel commiſſo ſibi populo adverſus communem dominum, præſertim inconſulto ſummo pontifice, & regni epiſcopis, atque proceribus, quam pernitioſum & periculoſum ſit, ipſi facile cognoſcetis*, & ſub finem: *Miſeremini veſtri, miſereatur ſibi nobilis pontifex, miſereatur clerus ſui ipſius; quia ſicut non poterit formica currum trahere, ſic nullo modo poterunt civitatis Belvacenſis ſubverſionem à fortitudine coronæ & ſceptri defendere. Si quid ſcire poſſum, ſi quid retinui, qui jam in his conſenui, veſtra longo tempore parta raptoribus & furibus expendetis, iram Domini regis, immo ſuccedentium vobis accumulabitis, odium ſempiternum veſtris generationibus generabitis, univerſis per totum regnum eccleſiis regiam devotionem & miram liberalitatem, quâ hanc & alias ditaverunt, in ſempiternum peſſime hujus facti memoria ſubmovebitis.* Quid tam urgentia tamque pungentia Sugerii verba effecerint in Henricum, clerum, populumque Belvacenſem ignoramus, quorum meditata rebellio ex hac ſola Sugerii epiſtola nobis innotuit. Haud à vero abſimile videtur, eos tam fidelis miniſtri ſalutaribus monitis humiliter paruiſſe. Ceterum ex his Henrici epiſcopi adverſus regem fratrem motibus nati ſunt forte ſiniſtri de eo rumores in curia Romana, à quibus ipſum purgare nititur S. Bernardus epiſtola 305. ad Eugenium papam cujus hæc

Digitized by Google

verba : *Ipſe ſcilicet Henricus, & frater ſuus rex non ambulant in uno ſpiritu... non à me quæratis cujus ſit culpa : non eſt meum inculpare quemquam, ſufficit mihi excuſare epiſcopum, quidquid humilitatis, quidquid obſequii pro ſua perſona potuit vidimus exhibentem, & nihil proficientem.*

Famoſiſſimum diſſidium quod ſæculo XII. inter S. Thomam Cantuarienſem archiepiſcopum & Henricum II. Anglorum regem extitit, nullus eſt qui neſciat, cum iſte antiquas eccleſiaſticas libertates, quas ſanctiſſimus antiſtes tuebatur, penitus abrogare vellet. Norunt omnes S. Thomæ exilium, ejus in Gallias acceſſum & apud Pontiniacum ſeceſſum primum, deinde apud Senonenſe S. Columbæ cœnobium. Quanto furore adverſùs beatum pontificem & in Anglia & in Francia exarſerit Henricus quis ignoret? Quid cum Angliæ epiſcopis, quid cum ſummo pontifice Alexandro III. quid cum rege Galliæ egerit, ut Thomam ad ſuam voluntatem inflecteret, omnibus certè compertum eſt ; nec minus nota eſt tot in adverſis ſanctiſſimi archiepiſcopi ineluctabilis conſtantia, quæ ſupra firmam petram innixa, nec minis umquam cedere potuit, nec precibus. Huic componendo diſſidio & rex & papa machinas omnes & artes adhibuerunt, verùm irrito uterque labore, eoque res devenerant, ut de futura aliquando concordia ab omnibus deſperaretur. At quod hactenus viros eruditos latuit, hanc gloriam non ſuperbis regibus, non maximis pontificibus, ſed humillimis Deus reſervarat monachis, Simoni dico priori Montis-Dei ordinis Cartuſienſis, & Petro Bernardi correctori Vincenarum ordinis Grandimontenſis ; qui Henrici regis cordis duritiam emollire potuerunt, eumque ad S. Thomæ voluntatem tandem inflexerunt. Id patet ex Petri Bernardi duabus epiſtolis à nobis editis pag. 560. & 561. una ad Guillelmum priorem Grandimontenſem, altera ad Henricum II. Anglorum regem de nece S. Thomæ, in quarum prima ſic loquitur : *Obdormiſſem utinam ſolito profundius, quando & ſanctiſſimus papa & reverendi Galliarum antiſtites me ad eumdem Henricum miſerunt cum domino priore Carthuſiæ de Monte-Dei. Utinam reliquiſſent nos in ſolitudinibus errantes, abſconditos in cavernis & ſpeluncis terræ Grandimontenſis.* Quid autem miſſi ad Henricum præſtiterint, docet nos idem Petrus in epiſtola ad eumdem Henricum. *Quidnam eſt hoc verbum quod dictum eſt pauperibus Grandimontenſibus? Quomodo evanuit? Promiſeras patri Simoni fratrum Carthuſienſium priori de Monte-Dei & mihi, quod paratus eras dominum Thomam Cantuariæ epiſcopum ponere ſecundum in regno tuo &c.*

Longe funeſtius hac tempeſtate eccleſiam univerſam laceravit diſſidium, quod fuit inter Alexandrum papam III. & Fredericum imperatorem, excitato adverſus legitimum S. Petri ſucceſſorem nefando ſchiſmate, idque per annos circiter XX. Huic compeſcendo plurimos laboraſſe non eſt mihi dubium : at præcipuam & efficaciorem operam illi comprimendo dediſſe S. Hugonem abbatem Bonarum-vallium in diœceſi Vienneſi docent nos epiſtolæ duæ Frederici imperatoris ad eumdem Hugonem à nobis editæ pag. 585. in quarum prima abbatem ſanctum ſic alloquitur : *Quoniam de præſentia tua bene confidimus, conſilium tuum de reformanda eccleſiaſticæ pacis unione acceptabile ſuſcepimus, & inde quantum hoc tempore potuimus, pro conſilio familiarium noſtrorum cum fratre Theodorico contulimus, quæ per eum tibi intimanda commendavimus. Nobis hoc multum placet, ſi quod opera tua diſcretionis poterit de his cogitare, quod ad univerſalis eccleſiæ quietem videatur tendere, ut hæc tractare te intromittas rogamus, teque ſuper his bona mente audiemus.* Et epiſtola ſequenti : *Dilectionem veſtram attentè rogamus, ut in proximo S. Michaëlis feſto præſens ad nos in Lombardiam venias, quoniam illic eo tempore finaliter tractandum eſt eccleſiæ negotium, cui tractatui te ſpecialiter cupimus intereſſe.* Quantum autem hoc in negotio.

Digitized by Google

tio laboraverit S. Hugo patet ex epiſtolis Alexandri papæ III. & Frederici ad capitulum generale ordinis Ciſterienſis hic à nobis editis pag. 1847. quibus uterque agnoſcit, opera præſertim Hugonis abbatis redditam fuiſſe eccleſiæ pacem & unitatem.

Neceſſitatem amoris Dei in ſacramento pœnitentiæ propugnant optimi quique theologi, eam è contrario negant alii longe inferioris notæ, qui hanc neceſſitatem inter Janſeniſtarum commenta amandant. Verùm hos confutat Adami abbatis de Perſennia epiſtola ad R. abbatem de Vernuſiâ edita pag. 751. quæ tota eſt de pœnitentia & confeſſione, ubi hanc neceſſitatem ex profeſſo ſtabilit, & facta ſibi hac objectione: *Si ſola cordis contritio peccata diluere creditur, cur oris confeſſio tam corpore quam corde facienda jubetur? Interim enim oris confeſſio pœnitentibus dicitur eſſe neceſſaria, ut qui tempus habens confiteri neglexerit, indulgentiam peccatorum conſequi omnino non poſſit.* Sic reſpondet: *Dicendum eſt itaque quod contritio cordis peccata diluit, & tamen oris confeſſio facienda ſit. Si quæras quare facienda ſit confeſſio, cum ſufficiens ſit peccata delere contritio? Reſpondeo tibi, quia præceptum eſt ut fiat. Si præceptum eſt, obedire teneris; ſi teneris & non obedias cum poſſis, contemnis; ſi contemnis ſuperbus es, ſi ſuperbus es, tibi reſiſtit Deus; quia alta à longe cognoſcens, non niſi humilia reſpicit. Quod ſi etiam præcepti cauſam requiras, humilitati tuæ ſatis eſſe debuerat Dei cognoſcere voluntatem, non inquirere rationem. Ideo ergo præcepit quia voluit; ideo voluit, quia ſic nobis expedire cognovit &c.* quæ fusè proſequitur. Ex tam claro ac perſpicuo teſtimonio auctoris ante annos quingentos ſcribentis patet non novam eſſe opinionem de neceſſitate amoris Dei in ſacramento pœnitentiæ, immo eſſe antiquiſſimam.

Non oſcitanter prætereunda eſt epiſtola Bernardi abbatis Fontis-frigidi à nobis edita pag. 1846. ex qua diſcimus ex fundatione Johannis Biſtani, quam approbavit capitulum generale ordinis Ciſtercienſis anno 1233. monachos Fontis-frigidi hoſtias ſeu panem in miſſa conſecrandum ſumma diligentia præparaſſe, atque omnibus Narbonenſis diœceſis eccleſiis diſtribuiſſe, idque *ad repellendam & confutandam quorumdam malignorum nequitiam, qui non ſolum latenter, ſed etiam publice prædicare non dubitant, panem illum, qui per manus immundas mulierum ac etiam clericorum tractatur, in corpore Chriſti tranſmutari non poſſe.* Quid tam ſtolidæ opinioni aliquando occaſionem dederit, inquirenti mihi viſum eſt à vero haud abſimile, eam ex inſcitia laïcorum, ac etiam quorumdam profluxiſſe clericorum, qui non ſatis inſtructi de materia ſacrificii panem non ex puro frumento, ſed ex quibuſvis granis efformabant, qui proinde in Chriſti corpus tranſmutari non poterat, atque inde vulgatam apud pleroſque opinionem panem à laïcis & clericis præparatum ad miſſæ ſacrificium non eſſe adhibendum. Quæ quidem opinio ſaltem quo ad laïcos adhuc perſeverabat ſæculo XV. ut diſcimus ex Bernardi Tegernſenſis prioris libello ms. de materia euchariſtiæ ſacramenti adverſus quorumdam circa hæc dubia & errores, ſub cujus finem hæc habet: *Agite igitur cautè, & ſecuram, immo certam partem eligite, dubia immo reprobata parte prætermiſſa, ſectemini in hac re morem & ritum patrum præcedentium monachorum, qui pro ſtatu & lege habuerunt, ſuiſque poſteris in ſcriptis reliquerunt, ut ſibimet ſuis manibus de granis tritici exquiſitis & electis pro ſacramenti debita materia mundas conficerent oblatas: quod & hodie cum ſumma diligentia multi clauſtralium ſollicitè obſervant. Et revera meritò ac juſte, quia res ipſa tam gravis & ardua idipſum rationabiliter expoſcit; ſuntque non modicè culpandi, quin & arctius arguendi, qui oblatas manibus laïcorum confectas pro ſacrificio acceptant; de quibus tamen dubitatur, an de debita materia exiſtat. Graviſſimè autem reprehendendi & puniendi veniunt, qui tales oblatas in ſacrificio ſcienter aſſumunt, quia juxta magnorum &*

Digitized by Google

potiorum ſententiam doctorum in ejuſmodi conficere non poſſunt. Vellem ego numquam potius miſſare, quam ſic damnabiliter idololatrare, & populo quantum in me eſſet occaſionem idololatrandi præſtare.

Hæc in ſpecimen eorum quæ ex his Anecdotis noſtris diſcere poterunt ſtudioſi lectores protuliſſe ſufficiat. Nam ſi ſingularia quæque aut omnino ignota aut ſaltem parum nota referre vellemus, præfationis modum prorſus excederemus, nec paucas paginas obſervationibus noſtris oppleremus, ſed integrum volumen conficeremus. Ceterum cum Collectio noſtra Veterum ſcriptorum & monumentorum Rotomagi anno 1700. edita apud Bibliopolas jam non reperiatur, viſum eſt amicis noſtris hic eam inter Anecdota noſtra recudere. In fine autem uniuſcujuſque voluminis ad lectorum commodum occurrent ampliſſimii indices, quibus in quinto tomo ſubjiciemus indicem onomaſticum vocum obſcuriorum infimæ latinitatis, quarum explicationem pro modulo noſtro dabimus.

INDEX

Digitized by Google

INDEX CHRONOLOGICUS EPISTOLARUM ET DIPLOMATUM HUJUS VOLUMINIS.

An. DVIII. *Præceptum Theoderici regis Gothorum adverſus alienantes res eccleſiaſticas.* Pag. 1.

Circa an. DLXX. *Epiſtola Cæſariæ Arelatenſis abbatiſſæ ad Richildem & S. Radegundem.* 3.

Circa an. DCCXI. *Præceptum Dagoberti II. regis impetratum ab Ibboleno abbate Aniſolenſis cœnobii.* 6.

An. DCCXXXII. *Carta Eberardi comitis pro monaſterio Morbacenſi.* 7.

An. DCCXLVI. *Carta Bodali pro monaſterio S. Gregorii Monaſterienſis.* 8.

DCCLX. *Epiſtola donationis Rudmundi clerici pro monaſterio Morbacenſi.* 9.

DCCLXXI. *Præceptum Caroli-Magni pro monaſterio Morbacenſi.* 10.

DCCLXXXVIII. *Precaria facta à Sindeberto abbate Morbacenſi Adumaro & Starehildi ejus uxori.* 11.

DCCLXXXIX. *Carta donationis Vldarici facta monaſterio Morbacenſi.* 12.

Circa an. DCCXCV. *Præceptum Caroli-Magni pro monachis S. Martini Turonenſis.* 13.

Epiſtola ad Carolum-Magnum imperatorem, de ritibus baptiſmi. 15.

Circa an. DCCC. *Epiſtola formata archiepiſcopi Moguntinenſis ad Bernarium Wormatienſem epiſcopum.* 17.

DCCCXVI. *Præceptum Ludovici Pii imperatoris pro monaſterio Morbacenſi.* 18.

DCCCXVI. *Præceptum Ludovici Pii imperatoris pro monaſterio Morbacenſi.* 19.

DCCCXIX. *Teſtamentum Haganonis & Adjutoris S. Martini Turonenſis canonicorum.* 20.

DCCCXXV. *Præceptum Ludovici Pii imperatoris Alboino abbati Aniſolenſi conceſſum.* 23.

DCCCXXVI. *Præceptum Ludovici Pii & Lotharii imperatorum pro monaſterio S. Gregorii.* 24.

Circa an. DCCCXXVIII. *Epiſtola Amalarii epiſcopi ad anonymum epiſcopum.* 25.

DCCCXXXIII. *Præceptum Ludovici Pii imperatoris pro monaſterio S. Martini Turonenſis.* 26.

DCCCXXXV. *Commutatio ſervorum facta cum Sigmaro abbate Morbacenſi.* 27.

DCCCXXXVIII. *Præceptum Ludovici Pii de Cuſciaco monaſterio Cormeriacenſi conceſſo.* 28.

DCCCXXXIX. *Præceptum Pipini regis Aquitaniæ de Cuiſſiaco & Arciniaco, & de Antoniaco & Magdonio.* 29.

DCCCXL. *Præceptum Caroli regis Iſemberto fideli ſuo concedentis villam Ripam-altam & villam Rubiam in pago Narbonenſi.* 30.

DCCCXLIII. *Præceptum Caroli Calvi de villa Vidiniaco, & de Tannogilo Cormeriacenſi monaſterio conceſſis.* 31.

Donum Almarici canonici pro ſcholis S. Martini Turonenſis. 32.

Præceptum Caroli Calvi regis Francorum de ſcholis S. Martini Turonenſis. Pag. 33. DCCCXLIV.

Diploma Lotharii imperatoris Bertholdo abbati S. Gregorii conceſſum. 35. DCCCXLIV.

Præceptum Caroli Calvi Rainaldo abbati Aniſolenſi conceſſum. 35. DCCCL.

Carta Lamberti comitis & abbatis de numero canonicorum S. Albini, & eorum in clauſtro manſionibus. 36. Circa ann. DCCCL.

Præceptum Caroli Calvi ad confirmationem rerum Cormeriacenſi monaſterio à Viviano abbate S. Martini conceſſarum. 38. DCCCLI.

Carta Roberti abbatis Elnonenſis quâ cellam Bariſiacum ſibi in beneficium dari poſtulat. 39. DCCCLIII

Diploma Hlotharii regis pro monaſterio S. Gregorii. 40. DCCCLVI.

Præceptum Caroli Calvi regis de dono quod fecit Gomeſindo fideli ſuo. 41. DCCCLX.

Præceptum Caroli Calvi regis caſtellaniam Chableienſem eccleſiæ S. Martini donantis. 42. DCCCLXVIII.

Præceptum Caroli Calvi, ne quis vim inferat Lirado & Marciaco villis S. Martini. 43. DCCCLXVIII.

Carta fundationis monaſterii S. Vincentii in pago Ruthenico à Rodlando diacono. 44. DCCCLXX.

Milonis Elnonenſis monachi præfatio ad Carolum regem in librum metricum de laude parcitatis. 44. Circa an. DCCCLXXV.

Hucbaldi Elnonenſis monachi epiſtola metrica ad Carolum Calvum imperatorem. 45. Circa an. DCCCLXXVI.

Præceptum Caroli Calvi villam Miliciacum in pago Cabilonenſi eccleſiæ S. Martini donantis. 47. DCCCLXXVII.

Præceptum Ludovici Balbi pro fundatione anniverſarii ſui in eccleſia S. Martini Turonenſis. 48. DCCCLXXVIII.

Præceptum Caroli Craſſi imperatoris de rebus S. Martini in Italia conſtitutis. 49. DCCCLXXXVII.

Præceptum Caroli Craſſi imperatoris de libertate Leuthardo data. 50. DCCCLXXXVIII.

Notitia de clamore facto adverſus invaſores bonorum S. Martini in Italia, & de reſtitutione facta ab Hugone marchione. 51.

Electio Servi-Dei epiſcopi Gerundenſis. 52. DCCCLXXXVIII.

Teſtamentum quod Giraldus Matiſconenſis epiſcopus fecit de quadam eccleſia S. Martini Karoloco. 53. DCCCLXXXVIII.

Præceptum Arnulfi regis pro eccleſia S. Arnulfi Metenſis. 54. DCCCLXXXIX.

Præceptum Zuintiboldi regis monaſterio S. Gregorii conceſſum. 55. DCCCXCVI.

Carta Roberti abbatis S. Martini Turonenſis Dociacum prædium canonicis S. Martini reſtituentis. 56. DCCCXCVII.

Digitized by Google

Anno DCCCXCVIII. *Præceptum Zuentiboldi regis pro monaſterio S. Apri.* Pag. 58.

DCCCXCIX. *Præceptum Caroli Simplicis regis, ad precem Arnuſti archiepiſcopi Narbonenſis, Stephano fideli ſuo conceſſum.* 58.

DCCCC. *Præceptum Ludovici regis, ad petitionem Luthelmi epiſcopi Tullenſis, monaſterio S. Apri conceſſum.* 60.

DCCCCVIII. *Electio Vvigonis epiſcopi Gerundenſis.* 60.

DCCCCXIII. *Præceptum Conradi regis monaſterio Morbacenſi poſſeſſiones & jus eligendi abbatis concedentis.* 61.

DCCCCXII. *Statutum capituli S. Martini Turonenſis de dicendo Symbolo S. Athanaſii, & de fratribus obdormientibus.* 62.

DCCCCXX. *Diploma Rodulfi regis Francorum pro canonicis S. Martini Turonenſis.* 63.

Circa an. DCCCCXX. *Carta Bernerii decani, & Firmanni archiclavi S. Martini, Montem-villam ſub annuo cenſu Immæ reginæ concedentium.* 67.

Donatio Gulfradi diaconi facta eccleſiæ S. Martini Turonenſis. 68.

DCCCCXXVII. *Carta fundationis monaſterii Reſurrectionis in urbe Pictavenſi.* 69.

DCCCCXLIII. *Præceptum Ludovici Tranſmarini regis, de reſtauratione Turonenſis S. Juliani monaſterii per Theotolonem archiepiſcopum.* 71.

DCCCCXLIII. *Carta Theotolonis archiepiſcopi Turonenſis, & Gerſendis ipſius ſororis de donis ab ipſis in dedicatione S. Juliani factis.* 73.

DCCCCXLIII. *Carta fundationis monaſterii S. Hyppoliti Vernienſis in pago Ruthenico.* 74.

DCCCCL. *Roſtagni epiſcopi donatio facta eccleſiæ Romanenſi.* 76.

Circa an. DCCCCLX. *Carta fundationis monaſterii Ferretenſis à Salluſtio viro nobili.* 77.

DCCCCLXI. *Gomeſani presbyteri præfatio in librum S. Hildephonſi, de perpetua virginitate beatæ & glorioſæ ſemper Virginis Mariæ.* 78.

Anonymi epiſtola ad clericos Lingonenſes, de aſſidua peccatorum confeſſione. 79.

Incipit prologus Adalberti levitæ ad Herimannum presbyterum, in quo promittit ſubnectendum ei opuſculum excerptum à Moralibus B. Gregorii. 84.

DCCCCLXVI. *Teſtamentum Matfredi vicecomitis, & uxoris ſuæ Adalaïdis, antequam Romam proficiſcerentur.* 85.

DCCCCLXVI. *Statutum capituli S. Martini Turonenſis de ſtatione in feſto S. Georgii.* 87.

Circa an. *Electio Alberti abbatis Andegavenſis.* 88.

DCCCCLXVI. *Notitia de dono Theobaldi comitis.* 89.

DCCCCLXIX. *Carta Arduini Turonenſis archiepiſcopi pro Salmurienſi S. Florentii monaſterio.* 90.

DCCCCLXIII. *Carta Theobaldi comitis Bleſenſis Amalberto S. Florentii abbati.* 91.

DCCCCLXIII. *Auctoritas Arduini archiepiſcopi eccleſiam S. Lupantii monaſterio S. Florentii à Teutbaldo comite conceſſam confirmantis.* 92.

DCCCCLXVII. *Præceptum Ottonis imperatoris de dono Adelaïdis imperatricis facto monaſterio Morbacenſi.* 93.

DCCCCLXVIII. *Carta Odonis comitis Bleſenſis malas conſuetudines monaſterio S. Florentii, quod pater ipſius fundaverat, remittentis.* 94.

DCCCCLXVIII. *Teſtamentum Adalaïdis quæ apud Narbonam S. Salvatoris cœnobium pro monialibus inchoaverat.* Pag. 95.

Præceptum Ottonis II. imperatoris de dono quod Gorzienſi monaſterio fecit Cuonradus filius Rodulfi comitis. 98. DCCCCLXXII.

Donum Mironis epiſcopi Gerundenſis factum monaſterio Arulenſi. 99. DCCCCLXXIV.

Præceptum Ottonis III. imperatoris pro monaſterio Morbacenſi. 100. DCCCCLXXVIII.

Teſtamentum Gerſindæ comitiſſæ Ruthenenſis. 126.

Teſtamentum Adelaïdis vicecomitiſſæ Narbonenſis. 101. DCCCCLXXIX.

Litteræ Ottonis Romanorum regis de manumiſſione Conſtantiæ. 104. DCCCCXCII.

Carta Willelmi comitis Pictavienſis, de fundatione monaſterii S. Mihaëlis in Eremo. 105. DCCCCXCIV.

Epiſtola Alvvalonis ad L. pontificem 106.

Epiſtola L. epiſcopi ad Heldricum abbatem. 107.

Epiſtola Brunonis epiſcopi Lingonenſis fragmentum ad Hel. abbatem. 107.

Diploma Roberti regis Francorum pro monaſterio S. Maglorii Pariſienſis. 107.

Dotalitium Adalſindis de Cernayo. 110. Circa an. M.

Dotalitium Teuthelinæ. 111. Circa an. M.

Epiſtola Herigeri abbatis ad quemdam Hugonem monachum reſpondet quæſtionibus ſibi ab eo propoſitis, &c. 112.

Præfatio Abbonis Floriacenſis abbatis in Commento calculi Victorii. 118.

Epiſtola Teraldi ad Guidonem cur in feſtivitatibus SS. Pauli & Laurentii verſiculi antiphonis innectantur. 120.

Teſtamentum Aodiſelini Rothomagenſis canonici in gratiam monaſterii S. Audoëni. 121. Circa an. M.

Carta Ottonis comitis Matiſconenſis, de Aniſco villa & Aſneriis. 122.

Dotalitium Judithæ comitiſſæ Normaniæ. 122. MVIII.

Electio Hildeberti abbatis monaſterii S. Michaëlis in periculo maris. 124. MIX.

Epiſtola Richardi abbatis S. Medardi Sueſſionenſis ad canonicos S. Martini Turonenſis. 125. Circa an. MX.

Epiſtola Fulberti Carnotenſium epiſcopi, de epiſcopis ad bella procedentibus. 130.

Privilegium immunitatis monaſterio Moſomenſi ab Arnulfo Remenſi archiepiſc. conceſſum. 135. MXVIII.

Præceptum Roberti regis de conſtructis caſtellis Monte-Baſone atque Mirebello. 137.

Privilegium Roberti regis pro monaſterio Cormeriacenſi. 138.

Privilegium Philippi regis pro monaſterio Cormeriacenſi. 138.

Carta Beroldi de Saxonia proregis Arelatenſis pro Taluerienſi monaſt. in diœceſi Gebennenſi. 140. MXX.

Donum Bernardi comitis factum monaſterio Arulenſi. 141. MXXI.

Dotalitium Reinaldi comitis Senonenſis. 141. MXXIII.

Præceptum Henrici imperatoris Degenhario abbati Morbacenſi conceſſum. 143. MXXIII.

Carta Ebali Remenſis archiepiſcopi pro monaſterio Moſomenſi. 144. MXXIV.

Carta Roberti archiepiſcopi Rothomagenſis pro eccleſia Rothomagenſi. 146. MXXV.

Præceptum Radulfi regis Burgundionum eccleſiam S. Nicolaï de Poliniaco Cluniaco concedentis. 147. MXXIX.

Digitized by Google

MXXIX. *Fundatio prioratûs S. Petri de Salve.* Pag. 148.
Gausberti abbatis præfatio ad vitam SS. Cypriani & Sabini martyrum. 151.
Fundatio prioratûs S. Urſi Bellilocenſi prope Lochas monaſterio ſubjecti. 151.
Poſt annum MXXXI. *Donatio abbatiæ S. Berthæ Blangiacenſis facta monaſterio Fiſcannenſi.* 153.
Poſt annum MXXXI. *Johannis abbatis Fiſcannenſis litteræ quibus inſtituit abbatem in monaſterio Blangiacenſi.* 153.
Circa an. MXXXV. *Carta Roberti Normannorum ducis, de permutatione monaſterii Villaris cum cœnobio S. Taurini Ebroïcenſis.* 154.
MXXXVI. *Carta Vuillelmi comitis Biſuldunenſis pro monaſterio Arulenſi.* 155.
MXXXVII. *Privilegium Benedicti IX. papæ Gumbaldo Burdigalenſis S. Crucis abbati conceſſum.* 156.
MXXXVIII. *Carta Gervaſii Cenomanenſis epiſcopi Villam-Dei monaſterio Vindocinenſi concedentis.* 158.
Notitia initæ pacis inter Gaufridum comitem Andegavenſem & Gervaſium epiſcopum Cenomanenſem. 159.
Electio Vualterii abbatis S. Albini Andeg. 159.
MXLI. *Sermo & confirmatio SS. Patrum ſanctæ Treuvæ-Dei.* 161.
Præfatio Johannis Hominis-Dei in ſuam de verbis ſeniorum collectionem ad juniores informandos. 163.
mandatis Domini præceptum non cuſtodierit,
minimus vocabitur in regno cœlorum. Imple-
Pſ. 18. 15. te illud: *Meditatio cordis mei in conſpectu tuo* D
Pſ. 118. 11. *ſemper. In corde meo abſcondi eloquia tua, ut non
peccem tibi.* Et quia vos dominas mihi in
CHRISTO cariſſimas dignatus eſt Dominus
eligere in hereditatem ſibi, gratias illi agite,
& benedicite eum in omni tempore. Abſtinete
Joan. 8. 34. ab omni vitio, ab omni peccato; quia *qui facit
peccatum, ſervus eſt peccati.* Diligite & timete
Pſ. 32. 18. Dominum, quia *oculi Domini ſuper timentes
eum, & aures ejus ad preces eorum.* Sit in vobis
cor mundum, cor pacificum; eſtote mites &
humiles, patientes, obedientes. Audite Dominum
dicentem: *Super quem requieſcam, niſi ſu-*
Luc. 1. 52. *pir humilem & quietum? Depoſuit potentes de* E
ſede, & exaltavit humiles. Licèt ſit ſanctum
& bonum & laudabile, quod regulariter vivere
optetis; ſed non eſt major, nec melior,
nec pretioſior, nec ſplendidior ulla doctrina,
quàm Evangelii lectio. Hoc videte, hoc tenete
quod Dominus & magiſter noſter CHRISTUS
& verbis docuit, & exemplis implevit, qui
tanta mirabilia in mundo fecit, quæ numerari
non poſſunt, & tanta mala ſuſtinuit à perſecu- F
toribus ſuis per patientiam, quæ vix credi poſ-

A ſunt. Patientia eſt quæ nos Deo commendat.
Audite Apoſtolum: *Si qui volunt piè vivere in* 2. Tim. 3. 12.
Chriſto, perſecutionem patiuntur. Sicut lætatur
Deus in incipientia converſionis veſtræ; ita luget
de ea diabolus, cui ſunt mille & mille nocendi
artes, & quærit à Deo eſcam ſibi: & ideo
inceſſabiliter orate, ut illi reſiſtat Deus. Viriliter
agite, confortetur cor veſtrum. Audite
Scripturam dicentem: *Fili, accedens ad ſervi-* Eccli. 2. 1.
*tutem Dei, ſta in juſtitia & timore, & præpara
animam tuam ad tentationem.* Quam viriliter
& fortiter, ſi viri fuiſſetis, pugnaturæ eratis
contra inimicos veſtros, ne corpus percuteretur,
tam conſtanter & viriliter pugnate contra
diabolum, ut non veſtras animas occidat per
conſilia & cogitationes peſſimas. Jugiter clamate
Deo; *Deus, in adjutorium meum intende; Do-* Pſal. 69. 2.
mine, ad adjuvandum me feſtina. Deus, ne elon- Pſal. 70. 12.
geris à me, Deus meus in auxilium meum reſpice. Pſal. 26. 9.
Adjutor meus eſto, ne derelinquas me. Adjuva Pſal. 118.
me, & ſalvus ero. Attentæ eſtote, quando di- 117.
citis pſalmum, quod ibi dicit, & ipſe vos docet:
Pſallite ſapienter. Qualiter pro vobis ſtetit,
pro vobis cùm in cruce ſtaret: ita & vos ſicut
crucifixæ ſtate ad opus Dei, non aliud cogitetis,
nec loqui præſumatis, nec aliquid operari.
Per omnia pacificæ eſtote, quia factus eſt
in pace locus ejus: *Beati pacifici, quoniam filii* Matth. 5. 9.
Dei vocabuntur. Sol non occidat ſuper iracun- Eph. 4. 29.
diam veſtram. Pax multa diligentibus nomen Pſal. 118.
tuum, Domine, & non eſt illis ſcandalum. Quia 165.
nihil valet virginitas carnis, ubi habitat iracundia
cordis. Et alibi Scriptura dicit pacificos
& concordes atque unanimes in domo ſua
Deus eſſe præcepit. Saluto humilitate & caritate
qua debeo pluſquam dici poteſt, licèt minima
& negligens. Deum deprecor, ut vos regere,
protegere, & conſervare dignetur: & qui vobis
incipientiam, donare dignetur & perfectionem:
quia, non qui cœperit, ſed qui perſeveraverit
uſque ad finem, hic ſalvus erit. Sicut noſtra
humilitas exultat & gaudet in Domino de
veſtra incipientia: ita Dominus & angeli ejus
lætentur de veſtra converſatione & perfectione.
Habes, & ſcio quia abundas facultate. Da
quantum potes pauperibus; theſauriſa tibi theſauros
in cœlo, ut impleatur in te illud: *Diſper-* Pſal. 111. 9.
*ſit, dedit pauperibus, juſtitia ejus manet
in ſæculum ſæculi;* ſicut ſcriptum eſt; ſicut
aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna peccatum
totum. Spes in Deo ſit, quia ſcriptum
eſt: *Maledictus homo qui ſpem ſuam ponit in* Jerem. 37. 5.
homine. Et nulla ſit de intrantibus, quæ non
litteras diſcat; omnes Pſalterium memoriter
teneant, ſicut jam dixi, hoc per omnia
ſtudete implere quod in Evangelio legitis.
Ego feci quod præcepiſtis; tranſmiſi exemplar
de (b) regula, quod nobis beatæ & ſanctæ recor-

dationis

(a) Quæ hanc ſcripſit epiſtolam Cæſaria, non ſancti Cæſarii ſoror, prima Arelatenſis Parthenonis abbatiſſa; ſed quæ ei ſucceſſit altera Cæſaria, cujus meminit Cyprianus Tolonienſis epiſcopus in vita S. Cæſarii, lib. 1. n. 33. ubi ejus virtutes commendat.

(b) Hanc regulam cum aliis ſanctorum Patrum regulis edidit Lucas Holſtenius, eamque nos etiam reperimus in vetuſto codice mſ. Auguſtodunenſis S. Martini monaſterii, in cujus fine hæc maximè notanda adjiciuntur quæ deſunt in editis.
Cæſarius peccator regulam hanc ſanctarum virginum rexit & ſcripſit ſub die x calendas Julii Paulino conſule tempore.
Simplicius peccator conſenſit & ſignavit.
Severus epiſcopus conſenſi & ſignavi.
Lupercianus epiſcopus conſenſi & ſignavi.
Johannes conſenſi & ſignavi.
Cyprianus epiſcopus conſenſi & ſignavi.
Montanus conſenſi & ſignavi.
Ferminus peccator conſenſi & ſignavi.
Quibus ex verbis conſtat tempus quo regulam ſcripſit ſanctus Cæſarius, nimirum ſub conſulatu Paulini.

(a) dationis Dominus (a) Papa CÆSARIUS fecit. Vos videte, quomodo eam cuſtodiatis. Certa ſit dominans caritas veſtra, quia ſi ſecundum eam vixeritis, inter ſapientes virgines locum accipietis & introducet vos Dominus in regnum ſuum; & percipietis quod nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit: quæ præparavit Dominus diligentibus ſe in regione vivorum, ubi exultabunt ſancti in gloria, ubi gaudentes & exultantes in Domino dicetis: fecit nobis magna, qui potens eſt, & ſanctum nomen ejus. Et illud: *eduxit populum ſuum in exultatione, & electos ſuos in lætitia*: ad quam vos Dominus immaculatas faciat pervenire, qui regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

Servantibus regulam quæ a mercés maneat.

Pſal. 104. 9.

Pervenit ad me quod nimis abſtineas, totum rationabiliter fac, ſi tu mihi vivas, & ſemper poſſis. Nam ſi per iſtam nimietatem cæperis infirmari, poſtea, quod Deus non faciat, neceſſe tibi erit delicias requirere, & extra horam accipere, & non poteris illas benedictas regere. Audite quid Dominus in Evangelio dicat: *non quod intrat in os coinquinat hominem*: & Apoſtolus: *Rationabile ſit obſequium veſtrum.* Totum ſic fac, Domina, quomodo in regula habes quam expetiſti, ut benedicatur, & collaudetur Deus de tua bona converſatione, & ſis forma fidelium: quia *qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum.* Gaudete ergo, & exultate in Domino, venerabiles in Chriſto ſorores, & gratias illi jugiter agite, qui vos de tenebroſa hujus ſæculi converſatione ad portum quietis & religionis vocare dignatus eſt. Cogitate jugiter unde exiſtis, & ubi pervenire meruiſtis. Reliquiſtis fideliter mundi tenebras & lucem Chriſti feliciter videre cupiſtis. Contemſiſtis libidinis incendium, & ad caſtitatis refrigerium perveniſtis: & quia vobis uſque ad exitum vitæ non deerit pugna, quantum eſtis ſecuræ de præteritis, tantum eſtote ſollicitæ de futuris: omnia enim peccata vel crimina cito ad nos revertuntur, ſi non quotidie bonis operibus expugnentur. Audite apoſtolum Petrum dicentem, *Sobrii eſtote & vigilate, quia adverſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem devoret.* Quandiu in hoc corpore vivimus, die noctuque, Chriſto Domino adjutore & duce contra diabolum repugnemus. Sunt aliquantæ negligentes vel tepidæ, quæ putant quod illis ſufficiat veſtem mutaſſe. Veſtes enim ſæculares deponere, & religioſas aſſumere, unius horæ momento poſſumus: mores vero bonorum jugiter retinere, quandiu vivimus, Chriſto adjutore, laborare debemus. Omnis anima quæ religionem ſervare deſiderat, gulam, concupiſcentiam & ebrietatem vitare tota fidei virtute contendat: ita ut nec præ nimia abſtinentia corpus illius debilitetur, neque per deliciarum abundantiam ad luxuriam provocetur. Lectiones divinas jugiter aut legite aut audite, quia ipſæ ſunt ornamenta animæ: ex ipſis pretioſas margaritas auribus veſtris appendite, ex ipſis annulos & dextralia. Dum bona opera jugiter exercetis, his ornamentis decoramini. Quæ vero religionem immaculato corde deſiderat cuſtodire, ut immaculata in conſpectu Dei ambulet, in publico aut numquam aut difficile procedat. Familiaritates virorum omnino, quantum poteſtis, rarius habete, ſi caſtitatem cuſtodire deſideratis: nec dicat aliquis, ſufficiat mihi conſcientia mea: dicat ſibi quiſque de me quid voluerit, miſera & ſatis odibilis eſt Deo iſta excuſatio. Ecce ſecura es tu de conſcientia tua. Nunquid illius conſcientiam vides cum quo loqueris? Certiſſime ſciatis, quia fœmina quæ virorum familiaritatem non vitaverit, aut ſe aut alium cito perdet. Contra reliqua vitia oportet nos omni virtute reſiſtere: libidinem vero non potes expugnare, niſi virorum conſortium fugeris. Si nobiles natæ eſtis, magis de religionis humilitate, quam de ſæculi dignitate gaudete. Audite Dominum dicentem: *Si quis reliquerit omnia, & ſecutus me fuerit, centuplum recipiet, & vitam æternam poſſidebit.* Si qua vero ex paupertate convertitur, Deo gratias agat, qui animas pauperum ſalvas faciet, & qui liberavit eas de impedimentis mundi. *Divites eguerunt, & eſurierunt inquirentes autem Dominum non deficient omni bono.* Omnes vos amate, ſi vultis ut Deus habitet in cordibus veſtris, quia ſcriptum eſt: qui odit fratrem aut ſororem ſuam in tenebris eſt, & in tenebris ambulat, & neſcit quò eat: quia tenebræ obcœcaverunt oculos ejus. Sunt forte aliquæ quæ facultates ſuas parentibus derelinquant, & ſe exinde exheredent. Audiant hæ Dominum dicentem: *Vendite quæ poſſidetis, & date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis. Diſperſit dedit pauperibus juſtitia ejus manet in ſæculum ſæculi.* Currite fideliter, ut poſſitis feliciter pervenire, & ſtare lætantes, & exultantes in conſpectu Domini Dei noſtri, qui vos dignatus eſt inter oves paſcuæ ſuæ eligere, & in regno ſuo ſicut in terreſtri miniſterio: ita in cæleſtibus ſedibus collocari præſtet, qui regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

Math. 15. 11. — Rom. 12. 1. — Math. 5. 17. — 1. Pet. 5 18. — Virorum conſortium virginibus quam periculoſum. — Math. 19. 29. — Pſal. 33. 11 — Luc. 12. 33. — Pſal. 111. 9.

EXPLICIT EPISTOLA CÆSARIÆ.

PRÆCEPTUM DAGOBERTI II. REGIS Impetratum ab Ibboleno Abbate Aniſolenſis Cœnobii.

Confirmat immunitates ejuſdem monaſterii.

Circa annum 711. Ex MS. codice Aniſolenſi.

DAGOBERTUS Rex Francorum vir inluſter omnibus agentibus præſentibus atque futuris. Si petitionibus ſervorum Dei, in quo pro opportunitatibus eccleſiarum vel monaſteriis noſtris patefecerint auribus, libenter audimus; regiam conſuetudinem exercemus, & nobis ad mercedem vel ſtabilitatem regni noſtri ſtabilire confidimus. Ideoque Venerabilis IBBOLENUS Abba de monaſterio (b) Aniſola, qui eſt in pago Cynomanico, in ho- (b)

(a) Ex hoc conſtat loco Papæ nomen quod ſolis hodie datur Romanis Pontificibus, aliis etiam epiſcopis olim tributum fuiſſe, quod aliis multis exemplis probare poſſemus.

(b) Aniſola inſigne olim monaſterium in diœceſi Cœnomanenſi à S. Carileſo fundatum, cujus nomen hodie retinuit vulgò *S. Calais.*

Digitized by Google

nore peculiaris noſtri patroni pii, beati videlicet CARILEFI Confeſſoris conſtructus, per miſſos ſuos Clementiæ regni noſtri detulit in notitiam, eo quod conſobrinus noſter GUNTRAMNUS Rex ad ipſum monaſterium ſub omni immunitate per ſuam auctoritatem conceſſiſſet, & hoc poſtea avi noſtri CHLOTHARIUS, & item DAGOBERTUS ſeu etiam CHLODOVEUS, nec non & CHLOTARJUS, etiam Domnus & avus noſter THEODERICUS, nec non & avunculus noſter item CHLODOVEUS, & præcelſus Domnus & genitor noſter CHILDEBERTUS quondam reges, qui per eorum auctoritates ipſorum manu roboratas, ipſi monaſterio hoc confirmaſſent, unde & ipſas præceptiones ſe ex hoc præ manibus habere adfirmant, & hoc circa ipſum monaſterium, nullo inquietante, aſſerunt conſervatum, ſed pro totius rei munimine poſtulat in hoc noſtra auctoritas, ut in ipſo monaſterio plenius debeat confirmare, quod nos præſtitiſſe veſtra non dubitet magnitudo. Quapropter præſenti præcepto jubemus, ut ſicut per auctoritates, ſeu per ſcripturarum principum leguntur, & uſque nunc fuit conſervatum, neque vos, neque priores, neque ſucceſſores veſtri in cauſis ipſius monaſterii, neque ad cauſas audiendas, neque ad freda exigenda, nec manſiones requirendo, penitus ingredere non præſumatis, niſi per auctoritatem firmatam ipſe Abba ſuique ſucceſſores atque congregatio eorum in ipſo monaſterio, Deo auxiliante conſiſtentes, quod ad præſens rationabiliter habere videntur, aut adhuc à Deo timentibus hominibus ibi fuerit additum vel augmentatum ſub omni immunitate inſpectas ipſas præceptiones ſupra memoratorum principum, quem ſe præ manibus ex hoc habere affirmant, valeant tenere, poſſidere, & ibidem ad ipſum locum ſanctum per hanc auctoritatem noſtram, ut hoc quod eſt firmatum perenniter proficiat ad augmentum, quod potius eis melius delectet pro ſtabilitate regni noſtri Domini miſericordiam deprecare. Et ut hæc præceptio noſtra firmum obtineat vigorem, manus noſtræ ſubſcriptionis roborare, ſigilloque noſtro hoc decrevimus affirmare. In Chriſti nomine DAGOBERTUS Rex. Data ſub die XV. Cal. Februar.

CARTA EBERARDI COMITIS pro monaſterio Morbacenſi.

Concedit ei baſilicas tres, S. Mariæ, S. Deſiderii, & S. Andecii.

Anno 732. *Ex Cartario Morbacenſi.*

CUm fragilitas humani generis pertimeſcit ultimum vitæ tempus ſubitanea tranſpoſitione quotidie in augmentatione boni operis creſcere, & dum in ſuo jure, poteſtate conſiſtit, præparet ſibi viam ſaluti, perquam ad æternam beatitudinem valeat pervenire. Ideoque ego in Dei nomine EBERHARDUS comes & conjux mea GEMELTRUDIS cedimus à die præſenti, ceſſumque in perpetuum

A eſſe volumus atque de jure noſtro in jure & donatione monaſterii quod vocatur Vivarius ſive *Murbach* in honore S. Petri & S. MARIÆ & S. Leodegarii ceterorumque ſanctorum, in pago Alſacenſi, quod ego, opitulante Domino, à novo conſtruxi & ipſo protegente in..... ubi venerabilis vir ROMANUS Abbas cum peregrinis monachis ſuis quos Dominus de diverſis provinciis coadunavit, præeſſe videtur, baſilicas in honore S. MARIÆ & S. Deſiderii ſeu S. Andecii, in loco nuncupato Petroſa: quem
B ex alode in portione contra germanum meum LEUDIFRIDUM ducem accepimus, ſitum in pago Alſacenſi, ad totum & integrum quicquid ad præſens ab eodem poſſidere videor, ac mihi legibus debetur, cum omni ſuppoſito, domibus, mancipiis & alodiis, peculiis, utriuſque ſexus, ſilvis, terris, pratis, paſcuis, aquis aquarumque decurſibus à die præſenti ad præfatum monaſterium tradimus ad poſſidendum: ut ab hac die habendi, poſſidendi &, quidquid
C exinde pro opportunitate ipſius monaſterii jam ſuperius nominati rectores elegerint faciendi, in omnibus libero fruantur arbitrio: licet inceſſionis pœna non ſit neceſſe, ſed nobis pro infirmitate placuit inſerendum. Si quis verò, quod futurum eſſe non credimus, ſi nos ipſi aut aliquis de heredibus aut præheredibus noſtris & quælibet oppoſita perſona calliditate commota, aut cupiditate præventa, ullo umquam tempore contra præſentem Epiſtolam
D ceſſionis noſtræ, quam nos devota mente fieri decrevimus, venire aut aliquid repetere præſumſerit, ipſam penitus iram Dei omnipotentis, & omnium ſanctorum, & angelorum ejus offenſionem, & Eccleſiæ catholicæ excommunicationem incurrat, damnandum ſe pertimeſcat, & inſuper judicibus, principibus inferat partibus ipſius monaſterii aliam......quantum ipſas res emelioratas valuerint, & partibus fiſci mulctam communicavit ut exolvat, & quod repetit
E non vendicet. Et hæc epiſtola firma permaneat ſtipulatione ſubnixa. Datum Manhmucho vico publico. Anno XI. regnante THEODORICO Rege. Kal. Febr. Eberhardus Comes.

CARTA BODALI PRO MONASTERIO S. Gregorii Monaſterienſis.

Anno 745. *Ex Cartario Monaſterienſi.* (a)

OPortunus unicuique dum in hac vita in hoc corpore vivere ſperat; dum licet
F cogitare ſtudeat. Ideoque ego itaque (a) BODALUS filius Hugone quondam pro æterna beatitudine vel indulgentia peccatorum meorum, dono pro animæ meæ remedio, & pro anima filii Gerhardi, ad monaſterio S. Gregorii & ceterorum ſanctorum, qui es conſtructus in Vageſo inter duas pachinas fluvium, ubi in Dei nomen AGOALDUS abbas cum monachis ibidem exiſtentibus regulariter degere videntur, donatumque in perpetuum ut permaneat eſſe volo, hoc eſt, in villa vel in fine *Hodulſeshein*, quidquid ibidem viſus ſum habere; hoc eſt,

(a) Hunc Bodalum filium Hugonis, filii Attici Ducis, Hedonis Monaſterienſis Abbatis & poſteà epiſcopi Argentini conſanguineum & Remigii Argentini Epiſcopi ex matre nepotem fuiſſe credunt noſtri Monaſterienſes.

Digitized by Google

A caſis, caſalis, gravicis domibus ædificiis, vineis, mancipiis, terris, campis, pratis, ſilvis, aquis, aquarumque decurſibus, & quod Balduinus & conjux ſua nobis proferunt, totum & ad integrum à die præſente ad ipſo loco ſancto trado atque transfundo: ut ab hac die ipſam rem ſuperiùs denominatam ipſi caſa Dei, vel congregatio ejus habeant, teneant atque poſſideant, & eorum ſucceſſoribus, Chriſto propitio, derelinquant, faciendi quod voluerint liberam habeant in omnibus poteſtatem. B Si quis, ego, aut heredes mei, vel quiſlibet appoſita perſona, quod contra hanc donationem à me factam venire tentaverit, aut irrumpere voluerit, tunc inferant vobis veſtriſque ſucceſſoribus dupl. repetitionem faciente fiſco auri uncias duas, & nihilominùs præſens donatio omni tempore firma permaneat ſtipulatione ſubnixa. Actum in ipſo monaſterio Confluentis publicè. Datum v. kalendas Jonarias, anno vi. regni Domni noſtri Childerici Regis. Signum † Bodalo qui hanc donationem fieri C rogavit, ſignum † Hucberto, ſignum † Ercomberto, ſignum † Sarculfo, ſignum † Ghiſalmundo, ſignum † Varinulfo, ſignum † Herchamberto, ſignum † Sigherlammo, ſignum † Bebo. Ego Rodaccius rogatus ſcripſi & ſubſcripſi.

EPISTOLA DONATIONIS RUDMONDI Clerici, pro Monaſterio Morbacenſi.

Anno 760. Ex cartis Morbacenſis monaſterii.

SAcro-ſancto monaſterio, quod eſt con- D ſtructum ſuper rivo *Murbach* in honore S. Leodegarii martyris & S. Petri papæ, vel ceterorumque Sanctorum, quod vocatur *Murbach*: ubi venerabilis vir Dominus Baldebertus epiſcopus ſeu abbas cum monachis, quos Dominus de diverſis provinciis propter nomen ſuum adunavit, ibidem conſiſtentibus regulariter degere videtur. Oportunum eſt unicuique dum in hac vita in hoc corpore mortali vivit, de futura vita ubi immortaliter perpetuèque vivere ſperat, dum licet cogitare E ſtudeat. Ideóque ego Rudmundus clericus quondam cogitans pro Dei timore, & æternâ retributione, animæ meæ remedio, & indulgentiâ peccatorum meorum, ut aliquid de re mea ad ipſum locum ſanctum monaſterium Murbacenſe condonare deberem: quod ita in Dei nomine facio. Propterea dono itaque à die præſenti, hoc eſt in pago Alſacenſi, in loco nuncupato in villa *Lielinſſne* quod vocatur *Heloldonilare* quidquid ibidem viſus ſum habere, & quodcumque mihi obvenit, aut perurget F juſtitia pervenire, et ego contra germanum meum in parte recepi: hoc eſt caſtris, campis, terris, araturis, pratis, ſilvis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, & quidquid eſſe aut dici poteſt iſta omnia denominata à die præſenti ad ipſum monaſterium locum ſanctum trado, atque transfundo ad poſſidendum: ut rectores ipſius habeant, teneant atque poſſideant: ita ut quod exinde facere voluerint, liberam ac firmiſſimam in omnibus in Dei nomine habeant poteſtatem faciendi. Si quis verò, quod fieri eſſe non puto, quod ſi ego ipſe, aut aliquis de heredibus meis, aut ulla oppoſita perſona contra hanc epiſtolam donationis, quam ego propriâ voluntate meâ ut fieret adfirmavi, calumniam generaret aut infringere voluerit, ſit culpabilis ad ipſum locum ſanctum, vel rectores ſeu partes monaſterii duplum, tantùm quantùm res ipſas eo tempore meliorata .... ſolidi centum & in fiſco auri uncias tres coactus exſolvat. Et quod repetit, evendicare non audeat. Et nihilominus præſens donatio iſta omni tempore firma & ſtabilis permaneat ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio S. Gregorii quod vocatur Confluentes publicè, anno ix. regnante domino glorioſiſſimo Pipino rege vi. kalendas Febr. Signum † Rudmundi clerici, qui hanc epiſtolam donationis fieri & affirmare rogavit. Signum † Sfrorici germani ſui, & ego Hurolfus presbyter rogatus hanc epiſtolam donationis ſcripſi.

PRÆCEPTUM CAROLI MAGNI Pro Monaſterio Morbacenſi.

Confirmat immunitates ipſius Monaſterii.

Anno 771. Ex Cartario Morbacenſi.

CArolus gratia Dei rex Francorum vir inluſter. Principale quidem clementiæ cunctorumque decet accommodare aurem benignam, præcipuèque pro compendio animarum &c. Igitur venerabilis vir Faribertus dono Dei abbas de monaſterio Vivario peregrinorum, qui ponitur in pago Alſacenſi ſuper rivum *Morbach*, quod eſt conſtructum in honore S. Leodegarii & S. Petri apoſtoli & S. Mariæ ſeu ceterorumque, ubi ipſe cum turma plurimâ monachorum deſervire dignoſcitur, clementiæ regni noſtri ſuggeſſit, quatenus anteceſſores noſtri quondam per eorum auctoritates, illorum manibus ſubſcriptas de villa ipſius monaſterii, ſeu quod ad præſens poſſidebat, tam ex emunitatibus principum, ſeu Eberhardi, qui ipſum monaſterium in ſua eleemoſyna fundavit, quam ex largitate pagenſium, vel quid in antea à Deo timentibus hominibus ibidem delegatum fuerit, integra emunitate conceſſiſſent: ut nullus judex publicus in villas vel res ipſius monaſterii ſeu nec ad cauſas audiendas, nec freda exigenda, nec manſiones, aut paratas faciendas, nec fidejuſſores tollendos, nec homines ipſius monaſterii de quibuſlibet cauſis diſtringendis, nec ulli redibitione requirendo ibidem ingredi non debeant. Verùm & ipſam præceptionem jam dictis anteceſſoribus noſtris ſeu & confirmationem antedictus Abbas Faribertus rector de ipſo monaſterio nobis oſtendit ad relegendum, & ipſum beneficium circa eundem & memoratam eccleſiam ipſius uſque nunc adſerit eſſe aſſervatum. Sed pro firmitatis ſtudio petit celſitudinem noſtram, ut hoc denuo circa monaſterium ipſum & ipſos monachos noſtra deberet auctoritas generaliter confirmare. Cujus petitionem pro reverentia ipſius loci, ut mereamur ad mercedem ſo-

Digitized by Google

ciari pleniſſima voluntate viſi fuimus præſtitiſſe, & in omnibus confirmaſſe. Præcipientes ergo jubemus, ut nullus judex publicus in res vel facultates ipſius eccleſiæ, nec ad cauſas audiendas, nec freda exigenda, nec manſiones aut paratas faciendas, nec fidejuſſores tollendos, nec homines ipſius eccleſiæ & monaſterii ipſius tam ingenuos quam & ſervos, qui ſuper eorum terras & mitio manere videntur, qui ibidem aſpiciunt de quibuſlibet cauſis diſtringendis, nec ullam reddibitionem requirendo ibidem ingredi non debeant, ſed ex beneficiis à jam dictis anteceſſoribus noſtris, inſpectis pridem auctoritatibus, ad jam dictum monaſterium uſque nunc fiat conſervatum: ita & deinceps per noſtram auctoritatem generaliter maneat inconvulſum, & quidquid exinde fiſcus noſter poterat exactare in luminaribus ipſius domni Leodegarii & S. Mariæ, pro ſtabilitate regni noſtri proficiat in perpetuum. Et ut hæ auctoritates tam præſentibus quàm & futuris temporibus poſſint conſtare, manu noſtra ſubterroborare & annulo noſtro ſigillare juſſimus.

Signum Caroli glorioſiſſimi regis.

Data Idus Januarii anno quarto regni noſtri Palatio noſtro publico in Dei nomine feliciter.

PRECARIA FACTA A SINDBERTO Abbate Morbacenſi Adumaro & Starehildi ejus uxori.

Anno 788. *Ex Cartario Morbacenſi.*

DIgno Chriſti ſpeculo SINDBERTO de monaſterio *Morbach*, ſive Vivario quod conſtructum eſt in honore S. Leodegarii, ubi congregatio ſancta pollet in almitate: optamus Deum cæli, ut & nunc & per cuncta ſæcula, Chriſto auxiliante, valeat. Ego itaque ADIMARUS & conjux mea STARECHILDIS precamur gratiam veſtram, ut nobis res eccleſiæ veſtræ ſitas in pago Alſacenſi præſtari debeatis; quod & ita feciſtis, ipſas res quas nos antea per donationis titulum ad ipſum monaſterium condonavimus. In ea verò ratione, ut dictum eſt, ut ſi ego ADUMARUS ipſas res totas quas ego & Starchildis conjux mea ad ipſum locum firmavimus, redimere voluero, de hoc ipſo anno cum uncia j. redimere debeam ad Paſcha. In alio anno cum ij. unciis ad Paſcha. In tertio anno cum iij. unciis redimere debeam ad Paſcha. Poſtea verò quandocumque voluero cum dimidia libra has res redimere debeam, ſtatim cum dimidia libra, quam ego de deſuper altare S. Leodegarii poſita fuerit: & ſi heredem mihi Dominus dederit, quandocumque fuerit, quandocumque voluerint cum xxx. ſolidis has res redimere debeant. Et ſi redimere noluerint cum IIII. denariis dum vixerint, & cognatio eorum dum vixerit de cenſu perſolvant: ſi autem ego ADUMARUS hoc redimere noluero, tunc ipſas res in beneficium veſtrum habere debeam, & cenſui me ut annis ſingulis pro ipſis rebus cenſum vobis reddere debeam, id eſt, ad miſſam S. Martini denarios quatuor de argento: ſi autem ego de hac luce deceſſero, priuſquam heredem habeam, tunc ſupraſcriptas res cum omni quod ſuperius donatum eſt habentes & rectores monaſterii ipſius, habeant, excepta dota STAREHILDE, quam ipſa Starehildis dum advixit habere in beneficium veſtrum debeat, & cum ipſo cenſu annis ſingulis, id eſt, denarios quatuor de argento ad miſſam S. Martini, & ut dum ego Adumarus & heredes mei viximus ſub cenſu fructuario ordine ipſas res habere debeamus, ſi eas redimere noluerimus. Poſt diſceſſum verò noſtrum ipſas res emelioratas abſque ullius hominis contradictione rectores ipſius monaſterii in eorum faciant revocare donationem. Factas precarias uno tenore conſcriptas die Mercurii Idus Julii Anno XXI. regnante Domno noſtro Carolo rege.

In Dei nomine ego SIMBERTUS epiſcopus atque abbas hanc precariam fieri conſenſi.

CARTA DONATIONIS UDALRICI facta Monaſterio Morbacenſi.

Anno 789. *Ex Cartario Morbacenſi.*

SAcro-ſanctæ eccleſiæ, quæ eſt conſtructa in pago Alſacenſi, in monaſterio cujus vocabulum eſt *Morbach*, ſive Vivarius peregrinorum in honore S. Petri principis apoſtolorum, ſeu Sanctæ MARIÆ ſemper virginis atque ſancti Leodegarii pontificis & martyris, ceterorumque ſanctorum, ubi vir vitæ venerabilis SIMPERTUS epiſcopus atque abbas præeſſe videtur. Ergo ego UDALRICUS in Dei nomine pro remedio animæ meæ & remiſſione peccatorum meorum, ut veniam in futuro conſequi merear. Dono itaque donatumque in perpetuum eſſe volo, atque de jure meo & poteſtate in jure & donatione jam præfatæ eccleſiæ, hoc eſt, in pago Alſacenſi in villa & in eadem marca quæ vocatur, *Matenheim*, quidquid ibidem habere videor & mihi legibus obvenit de genitore meo nomine AMALRICO, aut undecumque ad meam pervenit dominationem, & ad præſens poſſidere videor cum omni merito & dominio ſuo, cum adjacentiis & appenditiis, cum terris, domibus, ædificiis, mancipiis, vineis, ſilvis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, cum paſtoribus gregum, peculium utriuſque ſexus majoris & minoris, mobilibus & immobilibus, quidquid dici poteſt, & tempore præſenti mea videtur poſſeſſio, ad præfatam eccleſiam volo eſſe conceſſum: ita ut ab hac die cum dictis rebus abbas de jam præfato monaſterio, ſeu monachi ibidem degentes atque rectores ejus eas habendi, tenendi, & quidquid exinde pro opportunitate ipſius monaſterii elegerint faciendi, liberam in omnibus habeant poteſtatem. Si quis vero, quod futurum eſſe non credo, ſi ego ipſe, quod abſit, aut aliquis de heredibus meis, ſeu qualibet perſona, quæ contra hanc traditionem, quam ſpontaneo voto fieri decrevi, venire tentaverit, aut eam infringere conatus fuerit, inferat partibus fiſci auri libras quatuor, argenti pondus tres, & ad ipſam eccleſiam duplum quantum ipſas res emelioratas valent coactus exſolvat, & quod repetit nullatenus va-

Digitized by Google

„ pore veniam contra illa. Sic me Deus adjuvet & „ hæc ſancta Dei Evangelia.

Item, ipſe & ſinguli heredes ſui Romano Pontifici, & ſingulis ſucceſſoribus ſuis, & Eccleſiæ Romanæ, quando præſtabunt hujuſmodi juramentum fidelitatis, jurabunt, ſe ad hoc ſpecialiter obligantes, quòd numquam per ſe, vel alios, ſeu quocumque modo procurabunt, ut eligantur vel nominentur in regem vel imperatorem Romanum, vel regem Theotoniæ, ſeu dominum Lombardiæ aut Tuſciæ, vel majoris partis earumdem Lombardiæ vel Tuſciæ: & ſi electionem vel nominationem ad imperium vel regnum Romanum, ſeu ad regnum Theotoniæ, aut ad dominium Lombardiæ vel Tuſciæ, ſeu majoris partis earum, de ipſis celebrari contigerit, nullum hujuſmodi electioni vel nominationi aſſenſum præſtabunt, nec intromittent ſe ullo modo de regimine ipſius imperii vel regni Romani, ſeu regni Theotoniæ, aut Lombardiæ, ſeu Tuſciæ, vel majoris partis earum, ad quodcumque horum nominati fuerint vel electi. Quòd ſi ipſe vel aliquis heredum ſuorum, ſtudentibus & procurantibus eis ad imperium ipſum, ſive ad dictum regnum Romanum, ſeu regnum Theotoniæ, aut dominium Lombardiæ ſeu Tuſciæ, vel majoris partis earum, electi vel nominati fuerint; ſi hoc verum & manifeſtum fuerit, aut ſi poſt talem electionem vel nominationem de imperii, vel regni Romani, ſeu regni Theotoniæ, aut Lombardiæ ſeu Tuſciæ, vel majoris ipſarum partis, regimine ſe manifeſtè intromiſerint; eo ipſo à jure prædictorum regni Siciliæ & terræ cadant ex toto, ipſaque prorſus amittant. Si autem electioni vel nominationi factæ, non procurantibus ipſis, aut procurantibus conſenſerint, & ut huic electioni ſeu nominationi vel juri omnino renuntient, & quod de imperio ſeu de aliquo alio præmiſſorum, ad quod electi ſeu nominati fuerint, ſe nullatenus intromittant, moniti infra quatuor menſium ſpatium, poſt monitionem hujuſmodi tali electioni ſeu nominationi vel juri non renuntiaverint, vel de ipſo imperio ſeu aliquo præmiſſorum, ad quod electi vel nominati fuerint, ſe intromiſerint quoquomodo; ex hoc ſint eiſdem regno Siciliæ, & terra, & omni eorum prorſus jure privati. Si verò ad ipſum comitem vel ejus heredes non poterit commodè talis monitio pervenire, ſuper quo utique impedimento, videlicet quòd moneri commodè nequeant, credetur & ſtabitur aſſertioni Romani Pontificis, ſive dicto: ſufficiet pro ea ſuper hoc ipſius Romani Pontificis monitio publica & ſolemnis: ita quod ſi infra ſex menſes poſt illam non renuntiaverint, aut de imperio, ſeu de aliquo alio prædictorum ad quod electi ſeu nominati fuerint, ſe quomodolibet intromiſerint; cadant ex hoc ab omni jure ipſorum regni & terræ. Ceterum ſi contigerit aliquem de ſuis heredibus, qui deberet in prædictis regno Siciliæ & terra ſuccedere, in regem vel imperatorem Romanum, ſeu regem Theotoniæ, vel dominium Lombardiæ aut Tuſciæ, ſeu majoris partis earumdem nominari, ſeu eligi, vel aſſumi, nullatenus poſſeſſionem eorumdem regni Siciliæ ac terræ nanciſcatur vel habeat, nec ſe de illorum cura ſeu dominio & regimine per ſe vel per alios aliquatenus intromittat, niſi prius imperio vel regno Romano, ſeu regno Theotoniæ, aut dominio Lombardiæ vel Tuſciæ, ſeu majoris earum partis, ad quodcumque eorum electus nominatus fuerit vel aſſumtus, & omni juri competenti ſibi in illis omnino renunciet, & illorum regimen nec de jure nec de facto illud gerens vel retinens, omnino dimittat, ipſum nullo umquam tempore reſumturus. Alioquin cadat ab omni ſucceſſione ac jure, quæ in regno Siciliæ ac terra prædictis ſibi competerent ipſo facto: ita quod eadem regnum Siciliæ & terra ad Romanam Eccleſiam ejuſque diſpoſitionem plenè ac liberè devolvantur. Quòd, ſi non extantibus maſculis, femina in eiſdem regno & terra ſucceſſerit, illa regi vel imperatori Romano, ſeu in regem vel imperatorem Romanum electo, aut regi vel electo in regem Theotoniæ, ſeu domino Lombardiæ vel Tuſciæ, aut majoris partis earum, ſeu electo ad illarum dominium, numquam matrimonialiter copuletur: & ſi contrarium fecerit, eo ipſo cadat à Siciliæ regno & terra prædictis, maneatque prorſus ipſorum jure privata. Si autem ipſe vel aliquis heredum ſuorum contra hæc venerint, eo ipſo excommunicati, & inſuper labe ac reatu perjurii reſperſi & notati exiſtant. In hujuſmodi quoque juramento additur expreſſè, quòd nullo umquam tempore regnum ſeu imperium Romanum, aut regnum Theotoniæ, vel dominium Lombardiæ, ſive Tuſciæ, ſeu majoris earum partis, aut eaſdem Lombardiam vel Tuſciam, vel majorem partem ipſarum per ſe, vel per alios ſeu alium occupabunt, capient, vel acquirent, aut ſibi aliàs quomodolibet vindicabunt; & ſi ſecus fecerint, ſimiles ſecundùm præſcriptam formam pœnas incurrent.

Item, ſi fortè, deficientibus maſculis, contigerit feminam in regno ſuccedere, illa maritabitur perſonæ quæ ad ipſius regni regimen & defenſionem exiſtat idonea: Romani tamen pontificis prius ſuper hoc conſilio requiſito, nec nubet niſi viro catholico & Eccleſiæ Romanæ devoto, & ſi contra hæc fieret, licebit eidem Romano pontifici contra ipſam ad privationem prædictorum regni & terræ ſine figura judicii, & abſque omni juris ſolemnitate, in quacumque ætate filia ipſa conſiſtet, procedere, ſi hoc ei videbitur expedire.

Item, in regnum & terram prædicta nullus ſuccedet, qui non fuerit de legitimo matrimonio procreatus.

Item, regnum Siciliæ ac terra prædicta imperio nullo modo ſubdetur, ſeu ſibi ullo umquam tempore in eadem perſona quomodolibet unientur, & præciſè ſuper hoc articulo tam per pœnas ſpirituales, quàm alias cautiones cavebitur, juxta Eccleſiæ voluntatem: cùm prorſus intentionis ſit Romanæ Eccleſiæ, ut regnum & terra prædicta nullo umquam tempore imperio uniantur, ut ſcilicet unus Romanus imperator, & Siciliæ rex exiſtat. Quòd autem circa unionem ipſorum regni & terræ cum imperio dicimus, hoc ipſum circa unionem eorum regni & terræ cum regno Romano aut regno Theotoniæ, ſeu cum

Lombardia vel Tuſcia, ſive cum majori parte ipſarum Lombardiæ & Tuſciæ intelligimus, & volumus eſſe dictum.

Item, ſi ipſe vel ſui hæredes prædictam terram, quæ remanebit Eccleſiæ; vel aliquam ejus partem, aut Campaniam, vel maritimam, ſeu urbem, vel ducatum Spoletanum, aut marchiam Anconitanam, ſive patrimonium B. Petri in Tuſcia, aut alias quaſcumque terras Romanæ Eccleſiæ ubilibet conſtitutas occupaverint vel occupari fecerint, aut ſuper his offenderint, vel moleſtaverint Eccleſiam, ſeu fecerint moleſtari; & poſtquam ſuper hoc à Romano Pontifice moniti & requiſiti fuerint, vel ſi commodè moneri aut requiri nequiverint, juxta ipſius Romani Pontificis aſſertionem vel dictum, poſtquam de hoc ipſe publicè ac ſolemniter eos monuerit, infra tres menſes non reſtituerint integrè omnia occupata, eo ipſo ab eorumdem regni Siciliæ & terræ jure cadant totaliter, ipſaque regnum & terram prorſus amittant. Quòd ſi etiam reſtituerint occupata, nihilominus ad plenum de univerſis injuriis & damnis illatis ad mandatum ejuſdem Romani Pontificis ſatisfacere teneantur.

Item, omnibus Eccleſiis tam cathedralibus quàm aliis regularibus & ſæcularibus, nec non & omnibus prælatis & clericis, & univerſis perſonis eccleſiaſticis ſæcularibus & religioſis, & quibuſlibet religionis locis plenariè dimittentur & reſtituentur integrè omnia bona eorum immobilia, à quibuſcumque ablata vel occupata ſint, & per quoſcumque detineantur. Mobilia verò quæ extant & poterunt inveniri ſimili modo reſtituentur eiſdem. Hæc autem reſtitutio fiet abſque contradictione, ſeu difficultate qualibet, ſicut nanciſcatur prædictorum regni Siciliæ ac terræ poſſeſſionem hoc modo, ſcilicet quod ſtatim in illa parte ipſorum regni & terræ quæ ſibi obediat reſtitutio ipſa fiet, ipſaque poſtmodum confirmabitur ſucceſſivè, ſicut eadem regnum habebuntur & terra. Ne autem ſuper his rebus reſtituendis ingeri poſſit aliqua difficultas, deputabuntur à Romano Pontifice aliqui viri diſcreti, ad quorum mandatum & arbitrium, jurium & rerum immobilium & mobilium quæ extant, reſtitutio plena fiet: ita quòd ea de quorum dominio vel proprietate ſeu poſſeſſione notorium fuerit, ad eorum mandatum & arbitrium mox reddentur. In dubiis verò, per ipſos de plano & abſque judicii ſtrepitu veritas diligentius inquiretur. Sufficiet autem vocari camerarium, vel procuratorem, ſeu baillivum, in cujus juriſdictione vel balliva ſeu territorio bona de quibus agetur, conſiſtent ad videndum jurare teſtes qui in hujuſmodi inquiſitione deponent.

Item, omnes Eccleſiæ tam cathedrales quàm aliæ regulares & ſæculares, nec non & omnes prælati & clerici, & univerſæ perſonæ eccleſiaſticæ ſæculares & religioſæ, ac quæcumque religionis loca cum omnibus bonis ſuis in electionibus, poſtulationibus, nominationibus, proviſionibus, & omnibus aliis, plena libertate gaudebunt; nec ante electionem, ſive in electione, vel poſt, regius aſſenſus vel conſilium aliquatenus requiretur. Quam utique libertatem ipſe & hæredes ſui ſemper manutenebunt & conſervabunt, & manu teneri & conſervari facient ab omnibus ſubditis ſuis, dictæque Eccleſiæ ac perſonæ utentur liberè omnibus juris & juribus ſuis, ſalvo ei & ſuis hæredibus jure patronatus in Eccleſiis, in tantum quantum in hac parte patronis eccleſiarum canonica inſtituta concedunt, ubi antiqui reges Siciliæ hujuſmodi jus patronatus in ipſis eccleſiis habuerunt. Omnes etiam cauſæ ad forum eccleſiaſticum pertinentes liberè & abſque ullo impedimento agitabuntur, tractabuntur, & ventilabuntur coram ordinariis & aliis eccleſiaſticis judicibus, & terminabuntur per eos: ac ſi ad ſedem apoſtolicam ſuper hujuſmodi cauſis appellari contigerit, tam appellantes, quàm appellati ad eamdem venire ſedem pro appellationum proſecutionibus liberè & abſque inhibitione aliqua permittentur. Sacramenta verò fidelitatis præſtabuntur ſecundùm antiquam & rationabilem conſuetudinem, prout canonica inſtituta permittunt, ab illis eccleſiarum prælatis, quorum prædeceſſores antiquis illa Siciliæ regibus præſtiterunt. Ab illis autem prælatis & eccleſiis qui regalia ſive temporalia bona tenent, ſi qui tamen ſunt qui hujuſmodi bona teneant à domino regni & aliis dominis temporalibus, & qui ratione hujuſmodi bonorum, ab antiquo conſueverunt regibus & ipſis dominis temporalibus ſervitia exhibere hujuſmodi, honeſta & antiqua ſervitia eis ſecundùm rationabilem & antiquam conſuetudinem, & ſicut inſtituta patiuntur canonica, impendentur; ſalva ſemper circa eccleſias cathedrales & alias regulares & ſæculares ac perſonas & loca eccleſiaſtica tam in faciendis proviſionibus & electionibus confirmandis, quàm in omnibus quibuſcumque aliis, Romani Pontificis & Eccleſiæ Romanæ juriſdictione ac auctoritate plenaria & libera poteſtate.

Item, revocabit omnes conſtitutiones ſeu leges per prædictum Fr. vel per reges Siciliæ, ſive per Conradum ipſius Fr. filium aut Manfredum quondam principem Tarentinum, qui de facto regnum ipſum detinet occupatum, editas contra eccleſiaſticam libertatem, nec ſtatuta vel conſtitutiones aliquas edet aut etiam promulgabit, per quæ juri vel libertati eccleſiaſticæ derogetur.

Item, comes promittet quod nullus clericus vel perſona eccleſiaſtica eorumdem regni & terræ in civili vel criminali cauſa convenietur coram judice ſæculari, niſi per feudis judicio petitoris conveniatur civiliter, ſed omnes eccleſiæ ac perſonæ eccleſiaſticæ omnimodè erunt liberæ, & in nullo regi vel principi ſubjacebunt.

Item, nullas tallias vel collectas imponet eccleſiis, monaſteriis, clericis & viris eccleſiaſticis, vel rebus eorum.

Item, in eccleſiis vacantibus rex nulla habebit regalia, nulloſque fructus, redditus, & proventus, nullas etiam obventiones, ac nulla prorſus alia percipiet ex eiſdem, cuſtodia earumdem

Digitized by Google

proceſſit, gratiam Spiritus-ſancti deſignari, ut quamdiu halitum naribus trahat, per gratiam Spiritûs-ſancti in ſe auribus ſpiritalibus percepta perdurare ſtudeat. Pectus quoque ungitur oleo, ut ſigno ſanctæ crucis diabolo claudatur ingreſſus. Signantur & ſcapulæ, ut undique muniatur, & velut depoſito diabolicæ ſervitutis jugo, tranſeat ad glorioſam filiorum Dei libertatem. Item in pectoris & ſcapulæ unctione intimatur fidei firmitas, & bonorum operum perſeverantia. Et ſic in nomine Patris, & Filii, & Spiritus-ſancti, homo qui ad imaginem ſanctæ Trinitatis conditus eſt, trina ſubmerſione tinctus, ad ejuſdem renovatur imaginem Trinitatis; & ut qui tertio gradu peccat, id eſt conſenſu cecidit in mortem, tertio elevatus de fonte per gratiam reſurgat ad vitam. Tunc albis induitur veſtimentis propter gaudium ſcilicet & ſolemnitatem regenerationis, ac caſtitatem vitæ angelicæ & ſplendoris decorem. Tum ſacro chriſmate caput perunguitur, & myſtico tegitur velamine, ut intelligat ſe diadema regni, dignitatemque ſacerdotii in myſterio ſuſcepiſſe baptiſmi, ſecundùm quod Apoſtolus, *Vos*, inquit, *eſtis genus regium & ſacerdotale, offerentes voſmet Domino hoſtiam ſanctam, & Deo placentem.* Corpore autem & ſanguine Dominico *a* confirmatur, ut illius capitis membrum fieri poſſit, qui pro eo paſſus eſt & reſurrexit. Noviſſimè per impoſitionem manus à ſummo ſacerdote ſeptiformis gratiæ Spiritum accipit, ut roboretur per Spiritum-ſanctum ad prædicandum aliis, qui fuit in baptiſmo per gratiam vitæ donatus æternæ.

EPISTOLA FORMATA ARCHIEPISCOPI MOGUNTINENSIS

Ad Bernarium Wormatienſem epiſcopum.

Gerbertum clericum ad eum accedentem commendat.

Circa annum 800. *Ex ms. Morbacenſi.*

RICULFUS miſericordia Dei Maguntiæ civitatis archiepiſcopus BERNARIO fratri ac Wormacenſis civitatis epiſcopo in Deo Patre & Domino JESU-CHRISTO & præſentis vitæ felicitatem & futuræ etiam optamus beatitudinem.

Notum ſit almitati veſtræ, quia Gerbertus clericus ac fidelis filius noſter cum omni humilitate à nobis petiit, ut ei viſitationis ſeu devotionis gratia tam religionem veſtram quàmque & loca ſacra vobis à Deo ad gubernandum commiſſa viſitare licuiſſet: ea ſcilicet conditione, ut ſi propter cauſas quaſdam à nonnullis occultandas, vobis autem manifeſtandas utriſque, vobis videretur ut ad ſalutem animæ ſuæ vobiſcum maneret, ac veſtræ veſtrorumque ſe ſollicitudini committeret, ita facere licuiſſet: ſin autem, abſque ulla noxia vagatione interpoſita, ad nos remearet. Unde ei hanc epiſtolam eccleſiaſtico more numeris ac ſupputationibus congruis aſtipulatam fieri juſſimus, ut ſcire valeat Deo digna fraternitas veſtra, eum nec fuga lapſum nec fraude profectum, ſed noſtra ſpontanea voluntate ad vos fuiſſe deſtinatum. I. D. XXX. Valete in Domino. XCVIII.

PRÆCEPTUM LUDOVICI PII Imperatoris pro monaſterio Morbacenſi.

Eximit Morbacenſes ab omni telonio.

Anno 816. *Ex Cartario Morbacenſi.*

IN nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri JHESU CHRISTI. HLUDOVICUS divina ordinante providentia imperator auguſtus, omnibus epiſcopis, abbatibus, ducibus, comitibus, vicariis, centenariis, teloneariis, actionariis, miſſis noſtris, diſcurrentibus vel omnibus rem publicam adminiſtrantibus, ſeu ceteris fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ & noſtris tam præſentibus quàm & futuris notum ſit: quia vir venerabilis GUNTRAMMUS abba ex monaſterio quod nuncupatur Vivarium peregrinorum, quod eſt ſitum in ducatu Alſacenſe, ſuper fluvium *Morbach*, conſtructum in honore S. Leodegarii & S. Petri principis apoſtolorum, vel ſanctæ Dei genitricis ſemperque Virginis MARIÆ, detulit nobis auctoritatem præceptionis domni & genitricis noſtri CAROLI bonæ memoriæ piiſſimi auguſti, in qua continebatur, qualiter conceſſiſſet eidem monaſterio vel monachis ibidem degentibus teloneum de navibus, quæ per qualibet flumina diſcurrunt, necnon & de carris & ſagmariis, neceſſaria ipſius monaſterii & congregationis ibidem Deo famulantis deferentibus, ſive in *Marſal* & in *Iris*, vel ubicumque ierint, negotiaverint aut vendidderint, nullus telonium exactare aut requirere præſumeret. Pro firmitatis namque ſtudio poſtulavit nobis prædictus abba, ut paternum morem ſequentes, hujuſcemodi auctoritatis noſtræ beneficium eidem concederemus vel confirmaremus monaſterio: cujus precibus nobis ob amorem Dei & venerationem ipſius ſancti loci annuere, & hoc præceptum munificentiæ noſtræ firmitatis gratia fieri libuit: per quod jubemus atque præcipimus, ut nullus judex publicus, vel quiſlibet ex judiciaria poteſtate de navibus & carris, vel ſagmariis, vel ceteris vehiculis, neceſſaria ipſius monaſterii deferentibus de quolibet commercio undecumque fiſcus telonium exigere poteſt, ullum telonium aut quaſlibet exactiones vel occaſiones quærere aut exactare præſumat: ſed ubicumque infra ditionem imperii noſtri ob utilitatem & neceſſitatem ipſius monaſterii ad quaſcumque videlicet civitates, caſtella, aut portus, pontes, trajectus, vel cetera loca acceſſum habuerint, nullus ex eis aut hominibus qui hoc prævident, ullum telonium, ſicut diximus, aut ullum occurſum, vel ullum cenſum, aut ullam retributionem accipere, aut exigere audeat: ſed licitum ſit abſque alicujus illicita contrarietate vel detentione per hanc noſtram auctoritatem naves, carra, ſagmaria, & cetera vehicula, & homines qui

(*a*) Id eſt communicantur ut conſtat ex variis antiquis ritualibus.

eas prævidere debent, cum his quæ deferunt A liberè atque ſecurè ire & redire, & ſi aliquas moras in quolibet loco fecerint, aut aliquid mercati fuerint aut vendiderint, nihil ab eis prorſus, ut dictum eſt, exigatur. Hæc verò auctoritas ut pleniorem in Dei nomine obtineat vigorem, & à fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ & noſtris veriùs credatur atque conſervetur, manu propria ſubterfirmavimus, & anuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus.

Signum Hludovici ſereniſſimi imperatoris. B Durandus diaconus ad vicem Elisachar recognovit. Data XI. Calendas Septembris anno Chriſto propitio tertio imperii domni Hludovici piiſſimi auguſti, indictione IX. Actum Aquiſgrani palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.

PRÆCEPTUM LUDOVICI PII imperatoris pro monaſterio Morbacenſi.

C

Anno 816. Ex Cartario Morbacenſi.

In nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu-Chriſti. Hludovicus divina ordinante providentia imperator auguſtus. Notum ſit omnibus fidelibus noſtris tam & præſentibus quàm & futuris, quia vir venerabilis Guntrammus abba ex monaſterio, quod dicitur Vivario peregrinorum, quod eſt ſitum in ducatu Alſacenſi, ſuper fluvium *Morbac*, conſtructum in honore S. Leodegarii, & S. Petri principis apoſtolorum, vel ſanctæ Mariæ ſemper Virginis, detulit nobis auctoritatem D Domni & genitoris noſtri Caroli bonæ memoriæ ſereniſſimi auguſti, in qua continebatur, eo quòd homines liberos, qui ad prædictum monaſterium tempore avi noſtri Pipini regis obedientes fuerunt, eo tempore ad ipſam caſam Dei. Et poſtulavit idem Guntrammus abba, ut ſicut tempore avi noſtri Pipini regis, & Domni & genitoris noſtri Caroli prædicti homines obedientes fuerunt, ita E & noſtro. Præcipientes ergo jubemus, ut ſicut in eadem præceptione continetur, ut nullus quiſlibet ex judiciaria poteſtate, aut miſſi diſcurrentes præfatos homines liberos, qui tempore Domni & genitoris noſtri ad prædictum monaſterium deſervierunt, inquietare aut calumniam generare, aut aliquam injuſtam contrarietatem facere præſumat, ſed liceat eis ſecundum eorum conſuetudinem, quanti melius valuerint, ad ipſum monaſterium deſer- F vire, & obedientes hominibus eſſe. Et ut certius hanc noſtram juſſionem eſſe credatur, de anulo noſtro ſubter juſſimus ſigillari.

Signum Hludovici ſereniſſimi imperatoris.

Durandus diaconus ad vicem Helisacharii recognovi.

Data XI Cal. Septembris, anno Chriſto propitio tertio Imperii Domni Hludovici piiſſimi Auguſti. Indictione IX. Actum Aquiſgrani palatio regio in Dei nomine feliciter. G Amen.

TESTAMENTUM HAGANONIS ET Adjutoris S. Martini turonensis Canonicorum.

Quicumque res ſibi debitas Deo pia devotione obtulerit, & locis ſanctorum in ſubſtantia Chriſto famulantium ac pauperum refectione cum perfecta caritate deputaverit, ſentiet ſibi adeſſe ſanctorum ſuffragia, per quæ mercabitur præmium caritatis in requie Chriſti culturibus præparata, ſicut ſcriptum eſt: *Divitiæ viri redemtio animæ illius.* Et licet ſint parva quæ prona dederit voluntate, fulcietur tamen ſententia Chriſti dicentis: *Si dederit quis calicem aquæ frigidæ in nomine meo, mercedem benivolentiæ percipiet*; & illa qua dicitur laudaſſe Dominus viduam propter paupertatis nummula duo ſponte ſua in templo delata. Sed ſive parvum ſit, ſive magnum, totum illud eſt quod perfectum eſſe poteſt. Bene facit animæ ſuæ vir miſericors. Qua propter nos in Dei nomine Hagano & Adjutor germani, infra monaſterium S. Martini ſub ſereniſſimo abbate Domno Fridegiso canonicam pariter vitam degentes, teſtamentum noſtrum libera mente pronaque devotione, de rebus noſtris propriis condidimus, pro remedio animarum noſtrarum, & domini noſtri prædicti abbatis, cujus benivolentia exhortati, hoc facere pertractantes decrevimus, in hujus tuitione noſtra devotio defenſata maneat inviolata. Ergo cedimus, ſimulque tradimus poſt obitum noſtrum S. Martino ad peculiare fratrum, ceſſumque in perpetuum eſſe volumus manſum noſtrum dominicatum, quem extra conſortia fratrum in hereditate .... habuimus in pago Bleſinſe, in condita Ponte lapidenſe, in villa Blidrico, cum terris, domibus, ædificiis, vineis, ſilvis, pratis, paſcuis ſuprapoſitis; cultum & incultum, quæſitum & adinquirendum, cum omnibus appenditiis, vel adjacentiis ſuis, ſicut à nobis præſenti tempore videtur eſſe poſſeſſum, excepto quod de Hibone & Bertilde, vel heredibus eorum comparavimus. Cetera totum & ad integrum partibus S. Martini tradimus, cum hominibus ibidem commanentibus, quos colonario ordine vivere conſtituimus: Daniel & uxor ſua Herlinde cum infantibus eorum, Arleverto & uxore ſua: Dedane cum infantibus eorum, Adalberto & uxore ſua Bertane cum infantibus eorum, Genmaro & uxore ſua Adelhide cum infantibus eorum, item Adalberto cum uxore ſua Erlilde cum infantibus eorum, Berhario & Romano & uxore ſua Archentrude cum infantibus eorum, Aldemaro & uxore ſua Adalbergane cum infantibus eorum, Chriſtiano & uxore ſua cum infantibus eorum, Ragantrude cum infantibus ſuis excepto, qui à nobis ingenuitates promeruerunt, vel alicubi delegati ſunt. Item cedimus manſum dominicatum, quem de diverſis hominibus pariter comparavimus in pago Turonico, in condita Monte-Laudiacenſi, in villa Gruſſio cum terris, do-

Anno. 819. Ex Cartario S. Martini Turonenſi.

Prov. 13. 8.

Math. 10, 42.

mibus, ædificiis, vineis, pratis, paſcuis, cultum & incultum, quæſitum & adinquirendum, excepto illum campum in illo Monte ad illa colto Cetera totum & ad integrum tradimus cum hominibus ibi permanentibus, quos colonario ordine vivere cenſuimus: Ermenberto cum infantibus ſuis, Naittone & uxore ſua cum infantibus ſuis, excepto ut ſupra. Similiter in ipſo agro in villa Silcariolas vineas cum terris, pratis, ſilvis, cum omnibus ſuis adjacentiis. Similiter in ipſo agro in villa B Braïco manſum dominicatum ex diverſis hominibus contractum cum terris, domibus, ædificiis, vineis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus cum omnibus adjacentiis, & cum hominibus ibidem commanentibus, quos colonario ordine vivere ſtatuimus. Theoberto & uxore ſua Dodilde cum infantibus eorum, Ruboldo cum infantibus ſuis, excepto ut ſupra. Item cedimus manſum dominicatum ex noſtra hereditate in pagô Andecavo C in condita Catenacenſe, in villa Creſiaco, excepto illô quod de Gunduino comparavimus, & illum manſellum quem Theoduinus tenuit, & illam vineolam quæ juxta eſt, & in campo Rotondo portiones noſtras. Cetera verò omnia tradimus cum terris, domibus, ædificiis, vineis, ſilvis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, cultum & incultum, cum omnibus adjacentiis vel appenditiis ſuis, cum hominibus ibidem commanentibus, quos D colonario more vivere ſtatuimus; Adalberto & uxore ſua Tezoboldane cum infantibus eorum. Item cedimus manſum dominicatum ex noſtra hereditate, portiones noſtras in pago Andecavo, in condita Crovinſe, in villa Pauliaco cum terris, domibus, ædificiis, vineis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, cultum & incultum, excepto illam vineam, quam ego Hagano per donationem mei genitoris plantavi extra conſortium fratrum, E & illam tertiam partem in illo manſo, ubi Suffredus commanet, & illum campum qui dicitur ad Buniones & ad illa pratella. Cetera tradimus cum omnibus ſuis appenditiis, cum hominibus ibidem commanentibus, quos colonarios fecimus, Anſedram cum infantibus ſuis, Godeario & uxore ſua Waltrude, cum infantibus eorum, excepto ut ſupra. Et conſtituimus illos homines in omnibus prædictis locis commanentes illam terram F & vineas, & omnia ad medietatem collaborare; & nihil aliud eis requiratur, nec poſt nos nihil inquietudinis patiantur. Quod ſi fecerint, pars S. Martini eos defendat, & vivant ſicut alii liberi coloni. Illos verò quos nec liberos dimiſimus, nec alicubi delegaverimus, pars S. Martini recipiat & defendat. Ea quippe ratione prædictas res eximio Chriſti confeſſori Domino noſtro Martino devotiſſimè offerimus, ut quamdiu ſimul advixerimus, ipſas G res cum omni ſoliditate & integritate ſine ullius præjudicio teneamus jure firmiſſimo; & quicumque ex nobis ſuperſtes fuerit, ſimiliter nullo inquietante quieto ordine teneat, ſicut in noſtras contulitiones pari conſilio noſtriſque fide commiſſis inter nos multò ante confirmavimus. Et ſi alicui de noſtris ſervientibus vel fidelibus, ob eorum circa nos benevolentiam, per epiſtolam aliquid contulerimus ſub cenſo, ad augmentum ſubjectæ fratrum refectionis perpetualiter ſine ullius inquietudine habere conceſſimus. Ergo cenſuimus ex ſupradictis rebus pro redemtione animarum noſtrarum & eleemoſyna Domni noſtri Fridegisi abbatis annis ſingulis in die vigiliarum S. Petri IV. Calendas Julii ad refectionem fratrum modia VIII. vini inter refectorium & ad collationem modia VIII. pullos CXXX. vel caſeum juxta dumtaxat poſſibilitatem, vel temporum æſtimationem, & ad illos pulſantes, inter panem & vinum modium unum, & ad illud hoſpitale ſimiliter, & in illo vero ſacrario vinum & oblatas; in luminaribus verò ejuſdem cellulæ S. Petri quam Hiltfredus regere videtur, infra ipſum monaſterium ipſa die oleum aut cera lib. III. Et conſtituimus heredes poſt obitum noſtrum, Dodonem videlicet fratrem noſtrum in villa Blidrico. Similiter & in Graſſio, & illam medietatem; & in Creſiaco, & illam medietatem in Pauliaco, & omnis ejus agnatio poſt eum per legitimas ſucceſſiones ordinatim nati, unde dabit ipſe, & quicumque poſt eum de ſua progenie tenuerit, ad prædictam feſtivitatem omni anno ad refectionem fratrum tritici modia V. vini modia V. pullos LXXX. Aganardus verò recipiat illam medietatem in Pauliaco, unde fratribus reddat ad prædictam refectionem tritici modia II. vini modia II. pullos XXV. Similiter & omnis ejus legitima ejus agnatio perpetualiter faciat. Hungafer autem recipiat illum manſum in Strada & in Fiſcariolas, & fratribus reddat ad prædictam refectionem tritici modia II. vini modia II. pullos XXV. & Hunoldus frater ejus poſt eum, & deinde ſinguli fratres eorum per ordinem nativitatis ſuæ, ac ſimiliter per ſucceſſiones legitima eorum progenies. De Braïco verò ad illum ſacrarium ad oblationem faciendam in ſupradicta die tritici ſextaria II. & ad illam eccleſiam S. Petri, quæ juxta eccleſiam S. Venantii, de oleo aut de cera libras III. ille reddat cui per epiſtolam nos reliquerimus poſt obitum noſtrum. Et hæc omnia illo decano qui tunc temporis erit unuſquiſque reddere faciat, ſicut illi conſtitutum eſt, ut ipſe fratribus monſtrari faciat, quia prædictas res in peculiare fratrum delegavimus. Illud ergo nos in hac ceſſione inſerere oportuit propter futuram pervicatiam, ut ſi aliquis illorum quos hic heredes inſerimus, unum ex nobis læſerit, habeamus poteſtatem ab hac ceſſione expellere, & alterum in loco ejus ſubſtituere, & quamdiu unus ex nobis ſupervixerit, pendet in noſtro arbitrio quid faciendum, quidve emeliorandum ſit, ſicut melius elegerimus, & quicumque ex illis per nos tardus aut negligens de prædicto cenſo apparuerit, fratres qui tunc temporis erunt requirant, & decanus exigi

Digitized by Google

faciat. Et ſi aliquis contumax & temerarius A noſtra ſtatuta contemnere voluerit, ſolidos xxx. ſolvere cogatur, & ipſum cenſum reſtauret, ſed tamen ipſas res non pendat. Porro nos humillima prece omnes generaliter fratres precamur tam in noſtra vita, quàm & poſt obitum noſtrum, ut in illo die, & pro prædicto Domno FRIDEGISO pſalmos per decanias & miſſas ſpecialiter cantent: quatenus in redemtione animarum noſtrarum, ipſæ res proficiant ad ſalutem. Et illud inſeruimus, ut B nulli ex heredibus vel ſucceſſoribus noſtris liceat quidquam de ipſis rebus vendere, aut donare, aut alienare, vel ullo modo diſtrahere, ſed ſub prætexto S. Martini & ſub prædicto cenſo uſufructuario ordine diebus vitæ ſuæ, ſicut ſupra dictum eſt, per legitimas ſucceſſiones unuſquiſque teneat. Et quicumque ex heredibus vel proheredibus, ſeu ulla oppoſita vel emiſſa perſona, contra hanc ceſſionem & venditionem aliquid refragare tentaverit; C nihil vendicet; & contra qui litem intulerit ſocio; fiſco auri libras II. argenti pondo V. cogatur ſolvere, & ſua repetitio nihil valeat. Sed hæ duæ ceſſiones uno tenore conſcriptæ, quarum una in archivo S. Martini maneat, & alteram ad defendendas ipſas res penes nos habeamus, noſtris bonorumque hominum manibus roboratæ, firmæ & ſtabiles in perpetuum valeant permanere. D

HAGANO diaconus ceſſionem à me factam ſub ſignum ſanctæ crucis confirmavi.

ADJUTOR germanus ceſſionem à me factam...... anno quinto domni LUDOVICI ſereniſſimi imperatoris.

PRÆCEPTUM LUDOVICI PII Imperatoris Alboino abbati Aniſolenſi conceſſum.

Concedit facultatem eligendi abbatis. E

Anno 825. Ex ms Aniſolenſi.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri JESU-CHRISTI. HLUDOVICUS divina ordinante providentia imperator auguſtus, omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ & noſtris, ſeu etiam Deo diſpenſante ſucceſſoribus noſtris, notum ſit quia venerabilis ALBOINUS abba monaſterii S. CARILEFI, quod dicitur Aniſola, ad noſtram accedens clementiam, ſuggeſſit manſuetudini noſtræ, ut ſicut F auctoritas canonica & regularis jubet, monaſterio, cui ipſe Deo auctore præeſt, per noſtrum præceptum confirmare & poſt ejus obitum, ſi talis inventus in prædicto monaſterio fuiſſet, qui ſecundùm regulam S. BENEDICTI monachis Deo ibidem militantibus præeſſet, prodeſſe potuiſſet, licentiam haberent inter ſe eligendi abbatem. Cujus deprecationem quia juſte & rationabilis nobis viſa eſt, aurem accommodavimus, & hos noſtros impe- G riales apices fieri juſſimus, per quos decernimus atque jubemus, ut poſt prædicti abbatis diſceſſum, ſi talis ibi de eadem congregatione inventus repertus fuerit, qui ceteros ſecundùm regulam S. BENEDICTI regere poſſit, licentiam habeant inter ſe eligendi abbatem, qualiter ipſam congregationem pro nobis, conjuge noſtra, proleque noſtra, & ſtabilitate totius imperii noſtri hilariter Domini miſericordiam exorare delectet. Et ut hanc auctoritatem à nobis factam veriùs credatis, & diligentiùs conſervetis, manu propria noſtra ſubterfirmavimus, & anuli noſtri impreſſione ſignare juſſimus.

Signum HLUDOVICI ſereniſſimi imperatoris.

DURANDUS diaconus ad vicem FRIDEGISI recognovi.

Data pridie Calendas Junii anno Chriſto propitio XII.

Domni HLUDOVICI imperatoris, indictione tertia.

Actum Aquiſgrano palatio regio.

PRÆCEPTUM LUDOVICI PII ET LOTHARII Imperatorum pro monaſterio S. Gregorii.

Anno 826. Ex Archivis monaſterii S. Gregorii.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri JESU-CHRISTI HLUDOVICUS & HLOTARIUS divina ordinante providentia imperatores auguſti. Si erga loca divinis cultibus mancipata propter amorem Dei & in eiſdem locis ſibi famulantibus beneficia opportuna largimur, præmium nobis apud Dominum æternæ remunerationis rependi non diffidimus. Idcirco notum ſit omnium fidelium noſtrorum tam præſentium quàm & futurorum ſolertiæ, quia vir venerabilis GOTAFRIDUS abba ex monaſterio, quod nuncupatur Confluentis, quod eſt ſitum in pago Alſacenſe, conſtructum in honore S. Gregorii ceterorumque ſanctorum, detulit obtutibus noſtris immunitatem domni & genitoris noſtri KAROLI bonæ memoriæ ſereniſſimi auguſti, in qua continebatur inſertum, quod ipſe & anteceſſores ejus priores reges Francorum præfatum monaſterium, propter divinum amorem tranquillitatemque fratrum ibidem conſiſtentium, ſemper ſub pleniſſima defenſione & immunitatis tuitione habuiſſent: ad firmitatem tamen rei poſtulavit nobis prædictus GODEFRIDUS abba, ut eorumdem regum auctoritates ob amorem Dei & reverentiam S. Gregorii noſtra confirmaremus auctoritate. Cujus petitioni libenter acquievimus, & ita in omnibus conceſſimus, atque per hoc preceptum noſtrum confirmavimus. Quapropter præcipientes jubemus, ut nullus judex publicus vel quiſlibet ex judiciaria poteſtate in eccleſia, aut loca, vel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones memorati monaſterii, quas moderno tempore infra ditionem imperii noſtri juſtè & rationabiliter poſſidet, vel quæ deinceps in jure ipſius ſancti loci voluerit divina pietas augeri, ad cauſas audiendas, vel freda aut tributa exigenda, aut manſiones, vel paratas faciendas, aut fidejuſſores tollendos, aut homines ipſius monaſterii, tam ingenuos quàm & ſervos, ſuper terram ipſius commanentes injuſtè diſtringendos, nec ullas redhibitiones aut illicitas oc-

Digitized by Google

caſiones requirendas, noſtris aut futuris temporibus ingredi audeat, vel ea quæ ſupra memorata ſunt exigere præſumat: ſed liceat memorato abbati ſuiſque ſucceſſoribus res prædicti monaſterii ſub immunitatis noſtræ defenſione quieto ordine poſſidere, & quidquid exinde fiſcus exigere poterit, totum nos pro æterna remuneratione præfato monaſterio conceſſimus, ut alimonia pauperum & ſtipendia ſervorum Dei ibidem Deo famulantium proficiat perpetuis temporibus in augmentis. Et quandoquidem divina vocatione ſupradictus abba vel ſucceſſores ejus de hac luce migraverint, quamdiu prædicta congregatio inter ſe tales eligere potuerint, qui ceteris ſecundùm Regulam S. BENEDICTI prodeſſe & præeſſe potuerint, per hanc noſtram auctoritatem licentiam habeant inter ſe eligendi Abbatem: quatenus ipſos ſervos Dei, qui ibidem Deo famulantur, pro nobis & conjuge proleque noſtra atque ſtabilitate totius imperii noſtri à Deo nobis conceſſi, Domini miſericordiam jugiter exorare delectet. Et ut hæc auctoritas noſtris futuriſque temporibus, Domino protegente, valeat inconcuſſa manere, manibus propriis ſubterfirmavimus, & anuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus.

Signum HLUDOVICI sereniſſimi imperatoris.

Signum HLOTHARII gloriſſimi Auguſti.

DURANDUS diaconus ad vicem Fridugiſi recognovi.

Data VI. Kalendas Novembris, anno Chriſto propitio XIII. imperii Domni Hludovici, V. Hlotharii ſereniſſimi auguſti indictione IV.

Actum Ingelheim palatio regio in Dei nomine feliciter.

EPISTOLA (a) AMALARII EPISCOPI ad Anonymum epiſcopum.

Circa 828. Ex ms ſancti Albini Andegavenſis.

SUfficere quidem credimus fidei tuæ, quoniam quæris in Chriſto JESU ac ſacerdotalis nominis arctam tibi & anguſtam intellectus viam in Domino reſerari: quia præcedentibus meritis, ac virtutis inſignibus ad officium à Domino electus es, licet in multis gratia Chriſti in eis operibus comprobetur, & ceſſante merito converſationis ac vitæ, ſola Dei dona fructificent: tamen quia tu præ ceteris dilectus à Domino comprobaris, quia & legis opera compleſti, & commoraris in gratia, uſque ad eminentem ſcientiæ caritatem intellectum Dei tecum conloquentem feſtinas, & exiſtentibus cogitationibus inſignibus hoc vis noſſe quod factus es: totius tibi eccleſiæ prout præcipit, ſacramenta reſerabit, ordinem locumque cuſtodiens, & quid qualiter obſervare debeas docens, ſi modo ad injuriam non revoces novelli exhortationis induſtriam, ac te pudeat paulumper minorem eſſe, cum dicis quia ſepoſito ut vilis privilegium dignitatis habes.

EXPLICIT AMALARIUS.

PRÆCEPTUM LUDOVICI PII Imperatoris pro monaſterio S. Martini Turonenſis.

Anno 833. Ex Cartario S. Martini.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri JESU-CHRISTI. HLUDOVICUS divina ordinante providentia imperator auguſtus. Si locis Deo dicatis quiddam honoris conferimus, & Deo in eis famulantium pacis & tranquillitatis curam gerimus, & ad miniſterium ſuum liberiùs exequendum opem ferimus; hoc nobis procul dubio ad ſtatum regni noſtri corroborandum, & ad æternæ vitæ beatitudinem capeſcendam, profuturum eſſe credimus. Idcirco notum fieri volumus omnibus fidelibus ſanctæ Dei eccleſiæ & noſtris, præſentibus ſcilicet & futuris, quod venerabilis abbas FRIDEGISUS monaſterii S. Martini patroni noſtri, in quo ipſe corpore requieſcit, innotuit celſitudini noſtræ, qualiter idem ipſe partim per ignorantiam, partim verò per ſuggeſtionem quorumdam hominum, quaſdam villas ejuſdem monaſterii ſibi ſervientibus in beneficium dediſſet, quæ ad uſum fratrum in eodem monaſterio degentium olim deputatæ fuerant; & ob hoc veſtimenta & ſumtus neceſſarios eis pleniter miniſtrare non poſſet. Quamobrem idem ipſe & omnis congregatio ſancti Martini petiit noſtræ conſcriptionis auctoritatem ſibi dari, per quam repulſa omnis occaſio noſtra conceſſione atque permiſſu eaſdem villas in ſuum dominium idem abbas revocaret, & tam ipſe quàm & ſucceſſores ejus eo modo eis debita ſtipendia & veſtimenta ſubminiſtrare poſſent, quemadmodum temporibus prædeceſſorum ejus fratribus qui tunc temporis inibi conſiſtebant miniſtrabantur. Quorum petitioni libentiſſimè annuimus, & hanc noſtræ conſcriptionis auctoritatem fieri eiſdemque fratribus dare decrevimus, per quam decernimus atque jubemus, ut memoratus abbas ſuique ſucceſſores ad hoc eaſdem villas in uſum, diſpoſitionem, & ordinationem habeant, ut inde fratribus qui & præſenti & futuris temporibus inibi Deo militaverint, ſic pleniter victualia & veſtimenta miniſtrari faciant, quemadmodum temporibus genitoris noſtri CAROLI eis à WULFADO & ITHERIO hujus monaſterii abbatibus exhibita atque miniſtrata fuerunt. De ceteris verò villis quæ in beneficium datæ ſunt, jubemus, ut tertia pars de volatilibus cum ovis eiſdem fratribus miniſtretur. Volumus etiam atque eiſdem fratribus concedimus, qui & præſenti tempore inibi degere, & futuris temporibus ad inhabitandum & Deo ſerviendum adgregari voluerint: ut de omnibus quæ ad ſepulcrum beatiſſimi patroni noſtri S. Martini à Deum timentibus conferuntur, tertiam partem accipiant ad neceſſitates ſibi conſulendas, exceptis de his veſtimentis & ſpeciebus quæ ad ſepulcrum illius, decoris & honeſtatis causa,

(a) Aliquot epiſtolas ſeu fragmenta epiſtolarum Amalarii epiſcopi ad Jeremiam archiepiſcopum Senonenſem, Rantgarium antiſtitem Noviomenſem, Hettonem monachum & Gontardum diſcipulum edidit noſter Acherius Spicilegii tom. 7. Eadem nos in ms. S. Albini Andegavenſis reperimus cum præſenti epiſtola, quæ fortè ſcripta eſt aut ad Jeremiam aut ad Rantgarium.

Digitized by Google

perpetuò retinenda erunt. Cera autem & oleum ad luminaria in eadem eccleſia concinnanda decernimus ut retineantur. Statuentes ergo per hanc noſtram auctoritatem præcipimus, ut nullus prælatorum aut auctorum hujus monaſterii patroni noſtri beatiſſimi Martini hanc noſtram conceſſionem atque ſtatuta convellere, aut nullum in modum immutare præſumat, ſed perpetuis temporibus inviolabiliter ea conſervent, & ſibi conſervari faciant. Et ut hæc noſtræ conceſſionis & conſtitutionis auctoritas firmum & inviolabilem obtineat vigorem, manu propria ſubter eam firmavimus, & more noſtro ſignaculo bullæ noſtræ inſigniri juſſimus.

Signum LUDOVICI ſereniſſimi imperatoris.

HIRMINMARUS notarius ad vicem THEOTONIS recognovi.

Data XVIII. Calendas Decembris anno Chriſto propitio XIX. imperii Domni LUDOVICI piiſſimi auguſti indictione XI.

Actum Turonis monaſterio S. Martini in Dei nomine feliciter.

COMMUTATIO SERVORUM
facta cum Sigmaro abbate Morbacenſi.

Anno 835. Ex Cartario Morbacenſi.

CUm conſtet quia Ethardus ſervus ſancti Leodegarii de monaſterio *Murbach* accepit uxorem de nobilibus parentibus, noſque parentes ejuſdem uxoris humiliter poſtulantes ne progenies de illis procreata in ſervitio remaneret, quatenus propriis monaſterii prædictum Ethardum cum progenie ſua redimere potuiſſemus: qua de re SIGMAR venerabilis abbas de prædicto monaſterio *Murbach* licentia à Domno Imperatore LUDOVICO accepta, dedit cum advocato ſuo Hartmanno cum conſenſu fratrum prædictum Ethardum & filium ejus Gerrardum filiamque ejus Etearadam mihi Hiltibaldo advocato eorum ſeu prædictis parentibus, & accepit à nobis è contra in concambio unà cum prædicto advocato ſuo Hartmanno totidem mancipia his nominibus *Richeman Tegenhant Wolpharda* in jus & dominationem perpetuam prædicti monaſterii, ut unaquæque pars exinde habeat liberam poteſtatem faciendi quodcumque voluerit. Si quis verò, quod futurum eſſe non credimus, contra hanc commutationem venire tentaverit, quam tanta auctoritate ex utraque confecimus, aut eam infringere conatus fuerit; nullatenus valeat evendicare quod mala voluntate inchoaverat, inſuper inferat partibus fiſci auri libras duas, argenti pondera tria: & hæc commutatio omni tempore firma & ſtabilis permaneat ſtipulatione ſubnixa. Actum Hilciaco palatio regio, anno XXII. imperii domni LUDOVICI imperatoris.

Ego Hildibaldus advocatus cum prædictis petentibus hanc commutationem fieri rogavi.

Ego Arnoldus cancellarius ſcripſi & ſubſcripſi, notavi die Martis p. x. Calendas Aprilis.

PRÆCEPTUM LUDOVICI PII
De Cuſciaco monaſterio Cormeriacenſi conceſſo.

Anno 838. Ex archivis monaſterii Cormeriacenſis.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri JESU CHRISTI. HLUDOVICUS, divinâ propitiante clementia, imperator auguſtus. Si ſervorum Dei, eorumque neceſſitates, qui ex toto ſæculum reliquiſſe noſcuntur, conſulimus, & eas pia ſollicitudine, & imperiali providentia procuramus, ad emolumentum animæ noſtræ, & ad æternam beatitudinem capeſcendam, hoc procul dubio pertinere confidimus. Idcirco notum fieri volumus, Deo diſponente, ſucceſſoribus noſtris, rectoribuſque, atque agentibus, monaſterii S. MARTINI patroni noſtri, ubi ipſe pretioſiſſimus Chriſti confeſſor corpore requieſcit, præſentibus & futuris, quia divino tacti amore, complacuit celſitudini noſtræ, quamdam villam juris ejuſdem monaſterii nomine Cuſciacus ad cellam ſancti Pauli, quæ ruſtico nomine Cormaricus dicitur, quam ITHERIUS quondam abbas ejuſdem monaſterii in propriis rebus novo opere conſtruxit, atque memorato monaſterio delegavit, ob utilitates ejuſdem cellæ, & neceſſitates monachorum inibi Deo famulantium fulciendas, noſtræ auctoritatis præceptum tradere, atque ut in ejus jure perpetuò conſiſtat per eamdem auctoritatem delegare, cum omnibus ad ſe pertinentibus, videlicet domibus, utriſque ædificiis, terris, vineis, ſilvis, pratis, campis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, cultis locis & incultis, mobilibus rebus & immobilibus, ac ſeipſas moventibus, mancipiis utriuſque ſexus & ætatis, totum & ad integrum, vel in exquiſitum quantumcumque ad eum præſenti tempore juſtè & legaliter pertinere cognoſcitur, ac per hoc libuit celſitudini noſtræ memoratam munificentiæ noſtræ liberalitatem imperiali auctoritate firmare, & regali ſanctione ſolemniter roborare. Proinde hos noſtræ majeſtatis apices fieri, atque AUDACRO, qui nunc idem monaſterium regere dinoſcitur, ſucceſſoribuſque ejus, patribus videlicet ejuſdem cellæ, dare decrevimus, per quos ſancimus, atque omnimodis præcipimus, ut memorata villa cum ſui integritate abhinc in futurum in jure & dominatione memoratæ cellæ monachorumque inibi Deo per ſucceſſiones famulantium conſiſtat, & quicquid publicis, vel privatis obſequiis, abbatibus, rectoribuſque memorati monaſterii S. MARTINI impendere debuit, totum ad jus & profectum præfatæ cellæ proficiat, quam in honore S. PAULI dicatam eſſe diximus, quatenus fabricæ ejuſdem, monachorumque inibi uſibus Deo famulantium deſerviat, atque in augmentis proficiat, & ejuſdem B. apoſtoli Chriſti glorioſis interventionibus nobis divina propitiatio glorioſius cu.... Et ut hæc noſtræ delegationis auctoritas perpetuis temporibus... de anulo noſtro ſubter eam juſſimus ſigillare.

HIRMINMARUS notarius ad vicem HUGONIS recgnovi & ſubſcripſi.

Data XVI. Calendas Julii, anno Chriſto

Digitized by Google

propitio XXIIII. imperii domni HLUDOVICI A auguſti indictione XV.

Actum Teodonis villa palatio regio in Dei nomine feliciter.

PRÆCEPTUM PIPPINI REGIS Aquitaniæ, de Cuſſiaco, & Arciniaco, & de Antoniaco & Magdonio.

Anno 839. Ex archivis monaſterii Cormaricenſi.

PIPPINUS, ordinante divinæ majeſtatis gratiâ, Aquitanorum rex. Si enim juſtis & rationabilibus ſervorum Dei ſuggeſtionibus B aurem celſitudinis noſtræ libenter accommodaverimus, & petitiones eorum, quas nobis pro neceſſitate ſua inſinuaverint, ad effectum perducimus; non ſolùm in hoc regiam exercemus conſuetudinem, ſed etiam ad æternæ retributionis mercedem, nobis talia facta profutura confidimus. Ideo notum ſit omnium fidelium noſtrorum manſuetudini, præſentium ſcilicet & futurorum, qualiter ad nos veniens venerabilis OTACHER nomine, abbas monaſterii C Cormericeenſium, petiit clementiæ noſtræ, ut villas ad ipſum monaſterium pertinentes, quæ vocantur Antoniacus, Matſdomnus, Ercuicus, Cuſciacus, ſitas infra regni noſtri ditionem, quibus ad præſens juſtè & rationabiliter veſtitum eſſe dignoſcitur, prædicto monaſterio per noſtram auctoritatem pleniſſimè confirmare deberemus, ut in terra firmitatem abſque alicujus contradictione poſſideat. Nos verò pe- D titioni illius adſenſum præbentes, ſicut idem prædictus OTACHER vir venerabilis abbas precatus eſt, fieri non abnuimus; ſed hoc per noſtræ auctoritatis præceptum ita illi conceſſiſſe, & in omnibus confirmaſſe cognoſcat. Præcipientes ergo, jubemus ut nullus fidelium noſtrorum, præſentium ſcilicet & futurorum memorato abbati ejuſque ſucceſſoribus, de prædictis rebus infra regni noſtri terminum ſitis, quas ad prædictum monaſterium manifeſtum E eſt pertinere, tam ex prænominatis, quàm etiam ex ipſis, quas inantea divina pietas, aut per nos, aut per alios, jam dicto in loco largire voluerit, ullam inquietudinem, aut calumniam facere, vel minuere non præſumat; ſed liceat prædicto abbati, & ſucceſſoribus ejuſdem monaſterii, monachiſque eidem monaſterio deſervientibus, prædictas res ordine legitimo, quiete, abſque ullius poteſtatis interpellatione poſſidere, ut eos pro nobis noſtraque progenie, F & fidelibus noſtris, Dei omnipotentis miſericordiam melius exorare deberent. Et ut hæc auctoritas à fidelibus, ſive Dei eccleſiæ firmius credatur, necnon per inconvulſa tempora inviolabilem obtineat firmitatem, manu propriâ ſubterfirmavimus, & anuli noſtri impreſſione ſubterjuſſimus ſigillari.

Signum PIPPINI glorioſiſſimi regis.

ALBERICUS clericus ad vicem ISAAC re- G cognovit & ſubſcripſit. Locus ſigilli.

Data Calendas Septembris, indictione primâ, anno Chriſto propitio XXV regnante domno HLUDOUVICO ſereniſſimo auguſto, & XXIIII. regni noſtri. Actum Cervario Foreſte, in Dei nomine feliciter. Amen.

PRÆCEPTUM CAROLI REGIS Iſemberto fideli ſuo concedentis villam Ripam-altam & villam Rubiam in pago Narbonenſi,

Anno 840. Ex Autographo Craſſenſi.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, KAROLUS, gratiâ Dei rex. Regalis celſitudinis mos eſt fideles regni ſui donis multiplicibus & honoribus ingentibus honorare, ſublimeſque efficere. Proinde ergo morem parentum regum videlicet prædeceſſorum noſtrorum ſequentes, libuit celſitudini noſtræ quemdam fidelem noſtrum nomine ISEMBERTUM, ad deprecationem HUMFRIDI, cariſſimi nobis comitis ac marchionis de quibuſdam rebus noſtræ proprietatis honorare atque ſublimare. Ipſæ enim res ſunt in pago Narbonenſi ſuper fluvium Urbionem, in villa quæ dicitur Ripa-alta, id eſt, eadem villa in integro cum eccleſia ſancti Felicis, & cum omnibus ſibi pertinentibus rebus, & terminat prædictus alodis de una parte ad molinos Gualampadi, qui ſunt ſerti in ripa Urbione, ubi ſigna ſuprapoſita atque decurias, deinde vadit per torrente, & per ipſum montem ſuperiorem, uſque in roca ubi ſigna facta ſunt, & uſque ad mota Laderner, & vadit per ſemitam uſque ad ilicem magnam quæ vocatur Balla, & ſic vadit per ſemitam uſque ad terram quæ vocatur Rubicunda. Deinde vadit ad Saixam excelſam, qui eſt in monte ſuperiore, & deſcendit per viam quæ vadit ad vallem, quæ eſt inter duos montes, & ſic vadit ad ilicem ubi factæ ſunt decuriæ. Deinde vadit ad terminum ſanctæ Mariæ monaſterii, & deinde vadit uſque in fluvium Urbionem ad molinum ſubteriorem: & in eodem pago villa quæ vocatur Rubia cum eccleſia ſancti Saturnini cum omni integritate, & terminat prædictus alodis de una parte, uſque in Plumbiaco ad ipſas Petras-fictas, uſque ad ſtrata publica quæ vadit Narbonam, deinde vadit uſque in rivolum... vadit per... rivolum uſque ad fluvium Niella. Deinde vadit per ſupradictum flumen uſque ad Caſal de Modeir; deinde vadit uſque ad Podium felicem, & ſic vadit uſque ad Praſas. Unde hoc altitudinis noſtræ præceptum fieri illique dari juſſimus, per quod memoratas res in integro cum eccleſiis, necnon & cum molendinis, terris cultis & incultis, vineis, gairicis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus, exitibus & egreſſibus, atque omnibus legitimis exterminationibus, ſeu etiam cum omnibus ſibi pertinentibus rebus in integro præfato fidele noſtro ISEMBERTO æternaliter in proprium concedimus, ac de noſtro jure in jus ac dominationem illius ſolemni more transferimus: eo videlicet modo, ut quicquid memoratus fidelis noſter ISEMBERTUS ex prædictis rebus pro ſua voluntate ac commoditate facere decreverit, liberrimè in omnibus potiatur arbitrio faciendi ſicut ex reliquis rebus ſuæ proprietatis. Ut autem hæc noſtræ auctoritatis largitio majorem in Dei nomine per ſupervenientia tempora obtineat vigorem ma-

Digitized by Google

nu propriâ ſubter eam firmavimus, atque anuli noſtri impreſſione juſſimus ſigillari.

Signum CAROLI glorioſiſſimi regis.

SOLURRICUS vicecomes ad vicem HLUDOVICI recognovit & ſubſcripſit.

Data XII. Calendas Julii, indictione VII. anno X. regnante KAROLO glorioſiſſimo rege. Actum Attiniaco palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.

PRÆCEPTUM CAROLI CALVI, De Villa Vidiniaco & de Tannogilo, Cormeriacenſi monaſterio conceſſis.

Anno 843. Ex archivis monaſterii Comeriacenſis.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri JESU CHRISTI. KAROLUS, ordinatione divinæ providentiæ Rex. Si locis Deo dicatis quiddam honoris conferimus, & Deo in eis famulantium pacis & tranquillitatis curam gerimus, & ad miniſterium ſuum liberius exſequendum opem ferimus; hoc nobis procul dubio ad ſtatum terreni regni corroborandum, & ad æternæ vitæ beatitudinem capeſcendam profuturum eſſe confidimus. Idcircò ſiquidem notum fieri volumus omnibus fidelibus, ſive Dei eccleſiæ, & noſtris, præſentibus videlicet & futuris, quia venerabilis ADALARDUS abba monaſterii S. MARTINI patroni noſtri, in quo ipſe requieſcit corpore, innotuit culmini celſitudinis noſtræ, qualiter idem ipſe dederat quaſdam villas de ratione B. MARTINI, Vidiniacum videlicet ſuper flumen, Agneris & Taunogilum ſuper flumen Vigennæ ſitas, utraſque in pago Turonico, cum omnibus ſuis appenditiis, cœnobio quod dicitur Cormaricus, ejuſque congregationi, inibi ſub regula S. BENEDICTI Deo deſervienti, ubi AUDACHER præſentialiter abbas videtur eſſe, pro eleemoſyna genitoris noſtri ſereniſſimi HLUDOVICI, atque avi noſtri CAROLI glorioſiſſimi, ſeu ſupradictæ congregationis ſuſtentatione, & eccleſiæ ædificatione atque hoſpitalitate, verum etiam pro ſalute ſuæ animæ, veluti deinceps quicumque ejuſdem cellulæ rector extiterit, plenius liberiuſque veſtimenta & ſumtus neceſſarios..... in regum & noſtram eleemoſynam. Quamobrem ipſe ADALARDUS noſter fideliſſimus petiit auctoritatem noſtræ conſcriptionis, per quam, ſine quâlibet alicujus mutatione, perpetuò ejuſdem villæ jam memoratæ, & quicquid anteceſſores ADALARDI fideliſſimi noſtri conceſſere ejuſdem eccleſiæ congregationi ſub rectoris ejus poteſtate quicumque fuerit & dominatione, videant eſſe in uſus fratrum eorumque neceſſaria. Cujus petitioni libentiſſimè annuimus, necnon aurem noſtræ pietatis inclinaverimus, & hanc ſeriem noſtræ auctoritatis fieri, eiſdemque fratribus dari decrevimus: per quam decernimus atque jubemus, ut memoratas villas cum omni integritate congregatio ſancti Pauli Cormarici monaſterii, & quicquid alii abbates ei cœnobio contulere, ſub ſua habeant in ſuos uſus poteſtate, quatenus noſtræ progeniei hoc fiat in ſalutem, nobiſque; & ipſi deinceps melius liberiuſque valeant omnipotenti Deo famulari. Statuentes ergo per hanc ſeriem noſtræ auctoritatis præcipimus, firmiterque monem.... monaſterii beatiſſimi MARTINI patroni noſtri, vel quilibet regum hanc... aut alium modum immutare vel minuere præſumat.... inviolabiliter, & conſervent.... inviolabilemque obtineant vigorem, manu propriâ ſubter eum firmare decrevimus.

Signum KAROLI.

ÆNEAS notarius ad vicem HLUDOVICI recognovit.

Data VII. Calendas Martii, indictione VI. anno III. regni præſtantiſſimi regis KAROLI. Actum Turonis, monaſterio....

DONUM (a) AMALRICI CANONICI, Pro Scholis Sancti Martini Turonenſis.

Ex cartario S. Martini.

INgens ineffabiliſque nobiſcum Dei Patris ſemper miſericordia, cujus gratuita clementia reatus primi hominis ſorde liberamur, ſive ſalvamur quotidie, quæ generaliter largita eſt poteſtatem redimendi diverſa peccaminum noſtri commiſſa. Sed quantò inenarrabilis atque præcipua, quàm ex rebus propriis, quas ipſa dedit pollicens mercedem pleni calicis aquæ frigidæ, necnon eleemoſynam penitus delere peccata, ſicut aqua ignem. Quamobrem ego AMALRICUS levita exiguus cœnobii B. Martini cùm videam circumſeptum me hinc inde delictorum pondere, pavens ante oculos nequitiarum molem, ſæpiſſime cum lacrymarum fonte, ſeu tormentorum gehennæ reminiſcendo caſus extremæ diei, ſanctæ Trinitatis in nomine pro ſalute animæ beatitudineque vitæ æternæ offero Creatori Deo, necnon ſancto Martino Domino meo glorioſiſſimo, quem toto affectu intentionis diligo, ut propitium merear habere Dominum, ſeu beatiſſimum Martinum interceſſorem, meiſque exutus eſſe nequitiis in die obitûs, ubi nullum auxilium, niſi per Dei pietatem indicibilem; oblatumque in perpetuum perpetualiter eſſe res volo meas, quas de progenie parentum legibus præſenti tempore videor habere, ſeu de qualibet comparatione, aut quolibet adtractu, id eſt, manſum unum indominicatum, ſeu alterum ſervile in pago Turonico, in villa Martiniaco, in vicaria Ereninſe, cum terris, domibus, ædificiis, vineis, ſilvis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, mobilibus & immobilibus, cultis & incultis, aliiſque adjacentiis, ſive tertium in pago Bleſinſe, in condita Cabrinacenſe, in loco nuncupato Alnarias, cum domibus, ædificiis, terris, vineis, ſilvis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, mobilibus & immobilibus, cultis & incultis, quantumcumque præſenti tempore mea videtur eſſe poſſeſſio ſupradictis in locis, totum & ad integrum de mea trado poteſtate in jus dominationemque beati MARTINI ejuſque rectoris eccleſiæ, eo quin etiam modo ſicut inferius inſertum eſt. In hujus verò meriti compenſatione ego ADALARDUS rector humillimus beati Martini eccleſiæ animad-

(a) Iſte Amalricus poſtea fuit epiſcopus, ex carta Roberti abbatis S. Martini.

animadvertens auctoritate divinæ ſententiæ, quâ præcipitur : *gratis accepiſtis, gratis date* ; videnſque extra Dei præceptum in noſtra ſchola de doctrina ſcientiæ exigere meritum veluti ex ceteris mundanis negotiis, licèt hæc abominabilis prædeceſſorum meorum temporibus increverit conſuetudo, ad obſervationem Jesu Christi verborum perfectionemque pro remedio animæ meæ æternaque retributione, atque jam dictæ peſſimæ conſuetudinis per omnia exterminatione, per conſenſum tam clericorum, quàm laicorum unanimem congregationis B. Martini concedo eidem Amalrico, Miloni, ſive Guichardo omnes res ſuperiùs nominatas, & quidquid idem Amalricus noſtri beneficii habere modo, videlicet in villa Fontanis, Curciaco, ſive Martiniaco, ſcilicet inter Calimacum & Picteum mundatum, manſos duos, & medium, eâ videlicet ratione, ut ab hodierna die in ſchola jam dicta de pſalmis notis aliiſque nihil meriti quærant vel accipiant, niſi quod ſponte oblatum fuerit, ſed ex ſupradictis omnibus rebus neceſſaria corporis ſibi ſuiſque collaborantibus miniſtrent, atque cum omni intentione, ſicut Deus præcepit, devotiſſimè laborent ſine pretio, neque deinceps à me, aut ab aliquo ſucceſſore amplius ſervitii quæratur, ſicque quicumque per horum obitum ſucceſſor ſcholæ extiterit, inſtituo pro Dei amore, ut omnes res jam dictas habeat, neque aliquid meriti doctrinæ accipiat ex ea, vel licentiam exigendi habeat, niſi quod ei datum ſit ſponte ; & ſi acciderit, quod abſit, ut aliquis meorum ſucceſſorum hanc conſtitutionem ammonitione divinâ ſtatutam per hortationem alicujus malevoli violet in aliquo, libera ſit licentia ſtatim tam Miloni quàm Guichardo ſupradictos manſos recipere ad proprium, & inde facere quidquid libuerit jure proprietario ; mihi quoque quaſi ſemper ſtabile ſit merces permaneat. Si verò fuerit, aut ego, aut aliquis ex heredibus, vel coheredibus meis, aut alia aliunde introducta perſona, quas contra hanc ſeriem ſcripturæ venire, aut aliquid calumniæ præſumſerit inferre, quod vult nequeat obtinere. Inſuper cui litem intulerit, x. libras auri cogatur exſolvere, & ſua repetitio nullo fruatur effectu ; ſed hæc ſcriptura firma & ſtabilis omni tempore valeat permanere.

Matth. 10. 8.

PRÆCEPTUM CAROLI CALVI, Regis Francorum, de Scholis S. Martini Turonenſis.

Anno 844. Ex cartario S. Martini.

IN nomine Domini & Salvatoris noſtri Jesu Christi. Carolus divinâ providentiâ rex. Quotieſcumque petitionibus fidelium noſtrorum, pro quibuſlibet eccleſiæ neceſſitatibus, aures noſtras pulſantium libenter annuimus, & ad divinæ potentiæ in locis Deo dicatis famulandum opem ferimus, id omnino ad ſtatum regni plenius muniendum, temporalemque vitam meliùs deducendam, necnon & futuram feliciùs capeſcendam commodum fore minimè dubitamus. Idcirco noverit omnium fidelium ſanctæ Dei eccleſiæ & noſtrorum induſtria, videlicet tam præſentium quàm futurorum, quòd venerabilis fidelis noſter Vivianus comes ſuggeſſit culmini dignitatis noſtræ, quòd quidam levita ex cœnobio præclariſſimi confeſſoris heri S. Martini peculiaris patroni noſtri, nomine Amalricus, quoddam proprium hereditatis ſuæ jure adtractus ſui legaliter obtulerat Deo & S. Martino, deprecatuſque fuerat per ſeriem precariæ beneficiolum ſuum ex rebus ejuſdem eccleſiæ, eo ſcilicet tenore, ut utraſque res diebus vitæ ſuæ idem Amalricus, Milo, Guichardus, habeant, eorumque ſucceſſor quicumque fuerit præceptor in ſchola ſancti Martini, nec inibi de doctrina quorumcumque diſcentium meritum recompenſationis quærant, aut exigant, niſi quod ſponte oblatum ſit. Neque abbas ejuſdem monaſterii quilibet deinceps plus ſervicii alicujus muneris petat, vel licentia exigendi ab his eorumque ſucceſſoribus idem miniſterium habentibus perfrui queat, quàm ut gratis in ſchola prædicta doceant, necnon fideliſſimè ibi laborem docendi impendant. Igitur petiit ſerenitatem pietatis noſtræ, ob amorem & honorem Domini reverentiamque beati Martini peculiaris patroni noſtri, ut hoc ipſum noſtrâ auctoritate dignaremur confirmare, more regali. Noſque ſalubri ſuggeſtione permoti, ſimul etiam hortatu & interventu venerabilium noſtrorum ad hoc perficiendum commoniti, hoc noſtræ auctoritati præceptum fieri ac dare decrevimus ; per quod conſtituimus, atque perenniter dignum fore decrevimus, ut ſicut ſuperius dictum eſt, & in ſerie precariæ videtur inſertum, ſic in honorem loci, & cumulum mercedis noſtræ, ſive Viviani fideliſſimi noſtri, firmum permaneat omni tempore. Inſuper etiam addimus decem quartas per hanc noſtræ præceptionis auctoritatem in ipſa eademque condictione prædicta, quæ nuper eidem Amalrico conceſſæ fuerant in beneficium habendæ : unde monemus omnes qui nobis in regno à Deo commiſſo ſucceſſuri ſunt, ut ſicut ſua ſtatuta à ſucceſſoribus ſuis conſervari velint ; ita in omnibus hanc noſtram præcepti auctoritatem ſuper precariam actam ad eam confirmandam immutabiliter perpetuis temporibus conſervare ſtudeant, ad ſuam & noſtram communem utilitatem, ſive ſalutem. Et ut hæc noſtræ auctoritatis præceptio firmior habeatur, ac per futura tempora melius conſervetur, manu propriâ eam firmare decrevimus, & de anulo noſtro ſignari juſſimus.

Signum Caroli, glorioſiſſimi regis.

Bartholmæus notarius, ad vicem Ludovici archi....

Data Nonis Januarii, anno v. regni domni Caroli regis auguſti, indictione vii.

Actum Turonis, in monaſterio S. Martini, in Dei nomine feliciter. Amen.

Digitized by Google

DIPLOMA LOTHARII IMPERATORIS

Bertholdo abbati S. Gregorii conceſſum.

Anno 844. Ex archivis S. Gregorii Monaſteriensis.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri JESU-CHRISTI. HLOTHARIUS divina ordinante providentia imperator auguſtus omnibus epiſcopis, abbatibus, comitibus, domeſticis, vicariis, vel omnibus miſſis noſtris diſcurrentibus. Cognoſcatis quòd nos pro mercedis noſtræ augmentum, & pro genitore noſtro bonæ memoriæ HLUDOVICO quondam rege, taliter ad monaſterium quod dicitur Confluentis, qui eſt conſtructus in honore S. Gregorii & S. Mariæ & ceterorum ſanctorum, ubi venerabilis vir BERCHTADUS abba præeſſe videtur, in noſtra eleemoſyna & genitori noſtro conceſſimus in luminaribus ipſius eccleſiæ, ut nulla thelonia de illa eorum patella, quæ eſt in Mediano vico, hoc eſt Marſalle dare nec ſolvere debeant. Propterea has litteras noſtras eis dedimus, per quas omnibus vobis jubemus atque præcipimus, quiſlibet de judiciaria poteſtate ipſo BERCTHALDO abbati, vel homines monaſterii ſui, quæ de ipſa patella procurare debent inquietare, vel contradictionis ordinem facere non præſumatis, niſi quod diximus in noſtra vel genitore noſtro eleemoſyna in luminaribus ipſius eccleſiæ, omnique tempore ipſe thelonius de ipſa patella in Mediano vico ſeu Marſalla ne in nullo porto omnique tempori adverſus ipſa caſa Dei fiat, conceſſus atque firmatus. Et ut certiùs credatis, manu noſtra propria ſubterfirmavimus & de anulo noſtro ſignari juſſimus.

Signum HLOTHARII ſereniſſimi imperatoris.

REMIGIUS diaconus ad vicem ELLIMARI recognovit.

Data XIV. Cal. Maias anno, Chriſto propitio, IV. imperii domni Hlotharii piiſſimi auguſti Actum Aquiſgrani palatio regio in Dei nomine feciter. Amen.

PRÆCEPTUM CAROLI CALVI

Rainaldo abbati Aniſolenſi conceſſum.

Confirmat ei abbatiam Aniſolenſem, & licentiam abbatis poſt eum eligendi.

Anno 850. Ex ms. Aniſolenſi.

IN Dei nomine, ſanctæ & individuæ Trinitatis, CAROLUS gratiâ Dei rex. Si ſervorum Dei non inrationabilibus petitionibus benignum aſſenſum præbemus, regiæ celſitudinis opera frequentamus. Itaque notum ſit omnibus ſanctæ Dei eccleſiæ fidelibus, & noſtris, præſentibus atque futuris, quia venerabilis vir REINOLDUS abba monaſterii S. CARILEFI, quod vocatur Aniſola, ad noſtram accedens ſublimitatem, humiliter petiit ut eamdem à nobis ſibi commiſſam & datam abbatiam omnibus diebus vitæ ſuæ habendam per noſtræ auctoritatis præceptum denuo confirmare dignaremur. Ejus incompetitionem clementi aure excipientes, hoc ſcriptum Altitudinis noſtræ fieri juſſimus, per quod ſecundum preces ejus, eamdem iterum cellam ſecundum regulam S. BENEDICTI ab eo gubernandam, ei commiſimus, videlicet ut quandiu ſecundum proprium propoſitum in Dei voluntate vixerit, atque in noſtra fidelitate duraverit, ipſam ſuperiùs nominatam abbatiam, cum omnibus ſibi juſtè legaliterque attinentibus rebus, ſecurus teneat atque poſſideat, & regulari inſtitutione diſponat. Poſt ſuum verò ex hac vita deceſſum, licentiam habeant ſimul cum noſtro auctoritatis aſſenſu monachi ejuſdem loci, ſi inter eos inveniri poteſt, ſecundum canonicam auctoritatem, & ſacratiſſimi Patris BENEDICTI traditionem, ex ſe eligendi abbatem. Si autem contigerit eum, quem ſibi præſtituendum elegerint, pro ſuis nequiter admiſſis, aut in Deum, aut in propoſitum ſuum, aut in nos, ab eadem obedientia prælationis amoveri, ſive expelli; non hac ſe enitatis noſtræ auctoritate conceſſionis eligendi abbatem priventur, ſed quamdiu ex ipſis inveniri poterit, qui eis & præeſſe, & prodeſſe poſſit, veluti præmiſſum eſt, ſemper habeant licentiam de ſe eligendi regularem abbatem, ſine cujuſpiam fidelium ſanctæ Dei eccleſiæ, noſtrorum aut futurorum temporum contradictione ſive impedimento. Et ut hæc magnificentiæ noſtræ auctoritas ſemper in Chriſti nomine meliorem obtineat firmitatem, manu noſtrâ eam ſubterfirmavimus, & de anulo noſtro ſigillari juſſimus.

Signum CAROLI, glorioſiſſimi regis.

BARTHOLOMÆUS notarius, ad vicem HLUDOVICI recognovi.

Data IX. Calendas Junii, anno X: regnante CAROLO glorioſiſſimo rege, indictione XIII.

Actum Vermeria, palatio regio, in Dei nomine feliciter. Amen.

CARTA LAMBERTI COMITIS

& abbatis de numero canonicorum S. Albini & eorum in clauſtro manſionibus.

Circa annum 850. Ex cartario S. Albini. (a)

IN nomine Sanctæ Trinitatis. Ego LAMBERTUS divina annuente clementia congregationis S. (a) Albini, quò corporaliter quieſcit rector. Notum ſiquidem fieri exopto fidelibus ſanctæ Dei eccleſiæ præſentibus ſcilicet & futuris, quod adierint clementiam pietatis noſtræ fratres prædictæ congregationis, poſcendo ſupplici voce, quatenus eorum petitionibus præberem aſſenſum, videlicet ut innoteſcerem domno CAROLO regi qualiter pater ejus piæ recordationis domnus HLUDOVICUS orante EBROINO epiſcopo, qui tunc eorum exiſtebat paſtor, eis per præceptum conceſſerit quaſdam villas ad uſus ipſorum, quarum hæc habentur vocabula, Maironnus, Clementiniacus, Sabiacus, Papirus, Multonacus, Monaſteriolus, & vineam quæ infra monaſterium conſiſtit, nec non piſcationem à porta Canciacenſi uſque ad inſulam quæ nuncupatur Virelista, & de villa Juſtinianiaco, de ſale annuatim modia C. ſeu ob amorem Dei & reverentiam ejuſdem S. Albini ve-

(a) Sancti Albini apud Andegavos inſigne monaſterium, quod à canonicis ad monachos tranſiit ſæculo IX.

luti tranquillis mentibus poſſent creatori omnium Deo militari, certum fratrum numerum in eorum inſtitueret ordine, ſcilicet quadragenarium quintum, ut ſub hoc numero victum & veſtitum habere poſſent: ni fortè, ſi major adforet numerus, ſcandalum generaret fratribus, & ut manſiones, nec non & diverſa ædificia, quæ unuſquiſque pro modulo ſuo infra clauſtrum conſtrueret, poſt eorum diſceſſum, ſuis propinquis & clientibus relinquendi poteſtatem haberent: eis ſiquidem qui in eodem ordine vitam degerent. Immo etiam ut ſuggererem eidem piiſſimo regi paternum hujus facti renovare præceptum, veluti quod factum erat per futura tempora firmiùs haberetur, ac diligentiùs ab omnibus conſervaretur. Sed quia in prædictis rebus non eis ſufficiens erat ſtipendii, deprecati ſunt largitatem pietatis noſtræ, ut concederemus eis aſſenſu regali quamdam villam nomine Ladriacum. Quorum petitionibus pro amore Dei eorumque aſſidua fidelitate aſſenſum præbens, adii præſentiam domni regis Caroli totis viribus poſtulans, ut petitiones præfatas clementer perageret, quod miſericordiſſima ejus pietas agere non eſt dedignata: ſed quod à patre piiſſimo actum fuerat, ſua mitiſſima confirmavit auctoritate. Addens inſuper ob noſtram deprecationem poſtulatam à prædictis fratribus villam Ladriacum cum omni integritate, ne in aliis hujuſmodi ſæculi turbinibus aliqua ſtipendii prædictos fratres moleſtaret defectio. Quapropter neceſſe fuit prædictis fratribus à nobis accipere hanc ſcripturæ auctoritatem, ut certiùs noſtra pateſceret voluntas, qua concedimus, atque in perpetuum conceſſum fore volumus eis præfatas res omnes: ita ut nec nobis, nec ulli ſucceſſorum noſtrorum aliquod obſequium exinde impendatur; ſed quicquid ex eiſdem exigi jure poteſt, ab aliquo ex eorum numero diſpenſatore fideliſſimo ipſi ad ſuos uſus habeant, atque firmiſſimè poſſideant, ſub præfato fratrum numero atque ædificiorum conceſſa poteſtate, veluti regali continetur auctoritate. Unde obſecro ſucceſſores meos, qui diverſa venturi ſunt per tempora, ut veluti ſua voluerint acta fore ſtabilia: ita hoc meum factum ſinant manere inviolatum. Et ut hæc noſtra auctoritas à me certiùs facta credatur, manu propriâ ſigno ſanctæ crucis eam confirmavi, & ceteros fideles ſanctæ Dei eccleſiæ, epiſcopos atque abbates confirmare ratum decrevi.

Lambertus comes à me factam ſubſcripſi.

In Chriſti nomine Ursmarus indignus Turonicæ matris eccleſiæ archiepiſcopus, huic decreto relegi & ſubſcripſi.

Actardus, epiſcoporum Dei ſervus, ſedis Nanneticæ indignus epiſcopus, huic decreto ſubſcripſi.

Dodo, Andegavenſium præſul, huic decreto aſſenſum præbui.

Frotmundus, Santonicæ urbis epiſcopus, ſubſcripſi.

In Dei nomine Erimannus, epiſcopus Nivernenſis eccleſiæ, huic teſtamento decreto aſſenſum præbui.

Sicmundus preſbyter, Guarnibius preſbyter, Rannulfus, Ebroïnus.

PRÆCEPTUM CAROLI CALVI ad confirmationem rerum Cormeriacenſi monaſterio à Viviano abbate S. Martini conceſſarum.

Anno 851 Ex archivi monaſterii Cormeriacenſis.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Carolus Dei gratiâ rex. Cùm ſervorum Dei curam gerimus, & eorum maximè qui ſæculo penitus renuntiaſſe creduntur, locaque in quibus degunt, beneficiis ornamus, aut opibus, communis Domini, cujus id amore facimus, miſericordiam credimus nos uberiùs promereri. Unde notum ſit cunctis fidelibus noſtris, tam eccleſiaſticis, quàm ſæcularibus, tam præſentibus, quàm futuris, petiiſſe celſitudinem noſtram Vivianum virum inluſtrem, rectorem S. Martini, in quo ejus corpus venerabile ſitum eſt, ut quaſdam villas, quas monachis Cormaricenſibus, quibus præeſt modo Audacher abbas venerabilis, ante paucos dies de re S. Martini dederat, ad eorum inopiam ſublevandam, quam non mediocrem in victu & veſtitu patiebantur, nos edicto eidem cœnobio firmaremus. Cujus religioſæ petitioni mox, ut dicebat, libenter annuimus. Res autem quas prædictis monachis contulerunt, dixit eſſe beneficium, quod fuit quondam Godaldo, filio Godaldi in Cambone, Luriaco, & Criſſeio. Manſiones quoque in Cordate de villa Reſte, quæ dicuntur ad ruptas, quas ad compendium navium ſolamenque piſcium, unde & eis tractum ſagenæ conceſſit in Ligere de menorula villa Reſte, eiſdem monachis dederat. Statuimus itaque auctoritate quâ poſſumus, hoc eſt, pro majeſtate regii culminis, ut ſupradicta omnia prædictus Audacher, ejuſque ſucceſſores intemerato jure poſſideant. Neque ex ipſis vel rector S. Martini, vel pravus quilibet quicquam.... auferre; ſed uſibus ſupradictorum monachorum, cum omni integritate perpetuò cedant, quatenus & ipſi liberius, atque, ut ita dicam, promtius deſerviant; & nos qui eis benignè proſpicimus, egregii doctoris gentium omni tempore precibus fulciamur. Quod quàm inviolabile volumus permanere, ut omnibus in commune manifeſtiùs clareat; hanc noſtram conſtitutionem, quam petente, ut diximus, fideliſſimo noſtro Viviano, ſcribi juſſimus, ſigilli noſtri impreſſione, & nominis ſubſcriptione placuit inſignire, & manu propriâ roborari, per quod etiam ſucceſſores regni noſtri ſint competenter admoniti, ſic noſtra illæſa ſervare, uti ſua cupiunt permanere.

Signum Karoli glorioſiſſimi regis.

Bartholomæus notarius, ad vicem Ludovici, recognovit & ſubſcripſit.

Data XIIII. Kal. Martii, anno XI. regnante Karolo glorioſiſſimo rege, indictione XIII.

Actum Turonis, in monaſterio S. Martini, in Dei nomine feliciter. Amen.

CARTA ROBERTI ABBATIS Elnonenſis, quâ cellam Bariſiacam ſibi in beneficium dari poſtulat.

A

Anno 853. *Ex cartario Elnonenſi.*

IN Dei nomine. ROBERTus abbas monaſterii almi præſulis & confeſſoris Chriſti Amandi, dilectis fratribus ejuſdem cœnobii. Pluribus notum eſſe volumus, qualiter ego à vobis expetii quaſdam res veſtras ab ipſo beatiſſimo Amando pontifice ſuis monachis traditas, & præceptis imperatorum ſeu regum uſibus noſtris ſpecialitùs confirmatas; ſed mihi B propter ſenioris noſtri domni regis CAROLI ſervitium neceſſarias, & convenientes, in pago Laudunenſe ſitas, hoc eſt cellam quæ vocatur Bariſiacus, cum omnibus ad ſe pertinentibus; ut eaſdem res mihi in beneficium, diebus tantùm vitæ meæ concederetis; quod nequaquam præſumtive, aut poteſtative, ſicut non debui, ita nec agere volui: ſed præ oculis habens Dei juſtum judicium, & ne fortè ſanctiſſimi & amantiſſimi ejus ſacerdotis Amandi incurrerem offenſam, atque ne vobis aliquam exinde inferrem C moleſtiam, precario more jure beneficii præfatas res expetii & accepi. Et ne vobis hujus cauſa facti in accipiendis rebus ſtipendiariis, neceſſaria, in quantùm fieri poteſt, deſint ſubſidia, à domno rege poſtulavi KAROLO, quatinùs ex ipſa abbatia, & ex noſtro dominicatu villam quæ dicitur Diptiacus, cum omnibus ad ſe pertinentibus veſtris ſpecialibus allegaret, & à die præſenti perenniter profuturam contraderet, & præcepto ſuæ auctoritatis confirmaret uſibus, ea videlicet inter nos pacta fir- D mitate, ut jam dictas res quas à vobis accepi, quamdiu vixero, uſufructuario tenere, excolere, & meliorare debeam, nec aliquid ex eis alienare, vel minuere; ſed quidquid ibidem in quibuſlibet cauſis addere, vel meliorare potuero, omnimodis ſtudeam, anniſque ſingulis causâ veſtituræ, denarios XII. ad feſtivitatem ſancti Amandi, quæ eſt VII. Cal. Novembris, exſolvere faciam. Poſt meum verò, quando Deus voluerit, ex hac luce diſceſſum, præfata cella Bariſiacus, cum omni ſua integritate, abſ- E que ullius abbatis contradictione, in veſtrum revocetur dominium. Nec minus villa Diptiacus, ab hodierna die, abſque alicujus præjudicio, ſub veſtra dominatione habeatur in perpetuum. Pro firmitatis autem ſtudio, duas veſtro tenore factas conſcribi fecimus ſcedulas, quæ ut ſtabiles & inconvulſæ permaneant, manu propriâ ſubter eas firmavimus, & bonorum hóminum manibus firmari fecimus. Actum Elnone, monaſterio S. Amandi, anno XIV. regnante domno Karolo glorioſo rege, ſub die F VIII. Cal. Octobris. S. ROBERTI abbatis, S. RAUBERTI epiſcopi, S. ALMANI comitis, S. ODILARDI comitis, S. HILMERADI comitis, S. ERLEBOLDI comitis, S. RICHERI comitis, S. Rodulphi, S. Letranni, S. Eiifridi, S. Frodonis, S. Gualteri, S. Ingelmari, S. Hugonis, S. Rainardi, S. Madelgadi, S. Ermenfridi, S. Rainoldi, S. Haganonis. Ego Hucbaldus, notarius, relegi & ſubſcripſi.

DIPLOMA HLOTHARII REGIS pro monaſterio Sancti Gregorii.

Confirmat ipſius immunitates, conceditque jus eligendi abbates.

Anno 856. *Ex archivis ſancti Gregorii Monaſterienſis.*

IN nomine omnipotentis Dei & Salvatoris noſtri JESU CHRISTI. HLOTHARius divinâ præveniente clementiâ, rex. Si erga loca divinis cultibus mancipata, propter amorem Dei, atque in eiſdem locis ſibi famulantibus beneficia opportuna largimur; præmium nobis apud Dominum æternæ remunerationis rependi non diffidimus. Idcirco cognoſcat omnium fidelium noſtrorum, tam præſentium, quàm & futurorum ſolertia, quia BERTOLDus venerabilis abba monaſterii, quod nuncupatur Confluentis, & eſt ſitum in pago Halſiſacenſi, conſtructum in honore ſancti Gregorii reliquorumque ſanctorum, obtulit obtutibus noſtris auctoritatem immunitatis avi & genitoris noſtri HLOTHARII piiſſimorum imperatorum: in qua continebatur, quo modo ipſi & anteceſſores eorum, reges ſcilicet Francorum, præfatum monaſterium, propter divinum amorem & tranquillitatem fratrum ibidem Deo famulantium ſemper ſub pleniſſima defenſione & immunitatis tuitione habuiſſent. Verumtamen ob firmitatem rei præfatus abba poſtulavit clementiam noſtram, ut eamdem auctoritatem, ob amorem Dei, & reverentiam ſancti Gregorii, denuo confirmaremus noſtrâ auctoritate. Cujus ſinceriſſimæ petitioni noſtrum libenter præbentes aſſenſum, hos clementiæ noſtræ apices fieri decrevimus, per quos confirmantes decernimus, omnimodiſque ſancimus, ut nullus judex publicus, vel quiſlibet ex judiciaria poteſtate, in eccleſias aut loca, vel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones memorati monaſterii, quas moderno tempore infra ditionem regni noſtri juſtè & rationabiliter poſſidet, vel ea quæ deinceps in jure ipſius ſancti loci voluerit divina pietas augeri, ad cauſas audiendas, vel freda, aut tributa exigenda, aut manſiones, vel paratas faciendas, aut fidejuſſores tollendos, aut homines ipſius monaſterii, tam ingenuos, quàm & ſervos, ſuper terram ipſius commanentes injuſtè diſtringendos, nec ullas redhibitiones, aut inlicitas occaſiones requirendas, noſtris aut futuris temporibus ingredi audeat, vel ea quæ ſupramemorata ſunt exigere præſumat: ſed libeat memorato abbati, ſuiſque ſucceſſoribus res prædicti monaſterii ſub immunitatis noſtræ defenſione quieto ordine poſſidere: & quicquid exinde fiſcus exigere poterat, totum nos pro æterna remuneratione præfato monaſterio concedimus, & in alimonia pauperum, & ſtipendia ſervorum Dei ibidem ſervientium perpetuis temporibus in augmentum. Et quandoquidem divinâ vocatione ſupradictus abba, vel ſucceſſores ejus de hac luce migraverint, quamdiu prædicta congregatio inter ſe tales eligere poterit, qui ceteris ſecundum Regulam ſancti BENEDICTI prodeſſe & præeſſe potuerint, per hanc noſtram aucto-

Digitized by Google

ritatem licentiam habeant inter ſe eligendi abbatem: quatenus ipſos ſervos Dei, qui ibidem Deo militantur pro nobis & conjuge, proleque noſtrâ, atque ſtabilitate totius regni noſtri à Deo nobis conceſſi, Domini miſericordiam jugiter exorare delectet. Et ut hæc auctoritas noſtris futuriſque temporibus, Domino protegente, valeat inconvulſa manere, manu propriâ ſubter eam firmavimus, & anuli noſtri impreſſione aſſignari juſſimus.

Signum HLOTHARII glorioſiſſimi regis.

HRODMONDUS notarius recognovi.

Data Idibus Februarii, anno Chriſto propitio regni Domni Hlotharii glorioſiſſimi regis I. indictione IIII. Actum Aquiſgrani, palatio regio, in Dei nomine feliciter.

PRÆCEPTUM CAROLI CALVI REGIS de dono quod fecit Gomeſindo fideli ſuo.

Anno 860. Communicavit Dominus Peſch canonicus S. Pauli Narbonenſis.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. KAROLUS gratia Dei rex. Regalis celſitudinis mos eſt, fideles regni ſui, donis multiplicibus & honoribus ingentibus honorare, ſublimeſque efficere. Proinde ergo morem parentum regum videlicet prædeceſſorum noſtrorum ſequentes, libuit celſitudini noſtræ, quemdam fidelem noſtrum nomine GOMESINDUM ad deprecationem HUNFRIDI cariſſimi nobis comitis atque marchionis de quibuſdam rebus noſtræ proprietatis honorare atque ſublimare. Quæ res ſunt ſitæ in pago Narbonenſe, hoc eſt villare, quod dicitur *Donnas*, cum omnibus appendiciis ſuis. Et in eodem pago alterum villare, quod vocatur *Latorcinos*, ſimiliter cum omni ſua integritate. Et in eodem pago dari juſſimus beneficium noſtrum ad proprium quod retinebat genitor ejus GOMESINDUS & frater ſuus ADEFONSUS per noſtrum beneficium ad jus proprium habendas. Concedimus & inſuper quidquid in noſtra provincia adquirere potueris, vel quod tu antea retinebas, plenaque integritate totum & ad integrum, vel inexquiſitum prædicto fideli regni noſtri nomine Gomeſindo ad proprium concedimus, & de jure noſtro in jus ac dominationem illius transferimus. Unde hoc altitudinis noſtræ præceptum fieri, & memorato fideli noſtro dari juſſimus, per quod præmonitas res adque villares cum omnium rerum ad ſe pertinentium ſummâ integritate illi æternaliter ad jus proprium habendas concedimus. Et tu, & filii, & poſteritas tua, eo videlicet modo, ut quicquid idem fidelis noſter jam dictus Gomeſindus ex prædictis rebus pro ſua utilitate ac commoditate facere decreverit, liberrimo in omnibus potiatur arbitrio faciendi ſicut ex reliquis rebus ſuæ proprietatis, ut nullus comes, nec nullus quâlibet homo poſt nomine regiæ poteſtatis, vel dominorum prendere, nec uſurpare non præſumat de res fideli noſtro Gomeſindo, nec de filios, nec de poſteritate ſua, nec in placitum diſtringere faciat, niſi ante nos, aut poſteritate noſtrâ, nec nullum ſervitium numquam impendant. Ut autem hæc noſtræ auctoritatis largitio majorem in Dei nomine per ſupervenientia tempora obtineat vigorem, manu propriâ ſubter eam firmavimus & anuli noſtri impreſſione juſſimus ſigillari.

Signum KAROLI glorioſiſſimi regis.

HENRICUS diaconus, ad vicem LHUDOUVICI, recognovit.

Data pridie KL. Julii, indictione VIII. anno XX. regnante Karolo glorioſiſſimo rege.

Actum Attiniaco, palatio regio, in Dei nomine feliciter. Amen.

PRÆCEPTUM CAROLI CALVI REGIS, Caſtellaniam Chableienſem eccleſiæ ſancti Martini donantis.

Anno 868. Ex cartario S. Martini.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. CAROLUS Dei gratiâ rex. Quidquid pro Dei Sanctorumque amore & reverentia, efficere ſatagimus, profuturum nobis ad præſentis vitæ curricula feliciùs tranſigenda, & ad futuræ beatitudinis præmia faciliùs obtinenda non dubitamus. Comperiat igitur omnium fidelium ſanctæ Dei eccleſiæ, noſtrorumque præſentium ac futurorum ſolertia, quia ob Dei amorem, & beati Martini egregii confeſſoris atque pontificis reverentiam, ad deprecationem cariſſimi nobis HUGONIS, reverendi ejuſdem beati Martini cœnobii abbatis, in divæ recordationis genitoris noſtri HLUDOVICI excellentiſſimi auguſti, & genitricis noſtræ JUDITH glorioſæ imperatricis eleemoſynam & noſtram, ſeu amantiſſimæ nobis conjugis HERMINTRUDIS glorioſæ reginæ, atque prolis noſtræ, complacuit ſerenitati noſtræ quamdam fiſci noſtri cellam nomine Capleiam in pago Tornadrinſi ſuper fluvium Sedenæ ſitam, in honorem ſancti Lupi confeſſoris dedicatam, cum omnibus ſibi pertinentibus rebus & mancipiis, eidem beatiſſimo egregio confeſſori atque pontifici, in uſus congregationis clericorum in ejus cœnobio Deo jugiter famulantium largiri, & largiendo perpetim habendam confirmare. Unde hoc altitudinis noſtræ præceptum fieri, eidemque ſancto loco dari juſſimus, per quod præfatam cellam, cum omnibus villulis & appendicibus ſuis, tam in eodem pago, quàm in Avalenſi, in villa Neriniaco & Ultiſiaco, & in pago Auguſtodunenſi, in villa Guiſio, & in aliis villulis ad eamdem cellam juſtè pertinentibus, cum eccleſiis, domibus, ædificiis, vineis & ſilvis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, farinariis, mancipiis utriuſque ſexûs deſuper commanentibus, vel ad eaſdem res juſtè & legaliter pertinentibus, plenâque integritate in uſus & ſtipendia ejuſdem congregationis deputamus, ita ut eaſdem res præfata congregatio aliis ſuis rebus vivat, & pro ſuo libitu, abſque alicujus contradictione obtineat atque poſſideat, & nulli rectorum ejuſdem cœnobii liceat ex iiſdem rebus quicquam minuere, aut ſubtrahere, aut in alios præter quos conſtituimus uſus retorquere, ut pro abſolutione peccaminum præfati genitoris & genitricis noſtræ, noſtrorumque conjugis & pro-

Digitized by Google

lis, totiuſque regni noſtri ſtatu Dei miſericordiam jugiter exorent, & quotidie unaquaque ſeptem horarum canonicarum ſecundum conſuetudinem expleta, unum ſeptem pſalmorum pœnitentialium ordinabiliter. cum tribus capitulis & collecta, noſtris futuriſque temporibus decantent. Ut autem hæc largitionis noſtræ auctoritas inviolabilem obtineat firmitatem, manu propriâ eam ſubterfirmavimus, & impreſſione bullæ noſtræ ſigillari juſſimus.

Signum KAROLI, glorioſiſſimi regis.

LEOTGARIUS, notarius, ad vicem GOSLINI recognovit.

Datum ſexto Calendas Januarias, indictione primâ, anno XXVIII. regnante CAROLO, glorioſiſſimo rege.

Actum in monaſterio S. Germani Autiſſiodoreſis, in Dei nomine fe-niciter. Amen.

PRÆCEPTUM CAROLI CALVI,

Ne quis vim inferat Lirado & Marciaco, villis S. Martini.

Anno 868. Ex cartario S. Martini.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. CAROLUS Dei gratiâ rex. Cùm fidelium regni noſtri ratis petitionibus aurem clementiæ noſtræ dignanter accommodamus, regiæ celſitudinis morem exercere videmur, ac per hoc promtiores erga noſtræ fidelitatis obſequium eoſdem procul dubio reddimus. Igitur noverit omnium ſanctæ Dei eccleſiæ fidelium noſtrorumque, tam præſentium, quàm futurorum induſtria, quòd veniens quidam reverendus S. Martini confeſſoris Chriſti HUGO abbas, noſter propinquus, noſtræ celſitudini innotuit, qualiter quidam præfatæ eccleſiæ ſibi commiſſæ villæ, id eſt, in pago Bituricenſi Liradus, & in Arvernico Marciacus, ſæpiſſimè à non rectè volentibus invaderentur, ac tamquam ſub hoſtili militia manſiones ibidem acciperentur, & nimiâ credulitate ſe abſente deprædarentur: unde quia præfati cœnobii venerabiles canonici in jam dictis villis, ob infeſtationem paganorum, refugium habere ſæpius conſueſcunt; petiit humiliter magnificentiam noſtram, quatenus ab eiſdem villis, cunctiſque ſibi pertinentibus finibus, talia infanda, taleſque præſumtiones noſtræ auctoritatis præcepto removeremus. Cujus humillimam petitionem cognoſcentes, libenter ſuſcepimus, atque hoc noſtræ præcellentiæ præceptum fieri juſſimus, per quod præcipimus, atque jubemus, firmamus, ut nemo fidelium totius regni noſtri in præfatis villis, ſeu in omnibus ad eas juſtè legaliterque pertinentibus finibus manſionem, more hoſtili, aut aliâ quâlibet occaſione, iter agens accipere præſumat, nec aliquam deprædationem, aut vim inferat, quæ juſtis legibus agi prohibentur; ſed omnibus inquietudinibus remotis, liceat memoratis ſucceſſoribuſque eorum in eiſdem villis propriâ ordinatione, Domino adjuvante, ſecuriter perfrui. Ut autem hæc noſtræ juſſionis auctoritas firmior per futura tempora habeatur, anuli noſtri ſubter eam impreſſione juſſimus ſigillari.

Signum CAROLI, glorioſiſſimi regis.

HILDEBALDUS, notarius, ad vicem GAUSLINI archic.

Data III. Calendas Februarii, indictione I. anno XXVIII. regni CAROLI regis.

Actum Coneda, vico ſuper Ligerim, in Dei nomine feliciter. Amen.

CARTA FUNDATIONIS
monaſterii ſancti Vincentii in pago Ruthenico à Rodlando diacono.

Anno 870. Ex cartario Vabrenſi.

SAcro-ſanctæ baſilicæ ſancti Vincentii, necnon & ſancti Amantii, ceterorumque ſanctorum, quorum hîc reliquiæ continentur, & à viris religioſis veneranda eſſe videntur, & eſt ſita in pago Rutenico; in duabus centenis, unum Firmiacenſe, & alium Tauronicenſe, & ipſum locum vocabulum ipſius ſancti Vincentii ad monachos conſtruendos. Quamobrem ego RODLANDUS videns hunc locum aptum, & à viris religioſis venerandum, cogitans intra me volui ipſum locum conſtruere ſanctum, pro remedium animæ meæ, & parentorum meorum, & pro remedium avunculi mei, qui nomen ſuum impoſuit mihi RODLANDI, ut pius Dominus nobis pariter ad ſuam miſericordiam vocare dignetur, & in æterna beatitudine coronam regni tribuere, ipſum locum conſtruere, & ad monachos qui ex cœnobio Vaber Domino famulantur tradere cupio in eo modo, ut ſi mala voluntas ſuccreſcit ad ipſos rectores, qui ipſo regere debent, tam rege, quàm comite, ſive aliquo principe, qui monaſterio Vaber in fiſco donationis beneficium tenuerit, & monachos inquietare, habeant locum ſancti Vincentii, ubi nullo principe metuant, nec nullus abba, nec nullus princeps, aut ullus rector beneficiare, aut concambiare nulli liceat: ſed ipſi monachi ex monaſterio in ſuperius nominati teneant, poſſideant ad habendum vel poſſidendum. De repetitione dicimus, quod ſi ego RODLANDUS, aut ullus ex propinquis meis, vel ulla immiſſa perſona, qui contra hanc ceſſione iſtâ, quam ego libentiſſimo animo adfirmare rogavi, ire aut inquietare præſumſerit, componat vobis unà cum fiſco auri libras tres, argentum pondo duos, & quod repetit non vindicet: ſed præſens ceſſio iſta omnique tempore firma & ſtabilis valeat perdurare cum ſtipulatione ſubnixa. Factâ ceſſione iſtâ in menſe Januario, regnante Karolo rege, S. Rodlando diacono, qui hanc ceſſione iſtâ fieri vel adfirmare rogavit, S. Ingilbardo, S. Arlando, S. Argoberto, S. Rodgario, S. Theodorico. Signum Gerardo diacono, S. Atrardo clerico. Freſuinus clericus rogitus ſcripſit.

MILONIS ELNONENSIS MONACHI
Præfatio ad Carolum regem in librum metricum, de laude parcitatis.

Circa annum 875. Ex mſ. Elnonenſi.

GLorioſo regi Carolo Milo ſupplex.

Principibus priſcis vatum placuiſſe Camenas

Novimus, & ſumtos tali pro munere honores. A
Virgiliuſque ſuum calamo triviſſe labellum
Non doluit, quoniam amiſſos ſervavit agellos.
Naſo Tomitanis peregrinus exul in oris,
Carmine multiplici mulcebat principis aures.
Porphyrium variis quæ pinxit metra tabellis
Solvere exilio biathanaton ore putentem,
Chriſticolis vomuit quia plurima probra nefandus,
Conqueror auxilium vos huic tribuiſſe Camenas. B
Tarquinius Priſcus Cumanæ ſcripta Sybillæ
Emturus, pretii pondus cauſatur enorme.
Et dari detrectat quod vates avara requirit,
Sed tribus exuſtis nimio diſcrimine libris,
Sex reliqui ſero pretio taxantur eodem.
Græculus auguſto cum ferret xenia metri,
Et caperet nullum tanto de principe donum:
Non ille audaces compeſcuit ante Camenas,
Donec ab auguſto elicitis vel verſibus, ipſi
Redderet oblato geminos pro carmine nummos, C
Diſticon accipiens, pauperque minuta rependens.
Se largum memorat, regem condemnat avarum.
Poſt oblatus ei corvus dum voce ſalutans
Spernitur, has deflens effundit ab ore querelas.
Impenſus operas memorans periiſſe, nec ullum
Solamen bajulo ſe poſſe rependere egenti,
Sicque negata prius commercia plura reportat
Milo poëta tuus, Rex illuſtriſſime regum, D
Corvus ego crocitans humili te voce ſaluto,
Perfidus ille Noë, non qui pia clauſtra refugit,
Sed qui mane pium pavit, qui veſpere vatem,
Multiplici veſtro quia mens mea ferret amore.
Hoc ſatis exiguum tranſmitto thema precorque,
Ut tibi tuta ſalus, & perpes gloria cuncto
Tempore ſit vitæ, donec tranſlatus ad aſtra,
Cum Chriſto maneas, vigeas cum regibus almis,
Sitque ex te genitis felix ſucceſſio regni.
Carmina lege carent, ſi præmia nulla merentur. E

Libri titulus hic ſequitur.

UTILIA TELA SACRÆ PARCITATIS Adverſus coquum Babilonis, de divinæ ſcripturæ faretris, educta ſtudio Milonis cœnobitæ ſancti Amandi, almi ac beati Chriſti præſulis.

HUCBALDI ELNONENSIS MONACHI Epiſtola metrica ad Carolum Calvum, imperatorem.

Mittit ei Milonis magiſtri ſui carmina de laude parcitatis.

Circa 876. Ex mſ. Elnonſ.

CAROLO, imperatori auguſto, HUCBALDUS.

Aurea lux mundi, Francorum gloria regni, F
Inclyte Cæſar, ave, ſpes & honor patriæ.
A proavis nomen retinens, pariter quoque numen,
Carus Chriſticolis Carolus es populis.
Cui Deus imperio mundum quem condidit almo,
Imperii ſedem præbuit ipſe piam.
Hinc quia nobiliter regni moderaris habenas,
Affectant cuncti flectere colla tibi.
Subque tuo totus concurrit fœdere coſmus,
Te rectore ſibi jura petens fieri.
Quin etiam tanti congaudens principis omen,
Orbis Roma caput ſubdidit ipſa caput.
Plura, ſed ut paucis concludit pagina verbis,
Cujus amore cales, ejus honore potes.
Præterea quoniam commiſſi jura decenter
Diſponis regni tu quoque lege Dei.
Interius dum præfulget ſapientia ſenſus,
Exteriuſque domus prænitet ex opibus.
Cum Salomone potens, prudenti pectore pollens,
Terram laude reples, mente ſuperna tenes.
Et quia præcelſæ rimaris dicta Sophiæ,
Huicque frequens animus gaudet adeſſe tuus.
Suſcipe magna quidem, parvo ſed pondere dona
Quæ tibi πανδέκτης aggregat hic pariter.
Quo rudis & priſcæ legis congeſta niteſcunt
Famina, quæ biblo ſcripſit in hoc modico
Milo poëta tuus, noſter didaſcalus idem,
Ingenium cujus hoc bene prodit opus.
Carmine qui quondam vitam deſcripſit Amandi
Præſulis eximii, detulit atque tibi.
Hunc quoque conſcriptum veſtro ſub honore libellum,
Dum cuperet votum percelebrare ſuum,
Occidit humanæ perſolvens debita vitæ,
Carpens æthralem ſic ſuper aſtra viam.
Sed prius algentes quam vita relinqueret artus,
Juſſerat iſta mihi pignora cara dari.
Hinc æſtu cœpi ſed mox angoris aduri,
Frontis in hoc libro quid facerem titulo.
Non reputans illum fas demere nomine claro,
Cùm foret inſignis principis Auſonici.
Hæc dubiam ſtabilis fixit tamen anchora mentem,
Ne fleret titulum pagina muta ſuum.
Quin vice defuncti ſupplex ſua munia complens,
Ipſe darem fauſtus Cæſaris hæc manibus.
En opus, en cœptum tanto ſub nomine carmen,
Examen veſtrum ſpectat adeſſe pium.
Huc ades auguſti clementia ſemper in omnes
Quæ virtute vales, & bonitate viges.
Sobrietatis habes laudes hìc, bella, trophæa,
Ingenio vigili carmina ſcripta brevi.
Quæ ſi fortè tuo donentur nempe favore,
Ad decus Eccleſiæ fers pia dona ſacræ.
Hic via, vita, ſalus, divis hic inclyta gazis
Dona Dei rutilant, quæ ſuper aſtra vocant.
Quò te decurſum poſt hoc feliciter ævum
Regna beata tenens collocet omnipotens.
Hæc igitur ſalebro ſint quamvis carmina verſu
Obſcuro ne temnas, Rex pie, ſed relegas.
Cæſar vive potens, felix, ſine fine valeto.
Hucbaldique memor ſis, rogo, poſce precor.

Digitized by Google

PRÆCEPTUM CAROLI CALVI villam Miliciacum in pago Cabilonenſi eccleſiæ S. Martini donantis.

Anno 877. Ex cartario S. Martini.

IN nomine ſummæ & individuæ Trinitatis. KAROLUS ejuſdem omnipotentis miſericordiâ imperator auguſtus. Si ſacris locis divinis cultibus mancipatis emolumentum imperialis celſitudinis exhibemus, ſervorumque Dei in eiſdem degentium neceſſitatibus opem ferendo conſulimus, profuturum hoc ad æternæ remunerationis præmium faciliùs obtinendum, & ad præſentem vitam feliciùs tranſigendam, fore nullomodo dubitamus. Quocirca noverit omnium ſanctæ Dei eccleſiæ fidelium, noſtrorumque, tam præſentium, quàm futurorum induſtria, quoniam nos ob amorem Dei, ac venerationem beati Martini, & æternæ beatitudinis remunerationem, necnon & fratribus ipſius cœnobii per futura tempora, ut orent pro genitore noſtro piiſſimo auguſto LUDOVICO, & pro genitrice noſtra JUDITH imperatrice, ac pro ſalute noſtra, conjugiſque & prolis, totiuſque imperii ſtatu, atque pro BOSONE cariſſimo noſtro & WIDONE; concedimus beato Martino confeſſori Chriſti, atque pontifici, villam noſtram nomine Miliciacum in pago Cabilonenſi, cum omni integritate ſua, & quidquid ex eadem villa in quibuſlibet comitatibus aſpicit, ſeu aſpicere videtur quæſitum & ad inquirendum, & concedendo perpetualiter delegamus: unde hoc altitudinis noſtræ præceptum juſſimus fieri, ac cœnobio ſancti Martini juſſimus dari: per quod præcepimus, atque ſtatuendo ſancimus, ut memorata villa cum omni integritate ſua jam dicto Chriſti confeſſori, fratribuſque in ejus cœnobio Domino famulantibus data, perpetuo jure præfato cœnobio ſit unita, atque indiſſolubili nexu conjuncta: eo videlicet modo, ut à nemine ſucceſſore noſtro per futura tempora à ſancti Martini eccleſia valeat ſeparari: ſed liceat eis fratribus in ſupradicta villa monaſterium ædificare, & abſque alicujus inquietudine pro nobis, pro HERMINTRUDE & præſenti conjuge, cunctaque plebe, ac fidelibus noſtris, his videlicet quos ardentiori dileximus amore, diuturnis precibus Dominum exorare. Præterea ſtatuentes cenſemus, ut ipſum diſtrictum ſupradicta villa habeat abhinc ſub ſancti Martini poteſtate, quod hactenus ſub noſtra ditione habuiſſe probatur: necnon & illud ſtatuimus, ut nullus judex publicus, comes, aut vicecomes, aut quædam ſæcularis poteſtas, ſupradictam villam, ad aliquid ſæculare negotium exercendum, ſine ſupradictorum fratrum conſenſu ingrediatur; ſed ſit eadem villa ſub ea immunitate, ſub qua ac reliquæ res ſancti Martini conſtiterint. Ut autem hujus noſtræ auctoritatis præceptum pleniorem in Dei nomine firmitatis obtineat vigorem, manu noſtrâ illud firmavimus, & anuli noſtri impreſſione ſubterjuſſimus ſubſignari.

Miley.

Signum CAROLI, glorioſiſſimi imperatoris auguſti.

AUDACHER notarius, ad vicem GAUZLINI recognovit & ſubſcripſit.

Datum Calendis Auguſti, indictione primâ, anno XXXVIII. regni Domni CAROLI imperatoris in Francia, in ſucceſſione LOTHARII octavo, & imperii ſecundo.

Actum Monaſteriolo in Dei nomine feliciter. Amen.

PRÆCEPTUM LUDOVICI BALBI pro fundatione anniverſarii ſui in eccleſia S. Martini Turonenſis.

Anno 878. Ex cartario S. Martini.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri JESU-CHRISTI. LUDOVICUS miſericordia Dei rex. Si locis divinis cultibus mancipatis emolumentum noſtræ largitatis impendimus, id nobis procul dubio ad præſentem vitam faciliùs tranſigendam & ad æternam feliciùs capeſcendam prodeſſe confidimus. Quocirca noverit omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ noſtrorumque, præſentium ſcilicet & futurorum ſolertia, quia nos divina inſpiratione tacti, ac de æterna remuneratione ſolliciti, libuit celſitudini noſtræ ob perpetuam mercedem domni genitoris noſtri piæ memoriæ CAROLI imperatoris auguſti, ac genitricis noſtræ glorioſæ, videlicet reginæ HERMINTRUDIS, ſed & noſtri, ad baſilicam S. MARTINI ſitam in ſuburbio Turonicæ civitatis, & ad ipſius eccleſiæ canonicos, qui ejuſdem beatiſſimi patris jugibus excubiis glorioſum venerantur templum, quaſdam res & mancipia noſtræ proprietatis delegare, ac perpetualiter eidem loco & prædictis fratribus in perpetuum conferre, id eſt, villam Merlaum ſitam in pago Canſiacenſi ſuper fluvium Vigeram cum omnibus appenditiis & integritatibus ſuis ac decimis: unde hoc altitudinis noſtræ præceptum fieri juſſimus, ac ſuper ſepulcrum ſanctiſſimi patris manu propria poſuimus, quatenus eamdem villam cum omnibus ad ſe juſtè pertinentibus, ſicut hic inſertum eſſe cognoſcitur, ipſi fratres ad ſupplenda eorum victus neceſſaria, perpetuis temporibus teneant atque poſſideant, nemine inquietante. Volumus etiam ut jam dicti fratres diebus dum advixerimus diem nativitatis noſtræ, quæ eſt Calendas Novembris; & diem unctionis noſtræ, qua per miſericordiam Dei in regio culmine ſublimati ſumus, id eſt ſexto Idus Decembris, refectione ſibi ex dictis rebus parata, annis ſingulis obſervent; & ſicut dictum eſt, pro genitore, ac genitrice noſtra, ac fratribus noſtris, ſcilicet CAROLO & CARLOMANNO, ſed & nobis, conjugeque, ac prole, vigiliis ac miſſarum ſolemniis ex more celebratis, Domini miſericordiam corde tenus implorent. Nobis verò, Deo propitio, ad meliora migrantibus, diem obitus noſtri annis ſingulis ſimiliter obſervare, ac pro nobis Dei omnipotentis clementiam exorare non negligent. Ut autem noſtræ dominationis auctoritas firmior habeatur, & futuris temporibus ab

Digitized by Google

ab omnibus diligentiùs obſervetur, manu propria eam ſubterfirmavimus, & anuli noſtri impreſſione aſſignari juſſimus. Petimus etiam, memoriam LOTHARII fratris noſtri ſimiliter habere non negligant.

Signum LUDOVICI glorioſiſſimi regis.

WLFARDUS notarius ad vicem GOZLENI recognovit.

Datum duodecimo Calendas Julii, indictione XI. anno primo regni domni LUDOVICI glorioſiſſimi regis. Actum Turonis in monaſte- B rio S. Martini in Dei nomine feliciter. Amen.

PRÆCEPTUM CAROLI CRASSI Imperatoris, de rebus ſancti Martini in Italia conſtitutis.

Anno 887. Ex Cartario S. Martini.

IN nomine Domini noſtri æterni, & Salvatoris noſtri JESU CHRISTI. CAROLUS, ordinante divinâ clementiâ, imperator auguſtus. Si petitionibus, &c. Igitur notum eſſe volumus omnibus ſanctæ Dei eccleſiæ fidelibus & noſtris, partibus Italiæ atque Romaniæ, necnon Franciæ ac Galliæ conſtitutis, qualiter adiit imperatoriam ſerenitatem noſtræ majeſtatis præſtantiſſimus vir ODO religioſus abbas baſilicæ eximii confeſſoris Chriſti B. MARTINI in ſuburbio Turonenſis civitatis ſitæ, reverenter expoſcens, ut res in Italia ſitas, quas olim orthodoxus CAROLUS MAGNUS imperator, Cortem Solariam, ac Lianam, necnon Cortem Piſcariam, atque Vallem Cammunicam, cum omnibus rebus ad eas pertinentibus, vel adſpicientibus, ob amorem Dei, & ſancti Martini reverentiam, fratribus ad eorum neceſſitates ſufficiendas dederat; quaſque idem venerabilis ODO abbas, pronâ voluntate, fratribus ejuſdem congregationis, ad eorum confugium, & neceſſaria ſubminiſtranda, pro remedio animæ ſuæ, ſuique genitoris ROBERTI, ejuſdem loci quondam abbatis, necnon pro remedio animæ ſuæ genitricis reddidit, imperatorio more pro communi mercede omnium prædictorum perpetuò manſuras abſque minoratione, vel ſubſtractione aliqua corroboraremus, noſtræque auctoritatis imperialis emolumentis & immunitatibus, ſecundùm prædeceſſorum morem imperatorum, ſtatutis & edictis ſtabiles ſub eadem canonicorum poteſtate adeſſe concederemus. Quòd ſi etiam monaſterium in prædictis rebus, vel alibi pro infeſtatione paganorum, vel malignorum hominum, conſtruere eiſdem fratribus libuerit, aut neceſſe extiterit, imperiali auctoritate permitteremus, abſque inquietudine, more ſolito permanendum; nec cuiquam fidelium noſtrorum in manſionibus eorumdem canonicorum, abſque eorum voluntate, manendi licentiam concedamus, etſi noſtra affuerit præſentia. Cujus petitioni nobis valde ſaluberrimæ ac profuturæ ob amorem Dei, & reverentiam prælibati peculiaris patroni noſtri Domni Martini, libenter aſſenſum nobis præbere uſquequaque libuit. Quapropter volumus, atque decernimus, ut jam A dictæ villæ Solarium atque Liana, & Vallis Camonia, cum omnibus earum appenditiis, quâcumque occaſione ad eaſdem adſpicientibus, pro communi noſtra mercede ad ſupplementum fratrum, ſeu confugium collatæ, ſub noſtræ defenſionis munimine modis omnibus conſiſtant. Præcipientes ergo jubemus, atque jubendo edicimus, ut nullus judex publicus, aut quilibet ſuperioris, aut inferioris ordinis reipublicæ procurator, in prædictas res ad B cauſas judiciario more audiendas, in eccleſias, aut villas, ſeu reliquas poſſeſſiones ingredi præſumat; nec freda, aut tributa, aut manſiones, aut paratas, aut teloneum ex ullis negotiis, ſicut in præceptis ceterorum imperatorum & regum, exigere, aut fidejuſſores tollere, aut homines, tam ingenuos, quàm ſervos ſuper terram ipſius patroni Domni Martini commanentes diſtringere, nec ullas publicas functiones, aut redhibitiones, vel illicitas occaſiones requirere, quibus noſtris futuriſque temporibus quiſquam C tam temerarius exiſtat, ut faciendi illicitam ſibi poteſtatem attribuere audeat. Quidquid ergo de prædictis rebus congregationis ſancti Martini fratribus devotè à venerabili ODONE abbate redditis, & per hujus præcepti ſeriem confirmatis, & ad ipſas pertinentibus, in jus fiſci cedendum fuit, & à Magno CAROLO imperatore comperimus collatum, noſtræ auctoritatis munere libenter volumus eſſe per infinitum eidem ſancto Martino, ſuiſque ſervien- D tibus canonicis conceſſum. Si quis verò in tantam prorumpere auſus fuerit audaciam, ut hujus præcepti noſtri violator exiſtat: non ſolùm in offenſam noſtram lapſurum, verùm etiam ſexcentorum ſolidorum auri ad purum excocti ſe noverit pœnâ mulctandum: ex qua duas partes rectores monaſterii ejuſdem, tertiam verò jus fiſci recipiat. Si quid verò de prædictis rebus ſancti Martini per tepiditatem & negligentiam abbatum, vel miniſtrorum, ſeu E præſumtione judicum, cupiditateve malorum hominum ſubtractum fuerit: id per hanc noſtram auctoritatem prorſus præcipimus reſtaurandum, corroborantes denuò præceptum iſtud ſuper eiſdem rebus.

Signum CAROLI, glorioſiſſimi imperatoris.

AMALBERTUS notarius, ad vicem LIUTARDI archic. recognovi.

Datum XVI. Calendas Julii, anno Incarnationis Dominicæ, DCCC. LXXXVII. indict. V. F anno imperii CAROLI in Italia VII. in Francia V. in Gallia II.

Actum in Cheirchim.

PRÆCEPTUM CAROLI CRASSI imperatoris, de libertate Leuthardo data.

Anno 887. Ex Cartario S. Martini.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. CAROLUS ejuſdem Dei omnipotentis miſericordiâ imperator auguſtus. Si petitionibus fidelium noſtrorum aurem imperialis dignitatis noſtræ accommodamus, & eorum utilitatibus opem clementiæ præbemus, id nobis ad

ſtatum imperii noſtri, & ad devotionem ſervitutis fidelium noſtrorum profuturum minimè dubitamus. Quocirca omnium fidelium noſtrorum, præſentium ſcilicet ac futurorum, noverit ſolertia, quoniam quidam fidelis noſter Odo comes, ſeu abba cœnobii eximii confeſſoris Chriſti beati Martini, adiit culmen imperialis noſtræ dignitatis, pandens quomodo jam pridem quidam levita Aldegarius nomine, unà cum canonicis prælibatis ſancti Martini, ex eorum propria familia, per conſenſum quondam venerabilis Hugonis abbatis, quemdam famulum Leuthardum nomine commutaverat, & in recompenſatione ejuſdem mancipii ex ſuis propriis tria, id eſt Chriſtiano, Ingelberto, & Oſberga, partibus ſancti Martini, ſuorumque canonicorum perpetualiter habenda pro ſervitute ejuſdem dederat. Supra qua re clementiam noſtræ dignitatis petiit, ut imperiali more præceptum noſtræ dignitatis fieri juberemus, per quod decernere dignaremur, ut ab hodierna die, & deinceps jam prænominatus Leuthardus ab omni vinculo ſervitutis liber habeatur. Cujus petitionem rationabilem proſpicientes, imperiali dignitate noſtrâ decrevimus, ut more prædeceſſorum imperatorum ac regum noſtrorum, videlicet à manu ipſius Leuthardi denarius excutiatur, quatenus auctoritate imperiali noſtrâ notum omnibus habeatur, ut à præſenti die, & in reliquum, idem Leuthardus ſemper & ubique omnibus locis, liberali valeat uti propria poteſtate, abſque alicujus reſultatione & contradictione, & quæque ei libuerit omnimodis liber, velut nobili proſapiâ genitus eſſet, liberaliter per noſtram auctoritatem peragat. Ut autem præceptum noſtrâ auctoritate peractum, ab omnibus cognoſcatur, ac certiùs obſervetur, anuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus.

Amalbertus, notarius, ad vicem Liutardi, archicancellarii, recognovi.

Data xv. Cal. Julii, anno Incarnationis Dominicæ DCCCLXXXVII. indictione v. anno imperatoris Caroli VII. Actum Chircheim in Dei nomine feliciter. Amen.

NOTITIA

De clamore facto adverſus invaſores bonorum S. Martini in Italia, & de reſtitutione facta ab Hugone marchione.

Ex Cartario S. Martini.

Orta eſt querela canonicorum ſancti Martini circa quoſdam marchiones Italiæ, Bonefacium videlicet, Albertum & Azzonem, Otbertum & Hugonem, propter terras B. Martini de Italia, quas injuſtè tenebant: quorum Hugo accidit, ut in terra, legationis causâ, Rotbertum Francorum regem, adiret, & per ſanctum beati Martini locum tranſiret, ubi beatiſſimi confeſſoris amore fere biduo moratus, audivit querelam & clamorem canonicorum ante ſanctum ſepulcrum, tam de ſe, quàm de aliis ſupranominatis marchionibus: qui ſtatim ſpiritu timoris viſitatus, emendavit ſancto Martino & canonicis illud propter quod de ſe clamorem faciebant, & ſacramento confirmavit, numquam ſe ulteriùs ad illud malefactum reverſurum: & ſi aliquis ſuorum id faceret, infra xv. dies poſtquam de eo clamorem audiret, juſtitiam ſancto Martino & ſuis canonicis de illo ſe facturum; cujus emendationis ſumma hæc eſt. Guerpivit Hugo marchio ſancto Martino & ſuis canonicis in emendationem ſui malefacti illam partem conſuetudinis quam habebat in loco S. Perpetui de Solario, & ſuper ſuos canonicos guerpivit etiam decem jugera terræ arabilis; & habuit convenientiam in primo anno dare boves ad illam culturam, & unoquoque anno duas carratas fœni, unde boves illius culturæ alerentur. Guerpivit autem tres de ſuis manentibus ſancto Martino in eadem villa, ubi hoſpitari poſſint clerici ſancti Martini cum ſuis manſionibus, & curtis, & curtiliis: unum de melioribus, alium de mediocribus, tertium de minimis. Hanc autem emendationem ſacramento, ſicut dictum eſt, confirmatam fecit Hugo ſancto Martino, & ante ſepulcrum illius guerpivit, & ſuum libellum in capitulo fratrum firmavit per talem comparationem, quam à fratribus deprecari potuit ad cenſum XXXIIII. ſolidorum, ad feſtivitatem beati Martini hyemalem, aut octo dies ante, aut octo poſteà.

ELECTIO SERVI DEI EPISCOPI Gerundenſis.

Hoc eſt translatum fideliter ſumtum.

Ante an. 888. Communicavit Cl. Joſephus de Taverner canonicus Barcinonenſis.

In nomine Domini Dei ſummi. Poſt obitum Theuterii ſedis Gerundenſis epiſcopi, convenientibus omnibus canonicis ſanctæ Dei genitricis Mariæ, cum archipreſbyteris, nec non & archidiaconis, ſeu omnium ruralium ſacerdotum, ſive clericorum, majoreſque nobilium laïcorum, tam comites ibidem commorantes, quàm & omnis plebs ſimul in unum concordantes, uno ſenſu, unaque voluntate, omnes in uno poſiti, voluntatem Domini obtemperantes, & conſentientes, direxerunt has litteras ad dominum Theudardum ſedis Narbonicæ archiepiſcopum, poſcentes electionem domini, & ſuam, nec non & omnium epiſcoporum in Septimaniam commorantium: eligentes ſiquidem in ordinem præſulatus prædictæ ſedis virum præclarum, & inclytum terræ præfatæ natum, & nutritum ſacerdotem, nomine Servum Dei, ſi voluntas Dei adfuit, & veſtra conſecratio: volumus ut cura paſtoralis regiminis ſuper nos accipiet.

Sindredus canonicus ſanctæ Mariæ † Frico preſbyter & canonicus ſanctæ Mariæ † Comparatus ſacerdus & canonicus † Romeus preſbyter & canonicus †.

Signum *Raymundi de Viridaria, qui hoc anno Domini* 1139. *Sexto Kalend. Maii fideliter tranſlatavit.*

Digitized by Google

TESTAMENTUM
quod Giraldus Matiſconenſis fecit de quadam eccleſia S. Martini Karoloco.

GEROLDUS ſanctæ Dei eccleſiæ Matiſconenſium tam inſtantibus quàmve futuris utriuſque ordinis nobis commiſſis Salutem in Deo JESU. Ratio pontificalis & norma apoſtolicalis, cariſſimi, quò ſatius apud vos ſcitur, docet, inſtruit, & monſtrat, qualiter quilibet paſtor propriam dioceſim regere oporteat, eccleſiarum videlicet ſagax proviſor parcat, monaſteriorumque ſolers incrementator exiſtat; & quod addendum, eximendum aut æquandum æquali lance peragat, juſto moderamine omnia taxans perficiat, qui ſi ſpiritualibus donis coæquat, non tamen temporalibus omnes proportionibus æquiperare convenit juxta formam apoſtoli, qui dum diſtrahebat, alteri porrigebat, dicens ita, *Expoliavi*, inquit, *alias eccleſias ſumens ſtipendium ad miniſterium veſtri.* Proinde dum pro ſucceſſu temporis aliquod perrimari nitemur, & ne ex aſſim expertes hujuſce crediti munii videremur; ſed pro poſſe tentantes ſecundùm mali ævi quiddam adimplere conaremur, acceſſit venerabilis abba, inter cetera eccleſiarum negotia, INGELARIUS nomine Cariloci, petens quatinus quamdam capellam cum omni circum pertinentiis ſuſtentatione vel quidquid adhærere videbat ipſi, vicinam etiam & propriam præfati monaſterii in honore confeſſoris domni Martini ſubdere, ſuffragari & condonare deberemus, cymiterio jam dicti cœnobii addentes olim impetratum ab anteceſſore noſtro haberi venerabili epiſcopo LAMBERTO, intermiſſo tantùm ob capedinante dilatione firmitas ex hoc teſtamento. Percontatum itaque petitum, & diligenter arbitrantes juſtum ac ſalubre fore aſſentiri, indagantes cum conſultu totorum quo illubuimus, peregimus, ceſſimus, fecimus, & factum rata ſtabilitate firmavimus. Egimus itaque hoc grata teſtificatione omnium vicinantium & augmentatione ſacræ culturæ & honore ibi degentium. Quæſumus igitur ſacræ hujus ſedis ſeſſoribus noſtris ſucceſſoribus hoc illibate teſtamentum conſervari, in perpetuumque ſalvari, nec ſinere ullo modo irritari, aut corrumpi, inquietari, quod conſtat à nobis abſque ulla refragatione ſincera pietate fieri, ne fortè videatur caritas diſglutinando mortificari, & dum ſit una fides unumque ſacerdotium, non uniformiter, ſed diverſa ſentiri, dum quod unus ædificaverit, alter deſtruxerit. Anno igitur Incarnationis dominicæ DCCCLXXXVIII, imperante domno auguſto CAROLO, ordinatione nihilominus noſtri pontificatus ſecundo, indictione v. hoc teſtamentum rationabiliter quæſitum, benignè conceſſum, canonicè patratum, à nobis firmatum, & undequaque ſolidè roboratum, æternæ memoriæ dedimus manſurum.

GERALDUS peccator & humilis epiſcopus huic decreto à nobis promulgato ſignavit. FULCALDUS præpoſitus ſignavit. Adalbertus præſbyter ſignavit. Adalbaldus preſbyter ſignavit. Luitboldus. Guaningus ſacerdos ſignavit. Heyraidus preſbyter ſignavit. Winardus decanus ſignavit. Grimuinus diaconus ſignavit. Arnoldus diaconus ſubſcripſit.

PRÆCEPTUM ARNULFI REGIS
pro eccleſia S. Arnulfi Metenſis.

Anno 889. Ex autographo.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. ARNOLFUS divinâ favente gratiâ rex. Notum eſſe volumus omnibus ſanctæ Dei eccleſiæ fidelibus noſtriſque præſentibus ſcilicet & futuris, qualiter nos rogatu & deprecatione RODDRUDÆ, dilectæ conſanguineæ noſtræ, necnon & OTTONIS illuſtris comitis noſtri, cuidam presbytero & fideli medico noſtro nomine Amandus, quaſdam res juris ac proprietatis noſtræ in proprium conceſſimus. Hoc eſt in agro Moſellenſi, & in comitatu Carponenſe, in villa Arcus manſos VIII. cum ædificiis & curtilibus, cum mancipiis omnibus utriuſque ſexûs, cum vineis & terris, cum agris, campis cultis vel incultis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarumque decurſibus, molendinis, piſcationibus, viis & inviis, exitibus & regreſſibus, mobilibus & immobilibus, quæſitis vel inquirendis, & quicquid dici vel nominari poteſt, ſeu quacumque juſtè & legitimè ad ipſas VIII. manſas pertinentibus vel aſpicientibus, totum memorato Amando medico per hoc præſens auctoritatis noſtræ præceptum in proprium donamus & tradimus: ut quamdiu vivat, & omnia ſecuriter teneat atque poſſideat, ſine ullo contradictionis obſtaculo. Inſuper etiam ſtatuimus, atque per hos noſtræ auctoritatis apices firmiſſimè confirmamus, ut poſt obitum ipſius Amandi presbyteri jam dicti, ea omnia ad S. Arnulfum, ad uſus & opus fratrum ibidem Deo, & S. Arnulfo die noctuque famulantium in perpetuam conſiſtat proprietatem pro remedio animæ chriſtianiſſimi avi & genitoris noſtri CARLOMANNI, noſtraque æterna remuneratione. Et ut hoc verius credatur, ac diligentius conſervetur, manu propriâ noſtrâ ſubter hoc confirmavimus, & ſigillo noſtro aſſignari juſſimus.

Signum domni ARNOLFI invictiſſimi regis.

ANSBERTUS cancellarius ad vicem DROTMARI, archicapellani recognovi, & SS.

Data VII. idibus Julii anno Domini DCCCLXXXVIIII. indictione VII. anno vero regni Domni ARNOLFI piiſſimi regis. ....

Actum ad Franchonofurt, regali palatio noſtro, in Chriſti nomine feliciter. Amen.

PRÆCEPTUM ZUENTIBOLDI Regis, monaſterio ſancti Gregorii conceſſum.

Confirmat antiquas ipſius poſſeſſiones, & jus eligendi abbatis.

Anno 896. Ex Archivis S. Gregorii. Monaſterienſis.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. ZUENTEBULCHUS, divinâ adjuvante clementiâ, rex. Omnibus ergo modis nobis ſtudendum eſt, qui regiæ poteſtatis fruimur, potentiſſimi regis adimplere mandata dicentis, *Qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet.* (2. Cor. 9. 6.) Noverint quapropter univerſi eccleſiæ Dei, necnon & noſtris fidelibus, qualiter abba ANGILFRID de monaſterio B. Gregorii cum fratribus ſibi ſubjectis, ad noſtram venerit præſentiam, præcepta ſua ab anteceſſoribus noſtris regibus atque imperatoribus edita ad nos recitanda contuleret; deinde SALOMON venerandus epiſcopus Conſtantiæ eccleſiæ pariter cum illis noſtram flagitavit clementiam, ut hæc quæ à prioribus noſtris edita ſunt & nos confirmaremus: quod ita & fecimus. Nos verò primitùs ob amorem Dei, & pro futurum animæ noſtræ parentumque noſtrorum remedium, & propter memorati antiſtitis poſtulationem, præſcriptis fratribus beato Gregorio famulantibus tales res quales uſque hodiernum diem ad uſum & utilitatem fratrum habere viſi ſunt, concedimus atque donamus: quorum locorum nomina hæc ſunt, Bonifacii Villare, cum toto quod illuc pertinet, *Thurincheim*, cum ejus appenditiis; *Hononheim*, cum ejus adjacentiis, ad Metim eccleſiam I. *Jebinesheim*, *Sundhona*, cum ejus appenditiis; *Palgouva*, ſimul & *Hurd*, cum ejus ſimiliter adjacentiis; *Marthunheim*, quæ omnia ſunt in comitatu BERNHARDI comitis in pago Alſacenſe, ſanctæ Rupoldis Villare, & in Briſigenre villam quæ vocatur *Vizzliſtat*, cum ejus appenditiis, & in pago *Sorengeure*, quæ cuncta ante dictis fratribus cum theloneis, & cum foreſtis, & in Marcella patellam unam indubitanter concedimus, necnon & licentiam eis damus, quòd ſicere ejuſdem monaſterii domini magis ad illorum victum conquirere poſſint.... de ipſis rebus monaſterii faciant. Inſuper & poteſtatem habeant de ſemetipſis miniſtros ipſorum cauſas procurandi eligere, videlicet abbatem, præpoſitum, & ceteros, velut Regula eorum comprobat, ac commendat. Quod ut fermior per multa annorum curricula teneatur, manu propriâ ſubtus firmavimus, anulique noſtri per ceram impreſſione diligenter juſſimus inſignire.

Signum Domni ZUVENTEBULCHI, piiſſimi regis.

VALGER, notarius, ad vicem RATPERTI archiepiſcopi, ſummique cancellarii, recognovit.

Data II. Nonas Januarii, anno Incarnationis Domini DCCCXCVI. indictione XIIII. anno verò domni Zuventebulchi piiſſimi regis I. Actum in Argentaria civitate, in Dei nomine feliciter. Amen.

CHARTA ROBERTI ABBATIS S. Martini Turonenſis, Dociacum prædium canonicis S. Martini reſtituentis.

Anno 899. Ex cartario S. Martini.

MUltipliciter multiplex omnipotentis Dei miſericordia per plurimum voluit honorare genus humanum, dum cuique mortali largiri dignatur, ut ex rebus temporalibus cœleſtia regna mercari valeat, & ex caducis ac tranſitoriis æternæ felicitatis indefeſſa gaudia ab ipſo Domino percipere mereatur, voce divinâ clementer omnibus hominibus fidelibus dicente: *Quicumque dederit calicem aquæ frigidæ tantùm in nomine meo, non perdet mercedem ſuam.* (Matth. 10. 42.) Et ut fiducialiùs quicumque præceptum Domini cuſtodierit, idipſum appetat, ſuſtentatur cujuſdam ſanctiſſimi patris promiſſione dicentis: Fiducia ſumma erit coram ſummo Domino eleemoſyna omnibus facientibus eam. Quocirca ego, in nomine ſummi Salvatoris Dei, ROBERTUS, miſericordiâ Dei, comes & abbas inclytæ congregationis beati Martini, notum fieri volumus omnibus ſanctæ Dei eccleſiæ fidelibus, præſentibus & futuris, quoniam operæ pretium nobis extitit, diverſas calumnias hujus ſæculi, qualiter Deo & ſancto Martino ſervientes leviùs ferrent ſecundùm noſtræ poſſibilitatis modum, tractaremus, & rationabiliter procurare ſtuderemus, quatenùs exinde Dominum propitium habere mereamur, ſanctumque Martinum patronum noſtrum, in noſtris neceſſitatibus pium ſuffragatorem. Igitur pro amore Dei omnipotentis, & eximii confeſſoris ſui Martini reverentiâ, reddimus Domino noſtro, ſancto Martino, ſuiſque canonicis, quoddam prædium ſitum in pago Pictavenſe, Dociacum ſcilicet, cum omnibus ſuis appenditiis & adjacentiis, ſimulque cum omnibus rebus quâcumque lege ad eamdem villam aſpicientibus, vel pertinentibus: quam quidem villam delegaverat olim glorioſiſſimus rex ſenior noſter CAROLUS canonicis ſancti Martini per præceptum, ut ſicut aliæ villæ ad ipſos fratres pertinentes illis ad eorum uſus deſerviebant; ita & hæc omni tempore uſibus eorum deſervire. Sed quia paganorum ſævitia occiduas occupavit partes, eam iidem fratres cupiditate malorum hominum amiſerunt, & diu ſervitium ex ipſa perdiderunt: nos vero rei veritatem cognoſcentes, & ſæpiſſimâ eorumdem clericorum deprecatione tacti, juſſimus præceptum ſæpius ante nos recitare, & prædictæ villæ nomen in eodem præcepto reperientes, qualiter eadem villa ad proprium rediret ſervitium noſtrâ mercede ſtuduimus tractare. Tunc conſilio noſtrorum fidelium admonitus, & clericorum ibidem ſervientium deprecatione commotus, limina beati Martini expetii, ut præclaram ſolemnitatem Paſchæ, more ſancto, in beati Martini eccleſia exſolverem, & ſummâ devotione ad ejus ſepulcrum veniens, ut idem piiſſimus confeſſor meorum peccatorum molem ſuâ miſeratione minuere per gantum

Digitized by Google

noſtrum ad ejus glebam, ubi ipſe eximius confeſſor requieſcit in urbe Turonica, eam reddidimus, quatenus ſub integritate deinceps abſque ullius abbatis ſubſtractione tenere & poſſidere poſſint, fructibuſque illius frui, veluti proprii poſſeſſores & domini valeant, & promtiores in Dei ſervitio in dies apparere, frequentiuſque aurem Domini pro imminentibus periculis pulſare, in qua mercede glorioſum & à Deo electum regem dominum & ſeniorem ac germanum noſtrum ODONEM participem volumus adeſſe, quatenus pro his & aliis beneficiis, quæ quotidie à ſui regni fidelibus adminiſtrantur, præſentem vitam glorioſiùs, futuramque faciliùs obtinere mereatur. Deinde nos qui hujus beneficii fideles executores & operatores adſumus, Domini miſericordiâ interceſſioneque Domini & ſancti noſtri Martini in omnibus ſæculi incommoditatibus præveniri mereamur, futurique commoda eorumdem canonicorum fidelibus precibus adjuti, adipiſci nihilominus poſſimus, illorumque continuis annumerari orationibus, quæ tam in miſſarum ſollemniis, quàm in melodiis pſalmorum fiunt, unuſquiſque ex ipſis in medio apparere inſuper & ejuſdem muneris beneficio ſimulque conſortem volumus eſſe Dominum & genitorem noſtrum glorioſum ROBERTUM, dum vixit in terris comitem, & ejuſdem loci abbatem, quatenus pietate prædicti patroni ſubventus, perfrui mereatur ſempiternâ gloriâ. Volumus igitur & ſtatuimus, ut in ipſo die quo eam reddidimus, iidem fratres plenam exinde habeant refectionem, ſcilicet ut Calendas Aprilis & pro omnium noſtrûm exceſſibus in commune Domini miſericordiam implorare, & plenum peragere officium ſtudeant, quatenus memoria noſtra ſemper in illo maneat loco, & recitatio noſtri nominis continuò eorum orationibus urgeat. Si vero fuerit aliqua intromiſſa perſona abbatum, vel aliorum procerum, quæ cupiditate temporalium rerum ſeducta, contra hanc ſpontaneam oblationem venire, aut calumniam inferre tentaverit; imprimis iram Dei omnipotentis incurrat, & offenſam ſancti Martini ſentiat, niſi ſe citiſſimè à ſua peſſima voluntate retraxerit, & dignam ſatisfactionem Deo & ſancto Martino, ejuſdemque loci canonicis ex ſua perſolverit temeraria præſumtione. Obſecramus jam tandem omnes ſucceſſores noſtros, ut ſicut ſua vota ſtabilia voluerint fore, ita hanc noſtram auctoritatem ſinant permanere inviolabilem. Et ut hæc auctoritas & devotiſſima oblatio pleniorem in Dei nomine obtineat effectum, manu propriâ eam ſubſcripſimus, & nobiles laicos ſubſcribere rogavimus.

ROBERTUS, comes, & inclytæ congregationis ſancti Martini abbas, per hoc ſignum ſanctæ crucis ſubterfirmare ſtuduit.

Signum ARDRADI, vicecomitis. Signum FULCRADI. vaſſalli. Signum GUNDACHER, vaſſalli.

II. Calendas Aprilis, in die ſanctiſſimo Paſchæ. Turonis, coram corpus S. MARTINI, anno VIII. regnante domno ODONE, rege

PRÆCEPTUM ZUENDEBOLDI REGIS Pro Monaſterio S. Apri.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, ZUENTEBOLCHUS divinâ providente clementiâ rex. Si erga cunctos noſtræ dominationi ſubjectos benevolentiæ exhibitionem præbemus, ad eccleſias etiam Deo dicatas, hanc nihilominus præbere deſideramus. Ideoque noverit omnium fidelium noſtrorum tam præſentium quàmque & futurorum induſtria, qualiter HLUDELMUS Leuchorum ſedis venerabilis epiſcopus, & REGINHARIUS dilectus comes noſter noſtram expetierunt clementiam, ut cœnobitæ S. Apri viſitationis noſtræ adventu pietatis noſtræ ſublevarentur auxilio; quorum petitionis libenter annuentes, necne pro æternæ remunerationis præmio, conceſſimus eis perpetuum memoriale noſtrum: piſcationem ſcilicet in foreſte noſtra ſuper fluvium Moſellæ in unaquaque hebdomada dies duos Mercoris & Veneris, ob noſtri memoriam æternaliter habendam. Præterea de ſtirpis & ſylva S. Stephani, & S. Apri à multo jam tempore factis, unde poteſtas ejuſdem epiſcopi ab exactoribus noſtris calumniam patiebatur, pro remedio animæ noſtræ, ne ulterius de præteritis aliquid exigatur, aut bannum noſtrum requiratur, conceſſimus. Hoc ergo noſtræ auctoritatis præceptum tranſcribi juſſimus, & quæ pro ſalutis noſtræ remedio contulimus, inviolata fore decernimus. Et ut verius credatur, & diligentius à ſucceſſoribus noſtris obſervetur, manu propria ſubtus roborantes anulo noſtro juſſimus inſigniri. Anno 898. Ex autographo S. Apri

Signum domni ZUENTEBOLCHI glorioſiſſimi regis.

WALTGERUS notarius ad vicem HERMANNI archicapellani recognovit & ſubſcripſit.

Data V. Cal. Januarii anno Incarnationis Domini DCCC XCVIII. indictione XV. anno vero Domini ZUENTEBOLCHI III. Actum Tullenſi civitate ad S. Aprum in Dei nomine feliciter.

PRÆCEPTUM CAROLI SIMPLICIS Regis, ad precem Arnuſti, archiepiſcopi ſuo Narbonenſis Stephano fideli conceſſum.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. KAROLUS divinâ propitiante clementiâ rex. Regiæ celſitudinis eſt, fideles regni ſui donis multiplicibus & honoribus ingentibus honorare, ſublimeſque efficere. Proinde ergo nos morem parentum noſtrorum, & cæterorum regum prædeceſſorum noſtrorum imitabilem exequentes actionem, placuit celſitudini noſtræ interveniente venerabili genitrice noſtrâ ADHELEIDI, ad deprecationemque venerandi archiepiſcopi ſanctæ Narbonenſis eccleſiæ ARNUSTI, cuidam fideli noſtro nomine Stephano quaſdam Anno 899. Ex archivis domini archiepiſcopi Narbonenſis.

res in jure proprietatis ſuæ largire, & noſtra liberalitate in alodem perpetualiter habendum concedere. Quæ ſiquidem res ſunt ſitæ in pago Narbonenſi: hoc eſt villare quod dicitur *Donas*, cum omnibus ſuis appenditiis, & eccleſia S. Pauli ibidem ſita, & in eodem pago de villa Liciniano cum finibus & adjacentiis, ac villaribus ab omni integritate quartam partem, unà cum eccleſiis ibidem ſitis in honore S. Nazarii & S. Felicis, & in eodem pago villa Manazeto, quam vocant Caput-monte cum finibus & adjacentiis ſuis, & eccleſia S. Juliani. Et in eodem pago in villa Plumbiaco Salinas quas parentes ipſius ibidem tenuerunt. Et in eodem pago alium villare quod dicitur Monte-auriolo cum omnibus adjacentiis ſuis. Et in eodem pago villa Morarius, quæ vocant *Rexaco* cum omnibus finibus & adjacentiis ſuis. Et eccleſia S. Bartholomæi, in ipſo pago in villa quæ dicitur *Ederas*, vel quantacumque infra ſuum terminum viſus eſt poſſidere. In eodem pago in villa quæ dicitur *Berizani*, & in villare quod dicitur Prato, omne quicquid ibidem retinet. Et in eodem pago in ſuburbio Minerbenſe villa quæ dicitur *Fellinas*, quantum ibi retinet ex comparatione. Et in comitatu Ruſſiolonenſi villa *Tordarias* cum ſuis villaribus & finibus atque adjacentiis earum, & eccleſia S. Martini ibidem ſita, & in ſerra S. Petri, & in villa *Ulmis*, & in villa Laureſono quantum ibidem retinet; & in eodem pago villare quod dicitur Palatiolo cum finibus & adjacentiis ſuis. Et infra terminum villæ Helnæ quantum ex comparatione retinet; & in eodem pago villa Peciliano cum ſuis villaribus, finibus & adjacentiis. Et eccleſia S. Saturnini & S. Felicis, vel quæcumque ibidem retinet ex comparatione. Et villa quæ dicitur Verneto cum finibus & adjacentiis ſuis, & eccleſia S. Chriſtophori. Et in eodem pago villa quæ dicitur Codincus cum omnibus adjacentiis ſuis, & eccleſia ibidem ſita. Et in eodem pago villa quæ dicitur Tezano, cum ſuis villaribus, id eſt *Anglares* & *Salellas*, cum finibus & adjacentiis earum, & eccleſia S. Petri. Et in eodem pago villare quod dicitur *Lotas*, cum omni integritate. Et in eodem pago Frontotedeſo villare, quod dicitur Centernaco cum omni integritate. Et in comitatu Puritanenſe villa Uliaſtreto cum villaribus, Velloſo Caſtellare cum omnibus finibus ſuis, & eccleſiis S. Petri & S. Johannis. Et in eodem pago villare quod dicitur Cadinus, & vocatur *Cabannas*, cum finibus ſuis & eccleſiis ab omni integritate. Et in comitatu Biſuldunenſe villa quæ dicitur Romagnano cum ſuis finibus, & adjacentiis, & eccleſia ibidem ſita, in honore S. Amaterii. Et in comitatu Narbonenſe villa quæ dicitur Tecanello cum omnibus finibus & adjacentiis ſuis. In his ergo pagis & territoriis omnibus quæ ſupraſcripta ſunt, vel quæ ad hæc pertinenda, quæ præfatus Stephanus vel uxor ejus Anna per ſtrumenta emtionis adquiſierunt, aut quæ deinceps obtinere potuerint, per noſtræ donationis ſeu confirmationis præceptum memorato Stephano perpetua firmitate poſſidenda concedimus: per quod præcipientes jubemus, ut abſque alicujus inquietudine vel contradictione teneat, habeat, vel quicquid exinde agere voluerit, liberam in omnibus habeat poteſtatem faciendi. Et ut hæc noſtræ largitionis ſeu confirmationis præceptio noſtris futuriſque temporibus meliorem in Dei nomine obtineat ſoliditate vigorem, manu propriâ ſubter eam firmavimus, & anuli noſtri impreſſione ſigillari juſſimus.

Signum KAROLI glorioſiſſimi regis.

HERIVEUS notarius ad vicem FOLCONIS recognovit.

Datum XVIII. Calendas Julii indictione II. anno VII. rege ſereniſſimo KAROLO. Actum apud Turnum in Dei nomine feliciter. Amen.

PRÆCEPTUM LUDOVICI REGIS ad petitionem Luthelmi epiſcopi Tullenſis monaſterio S. Apri conceſſum.

Anno 900. Ex autographo.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis HLUDOVICUS divina favente clementia rex. Quidquid ad loca Deo dicata regiæ facultatis dono largitur, in his celſitudo noſtra & temporaliter veneratur, & à ſummo regum Principe æternaliter remuneratur. Noverit igitur omnium fidelium noſtrorum tam præſentium quàm & futurorum induſtria, qualiter venerabilis Tullenſis eccleſiæ epiſcopus HLUTHELMUS noſtram expetiit clementiam, ut præcepta prædeceſſorum noſtrorum regum, præcipuè piiſſimi genitoris noſtri ARNOLFI ſereniſſimi regis de abbatiis eccleſiæ ſuæ, ſanctorum ſcilicet confeſſorum Chriſti Apri & Germani, noſtra auctoritate confirmaremus. Cujus petitioni libenter, conſultu fidelium noſtrorum ATHONIS venerabilis archiepiſcopi & CONRADI dilectiſſimi comitis, aſſenſum præbentes, auctoritatis noſtræ præcepto, præſentem teſtamenti paginam renovando tranſcribi juſſimus, per quam decernimus, ut præfata Tullenſium eccleſia de abbatiis S. Apri & Germani necnon & de rebus antiquitus ibidem collatis à nulla regum perſona ullam patiatur querelam, ſed æternis temporibus rerum ſuarum integritate maneat inviolata. Et ut veriùs credatur, & per futura tempora à ſucceſſoribus noſtris diligentiùs obſervetur, manu propria ſubterfirmavimus anuloque noſtro inſigniri juſſimus.

Signum domni HLUDOVICI glorioſſimi regis.

Data ſecundo Cal. Novembris, anno Incarnationis dominicæ DCCCC. indictione IV. anno verò domni HLUDOVICI glorioſiſſimi regis. I.

Actum Straſburg civitate in Dei nomine feliciter. Amen.

ELECTIO WIGONIS epiſcopi Gerundenſis.

Anno 908.

DOminicæ Incarnationis anno DCCCCVIII. annuente atque inſpirante eodem Do-

Communicavit cl. Joſephus de Taverner canonicus Barcinonenſis.

mino noſtro JESU-CHRISTO. Conventus clericorum atque plebegium factus eſt citra portam Gerundæ civitatis in eccleſiam ſanctiſſimi Felicis Chriſti martyris, in quo conventu extitit Reverendus metropolita, & antiſtes urbis almæ Narbonenſis eccleſiæ ARNULFUS, pariterque cum eo venerandi præſules NANTIGIUS Urgelitanus, & THEUDERICUS Barcinonenſis. Extitit quoque inibi princeps maximus marchio WIFFREDUS, corde, & ore atque opere veriſſimus chriſticola, & maxima conglobatio religioſi cleri Gerundenſis, atque nobilium, & fidelium laïcorum. Cùm itaque omnis cœtus infra ſepta prædicta extaret eccleſiæ, obtulit omnium obtutibus prælibatus archipræſul virum ſpectabilem & tam Deo quàm hominibus affabiliſſimum, nomine WIGONEM; aſſerens eum à regia aula prolatum, & ejus juſſione atque ſuorum epiſcoporum Gotiæ electum, & tam ab ipſo archiepiſcopo, quàm à ceteris ad epiſcopalem infulam in Gerundana eccleſia conſecratum, judicans eum nobiliſſima nativitate honeſtatum, & ſanctis moribus compertum, magnæ quoque ſophiæ redimitum, regioque palatio enutritum, & omni perſpicatia decoratum. Cùm autem chriſtianiſſimus princeps, omniſque nobiliſſima caterva illi aſſiſtens tantam virtutum famam de eo audiſſent, omnipotenti Domino gratias retulerunt, & tam factis epiſcopalibus, quàmque monitis eccleſiaſticis atque regiæ juſſioni, ſe promtiſſimè obedituros profeſſi ſunt. Omnes itaque ſubſequentes ad præfati principis voluntatem, & prædictum virum, dictum WIGONEM dignum Domino, & hominibus perſpicientes, pari animo pronaque voluntate epiſcopum eum ſibi petentes, atque amplectentes, benigniſſimè ſuſceperunt, & in cathedram epiſcopalem ſublimaverunt, atque ut hanc ſcripturam ſuſceptionis, atque ſublimationis, attentiſſimè propriis corroboraret manibus unanimiter decreverunt.

Exaratus extitit textus hujus ſcripturæ confirmationis atque intronizationis XII. Kalendis Decembrium, anno XI. glorioſiſſimi regis CAROLI, indictione XI. inſpirante atque auxiliante divina miſericordia, cui eſt decus & virtus, honor, & poteſtas, per immortalia ſæculorum ſæcula. Amen. ARNUSTUS ſanctæ Narbonenſis eccleſiæ epiſcopus, † ILDEBERTUS epiſcopus. † THEUDERICUS Barcinonæ epiſcopus. † WUIFFREDUS comes. † SERVUS DEI archipreſbyter. † GISCAFREDUS archipreſbyter. † SONIFREDUS. archipreſbyter † CASSIMIRUS preſbyter, qui hunc textum hujus ſcripturæ confirmationis, atque intronizationis ſcripſi ſub die & anno quod ſupra.

PRÆCEPTUM CONRADI REGIS, monaſterio Morbacenſi poſſeſſiones, & jus eligendi abbatis confirmantis.

Anno 913. Ex archivis Morbacenſibus.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, CHUONRADUS divinâ favente clementiâ rex. Noverit omnium fidelium noſtrorum præſentium ſcilicet atque futurorum induſtriâ, quia NANDBERTUS venerabilis Morbacenſis cœnobii abba & omne collegium fratrum ibidem Domino famulantium per ſupplicationem fidelium noſtrorum Hathonis videlicet, Salomonis, Thiodolfi, Hildini, Einhardi, Eſchengarii, Chuonradi, Hugonis, Ottonis, Henrici, Bapponis, Udalrici, Eberhardi precati ſunt clementiam noſtram; ut res illius cœnobii ad præbendam & nutrimentum eorum pertinentes, eis cum noſtræ auctoritatis ſcripto confirmarem, eiſque inter ſe eligendi abbatem, qui eiſdem rebus præſit, fratrumque regimini per ſuccedentia tempora quandocunque neceſſe ſit, concederemus. Nos quoque eorum petitioni pro Dei amore, & noſtræ mercedis augmento libenter annuimus, & hoc præceptum eis inde conſcribi juſſimus, per quod eis omnia loca, quæ vel tempore Liutfredi uſibus eorum conceſſa ſunt, aut poſtea per incrementum aucta ſunt, & modo in eorum veſtitura habentur, aut injuſtè abſtracta noſcuntur, Baſilicæ videlicet ſancti Deſiderii, & ſanctæ Suſannæ, Dadilaque, id eſt Dadenriel, & quidquid ad ipſa loca appendet, regiâ auctoritate concedentes roboramus, eiſque inter ſe eligendi abbatem liberum concedimus arbitrium. Inſuper etiam regali ſceptro ſancimus, ut nullus comes aut judex ſeu quælibet præpotens perſona manſiones in illis locis habere aut paratas exquirere præſumat, ſed liceat eis quieto ordine eligere, & regulariter Domino militare. Theloneum juxta antiquas anteceſſorum noſtrorum conceſſiones ab eis vel eorum hominibus per omnes regni noſtri fines; neque in urbe, in via, neque ad pontes, ſeu aliquas ſtructuras accipiatis vel quæratis; & ut hoc præceptum firmum atque ſtabile conſiſtat, manu noſtra illud ſubtus firmavimus, & anulo noſtro conſignari juſſimus.

Signum domni CHUONRADI ſereniſſimi regis.

SALON notarius ad vicem PILIGRINI archicapellani recognovit.

Data IV. idus Martii, anno Incarnationis Domni DCCCC. XIII. indictione I. anno autem regni domni Chuonradi regis. II. Actum Argentina civitate in Dei nomine feliciter. Amen.

STATUTUM CAPITULI S. MARTINI Turonenſis, de dicendo ſymbolo S. Athanaſii, & de fratribus obdormientibus.

Anno 922. Ex archivis S. Martini.

ANno Domini DCCCCXXII. Calendis videlicet Junii hortatu & ſuaſione atque ſervitio cujuſdam fidelis fratris gregis incluti confeſſoris Chriſti B. Martini, ADAM ſacerdotis,

& granicarii, necnon & pſeudoforenſis villæ præpoſiti, ſtatuerunt ejuſdem gregis generaliter fratres, & ſtatuentes confirmaverunt, ut ex illo tempore, quandiuſculum ſtetiſſet, cantarent fratres generaliter ad horam primam tam feſtis diebus, quàm & quotidianis catholicam fidem quam S. ATHANASIUS Spiritu-ſancto dictante compoſuit, id eſt, *Quicumque vult ſalvus eſſe*; & inſuper quandocumque aliquis fratrum, ex eodem cœnobio obiiſſet, cantarent pro eo quotidie per triginta dies poſt horæ primæ expletum capitulum, ſuper altare dominicum propriam miſſam, ad quam offerrent fratres generaliter, tam majores quàm & minores, in euchariſtiam Chriſti, ut mos eſt, panem & vinum, & nihilominus jejunarent pro ipſius remiſſione peccaminum, aliorumque defunctorum fratrum per eoſdem xxx. duo vel tres fratres in pane & aqua uſque ad veſperam, & ſi eadem die vinum biberent, idipſum redimerent, ipſiuſque redemtionem pauperibus erogarent. Impetravit quin etiam ſimiliter indebitè iſdem præfatus frater, uti pro infirmante vel infirmato fratre & ad exitum properante eſſent duo vel tres fratres, aut, ſi fuiſſent, VII. qui pro delictis deficientis fratris ante glorioſi B. Martini ſepulcrum ad VII. horas canonicas ad unamquamque, uſque ad expletum mortui fratris triceſimum præſcriptum diem, quotidiè ſepties genua flecterent, ſuaſque culpas ipſius vice ad Dominum proclamarent, ut cùm ad locum ſepulturæ delatus fuiſſet, exceptis omnibus aliis debitis pro eo expletis officiis, quouſque corpus humatum fuiſſet, ſemper darentur ſigna, ut ea audientes fideles Chriſti pro ipſo Domini miſericordiam implorent, quatenus importunitate precum fidelium fratrum: (omnes enim in Chriſto fratres ſumus), ipſe qui per apoſtolum Jacobum invicem juſſit orare ut ſalvarentur, & eſt remiſſio omnium peccatorum ad fidem petentium, qui dixit ſecundùm fidem tuam fiat, & iterum ad eccleſiam: fides tua te ſalvam fecit; & ſi non in præſenti, ſaltem in die ultimi judicii omnes illius offenſas dimittere dignaretur. Hoc enim divinitus inſpiratum fratres ita poſteris fratribus confirmatum reliquerunt, ut unuſquiſque quod de ſeipſo voluiſſet, id ipſum pro unoquoque fratre futuris diebus corde tenus & votivè, atque fideliter perficere ſtuduiſſet.

DIPLOMA RODULFI, REGIS Francorum, pro canonicis S. Martini Turonenſis.

Confirmat eorum immunitates & poſſeſſiones, concedit jus cudendæ monetæ, eiſque tres abbatiolas reddi jubet.

Anno 930. Ex archivis S. Martini.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Omnipotentis Dei miſericordiâ, RODULFUS rex Francorum. Si petitionibus ſervorum Dei pro quibuſlibet eccleſiaſticis neceſſitatibus aures noſtras pulſantium libenter annuimus, & ad divinæ potentiæ in locis Deo dicatis uberiùs famulandum auxilium porrigimus; id nobis procul dubio ad mortalem vitam temporaliter deducendam, & ad futuram feliciter obtinendam commodum provenire confidimus. Igitur notum eſſe volumus cunctis ſanctæ Dei eccleſiæ fidelibus & noſtris, præſentibus & futuris, quod ad ſuggeſtionem & ad precatum S. Martini canonicorum, adiit ſerenitatem culminis noſtri vir venerabilis, noſter quoque ſatis ſuperque fidelis HUGO, inclytus abbas baſilicæ in qua ſanctiſſimum corpus ipſius eximii confeſſoris Chriſti beati Martini venerabiliter requieſcit, rectorque rerum ipſius, humiliter reverenterque depoſcens, ut monaſterium ſancti Martini, cum omnibus rebus ſibi pertinentibus, de more regum, videlicet prædeceſſorum, ſub noſtræ immunitatis tuitione, ac defenſionis munimine, recipere dignaremur; ut ſicut temporibus LUDOVICI quondam auguſti, ſeu etiam CAROLI ſereniſſimi imperatoris, necnon domni ODONIS, glorioſiſſimi regis, omniumque prædeceſſorum noſtrorum, res ejuſdem ſancti Martini in Auſtria, Neuſtria, Burgundia, Aquitania, & in ceteris noſtri, Chriſto largiente, regni partibus conſiſtentes, quæ non ſolùm à regibus atque ab orthodoxis principibus, verùm & à ceteris fidelibus collatæ, vel per quoſlibet contractus & munimenta cartarum in jus ejuſdem ſancti Martini traditæ ſunt, & quieto jure in ditione ac regimine abbatum, ſeu decani, fideliumque fratrum Deo devotè famulantium, ordinatim extiterunt, ita & noſtris temporibus ſine aliqua detractione vel diminutione ſub noſtræ immunitatis defenſione conſiſtere, & ab omni publica functione, ac judiciaria exactione immunes liberaſque decerneremus. Hac igitur conſequenti ac ſaluberrima ſuggeſtione permoti, illius præfati abbatis admodum venerandi petitionibus congruentiſſimis tantò libentiùs aſſenſum præbere dignum duximus, quantò & ipſum erga fidelitatem noſtram noveramus eſſe promtiſſimum, & inſuper id quod ſanciendum ille petebat, noſtris futuriſque temporibus, eidem venerabili monaſterio ac fratribus ibi perpetuò degentibus providebamus fore proficuum atque ſaluberrimum. Primo ſiquidem omnium monemus atque jubemus de caſtro quod ob infeſtationem Normannorum in circuitu jam dictæ baſilicæ obtentu atque juvamine ROBERTI quondam venerabiliſſimi ipſius loci abbatis genitoriſque ſæpe dicti HUGONIS, & poſtea quàmplurimum glorioſi nuper ædificatum eſt, ne quiſpiam, præter abbatem, necnon decanum, ceteroſque canonicos ejuſdem cœnobii umquam ab hac die aliquam deinceps de quacumque re in prælibato caſtro, ſive in circuitu ipſius, & uſque ad fluvium Ligeris, in hoc tantùm quod juris ſancti Martini eſſe videtur, habeat exercendi poteſtatem, juxta quod in præcepto domni CAROLI ſereniſſimi regis prædeceſſoris noſtri, & liberaliſſimam petitionem ſæpiùs nominandi abbatis ROBERTI habetur inſertum; nec cuiquam fidelium noſtrorum in manſionibus clericorum

ricorum in eodem monaſterio, immò in ipſo caſtro degentium, ſecundùm inſtituta apoſtolicorum & regum, manendi licentiam damus, etiamſi noſtra affuerit præſentia. Concedimus & noſtræ largitatis munere, ut percuſſuram numiſmatis, quæ & moneta dicitur, ſecluſo fiſci jure, iidem canonici ex more habeant ſemper. Servitium etiam illud ex præbendis eorum quòd abbates ejuſdem loci, ex antiqua conſuetudine, ſibi proprium vindicare conſueverant, quòdque jam dictus abbas ROBERTUS, ob ſuam & generalem omnium eleemoſynam, eis per præceptum regale habendum perpetuò impetraverat, nos & è veſtigio noſtræ auctoritatis præcepto eis miſericorditer indulgere ſatagimus. Refectiones quidem ex cellis in gyro ejuſdem baſilicæ contractis, velut in præceptis prædeceſſorum continetur regum, ex priſco uſu ſingulis annis eis reddi jubemus, necnon abbatiolas tres, unam videlicet ſancti Petri ad cœmeterium quod eſt extra caſtrum, & alteram ſancti Venantii ante portam caſtelli, tertiam verò ſancti Benedicti infra caſtrum, ſicut à priſtinis temporibus eatenus tenuerunt, ob immunitatis gratiam largimur, & in reliquum abſque inquietudine cujuſlibet poſſidendas. Areas quoque in civitate, quas commutaverunt fratres cum domno HUGONE piæ recordationis abbate, cum terra quæ eſt juxta murum, ſicut in carta commutationis exaratum eſt, perpetuò teneant. Decernimus & munificentiâ regali, ſuggerente præfato abbate fideli noſtro HUGONE, ut ſicut præmiſſæ, & nominatim prænotatæ ſancti Martini res, ita & ceteræ omnes ad eumdem venerabilem locum pertinentes, quæque à prædeceſſoribus noſtris inviolabiliter huc uſque conſervatæ ſunt, velut in præceptis eorum, quæ in promtu habentur, contineri dignoſcitur, irrefragabiliter noſtris futuriſque temporibus conſervari: quarum villarum nomina hæc ſunt: Lugogalus, cum omni integritate ſuarum appendicum, Portuſque, & Brugogalus, Curciacus & Tauriacus, Caſtanetus & Odatus, Medonna & Bladalaïcus, Dociacus & Reſtiniacus, Catnutius & Vobridius ſuper Ligerim, Magiltus & Geneſtogalus, Novientus, & Sodobria, Priſciniacus & Patriciacus. Item Vobridius in pago Cenomannico, Martiniacus quoque ſuper Ligerim, Liradus etiam, & Mons in pago Miledunenſe, Capleia & villa Comiſiacus, & Miliciacus, & villa Curcellis, Saldoa & Novientus, atque Merlaus. Sunt & alia quædam prædiola, quæ ſancto Martino, pro remedio animarum ſuarum Dei contuliſſe fideles non ignoratur, quæ ſimili modo ſicut & prælibatas res ad victum potumque canonicorum ipſorum olim delegatas ſub noſtræ defenſionis jure conſervanda perpetualiter ſuccedere volumus; Vulton ſcilicet in pago Bituricenſi, & pratum quod eſt juxta Canares in pago Turonico, Verruca quod eſt in pago Pictavenſi, & villam quæ dicitur ad villam Rivariam, Cautus, & Picæ ſuper fluvium Caris, & prædiolum quoddam ſuper rivolum Vordæ, & in-

Jus cudendæ monetæ.

A ſuper illas res, quas duo fratres ſancti Martini canonici HAIMO videlicet atque ADJUTOR fratribus per cartam ceſſionis tradiderant, quæ ſunt, tam in Bleſiacenſi pago, quàm & in Andegavenſi, quàm & in Turonico. Caderniacus quoque in pago Andegavenſi, quem dedit fratribus HUBERTUS abbas; Belvacus denique ad calciamenta, & Antoniacus, & Curciacus ad veſtimenta; quæque villæ ſub omni integritate eorum ſtipendiis deputatæ ſunt, ut omnibus temporibus, ſicut in præceptis regum inſertum eſt, illorum neceſſitatibus deſerviant. Quidquid ergo de prædictis rebus beati Martini devotè collatis, vel ſibi pertinentibus, in jus fiſci cedendum fuit, & à deceſſoribus noſtris comperimus collatum, noſtræ largitatis munere per amorem Dei, & peculiaris patroni noſtri domni Martini, & pro communi eleemoſyna, tam eorum qui res ſuas eidem contuliſſe noſcuntur, quàm noſtra noſtræque conjugis, necnon fidelis noſtri HUGONIS, ſeu totius regni noſtri ſtatu, per hoc noſtræ auctoritatis præceptum libenter volumus eſſe per immenſum eidem ſancto Martino ſibique famulantibus canonicis conceſſum, toto remoto fiſci dominatu, ad ſuſtentationem canonicorum, & in ſupplementum. Et ut nullus judex publicus, aut quilibet ſuperioris, aut inferioris ordinis reipublicæ procurator, ad cauſas, judiciario more audiendas, in eccleſias, aut villas, ſeu reliquas poſſeſſiones, quas moderno, aut priſcis temporibus in quibuſlibet provinciis, aut territoriis regni noſtri, baſilica ſancti Martini juſtè tenet, vel deinceps ſui jure ipſius divina pietas augere voluerit, ingredi præſumat, nec freda, aut tributa, aut manſiones, aut parata, aut teloneum ex ullis negotiis, ſicut in præceptis regum continetur, exigere, aut fidejuſſores tollere, aut homines, tam ingenuos, quàm ſervos, ſuper terram ipſius baſilicæ commanentes diſtringere, nec ullas publicas functiones, aut redhibitiones illicitas requirere tam temerarius audeat. Præcipientes etiam volumus, ut manſelli qui ſunt ad Berbezilos inſtituta compleant ſervitia, decimæ & nonæ dominicalium rerum, tam ex villis fratrum, quàm in beneficio datis hoſpitali nobilium atque pauperum, abſque ſubſtractione aliqua, in prædeceſſorum noſtrorum & noſtra eleemoſyna deputatæ habeantur. Si quis autem in tantam prorumpere auſus fuerit audaciam, ut hoc præceptum noſtrum violare præſumſerit, quemadmodum in regum præceptione continetur, non ſolùm in offenſam noſtram lapſurum, verùm & ſexcentorum ſolidorum auri ad purum excocti ſe noverit pœnâ mulctandum: ex qua duas partes rectores monaſterii, tertiam verò jus fiſci recipiat. Et ut hæc auctoritas inviolabilem obtineat effectum, & fidelibus ſanctæ Dei eccleſiæ & noſtris veriùs credatur, ac diligentiùs conſervetur, manu propriâ ſubterfirmavimus, & de bulla noſtra ſollemniter inſigniri juſſimus.

Signum RODULFI, regis glorioſiſſimi.

ROBERTUS, notarius, ad vicem ABBONI præſulis, necnon AREDII cancellarii, recognovit.

Datum IX. Calendas Aprilis, anno domni Rodulfi ſereniſſimi regis octavo.

Actum Turonis, in ipſo ſancti Martini caſtro, in Dei nomine feliciter. Amen.

CHARTA BERNERII DECANI, & Firmanni archiclavi S. Martini Montem villam ſub annuo cenſu Immæ reginæ concedentium.

Circa annum 930. Ex archivis S. Martini.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jesu-Christi. Nos enim fratres præclariſſimi confeſſoris Chriſti B. Martini poſt apoſtolos præcipui, Bernerius ſcilicet decanus atque Firmannus æditus præcognitum atque manifeſtum eſſe volumus ſucceſſoribus noſtris, aliiſque omnibus confratribus, quoniam expetiit nos egregius & venerabilis domnus Hugo abbas & ſenior noſter, quatenus villam Montis nomine, quam quondam glorioſa imperatrix Judith ex propria dote ſua nobis pro remedio animæ ſuæ ad quotidianos uſus delegavit, pro cujus abſolutione animæ quotidiè in feſtis diebus tres pſalmos, videlicet, *Deus miſereatur noſtri*, & *Inclina, Domine, aurem tuam*, atque *De profundis* decantamus; quamque poſtmodum reges & apoſtolici per præcepta & privilegia nobis æternaliter habendam confirmaverunt; glorioſæ reginæ domnæ Immæ, domni Roberti regis filiæ, ſorori ſuæ, per noſtræ auctoritatis teſtamentum diebus tantùm vitæ ipſius ſub annuali cenſuum inſtitutione concederemus: cujus petitionis imperium ſpernere nolentes, conſiderantes tantæ reginæ bonitatem, atque dapſilitatis erga noſtrum profectum exhibitionem, conceſſimus ei per conſenſum fratrum, & præfati ſenioris noſtri domni Hugonis prætitulatam cortem noſtram noſtræ propriæ ditioni & uſibus ſubjectam, Montem nomine, ſitam in pago Melidunenſe, cum eccleſiis VII. domibus, ædificiis, vineis, ſilvis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, farinariis, mobilibus & immobilibus, cum omnibus ſuprapoſitis, & mancipiis utriuſque ſexûs deſuper commanentibus, vel ad ipſam cortem pertinentibus, ſuiſque omnibus aliis appenditiis, vel adjacentiis, & quidquid ad ipſum prædium adſpicit vel pertinere videtur, cultum & incultum, quæſitum & ad inquirendum, totum & ad integrum, de jure noſtro in poteſtatem præſcriptæ domnæ Immæ reginæ tradimus atque transfundimus ad poſſidendum: eo ſiquidem tenore, ut promtiſſima voluntate ex omnibus præſcriptis rebus ſtudeat reddere annis ſingulis nobis vel ſucceſſoribus noſtris in uſus fratrum in die obitus prædictæ imperatricis, qui evenit XIII. Calendas Maii, aut in miſſa ſancti Martini cenſum nobis ſolidorum XXX. & archiclavo S. Martini in uſus luminum ſolidos X. & ſic quamdiu advixerit, quieto illam ordine teneat atque poſſideat. Poſt ſuum quoque digreſſum cum omni emelioratione, ſine alicujus expectata conſignatione, in jus & dominium integerrimè revocetur fratrum. Ut autem hujus noſtræ auctoritatis teſtamentum à nobis certius factum eſſe credatur, & à ſucceſſoribus noſtris inviolabile conſervetur, manibus propriis domnum Hugonem abbatem noſtrum ſub ſigno ſanctæ crucis ipſum firmantem vidimus, noſtriſque manibus ſubſcripſimus, & fratres noſtros ſubſcribere rogavimus.

DONATIO GULFRADI DIACONI facta eccleſiæ S. Martini Turonenſis.

Ex archivis S. Martini.

INter reliquas pœnitentiæ ſpecies, ut hæc una vanum, ut mortalis quilibet degens in hac periculoſa peregrinatione, perpendens pondus peccaminum juſto libramine, poſſit res ſuas erogare, ſeque redimere, quia ſcripturâ teſte, eleemoſyna ſic extinguit peccata, velut aqua ignem. Idcirco in nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, ego Gulfradus cœnobii glorioſi confeſſoris domni Martini, quo ipſe pretioſus domnus corpore requieſcit, humillimus levita, tractans quotidie modum fragilitatis humanæ, necnon molem meæ nequitiæ, ſive pavens utrimque diem judicii, quatenus propitium in eo merear habere omnipotentem Deum, omneſque ejus ſanctos adjutores, meiſque omnibus exutus peccatis, offero, dono, trado, atque confirmo omnipotenti Deo, necnon S. Martino confeſſori ſuo egregio, ad ſepulcrum ſcilicet ejuſdem, ubi parentes mei me obtulerunt, novo ordine traditionis per capillos capitis mei, illic arma relinquens & comam, ut ibidem cunctis diebus quibus adviverem Deo ſedulum exhiberem officium: quamquam illud dignè minimè compleſſem. *Nota.* Idcirco ſicut ſuprà inſertum eſt, pro amore patriæ cæleſtis, animæque meæ remedio, necnon genitoris mei & meæ genitricis, offero omnipotenti Deo, & S. Martino domno meo, ut veniam ante tribunal Chriſti adipſci mereamur ex omnibus facinoribus noſtris, hoc eſt proprium meum, qui ex ſucceſſione parentum meorum mihi legibus evenit, necnon & de quolibet adtractu ad me noſcitur perveniſſe, qui eſt in pago Turonico, in vicaria Muliacenſe, in villa ſcilicet Linarilias cum omni ſua integritate atque ſuppoſito, ſuiſque omnibus adjacentiis, & in alio loco in ipſo eodemque pago, in vicaria Laudiacenſe, in villa Gruſſo proprium meum, qui de parte parentum meorum mihi legibus evenit, ſimiliter cum omni ſuprapoſito ſuiſque adjacentiis, ſicuti à me præſenti tempore poſſideri videntur, totum & integrum de jure meo in poteſtatem & donationem S. Martini dono atque transfundo, eo quidem tenore, ut quamdiu advixero tenere & poſſidere faciam. Poſt meum verò deceſſum Sigelaus clericus & Raganardus diaconus memoratas res diebus quibus advixerint teneant & poſſideant, ea videlicet ratione ut annuatim in die obitûs mei dare ſtudeant fratribus congregationis S. Martini VIII. modia panis, & VIII. vini, & in iſto hoſpitali mo-

Digitized by Google

dium II. vini, & in illo pullatorio I. modium. Poſt horum quoque deceſſum quicumque cuſtos extiterit ſepulcri B. Martini, memoratas res ſine aliqua tarditate atque alicujus expectata traditione ſeu conſignatione in ſuam revocare ſtudeat dominationem; eo ſcilicet tenore, ut memoratam inſtitutionem in die depoſitionis meæ exſolvat. Inſuper & tam ipſe quàm prædicti ſucceſſores mei in tranſitu B. Martini illud dare ſtudeant, cereum de libris X. ſimiliterque in die depoſitionis meæ. Si quis autem hujus facti temerator aut violator exiſtere conaverit, videlicet aut ego aut ullus ex heredibus meis vel coheredibus ſeu aliqua introducta, aut aliunde emiſſa perſona, quæ contra hanc donationem aliquam calumniam vel repetitionem generare tentaverit; illud quod repetit non vindicet: inſuper verò particeps Judæ proditoris effici mereatur, eaſque plagas ſeu maledictiones quæ in CVIII. pſalmo de eo prophetatæ ſunt ſentiat, & hoc quod in alio pſalmo ſcriptum eſt de eo loco ubi legitur: *Deus meus, pone illos ut rotam* uſque ad eum locum ubi legitur: *Et cognoſcant quia nomen tibi Deus*, hoc verò excepto cui moleſtiam fecerit, ſolidorum II. mulctam coactus exſolvat. Hæc quoque ceſſio in eis & aliorum bonorum hominum manibus roborata, omni tempore firma & ſtabilis, Domino auxiliante, valeat permanere. Ego GULFARDUS diaconus hanc ceſſionem à me factam ſignavi.

CARTA FUNDATIONIS monaſterii Reſurrectionis in urbe Pictavenſi.

Anno 937. Ex cartario S. Cypriani Pictavienſi.

CUm perſpicuum hac ſolerti curâ unumquemque oportet vigilare, ut compendia hac utili notitia monachorum vel pauperum debeatur providere, quatenus & modernis & futuris temporibus per induſtriam ac providentiam paſtorum ſemper in meliore ſtatu auxilii fulti, ſine quolibet detrimento viciſſim conſolantes, ad æternam patriam mereantur proficiſci. Quamobrem ego ALBOINUS Pictavenſium urbis epiſcopus, cùm pleriſque notum eſſe cernitur, benivolum me ad monaſterio aliquo nuncupante ſancto Cypriano, ubi ipſe glorioſus corpore requieſcit, & eſt in proſpectu Pictavim civitatis ſuper alveum Clinni, quem venerabilis vir FROTHERIUS nomine & præſul ſanctæ Pictavenſis eccleſiæ anteceſſor meus olim mirifico opere conſtruxit, ibique monachorum agmina inſtituit, & de rebus ſancti Petri ad ipſam abbatiam pertinentes, quam etiam de ſua propria ditavit hereditate. Unde prope his diebus accidit, ut quemdam clericum nomine FROTHERIUM canonicum noſtrum pietas divina cordetenus, in tantum quatenus ipſe ſupradicti loci eccleſiam mirifico opere conſtrueret, & de ſuo proprio, in quantùm potuit, honorifice ditavit. Poſt hæc verò, anno Incarnationis Dominicæ DCCCCXXXVII. indictione ſcilicet X. pridie Idus Novembris, accedens jam dictus ſacer FROTHERIUS, deprecatus eſt noſtram manſuetudinem, quatinus ipſam, quam ipſe ob Dei amore conſtruxerat eccleſiam in ſanctæ Reſurrectionis honore vel amore conſecrare, vel dedicare dignaremur, & de jam dictas res, quæ illic dederit, vel quæ de rebus ſancti Petri à nobis in beneficio acceperat, ad ipſam cellulam in ſanctæ Reſurrectionis honore dicatam, dotem ſicuti mos antiquitùs edocet, dotare & condonationem ad jam dictum locum concederemus, quod & omni modo fecimus. Nos vero juſtam ejus petitionem cognoſcentes, omnia adimplere curavimus. Sunt namque hæ res ſitæ in pago Pictavo, in vicaria Salvinſe. De alodibus verò hæc ſunt: in villa Potiaco manſile cum vineis, terris, vel omnibus ad ſe pertinentibus, ſeu quantumcumque in ipſa villa viſus eſt habere, vel poſſidere. In alio verò loco, in villa quæ appellatur Campiacus, alodem cum vineis, vel omnibus ad ſe pertinentibus. In tertio verò loco, in villa quæ vocatur Siniacus, unà cum terris & omnibus ad ſe pertinentibus, nempe in quarto loco, quæ appellatur Sutrinus, quidquid viſus eſt habere. In quinto etiam loco, in villa quæ dicitur Aquæductus, quantùm inibi viſus eſt habere, vel poſſidere. Infra mœnia quoque jam dictæ civitatis alodem ſuum indominicatum cùm eſt undique vallatus muro antiquo. De Complantis verò, quantùm in prædiis Vindoprinſe per diverſa loca in ſubjectis prædii villis viſus eſt habere; vel poſſidere, tam in vineis, quàm etiam in ruribus. Ecce ſupradicti hereditas de beneficio etiam ſancti Petri, & noſtro, ædibus per deprecationem ipſius FROTHERII ſacerdotis ad ipſum locum in ſupradicto pago, & in jam dicta villa, in prædio Vindopre, in ipſa villa quartas III. in ſubjecto quippe territorio inter granicas & clauſtras III. quartas & med. In Caſill. quartam I. in Culturas quartam I. in Ladiniacum quartam I. in Bociacum quartam I. ad Calvatam quartas II. Has res ſuperiùs nominatas ad ipſum locum unà per conſenſum & conibentiam canonicorum noſtrorum, maximèque Richardi archidiaconi, per cujus conſenſum decimum deipſum quartis ad ipſum locum attribuimus. Necnon de alodibus & complantis ſuperiùs deſcriptis, vel etiam voluntate conſilii noſtri, ſeu Pictavenſium nobilium voluntates adimplere curavimus. Illud etiam nobis innoteſcere, vel inſerere placuit, quatinùs omnes jam dictæ res cum baſilica in honore ſanctæ Reſurrectionis, beatique dilecti & evangeliſtæ Johannis fundata, cum omnibus ad ſe pertinentibus, ſubdita & coadunata ſit ad monaſterium ſanctæ Dei genitricis ſemperque virginis Mariæ, necne almi Martini, & ſancti Cypriani, & in ævo tres inibi exiſtant monachi, qui Deo quotidie, tam pro nobis, quàm etiam pro ſupradicto FROTHERIO glorioſiſſimo prædeceſſori noſtro, qui obtentu & divinæ pietatis intuitu fideliſſimus his ſanctis cœnobiis extitit ſtabilitor, & ſub uno abbate degentes, tempore pacis hi qui infra mœnia civitatis in jam dicto loco extiterint, ab ipſo abbate, vel congregatione prævisi ſint

& adjuti, tempore etiam inquieta & bellantia ipſa congregatio in ipſa ſancta baſilica ſecuri permaneant & quieti. Illud quoque ſanctis præſulis ſucceſſoribus noſtris humili prece poſco, hac per Trinitatem inſeparabilem, & per ſanctam Reſurrectionem, & remunerationes ſanctorum conjurare præſumo, hac coram Deo & ejus majeſtate ligo, ut numquam à vobis vel à procuratoribus eccleſiæ Pictavenſe hæc facta noſtra de hac conjunctione per nullo quolibet modo, vel calliditate inrumpatur, vel ad ſe partiatur; ſed ſemper in unum conjuncti monaſterio, & ſub uno abbate regiminis conſtituti vobis defenſantibus hac conſervantibus, ſine aliqua diſceptatione perennis temporibus quieti valeant reſidere, & pro nobis communiter Dominum deprecare. Amen.

S. ALBOINI epiſcopi. S. FROTHERII ſacerdotis, qui hanc donationem fecit. S. PETRI præpoſiti. S. LAUNI abbatis. S. EBBOLI abbatis. S. ROTHARDI abbatis. S. Anſberti ſuccentoris, Tetbaudus, Norbertus, Abbo, Helias levita, Rainaldus preſbyter, Walterius decanus, SEGOINUS abbas, Maingaudus, Hucbertus, Ganfredus, Gilbertus, Boſo ſacerdos, Willelmus, vel Rainaldus levita, Ingelgarius preſbyter, Rodricus levita, Hugo levita, Tetfridus cantor ſancti Hilarii, Ferulfudus ſacerdos, Salomon presbyter, Rotmaldus presbyter, Gerous levita, Gunterius vic. Jacobus vic. Moyſes vic. Wincmarus, Varbertus presbyter, Nuiardus vic. item Gerous levita. Data menſe Aprilis, regnante Ludovico rege, & Hugo comes Pictav.

PRÆCEPTUM LUDOVICI

Tranſmarini regis, de reſtauratione Turonenſis S. Juliani monaſterii, per Teotolonem archiepiſcopum.

Anno 943. Ex autographo.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. HLUDOVICUS, divinâ propitiante clementiâ rex Francorum. Si cœleſtibus intenti deſideriis, lucra dominicarum ovium ſagaci ſtudio perquirere nitimur, juſtis exigentibus meritis, divinam nobis propitiare clementiam confidimus; & ſicut exinde abſolutionem reatuum, ſic etiam promerendæ mercedis non dubitamus adipiſci augmentum. Ea propter comperiat omnium fidelium ſanctæ Dei eccleſiæ, noſtrorumque, præſentium ſcilicet & futurorum ſollertia, quia anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXLIII. noſtræ quoque ſublimitatis faſtigio VIII. cùm variis regni noſtri, more prædeceſſorum noſtrorum regum, conſuleremus utilitatibus, adiit clementiam noſtri culminis venerabilis Turonicæ eccleſiæ THEOTOLO archiepiſcopus. Innotuit nobis quòd quædam cellula in ſuburbio Turonicæ urbis ſita, atque in honore ſancti Juliani, ſive ſancti Albini dicata quondam, ſicut multorum habetur notitia, per plurima annorum tempora ſub regula patris Benedicti viventium incoluerat caterva: ſed infeſtatione barbarorum, ac etiam ſceleratorum hominum, variè ſuccedente ſibi, nec tam eliminatâ omni religione eccleſiaſticâ, quàm & omnes res ab eadem cellula, interveniente quorumdam pravorum cupiditate, abſtractæ, & penè in jus publicum redactæ eſſent: ſed ipſe venerabilis præſul eumdem locum in honore ſanctæ Dei genitricis Mariæ, ac Sanctorum omnium commemoratione, corpuſque (a) ſancti Antonii in eo collocato pro viribus reſtaurans, in priſtinum, ſecundùm regulam ſancti Benedicti, ſtatum reformare ac redintegrare deſiderans, efflagitans noſtram regiam celſitudinem, uti more regum prædeceſſorum noſtrorum per ſeriem præcepti res ejuſdem eccleſiæ olim ſubtractas, & ab eodem denuò reſtauratas, emtas, ac poſtmodùm acquiſitas, atque à quibuſdam ſanctæ Dei eccleſiæ fidelibus conceſſas, & per inſtrumenta cartarum collatas perpetuò habendas confirmaſſemus. Cujus itaque præſulis ſuggeſtionem, necnon & famoſiſſimi fidelis noſtri HUGONIS comitis exhortationem devotiſſimè recipientes, complacuit ſerenitati noſtræ propter amorem omnipotentis Dei ac ſanctorum ejus per hoc præceptum res præſcriptæ cellulæ in uſus monachorum ibidem Deo militantium confirmari, id eſt in pago Turonico villam Ciconium, cum capella in honore ſanctæ Mariæ, ab ipſo venerabili epiſcopo noviter conſtructa atque dicata, Gruſaacum etiam ſuper fluvium Caris, & Belna, atque Ulmis, ſive Montiniacum, & villa Valerias, cum capella in honore ſancti Petri, cum omnibus appendiciis & utilitatibus earum, & mancipiis utriuſque ſexûs deſuper commanentibus atque pertinentibus, & alias reculas, quas ipſe præſul jure ſuæ hereditatis habere certum erat, aliaſque quàmplurimas, quas ut probus & religioſus adquiſierat, ſcilicet Cancellis villam cum eccleſia per ſcripturæ auctoritatem eidem loco pro remedio animæ ſuæ parentumque ſuorum fideliter contulit. Decimas verò omnes cum integritate ex ipſius monaſterii poteſtate de Ciconiaco, de Gruſſaaco, de Belnau, de Ulmis, de Paludibus, de Linerolas ad capellam ſanctæ Mariæ in prælibata villa Ciconiaco, ſimul cum quarta I. & alodum de Maximiaco perpetuò manendas decernimus; & ex culturis ſuper Ligerim de villa Valerias, & de villa Gruolia, & de Remciaco, & de Nova-villa, quam tenet Adalardus, medietatem decimarum in ſpeciales uſus monachorum conferre cenſemus. Res inſuper quas memoratus præſul de paterna & materna hereditate tenere viſus eſt, necnon & alias res, quas per plurimos adtractus vel pretiis adquiſivit, in quibuſcumque ſint pagis, villis, vel locis eidem monaſterio perpetuo jure conſiſtant. Præcipimus etiam, atque jubemus, ut quæcumque de rebus beneficii ſui, ſi propria ex hereditate ſuo-

(a) Non magni illius Antonii Ægyptii abbatis, de cujus poſſeſſione cum Viennenſibus & Arelatenſibus decertant Lezatenſes monachi; ſed ſancti Antonii in pago Turonico ſolitarii, cujus nomine hactenus extat cella, ſeu prioratus ſancti Antonii de Rupe dictus.

Digitized by Google

um parentum non poſſidet, eidem loco pro re- A
ædio animæ ſuæ ac noſtræ contradere atque
ondonare voluerit, ut id peragat, noſtra ac-
eptus licentia, ſalvâ tamen cenſuum beneficii
nnuâ redhibitione. Hæ igitur prædictæ res ac
ecimæ, ſicut in hoc præcepto digeſtæ atque
ræſcriptæ habentur, volumus atque ſancimus,
t in jure & poſſeſſione ſæpe dictæ cellulæ per
iuturna tempora conſiſtant ad utilitates &
eceſſitates monachorum, ſub regula ſancti
enedicti inibi conſiſtentium peragendas, & B
ullus epiſcoporum, vel aliquis procerum no-
rorum exinde eas ſubtrahendi, vel minuendi
lam habeat poteſtatem; ſed liceat ipſis mo-
chis divinam pro nobis & generali Chriſti
cleſia interpellari clementiam, & quietè at-
ie tranquillè ſub regimine & gubernatione
uronicæ urbis præſulum, vel etiam ſuorum
bbatum, monaſticum peragere tramitem. Ut
item hujus noſtri præcepti collatio inviolabi-
m obtineat effectum, & à fidelibus ſanctæ Dei C
cleſiæ veriùs credatur, & à noſtris ſucceſſo-
ous diligentiùs conſervetur, anuli noſtri im-
eſſione inſignire juſſimus.

Signum Ludovici, glorioſiſſimi regis.

Rorico notarius ad vicem Hugonis ar-
iipræſulis ſummique cancellarii recognovit.

Actum Sueſſionis civitate, Calendas Augu-
, indictione I. anno verò VIII. Ludovico
gnante.
D

ARTA THEOTOLONIS archiepiſcopi Turonenſis & Gerſendis ipſius ſororis, de donis ab ipſis in dedicatione S. Juliani factis.

N nomine Domini noſtri Jesu-Christi,
qui eſt totius boni principium & finis. Cau-
m quam in nomine ejus agere diſpoſuimus
gredientes, notum facimus cunctis ſanctæ E
uronicæ ſedis ſucceſſoribus noſtris, quod
o Teotolo licet indignus prædictæ ſe-
; archiepiſcopus, quamdam ejuſdem ſedis
llam in ordine monaſtico conſtruere decrevi-
ıs, & hoc quidem conſenſu canonicorum non-
orum, ſed & fidelium laicorum, facientes,
gale inde præceptum & apoſtolicum etiâm
vilegium impetravimus, ubi videlicet mona-
i cum abbate ſuo regulariter degentes, ita
edictæ matri eccleſiæ ſubjecti ſint, ſicut au- F
ritate de ipſius loci conſtitutione prælibatum
. Ceterum in die dedicationis ejuſdem cellæ,
o & ſoror mea Gersendis res noſtras quæ
bis ex jure hereditario venerunt, vel quas
o alicubi legaliter acquiſivi, eidem cellæ
l monachis eamdem incolentibus in perpe-
ım tradimus poſſidendas, vineam quæ dici-
r Palfictum...... & cetera quæ ex ſucceſ-
ne avunculorum noſtrorum Hieronymi,
geberti necnon Otgerii atque Ram- G
ldi nobis obvenerunt. Hæc igitur omnia
ıæ vel in mancipiis, vel in terris cultis & in-
ltis inquiſita ſunt, vel inquirenda, ad præ-
ctum locum tradimus; ut inde monachi

quicquid eis vel ſucceſſoribus eorum utile fuerit, faciendi liberam habeant poteſtatem. Conteſtamur autem cunctos ſucceſſores noſtros, & ipſius etiam loci incolas, per nomen ſanctæ Trinitatis omnibus creaturis contremiſcendum, ut numquam eaſdem res vel alias, quæ eidem acquiſitæ fuerint, diſtrahere aut inquietare præſumant. Si quis autem fuerit ulla emiſſa perſona, quæ contra iſtas res jam ſupradictas ullam calumniam movere præſumſerit, aut infrangere voluerit; hoc quod repetit non vindicet, & inſuper iram Dei omnipotentis inveniat, & cum Dathan & Abiron & Juda, qui Dominum tradidit, ſortem deducat; & inſuper auri libras XXX. coactus exſolvat, & in ſua malevola cupiditate confuſus abſcedat, & inſuper omni tempore firma permaneat ceſſio iſta cum ſtipulatione ſubnixa. Ut autem auctoritas ipſius ſcripturæ firmior habeatur, & à nobis certiùs facta eſſe credatur, & à nemine violari quandoque præſumat, manu propria eam ſubterfirmavimus, & ad canonicos S. Martini & S. Mauritii ſubtercorroborari alioſque fideles neſtros ſubſcribere rogavimus.

ΘΗΕΟΘΩΛΩ.... voluntariè ſubſcripſi.

Gersindis propria voluntate pro remedio parentum noſtrorum propria manu firmavi.

Nefingus decanus SS. Gunelmus SS. Albertus præcentor SS. Erlanus ypodecanus SS. Olbertus SS. Odilardus SS. Erluinus SS. Beringerius SS. Gauzfredus SS. Gauzelmus SS. Fulco SS. Bernardus SS. Salato. SS ΦΡΑΓΚΩ SS. Rainaldus SS. Badilo decanus SS. ΩΘΒΗΡΘΟΥC SS. Rotbertus SS. Gauſbertus, Otgerius præcentor ſuſcripſi, Odo SS: item Rotbertus SS. Arnulfus ſubſcripſi, Dodaldus SS. Mainardus SS. Adalleus SS. pt Erbernus SS. Rotgerius SS. Giraldus ſubſcripſi Bertrannus SS. Armannus SS. Archerius SS. Signum Adalelmi, S. Adalberti, S. Andraldi, S. Eremmari, S Attonis, S. Alcherii.

Data menſe Auguſto in civitate Turonus, anno Incarnationis dominicæ DCCCCXLIII. ſive anno VIII regnante Ludovico rege.

CHARTA FUNDATIONIS monaſterii ſancti Hyppoliti Vernienſis in pago Ruthenico.

Anno 943. Ex cartario Vabrinſi.

PRiſcarum legum imperatorum & conſulum decrevit auctoritas, ut qualiſcumque homo perſona ex nobili ortus genere res ſuas in alieno jure transferre voluerit, tam in eccleſiis, quàmque in aliis hominibus, per cartas, codicillos, & legitimas traditiones licentiam habeant faciendi. Quamobrem ego igitur in Dei nomen Raymundus pertractavi caſum humanæ fragilitatis meæ, metuens diem extremum, ne ſubitò improviſa mors adveniat, & ſuæ mortis laqueos tradat, & ut mihi Dominus veniam donare dignetur, cedo, ceſſumque in perpetuùm eſſe volo res proprietatis meæ, pro remedium animæ meæ, & pro remedium animæ genitori meo Fredeloni,

Digitized by Google

& genitrice mea Uddane, & pro anima Ludovici regis, & ſeniori meo Raymundo comiti, & germano meo Fredeloni, & pro omnibus fidelibus meis, qui hinc adjutores & conſolatores fuerint: ut quorum fuit communis amor, ſit & eleemoſyna communis; res qui ſunt ſitas in pago Ruthenico, in miniſterio S. Aniani, hoc eſt alode meo, quæ eſt in valle Oliti meis, villa mea quæ dicitur illa Vernia, cum eccleſia quæ eſt fundata in honore ſancti Hyppoliti martyris, & ſanctæ Mariæ, & ſancti Johannis, vel quantùm in ipſa valle Oliti viſus ſum habere vel poſſidere, totum & ab integrum ibi cedo, exceptis illâ medietate quæ Oda genitrix mea tenet, & illâ eccleſiâ quæ eſt fundata in honore ſancti Privati. In tali verò ratione, dum Rigaldus filius meus vivit, uſum & fructum recipiat. Poſt obitum ſuum ſancti Hypoliti remaneat cum ipſo eccleſiaſtico, & in alio loco in miniſterio ſancti Ilarini, villa quæ dicitur Siva, cum omni integritate, & in ipſo pago in vicaria Ralmontenſe alode meo, quæ dicunt ad illo Solario, cum ipſa piſcatoria, & in ipſo Aice manſo meo, quæ dicitur Scaravatoſo, & in ipſo arce boſco meo, quæ dicunt Duriaco, & in alio loco in ipſa vicaria alodo meo, qui dicunt illos Boſceto cum vineas, cum omni adhærentia eorum. Iſto alode meo cedo pro amore ſancti Petri in pauperia, ut per ſingulos annos quinque fratres paſcantur & veſtiantur, & in ipſo pago in miniſterio ſancti Ilarini in valle Tarniſca villa quæ dicitur Miliſiaco, ut quandiu ego Raymundus vivo, uſum & fructum mihi reſervo, unam ut per ſingulos annos modio & inveſtitura monachi accipiant. Poſt meum quoque diſceſſum ad filio meo Fredoloni remaneat, unà cum cenſu modio I. de vino per ſingulos annos perſolvat, quandiu vivit, teneat, poſſideat. Poſt obitum ſuum ſancti Hypoliti remaneat, ſine ullo contradicente, & de mancipiis meis ſervo meo nomen Aicbrando. Iſtas ſupraſcriptas res, cum eccleſiis, & cum omnibus adjacentiis eorum, cum pratis, ſilvis, vineis, garricis, aquis, aquarumve decurſibus, paſcuis, farinariis, cum omni integritate, & adhærentiis eorum, & fundus poſſeſſionis, totum & ab integrum cedo & condono in primis Domino Deo omnipotentis & S. Salvatoris Vabrenſis monaſterii, & S. Mariæ genitricis Domini noſtri Jesu-Christi, vel Ramnulfo & ſuiſque monachis dono, ad monaſterium conſtruendum in illa Vernia, ut ibi caterva congregent monachorum, qui ſecundùm regulam S. Benedicti ibi ſerviant, hoſpites recipiant, pauperes recreent, & pro nobis orent, pedes pauperum lavent. Et ſi in hoc loco oblati venerint, Vabrenſis monaſterii offerantur; & ſi converſi venerint, regulam numquam promittant, niſi Vabrenſis monaſterii, & per ſingulos annos Vabrenſi monaſterio perſolvant ſolidos decem. Nullus namque rex, neque comes, neque abba, vel aliqua poteſtas, non habeant licentiam iſtas res beneficiare, niſi tantùm ad ipſos monachos, qui in iſto loco deſſerviunt. Et quandiu ego Raymundus fuerit, tutor & defenſor fiam. Poſt obitum quoque meum, filii Rigaldus & Fredulus non hæredes, ſed tutores & defenſores fiant. De repetitione vendere verò dico, quòd ſi ego, immutatâ voluntate meâ, aut ullus de heredibus, vel de propinquis meis, aut aliquis homo iniquâ voluntate teſtamentum anteriorem vel poſteriorem quaſi ad me factum mihi protulerit, quod nec fecit, nec decrevit, nullum habeat effectum: & probator falſitatis reus teneatur obnoxius, & ille qui eleemoſynam voluerit extinguere, in primis iram Dei omnipotentis incurrat, & cum Datan & Abiron damnationem perpetuam adquirat, & ultimâ reſurrectione adquirat pœnam, & cum electis portionem non habeat, & cum Juda, qui ſacrum Domini corpus vendidit, in perpetuùm damnetur; & inſuper quod conatur agere non vindicet: & qui contra hanc ceſſionem ire, aut ullam calumniam generare præſumſerit, quod petit non vindicet, & inſuper cogente fiſco, componat auri libras xxx. argentum pondera c. ſed præſens ceſſio iſta firma & ſtabilis permaneat, omnique tempore cum ſtibulatione ſubnixa. Facta carta ceſſione iſta ſub die Veneris in menſe Septembris, anno VIII. regnante Ludovico rege, S. Raymundo, S. Rigaldo, & fratre ſuo Fredoloni, qui carta iſta ſcribere vel adfirmare rogaverunt. S. Jorio, S. Ugoni, Signum Warnerio, S. Bernardo, S. Sulpitio, S. Ragoni, S. Alinardo. In Chriſti nomine, Sigimus levita, jubente Ramnulfo, & ſcripſit, & ſubſcripſit.

ROSTAGNI EPISCOPI DONATIO
facta eccleſiæ Romanenſi.

Circa 950. Ex Cartario Romanenſi.

Sacro-ſanctæ Dei eccleſiæ, quæ eſt ædificata in honore XII. Apoſtolorum, ſive trium martyrum, Severini, Exuperii, & Feliciani, ſuper fluvium Iſaram fundata, unà cum ibidem Deo ſervientibus... præeſſe videtur. Ab hoc igitur ego in Dei nomine Rostagnus, gratiâ Dei epiſcopus, cogitavi de Dei miſericordia, vel abluenda peccata, ut pius Dominus de peccatis meis miniare dignetur. Et pro remedio animæ meæ, vel animæ genitoris mei Leodegario nomine, vel genitricis meæ, nomine Grotlendis, & pro remedio animarum germanorum meorum Guillelmi, & Adonis, atque Desiderii, ſive pro amore nepotis mei Silviotis, cum fratribus & ſororibus ſuis, pro ipſo amore & æterna retributione, dono ad ipſam caſam Dei de rebus meis, quæ ſunt ſitæ in pago Viennenſi, in agro Cladrenſi, in villa quæ vocatur Artemonaico. Hoc ſunt manſi tres; unum manſum, quæ Sendricus excolit; alium manſum, quem Daricus excolit, & in alio loco qui vocitatur Conſtercis: vinea una uſque in exquiſitum; quidquid ad ipſos manſos aſpicit, vel aſpicere videtur mea eſſe dominatio, totum & ab integrum dono ad ipſam caſam Dei uſque in exquiſitum;

Digitized by Google

i verò ratione, dum ego vivo, mihi reſervo, A
; unoquoque anno recipiant miniſterii ſanctæ
lei ipſius eccleſiæ inveſtitura ff. IIII. Et poſt
eum diſceſſum ipſæ res ſupraſcriptæ ad ipſam
ſam Dei perveniant. Et ſi ego, aut alius epiſ-
ipus, aut ulla poteſtas, qui de ipſa caſa Dei
ſtrahere voluerit, maledictionem Patris, &
lii, & Spiritûs-ſancti, & omnium Sanctorum,
cum Juda traditore Domini particeps fiat:
ıcte omnes maledictiones accipiat, quæ in no-
& vetere ſcriptura leguntur. Et inantea B
ma permaneat cum ſtipulatione ſubnixa ſub-
iptio ROSTAGNI peccatoris epiſcopi, qui
nare & fieri in præſente rogavit, S. Aſcarici,
Roſtagni, S. Leuterii, S. Oddonis. Facta
ta donationis iſtius die Martis VIIII. Cal.
ıii, regnante GONDRADO rege. Ego
ardus preſbyter ſcripſi, datavi, & roboravi.

ARTA FUNDATIONIS C
ıonaſterii Ferretenſis à Saluſtio viro nobili.

Riſcarum legum & imperatorum conſu-
lumque decrevit auctoritas, ut qualiſ-
nque homo perſona ex nobili ortus genere,
ſuas in alieno jure transferre voluerit, tam
eccleſiis, quàmque & in aliis hominibus,
cartas, codicillos, & legitimas traditiones
ntiam habeant faciendi. Quamobrem ego
ur in Dei nomen, SALUSTER, pertractavi
ım humanæ fragilitatis meæ, metuens diem D
temum, ne ſubitò improviſa mors adveniat,
uæ mortis laqueos tradat; & ut mihi Do-
ıus veniam donare dignetur, cedo, ceſſum-
: in perpetuùm eſſe volo, res proprietatis
e pro remedium animæ meæ, & genitori
RICUINO, & genitrice mea ERMEN-
ıDA, & filiis meis RICUINO & PONTIONE
RAINONE, & pro omnibus conſanguineis
s, & amicis meis, qui adjutores & conſo- E
ıres fuerunt, ut quorum fuit communis
or, ſit & eleemoſyna communis. Hoc ſunt
qui ſunt ſitas in pago Rutenico in miniſte-
Braſcenſe, hoc eſt alode meo qui dicitur
reto, cum ipſo monaſterio, qui eſt fundatus
ıonore Dei omnipotentis, & S. Petri, & S.
dii; & in ipſa curte eccleſia, quæ eſt fundata
ıonore ſanctæ Mariæ, quæ dicitur Com-
, quantùm ad ipſum monaſterium aſpicit,
aſpicere videtur, totum & ab integrum
SALUSTER dono S. Salvatoris, & S. Marii, F
. Alveræ Deo dicatæ virginis, vel cetero-
ı ſanctorum, quorum reliquiæ continentur
oco qui nuncupatur Vaber, & AIGFRE-
abbati, & à Deo ſervientes qui ibidem
, vel futuri erunt, ad conſtruendum mo-
erium in ipſo Ferreto, ut ibi caterva con-
get monachorum, qui ſecundùm regulam
ENEDICTI ibidem ſerviant, hoſpites reci-
ıt, pauperes recreent, & pro nobis fideliter
ıt. Et ſi in hoc loco oblati venerint, Va- G
iſes, monaſterio offerantur. Et ſi converſi
erint, regulam ibi numquam promittant,
in loco Vabrenſe monaſterio, & per ſin-
gulos annos Vabrenſi monaſterio perſolvant
paſtum unum: in tali verò ratione, ut dum ego
vixero, uſum & fructum mihi reſervo; & poſt
obitum meum, ipſum monaſterium S. Salva-
toris Vabrenſis remaneat: in tali verò ratione,
ut nullus abba, nec nullus monachus, nec nul-
lus homo, iſtas res ſuperiùs nominatas, nec il-
las quæ ipſe locus, vel ipſi ſancti inantea cum
Dei adjutorio adquirere potuerint, non poſſit
commutare, nec alienare, neque à fero dona-
re, neque per vocem Vabrenſis ipſum mona-
ſterium deſtruere voluerit, non habeat licen-
tiam ad faciendum. Quod ſi fecerit, veniat
comes de comitatu Albienſe, & recipiat ipſum
monaſterium, & donet illud S. Pontio. Et poſt
meum deceſſum, ODOBELLUS, non heres,
ſed tutor & defenſor fiat ad beneficiendum.
De repetitione dico, quòd ſi ego, immutatâ
voluntate meâ, aut ullus de propinquis meis,
aut ullus homo, iniquâ voluntate, teſtamentum
anteriorem vel poſteriorem, quaſi ad me fa-
ctum protulerit, quod nec feci, nec decrevi;
nullum habeat effectum, & prolator falſitatis
reus teneatur obnoxius; & ille qui eleemoſy-
nam meam voluerit extinguere, in primis
iram Dei omnipotentis incurrat, & cum Da-
tan & Abiron damnationem perpetuam acqui-
rat, & in ultima reſurrectione adquirat pœ-
nam, & cum electis portionem non habeat, &
cum Juda, qui ſacrum corpus Domini vendi-
dit, in perpetuùm damnetur, & inſuper quod
conatur agere non vindicet. Et qui contra
hanc ceſſione ire, aut ullam calumniam gene-
rare præſumſerit, quod petit non vindicet, &
inſuper cogente fiſco componat auri libras XXX.
argenti pondera centum, & præſens ceſſio iſta
firma & ſtabilis permaneat, omnique tempore
cum ſtipulatione ſubnixa. Facta carta ceſſione
iſta ſub die Mercoris in menſe Junio, regnante
LOTERIO rege. Signum Saluſtrone, qui carta
ſcribere vel firmare rogavi. Signum Hugone.
Signum Bernardo. Signum Iſemberto. Signum
Mirone. Signum Lanberto. Rodlandus mo-
nachus, jubente Aigfredo abbate, ſcripſit.

GOMESANI PRESBYTERI PRÆFATIO
in librum S. Hildephonſi de perpetua
virginitate B. Mariæ.

Incipit prologus in libro de perpetua virginitate
beatæ & glorioſæ ſemper virginis Mariæ
genitricis Dei.

EGo quidem GOMESANUS, licèt indignus, *Anno 961.* *Ex mſ. Grandimontenſi.*
preſbyterii tamen ordine functus, in fini-
bus Pampelonæ Albaïldenſe in archiſterio in-
fra atrium ſacrum ferens reliquias ſancti ac
beatiſſimi Martini epiſcopi, regulariter degens
ſub regimine patris almi, videlicet DULQUI-
TI abbatis inter agmina Chriſti ſervorum du-
centorum ferè monachorum compulſus à GO-
TISCALCO epiſcopo, qui gratiâ orandi egreſ-
ſus à partibus Aquitanicis, devotione promtiſ-
ſimâ magno comitatu fultus ad finem Galli-
ciæ * pertinebat concitus, Dei miſericordiâ

* ſ. Properabat.

Digitized by Google

ſancti Jacobi apoſtoli ſuffragium humiliter imploraturus, libenter conſcripſi libellum à beato Hildephonso Toletanæ ſedis epiſcopo dudum luculentiſſimè editum, in quo continetur de laude virginitatis ſanctæ Mariæ perpetuæ virginis, Jesu-Christi Domini noſtri genitricis, ubi prædictus Hildefonſus qui divino ſpiramine afflatus, oraculis prophetarum imbutus, evangeliorum teſtimoniis roboratus, apoſtolorum documentis inſtructus, cœleſtium ſimul & terrenorum conteſtatione firmatus, B gladio verbi Dei Joviniani perfidiam vulneravit, & pugione veriſſimæ rationis Helvidii errorem deſtruxit, Judæorum quoque duritiam, non ſolùm adſtipulatione angelorum & hominum, ſed etiam dæmonum prolatâ confeſſione jugulavit. Jam verò quàm dulcia, quàmque divino munere compta promſerit eloquia, quiſquis in hoc libello ſollerter legerit, facilè prævidebit: ex quo & credulus hauriet ſuavitatem, & anceps reperiet unde à ſe procul re- C pellat erroris pravitatem. Unde æſtimo incunctanter, ut pari gloriâ ditetur à Chriſto pontifex Gotiscalcus, qui hanc laudem genitricis Domini nunc Aquitaniæ ſanctæ Mariæ Anicio in propriam ſedem ſpecialiter advexit, ſicut Hildephonsus epiſcopus, qui etiam univerſæ eccleſiæ catholicæ dudum generaliter tradidit, quia etſi materia defuit laboris, æquiparatur tamen ſacra devotio retributione mercedis. Mihi autem exiguo atque miſerrimo Gomesano concedat Chriſtus glorioſæ geni- D tricis ſuæ interventu placatus, hîc emundari à ſorde facinorum, & poſt expletum vitæ curſum, cum ſanctis omnibus in regnum cœlorum perfrui gaudio feliciter ſine fine manſuro. Amen.

Qui tranſtulit hunc librum in Galliam.

Tranſtulit enim hunc libellum ſanctiſſimus Odischalcus epiſcopus ex Hiſpania ad Aquitaniam, tempore hyemis diebus certis Januarii menſis, currente feliciter æra nongenteſimâ octogeſimâ-nonâ, regnante Domino E noſtro Jesu-Christo, qui cum Deo Patre & Spiritu-ſancto unus Deus gloriatur in ſæcula ſæculorum. Amen. *Anno 961.*

ANONYMI EPISTOLA ad clericos Lingonenſes.

De aſſidua peccatorum confeſſione.

Ex ms. ſancti Illidii Claromontenſis.

Dilectiſſimis in Chriſto filiis bonæque ſpei adoleſcentulis, qui in eccleſia S. Mammetis glorioſi martyris Chriſti Domino Jesu Christo deſervire videntur, atque ab eccleſiaſticis erudiuntur magiſtris in domo Dei æternæ proſperitatis in Chriſto Deo ſalutem.

Deſiderans vos, filii cariſſimi, in ſalute animarum proficere veſtrarum, ideo aliquas paterno affectu vobis ammonitiones dulcis ſermonis dirigere ſtudui, ut per eas præſentis vitæ proſperitatem, & futuræ, Deo miſerante, beatitudinem habere mereamini æternam, & fragilitatis veſtræ æternitatis annos in A ejus ſervitio edocti ad perfectum ſenectutis diem adducere. Vos ſancti patres & lumina hujus fraternæ congregationis ..... in omni bonitate juventutis deprecor ut admoneatis eos, id eſt, diſcipulos veſtros, ut ſtudioſè diſcant quæ Deo placent, & ad ſalutem animarum pertinent ſuarum, quatenus ex illorum profectu & proſperitate, vos perpetuam apud Deum habeatis mercedem. Exhortamini illos ſobriè, caſtè, pudicè, & cum omni humilitate & obedientia, Deo ſervire in bonis moribus, de ſancta converſatione, & religioſa caſtitate, & maximè de confeſſione peccatorum ſuorum, quia multæ ſunt contra adoleſcentulos diabolicæ fraudis inſidiæ in deſiderio carnali & ceteris adoleſcentiæ vitiis; ſed nihil, Deo donante, proficit in ſuam diabolus malitiam, ſi puram volunt juvenes facere confeſſionem, & fructus dignos pœnitentiæ agere, id eſt ut vulneribus vulnera non adjiciant, & ſanata non reſaucient. Salutare ſiquidem pœnitentiæ eſt remedium (*a*) pœnitentia iterum non perficere. Scriptum eſt enim pænitentibus dedit Deus partem juſtitiæ. Age igitur, pœnitens, propria ſcelera confitere, prode iniquitatis ſecretum. Nota ſunt Deo quæ in occulto feciſti, quæ ſi non dixerit lingua, non poterit celare conſcientia. Fruſtra inter parietes tuos timens crimina abſcondis: patet Deo omne quod abſconditum putas: etſi hominis oculos in peccatis effugere vales, nullatenus tamen Dei aſpectum latere poterit quidquid in occulto geſſeris. Si per confeſſionem peccata (*b*) antequam judicis iracundiam ſentias, crede mihi, totum veniale erit, ſi confiteri non erubeſcis & per pœnitentiam purgare præcaveris, dicente Pſalmographo, *Dixi injuſtitias meas Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei.* *Pſal. 31. 5.* Expectat à nobis Dominus confeſſionis ſacrificium, ut præſtet nobis delectabile indulgentiæ munus, qui vult omnes homines ſalvos fieri, & neminem perire, hæc dicente & in alio loco ſcriptura, *In quacumque die peccator confeſſus fuerit, vita vivet & non morietur.* *Ezech. 18. 28.* O ſingulare clementiſſimi judicis beneficium! O magni & ſecuri divinæ pietatis theſauri! Propter hoc peccantium vult confeſſionum munus accipere, ut non inveniat quod ulciſci debeat. Non ſimus ingrati tanti benevolentiæ Redemptoris noſtri, qui magis vult ignoſcere quàm punire, magis ſalvare quàm perdere. Adquiritur Domino quod non punitur in ſervo, & F multum confertur auctori, ſi deputatur pœnæ, veniæ condonetur, nec optat ulciſci qui paratus eſt miſereri, ipſo de ſe per prophetam dicente: *Nolo mortem peccatoris, ſed ut convertatur & vivat.* *Ezech. 33. 11.* Ecce verus vitæ actor qui non vult peccantis mortem, ſed convertentis vitam: unde & in evangelio ipſa Veritas ait: *Sic erit gaudium in cœlo coram Patre veſtro & angelis ejus ſuper uno peccatore pœnitentiam agente*: *Luc 15. 10.* & in Propheta: *Dic tu prior injuſtitias* *Iſai. 43. 26.*

(*a*) F. pœnitenda.
(*b*) Deeſt videlicet *aperias* aut quid ſimile.

tuas

Digitized by Google

tuas ut juſtificeris. Ecce benignus eſt largitor A
veniæ, qui præbet pro luctu temporali æter-
Math. 5. 5. nitatis gaudium, ipſo dicente: *Beati qui lu-
gent, quoniam ipſi conſolabuntur.* Et in alio lo-
Math. 11. co: *Venite ad me omnes qui laboratis & one-
rati eſtis, & ego reficiam vos.* Ait enim, ut di-
ximus, dic prius injuſtitias tuas ut juſtifice-
ris & non condemneris, ut maneat in te præ-
mium pœnitentiæ, non vindicta peccatorum.
Numquid quaſi neſcius Deus nos confiteri hor-
tatur peccata, quæ prius quàm geſta eſſent B
præſciebat, cujus providentia omnia pateſcunt
occulta? Tunc poteris perfectum conſequi be-
neficium medicinæ, ſi non celes medico tuæ
vulnera conſcientiæ. Opinor enim niſi interpel-
latur medicus, non curatur ægrotus. Con-
feſſio tua medicina eſt vulnerum tuorum &
ſalutis tuæ certiſſimum ſubſidium. Homo ægro-
tus quærit medicinam, qui ſæpe incerto la-
bore deſudat in ægroto. Deus verò ſine labo-
re ſanat, ſine tarditate medicamenta præ- C
ſtat, ſi devotè lacrymis ſcripta in auribus pie-
tatis ſuæ legatur pœnitentia. Nemo te, ô ho-
mo, melius reficit, quàm qui fecit, nec alius
ſanat niſi qui flagellat & curat. Solus enim no-
vit operis tui fragilitatem, qui hoc totum ex-
pectat ut fatearis & mora non erit, ut ſane-
ris, qui per prophetam Ezechielem ait: Cùm
converſus fueris & ingemueris, tunc ſalva-
beris. Datur nobis à benigniſſimo judice locus
curandi noſmetipſos in peccatis noſtris coram
ſacerdote Dei, ne iterum accuſet nos in eis D
diabolus coram judice Chriſto. Vult enim ut
ignoſcatur ne puniatur in futuro. Igitur pius
pater dum videt per pœnitentiam peccata no-
ſtra à nobis damnari, gaudet miſereri, & pro-
prium exercere munus miſericordiæ in pœ-
nitentes optat, ſicut per Iſaïam teſtatur pro-
Iſa. 43. 25. phetam. *Ego ſum qui deleo iniquitates tuas.* Et
Exod. 34. 6. iterum: *Convertimini ad Dominum Deum ve-
ſtrum, quia miſericors & pius eſt, patiens &
multæ miſericordiæ.* Hoc ſciens B. David ait:
Pſal. 31. 6. *Peccatum meum cognitum tibi feci & iniquitates* E
meas non operui. Econtra ſi peccatum quod
fecerit hoc negat, pœnas reatus accumulat,
quia punitur contumacia ſceleris negatione.
Sed dicis forſan: me terret meorum magni-
tudo peccatorum, quin immo tantò magis
inſiſtendum eſt tibi peccator in medicina con-
feſſionis ne pereas in putredine vulnerum. Si
medico erubeſcis aperire, multiplicas ulce- F
rum dolores. Nullatenus divinæ abundantiam
clementiæ numeroſitas tuorum ſuperare pote-
rit peccatorum. Ne tardes de die in diem, di-
cit ſcriptura, converti, quia neſcis quid ſu-
perventura pariat dies: quia qualem te ulti-
mus invenerit dies, talis judicaberis, nec te
voluit Deus illum præſcire diem, ut ſemper
paratus eſſes, qualem optas ante judicem te
ſtare, te præpara dum habes tempus operan-
di. Eſto negotiator devotus, eme tibi regnum G
Dei pœnitentiæ lucris, memor Domini dicen-
Math. 4. 17. tis: *Pœnitentiam agite, appropinquabit vobis
regnum Dei.* Pro te legitur, ô homo vivens,
Deus homo factus eſt, ut te redimeret. Seip-
ſum tradidit in mortem, ut te ſalvaret in vi-
tam. Quid tu jaces in morte ſcelerum? Sur-
ge & dic, Pater, peccavi in cælum, adduc
tibi tuæ pœnitentiæ teſtem fidelem. Munda
vis habere veſtimenta, quare non multò ma-
gis quæris mundam te habere animam? Sor-
didus non vis procedere in conſpectu homi-
num, cur non multò magis times ſordidum
peccatis te procedere in conſpectu Dei? La-
va te lacrymarum fonte, ne quid in te illius
oculis majeſtatis offendat. Quis, rogo, cadens
non quærit ſurgere? Quis infirmatur & non
deſiderat convaleſcere? Quis periclitatur &
non optat evadere? Pœnitebit te poſtmodum
tarditas, ſi non cogitaveris quod animæ tuæ
proficiat ad ſalutem. Exſurge, fili, exſurge,
placare patrem pœnitentia, quem offendiſti
ſcelere. Confitere culpam, ut ſaneris à medi-
co. Eſto in tua ſollicitus ſalute. Si tu ipſe tui
non habes curam, quis tibi ad ſalutem pro-
deſſe poterit, vel quis tibi fidelis erit ſi tu ipſe
tibimet infidelis eſſe probaberis? Infidelitas
eſt magna te non curare de ſalute tua, &
morientem te in peccatis non reſuſcitari per
pœnitentiam. Quantò longiùs receſſiſti pro ſce-
lorum magnitudine à Deo, tantò fortiùs per
pœnitentiam adpropinquare ſtudeas. Clemens
pater paratus eſt te accipere, ſi tu non tarda-
veris revertere. Aſpera tibi videtur converſio,
carnis relinquere deſideria; ſed multò durior
conditio æternis te ardere flammis, & pro mo-
dici temporis luxuria pœnis tradi perpetuis.
Quanti modo infernalibus deputati tormentis
converti voluiſſent, ſi ſpatium illis daretur con-
vertendi? Omnia quidem hujus ſæculi dura in
comparatione infernalium: levia & quodam-
modo jucunda videntur. Serviſti diabolo in
luxuria, ſervi Chriſto in caſtitate. Utriuſque
rei finem attende. Illa ſiquidem, id eſt, lu-
xuria, hominem mittit in flammas; caſtitas
caritati conjuncta non deducet in regnum Dei?
Revertere in viam de qua oberraſti. Jejuniis
corpus afficitur, ſed pulcritudo animæ repa-
ratur. Vilis ſit corporis cultus, ſed ipſe præ-
cipuus eſt ſanctitatis ornatus. Vigiliarum aſ-
ſiduitas in orationibus & laude Dei angelicæ
eſt imitatio vitæ. Parvus cibus paſtus eſt ani-
mæ. Si habes unde, pauperibus porrige, quia
manus pauperis gazophilacium eſt Chriſti,
nec de opere miſericordiæ te juſtè excuſare
poteris, dum calix aquæ frigidæ mercede re-
munerabitur perpetua. Viſitare infirmos, mœ-
rentes conſolari, hoſpitibus occurrere, fame
vel ſiti laborantes reficere, poſſeſſio eſt regni
Dei in cœlis. Sicut in Evangelio legitur. In
talium, ô fili, operum executione peccatorum
remiſſio habetur, inſuper & perpetuæ beati-
tudinis præſtat ingreſſum. Noli degeneris ani-
mi eſſe, Dei filius in baptiſmo conſecratus es,
ſed tam excellens nobilitas non niſi magna
morum dignitate conſervari poterit. Cœle-
ſtis pater, immo omnium Dominus peccato-
res ſubditos, dedignabitur habere filios; ex-
cute de collo tuo jugum captivitatis diaboli-
cæ: recurre ad pietatem paternæ dilectionis,

Digitized by Google

revertere ad Dominum, fili, revertere, & ex A
mortuo reviviſce, & ex perdito reparare. Quærit ovem Bonus Paſtor errantem, & amplius de inventa quàm ante perdita gratulatur, & humeris ſuis inter angelicos revehit cœtus. Animadverte clementiſſimam Dominicæ pietatis ſententiam dicentis: non veni vocare juſtos, ſed peccatores in pœnitentiam. Vocat ergo Dominus ad pœnitentiam peccatores, quia magis optat ſalvare, quàm damnare, &
plus cum ſanctis nos gaudere, quàm cum diabolo punire, vocat nos per ſeipſum, vocat per ſcripturas ſanctas, vocat etiam per doctores catholicos, ut revertamur ad eum, quia paratus nos accipere, ſi non fuerimus pigri ad eum venire. Audivimus beatum Johannem Evangeliſtam ad pœnitentiam nos hortantem dicentem in epiſtola ſua: *Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Si autem confeſſi fuerimus peccata noſtra, fidelis & juſtus eſt* C
Deus, ut nobis peccata noſtra dimittat, & emundet nos ab omni iniquitate. Si nullus eſt ſine peccato, quis eſt qui pœnitentia non indigeat? quæ ſine confeſſione vix fructuoſa fieri valet? Conſideremus ſententiam beati Jacobi apoſtoli dicentis, *Confitemini alterutrum peccata veſtra.* Recordemur quod Redemptor noſter publicanum peccatorem ſe confitentem phariſæo ſe in ſua ſe laudanti juſtitia prætulerit: ſcit enim Conditor noſter fragilitatem noſtræ naturæ: ideo medicamenta pœnitentiæ vulneri- D
bus noſtris perdonavit. Dicamus cum propheta: *Sana me, Domine, & ſanabor.* Item *Domine ſana animam meam quia peccavi tibi.* Idcirco, cariſſimi filii, feſtinate ad confeſſionis medicamentum aperire vulnera in confeſſione, ut medicamenta ſalutis perficere valeatis in vobis. Tranſeunt hujus vitæ dies, & incerta eſt unicuique noſtrum quà revertatur pulvis in pulverem, & ſpiritus redeat ad Dominum, qui dedit illum, ut judicetur ſecun- E
dùm opera ſua. Auditura erit tunc anima quicquid hic copulata carni geſſit in occulto, ſi nunc erubeſcis confiteri, peccata tua per pœnitentiam emendare. Stabit cauſator malignus contra eam, qui quondam ſuggeſſit illi ut peccaret, ſi nos neglexerimus prævenire faciem judicis in confeſſionem. Quæcumque enim humiliter confitemur in noſtris peccatis, nihil horum diabolus habebit poteſtatem nobis objicere in illo tremendo judicio noſtræ vitæ. Agite nunc juvenes adoleſcentuli & pueri li- F
berate voſmetipſos de diabolica ſervitute per pœnitentiam ad clementiſſimam omnipotentis Dei pietatem. Nolite per deſideria carnis veſtræ perdere gaudia cæleſtia & æterni regni inter angelicos cætus beatitudinem; ſed confortate voſmetipſos, & viriliter pugnate cum adverſario veſtro, ut feliciter mereamini coronari cum ſanctis Dei, & perpetuam cum illis poſſidere gloriam. Et vos, ſanctiſſimi hujus familiæ magiſtri & patres, docete filios veſtros piè, G
ſobriè & caſtè vivere coram Domino in omni humilitate, obedientia & ſanctitate, & puram facere ſacerdotibus Chriſti confeſſionem peccatorum ſuorum, & pœnitentiæ lacrymis abluere ſordes luxuriæ carnis, nec eas iterum repetere: quia poſteriora vulnera pejora ſunt prioribus; ſcientes voſmetipſos de ſalute filiorum veſtrorum æternam habere apud Deum remunerationem, quatenus quorum miniſteriis utimini in terris, pro eis mercedem habeatis perpetuam in cœlis. Amen.

* Johan. I. 8.
Jac. 5. 16.
Jerem. 17. 14.
Pſal. 40. 5.

B

INCIPIT PROLOGUS ADALBERTI levitæ ad Herimannum preſbyterum, in quo promittit ſubnectendum ei opuſculum excerptum quaſi lilia candentia à moralibus quæ B. Gregorius Spiritu ſancto afflatus luculentiſſimo ſermone diſſeruit.

Dilectiſſimo in Chriſto ac venerabili patri HARIMANO preſbytero Adalbertus humillimus levitarum ſempiternam in Domino felicitatem.

Ex mſ. ſancti Illidii Claromontenſis.

Mecum ſæpius retracto, Reverende pater, creberrima circa me benignitatis caritatiſque veſtræ impenſa beneficia, nec non etiam ſuavia atque ſatis admodum mihi delectabilia exhortationum veſtrarum colloquia. Inter cetera tamen paternitatis veſtræ ſolamina, illa non minus hæſerunt animo quæ de beatiſſimi Gregorii papæ libris frequenter mirantes ſive congaudentes pariterque timentes vicaria relatione contulimus. Inter eoſdem nempe libros Moralia in beato Job edita, dulcedine dictorum allecti, ſubinde revolventes, quædam tuo juſſu, teque præſente prima ex parte tibi excerpſi: unde tuo tam provocatus ſtudio, quàm etiam fultus conſilio, quod prius ſub arcano pectoris mei latebat, tali ſum ordine conatus perficere: videlicet ut triginta quinque libros memorabilis papæ Gregorii diligentia qua poſſem tranſcurrerem, & quæque in eiſdem libris de quibuſlibet rebus magis neceſſaria reperiſſem, codice ſub uno aggregata colligerem, atque ſingulas ſententias capitulis prænotarem. Quod quidem non ut debui, ſed prout potui opere perpetravi, non temerario ſi quidem, ut mihi videtur, auſu id tentavi peragere; ſed revera eo magis ſtudio, ut tam ego quàm & mei, ſi fortè ſunt ſimiles, quos non multum vacat legere, aut etiam ſi vacat, deſidia non ſinit multa legendo percurrere, aut ſi ſtudium adſit, forſitan copia, ut pleriſque in locis aſſolet, deeſt librorum; hoc noſtrum, ſi tamen libuerit excerptionis opuſculum compendio percurrere queant, & faſtidium prolixitatis pati omni modo neſciant. Sed etiam hoc ſcire legentes volo, quia præter capitula vel in quibuſdam locis congruentiam inchoationis in exordio ſententiarum, nihil ex proprio inſerui, excepto dumtaxat quod ea quæ malè ſcriptorum vitio depravata reperi, prout potui emendare (a) ſategi. Interim hoc opuſculum ob reſpirandi gratiam lectoris, in quatuor decrevi diſtinguere libris: & quia ibidem humani generis vita multimoda varietate diſtin-

(a) al. ſatagui.

guitur, ejus libuit vocabulum appellare Speculum. Minores denique ſententias quarum ubertate in ſenſu & ſonoritate ſeu in verbis uſquequaque delectatus ſum, quæ aut duas aut tres, aut paulo amplius protenduntur in lineas, nec tamen adeo prolixæ ſunt, ut capitulis indigeant, ſeorſum in alio codice collegi. Harum tantum capita (diſcernendi causa) rubro placuit inchoari colore. Ecce per prata cucurri amœniſſima, ac florum diverſitate vernantia, omnique jocunditate pleniſſima: quibus tanta ſum aviditate illectus, cùm ſint cuncta fragrantia, cuncta redolentia, ut penitus omnia concupiverim. Sed quia univerſa concupita exili prædirus induſtria mecum ferre non valui, ſedit animo ut flores quos pulchriores inſpexi habere colores, & perplurima prævidi habere medicamina, decerpere ſtuderem, quatenus peritum quemque ac divinæ voluntatis æmulum tam decoroſitas florum illiceat, quàm & remedium ſalutare ad amorem ſuum pellat ſive accendat. Si quis autem veneno invidiæ in præcordiis ſerpente fuerit maculatus, ac dente malevolo maluerit derogare ac deridere, quàm congratulari ſive emendare hoc noſtrum qualecumque opuſculum, cavendum eſt ei, ne ſimul cum antiquo hoſte, illa, quod abſit, ſententia vulneretur. *Invidia diaboli mors introivit in orbem terrarum.* Imitantur autem illum qui ſunt ex parte ejus. En offero inter magna & pretioſa divitum munera hoc parvitatis meæ munuſculum, & hoc ſupplex exoro, ut ſi nequeo gratiam obtinere cum potentibus, merear ſaltem partem habere cum muliere illa paupercula, quæ quondam promto animo in gazophilacio duo legitur intuliſſe minuta. (*a*)

Explicit prologus. (*a*)

TESTAMENTUM MATFREDI vicecomitis, & uxoris ſuæ Adalaidis, antequam Romam proficiſcerentur.

Anno 966. Ex Narbonenſi ſancti Pauli cartario.

HIc eſt brevis diviſionalis, quem fecit MATFREDUS vicecomes, & uxor ſua ADALAIS, à die quo cupiunt pergere Romam, de omnibus rebus illorum mobilibus & immobilibus, propter remedium animæ eorum, ſeu inter filios eorum. Cupiunt ut ipſe alodes de *Montaningos* remaneat inter ſanctum Salvium & ſanctam Cecilia. Ad monaſterium S. Michaëlis de Galiaco remaneant ipſi maſi de Tauro, exceptus ipſos qui fuerint Armando. Ad ſancti Pauli Narbone remaneat ipſe alodes de *Bajas* in canonica, & ipſas vineas de *Salas*. SS. Juſti & Paſtoris ſimiliter in canonica in tali conventu, ut ipſe archipræſul, aut aba de poteſtate ipſorum canonicorum tollere vult ERMENGAUDO filio noſtro & fratri ſuo RAYMUNDO ab omni integritate revertere faciat, & dent ſolidos CC. ipſius canonicis. Ad ſancti Pontii monaſterii remaneat ipſe alodes de Volva & de Rovilianicis. Ad monaſterium ſancti Martini de Villa-magna remaneant ipſi manſi de Folciniano ERMENGAUDUM clericum filium noſtrum remaneant ipſi alodes quem habebamus inter Biauro & Serone, & ipſi alodes de Florenciago, & ipſe de Hebodionenſe, excepto S. Geneſio, qui fuit Stephano cum ipſa eccleſia ſancti Gervaſi in tali, ut ſi ad honorem epiſcopalem conſcendit RAYMUNDUS frater ſuus, det ſol. duo millia per ipſum alodem Nebotionenſem, & per ipſam eccleſiam S. Gervaſii, & ipſe alodes quæ vocant Ductos cum ipſa eccleſia S. Maria ad ipſum remaneat; alios omnes alodes noſtros quem habemus in Aquitaniæ, ſive in Septimaniæ, id eſt Pociolius & Urbanius, & S. Martinus de *Cavoras*, cum ipſa Roca & Ladinas, cum ipſa eccleſia & murato cum ipſo caſtello Boxione, & ipſo de S. Geneſio, & ipſos alodes de Villa-magnenſe & Caucenogulo cum ipſa eccleſia, & ipſas meſas Cogiano cum ipſa eccleſia cum ipſos alodes, qui commutavi cum Aldone, & ipſe conventus de Lenteſigo, & Ludrano, & Vidiliano, & Artimiciano, & Foliano, & ipſas comparationes de Valde, de *Ederas*, & ipſum alodem de *Trolias*, & ipſa eccleſia de Foliano, & ipſum alodem de Avetena, remaneant RAYMUNDO filio noſtro, cum alio alode de *Pontes*, & de Sampruniano. Et ipſum conventum quem habemus cum MATFREDO filio SALOMONE TRUDGARDÆ filiæ noſtræ remaneat ipſe alodiis de ipſo Betio & ipſe de Merlaco. Ad S. Maria Craſſæ remaneat ipſe alodes de *Ederas*, qui fuit RICILDIS vicecomitiſſa. Hæc omnia ſuperiùs ſcripta, quandiu vivimus, pariter teneamus & poſſideamus: & ſi uxor mea ſupervixerit, ipſa omnia teneat & poſſideat, ſi virum non accipit. Poſt noſtros quoque diſceſſos, ſicut ſuperiùs reſonat, ſic remaneat filiis noſtris in tali ratione, ut ſi RAYMUMDUS ſine legitimo mortuus fuerit, ERMENGAUDUM fratrem ſuum remanere faciat; & ſi ille mortuus fuerit ſine honorem epiſcopalem, ſimiliter RAYMUNDO remaneat. Quantùm verò in hac ſcriptura ſuperiùs reſonat, ſic diviſerunt ac commendaverunt ad illorum eleemoſynarios his nominibus, AIMERICO archipræſule, & BERNARDO epiſcopo, & GISALFREDO, & ERMENGAUDO, quem vocant Vaſadello, & MAT-

(*a*) Extat hoc opuſculum in ms. codice monaſterii ſancti Illidii Claromontani, cujus caracter annos circiter 600. repræſentat. Idem ſe reperiſſe in ms. Præmonſtratenſi teſtatur Mabillonius tomo I. Analectorum pag. 317. Idem & nos reperimus in mss. S. Petri Selincurtenſis ordinis Præmonſtratenſis, in diœceſi Ambianenſi, in Caroli-Locenſi ordinis Ciſtercienſis & in Grandimontenſi prope Lemovicas. Sed in Grandimontenſi ad calcem hæc leguntur

Ego Adalbertus licet indignus monachus atque ſacerdos, qui ex Moralibus Beati Gregorii papæ in Job editis ſtudui colligere flores, humiliter ac ſummiſsè omnibus legentibus per ineffabilem Trinitatem precor & ſupplico, hortor & ſuadeo, atque totis ex præcordiis enixiùs expoſtulo, ut pro mole meorum peccaminum omnipotenti Deo qui cuncta creavit ex nihilo, qui omnia quæcumque voluit fecit in cælo & in terra, qui eſt judex vivorum & mortuorum, preces ex imis viſceribus fundant, ut & noſtra errata propitius indulgeat, & ſuam glorioſiſſimam viſionem in cæleſti regno cum omnibus ſanctis pro ſua gratuita & immenſa clementia æternaliter frui concedat. Amen.

In alio codice Grandimontenſi habentur alia ex operibus S. Gregorii excerpta in libros XVI. diſtributa, quibus præmittitur index capitulorum cum hoc titulo. *Hæc capitula ſunt in libro diſtinctionum & non ſunt in Gregoriano Garnerii.*

Digitized by Google

FREDO SENIORELLO, ut ſi in ipſo itinere mortui fuiſſent, ſic omnia adimpleſſent. Et ſi quis contra hanc ſcripturam venerit pro irumpendum aut inquietare præſumſerit, quicumque hoc fecerit, inferant vel inferat partibus noſtris eleemoſynariis ſive à filiis noſtris quantùm ſuperiùs inſertum eſt duplum eis perpetim abitura, & in antea hæc noſter diviſionalis firmis & ſtabilis permaneat omni tempore. Factum hunc diviſionalem ſub die tertio decimo Calendas Septembris, anno XII. regnante LOTARIO rege. Signum MATFREDI vicecomiti, S. ADALAIS uxori meæ, qui ſimul hanc noſtrum diviſionalem fecimus, & firmare rogavimus. Signum † Giraldi, S. † Salomone, S. † Atone, S. † Durando, S. † Romanus, S. † Deuſde presbyter. Rogitus ſcripſit hæc verba, ſub die & anno quo ſuprà.

STATUTUM CAPITULI S. MARTINI Turonenſis de ſtatione in feſto S. Georgii.

Anno 966. Ex cartario S. Martini.

ANno Incarnationis Dominicæ DCCCCLXVI. X. ſcilicet Calendas Maii, quando vigilia S. GEORGII martyris erat celebranda, venit VIVIANUS gregis beati Martini ſacerdos, divinâ ammonitus inſpiratione in capitulum fratrum ante præſentiam RAINALDI, tunc temporis decani, & HERVEI theſaurarii, ceterorumque canonicorum ibi reſidentium, depoſcens humili affectu ipſorum caritatem, ut omni anno, quandiu orbita ſæculi volveretur, tam ipſi, quàm ſucceſſores eorum in ſollemnitate B. GEORGII martyris, quæ craſtinâ die erat ventura, ſtationem facerent in quodam oratorio ipſius, juxta eccleſiam ſancti Stephani locato, vigiliam ſcilicet inibi ſerò prænotatæ diei poſt veſperas, & in craſtinum miſſam devotè perſolventes: cujus ipſi poſtulationem non incongruam, ſed ſaluti feram eſſe perpendentes, communi aſſenſu confirmarunt, pollicentes ſe in poſterùm quod ipſe petebat VIVIANUS promtiſſimè facturos. In recompenſatione ergo tantæ eorum devotionis, cedit eiſdem fratribus ipſâ die præfatus VIVIANUS ſacerdos ad conſolationem XIII. ſolidos denariorum, & tradidit præſcriptæ cellæ ſancti Georgii quantùm ipſe per ſucceſſionem quorumdam parentum ſuorum tenere videbatur quaſdam res ſuas perpetualiter habendas, id eſt, in ſuburbio caſtelli ſancti Martini, ex parte occidentis, I. arpennem de vinea, & perticas VII. & in monaſterio quartarias III. ad portam etiam Pontis Saxonis in dextera parte ſubtus murum caſtelli dedit quoddam viridarium cum manſionibus & vineola quam ipſe ædificavit: cujus terræ medietatem comparavit idem VIVIANUS ſacerdos ſol. XL. de GEMINONE & VIVIANO fratribus & ſancti Martini canonicis; alteram verò medietatem per ſucceſſionem parentum hereditavit. Manſiones inſuper quas ipſe juxta præfatum oratorium beati Georgii conſtruxit, ſimiliter ibidem condonavit, eo ſcilicet tenore ſæpe fatus VIVIANUS præmiſſas res jam dicto locello S. Georgii pro remiſſione ſuorum criminum parentumque tradidit, ut quamdiu ſuperſtes fuerit, eaſdem res omnes cum omni teneat emelioratione, ſolvens omni anno ſancti Martini canonicis in feſtivitate ſancti Georgii martyris, quæ evenit VIIII. Calendas Maii, præfatam conſolationem XIII. ſolidorum, ut ipſi fratres ſcilicet explere non differant voluntariè præſcriptam ſtationem. Poſt ipſius quoque obitum, ſi aliquis propinquus ejus ſancti Martini canonicus, utilis & religioſus extiterit, & in ſæpefata cella ſancti Georgii Deum exorare pro delictis prænotati VIVIANI & parentum ejus devotè voluerit, ipſum oratorium, cum omnibus ſupradictis, ſine ullius contradictione, teneat, ſolvens annuatim fratribus præmiſſam conſolationem, & decantans vel perorans omnibus diebus vitæ ſuæ in eodem loco propriam miſſam pro totius gregis ſancti Martini vivis ac defunctis. Si verò ex ipſius VIVIANI parentela ullus non ſuperfuerit propinquus, tunc eligant fratres unum ſancti Martini gregis ſacerdotem religioſum & Deum timentem, cui ſine aliquo munere malæ cupiditatis prænominatam eccleſiolam ſancti Georgii, cum omnibus rebus ſibiipſi traditis committant, quatenus ibidem, ſicut diximus, diebus quibus advixerit, ipſius VIVIANI ſacerdotis, & totius ſancti Martini congregationis in ſacris orationibus memoriam habeat, ac ſæpe fatam conſolationem fratribus reddat. Ergo ſi fuerit aliquis ſancti Martini prælatorum iniquâ ſeductus cupiditate, qui pro largitione rerum hujus eleemoſynæ VIVIANI umquam aliquod munus exigere ab aliquo tamquam ex propriis rebus voluerit, & ipſe qui dederit, & ille qui acceperit, ſub anathematis ſimul maledictione, vel obligatione damnentur, niſi citiſſimè reſipuerint. Hoc indiculum præmiſſæ definitionis vel traditionis ſtatuerunt, ſeu devoverunt fratres congregationis ſancti Martini generaliter ſuis temporibus manere inviolabile. Et ut à ſucceſſoribus eorum per diverſa temporum curricula perenniter conſervetur, propriâ manu corroborarunt anno XII. regnante LOTHARIO rege.

ELECTIO Alberti abbatis S. Albini Andegavenſis.

Circa annum 966. Ex cartario S. Albini.

NOvimus quæ præcepta dederit Dominus cunctis hominibus, ſe ſcilicet timere, & mandatis ejus, omni oblivione poſtpoſitâ, obtemperare. In hoc ſcilicet poſitus, ad hoc creatus, ut Deum timeat, eique inceſſanter ſerviat, & ſerviens adductus ad claritatem viſionis Dei pertingere queat. Ipſe enim eſt via, à qua aberrantes, multi dereliquerunt Deum, averſi ſunt retrorsùm, & homicidiis & voluptatibus ſe dedentes, mundo, qui eſt in maligno poſitus, adhæſerunt. Propterea ultor barbarorum immiſſus eſt gladius, qui non juveni, non pepercit ſeni, nec pupillo, nec viduæ: ſed ut feræ morſibus cuncta decerpentis inhabitabilem reddi-

Digitized by Google

derunt terram. Denique loca quæ quondam reges ducesque, ac principes, in firma poſiti pace Deo dicaverunt, hæc nunc, heu! exuſta, atque ferarum habitacula, potiùs quàm hominum eſſe conſpicimus. Nobis verò, quibus pro anima res eſt, necnon ad aliud vacamus, ſatagendum eſt, ut quæ Deus noſtro dominatui ſubdiderit, allevare pro poſſe ſtudeamus. Quamobrem ego in Dei nomine GAUFREDUS Andegavenſis comes in præſentia NEFINGI Andegavenſis epiſcopi, vel etiam nobilium perſonarum noſtrorum fidelium, pro remedio videlicet animæ patris noſtri FULCONIS, & matris noſtræ GERBERGÆ, ſeu etiam pro reliquorum noſtrorum parentum requie delegamus abbatem in monaſterio ſancti Albini nomine ALBERTUM, ſalvâ voluntate monachorum ibidem degentium, eiſque licentiam concedimus talem, ut poſt obitum ejus quemcumque melius voluerint, abbatem eligendi habeant poteſtatem. Concedimus quoque eis, ut nulla in eorum terra vicaria dominetur poteſtas, niſi de homicidio, aut furto, vel incendio. Terram quoque quam invenimus ad integrum reddimus, nec ullus præſumtor arroganter exinde aliquid audeat uſurpare, & uſurpata retinere. Et ut hoc ſcriptum inconvulſum & integrum perenniter ſit, manu propriâ firmavimus, manibus quoque procerum noſtrorum roborandam obtulimus. Denique quoniam nonnullorum in ſancta Dei eccleſia rabiem ita graſſari, proh dolor! cernimus, ut ſtipendia fratrum nequaquam uſurpare, uſurpatave retinere non vereantur, ex omnipotentis Dei auctoritate, ne id contra præfatum S. Albinum præſumant ullo modo prohibemus. Quòd ſi quis præſumſerit, monachiſque ibidem famulantibus aliquam injuriam intulerit; ter ammonitus, niſi reſipuerit, quadriennio communione privetur. Si autem, quod abſit, induruerit, perpetuo anathemate feriatur: niſi fortè ab ipſis fratribus dignâ ſatiſfactione correptus, recipi mereatur.... NEFINGUS epiſcopus. S. GAUFREDI comitis. Burchardus levita & archidiaconus ſubſcripſi, Ernuſtus de. & archidiaconus ſubſcripſi, Walterus diaconus & archiclavis ſubſcripſi, Gilo monachus, Girardus monachus, Roſtagnus monachus, Gerardus diaconus & monachus, Teduinus monachus, Vitalis clericus & monachus, Conſtantinus clericus & monachus, Robertus monachus, Arbertus monachus, Albuinus monachus, Amalricus, Ubertus, Durannus, Martinus. S. RAINALDI vicecomitis. S. Griferii, S. Kaheloni. Heudo ſubſcripſi, Urſo ſubſcripſi, S. Warnerii, S. Odom, S. Goul, S. Walterii, S. Gauzberti, S. Arduini. Adelelmus ſacerdos.

NOTITIA
De dono Theobaldi comitis.

Ex cartario S. Martini Turonenſis.

TEBAUDUS comes, alterius videlicet TEBAUDI pater, pro animæ ſuæ remedio, ſive parentum ſuorum, perdonavit omnes conſuetudines quas de terra ſancti Martini habebat, id eſt, de Ventiaco, & Gaudiaco, & Martiniaco, & Britiniaco, exceptis quatuor foris facturis, ſanguinis ſcilicet & incendii, rapti & furti, & hoc tantummodo de liberis hominibus in terra ſancti Martini habitantibus. Cùm verò dies mortis ejus adeſſet, juſſit corpus ſuum ad beati Martini locum deferri, ubi honorificè, ut tanto dignum erat viro, ſepultum eſt. Detulit quoque tunc ſecum ad ſupradicti honorem confeſſoris duas argenteas coronas, quorum beneficiorum non immemor, communis capituli aſſenſus inſtituit, ut omni die, quo alicujus anniverſarium non pronunciaretur, fratres in capitulo pſalmum primum, id eſt, *Voce mea ad Dominum clamavi*, cum propria collecta, pro ejus anima decantaretur, & omni tempore, quando novem lectiones, vel octonæ non fuerint, communiter in choro unus pſalmus diceretur pro eo, fecit & supranominatus comes excommunicari, ſi quis ex heredibus ejus, vel aliquis alius præſumtor, hanc conſtitutionem irritam facere niteretur, ut cum Juda proditore annumeraretur.

CARTA ARDUINI TURONENSIS archiepiſcopi.

Concedit monachis S. Florentii Salmurienſis manſionem in clauſtro, & præbendam in eccleſia Turonenſi.

Anno 969. Ex autographo.

IN nomine ſummi Salvatoris Dei. ARDUINUS, miſericordiâ Dei, ſanctæ Turonicæ ſedis archiepiſcopus. Notum immò, & præcognitum eſſe volumus cunctis fidelibus ſanctæ Dei eccleſiæ, præſentibus ſcilicet ac futuris, præcipuèque ſucceſſoribus noſtris, quoniam acceſſit ad noſtri culminis paternitatem quidam venerabilis abbas de monaſterio ſancti Florentii, quod ſitum eſt in caſtro qui dicitur Salmurus, nomine AMALBERTUS, humiliter deprecans uti ad confugium monachorum S. Florentii infra clauſtrum noſtræ matris eccleſiæ, aream unam de terra noſtra, ad faciendam manſionem, eis concederemus; ſimulque expetiit, ut eis præbendam in noſtra matre eccleſia concedere dignaremur. Cujus deprecationem unà cum aſſenſu fidelium noſtrorum utriuſque ordinis, prout noſtro convenit miniſterio, benignè recipientes, conceſſimus jam dicto Amalberto, & monachis ſibi ſubjectis, præſcriptam aream infra clauſtrum noſtræ matris eccleſiæ. Eſt autem ſita prope capellam S. Gervaſii, ubi ſanctiſſimus Martinus miſſas & orationes ſemper cantare ſolitus erat. Conceſſimus etiam præbendam unam in noſtra matre eccleſia, eo videlidet tenore, ut quando ex canonicis noſtris ab hac luce diſceſſerit, ipſi monachi pro abſolutione animarum noſtrorum canonicorum Domini miſericordiam exorent, ſeu pro ſemetipſis: identidem autem & noſtri canonici faciant pro illis, ſicut apoſtolus teſtatur, Orate pro invicem, ut ſalvemini.

Digitized by Google

Precamur igitur omnium ſucceſſorum noſtrorum clementiam, qui futuri ſunt per diverſa tempora, ut hæc noſtræ parvitatis facta ſinant permanere intacta & inviolata ſicuti ſua cupiunt poſt miſerum hujus ſæculi laborem ſtabiliri facta. Ut autem hæc auctoritas per diuturna tempora firmior habeatur, & in reliquum inviolabiliter conſervetur, manu propriâ eam ſubterfirmavimus, & à canonicis noſtræ eccleſiæ adfirmari fecimus.

B Arduinus archiepiſcopus Turonenſis ſubſcripſi huic manus firmæ.

Rotgerius decanus ſubſcripſi. Bernardus SS. Boſo SS. Rotgerius præcentor ſubſcripſi, Uddo SS. Gyraldus SS. Hrotbertus SS. Donaldus SS. Americus SS. Adalulfus SS. Bertrannus SS. Rotbertus SS. Chriſtianus SS. Ermenfridus SS. Amalbertus SS. Giſlebertus SS. Gaubertus SS. Gyrardus SS. Guarinus SS. Rotbertus SS. Otgerus SS Raganfredus SS. Bernardus SS. Bernaldus SS. Guido SS. Guanineus SS. Aſcelinus SS. Odilo SS. Americus SS. C

Data menſe Novembris, in civitate Turonis, anno Incarnationis Dominicæ DCCCCLXIX. ſive anno XV. regnante Lothario rege.

CARTA THEOBALDI COMITIS Bleſenſis Amalberto S. Florentii abbati Cainonenſem S. Lupantii eccleſiam ad monaſterium, conſtruendum concedentis.

Anno 973. Ex cartario S. Florentii.

IN nomine Domini & Salvatoris noſtri Jesu-Christi Teutbaldus comes. Notum eſſe volumus omnibus fidelibus tam præſentibus, quàm etiam ſucceſſoribus noſtris, quia nobis utilitates fidelium noſtrorum procurantibus, inter cetera expetiit claritudinem noſtram abbas S. Florentii Amalbertus nomine, poſtulans ut ſuis ſuorumque fratrum precibus ſecum degentium aſſenſum præberemus, quatenus locellum in ſuburbio Cainonis caſtri ſitum, ubi S. Lupantius requieſcit, qui eſt ex ratione matris eccleſiæ Turonicæ ſedis, quemque tam patri noſtro, quàm nobis anteceſſores noſtri antiſtites ejuſdem ſedis contulerunt, tam cauſa refugii, quàm etiam ad (a) monaſterium inſtituendum concederemus. Diu igitur in ejus conſideratione perſiſtens, ratum ducendum ſtatui, & fidorum noſtrorum hortatum ſuper hoc exquiſivi, qui ſervitium Dei terrenis commodis, quæ nobis exinde conferebantur, præferendum eſſe libentiſſimè dixerunt. Horum igitur precibus favorabiliter annuens, ipſum locellum cum adjacentiis ſuis, quæ in noſtra manu ad præſens eſſe videntur, B. Florentio ſuiſque rectoribus, à modo confero perpetualiter retinendum atque conſtruendum: quatenus cultus divini obſequii ibidem, prout poſſibilitas extiterit, Deo offeratur, & nobis remedium & conjugi noſtræ, filiiſque, & filiabus noſtris, ſalus animarum, & æterna merces recompenſetur. Hoc autem teſtamentum, ut firmiùs ſit, veriuſque credatur, manu propria ſubterfirmavimus, filiorum noſtrorum & antiſtitis memoratæ ſedis & fidelium noſtrorum roborari decrevimus. Actum Cainoniſcaſtro publicè.

(a) Monaſterium illud in carta Joſephi Turonenſis archiepiſcopi pro monaſterio S. Florentii *abbatia* appellatur.

AUCTORITAS ARDUINI archiepiſcopi, eccleſiam S. Lupantii monaſterio S. Florentii à Teutbaldo comite conceſſam confirmantis.

Anno 973. Ex cartario S. Florentii.

IN nomine Dei & Domini noſtri Jesu Christi. Arduinus gratia Dei Turonorum archiepiſcopus. Noverit omnium fidelium noſtrorum, tam præſentium quàm futurorum ſolertia, quia convenit præſentiam noſtram domnus Teutbaldus comes, poſtulans, ut locellum ad rationem noſtræ matris eccleſiæ pertinentem, ubi S. Lupantius requieſcit, quam in beneficio ab anteceſſoribus noſtris præſulibus, tam pater ejus quàm ipſe jam olim habere videtur, pro remedio animæ ſuæ & filiorum parentumque ſuorum ad locum ſancti Florentii ad utilitatem ſervorum Dei inibi ſervientium, & ut ibi ſervitus Dei in eodem loco immelioretur, illi condonandum, prout ad nos pertinet, aſſenſum præberemus. Juſtis igitur petitionibus ejus aſſentire ratum duximus: ea tamen ratione & tenore, ut abbas memorati cœnobii S. Florentii annis ſingulis in ſynodali conventu, qui menſe Octobrio celebratur, noſtræ matri eccleſiæ ſolidos decem inter cenſum & ſynodalem exactionem exſolvat, nec ei amplius ab ullo miniſtrorum noſtrorum, neque ab archidiacono, vel à quacumque intromiſſa perſona requiratur. Habeat itaque memoratus abbas præfati loci S. Lupantii dominationem in ſua voluntate & poteſtate, tam per donum jam dicti principis, quàm per noſtram largitionem, & per aſſenſum congregationis noſtræ matris eccleſiæ, ut in omnibus liberè, prout meliùs decreverit, diſponat. De hujus ergo decreti noſtri ſtatuto teſtamentum perennis roborationis firmitate ſubnixum conſtituentes, rogamus & obſecramus ſucceſſores quos Dominus poſt noſtrum obitum in cathedra noſtræ ſedis conſtituerit, & obteſtamur per tremendum Dei judicium, ubi nos omnes oportet aſtare ante tribunal Chriſti, ubi nos ſperamus mercedem recipere de his quæ pro Dei amore ſervis ipſius impendimus, ut nullus æſtu avaritiæ cujuſcumque ſtimulatus, vel improbo conſilio illectus, præſumat infringere hæc noſtra ſtatuta, ſed ſicut ſua deſiderat quiſque poſt obitum ſuum inconvulſa manere decreta: ita & hæc noſtra perpetualiter conſervet. Quod ſi quis, quod abſit, quod necevenire credo, contra noſtrum decretum, & ſupplicationem injuſtè inſurrexerit: in primis Dei omnipotentis iram & judicium & S. Mauritii & omnium ſanctorum offenſam incurrat, &

Digitized by Google

ſua repetitio nullum obtineat effectum : ſed A procurante regia poteſtate , & principum ſub eo orbem diſponentium , hæc noſtra ſtatuta inviolabilem obtineant vigorem. Hoc autem firmitatis teſtamentum , ut firmius ſit , veriuſque credatur , manu propria roboravimus , manibuſque canonicorum nobilium , & fidelium noſtrorum in ſynodali conventu roborari decrevimus.

Signum ſanctæ crucis THEOTBALDI comitis , qui hanc auctoritatem fieri deprecatus eſt. B

ARDUINUS ..... manui firmæ.

ROTGERUS decanus , Uddo æditiuus , Vivianus , Froterius , Boſo , Dodaldus præcentor, Rotbertus præpoſitus , Americus , Ingelbertus præpoſitus , Odo , Ermenfridus , Otbertus, Aganus , Sicbardus , Archerus , Girardus , Rotbertus , Humbertus , Girardus , Mainerus , Rotbertus , Aſcelinus , Guanineus , Odilo , Guido , Letardus , S. GAUFREDI vicecomitis , S. Huberti , S. Adraldi vicarii , S. Aveſgaudi , S. Fulconis : S. Ratherii , S. Gelduini , S. Richardi , S. Plaſtulfi , S. Landrici , S. item Plaſtulfi , S. Achardi , S. Rotberti , S. Rainaldi , S. Walteri. C

Data menſe Decembri in civitate Turonus anno dominicæ Incarnationis DCCCCLXXIII. ſive anno XVIIII. regnante HLOTARIO rege.

Durannus ...... ab Ingelberto antigrapho. D

PRÆCEPTUM OTTONIS imperatoris, de dono Adelaïdis imperatricis facto monaſterio Morbacenſi.

Anno 977. Ex archivis Morbacenſis monaſterii.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Ego OTTO , divinâ favente clementiâ , imperator auguſtus. Noverit fidelium ſanctæ Eccleſiæ , noſtrorum que , tam præſentium , quàm etiam futurorum univerſitas , quia Domina noſtra ADELHEIDIS imperatrix , capellam decimalem & baptiſmalem , cum tota villa Amelruheſvillre , in qua ſita eſt , cum clerico ſuo Odelrico ejuſdem villæ legitimo ſacerdote, cum tota familia ſua , tam libera , quàm ſervili , cum agris , pratis , paſcuis , campis , vinetis , decimationibus , ſylvis , aquis , aquarumque decurſibus , & banno , viis & inviis , eo tenore libertatis & juſtitiæ quo ipſa præpotens regina hæc poſſidebat , pro remedio , tam animæ ſuæ , quàm omnium parentum noſtrorum , Murbacenſi donavit eccleſiæ ; eâ videlicet conditione , ut ſine omni alterius advocati oppreſſione , ſub noſtra noſtrorumque ſucceſſorum imperatorum maneat tuitione. Quorum quædam , campos videlicet , ſylvas , aquas , aquarumque decurſus , ſicut coheredes ipſius cum ipſa ſimul hæc tenuerunt , & communiter eis fruebantur , ſic inter familias eorum deinceps ſine omni controverſia communia permaneant. Statuit etenim , ut ſi quis locum ipſum , vel populum , incendio , aut prædâ , aut captione , ſeu aliquâ vaſtatione inquietaverit , homo liber vel de libera familia damnum rei perditæ in quadruplum reſtituat , & fiſco regio libras auri decem exſolvat ; ſervilis autem perſona , & qui hæc non poſſit perſolvere , pilos perdat cum corio , & ſeptem annorum damnetur in exilio. Quidam etiam eodem tempore noſtram adientes imperialem majeſtatem , abbas videlicet de cœnobio *Morbach* , BERINGER nomine , & ingenuus quidam laïcus , nomine Godefridus , communi conſilio , & voluntate , quia noſtræ immunitatis tuitione eadem conſiſtit abbatia , ut noſtræ conceſſionis licentiâ concambium inter ſe concederemus faciendi imploraverunt. Quorum dignè petitioni aſſenſum præbuimus. Tunc verò præfatus Godefridus ſuæ proprietatis manſos VIIII. in locis *Dagolfesheim* & *Heuvilare* nominatis , & in eadem villa dimidiam partem baſilicæ , in pago Alſacia , in comitatu LUITFRIDI comitis , in prælibatæ abbatiæ veſtituram in integrum tradidit. At ille è contra à prænominato abbate & ejus advocato Udone , pari voluntate in pago *Driſcigone* , in loco *Nierenburg* baſilicam I. cum omnibus ad eam jure legitimèque pertinentibus , & in villa vel marcha Tuniringa manſos duos , in loco *Tobdorff* manſum unum , & in loco *Scalkeſtat* manſum unum , & in loco *Anparingen* dimidium manſi in concambium recepit. Eâ verò ratione , ut præfatorum locorum rebus altrinſecus datis vel receptis , ædificiis , terris , ſylvis , aquis , aquarumque decurſibus , viis & inviis , exitibus & reditibus , decimationibus , omnibuſque uſibus ad eadem loca legitimè adjacentiis , ab hodierna die , & deinceps , liberalem atque ſecuram teneant poteſtatem quidquid utriſque inde libuerit faciendi ; juſſimuſque hoc præceptum inde conceſſæ noſtræ licentiæ conſcribi. Et ut ſupraſcripta donatio ſenioris noſtri noſtræ dominæ ADELHEIDIS , & veræ auguſtæ , tam à ſuccedentibus nobis jure hereditario , ſive regni ſucceſſione , quàm à nobis ipſis , & hoc concambium firma & inconvulſa conſiſtat , manu noſtrâ firmavimus , & ſigillo noſtro juſſimus inſigni.

Signum domni OTTONIS inviciſſimi imperatoris auguſti.

EGEBERTUS cancellarius , ad vicem VILEGISI archicapellani notavit & ſubſcripſit.

Data anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXXVII. indictione V. anno regni domni OTTONIS XVI. imperii X. Actum Deremnate.

CARTA ODONIS COMITIS BLESENSIS malas conſetudines monaſterio S. Florentii, quod pater ipſius fundaverat , remittentis.

Anno 978. Ex cartario S. Florentii.

IN Dei nomine. ODO comes & marchio. Notum eſſe volumus omnibus fidelibus ſanctæ Dei eccleſiæ præſentibus ſcilicet ac futuris, præcipuèque ſucceſſoribus noſtris ; quia expetierunt noſtram præſentiam abbas S. Florentii nomine AMALBERTUS , cum fratri-

Digitized by Google

bus ſuis, reclamantes ſe prægravari & ſuam poteſtatem injuſtè tractari, nec ſtatuta regalia per privilegia & præcepta eidem loco collata conſervari; ſed injuſtas leges & exactiones novas ſuperimponi. Quod diligentiùs cum fidelibus noſtris pertractantes, ſtatuimus & inſolubiliter obſervandum decrevimus, ut nullus fidelium noſtrûm cui caſtri Salmurii conceſſerimus proviſionem, in omni parte S. Florentii, quam pater noſter bonæ memoriæ TEUTBALDUS illi in dedicatione monaſterii ſui reddidit, tam in terris, quàm in aquis, vel quàm habitatores ejuſdem loci inantea tenebant, vel poſtea acquiſierunt, ullam exactionem præſumant inferre, vel expetere, neque in ripatico, neque in ceſpatico, neque in pulveratico, neque in telonio, neque in effuſione ſanguinis ſuorum hominum, etſi membra ſibi abſciderint, niſi ſolummodo de incendio vel furto ſeu raptu, aut etiam homicidio externorum hominum. Quæ ſi fuerint reperta à præpoſito ipſius poteſtatis judiciariæ diſtrictioni traduntur, nec hac occaſione vicarius poteſtatem ingrediatur. Itaque exceptis his, nullam volumus illis moleſtiam fieri, nec hominibus poteſtatis ſuæ, per occaſionem telonii vel vicariæ; ſed liberè pro anima patris noſtri, qui ipſum locum in ſancta religione conſtituit, & ſervos Dei ibi congregavit, ut pro nobis & matre noſtra & fratribus, & fidelibus noſtris Domini clementiam expoſcant, quatenus in remuneratione juſtorum, & illorum tuitione mercedem à pio Domino recipiamus.

S. ODONIS comitis qui hanc notitiam fieri præcepit.

S. GAUFREDI vicecomitis, Signum Plaſtuli, S Arduini, S. Teduini, S. Aimerici, S. Dadonis, S. HUGONIS (a) archiepiſcopi fratris Odonis comitis, S. ARDUINI (b) archiepiſcopi, S. Aviſgaudi, S. Gelduini.

Data menſe Februario anno XXIIII regnante HLOTARIO rege.

Actum in civitate Turonis publicè.

TESTAMENTUM ADALAIDIS, quæ apud Narbonam ſancti Salvatoris cœnobium pro monialibus inchoaverat.

Anno 978. Ex cartario Narbonenſi S. Pauli.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Unuſquiſque homo, dum converſatur in hac mortali peregrinatione, ſurſùm oculos debet erigere ad contemplationem divinæ majeſtatis, ut cum in judicio invenerit, inveniat juſtificatus. Quapropter ego in Dei nomine ADALAIS dum diem hunc valde pertimeſco, fieri præcipio in quo eligo eleemoſynarios meos, ut quemadmodum cognoverint meam voluntatem, ita perficiant. Sunt hæc nomina eorum, ERMENGAUDUS archipræſul, & RAIMUNDUS, & VASSADELLUS, SENIORELLIS, BERNARDUS, ADALBERTUS, SICARDUS de Petrulio. Illud ſanctum opus, quod inchoatum habeo ſubtus Narbonam in honore omnipotentis Dei ſanctique Salvatoris conſtruendi, relinquo ſororibus meis, & domnæ ARSINDÆ cometiſſe, in tali quoque tenore, ut ARSINDI ſorori meæ remaneat ipſa mea hereditas de Vidiliano, & ERMESINDI remaneat ipſe alodes de Tolomiano, & GARSINDI remaneat ipſa mea hereditas de Artimiciano, hæc quoque teneant & poſſideant dum vixerint: & ſi ad perfectum perduxerint ſancti cœnobium, cuncti præfati alodes cum omni integritate illic remaneant; & ſi non perfecerint hunc monaſterium, poſt mortem ARSINDI ipſa hereditas de Vidiliano remaneat ad canonicos SS. Juſti & Paſtoris in communia; & ipſa hereditas de Artimiciano, poſt mortem GARSI, ſimili modo remaneat ad canonicos S. Pauli. Ipſe alodes de Tolomiano remaneat inter cœnobium S. Maria, quod vocant Craſſam; & S. Petrum quod vocant Caunas. Ipſe alodes de *Trolias*, cum ipſa parte quam habeo in eadem eccleſia, remaneat monaſterio S. Aniani. Ipſe alodes de villa Borraxo remaneat cœnobio S. Pontii, exceptis ipſam turrim. Ipſam turrim cum ipſis manſionibus quæ ei ſunt junctæ teneat Auricius dum vixerit: poſtea verò ad ipſum cœnobium S. Pontii remaneat. Villa *Bajas*, cum ipſo terminio teneat Guadaldus dum vixerit, exceptis ipſos maliolos quos alii ibidem plantant. Et cùm factum fuerit cœnobium S. Salvatoris, poſt mortem Guadaldi, cum omni integritate illic remaneat: & ſi factum non fuerit illud monaſterium, remaneant ipſas vineas quæ ad meam partem veniunt in ipſa villa ad cuſtodem atque clavigerum S. Pauli, qui illud altare cuſtodit. Ipſa villa cum alia omnia hereditate ejus remaneat in communia ad canonicos S. Pauli. Ipſum alodem quem habeo in villa Geminiano quod fuit Perſonæ & Danielis, & ipſas vineas quæ fuerunt Godrandi, teneat Deuſde preſbyter dum vixerit: poſtea verò remaneat ad eccleſiam S. Mariæ, quam vocant Quadraginta. Ipſum alodem quem empſi de ARNULFO epiſcopo in terminio de Oveliano cum ipſo de *Taliaventos*, remaneat modò in canonica SS. Juſti & Paſtoris. Ipſe manſus de Florenciaco quod fuit S. Stephani, ad ipſam eccleſiam remaneat. Ipſum alodem quem habeo in circuitu Caſtelli S. Martini, monaſterii S. Laurentii remaneat. Ipſum alodem de Cananiello teneat Goltredus dum vixerit; poſt mortem ejus remaneat cum eccleſia S. Petri, quam vocant Quartum, cœnobio S. Salvatoris. Ipſum Burgum quem adquiſivi de muliere Ebonis, teneant Ugo & Alulfus dum vixerint: poſtea remaneat S. Paulo, & inter tantum teneat ſanctus Paulus *Saſinos* inde ipſum manſum in quo Nectari preſbyter manet. Ipſas vineas de Ceraſiano quas bonus vaſſallus mihi pignoravit, remaneant Umberto, donec redimat eas

(a) Hugo iſte archiepiſcopus fuit Bituricenſis, ſepultuſque fuit in Maioir-monaſterio, quod Odo comes, eo præſertim agente, expulſis canonicis, reſtituerat monachis.

(b) Turonenſis ſcilicet, quem ſupra vidimus præbendam in ſua cathedrali eccleſia monachis ſancti Florentii conceſſiſſe.

bonus

bonus vaſſallus de eo. Ipſe manſus de aqua viva, quod eſt in Lezateſo, remaneat S. Nazario ſedem Biterrenſem. Ipſum manſum quem adquiſivi intus Narbone de S. Pontio, ad ipſum remaneat. Ego quoque hanc mercedem atque eleemoſynam quam facio propter amorem ſummi regis æterni, ſit propter remedium animæ, ut poſſim evadere cunctorum ſupplicium, & percipere æternam felicitatem, & miſericordiâ ſuâ Conditor maledicta cuncta ignoſcat quæ feci ex die nativitatis meæ uſque modò, ſimulque domnus MATFREDUS vir meus, ac genitores mei, communem mercedem inde ſibi provideant, & omnes conſanguinei, ac propinqui mei, omneſque fideles defuncti. Ipſum alodem quem habeo inter Biaurum & Syronem, ERMENGAUDO filio meo remaneat, & ipſa eccleſia deductos quam vocant ſancta Maria, cum ipſo parochia ad ipſum remaneat. Villa Columbaria cum ipſa eccleſia ſancti Petri RAIMUNDO filio meo remaneat. Ipſas cupas aureas ERMENGAUDO remaneant. Det per eas ad canonicos SS. Juſti & Paſtoris ſol. L. quos diſpendant in communia, & ad canonicos ſancti Pauli ſimiliter ſolidos L. & ad ſanctum Nazarium ſedem Carcaſone ſol. L. & S. Nazario ſedem Biterris ſol. L. RAIMUNDO remaneat catinum unum argenteum, & candelabra duo de argento, unum cum rotis & ſuccinctam, unum cum auro cubliſmonario, & det pro eis ſolidos L. ſancto Pontio & ſancto Aniano ſolidos L. de cuncto fructu vini & annonæ quod habeo in Florenciaco, ipſa medietas remaneat Ermengaudo, de alia medietate ipſa tertia pars ſancto Tiberio; aliæ duæ ſancto Salvatori de Aniana. Similiter de fructu quod habeo in Nebozianenſe, ipſa medietas remaneat ERMENGAUDO; alia medietas remaneat inter monachos de Vabro, & monachos de Juncellos. De fructu *Pociolo*, & *Urbanio*, & *Cavorras*, tres partes faciant: una pars detur ſancti Michaëli de Galiaco, alia ſancti Salvi, & alia S. Ceciliæ. Si conſummatum fuerit cœnobium noſtrum, illic remaneant equas meas: ſin autem remaneant ERMENGAUDO inde IIII. cum ipſos mulos II. & RAYMUNDO equas IIII. de alias equas tres partes faciant; unam partem remaneat in canonica SS. Juſti & Paſtoris, alia ad canonicos S. Pauli, alia S. Aniano. De fructu Villæ-magnæ ipſa medietas remaneat inter ERMENGAUDUM & RAYMUNDUM: de alia medietate ipſa tertia pars remaneat S. Salvatoris, aliæ duæ S. Martino. De fructu Villa-magnenſe & Caucenogilo, & Cogiano, ipſa medietas remaneat RAYMUNDO; aliam medietatem diſtribuant in eccleſiis atque pauperibus. De fructu Narbonæ remaneat ipſa medietas, ad cœnobium conſtruendi illic; & ſi, permittente Deo, conſtructum fuerit, rogo ut filia mea ſit inde abbatiſſa, & ad ipſam remaneant ipſi nodelli mei, cum ipſos mancuſos & inaures: alia medietas de fructu remaneat Raymundo archiberga & adalberga, & Bellum hominem & Aldegarium libertatem faciant, & unicuique detur ſolidatos quinque. De calice & offertorio & patenas II. jubeat facere domnus ERMENGAUDUS, calicem unum, & det eum cum ipſa patena quam Bellus-homo habet ſancto Paulo. Vaccas de Abuniano remaneant ad cœnobium noſtrum conſtruendum. Vaccas de Matvenio cum cunctis meis porcis remaneant ERMENGAUDO & RAYMUNDO, & faciant inde magnum convivium præfati eleemoſynarii mei de ſubſtantiis quæ in ſuo miniſterio habent. Habeant in opus ſuum ſolidatas XX. & poſtea quidquid invenire potuerint de ſubſtantiis meis, dividant fideliter in eccleſiis atque pauperibus, propter remedium animæ meæ; talem retributionem à Deo mei recipiant, qualem pro me mercedem impleverint. Facto teſtamento iſto IIII. Nonas Octobris, anno XXIIII. regnante LOTARIO rege.

Signum ADALAIS, quæ hunc teſtamentum fieri juſſit, & firmavit, & firmare rogavit, S.†Aldonis, qui Baroncellus vocatur, S.†Arlabaldi, S. Guadaldi, S.† Iſimberti, S.† Ramnulfi. Deuſde notarius hæc verba ſcripſit.

PRÆCEPTUM OTTONIS II. imperatoris de dono quod Gorzienſi monaſterio fecit Cuonradus filius Ruodulfi comitis.

Anno 982. Ex chartario Gorzienſi.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. OTTO, divinâ favente clementiâ, imperator auguſtus. Si petitiones fidelium noſtrorum, quas pro uſu & ſtatu eccleſiarum, ac remedio animarum ſuarum, in conſpectu imperii noſtri fundunt, piâ devotione compleverimus, id procul dubio ad præſentis vitæ ſtatum, & æternæ beatitudinis præmia capeſſenda, nobis proficere confidimus. Quapropter omnium fidelium noſtrorum, præſentium ac futurorum noverit pia devotio, qualiter CUONRADUS filius RUODOLFI quondam comitis, in die belli quod fuit inter nos & Sarracenos ſub favone noſtro, hoc eſt imperiali vexillo, legali ritu tradendum nobis commendavit omne prædium ſuum quod habuit in regno Lotharienſi, rogavitque in conſpectu totius exercitûs noſtram dominationem humiliter, ut hoc totum parvum cum magno ad monaſterium ſancti Gorgonii martyris, in loco Gorzia vocato conſtructum, noſtrâ præceptione, ſi eâ die moreretur, ſicut fecit, traderemus. Ejus petitionem, poſt belli eventum cum fidelibus noſtris colloquentes, in primis interventu dilectæ contectalis noſtræ THEOPHANIÆ, videlicet imperatricis auguſtæ, ac poſtea conſultu fidelium noſtrorum, OTTONIS ſcilicet fratruelis noſtri, Allemanorum Bajoriorumque ducis, ac DEODERICI Metenſis eccleſiæ venerabilis epiſcopi, aliorumque carorum noſtrorum, ſicut petivit ac tradidit, nova traditione noſtræ auctoritatis adimplevimus, concedentes hac noſtræ celſitudinis donatione omnem proprietatem quam habuit in regno Lotharienſi; parvam & magnam ad præfati loci monaſterium,

in honore ſancti Gorgonii jam dicti martyris conſtructum, ac ſubditum cum omnibus pertinentiis ſuis ſancto Stephano protomartyri, cujus eccleſia in civitate Mettis vocata honorabiliter conſtructa & conſecrata videtur, cui etiam præſidet magnæ reverentiæ DEODERICUS epiſcopus: hoc eſt ad integrum illuc imperiali poteſtate tradentes curtes ſuas Amella & Geldolſivilla vocatas in pago Webra dicto, & in comitatu REGINARDI comitis ſitas, cum omnibus rebus ritè ad illas curtes aſpicientibus: curtes quoque ſuas, Morlingas & Lezhei nominatas in pago Moſalgowe vocato, & in comitatu SIGEFRIDI comitis ſitas, cum omni uſu illuc pertinente. Similiter curtem ſuam *Lunglar* nuncupatam, in pago *Oſning* nominato, & in comitatu GORZILONIS comitis ſitam, cum ſuis pertinentiis; curtem inſuper ſuam *Velme* nominatam, in pago *Haſpongovve*, & in comitatu EREMFREDI comitis ſitam, cum ſuis pertinentiis. Ad hoc etiam addentes curtem ſuam *Ernuſtes yvilere* vocitatam, in pago *Blicſichgove*, & in comitatu WOLMARI comitis ſitam, cum omnibus utenſilibus illuc, & ad præſcriptas curtes in regno Lotharienſi ubicumque ibi jaceat aſpicientibus, in mancipiis utriuſque ſexûs, areis, ædificiis, eccleſiis, terris cultis & incultis, agris, pratis, campis, paſcuis, vineis, ſylvis, venationibus, aquis, aquarumve decurſibus, piſcationibus, molendinis, viis & inviis, exitibus & reditibus, quæſitis & inquirendis, mobilibus & immobilibus, cunctiſque aliis appenditiis, quæ adhuc dici aliquo modo, aut nominari poſſunt. Et ut hæc noſtræ auctoritatis donatio per futurum tempus firma inconvulſaque conſiſtat, hoc noſtræ magnitudinis inde conſcriptum præceptum ſigillo noſtro ſignari juſſimus, manuque propriâ, ut infra videtur, corroboravimus.

Signum domni OTTONIS invictiſſimi imperatoris auguſti.

HILDEBOLDUS epiſcopus & cancellarius, vice WILLIGISI archicapellani recognovi & ſubſcripſi.

Data VI. Cal. Octobris, anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXXXII. indict. II anno verò regni ſecundi OTTONIS XXV. imperii autem XV.

Actum Capuæ, in Dei nomine feliciter, Amen.

DONUM MIRONIS EPISCOPI Gerundenſis factum monaſterio Arulenſi.

Anno 984. *Ex autographo Arulenſi.*

IN nomine Domini. Nos pariter TEUDERICUS aba, & MIRO ſacerdos, & DELA levita, & ORIOL, & ATO, & TRASOVADUS, qui ſumus tutores vel eleemoſynarii de quondam MIRONI epiſcopi ſeniori noſtro, & ille nobis præcepit atque injunxit per ſuum teſtamentum, vel ſicut roboratum & juratum in ſeries conditiones habemus, ut ſcriptura donationis feciſſemus, ſicut & facimus, à cœnobio ſanctæ Mariæ Arulas de ipſa ſua portione quod ille habebat in ipſa eccleſia quæ dicunt S. Maria de Cuſtoia, cum decimis & primitiis, & oblatis fidelium, & cum ipſo manſo qui eſt juſta ipſa eccleſia, quod Antenrus preſbyter tenet in ſua poteſtate, ſic donamus vel tradimus nos jam dicti tutores vel eleemoſynarii à præfato cœnobio iſta ſupranominata eccleſia, cum decimis & primitiis, & oblatis fidelium, & cum ipſo manſo jam dicto, propter Deum & remedium anima de quondam MIRONI epiſcopi ſeniori noſtro: ut ipſi monachi, qui ibi Deo famulant vel famulaturi erunt in jam dicto cœnobio, teneant & poſſideant iſta ſupranominata omnia ab integrum cum omnes fines, vel termines eorum, & cum exiis & regreſſus earum. Quod ſi nos donatores, aut ullus vivens homo, qui contra iſta donatione venerint ad inrumpendum, non hoc valeant vendicare: ſed ſemper fiant culpalis Deo & ſancta Maria, & inantea iſta donatione vel traditione firma & ſtabilis permaneat omni tempore. Facta iſta ſcriptura donationis Idus Aprilis, anno XXX. regnante LEUTARIO rege filio Leudevici quondam, TEUDERICUS abba, qui pro caliginem oculos ſcribere non potuit. MIRO ſacerdos SS. DEILA levita SS. † ORIOL. † ATO. † TRASOVANDUS, qui ſimul in unum donationes fecimus, & teſtes firmare rogavimus. S. † DADILANÆ. S. † RICULFUS.

BALDERICUS ſacerdos, qui iſta ſcriptura donationis ſcripſit die & anno quo ſuprà.

PRÆCEPTUM OTTONIS III Imperatoris pro monaſterio Morbacenſi.

Confirmat monaſterii immunitates & jus eligendi abbatis.

Anno 988. *Ex cartario Morbacenſi.*

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. OTTO divina favente clementia rex. Si loca divinis cultibus mancipata propter amorem Dei ditamus, & in eiſdem locis ſibi famulantibus beneficia oportuna largimur, præmium nobis apud Deum æternæ remunerationis rependi confidimus. Proinde omnium fidelium noſtrorum tam præſentium quàm & futurorum noverit induſtria, quia vir venerabilis HELMERICUS abbas ex monaſterio *Murbach* quod eſt conſtructum in honore ſanctæ Dei genitricis ſemperque Virginis Mariæ ſanctique Petri principis apoſtolorum & ſancti Leodegarii martyris & epiſcopi, detulit obtutibus noſtris auctoritates immunitatum beatæ memoriæ avi noſtri OTTONIS & æquivoci genitoris noſtri imperatorum videlicet auguſtorum, ceterorumque prædeceſſorum noſtrorum regum quoque & imperatorum, in quibus continebatur inſertum, qualiter ipſum monaſterium cum rebus & hominibus ſibi juſtè ſubjectis ob amorem Dei tranquillitatemque fratrum ibidem conſiſtentium ſub pleniſſima defenſione eorum, & immunitatis tuitione haberetur. Pro rei tamen firmitate cariſſima genitrix noſtra THEOPHANIA im-

Digitized by Google

peratrix ſemper auguſta, unà cum fidelibus noſtris WILLIGISO Moguntinæ ſedis honorabili archiepiſcopo & HILDIBALDO Wormacienſis cleri venerabili epiſcopo, ac CONRADO Alemannorum & Alſaciorum duce glorioſo, nos poſtulavit, ut hujuſmodi noſtræ auctoritatis immunitatem erga ipſum monaſterium ob reverentiam ipſius ſancti loci hac noſtra renovaremus atque confirmaremus auctoritate. Nos verò eorum petitioni pro Dei amore & noſtræ mercedis augmento libenter annuimus, & hoc præceptum inde conſcribi juſſimus per quod eis omnia loca, quæ vel tempore EBERHARDI & LUITFRDI uſibus eorum conceſſa ſunt aut poſtea per incrementa aucta ſunt, & modo in eorum veſtitura tenentur, ad ſuum peculiare, & quæ injuſtè abſtracta noſcuntur, noſtra regia auctoritate omnia eis concedimus ac roboramus, eiſque inter ſe eligendi abbatem, qui eiſdem rebus fratrumque regimini præeſſe poſſit, quandocumque eis neceſſe ſit liberum concedimus arbitrium. Inſuper etiam regali ſceptro ſancimus, ut nullus comes, aut judex ſeu quælibet præpotens perſona manſiones in illis locis habere aut paratas exquirere præſumat: ſed eis liceat quieto ordine degere, & regulariter Domino militare, teloneum videlicet juxta antiquas anteceſſorum noſtrorum conceſſiones ab eis vel ab eorum hominibus per omnes noſtri regni fines neque in urbe, neque in via, neque ad pontes ſeu aliquam ſtructuram ullo modo accipiantur, vel quærantur. Et ut hoc noſtræ confirmationis præceptum firmum ſtabileque permaneat, manu noſtra illud ſubterfirmavimus ſigilli noſtri impreſſione.

Data IIII. Idus Octobris, anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXXXVIII. indictione I. anno autem tertii Ottonis regis quinto. Actum Conſtantiæ. Amen.

TESTAMENTUM ADELAIDIS, vicecomitiſſæ Narbonenſis.

Anno 989. Ex cartario S. Pauli Narbonenſi.

QUantùm intellectus humanæ mentis ſenſuſque capere poteſt, hoc ſagaci ſtudio providere unuſquiſque debet, ocurſum vitæ hujus ſæculi, & quæ felici conſummare ſtudeat, nec diuturnitas huic ſæculo imparatum inveniat. Igitur ego in Dei nomine, ADALAIDIS vicecomitiſſa, dum in ſpe vitæ hujus conſiſto, pertimeſco caſum humanæ fragilitatis, ne mihi mors inopinata ſubripiat. Ideo tractavi in animo meo, propter amorem Dei, ut de rebus propriis meis, vel facultatibus, diſponere, vel definire deberem: quod ita & facio. Propterea per hunc titulum fideicommiſſum injungo vobis dilectiſſimis & amicis meis, id eſt, ERMENGAUDUM archiepiſcopum filium meum, & RAIMO vicecomitem fratrem ejus, & ABONI fideli meo quem vocant SENIORELLUM, & GERO, & RAYMUNDUM: & oſtendi preces ad jam præfatos eleemoſynarios meos, ut ſicut à me ordinatum viderint per hunc fideicommiſſum, ita diſponant omnibus rebus meis, in eccleſiis, in ſacerdotibus, in pauperibus, vel cuicunque Deus eleemoſynam dederit. Volo ut in canonica SS. Juſti & Paſtoris remaneat medietas de Salinas, qui fuerat Framaldi quondam in Scalas, cum illorum ſalarios, coctorios, agulias, & omnibus ſuis officinis & areis, ea deliberationis ut vendere, nec commutare, nec alienare, ipſi canonici licentiam non habeant; ſed omni tempore ſemper eas teneant in opus ſuum comuniter propter remedium animæ meæ. Volo ut ad domum ſancti Pauli confeſſoris remaneat alodes, quæ vocant *Bajas*, cum omnibus ſuis terminis, eâ deliberatione, ut omni tempore recipiant in opus ſuum ipſam quartam partem de fructum quod exinde exierit, exceptus taſcham & decimum & conplantationem, quæ confeſſi Guadaldi, teneatque ipſa omnia Guadaldus uxorque ſua Richillis, & filius eorum Pontius. Poſt eorum quoque diſceſſum remaneat ipſe alodes integerrime à canonicis ſancti Pauli, & omni tempore exinde vivant communiter, & non habeant eum poteſtate vindere, commutare, nec alienare, nec donare ad nullum hominem, teneantque inconcuſſum ſine juſſione abbatis in opus ſuorum: Et ſi tantùm fuerit abbas S. Pauli cupidus, ut ipſum alodem ipſis canonicis cupiat auferri, unus ex propinquis meis conſanguineus donet ipſis canonicis per ipſum alodem ſol. D. & recipiat ad opus ſuum. Volo ad domum ſancti Martini cœnobii Villæmagnæ remaneat ipſe alodes quem empſi de ANNONEM archiepiſcopum in villa Sclatiano, cum medietate de ipſa eccleſia, quæ ibidem eſt fundata in honorem ſancti Baudilii, cum medietatem de ipſis decimis & primitiis, atque oblationibus, & cum medietatem de ipſum honorem eccleſiaſticum. Et in burgo Choriano dono præfato cœnobio ſolarium unum, qui eſt juxta murum quantum ibidem habeo. A Domino Deo, & ſanctæ Mariæ, & ſancti Pontii cœnobii dono omnem alodem, quæ vocant Tolmianum, cum ipſam eccleſiam parochialem de villam Unioni, cum decimis & primitiis, & omni ſuo eccleſiaſtico, & cum eccleſiis quæ in ipſum alodem ſunt fundatæ, & cum omnibus ſuis terminis, quantum ibidem habeo, cum ſylvis & garricis, pratis & paſcuis. Ad cænobium ſancti Aniani dono omnes ſalinis quos habeo in Scalas quas empſi, exceptus ſalinis quæ fuerunt Framaldi, & in terminio de Caput ſtagni. Dono ibi ipſas ſalinas quas comparavi de BERNARDO epiſcopo Biterrenſi, & manſum qui eſt in villa Selmis, cum omnibus terris, quod ibi empſi, & omnem alodem quod adquiſivi per juſtitiam, vel comparavi in villam Cultem olivam de femina nomine Spoſiam, & ſunt manſi IIII. cum curtes & pendis I. ad ipſa eccleſia, cum torculari, cum hortis, quantum ibidem habeo: eâ deliberatione, ut monachi ibi Deo ſervientes iſta omnia teneant communiter. Et ſi abbas ipſius loci iſta omnia voluerit auferri, unus ex propinquis meis habeat poteſtatem iſta omnia redimendi, & ipſum pretium monachis donandi. Dono ipſum

alodem, qui fuit ſancti Felicis Jerundenſis, quem empſi de ARNULFO epiſcopo, & canonicis ſancti Felicis ad ſancta Maria Quadraginta in villa Oviliano, cum vinculo ſuprascripto, ut canonici eum habeant communiter in alimoniam, & Aigulfus preſbyter ſit inde miniſter. Ad eccleſiam ſanctæ Mariæ & ſancti Michaëlis, & ſancti Petri dono in villarem Kamanellum quantum ibidem habeo, à Domino Deo & ſanctæ Mariæ, quæ vocant Craſſæ, dono ipſam meam tertiam partem de omnem alodem quem habeo in villa Articimiano, quem comparavi de ſorore mea, nomine GARSINDIS: & non habeant licentiam monachi vendere, nec commutare, nec donare; ſed ſemper retinere communiter propter remedium animæ meæ. Ad capellam ſancti Saturnini in caſtro, propter remedium animæ meæ, omnem alodem quem comparavi in villa Septimo, & campum quem empſi in Aurucione ad ipſas forcas. A Domino Deo & ſancti Vincentii eccleſiæ dono per juſſionem matris meæ, dono campum quem comparavi in villa Vitiliano, & in villa Geminiano manſum unum cum curte & exio & regreſſio ſuo, & cum quatuor modiatis de vineis, eâdem liberatione, ut preſbyter qui eam deſervierit, teneat omni tempore ipſa omnia: Et ſi ullus homo de ipſius tollere voluerit poteſtate, donet RAYMUNDUS filius meus propter ipſa omnia ſol. L. canonici SS. Juſti & Paſtoris, & ipſi eam faciant decantare, propter remedium animæ meæ & matris meæ. Ad Stephanum & uxorem ſuam Purpuram dono in villa Geminiano quæ Luguciatus vocatur manſum unum cum curte, & omnias terras, & vineas quas ibi comparavi de Barone, & in burgo Villa nova dono eis manſum unum, cum ipſa curte, & orto, & ſaxam unam de terra, & dimidium campum, qui advenit per donationem Alfarici baptizati; & infra murum & muritium caſalem unum, cum ipſa curte: & in terminio de *Cabakanes* ſalinas opera I. Ad Gauclindam filii quondam Ariberti dono quantum habeo in villa Columbarios & in Ulmos, qui mihi advenit per comparationem vel donationem. Ad Belliſindam dono modiatam unam de vinea quæ tenuit Ingilbertus Pitacis, qui eſt in terminio de villa Imbrices. Ad Bellum-hominem & fratrem ejus Eldegarium dono omnem alodem quem comparavi de Frugone in villa Perela. Ad nuram meam RICARDEM dono omnem alodem quem acquiſivi de Pontioni, & in villa Ovilis campum unum, qui eſt ad ipſo Geneſtare. Dono ad canonicam SS. Juſti & Paſtoris ipſum alodem, qui eſt in villa Lapideto, vel in ejus termines, quem vocant Taliaventos: eâ deliberatione, ut ſi vult Girau donare concambios valentes juſtè per ipſum alodem in ipſam canonicam; ſi hoc fecerit, accipiat eum in opus ſuum. Quod ſi non fecerit, abeatis eum in ipſa canonica in alimoniam. Volo ego ut ipſum alodem, quem dedi ſuperius ad nurum meam RICARDEM, poſt obitum ſuum remaneat ad ERMENGAUDUM nepotum meum filium ſuum. Ad RAYMUNDUM vicecomitem filium meum dono ipſe vicecomitatum de Narbona, ſeu Narbonenſe, cum ipſos cenſos & diſtrictos, & cum ipſum honorem qui vicecomes inde habuit, vel habere debet, & cum ipſos fiſcos. Volo ut ad domum ſancti Aniani cœnobii remaneant ipſas Salinas & modiatas II. de vineas quas commutavi de Ugonem, & ſunt ipſas Salinas in Scalas areas XXXVI. & vineas ſunt infra termines de aquam vivam infra inſula Licii. Ad domum ſancti Pauli Narbonæ dono ipſum Caſalem, qui eſt in villare Eldradum, cum curte & exio & regreſſio ſuo, cum omnibus terris & vineis, quas habeo infra ejus termines. Hæc omnia ſuperiùs ſcripta dono inprimis Domino Deo & beatæ Mariæ virginis, & omnium ſanctorum locis ſedem beatorum Juſti & Paſtoris, & beati Pauli confeſſoris, & omnibus ſupranominatis cœnobiis, propter remedium animarum genitoris atque genitricis meæ, & anima MATFREDI viri mei & mea, ſive filiis, ſororibus, & parentibus meis, & omnium fidelium meorum: ut ipſi loci hæc omnia inconcuſſa teneant & quietè, ſine ullo contradicente, omni tempore in præſenti ſæcula ſæculorum, in alimoniam atque communiam: & omnia quod meis fidelibus dono, ſimiliter habeat eis firmitatem, quomodo ſanctæ eccleſiæ habent. Subnixis precibus exoro miſericordiam infantibus meis & conſanguineis, & per eam caritatem quam Dominus miſit inter matrem & filios & parentes bonum faciendi, ut omni tempore ſint adjutores & defenſores, ad tenendum iſta omnia ſuperiùs ſcripta ipſis locis vel hominibus, ſi ipſi habeant participationem in regno Chriſti & Dei, cum Sanctis omnibus in gremio paradiſi in ſæcula ſæculorum. Si quis verò ulla amiſſa perſona fuerit, qui contra hunc fideicommiſſum venerit ad inrumpendum, hoc quod petierit, vindicare non valeat, & inſuper componat in vinculo pacis locis & hominibus iſta omnia ſuperiùs inſerta dupla & inantea. Hæc ſcriptura teſtamenti à me facta firmis & ſtabilis permaneat omnique tempore. Facto teſtamento ſub die IIII. Cal. Aprilis, annoque tertio regnante UGONI regis, S. ADALAIDIS vicecomitiſſa, qui hunc teſtamentum fieri juſſi, firmavi, & firmare rogavi. S. † RAYMUNDI vicecomitis. S. † GERO. S. † ABONI quem vocant Seniorellum. S. † RAYMUNDI ADAIS. Benedictus preſbyter hæc verba pleniter exaravit ſub die & anno quod ſuperiùs inſertum eſt.

LITTERÆ OTTONIS ROMANORUM regis de manumiſſione Conſtantiæ.

Anno 991. Ex autographo Moſomenſi.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. OTTO divina favente clementia .... multitudo fidelium noſtrorum præſens & futura ſciat, qualiter nos ob interventum Bernacacris ſui juris quondam famulam Conſtantiam nomine per excuſſionem (a) unius dena-

(a) Ex hoc loco diſces ritum ſervos à gravi ſervitutis jugo abſolvendi ſcilicet per denarii excuſſionem cujus modi vidimus exempla plura in cartis Majoris-monaſterii.

Digitized by Google

.. quem noſtra manu de ſua manu excuſſi- A
ius, liberam fecimus, & ab omni eam debi-
e ſervitutis jugo abſolvimus. Proinde regia
rmiter jubemus potentia, ut eadem jam di-
a Conſtantia talem dehinc libertatis legem
neat, qualem ceteræ manumiſſæ hactenus
nuerunt eodem modo à regibus vel impe-
ratoribus liberæ factæ. Et ut hæc noſtræ con-
ceſſioni ingenuitas præſenti ac futuro tempore
rma conſiſtat, hanc cartam inde conſcriptam
gillo noſtro ſignari juſſimus. B
HILDIBALDUS epiſcopus & cancellarius
ce WILLIGISI archiepiſcopi notarii.

Data VIII. Cal. Junii, anno dominicæ In-
rnationis DCCCCXCII. indict. ....
TTONIS regnantis nono. Actum Mergula
liciter.

ARTA WILLELMI COMITIS Pictavienſis, de fundatione monaſterii S. Michaelis in eremo ab Aimerico vicecomite Toarcenſi. C

N nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis.
WILLELMUS gratia Dei comes: Notum
e volumus omnibus ſanctæ Dei eccleſiæ fi-
libus, præſentibus ſcilicet & futuris, præ-
ìuèque ſucceſſoribus noſtris, quoniam adiit
s fidelis noſter AIMERICUS Toarcenſium D
cecomes, cum multa deprecatione & humi-
ſupplicatione, uti cellam ſancti Michaelis,
am vocant in Eremo, quamque de nobis in
neficium tenere videtur, ad Dei ſervitium
iendum pro animæ noſtræ, ac filii, ſive
njugum, ac parentum noſtrorum emolu-
nto, ac peccatorum noſtrorum remiſſione,
bati cœnobii ſancti Florentii ROBERTO
nceder emus: eo videlicet tenore atque con-
ntione, ut iſdem præfatus abbas, in loco illo E
nachos ad habitandum, ſeu ad Dei ſervi-
m faciendum mittat; & ipſe ſuper eos, dum
vixerit, pervigil ac procurator exiſtat: cùm
rò ſuprema dies illum ab hac luce evocave-
, iſdem locus in illorum gubernatione at-
e tuitione remaneat, qui rectores poſt ipſum
nobii S. Florentii extiterunt. Cujus depre-
tioni aſſenſum præbentes, pro amore Dei
Domini noſtri JESU-CHRISTI, & pro S.
ichaelis honore ac veneratione, ut ipſe ſan- F
ſſimus archangelus pro noſtris peccatis Do-
num dignetur exorare; conceſſimus prædi-
m cellam jam dicto abbati ROBERTO
providendum, ac ſucceſſoribus ejus, cum
nibus quæ ad ipſam pertinent, & quicquid
inceps acquirere poterunt, ut habeant ſer-
Dei in loco illo commorantes, unde Do-
num ac Deum noſtrum pro animabus no-
ſtris, patris ſcilicet mei, & matris, & mea,
ac filii, ſive conjugum, AIMERICI quoque
ac uxoris ejus, quorum deprecatione hoc faci-
mus, exorare poſſint. Hanc autem cartam, ut
firmior ſit, veriorque credatur, manu pro-
pria eam firmavi, ac filio meo ſeu fidelium no-
ſtrorum manibus roborandam tradidi. Si ve-
rò aliquis fuerit qui contra hanc manu fir-
mam aliquam calumniam inferre præſumſerit.
Si ego ipſe aut filius meus, aut aliqua intro-
miſſa perſona; in primis iram omnipotentis
Dei incurrat, & ſancti Michaelis fulminibus
in inferno confodiatur, & cum Dathan &
Abiron & Juda proditore infernales pœnas ſo-
ciatus luat; & hæc elemoſyna quam facimus
omni tempore ſtabilis perſeveret. Decimam au-
tem illam, quàm à loco illo recepi pro amore
Dei & ſancti Michaelis integram, ut prius de-
di, reſtituo de Malleacenſe.

†. Signum WILLELMI comitis ſenioris. S.
AIMERICI vicecomitis, S. ELVIS uxoris ejus
per cujus deprecationem & ammonitionem
hæc carta facta eſt. S. Savarici, S. Gauſfredi,
S. Tetbaldi, S. Rodulfi, S. Simonis, S. item
Tetbaldi, S. Gerberti, S. Anſberti, S. Ade-
mari.

(a) EPISTOLA ALWALONIS ad L. pontificem. (a)

Petit abſolvi ab excommunicatione inflicta ob illatas præpoſituræ Capuleienſi injurias.

ALwalo miſerrimus plus ceteris mortali- *Ex ms. Ora-*
bus peccatorum onere preſſus L. ſum- *torii Trecen-*
mo pontifici noſtris temporibus unico pene *ſis.*
Dominicæ vineæ procuratori quicquid patri
filius, dominove ſervus.

Dominicæ animadverſionis, propriis exi-
gentibus peccatis, ultione percuſſus, mortis
timore territus, animæ tantùm ſalutis cupi-
dus, ad vos ſeu ad unicum animarum me-
dicum confugio, & quæ meis ulceribus
adhibenda ſint medicamina ſalubriter inti-
mari expoſco. Noſtis namque ipſe quanto
excommunicationis adſtrictus teneor anathe-
mate ob Capuleiæ præpoſituram S. Martini ſci-
licet poteſtatem. Unde ſi mihi vitæ protelati
fuerint dies, canonicorum ipſius ſancti me de-
crevi examen expetiturum, & juxta conſilii
veſtri decretum in omnibus me ſpondeo ac-
turum. Ceterum ſi ſpe vitæ fruſtratus extite-
ro, uxori & natis meis ſub Chriſti teſtimonio
in eorum fide hæc agenda committo; eo ta-
men tenore, ut obſequia quæ Chriſtianis ex-
hibenda ſunt morientibus, mihi abnegare non
permittatis.

(a) Hanc & ſequentes epiſtolas eruimus ex veteri codice ms. ..atorii Trecenſis, cujus caracter annos 600. ſuperare videtur. ..iſnam fuerit primæ auctor Alvvalo & L. ſummus pontifex ad ..m ſcribit, necdum divinare potui. Si conjecturis aliquid tri..re liceat, L. non Romanus pontifex, ſed ſimplex epiſcopus .. Certe in ſequenti epiſtola nudum epiſcopi titulum accipit. .. vacat exemplis, quibus ſimplices epiſcopi appellantur ſummi pontifices. Ita Bruno Colonienſis archiepiſcopus *ſummus pontifex appellatur* à VVidrico in vita S. Gerardi Tullenſis epiſcopi, quam tomo 3. dabimus. Heldricus verò abbas ad quem iſte ſcribit is eſſe videtur Hei. congregationis monaſticæ pater, ad quem extat ſequentis epiſtolæ Brunonis epiſcopi fragmentum, qui Bruno anno 9 o Lingonicæ ſedis thronum aſcendit, Hildricus ſcilicet Antiſſiodorenſis S. Germani abbas, qui anno 990. præerat

Digitized by Google

EPISTOLA L. EPISCOPI ad Heldricum abbatem

Significat qua ratione Avlvalonem abſolverit ab excommunicatione.

Ex ms. Oratorii Trecenſis.

Dilectione Chriſti ferventi abbati Heldrico omnique ejus congregationi epiſcopus peccator L. ſalutem & ſanitatem.

Gratias reddo vobis, fratres cariſſimi, quod ſanctæ auctoritatis amore ferventes, à communione ſanctæ eccleſiæ privatum Alwalonem ſuſcipere noluiſtis in ſepulturam: ſed hunc quo tenore abſolverim notum faciam vobis. Miſit namque ad gratiam noſtræ majeſtatis uxor cum filiis duos viros ferentes litteras promittentes omnem emendationem, & petentes fieri abſolutionem. Quorum ego verbis non credens, nolui aſſentiri, donec ipſi ſacramento juraverunt, quod uxor cum filiis uſque in feſtivitatem S. Martini, ipſi beato Martino ejuſque canonicis recta fide emendarent quiquid principum cenſura judicaret eos debere emendare, & ſecundùm morem legis perſolverent: quod ſi facere noluerint, iſti duo viri qui petitores ſunt abſolutionis, in obſidione canonicorum & in poteſtate ſe tradent die feſtivitatis S. Andreæ. Hoc ergo tenore abſolvimus Alwalonem auctoritate Patris & Filii & Spiritus-ſancti & ſancti Martini, omniumque ſanctorum & noſtra, & damus vobis licentiam in ſepultura recipiendi. Vobis autem mandamus, ut & vos eum abſolvatis, ſicque Deus benedicat vobis. Uxorem verò & filios ſciatis non eſſe abſolutos, donec emendatio ſit facta & perſoluta, & ſine ejus præſentia & filiorum jubemus eum mitti in terra, ut per hoc ſciant ſe excommunicatos.

EPISTOLÆ BRUNONIS EPISCOPI Lingonenſis fragmentum ad Hel. abbatem.

Ex ms. Oratorii Trecenſis.

Venerabili Hel omnique congregationi ſibi commiſſæ Bruno gratia Dei Lingonenſium epiſcopus veræ religionis exercitium & æternæ beatitudinis emolumentum.

Loquor inſcius philoſophis vanitatibus ſæculi irretitus, contemplatione cæleſtium mundanis illecebris expeditis: vigeat igitur æquitas, nec culpetur vitio levitatis quod incompoſitè familiaribus noſtra pronuntiet ſcedula. Dat enim auſum loquendi cum injuncti officii auctoritas, tum amicitiæ apud quam, Boetio teſte, quemquam inſcium inter ſuos garrire non dedecet........

DIPLOMA ROBERTI REGIS Francorum pro monaſterio ſancti Maglorii Pariſienſis.

Ex autographo Majoris-monaſterii.

Conſiſtentis in unitate Deitatis Summæ & incomprehenſibilis Trinitatis in nomine Rotbertus Francorum rex Auguſtus, diſponente prælibatæ divinitatis clemen-
A tia, intervenientibus reginis Adelaide venerabili ſui genitrice, cum nobiliſſima uxore Berta nomine, omnibus cujuſlibet ordinis ſub imperio noſtro degentibus liquidò pateat volumus. Obnoxii Deo ſanctiſque ejus dum vivimus, movemur, & ſumus, expedit ita pro noſtri noſtrorumque erratus diluvione commoveri, atque meritis ſanctorum imprecari, eoſque inceſſanter exorare, quatenus per ipſorum interceſſionem valeamus pacificè
B vivere atque poſt metam hujuſce labentis ævi Deum deorum in Sion ſanctam contemplari. Quapropter congrua via, quod nobis pro commiſſi talenti lucro adtitulatur, reputantes quod Domino fidelibuſque ejus tribuitur, inviolabile atque intemeratum perſiſtere, ſimul moti miſericordia pauperum & efflagitatione ſupradictarum honorabilium reginarum, cum aſſenſu primatum noſtrorum, fecimus Præceptum firmitatis de rebus, quas pater noſter bea-
C tæ memoriæ Hugo rex, noſque piè contulimus monachis famulantibus Chriſto ſanctiſſimoque Maglorio, in urbe Pariſiaca quieſcenti; ubi etiam fundavimus monaſterium prætaxato præcipuo confeſſori ceteriſque ſanctis inibi aſſignatis ob illorum corpora, quæ ut peregrina hoſpitabantur per aliorum rura. Eſt autem prius terra in qua ipſum ſitum eſt monaſterium, & prædium quod dedimus ipſo die tranſlationis ſanctorum, & dicitur Villaris
D cum omni integritate, quæ ad ipſum pertinet & capella inibi conſecrata in honorem ſanctæ Dei Genitricis Mariæ. Item aliæ res quæ prius datæ ſunt, unde prior eſt eccleſiola in ſuburbio Pariſiaco haud procul à mœnibus, in honore S. Maglorii dicata cum terra ſibi adjacenti, in qua ipſorum ſepultura eſt monachorum. Clauſus etiam vineæ juxta Saveias ſitus, quem dedit divæ memoriæ Hugo avus noſter, æquivocique noſtri Rotberti regis
E filius. Item pars terræ juxta Montem-martyrum quam comes Fulco dedit. Parvus etiam alodus quem tribuit Willelmus juxta eundem ſitus ſupraſcriptum montem. Nec non & alodus in comitatu Mellico, qui dicitur Grandis-campus, & prædium quod dicitur alodus in comitatu Pariſiacenſi ſecus Fontiniacum. Sed & eccleſiæ in Pinciacenſi comitatu: prima in poteſtate Madriaca in honore S. Dionysii
F dicata, cum capella in Maroilo ſita in S. Martini honore fundata. Alia in Vernoïlio eccleſia S. Stephano dedicata, & in eadem villa capella S. Hilario conſecrata. Denique & eccleſiola in villa, quæ dicitur ſancti Leodegarii, in cujus & nomine benedicta conſtat. Sunt etiam manſi III. quos tenuit Riculfus in beneficio ex ſupradicta poteſtate Madreia in epiſcopio Pariſiaco & comitatu. Eccleſia S. Mariæ nomini ſanctificatâ & in eodem comitatu in poteſtate Iſia-
G ca, vinearum atque pratorum XVIIII. arpent. Etiam in Venua V. arpent vineæ. In poteſtate quoque Cataronis manſus I. arabilis terræ cum vinearum fæcunditate in prædicto etiam comitatu in villa quæ dicitur Montium manſus

Digitized by Google

1. arabilis terræ cum vinearum ubertate. In eo- A dem quoque territorio ſupra fluvium Vigenne dimidium maiſnilum, quod dicitur Murcinctus cum pratorum copia. E proximo quoque maiſnilum alterum, quod dicitur Sienis Villere, cum capella inibi in honore S. GENOVEFÆ ædificata. In Aurelianenſi quoque comitatu alodus qui dicitur Cilliniacus cum omnibus ſibi adjacentibus. Molendinum quoque unum Pariſius in Fluvio Sequanæ Item in comitatu Aurelianenſi eccleſia in villa, quæ dicitur B Gimminiacus. Hæc omnia ſupradicta, vel quæ deinceps à Catholicis viris eidem conlata fuerint eccleſiæ ob amorem Dei & reverentiam ipſorum ſanctorum confirmamus auctoritate noſtra, quatenus ſemper ſub pleniſſima deffenſione & emunitatis tuitione corroborata permaneant: ita videlicet ut nullus ab hinc ad cauſas exigendas, aut freda, vel tributa exigenda, aut manſiones, vel paratas faciendas, vel fidejuſſores tollendos, aut homines ejuſdem eccleſiæ tam ingenuos quàm ſervos ſuper C terram ipſorum commanentes injuſtè diſtringendos, nec ullas redhibitiones aut illicitas occaſiones requirendas, noſtris & futuris temporibus ingredi audeat, vel ea quæ ſupra memorata ſunt exigere præſumat. Sed liceat abbati ſuiſque ſucceſſoribus res prædicti monaſterii ſub emunitatis noſtræ defenſionem quieto ordine poſſidere ad ſtipendia monachorum ibidem Deo famulantium, perennibuſque proficiat temporibus in augmentis. Volumus etiam D ut omnium epiſcoporum ac comitum noſtrorum in hoc concordet aſſenſus, ut idem locus ſemper abbatem habeat ex propria congregatione, qui ipſam caſam Dei, & monachos ibidem degentes cum normali honore cuſtodiendo tractet, ſimulque ut nullus metropolitanus, aut aliquis ſuus ſubjectus, etiam pontifex Pariſiacus, cauſa alicujus ordinationis illuc ingredi præſumat, niſi vocatus venerit aut ad ſanctam miſſam celebrandam, aut ad eccleſias conſecrandas, aut ad benedictiones clericorum faciendas, & quod debitum excuſare non de- E bet, qui vocatus fuerit. Et quoniam peregrini atque alienigenæ eſſe noſcuntur, benignè, miſericorditer, ac piè, almis & catholicis viris ſemper tractari ac contueri debeant pro Chriſto, à quo & nos cuncti peregrinamur in mundo. Decrevimus etiam per noſtri auctoritatem præcepti, ut nemo ſuper ipſos ſervos Dei poteſtatem exerceat, aut quempiam inter eos contra voluntatem ipſorum imponere tentet. Sed in eorum diſpoſitione, ordinatione & electione intus & foris omnia conſiſtant, F quatenus ſervos Dei, qui inibi Deo famulantur, pro nobis & ſtabilitate totius regni à Deo nobis conceſſi, proque remedio animarum eorum qui pro amore Dei & ſanctorum inibi ſua tradidere donaria. Eorum quoque qui futuris temporibus daturi ſunt præmia, liceat tutè atque condignè Domino preces fundere, & hanc auctoritatem, ut firmior in Dei nomine habeatur, fidelibus quoque ſanctæ Dei Eccleſiæ & noſtris diligentius conſervetur, manu propria ſubterfirmavimus, & anuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus.

Locus monogrammatis.

ROTGERIUS Cancellarius ſcripſit.

Locus ſigilli.

DOTALITIUM ADALSINDIS de Cernayo.

IN humanæ creationis initium, cùm Deus hominem de limo terræ plaſmaſſet, & vitæ ſpiraculum ei dediſſet, factus eſt homo in animam viventem. Tunc Deus dixit: *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adjutorium ſimile ſibi.* Inde fecit eum obdormire, & tulit unam de latere ejus coſtam, de qua femina fabricavit; & illa ei adduxit, & ſub viri poteſtate conſtituit, eiſque benedixit, & ait: *Creſcite, & multiplicamini, & replete terram, quamobrem relinquid homo patrem & matrem & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una*, & *quod Deus conjunxit, homo non ſeparet.* Poſt hæc verò annorum curricula in tali conjunctione multi nobiliter procreati ſunt. Adveniens verò Dominus JESUS, ſummæ videlicet Divinitatis Filius, cooperante Spiritu-ſancto uterum Virginis intravit, & ſine virilis commixtionis conceptione homo factus, in mundum dignatus eſt naſci. Et ut ſanctam Eccleſiam ſibi faceret ſponſam, ad nuptias venit, eaſque ſuâ præſentiâ ſanctificavit; & ut in ſponſi & ſponſæ conjunctionis vivificatione ſignum lætitiæ demonſtraret, aqua in vinum convertit. Apoſtolus quoque ejus viri & mulieris conjunctionem corroborare volens, viros admonet ita dicens, *Viri, diligite uxores veſtras, ſicut & Chriſtus Eccleſiam.* Mulieribus præcepit, ut viris ſuis ſint ſubjectæ in omni caſtitatis honore. Hujus igitur auctoritatis inſtitutione monitus: ego in Dei nomine AMALDRICUS tibi, ſponſa mea ADALSENNE, aſſumens mihi in conjugem meam, de rebus meæ proprietatis, ſub nomine dotis honore tradens ſecundum cives Romani, cedo tibi, ſponſa mea, eccleſia quæ in villa Cerniaco, & quantumcumque ad ipſa eccleſia pertinet: id eſt, Conſtantius cum uxore ſua adque infantibus ſuis, & Dodus cum uxore ſua adque infantibus ſuis, & Benedictus cum uxore ſua adque infantibus ſuis. Cedo tibi, ſponſa mea, in curto Duciaco vineis, terris cultis & incultis, quod comparavi de Berengario ſacerdote ad cenſum ſolvendi in feſtivitate S. MARTINI ſolidos III. Sunt ipſas vineas in villa Madrinniaco de terra inter Madriniaco & Duciaco. Cedo tibi, ſponſa mea, in villa Rivirola manu firma in terra ſancti Petri de Parciaco ad cenſum ſolvendi ad miſſa ſancti Maurii ſolidos II. hoc ſunt vineis, ſylvis, terris cultis & incultis. Cedo tibi, ſponſa mea, in villa Lintiniaco alodum, & quantumcumque ad ipſum pertinet, vineis, terris cultis & incultis, ſervos, Bernardo cum uxori ſua & infantibus ſuis. Cedo tibi, ſponſa mea, in villa quæ dicitur Saconiaco de una quarta tantum quantum ad me pertinet, hoc eſt, V. parte ad cenſum ſol-

Circa annum 1000. Ex archivis Majoris-monaſterii. Gen. 2. 18.

Gen. 2. 24.

Epheſ. 5. 25.

vendi in feſtivitate S. Martini vernalis ſolidos iii. Hii habet hæc eccleſia, aquis, terris cultis & incultis, & ſylvis. Cedo tibi, ſponſa mea, alodum de Solario, & quantumcumque ad ipſum pertinet; hoc eſt, vineis cultis & incultis, hoc eſt ſervus Rainonus cum uxore ſua & infantibus ſuis; Guerino cum uxore ſua adque infantibus ſuis: ancilla nomine Denſitia, cum infantibus ſuis: Ildeburga cum infantibus ſuis. Cedo tibi, ſponſa mea, in villa Saigreniaco alodos, tantumcumque ad me pertinet, hoc eſt v. parte. Cedo tibi, ſponſa mea, alodum in villa quæ dicitur Montius, tantumcumque ad me pertinet. Hii abet vineis, terris cultis & incultis: ſervum Goſcelino cum uxore ſua & infantibus ſuis: ſervo Lamberto cum uxore ſua & infantibus ſuis: Mainardo cum uxori ſua & infantibus ſuis. Cedo tibi, ſponſa mea, in Tarenna villa de una quarto tantum quantum ad me pertinet, hoc eſt v. parte ad cenſum ſolvendi, quantum ad me pertinet in feſtivitate ſancti Andreæ. Hii habet terris cultis & incultis, vineis, ſylvis, farinarios. Hæc omnia ſupraſcripta, dicta cariſſima mea, conjux mea, habeas, teneas adque poſſideas, & quicquid inde facere volueris, liberam hac firmiſſimam in omnibus habeas poteſtatem faciendi, neminem in quid contradicentem. Si quis verò poſt hunc diem eſt aliquid de heredibus, aut proheredibus meis, aut ulla alia extranea perſona, qui contra hanc traditionem inſurgere voluerit; aurum ad purum cocti libras c. multatus componat; & quod repetit non evindicet, omnique tempore maneat inconvulſa conſtipulatione ſubnixa. Signum Amalrico, qui hanc fieri & adfirmare rogavit.

DOTALITIUM TEUTHELINÆ.

Circa annum 1060. Ex archivis Majoris-monaſterii.

Cum Deus omnipotens per infinitam majeſtatis ſuæ clementiam per unigenitum filium ſuum in initio creaturarum multimodas rerum varietates condidiſſet; ut numerum perditorum redintegraret angelorum, in ſimilitudinem imaginis ſuæ hominem condidit, de cujus latere eodem ſpeculo inſignitam mulierem produxit. Sed ne tantummodo in duobus primis parentibus tanta, tam magna, tamque præcelſa creatura permaneret, donum benedictionis ſuæ maſculum & feminam ad propagandam humani generis ſobolem copulare protulit, dicens: *Creſcite & multiplicamini, & replete terram.* Qua deinceps, *propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una.* (Gen. 2, 24.) Hujuſcemodi igitur benedictionibus fecundati patres humani generis genuerunt filios & filias, & propter copiam ſeminis compleverunt amplitudinem orbis. Talibus ac tantis tamque præclaris omnipotentis Chriſti auctoritatibus munitus, & admodum roboratus, ego Sulpitius, in nomine ſummipotentis Dei, ipſiuſque gratiâ, voluntate & permiſſione ipſius omnipotentis Dei, & aſſenſu utrorumque parentum & amicorum meorum, huic amantiſſimæ conjuge meæ Teuthelinæ, ut ex nobis filii naſcantur, qui in numero Chriſti aggregentur, conjungere cupio. Idcirco ego Sulpitius dono tibi, examantiſſima conjux mea Teuthelina, per deprecationem ſenioris mei Gozfredi, cujus hoc beneficium eſt, eccleſiam liberam in villa quæ vocatur Curſæ, tali tenore ut ſi ſuperſtas mea fueris, x. ſolidos perſolvas illi, cujus hoc beneficium erit, videlicet miſſa ſancti Vincentii martyris, quæ eſt xi. Cal. Februarii. Et in ipſa villa beneficium Tetboldi fidelis mei per deprecationem videlicet ſenioris mei, terram cultam & incultam, videlicet vineis, pratis, & hoc tibi trado. Et in alio loco de ipſa poteſtate in loco qui vocatur ..r..iſio beneficium Ulgerii. Et concedo ei villam quæ vocatur duas Taſceias, cum eccleſiam, & quicquid ad ipſam pertinet, aquarumve curſu, & manet in vicaria Aurelianis ſuper fluvium Carum. Et trado ei alodium in comitatu Bituricenſi, qui vocatur Adſtivallum, vineas, terram arabilem, ſylvam, pratis, cultis & incultis. Hæc omnia ſupraſcripta, examantiſſima conjux mea, per hunc libellum oſculi tibi cedo ad habendum, tenendum, & poſſidendum. Si autem aliquis fuerit, qui contra hunc oſculum venire, aut ullâ repetitione infrangere tentaverit, quod petit non vindicet; ſed cui litem intulerit, auri libras centum coactus diſolvat

EPISTOLA HERIGERI ABBATIS.
ad quendam (*) Hugonem monachum.

Reſpondet quæſtionibus ſibi ab eo propoſitis de diverſitate quæ Dionyſium inter & Bedam occurrit, aliaſque ipſe illi viciſſim proponit enodandas difficultates.

Ex mſ. cod. Lobienſi. tempore auctoris ſcripto.

Frater Hugo: Si interrogeris cui potiùs credere debeas, quandoquidem diſſentiunt, evangelio, an Dionyſio? reſponſurum te non diffido, quia potiùs evangelio. Sed evangelio in veritate conſtante, Dionyſius invenitur multùm diſſentire. Habet enim veritas evangelii, quia anno decimo-quinto imperii Tiberi Cæſaris baptizatus ſit Chriſtus, incipiens quaſi annorum triginta. Secundùm verò chronica Euſebii, vel etiam Hieronymi, qui niſi probaſſet, non ita tranſtuliſſet, anno xviii. Tiberii venit ad paſſionem, qui potuit eſſe annus xxxiii. incarnationis ejus. Iterùm habet veritas evangelii xiv. luna, id eſt feria v. celebraſſe eum paſcha legale, nec illud vel anticipaſſe, vel diſtuliſſe; feria autem vi. id eſt lunâ xv. crucem aſcendiſſe; ſabbatho, id eſt, luna xvi. in ſepulchro quieviſſe: dominicâ verò, id eſt luna xvii. reſurrexiſſe. Ergo aperto circulo Dionyſii, ſi ita inveneris, anno xxxii. incarnationis ejus, vel xxxiii. vel xxxiiii.

(*) Hujus epiſtolæ meminit Sigebertus in libro de ſcriptoribus eccleſiaſticis, ubi Herigeri ſcripta recenſens, ita habet, *Scripſit ad Hugonem epiſtolam de quibuſdam quæſtionibus.*

qui

qui ſunt poſt circulum magnæ reverſionis DLXIV. vel DLXV. vel DLXVI. age Deo gratias, ſicut Beda præcipit, quod tamen ironicòs dixit. Ideo autem tres numeros annorum poſui, quia alii putaverunt eum anno XXXII. alii XXXIII. fuiſſe paſſum, alii autem XXXIV. quibus Beda magis aſſentire videtur. Secundum autem veritatem evangelii, vel revelationem Johannis, vel prophetiam Daniëlis, tribus ſemis annis prædicavit, & alii prædicationis ejus annum primum putaverunt, nativitatis ejus eſſe XXX. ut ſtatim poſt baptiſmum & jejunium cæperit prædicandi exordium. Scimus autem Johannem evangeliſtam, poſt reditum de exilio, non ſolùm propter hæreſes, quæ ſe abſente emerſerant confutandas; verùm etiam quia ceteros evangeliſtas legeret multa de miraculis Chriſti, pauca verò de divinitate dixiſſe, quædam verò inſigniora prætermiſiſſe, utpote de nuptiis in Cana Galileæ, de Nicodemo, de cæco nato, de languido ad piſcinam, de muliere ad puteum, de Lazaro ſuſcitato, de pedum lavatione, & alia multa. Ipſa verò quæ dixerant confuſè & inordinatè, id eſt priora poſteriùs, poſteriora priùs poſuiſſe. Igitur aggreſſus eſt numerum annorum prædicationis Chriſti per dies feſtos paſchæ diſtinguere, & quàmpulchrè ab ipſis diebus voluit exordium ſumere, [Joh. 1. 19.] *miſerunt Judæi ab Jeroſolymis*; alterâ die, *vidit* [Ibid. 29.] *Johannes* JESUM *venientem ad ſe*; alterâ die, [Ibid. 35.] *ſtabat Johannes, & ex diſcipulis ejus duo*; die [Joh. 2.] tertio *nuptiæ factæ ſunt in Cana Galilææ*. Igitur primo anno prædicationis ſuæ, cùm eſſet Jeroſolymis in paſcha, ejecit vendentes & ementes de templo; ſecundo anno in die feſto paſchæ ſanavit languidum ad piſcinam; tertio anno poſt miraculum de quinque panibus factum, erat proximum paſcha, dies feſtus Judæorum; quarto anno venit ante ſex dies paſchæ Bethaniam, ubi Lazarum ſuſcitavit, quando & paſſus eſt. Nam ſi XVIII. anno Tiberii paſſus eſt, qui fortè fuit dimidius ſuper tres prædicationis ſuæ annos: ergo primus prædicationis ille fuit, qui decimus quintus Tiberii extitit, quo & baptizatus eſt. Sed fortè, ſecundum ſupputationem Bedæ, initium decimi noni Tiberii Cæſaris anni, potuit eſſe quartus prædicationis, qui fuit & paſſionis, id eſt, XXXIV. incarnationis, præcedentibus III. annis, id eſt XXXI. XXXII. XXXIII. Sive ergo XXXIII. ſive XXXIV. ſecundum cyclum Dionyſii, ab incarnatione ſua paſſus ſit anno, nullomodo conſentit evangelicæ veritatis relatio: nam anno XXXIV. luna in paſcha, non XVII. ut dictum eſt, ſed provenit XXI. nec XIV. luna in feria V. ſed provenit in die dominica. Paſſio verò non VI. feria, nec in X. Calendarum Aprilium, ſecundum Græcos; nec in VIII. Calendas, ſecundum Latinos; ſed nec reſurrectio in VIII. Calendarum Aprilium, ſecundum Græcos, nec in VI. Calendas, ſecundum Latinos, ullo modo proventura eſt. Jam verò quàm inconſentaneum ſit, in XXXIII. ab Incarnatione ſua paſſum eſſe, vel reſurrexiſſe palam liquebit; cum hæc omnia potius occurrant in Aprili, quam in Martio. Evangelio autem præſcribente, ſcimus quia in æquinoctio autumnali prænuntiatus ſit Johannes Baptiſta: in menſe autem ſexto, id eſt Martio, poſt dimidium annum, eiſdem Calendis annuntiatus eſt Chriſtus, quo conceptus eſt & paſſus, ſecundum illud: *Non* [Exod. 23. 19.] *coques agnum in lacte matris ſuæ*; id eſt, non eo die Chriſtum interficias, quo conceptus es, quod licet vetuerit, præſciebat tamen Judæos non obauditurros; ſicut & Adæ lignum ſcientiæ boni & mali vetuit, quod tamen eum non obſervaturum præſcivit, propter quod dicit Pſalmiſta: *Beatus vir cui non imputavit Dominus* [Pſal. 31. 2.] *peccatum*. O quàm periculoſum eſt, vel à Deo, vel ab aliquo ſancto viro talia præmonendo audire, cui quia Spiritus ineſt prophetiæ, raro contingit quæ prohibet non evenire. Languido enim ad piſcinam ſanato triſtis præmonuit: *Vade* [Joh. 5. 14.] *jam, & noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat*. Deterius quippe ei contigit, quando in paſſione Chriſto alapam dedit. Igitur his in veritate conſtantibus, liquet Chriſtum in uno eodemque die, & conceptum, & paſſum. De Calendario autem, vel annis Dominicæ Incarnationis, propter inſcitiam temporum, magna eſt conſultatio chronographorum. Qui enim ſcire potuit abbas Dionyſius à ſuo tempore retrò computans annos imperatorum uſque ad XXXX. ſecundum Auguſti Cæſaris annum, qui fuit annus primus nativitatis Chriſti, ſecundum chronica Euſebii? Quomodo, inquam, indubitatè ſcire potuit, qui integris annis regnaverint, qui aliquot menſes vel dies ſuperhabuerint, quanta interregna fuerint, id eſt, uno defuncto & altero ſubſtituto, quantum temporis interceſſerit? Sed Græcis, auctore Nicæno concilio & beato Cyrillo Alexandrino epiſcopo, magis aſſentiendum, qui & finitimi orientalibus, & vicini apoſtolicorum virorum fuere temporibus. Omnis enim antiquitas, ut ait orator maximus, quo propiùs aberat ab ortu & divina progenie, eo melius quæ erant vera cernebat. Hi itaque VIII. annos ab Incarnatione Domini, minùs quàm circulus Dionyſii ſupputant; ergo, ſecundum illos, primus ab Incarnatione Domini annus is eſt, qui eſt in circulo Dionyſii nonus. Is autem eſt XXXIIII. qui eſt in circulo Dionyſii XLII. habens VII. concurrentes, XIIII. epactam, terminum in XI. Calend. Aprilis, feria ſcilicet V. quando & cœna facta eſt, & veſperè paſcha celebrari cœpta eſt, ſicut dicit Dominus XIIII. die ad veſperum paſcha Domini eſt, & in XV. ſub luna ſolemnitatem celebrabitis, quando & paſſus eſt, id eſt X. Calendas Aprilis, & ſabbatum quando requievit in ſepulcro, lunâ XVI. IX. Calendas Aprilis, & Dominicum diem Reſurrectionis VIII. Calendas Aprilis, lunâ XVII. Præclarè: nam in quæſtionibus Ptolomæi regis cum LXX. interpretibus de libro Exodi agitatis, deprehenſum eſt æquinoctia, & ſolſtitia in XII. Calendarum, potius quàm in octavis, etiam ratione horologicâ eſſe annotandum. Conſtantino quippe Auguſto XVIII. imperii ſui anno baptizato, ſcandalum ortum eſt per eccleſias

orientales noviter ædificatas, aut renovatas, A non ſolùm de ſimultatibus inter Alexandrum Alexandrinum epiſcopum, & Arium presbyterum ſuum, ſed etiam de paſcha celebrando, quod prius ab Orientalibus agebatur, quàm ab ipſis Judæis. Judæi enim annos lunares ſequentes in quibuſdam emboliſmis uno menſe antequàm nos, & hoc ante æquinoctium celebrant; ſed hic error ex libro Bedæ de temporibus facilè decutitur. Orientales verò qui ſucceſſores apoſtolorum jactabant ſe conſectari; B ſed concordiam ſolarium & lunarium annorum, non uſquequaque perſcrutati utroque claudicabant pede. Quapropter rogatu Sylveſtri papæ miſſus eſt ab imperatore Osius Cordubenſis epiſcopus, qui utrumque corrigeret, & pacem inter Alexandrinos componeret, ſed reverſus eſt ſine effectu. Igitur rogatu Sylveſtri, & juſſu Conſtantini congregata ſynodus apud Nicæam, per duos menſes celebrata eſt, ubi error Arii facilè deprehenſus, citò fuit C damnatus. Sed de paſchali obſervatione quæſtiones difficiles & penè inextricabiles diu ſunt agitatæ. Ad ultimum quæſtionibus Ptolomæi regis cum LXX. interpretibus recitatis, XIIII. quoque lunis paſchalibus ſecundum Pachomium confirmatis, ſancitum eſt ut quicumque deinceps paſcha cum Judæis, id eſt ante æquinoctium celebraſſet, anathema eſſet. Sed in XIIII. lunis Pachomii invenitur ante æquinoctium, quod in VIII. Calendas Aprilis putabatur XIIII. luna paſchalis, V. die, id eſt, in XII. D Calendas Aprilis; aut IIII. die, id eſt, in XI. Calendas Aprilis, ubi & terminus & aliquotiens ipſa ſolemnitas reperitur; aut III. die, id eſt, in X. Calendas Aprilis, ubi ſolemnitas tantùm; aut pridie, id eſt, IX. Calendas Aprilis, ubi utrumque, aut in ipſa VIII. Calendarum die, ubi identidem annotatur. Itaque, aut anathemati ſubjacendum, aut ſicut in Nicæno concilio ſancitum eſt, paſcha eſt celebrandum. Concluſum eſt igitur & ægyptiaca diſciplina, qui peritiores in arte calculandi ſunt, utpote E apud quos numquam pluviæ, numquam nubila fuere, & horologicâ ratione æquinoctium vernale in XII. Calendarum potiùs eſſe. Et quàm congruenter, quàm aptè; feriâ quippe IIII. dum crearentur ſydera, ipſo momento, dividentibus ſpheram cœleſtem ſole & lunâ, & ſole quidem arietem, lunâ autem obtinente libram, patuit in XII. Calendarum æquinoctium vernale fuiſſe. Ergo in XIII. Calendarum feria III. apparuit arida, in XIIII. Calendarum feria II. factum eſt firmamentum. In XV. Calendarum, id eſt, feria I. affigitur primus dies F ſæculi, & ingreſſio ſolis in arietem. His ita in veritate conſtantibus, feriâ V. id eſt, XI. Calend. Aprilis creati ſunt piſces & aves; feriâ autem VI. id eſt, X. Calend. Aprilis factus eſt homo, & producta eſt de latere ejus Eva. Et ubi auctoratiùs, ubi ſanctiùs per crucem Chriſti redimeretur homo, & de ſanguine profluentis è latere Chriſti baptizaretur eccleſia, quàm in ipſo die & eodem calendario? Et ſicut Deus ab operibus ſuis requievit in die ſabbato, id eſt VIIII. Cal. April. ita & Chriſtus in ſepulcro. Succeſſit Reſurrectionis ejus dies Dominica, id eſt, VIII. Calend. April. quæ non ſolùm prima, ſed etiam inſcribitur pro octava. Ut autem tranſcenſo æquinoctio, utque in tertia hebdomada, utque dominica die, ſicut angelus per paſtorem mandavit Victori papæ Romano, facile eſt inveniri apud Bedam in libro de temporibus de ipſorum ſacramento. Nam Judæi quocumque die poſt ſabbatum, id eſt, una vel prima ſabbati, quæ modò dicitur dies dominica, aut ſecunda ſabbati, aut tertia ſabbati, aut quarta ſabbati, aut quinta ſabbati luna XIIII. occurriſſet, eodem die facto veſpere, & XV. lunâ incipiente, habebant paſcha, & quot dies ſupereſſent uſque ad ſabbatum, protrahebant illud uſque ad ſabbatum, & ipſum paſcha aliquotiens V. diebus, aliquotiens IIII. & deinceps, aliquotiens uno tantùm die, vel duobus ante ſabbatum, ſicut contigit in paſſione Domini, quando feriâ V. adveſperaſcente, & lunâ XV. incipiente, ipſam noctem & ſequentem diem habebant pro paſcha, ſicut dicit evangeliſta: *Erat paſcha, & azyma poſt biduum.* Marc. 14. 1. Sabbatum autem ſubſequens, non ſolùm propter ſemetipſum, ſed & propter ſolemnitatem paſchalem, quaſi duplex feſtum dicebatur ſabbatum ſabbatorum. Quid autem diſtet inter paſcha & azyma, vel ſi indifferenter dicatur, ſicut apud alium evangeliſtam: *Primâ autem die azymorum, quando paſcha immolari ſolet,* Math. 26. 17. vel quot diebus Judæi antequàm nos, vel quot nobiſcum celebrent paſcha, apud Bedam inventu facile eſt. Liquet igitur, quia priùs Orientales, quàm ipſi Judæi celebrabant. Judæi enim licèt de æquinoctio aliquotiens errarent, tamen XIIII. lunam ſequebantur. Orientales verò lunaris circuli penitùs ignari, æquinoctium autem in VIII. Calendas Aprilis tenentes, ſicut & multi noſtrorum, utpote Auguſtinus, Fulgentius, Johannes Chryſoſtomus, & ipſe Plinius, quo etiam die conceptionem Chriſti & paſſionem adnotabant, paſcha in VI. Calendas Aprilis celebrandum præfixerant, quocumque die hebdomadis eveniſſet, ſicut & natale Domini in VIII. Calendas Januarii. Victor verò papa Romanus ab angelo per paſtorem monitus quocumque die hebdomadis ipſa VI. Calendarum Aprilium dies proveniſſet, in dominicum diem paſcha differendum ſtatuit. Et de dominica bene, ut ipſe utique quo Dominus reſurrexit dies numquam permutaretur, & ut poſt æquinoctium ſemper paſcha celebraretur. Ut verò poſt XIIII. id eſt, in III. hebdomada hujus ſæculi omninò adhuc aut ignorabatur, aut ne legebatur, donec in Nicæna ſynodo & æquinoctium XII. Calend. April. præfixum, & dies paſchales, juxta XIIII. lunas Pachomii, deinceps ſunt obſervati. Hoc verò certiſſimè ſciendum, quòd ſi eo tempore æquinoctia & ſolſtitia in XII. Calendarum, ſicut modò eſſent præfixa, numquam conceptiones & natales beati Johannis & ipſius Chriſti in VIII. Calendarum, ſed potiùs in XII. eſſent aſſignatæ. Nam qui ipſa æquinoctia in VIII.

Digitized by Google

Cal. putaverunt, ipſi eaſdem feſtivitates ibi- A dem aſſignaverunt, propter illud quod dixit Johannnes: *Illum oportet creſcere, me autem minui.* Sed veritas cum Græcis ſcienda. Conſuetudo autem eccleſiarum, ſi non eſt contra fidem, nullo modo permutanda, nec eis qui in VIII. Calend. putaverunt omninò abrogandum, cum Græcis verò & Ægyptiis de XII. entiendum. Quod dictum adverſus hæreſim quæ nuper exorta eſt valet plurimùm, Domno GERBERTO illam ex Toletano concilio præ- B ogante. Nam cùm ſint V. dies à XII. Calendis ſque ad VIII. ſi dies dominicus paſchæ, aut abbatum ſanctum, aut paraſceven, aut cœna Domini præpedierint, quominùs annuntiatio eatæ MARIÆ matris celebrari poſſit in quolibet ex ipſis V. diebus, anticipari valebit, & eſcriptum noſtrum adverſus hæc ſi petieris, mpetra re valebis. Hæc, frater dilectiſſime, ummatim breviterque quia per memetipſum nfirmitate interpellante, & oculorum acie jam C aligante, ſcribere non potui. Minùs de leporis urbanitate curavi, ſciens eos qui ante nos de tibus ſcripſere, ut tantùm intelligerentur elaboraſſe, eloquentiam verò omnino neglexiſſe. olo autem pro talionis recompenſatione viem repoſcere, ut quia multa ſunt in ſcripturis ivinis, quæ noſtrum videntur intellectum ofndere, vobis orantibus, & ſcripturarum camos percurrentibus, poſſint lucidiora eſſe.

Primò qualiter tantam diverſitatem, quæ eſt n homilia Bedæ de palmarum die valeam diſ- D ernere. Agnus, inquit, paſchalis cujus immotione populus Iſrael eſt ab Ægyptia ſervitute beratus, ante V. dies paſchæ, id eſt XIIII. luæ ad veſperum juſſus eſt immolari. Signifians eum qui nos ſanguine ſuo redemturus nte V. dies paſchæ, idem hodierna die mano præcedentium ſequentiumque populorum tudio, ac laudatione deductus venit in temum Domini.

Secundò de epiſtolis decretalibus Jacobi & lementis ad alterutrum miſſis, in quibus ita E lemens ait de Beato Petro, ſicut jam paſſo. gitur Petro vivente manifeſtum eſt eum non ripſiſſe. Et Jacobum VIII. annis manifeſtum t ante paſſionem Petri deceſſiſſe. Poſt paſſioem verò beati Petri Linus XII annis & Anaetus totidem, cooperatores Clementis, qui etro verè ſucceſſerat, extitere. Multò minus itur iſtorum tempore potuit Jacobo reſcriere. Poſt deceſſum verò ipſorum cùm Clemens ſolus VIIII. annis Romanæ præſideret F ccleſiæ, multò adhuc minus credendum eſt otuiſſe reſcribere completo à paſſione Jacobi XII. annorum tempore.

Tertiò de noſtris Treverenſibus Euchario, alerio, Materno, qui dicuntur miſſi fuiſſe ab oſtolo Petro, & locus quidem in Eliſatio pa- nomen habens Eligia concordat cum eom hiſtoria: ſed à paſſione beati Petri qui t XIII. annus Neronis, qui ſi fortè Eucharium, Valerium & Maternum Treveribus miſit, ante aliquot annos paſſioni ſuæ hoc fecit, computantur anni CCLXIII. uſque ad XXV. annum Conſtantini, quando obiit ſanctus Sylveſter, cujus juſſu Arelato facta eſt ſynodus, ubi legitur interfuiſſe ſanctus Maternus Agrippinenſis epiſcopus, cum Maurino archidiacono ſuo, ubi & affuit ſanctus Agricius Treverenſis epiſcopus.

Quartò quomodo Decius qui uno tantùm anno vel paulò plus præfuit, & Cornelium papam martyrizavit, Xiſtum papam cum Laurentio archidiacono ſuo interficere debuerit, cùm Stephanus & Lucius anteceſſores Xiſti à ſucceſſoribus Decii Gallo & Voluſiano vel Valeriano & Gallieno martyrizati ſint.

Quintò de Conſtantino auguſto, quod ab Euſebio Nicomedienſe baptizatus ſit, Ariano dogmate. Dicunt autem hæretici baptiſmum eum, ut in Jordane baptizaretur, differre voluiſſe, ſed in Nicomedia præventum morte noviter ab Euſebio Ariano baptizatum eſſe. Verior autem eſt hiſtoriæ Græcorum aſſertio, ubi habetur ab hæreticis propter invidiam chriſtianorum, quod de concubina ſit natus, & rebaptizatus confictum eſſe, cùm & baptiſterium ejus quo à Sylveſtro baptizatus eſt, adhuc Romæ appareat, & pragmatica ipſius omnem veritatem contineat.

Sextò de ſancta Cruce, quam quidam putant niſi poſt converſionem Conſtantini & tempore S. Sylveſtri non eſſe inventam: ſed Sylveſtro anteceſſit Melchiades, Melchiadi Euſebius, qui inventionis ejus celebritatem præcipit in decretalibus ſuis obſervandam, ut poſte ſuo tempore inventam V. Nonas Maii.

Septimò de probroſo Arii interitu, quaſi tempore Conſtantii filii Conſtantini ſecundùm hiſtoriam eccleſiaſticam extitit, ſub Alexandro epiſcopo ſuo eſſe non potuit. Obitus enim Alexandri obitum præceſſit Conſtantini annis VIII. Athanaſius namque qui Alexandro ſucceſſit, primum exilium apud Trevirim, juſſu Conſtantini non Conſtantii pertulit, quando cum Maximino epiſcopo Treverorum & Servatio Tungrorum & aliis multis Colonienſi ſynodo interfuit, ubi Ephrata ejuſdem civitatis epiſcopus damnatus fuit. (a)

PRÆFATIO ABBONIS FLORIACENSIS abbatis in commento calculi Victorii.

Circa 1000. Ex ms. Lobienſis monaſterii.

CAlculum Victorii dum quondam fratribus, qui manu ſancti deſiderii pulſabant intima mei pectoris, pro modulo meæ parvitatis traderem, & præcordiali amore eis devinctus vera obedientia deſervirem, ſummis eorum precibus coactus, negotium cui vires vix ſufficiunt aggredior, & quæ verbotenus ſimpliciter proſequebar, caritatis obtentu inpleroſque confundit, veſtro petimus corrigi examine. Nam Beda qui in capitulo XLVII. quod inſcribitur de annis Dominicæ Incarnationis authenticè, immo & evangelicè VIII. Cal. Aprilis XV. Luna diem..........

(a) *Hac epiſtola, quam non exiſtimo eſſe integram, reſpondet Hartmus queſtionibus ſibi ab Hugone factis in epiſtola cujus fragentum ſequens tantum habemus.*

Domno abbati H. Frater Hugo. Quod Beda & Dioniſyus in ſculis ſuis videntur diverſa ſentire, quod aliquando quoque

Digitized by Google

junxerunt,ut quodam elucubrationis commenti modo paginis inderem, ac adjectis pluribus ſententiis, aliquo modo lucidiùs enuclearem. Quippe cum deſunt voces,interdum ſignis vocum memoria amiſſa recipitur,blandaque modulationis ſerie quaſi de gravi ſomno evigilans, quod deſiderat aſſequitur, ac in alta mente iteratum ſæpius firmiter ſtabilitur. Unde etſi impoſito oneri imbecilles ſuccumbunt humeri, tamen de adjutorio Dei confidens, totis viribus enitar,paucíſque aperire tentabo,quod vix attentare audeo, eorum votis annuens ex toto quibus me & mea ſtudia prodeſſe ſedulus geſtio. Cùm enim ut filii patri ſervirent, liberaliter & ſine invidia, non ad oculum, ſed alter alteri in meo ſervitio præferret, ingratus eſſe potui; ſi ſpretis eorum ſuggeſtionibus, apparuiſſem immemor accepti beneficii: qui ex quo illis præcordialiter adhæſi,ſemper mea commoda ex eorum comparavi commodis. Cui quidem otium & ſilentium in diſcendo hactenus conſumtum per eos nactus occaſionem placuit in honeſtum vertere negotium, qui eum queſtum eſſe maximum in animum induxi meum, quàm maximè ſervire commodis omnium bonorum, præſertim cùm mihi aſſumam utile & nihilum quàm fuerit in vita jocundiùs, quàm diſcere aut docere attentius Nam à primitivæ ætatis tyrocinio jugiter indolui liberalium artium diſciplinas quorumdam incuria ac negligentia labefactari, & vix ad paucos redigi, qui avarè pretium ſuæ ſtatuunt arti. Quapropter ne videar vel officio ſingulari, quod ſuperbiæ, vel aliena felicitate tortus, quod invidiæ & ſummæ eſt inſipientiæ, ſupputando magiſterio minus eruditorum animos afficere, multipliciter exopto, quibus ſub expoſitionis tenore ad arithmeticam introductionis pontem conſtruo. Sed Victorius uſus præfatione, opera prologi abutitur, qui narrationis argumenta non primò elicit, licet multa proponat ſequentis operis, quæ imbuendis planiora ſingillatim facere decrevi. Ne quilibet deſes fructu lectionis jejunus in vacuum laboret. Ubi animadvertendum primitus, quod ſicut ſolet quæri in narrationum exordiis, hic benevolentia, attentio & docilitas captatur auditoris, de quibus erit ſermo in contextu ipſius præfationis. In præſentiarum tamen intentio Victorii hæc fuit, ut in errato lector numerorum ſummas multiplicaret, divideret, ſeu proponeretur aliquid de artibus quæ numerorum ratione conſtant, utArithmetica, Geometrica, Muſica, Aſtrologia, ſeu quæſtio ineſſet de menſura & pondere, quæ omnia calculatorii ſunt curæ. Denique & hujus calculi quanta ſit utilitas agnoſcere potuit ex præcedentibus dictis etiamſi ad quamlibet rationem temporum ob difficultatem multiplicandi nullo modo deſudavit, qui talium rerum ſaltem parvam intelligentiam accepit. Verùm quoniam omnia creata ſunt in numero & pondere, in his ſingulis ſpeculationem placet conſtituere, ut perſpectâ eorum naturâ, faciliùs pervideri poſſint ſingula quibus inſunt in cauſa unde hic congruum ſumatur exordium.

Explicit præfatio.

COMMENTUM EJUSDEM INCIPIT

Amor ſapientiæ quæ à Græcis philoſophia dicitur tripertitus ſua qualitate habetur. &c.

EPISTOLA TERALDI ad Guidonem

Cur in feſtivitatibus SS. Pauli & Laurentii verſiculi antiphonis innectantur.

TERALDUS Guidoni fratri ſalutem.

Ex ms. Floriacenſis monaſterii.

Quæſtionem ex officio ſollemnitatis Pauli apoſtoli atque Laurentii martyris quare ſcilicet cùm antiphonis verſiculi necterentur, quam mihi à te memini ante annum propoſitam, jam nunc,prout auctor ſenſus dederit Dominus, caritati tuæ perſolvens reddam. Sciendum itaque, quòd omnes ſancti qui omnipotenti Deo devoti extiterunt, aut cum ſola fide, aut certè fide ſimul & operibus coluerunt. Verùm plures fide tantùmmodo non habentes locum vel tempus operandi ei placuerunt, ac profeſſionem nominis ejus paſſi ſunt. Ex operibus autem abſque fide nemo ei umquam aut placere potuit aut poterit, & ut aptiùs enuntiem, quod dico, hæc eſt illa geminæ converſationis diſcretio, quam contemplativam & activam nuncupant vitam. Ad hanc quoque diſtinctionem pertinent duo quæ in pſalterio crebro commemorantur, canticum videlicet & pſalmus. Nam canticum quod ex intelligentia ſola vocis humanæ profertur emiſſione, ad interioris hominis ſcientiam & fidei pertinet veritati; pſalmus verò, qui adhibito materiali organo conſonanter peragitur, ad exteriora & corporalia refertur opera: in quibus nimirum juſtitiæ operibus, maximæ juſtitiæ opus, quod græco vocabulo elemoſynam appellans, eminet: & vas electionis Paulus apoſtolus & magiſter gentium cùm fide eſſet firmiſſimus, doctrinaque perfuſus, atque divino amore toto flagraret animo, quod omnibus commune eſt ſanctis; & jam miſericordiæ operibus incomparabiliter ſedulus inſudabat; quod textus epiſtolarum edocet, ubi diſcipulos ſive auditores ſuos ſæpius ad elemoſynam exhortatur, collectamque pecuniarum quam Jeroſolymam deferat, jubet facere, aſſerens ſe pauperibus & egenis ibidem conſiſtentibus miniſtrandi officium ſuſcepiſſe. Nec non & Laurentius Romanæ eccleſiæ archidiaconus, cùm & ipſe eſſet fide ſtabilis, ſcientia providus, elemoſynarum largitati hilariter inſtans, theſauros ejuſdem eccleſiæ ſibi commiſſos, ut geſta paſſionis ejus loquuntur, fiducialiter erogavit pauperibus: unde & ſollemnitate ipſius lectio legitur apoſtolica quæ tota in exhortatione ſive laude elemoſynæ facientis conſcripta eſt, atque ad eamdem pertinentia cauſam alia nonnulla huic officio inſeruntur. Hæc igitur duo quæ dixi, canticum videlicet ac pſalmus, pariterque figuras

Digitized by Google

ꝛorum, quas præfati ſumus, ſancti patres di-vinorum officiorum ordinatores ſignificare vo-entes, in hujus utriuſque ſancti feſtivitate :um antiphonis decantandis ſtatuerunt verſi-ulos recitandos: quatenus per hæc & ſinceri-as fidei eorum in Deo & miſericordiæ opera n proximis monſtrarentur, ut antiphona loco :antici, per quod, ut dictum eſt, devotio men-is exprimitur, reſonaret: verſiculi verò tam-ꝗuam pſalmi recitarentur, quo æquè exterior ıctio, ac miſericordiæ opera, quæ ſtudioſiſſi-nè *hi* duo ſancti præ ceteris exercuerant inſi-ıuarent ur. Vale in Domino, cariſſime.

ꞆESTAMENTUM AODISELINI Rotomagenſis canonici, in gratiam monaſterii S. Audoëni.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego AODISELINUS ſanctæ Dei genitricis Iariæ canonicus, ſancto Petro apoſtolorum ırincipi, ſanctoque Audoëno precipuo con-eſſori, ſtatuo teſtamentum de omni hereditate ꝗuam poſſideo, mei poſt diſceſſus articulum, luorumque mei fratrum, videlicet Rotberti, Ianiſedis, hereditatis hujus heredum; deci-num verò hujus beneficii, me vivente, poſte-ioribuſque meis ſupradictis in præſentiarum ribuo; poſt mei diſceſſum, atque illorum, de-imam cum beneficio ſine depulſione his ſan-tis liberaliter obmitto; in præſenti etenim car-a meus nepos GONDUINUS omni de ſua he-editate quam poſſidet, facit hoc idem prædi-tis ſanctis teſtamentum ſui uniuſque filii, pro-reati legali de matre, poſt exceſſum; ipſo ve-ò vivente, ejuſque filio ſuperſtite, permittit ecimam; nec minùs quippe tertiam portio-em hereditatis ſuæ: poſt amborum namque ranſitum, permittit illis ſanctis omne benefi-ium cum decima, atque ipſa tertia portione. Ꞅerùm ut ſit auctorabilius quod ſuperiùs con-rmavi, ſit particeps hujuſce caritatis anima ⁊ICHARDI mortui, adhucque regnantis, juſque anima matris, ſeu uxoris, necnon ani-ıa filiorum, vel filiarum hujus præclari comi-s. Si quis noſtrorum heredum, aut qualibet erſona extranea, contra hanc traditionem le-itimam, vel contra hoc deſiderium jure de-rminatum & deſtinatum venerit, & infrin-ꝛre maluerit, inprimis iram Dei omnipoten-s incurrat, & quod repetit non evendicetur ɔi, ſed confuſus contelempnat, & excommu-catus & anathematizatus recedat.

Signum RICHARDI comitis. S. ROTBERTI chiepiſcopi. S. HUGONIS epiſcopi I. Item HUGONIS epiſcopi II. S. GUNVUERE ɔmitiſſæ. S. JUDITH comitiſſæ. S. RICHARDI ii Richardi comitis. S. Malgeri. S. Willelmi. ROTDULFI comitis Ebroïcenſis. S. Rotſeli-. S. Radulfi. S. Golberti. S. Turketil. S. ʼorreſtini. S. Hugonis. S. Balderici. S. Ger-ꝛmboldi. S. Gerardi. S Wimundi. S. Beren-ꝛri. S. Rotſelini. S. Teſſelini S. Henrici ab-ıtis. S. Reſtoldi. S. Godefredi. S. Rotberti. S. Valſoni. S. Radulfi. S. Hodulfi exigui mo-nachi.

CARTA OTTONIS COMITIS Matiſconenſis, de Aniſco villa & Aſneriis.

Ex cartario Cluniacenſi.

RECordationis ſcriptum, quod ad peren-nem memoriam, tam præſentium, quàm futurorum, fieri præcipit glorioſæ indolis dom-nus OTTO comes Maticenſis, ſcilicet qualiter monachi Cluniacenſes ſub eodem, & per eum-dem benignum principem recuperaverunt Aniſcum villam, cum piſcariis & ceteris ſuis appenditiis, necnon ſervis & ancillis, eorum-que alodis. In nomine ſummæ & individuæ Trinitatis, notum eſſe volumus cunctis, tam præſentibus, quàm futuris, quòd ego OTTO comes Maticenſis, mente revolvens animoque pertractans, qualem fundatores eccleſiarum & augmentatores rerum illarum gratiam apud Deum obtineant, qualemque pervaſores & de-fraudatores pœnam incurrant, inprimis gratia Chriſti amoris & dilectionis, ſanctique Petri ſummi apoſtolorum principis, pro peccatorum quoque meorum abolitione, animæ etiam meæ & patris mei GUIDONIS, necnon avi mei OT-TONIS cognomento WILLELMI, & uxoris meæ, & filii mei GAUFREDI, omniumque pa-rentum & fidelium meorum remedio, necnon pro præſenti noſtra pace, & quieta ſalute, ac pro ſtatu reipublicæ noſtræ, dono, vel potiùs reddo Deo & ſancto Petro ad locum Clunia-cum quamdam villam Aniſcum à priſcis voci-tatam, in vicino Araris fluminis ſitam, quæ ex hereditate ſancti Vincentii ad jus comitatûs olim ab antiquis delegata obvenit, ſicuti jam ante comes LEOTALDUS atavus meus per te-ſtamentum præcepti LUDOVICI regis præli-bato principi apoſtolorum, monachiſque de-nominatum locum incolentibus, cum omnibus appenditiis ſuis, ſcilicet piſcariis, vinariis, fra-ctis foſſis, aquis majoribus, rivis minoribus, pratis, ſylvis, terris cultis & incultis, paſcuis, exitibus & regreſſibus, quæſitum & inquiren-dum. Dono etiam his contiguam villam Aſne-rias nuncupatam, cum ſervis & ancillis moran-tibus in ipſis villis, & cum eorum alodis. Dono quoque ſervos in villa Davagiaco habitantes, Witradum ſcilicet & fratrem ejus Robertum, filioſque & filias, & hereditates illorum. Et ut firmum & ſtabile permaneat per cuncta ſucce-dentia tempora, manu propriâ firmavi, teſti-buſque roborandam tradidi. S. OTTONIS co-mitis, S. ELIZABETH uxoris ejus, S. WIGO-NIS vicecomitis, S. Narduini, S. Ailaldi.

Actum apud Matiſconum publicè, regnante Roberto rege, cum filio Hugone.

DOTALITIUM JUDITHÆ comitiſſæ Normanniæ.

Anno 1008. Ex mſ. Fiſ-

...... Conſtituta ſunt priſcorum ſanctione Pa-trum, & in utriuſque novi ac veteris teſta-

menti pagina invenitur ſcriptum... Creator A omnium legitimam conjunctionem viri ac mulieris præceperit, ſicut ſcriptum eſt : *Creavit Deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam ; maſculum & feminam creavit eos*, dum fabricavit Evam de una ex coſtis viri ſui Adæ, & dixit: *Quamobrem relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una*. Ipſe Deus conditor omnium, quod dixerat diſponens.... creſcite, & multiplicamini in finem, ſicuti per unigenitum Filium ſuum Dominum Jeſum Chriſtum deſignavit, dum olim in Cana Galileæ vocatus ad nuptias, pariter cum matre & diſcipulis venit idem Redemtor, ipſaſque nuptias ſuâ præſentiâ ſanctificavit, & cum adcumbentibus ſimul recubuit, & ibi aquam deificâ poteſtate, propter amorem novæ prolis, in vinum convertit; corda namque diſcipulorum ſuorum inibi ad fidem roboravit, & anulum fidei in ſuam ſanctam Eccleſiam per eoſdem manifeſtavit. Hinc quoque de duobus legaliter nuptis in evangelio ait: *Jam non ſunt duo, ſed una caro*; Et, *Quod Deus conjunxit, homo non ſeparet*. Hinc etiam Paulus apoſtolus viri ac mulieris conjunctionem corroborare volens, primum admonuit viros, dicens : *Viri, diligite uxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam*. Mulieribus quoque præcepit ut viris ſuis ſint ſubjectæ in omni caſtitate, bonitate, & honore. Cujus exempli & auctoritatis inſtitutione edoctus, ego RICHARDUS in Dei nomine cupiens per annorum curricula, diſponente pii Conditoris clementiâ, habere liberos Deum timentes, adamavi te, ô dulciſſima ſponſa, atque amantiſſima conjux JUDITHA, & à parentibus & propinquis tuis expetivi te, & ſponſalibus ornamentis deſponſavi te. Præterea, legitimâ conjunctione expletâ, in dote tua dono tibi, donatumque in perpetuùm eſſe volo, in pago videlicet Siſoienſe Brenaïco cum appendentibus ſuis, ſcilicet Campols, Katorcias, Fraxinus, Grandem-campum, Til, Cambrenſe, Fererias, Villa Remigii, Folmatium, Sanctus Albinus, Laubias, Maitgrant, Kahin, Novum Maſnile, Pons, Manneval, Tortuc, Sanctus Leodegarius. Item Til, Valenias, Corbeſpina, Fait, Laubias, Villa Audefridi, Karentonus, Campflorem, Fontanas, Belmont, Belmontel, Litulas, * Cebeſias in ſupradictis villis XX. & unam, molendinos XVIIII. tredecim carrucas boum, cum ſervis, & omni ſupellectili earum, cum pratis, ſylvis, terris cultis & incultis, exitibus & reditibus, aquis, aquarumve decurſibus, piſcatoriis, & quidquid inibi pertinere videtur. In vicariam quoque Cingatenſem concedo tibi has villas: Cingal, Urtulum, Fraſnetum, Bretevilla, Oſgot, Maſnil Coibei, Maſnil Robert, Avavilla, Merlai, Petrafica, Maſnil Anſgot, Til, Peladavilla, Longum Maſnile, Novavilla, Corteleias, Corteletes, Sanctus Audomarus, Villa Petitel, Boſblancart, Novum-manſum, Aſcon, Bruol, Torei, Donai, Donaiolum, Villare, Matroles, Combrai, Longavilla, Placei, & in ſupradictis villis ec-

*Gen. 1. 27.

Gen. 2. 21.

*Matth. 19. 6.

Epheſ. 5. 25.

ſ. eccleſias.

cleſias XV. farinarios XV. cum terris cultis & incultis, aquis, aquarumve decurſibus, exitibus & reditibus, viis & inviis, ſylvis, pratis, paſcuis, & quidquid ad ſupradictas villas pertinere videtur, abſque ullius contradictione. In vicaria inſuper quæ vocatur Kelgenas concedo tibi has villas quæ ita nominantur: videlicet Trelvilla, Rolvilla, Flamenovilla : item Flamenovilla, Fegelvilla: item Rolvilla, Kalvilla, Benedicti villa, Nova-villa, Cantapia, Geroldi villa : item Geroldi-villa, Solomonis-Villa, Longavilla, Brotavilla, Fagum : item Nova-villa, Bikrobot, Sottevilla, Sanctus Chriſtophorus, Seroldivilla, Stobelont, Bojorodevilla, Rodulfi-villa, Maſnile, Manuine, Englebertvilla, Sotenvaſt, Sanctus Martinus cum quatuor villis, Colecleſia, Starletof: item Engilberti-villa, Virandevilla, Caſuetum, Herardi-villa, Bruet, Huntolf, Tobec, Waſt, Fraxenus, Beroldwaſt, Reginavilla, Bruet, Huntolf, Tober, Waſt, Fraxinus, Beroldwaſt, Reginavilla, Ketevilla XVII. eccleſias, XV. quoque molendine, cum terris cultis & incultis, aquis, aquarumve decurſibus, pratis, paſcuis, ſylvis, & quidquid inibi pertinere videtur. Concedo inſuper tibi jure proprio & familia mea quingentos utriuſque ſexûs. Et ut hæc omnia quæ ſupra diximus in perpetuùm poſſideas, & vera eſſe credantur, & inconvulſa omni tempore permaneant, hunc propriæ dotis libellum diſcribere juſſi, ac manu propriâ ſubterfirmare decrevi.

ELECTIO HILDEBERTI ABBATIS Monaſterii S. Michaëlis in periculo maris.

Anno 1005. Ex archivis S. Michaëlis in periculo maris.

IN nomine ſummæ atque eximiæ Trinitatis. RICHARDUS Dei diſpoſitione princeps & Marchio totius Neuſtriæ provinciæ, cunctis religionis chriſtianæ fidelibus. Quicquid pro ſanctæ religionis obſervantia, atque ſtabilitate plebis à Deo delegatæ ordinanter fieri diſponimus, aut diſponendo juſtitiæ ſemitam incedentes gerimus, magnam ex hoc nobis à Deo retributionem adfuturam ſperamus. Nam conſiderantes ſarcinam curæ epiſcopali debitam, atque clericorum converſationem ſanctam, necnon monachorum ac ſanctimonialium religioſitatem noſtræ ſubditam excellentiæ dignitatis, magnoperè ſtudemus in his rebus diſponendo divinæ voluntati, ob capacitatem noſtri intellectûs, minimè contraire velle. Si enim pro non bene geſtis tolerari nos impunitè conſideremus à Deo, multò magis retribui nobis mercedem pro benefactis ſperamus ab ipſo. Et quoniam inter multiformia ſanctæ Eccleſiæ inſtituta excellentiores piæ converſationis gradus obtinet monaſticæ ordo religionis, dignum cenſui veſtræ intimare præſentiæ, quia accerſierit noſtram almitatem concio ſancti agminis cœnobii magni hierarchi cœlorum MICHAELIS, bene provida ſuæ ſalutis, expoſcens, ſibi patrem inſtitui de ſuis, ſicut præmonſtrat opportunè debere fieri deſcriptio regularis. Cujus ſi-

Digitized by Google

quidem petitio, quoniam ſeniſſimo patre ſpirituali ejuſdem cœnobii MEINARDO adhuc ſuperſtite agitur, minimè debet videri incongrua. Paſtoralis etenim curam ſollicitudinis, quam idem memorabilis ſenex perficere nequit viribus propriis, ſubrogati ſibi laudabiliter expoſcit complere adjutorio fratris. Unde nos per conſultum epiſcoporum ac virorum nobilium noſtrorum, maximèque præmemoratorum monachorum rogatu, necnon inſuper prævalente jam dicti ſenis memorabili petitione, præponimus prædicto cœnobio venerabilem virum HILDEBERTUM, juvenili ævo floridum, ſed acumine vivacis ingenii præclarum, morumque maturitate gravidum. Præferentes igitur virum privilegio micantem divino, omnis venerationis cultu monaſterio expetendo magnopere commendamus ſervis Dei ibidem Chriſto famulantibus eidem obſequendum, quia & nos talem illis, ut credimus, cui meritò obſequi debeat, præferimus. Ut autem hæc electio rata & inconvulſa permaneat, propriâ manu eamdem aſtipulari cenſuimus.

Actum Rotomago, anno ab Incarnatione Domini noſtri JESU CHRISTI milleſimo-nono, indictione ſeptimâ, regnante ROBERTO rege Francorum.

EPISTOLA RICHARDI ABBATIS S. Medardi Sueſſionenſis ad canonicos S. Martini Turonenſis.

Petit mutuam ab eis protectionem.

Circa annum 1010. Ex archivis S. Martini.

DIvinæ religionis & eccleſiaſticæ honeſtatis prærogativâ redimito domno DULGERIO decano, & pretioſo lapidi in diademate Chriſti HERVEO æadituo, venerandæque congregationi ſummi pontificis, & omnifariâ laude digni confeſſoris Chriſti Martini, RICHARDUS, licèt indignus abbas, & humilis concio ſanctorum Medardi & Sebaſtiani, & beatæ memoriæ Gregorii papæ hîc & in futuro feliciter vivere.

Licèt terrarum ſpatia nos dividant, tamen una nos nectit caritas. Hac nobis qui longè poſiti ſumus, in illo qui ubique eſt, unum ſumus: illius enim lapidis copulæ jungimur, cujus magnificentiâ uterque paries effectus eſt unus; hujus rei gratiâ de ſalutis & proſperitatis veſtræ vigore ſuſpecti ſumus, quia veſtrum valere, noſtrum gaudere eſt. Sed ne fides veſtra operibus otioſa mortua remaneat, veſtræ neceſſitati ubique procurantes, familiam veſtram, quæ noſtris in partibus habitare dignoſcitur, requirimus; & ob amorem veſtrum eâdem advocatione quâ noſtros homines tuemur, & veſtri ſigilli titulo litteris inſignitis adnotavimus. Similiter familiam ſancti Medardi veſtris in locis degentem ſub veſtra protectione foveri mandamus, & precamur his litteris ſigillo ſancti Medardi deſignatis. Petimus etiam ut pro nobis orare dignemini, qui variis perturbationum fluctibus jactamur, & peccatorum noſtrorum pondere premimur. Omnipotens Deus vitam veſtram ad ædificationem ſanctæ eccleſiæ per tempora longa cuſtodiat, ſuâque vos protectione conſervet, atque cœleſtis patriæ remunerationem cum multiplici animarum fructu perducat. Valete in Chriſto. Signata ſigillo ſancti Medardi.

TESTAMENTUM GERSINDÆ comitiſſæ Ruthenenſis.

Ex cartario Albienſi.

IN nomine Domini noſtri JESU-CHRISTI. Placuit mihi GERSINDÆ comitiſſæ facere codicellum breve, promto animo, bonâ voluntate, pro remedium animæ viri mei PONTII, & remedium animæ meæ, & parentum meorum, omnium fidelium chriſtianorum, tam vivorum, quàm & defunctorum. In primis dono Deo & ſanctæ Dei eccleſiæ, inſequenter ad amicos meos, vel ad homines qui in meo ſervitio deſudaverunt. Dono igitur UGONI comiti nepoti meo eccleſiam, quam vocant ſancti Symphoriani, cum alode quem vocant *Cabannes*, excepto *Dauker*: in tali verò ratione, dum vivit, teneat; poſt diſceſſum verò ejus, remaneat Deo & ad ſanctam Mariam Ruthenis, cum decimis & primitiis, & cum ipſum eccleſiaſticum qui ad ipſam eccleſiam pertinet, ſine ulla reſervatione; & dividant ipſum alodem inter ſanctam Mariam & ſanctum Amantium, ſanctumque Saturninum Ruthenis; ſtatimque poſt mortem meam recipiant ſancta Maria & alii ſupranominati ſancti illum alodem *Dauker*, veſtitum pro ipſum alodem *Cabannes*. Et ſi ipſe UGO comes aliquem alodem meum, aut aliquam ſubſtantiam meam, quam ego diviſero ad qualemcumque ſanctum, aut ad aliquem fidelem meum, contrariam fecerit aut tulerit; hoc quod ego dimiſero, ſtatim remaneat ipſe jam dictus *Cabannes* ad ſanctam Mariam & ad S. Amantium & ad S. Saturninum. Et illum alodem meum, quem vocant Cencinnonem, dono ADALAIS (*a*) vicecomitiſſæ, & filiis ejus ERMENGAUDO & REGIMUNDO, excepto illum alodem de Fenoleddo, quem ego dedi SANCTIONI, ut.... teneant cum caſtello & eccleſias ibidem pertinentes. Poſt illorum verò mortem remaneat jam dictus Cencenonus Domino Deo, & S. Mariæ & S. Pontio in monaſterio Tomerias. Illos verò manſos, videlicet alode de Porcilis, & alodem de *Palazool*, & illum manſum de Saviniaco & de Teſano, remaneat poſt mortem ALAZAIS & filiis ejus, Domino Deo & S. Aniano. Quantum in iſtis locis viſa ſum habere, & eccleſiam S. Mariæ, cum omnia quæ ibi viſa ſum habere vel poſſidere, dono Deo & S. Mariæ & S. Pontio Tomerias, quæ vocant Geminiano. Et alodem quæ vocant Travanzanicas, cum ipſa eccleſia, teneat FROTERIUS epiſcopus dum vivit; poſt mor-

(*a*) Hæc eſt Adalais vicecomitiſſa Narbonenſis, cujus ſuprà teſtamentum retulimus, cui iſtud Gerſindæ teſtamentum præponi debuiſſet.

A tem ejus remaneat Domino Deo & S. Benedicto, & S. Vincentio Caſtrenſis, & meam eccleſiam S. Salvatoris de Salai cum medietate de ipſum alodem dono Deo & S. Pontio Caſtrenſis, ubi vir meus requieſcit, & S. Vincentio, & aliam eccleſiam S. Martini, quem vocant *Carmar*, cum aliam medietatem de ipſum alodem de ſupradicto alode laxo Domino Deo & S. Ceciliæ, & S. Salvio Albiæ, & illam eccleſiam quam vocant S. Martialem de Greſa, dono Aimerico, cum omni eccleſiaſtico, & cum deci- B mas, quamdiu vivit: poſt mortem ejus remaneat Regimundo filio ejus, & poſt ejus diſceſſum remaneat Domino Deo & S. Petro apoſtolo, & ſancto Geraldo Aureliaco monaſterio: & quamdiu vivunt, donent paratam per ſingulos annos ſolidos v. & ſi facere noluerint, accipiant monachi S. Geraldi ſtatim ipſam eccleſiam. Dono etiam jam dicto fideli meo Aimerico villam meam, quam vocant *Les*, quamdiu vivit: poſt mortem ejus remaneat S. Geraldo. Et il- C los manſos de Plana-ſylva dono Deo & S. Eugenio, & S. Amerando, & S. Kariſſimæ. Illos verò manſos quos vocant *Rectras*, *Cairas*, & illam villam quæ vocant *Macherias*, & aliam quem vocant Pratum Lambertum, dono Deo & S. Antonino. Villam meam, quem vocant *Gerbuxam*, dono Mironi filio Amelii: & poſt mortem ejus fratri ipſius, nomine Matfredi; & poſt mortem amborum, remaneat S. Michaële Galliaco. Villam meam, quam vocant *Brutia*, remaneat AMELIO nepoti meo, & poſt ejus D diſceſſum, remaneat ſanctis quieſcentibus Viacenſi. Et villam meam, quem vocant *Geneſtos*, & manſos de Podio-mediano, & boſcum quem vocant *Rumos*, dono Domino Deo, & ſancto Petro, & ſancto Geraldo, & ſanctæ Mariæ Varimenſis cœnobii. Et illam villam, quam vocant *Ermos*, dono Deo & Sanctis Fiacenſis cœnobii. Illum alodem meum, quem vocant Vilarem, dono Froterio, & poſt obitum ejus re- E maneat S. Mariæ & S. Pontio Tomerias. Alodem meum, quem vocant *Gorz*, dono Domino meo & S. Martino de Villa-magna. Alodem meum *de Linairolas*, dono Adraldo filio dum vivit: poſt mortem ejus, remaneat ad S. Anianum Vernedubrio. Alodem meum, quem vocant Cantullum, dono BERNARDO vicecomiti, & poſt ejus diſceſſum S. Mariæ & S. Pontii Tomerias. Eccleſiam, quam vocant S. Aniani de *Mauſés*, dono S. Vincentio Caſtrenſis. Et illum caſtellarem, quem vocant Becus, F dono ipſo S. Vincentio cum alode de *Mauſes*, excepto convenientia Grimaldi, & unum vilarem de *Croſigas*, quem laxo Bernardo filio ipſius Grimaldi: in tali verò ratione, ut quamdiu vivit, teneat; & poſt ejus diſceſſum, ad ſupradictum locum remaneat, excepto Monte-pelato. Ipſum verò Montem-pelatum teneat Ermengavus clericus, filius Adalberti, dum vivit; poſt mortem verò ejus, S. Vincentio remaneat, & omni anno poſcat clericos S. Vin- G centii, dum vivit, in anniverſario meo: Et ſi non fecerit, ſtatim remaneat S. Vincentio. Eccleſiam meam de Unicarcha dono Bernardo & Dagberto filiis Dagberti; & poſt mortem illorum, remaneat S. Ceciliæ & S. Salvii in tali verò ratione, ut omni anno donent paratam ad ipſos ſanctos v. ſolid. Et ſi facere noluerint, ſtatim recipiant clerici S. Ceciliæ & S. Salvi in communia. Illum manſum meum de Benedicta de Vearcha dono Witardo archidiacono, dum vivit; poſt mortem ejus, remaneat ad ipſos ſanctos. Illum manſum quem tenuit Robertus, dono Regimundo filio Bernardi; & poſt mortem ejus, remaneat ſanctæ Ceciliæ & ſancto Salvio. Illum Fevum, quem tenuit Roſtagnus de Ucharca, pratos & boſcos & condaminas, exceptis manſis de Benedicta, vel de Roberto, dono Aimardo & Bernardo, filiis Barnardi, dum vivunt: & qualiſcumque ex illis mortuus fuerit, pars ejus remaneat ad S. Ceciliam & ad S. Salvium. Alium fevum, quem tenuit Pontius, dono Raymundo filio Bernardi, & alia Raymundo, & Attoni, dum vivunt: & qualiſcumque ex illis mortuus fuerit, pars ejus remaneat ad S. Salvium & ad S. Ceciliam. Eccleſiam meam de *Bar*, quem vocant S. Mariam, & illum fevum quem tenet ISARNUS vicecomes, teneat ipſe ISARNUS dum vivit, excepto manſum de Agrifolia. Poſt verò mortem ipſius Iſarni, remaneat S. Mariæ & S. Pontio Tomerias, in honore S. Mariæ de Inicio: in tali ratione, ut monachi de Tomerias donent ad ipſam Mariam de Initio, poſtquam ipſam eccleſiam & ipſum alodem acceperint, omni anno x ſolidos: & ipſe ISARNUS, quamdiu vivit, omni anno donet paratam v. ſolidos ad S. Mariam de Tomerias, & ad monachos: & ſi non fecerit, ſtatim recipiant monachi de Tomerias ipſam eccleſiam & ipſum alodem. Ipſum verò manſum de Agrifolia dono Domino Deo & S. Salvatori & ſancto Mario Vabrenſis. Illos verò manſos, quos acquiſivi de DEUSDE epiſcopo, qui ſunt ſiti in valle, dono unum ſanctæ Mariæ in capella Albiæ, & alium manſum quæ Gaufredus tenet ad fevum in vita ſua; poſt mortem ejus remaneat S. Petro de Albiæ, & alios manſos dono Aicfredo, & fratri ejus Matfredo, filiis Unigerii: poſt mortem illorum remaneat ſancto Africano de Albio. Et illum manſum de illa *Calme* de *Veirarias* dono Bonifilio ſacriſtano: poſt mortem ejus, remaneat S. Marcianæ de Albio. Illum caput manſum, quem tenet Aſbaldus de Verarias, dono Gauſberto præpoſito, dum vivit: poſt mortem ejus, remaneat S. Salvio. Illas vineas de *Veirarias* teneant clerici S. Ceciliæ & S. Salvii, & S. Marcianæ. Illas meas eccleſias S. Fructuoſi & S. Pardulfi dono DEUSDE epiſcopo, dum vivit, cum ipſo alode: poſt mortem ejus, remaneant S. Marcianæ in communia. Illum alodem meum *Buzingis*, quem adquiſivi de Ademaro cum caput manſo, & vineas, & verdearios, & terras, & omnia quæ ibi habeo, & omnia quæ acquiſivi de Richario, totum dono ad S. Sigolenam. Illum caput manſum ad illam garrigam, quem adquiſivi de Rainoni & de Teudgario, omnia quæ ibi habeo, totum dono ad S. Michaëlem de Galliaco. Vineas qua adquiſivi de Ademaro, quas

Digitized by Google

quas vocant *Sarival*, dono ad S. Sigolenam. A Illas meas eccleſias de *Levaz*, cum omnem alodem meum, quem ibi habeo, excepto *Roderanicas*, & *Vallelias*, & *Cotnag*, dono ad S. Juſtum & S. Paulum Narbonæ, & S. Nazarium, & S. Aphrodiſium Biterris. Ipſam villam, quem vocant *Roderanicas*, dono S. Geneſio de Lodeva. *Cotnag* & *Vallelias* dono RAYMUNDO filio GUNDINILDIS nepoti meo: poſt mortem ejus remaneat S. Juſti & S. Paſtoris, & S. Paulo Narbona, & S. Naſario Biterris. Illas vineas quas B adquiſivi de alode, quæ ſunt in *Zairan*, dono S. Petro de Albi. Sicardo filio Deuſde dono Sparſvilla mea, dum vivit: poſt mortem ejus, remaneat ſanctis de Tomerias. Manſum, ubi Godalbertus viſus eſt manere, dono Sicfredo: poſt mortem ejus, filio ſuo Rainardo, & poſt ejus obitum, ad ipſos ſanctos Tomerias. Illam villam quem vocant *Treballas*, dono Ingelberto clerico: poſt mortem ejus, ſanctis Tomeriis remaneat. Campum album & *Bragos* dono Bar- C nardo filio Regimundo: & poſt mortem ejus, ſanctis Tomerias. Villam, quam vocant Calmem Gruariam, dono Deo & S. Petro de Burlato. Illum manſum de Geneſtoſo, ubi Adalbertus ſtetit, ſit Adalrico filio Pontii cum ipſo territurio: poſt mortem verò ejus, remaneat S. Vincentio. Illum alodem quem dedit mihi Regimundus, eccleſiam videlicet de Becia, quem vocant ſancti Petri, dono Alanberganæ: poſt mortem ejus, S. Vincentio, excepto Cal- D me Gruaria. Illum verò alodem de Fraxino, & de ipſam eccleſiam medietatem dono Domino Deo & S. Mariæ, & S. Pontio. Aliam medietatem dono Arnaldo filio Barnardi: poſt mortem ejus, ſanctis de Tomerias remaneat. Illam eccleſiam de *Maſcle*, quem vocant S. Stephanum, dono Sanctioni filio Foramundi: Et alium alodem, quem ibi habeo, dono medietatem Olibano. Et aliam medietatem ipſi Sanctioni: & poſt obitum eorum, S. Salvio rema- E neat. Ipſum manſum, qui fuit Bertlando, dono S. Salvio in Sazina. Et illum quem adquiſivi de Cariſſima, ad ipſam remaneat: & poſt obitum ejus, ad S. Salvium. Illum manſum, ubi manſit Andreas de *Miliares*, dono Gauzeleno, & filio ejus Umberti: & poſt mortem illorum, S. Ceciliæ remaneat. Eccleſiam ſancti Maximi, quem adquiſivi de *Bono-parc*, laxo Aimerico filio ejus, cum ipſo alode, & poſt F obitum ejus, S. Martianæ remaneat. Illum manſum de *Veirarias* laxo Vidiano archidiacono: & poſt mortem ejus, S. Ceciliæ remaneat. Et illas vineas, quæ ibi ſunt, S. Ceciliæ remaneant. Vineas quas habeo in Aucago dono Unigereo, excepto unum aripendum quem laxo Ingelranno: & poſt mortem ejus, remaneant ad caput ſcolæ S. Ceciliæ. Alodem meum, quem adquiſivi de REGIMUNDO comite, nomine Aurelionaco, medietatem laxo S. Salvatoris Figiaco; & aliam medietatem G S. Stephani Caturcis. Vineas quas acquiſivi de Stephano in Coiano, & omnia quæ ibi adquiſivi de Emone & uxore ejus, dono S. Petro in capella Cencennone. Illos tres manſos, quos adquiſivi de Remigio, qui ſunt Malaucio, dono ex illis duos Amblardi, & alium S. Benedicti Avallato: & poſt mortem Amblardi, alii duo ad ipſum locum remaneant. Vineas quas habeo in Aziniano dono ſancto Pontio Tomerias. Duas bordarias, quas adquiſivi de epiſcopo DEUSDE, cum ipſo caput manſo, dono ſancto Africano. Manſos verò de *Miliares* dono AMBLARDI abbati, excepto illum quem dedi Gauſleno: poſt mortem eorum S. Ceciliæ remaneant. Omnes ſervi mei & ancillæ meæ ſint liberi, propter animam viri mei, & propter animam meam, omniumque fidelium chriſtianorum, tam vivorum, quàm & defunctorum. Iſta omnia ſuperiùs ſcripti quæ ad ſanctos dimitto, teneant ea clerici vel monachi in communia. Siquis verò malevolus tollere præſumſerit, vel monachis, vel clericis, hoc quod ego laxo Domino Deo & ſanctis ejus, tollat ei Deus omne bonum, & det ei omne malum, & habeat partem cum Datan & Abiron in infernum, in præſenti ſæculo & futuro. Fiat, fiat, fiat. Amen.

EPISTOLA FULBERTI
Carnotenſium epiſcopi.

De epiſcopis ad bella procedentibus.

FULBERTUS Carnotenſium epiſcopus humilis H. fratri ſalutem. *Ex ms. ſancti Remigii Remenſis.*

Decreveram quidem tibi, licet ſæpius petenti, nequaquam ſcribere, non quod dilectioni tuæ quicquam vel cum meo pudore negare debuerim, immo nec debeam; ſed quod conſultiùs arbitrabar linguæ januam obſervare, quàm ea in lucem proferre, quæ incurrant multorum offenſam. Idcirco hactenus apud te mutus fui, quod obtrectatorum invidiam contra me provocare nolebam. Scio quippe non defuturos, qui hæc quæ dicturi ſumus, quaſi inclementiùs dicta in ſuam referant contumeliam. Verùm quia obſtinaciùs in pulſando perſiſtis, & litteris crebris importunum te exhibere non deſinis, aperiam tibi prout Spiritus-ſanctus annuerit quæ poſtulas: immo ea ipſa revolvam quæ ſanctorum patrum ſanxit auctoritas: quorum dictis refragari, veritatem reſpuere eſt.

Quæris quid ſentiam de epiſcopis, qui, ſpreta eccleſiaſticæ pacis tranquillitate, ſeditiones quærunt, bella ſectantur? Sane nequaquam audeo illos epiſcopos nominare, ne religioſo nomini injuriam faciam. Tyrannos potius appellabo, qui bellicis occupati negotiis, multo ſtipati latus milite, ſolidarios precio conducunt, ut nullos ſæculi reges aut principes noverim adeo inſtructos bellorum legibus, totam armorum diſciplinam in procinctu militiæ ſervare, digerere turmas, ordines componere ad turbandam eccleſiæ pacem, & chriſtianorum, licet hoſtium, ſanguinem effundendum. Quibus ſi de his dudum ab orthodoxis patribus prolata teſtimonia proferas, illos non armis, ſed eccleſiaſticæ paci debere eſſe intentos, non excidia viventium, ſed regimen ſuſcepiſſe ani- *Epiſcopi bella ſectantes, non epiſcopi, ſed tyranni.*

marum, ſtatim prætendunt juſtitiæ cauſas, ſe A invitos arma ſuſcipere, hoſtium catervas de collo pendere, imminere cervicibus gladios, libertatem ſe quærere armis, quam pace obtinere non poſſunt. Quare non magis ſecundum apoſtolum injuriam ſuſtinent? quare non magis fraudem patiuntur? 1. Cor. 10. 4. *Arma enim militiæ noſtræ non carnalia ſunt; ſed potentia Deo ad deſtructionem munitionum, cogitationes deſtruentes, & omnem altitudinem extollentem ſe adversùs ſcientiam Dei.* Orationibus ſiquidem inſtare deberent, B & Pauli conſilio acquieſcere dicentis: Rom. 12. 19. *Non voſmetipſos defendentes, cariſſimi, ſed date locum iræ.* Et Dominus ad diſcipulos loquitur. Math. 10. 23. *Si vos perſecuti fuerint in civitate iſta, fugite in aliam.* Et Math. 5. 39. *Qui te percuſſerit in dextram maxillam, præbe illi & alteram.* Et Ibid. 40. *Qui vult tecum judicio contendere, & tunicam tuam tollere, remitte ei & pallium.* Et iterum. Luc 21. 19. *In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.* Scimus enim qui dixit, Rom. 12. 19. *mihi vindictam & ego retribuam.* In veteri C inſtrumento oratione Moyſi hoſtilem exercitum vincebat Iſraël; &c. Contrario manus illo remittente, hoſtibus cedebat victoria. Unde colligere poſſumus, quod melius patientia & oratione præliamur, quàm gladiis & ſeditionibus. Ipſe quoque magiſter veritatis, cujus veſtigia ſequi debemus, ſicut Johannes apoſtolus ſcribit: 1. Joh. 2. 6. *Qui dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicut ille ambulavit & ipſe ambulare.* Cum D juſtiſſimam haberet cauſam, nec minorem poteſtatem ſuos fulminandi adverſarios, ſicut ipſe ante paſſionem ſuam proteſtatus eſt dicens, exhiberi ſibi à Patre, ſi vellet, pluſquam XII. legiones angelorum: cum etiam ad imperium ejus totus orbis pugnaret pro eo contra inſenſatos, quippe qui contra eum inſurrexerant, qui verè innocens erat, & in cujus ore non eſt inventus dolus, volens tamen nos, quorum infirmitati in omnibus conſuluit invitare E ad patientiam, ductus ad victimam, quaſi mitiſſimus agnus nec aperuit os ſuum. Nam cum fidelis diſcipulus pro magiſtro dimicare pararet ac liberans enſem vagina jam in pugna ageretur, ut ſciret non in gladio ſed in Deo eſſe victoriam, audit à magiſtro: Math. 26. 52. *Converte gladium tuum in locum ſuum: omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt.* Unde & B. Auguſtinus in libro Quæſtionum veteris ac novi teſtamenti, apoſtolo Petro uſque ad hoc permiſſum F eſt, quod dolorem faceret, non occideret. Quia enim ſancta eccleſia non habet gladium niſi ſpiritualem, nec occidere debet, ſed vivificare, teſtatur Nicolaus papa dicens: Sancta Dei eccleſia mundanis numquam conſtringetur legibus; gladium non habet niſi ſpiritualem, non occidit, ſed vivificat. Et B. Hieronymus in epiſtola ad Ageruchiam, olim præcipiebatur reddi oculum pro oculo, dentem pro dente: nunc verberanti maxillam præbemus & alteram. Illo G in tempore bellatoribus dicebatur: Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſimè. Modò audit Petrus, conde gladium tuum in vaginam: qui enim gladio percuſſerit, gladio peribit. Debent quippe epiſcopi ſicut Iſidorus ait in libro de Officiis, principatum in populo non ſanguine defendere, ſed vitæ meritis. Et alibi: Epiſcopi ſpeciale officium eſt ſcripturas legere, Epiſcopi officium. percurrere canones, exempla ſanctorum imitari, vigiliis jejuniis incumbere, cum fratribus habere pacem, nec quemquam ex membris ſuis diſcerpere, nullum damnare, niſi probatum, nullum excommunicare, niſi diſcuſſum. Qui itaque talibus officiis vacare debet, quàm illicitè & contra gradum ſuum ad arma humanæ militiæ conſurgat, omnis qui ſanum ſapit intelligit. Unde B. Ambroſius ſacerdotibus dare volens exemplum patientiæ in epiſtola contra Auxentium de tradendis baſilicis civibus ſcribit. Video vos præter ſolitum eſſe turbatos ſolito. Sed quid turbamini? Volens numquam vos deſeram, coactus repugnare non novi, dolere potero, flere potero, gemere potero, adversùs milites Gothos arma quoque lacrymæ meæ ſunt. Talia monumenta ſunt ſacerdotis, aliter non debeo, nec poſſum reſiſtere. Item de eadem re in eadem epiſtola: Si patrimonium petitur, invadatur; ſi corpus, occurram. Vultis in vincula rapere, vultis in mortem? voluntati mihi eſt. Non ego me vallabo circumfuſione populorum, nec altaria tenebo vitam obſecrans, ſed pro altaribus gratiùs immolabor. Origenes quoque exponens illud de evangelio *Attendite à falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium, intus autem ſunt lupi rapaces, à fructibus eorum cognoſcetis eos.* Math. 7. 15. ſic dicit: Apoſtoli & martyres ſancti non perſecutionem fecerunt, ſed perſecutionem pertulerunt: non maledixerunt, ſed maledicta ſuſtinuerunt: non blaſphemaverunt, ſed à blaſphematoribus interfecti ſunt. Et B. Gregorius papa in quadam homilia informans nos ad conſervandam innocentiam ita dicit: Utinam ſi ad prædicationis virtutem non ſufficimus, loci noſtri officium in innocentia vitæ teneamus. In evangelio quippe Dominus ait: *Ecce ego mitto vos ſicut agnos inter lupos.* Math. 10. 16. Igitur ſi cut agni inter lupos mittimur, ut ſenſum ſervantes innocentiæ, morſum malitiæ non habeamus. Qui enim locum prædicationis ſuſcipit, mala inferre non debet, ſed tolerare, ut ex ipſa ſua manſuetudine iram ſævientium mitiget, & peccatorum vulnera in aliis afflictionibus ipſe vulneratus ſanet. Idem etiam papa docet nullo modo, neque pro juſta etiam cauſa epiſcopum debere armis inſervire, volens aliis ſuo ſatisfacere exemplo, ſcribit ſuper hoc Sabiniano diacono dicens: Unum eſt quod breviter ſuggeras ſereniſſimis dominis noſtris imperatoribus: quia ſi ego ſervus eorum in morte vel Langobardorum me miſcere voluiſſem, hodie Langobardorum gens nec regem, nec duces, nec comites haberet, atque in ſumma confuſione eſſet diviſa. Sed quia Deum timeo, in morte cujuſlibet hominis me miſcere formido. Unde liquidò colligere potes, quandoquidem ille tuas tam efficaciter ulciſci prævalens injurias, metu tamen divino elegit ſcutum patientiæ, ne hominum mortibus ſe miſceret, quod iſti timore Dei abjecto nefarie cædibus

Digitized by Google

hominum ſe interſerunt, & cruentas ſtra- A
ges contaminatis obtutibus aſpiciunt: quod bea-
tiſſimus Martinus magnopere fugiens, abdica-
tis armis, quibus ſub terreno rege militabat,
ſuæ fidei tyrocinium manſuetudinis & inno-
centiæ propoſito dedicavit, & nondum cleri-
calis ordinis gradum aliquem ſortitus, multis
tamen merito præferendus epiſcopis, militiæ
conſtanter renuntiavit dicens, Chriſti miles
ſum, pugnare mihi non licet. Breviter docuit
non ſolum epiſcopos, aut ſacri ordinis miniſ- B
tros à præliis cohiberi, verùm etiam qui Chri-
ſto ſemel militare cœperit, etiam ab ipſis bel-
lorum occaſionibus omnimodis abſtinendum fo-
re. Idem etiam in epiſcopatus culmine poſitus
non ſolùm aliquem non inſectatus eſt inimi-
cum, verùm etiam mortem meritos inæſtima-
bili caritatis affectu ab imminenti clade ple-
rumque eripuit, memor illius præcepti: *Erue
eos qui ducuntur ad mortem.* Nec hoc dico ut
maleficos & vita ipſa indignos ab ultione pro- C
hibeam; ſed regibus hoc licet ac ſæculi pote-
ſtatibus, & quibus à legibus permiſſum eſt. Aliæ
quippe ſunt leges Cæſaris, alii mores eccleſia-
ſticæ dignitatis. Unde dicit B. Auguſtinus in li-
bro Quæſtionum veteris ac novi teſtamenti: Qua-
re ſententia data eſt? Ut qui quid accipit gla-
dium gladio pereat, niſi quia nulli licet, excepto
judice, gladio quemquam occidere? Et bea-
tus Hieronymus ſuper Ezechielem libro III.
Qui malos percutit, in eo quod mali ſunt, D
& habet vaſa interfectionis, ut occidat peſſi-
mos, miniſter eſt Domini. Et Haimo ſuper
epiſtolam ad Romanos: Sunt quædam enor-
mia flagitia, quæ potius per mundi judices,
quàm per antiſtites & rectores eccleſiarum ju-
dicantur, ſicut eſt cum quis interficit apoſto-
licum, epiſcopum, preſbyterum, diaconum.
Hujuſmodi reos reges & principes mundi dam-
nant. Ergo non ſine cauſa portat gladium, qui
talia ſcelera dijudicat. Sicut ergo epiſcopis & E
ſacri ordinis miniſtris omnino prohibitum eſt
aliquem occidere: ita ſæculi principibus hoc
licet abſque reatu facere, ſicut Hieronymus
teſtatur ſuper epiſtolam ad Galatas libro II.
Judex non eſt auctor ſceleris, neque homines
vinciendo, neque homines perimendo. Liquet
itaque ſolis mundi poteſtatibus attributam po-
teſtatem eradicandi impios de terra, ſicut bea-
tiſſimus martyr Cyprianus ſcribit in nono ge-
nere abuſionis. Rex, inquit, debet furta co- F
hibere, adulteria punire, impios de terra per-
dere, patricidas & pejerantes nòn ſinere vi-
vere, filios ſuos non ſinere impiè agere. Epiſ-
copi verò in ſua manſuetudine & eccleſiaſtica
ſeveritate & prædicatione verbi Dei ſtabiles
permanent, ſicut in Actibus apoſtolorum ſcri-
Act. 6. 2. ptum eſt. *Non eſt æquum relinquere verbum Dei
& miniſtrare menſis.* Qui ſic etiam docere de-
bent, ſicut Hieronymus ait, ut vita eorum G
irreprehenſibilis ſit. Perdit enim auctoritatem
docendi, cujus ſermo opere deſtruitur. Proin-
de ſciant ſibi omnino inhibitum ad bella pro-
cedere: niſi quibuſdam ex cauſis quæ in ſub-
ſequenti KAROLI regis edicto patebunt.

KAROLUS Dei gratia rex regnique Franco-
rum rector, & devotus ſanctæ defenſor eccle-
ſiæ, atque adjutor in omnibus apoſtolicæ ſedis.
Hortatu omnium fidelium noſtrorum, & maxi-
mè epiſcoporum ac reliquorum ſacerdotum
conſultu, ſervis Dei per omnia omnibus arma-
turam portare vel pugnare, aut in exercitum
& in hoſtem pergere omnino prohibemus; niſi
illis tantummodo qui propter divinum miniſ-
terium miſſarum ſcilicet ſolemnia adimplenda,
& SS. patrocinia portanda ad hoc electi ſunt,
id eſt unus vel duo epiſcopi cum capellanis pre
ſbyteris; & unuſquiſque princeps unum pre-
ſbyterum ſecum habeat, qui peccata confiten-
tibus indicare, & indicere pœnitentiam poſſit.

Hæc omnia iſti parvi pendunt, immo
etiam evangelica inſtituta contemnentes, ple-
rumque, ut audivimus, adhuc illitis recens fa-
cta cæde manibus, non ſolùm eccleſiam intra-
re, ſed ad ipſa Chriſti ſacramenta nefario au-
ſu præſumunt accedere, non dijudicantes cor-
pus & ſanguinem Domini: nimirum non at-
tendentes, quod idem Chriſtus non alieno cruo-
re, ſed proprio ſanguine, introivit ſemel in ſan-
cta, à Deo miſerationum ubertate redundans,
ut pro ipſis ſuis perſecutoribus, licet miſericor-
dia indignis, ad Patrem diceret: *Pater, ignoſ-* Luc. 23. 34.
ce illis, quia neſciunt quid faciunt. Meminiſſe
quoque deberent quod David rex quondam
potentiſſimus, de quo Dominus, *Inveni*, inquid,
*virum ſecundum cor meum, qui faciat omnem
voluntatem meam*: tamen propter mortem
Uriæ & populum recenſitum & frequentes
expeditiones prohibitus eſt ædificare templum
Domino, quod ipſo mortuo Salomon, id eſt
rex pacificus ædificare meruit. Ipſi itaque non
timent quod apoſtolus dicit: *Qui indigne man-* 1. Cor. 11.
ducat, judicium ſibi manducat. Unde ammo- 29.
nens nos Ambroſius dicit: Vide quid agas, ſacer-
dos, ne febricitanti manu Chriſti corpus at-
tingas, prius curare, ut poſſis miniſtrare. Et
B. Hieronymus in pſalmo: Electos Iſraël im-
pedivit, impediuntur & nunc electi eccleſiæ
ſi non ipſi quoque ſacerdotes innocenter ſacri-
ficia percipiant. Quia igitur illicita præſu-
munt, meritò ſuæ actionis ante oculos ſuper-
ni judicis dignitatis ſuæ honore privantur, qui
falſo paſtorum nomine ante homines glorian-
tur. Unde noverint ſe non habere illam apo-
ſtolis atque apoſtolico exemplo viventibus epiſ-
copis collatam à Deo poteſtatem ligandi atque
ſolvendi, juxta beatum Auguſtinum in cano-
nica regula ita dicentem: Illi ſoli ligandi at-
que ſolvendi, ſicut ſancti apoſtoli habent po-
teſtatem, qui illorum exempla cum doctrina
tenent, & ſecundùm regulam apoſtolicam om-
nia communia habent. Beatus quoque papa
Gregorius in Dialogo, Petri vicem in ligando
& ſolvendo obtinent, qui locum ſancti regi-
minis fide & moribus tenent. Et alibi, Jure
privilegium meretur amittere, qui auctorita-
te uſurpat illicita. Quod ſi ad excuſandas ex-
cuſationes in peccatis iniquitatem ſuam quo-
rumlibet ſimilium imitatione palliare voluerint,
qui tamquam religioſi fuerint, & tamen ab

Digitized by Google

expeditionibus non abſtinuerint ; etiamſi aliquem magnæ auctoritatis in aſſenſum ſuum attraxerint ; ego magis credo evangelicæ fidei, ſanctorum patrum veritati, quàm alicui adverſùs tam vera teſtimonia oblatranti, & cum apoſtolo dicere conſultiùs arbitror ; *Si quis annuntiaverit vobis aliquid præter quam quod evangelio datum eſt vobis, anathema ſit.* Qui etiam epiſcopum jubet eſſe ſine crimine, non percuſſorem. Quibus breviter dico, ſi tueri ſe pravo alicujus exemplo, noverint quia ſingularis perſonæ vel cauſæ non præjudicant communi legi & univerſali ſententiæ. Illi itaque ſolliciti ſint epiſcopi circa gregem ſuum, paſcant pauperes eccleſiæ & domeſticos fidei, & cauſa viduarum & pupillorum ingrediatur ad eos, veſtiant nudos, egentium animas refocillent, & cetera paternitatis obſequia filiis ſuis impendant. Sed omnimodis hoc caveant ne ea quæ ob indigentium neceſſitatem eccleſia congregat, & ſervat ; aliquando tollant & in alios uſus nefariè effundant, Chriſti filiorum panem canes comedant, quod omnino non expedit animabus eorum. Invenies & alia innumera divinæ paginæ teſtimonia ; ſed ipſe tibi ex parte mea hæc pauca deſtinavi, ut deſiderio tuo ſatisfacerem. Tu verò, ſi ſapiens fueris, in paucis multa cogitare poteris. Vale.

Gal. 1. 8.

PRIVILEGIUM IMMUNITATIS monaſterio Moſomenſi ab Arnulfo Remenſi archiepiſcopo conceſſum.

Anno 1018. Ex autographo.

ARNULFUS, gratiâ Dei Remorum archiepiſcopus. Credibiliter verum eſt quod dicit ſancta ſcriptura, quia fiducia eſt magna coram ſummo Deo elemoſyna facientibus eam. Ideo pro certo credimus, quoniam maximam habebit remunerationem illa miſericordia, quæ Sanctorum locis & eccleſiis Dei Chriſtique pauperibus fideliter fuerit impenſa. Propterea notum eſſe volo, tam præſentibus, quàm futuris Chriſti fidelibus & noſtris, noſtrorumque ſucceſſoribus, quòd ego in Dei nomine ARNULFUS Remorum gratiâ Dei archiepiſcopus, per conſilium ROTBERTI regis Francorum, & multorum fidelium noſtrorum, eccleſiæ ſanctæ Dei genitricis Mariæ Moſomi, ſecundum etiam quod à prædeceſſore meo ADALBERONE devotiſſimè factum fuerat, per deprecationem BOSONIS abbatis ejuſdem loci quædam bona quæ juris noſtri erant miſericorditer indulſi, ut monachos inibi Deo ſervientes noſtra ſublevarent beneficia, quatenus animæ noſtræ & ſucceſſorum meorum remedio, S. Mariæ & ſervorum ejus ſubveniret oratio. De cujus rebus illi monaſterio tunc pertinentibus, & in futuro pertinere debentibus, cùm anteà multo tempore Romam petiiſſem, & prædictum abbatem mecum haberem, deprecatus ſum humiliter, & obtinui à ſede apoſtolica, ut ille locus Moſomi Romanæ auctoritatis mereretur habere privilegia, quibus acceptis, & aliquot decurrentibus annis, noſtri miniſteriales de Moſomo & judices de Caſtello cœperunt illum locum ſæpe moleſtare, & tamquam ex noſtra rectitudine per bannum & diſtrictum noſtrum ſubortâ occaſione plurimas injurias facere, quia hominibus S. Mariæ in Moſomo & Flabeio manentibus neceſſe erat gemina placita cuſtodire, & vigilias ad caſtrum facere, & in dandis lectis, vel aliis negotiis, ſervitia præbere. Hac de cauſa, cùm eſſem in regis præſentia Lauduni in paſcha, adiit humilitatem & præſentiam noſtram prædictus abbas BOSO, inſinuans ſuam neceſſitudinem, & pauperum ſuorum oppreſſionem ; obſecrans etiam humiliter, ut pro animæ meæ, meorumque ſucceſſorum remedio, facerem de iſta cauſa & oppreſſione aliquam miſericordiam & relevationem ſanctæ Mariæ monaſterio. Quod cùm regi oſtenderem, & cùm ejus conſilio & benevolentia, multorum etiam bonorum hominum deprecatione conventus eſſem, auctoritate quâ debui, & devotione quâ potui, donavi eccleſiæ prædictæ bannum & diſtrictum ſupraſcriptarum rerum, faciens traditionem per manus GODEFRIDI ducis ejuſdem eccleſiæ advocati, præſente etiam Hacecâ jam viduâ, & filio ejus Dudone, qui werpierunt ibi tertiam, quæ de ſuo beneficio erat, ad opus S. Mariæ perpetuò habendum & quietè poſſidendum, ut homines S. Mariæ in Moſomo, vel Flabeio manentes, vel deinceps undecumque ibi manere venientes nullas conſtumias alicui hominum vel poteſtati faciant, niſi abbati & monachis S. Mariæ, nec placita obſervent, nec vigilias cuſtodiant, nec lectos præbeant, niſi ad ſervitium eccleſiæ. Quâ traditione ſolemniter factâ, & banno ſub præſentia regis ROTBERTI legaliter impoſito, ne aliquis homo hoc infringere præſumeret aliquando, etiam ad futurorum memoriam & eccleſiæ libertatem conſervandam, auctoritatis noſtræ ſcriptum impoſui, & ſignari feci, ammonens ex parte Dei ſucceſſores noſtros, ut ſicut ſua ſtatuta eccleſiaſticè facta volunt inviolata manere, ſic hujus noſtræ donationem & ſtatutum eleemoſynæ nullo ingenio patiantur reſcindi vel violari aliquâ ratione. Omnibus verò quos noſtræ auctoritati vinculum Chriſti ſubjugare debet, comitibus, judicibus, præpoſitis, diverſis etiam poteſtatibus, ſub anathemate Chriſti & totius eccleſiæ interdictum facientes, ammonemus ut nullo ingenio, nullâ ratione, nullâ cupiditate ſubripiente, hoc decretum præſumant infringere vel removere. Quod ſi facere præſumſerint, cum Juda traditore Domini ſubjaceant æternæ maledictioni. Fiat, fiat.

Signum ARNULFI, Dei gratiâ, Remenſis eccleſiæ archipræſulis. †Signum ADALBERONIS ſanctæ Laudunenſis eccleſiæ epiſcopi. † Signum FULCONIS Ambianenſis epiſcopi. Signum GERARDI Cameracenſis epiſcopi. † Signum ROTGERI Catalaunenſis epiſcopi. Signum GODEFRIDI ducis ejuſdem eccleſiæ advocati. S. DUDONIS. Signum ODONIS comitis. Signum Hilgaudi. S. Allulfi archidiaconi & vicedomini.

Acta Lauduni, monaſterio S. Mariæ, anno

Digitized by Google

ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu-Chriſti A MXVIII. indictione I. regnante ROBERTO rege Francorum. Ego in Dei nomine, Bardo cancellarius ſcripſi.

PRÆCEPTUM ROBERTI REGIS

Francorum de conſtructis caſtellis Monte-Baſone atque Mirebello, & ne inde aliquod inferatur incommodum monachis Cormeriacenſibus. B

Ex archivis monaſterii Cormeriacenſis.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri JESU-CHRISTI. ROTBERTUS, divinâ ordinante providentiâ, Francorum Rex. Si ſervorum Dei, eorumque maximè, qui ſua omnia relinquentes, Chriſtum ſequi noſcuntur, curam gerimus, & ad divinæ potentiæ in locis Deo dicatis veriùs ſerviendum auxilium porrigimus; id nobis proculdubio ad mortalem vitam proſperè deducendam, & ad æternam feliciter obtinendam, commodum provenire confidimus. C Idcirco notum ſit omnibus ſanctæ Dei eccleſiæ fidelibus, & præcipuè totius regni primoribus, quia adiit regiam culminis noſtri monarchiam FULCO comes, pro commodis & proſpectibus noſtrâ auctoritate ſtabiliendis & roborandis cujuſdam cœnobii, nomine Cormarici, in honore Dei omnipotentis & S. PAULI apoſtoli conſtructi. Ipſe namque FULCO comes conſtruxit ſuo tempore in comitatu Turonico caſtellum, quod vocatur Monſbaſonis, D in terra ipſius cœnobii, & alterum conſtruxit caſtellum in comitatu Pictavino, quod vocatur Mirebellum, terræ ipſius cœnobii proximum. Verentes itaque monachi jam dicti cœnobii, ne eadem caſtella in futurum ſibi, vel ſuis rebus nociva & infeſta exiſtant, adiit nobilis & religioſus abbas ipſius loci, nomine TEUTBALDUS, cum ſuis monachis, præfatum comitem FULCONEM, ut vi ſuâ atque potentiâ, quantùm poſſet, providere & prohibere curaret, ne eadem caſtella jam dicto cœnobio, E nec ullis rebus ſuis umquam violenta forent. Deinde ſuggeſſerunt jam dictus abbas & ſui monachi ipſi FULCONI noſtram adire excellentiam regiam, ut quod ab eo precibus exigebant, ipſe à noſtra ſerenitate efflagitaret, ſcripto & præcepto noſtræ auctoritatis ratum ac ſtabile in perpetuùm confirmare. Idem verò FULCO comes jam dicto abbati & ſuis monachis, utpote maximè religioſis, maximo devinctus amore, quàm potius pro remedio & ſalute animæ ſuæ iſtiuſmodi eorum precibus obtemperando & conſulendo promiſit, ſe ſemper F præſto eſſe & paratum fore. Ideo adiit magnificentiam noſtram, & hæc quæ hactenus depromimus, ſollicitè ſtuduit noſtris intimare auribus. Nos verò ipſius FULCONIS ſuggeſtioni, utpote nobis fideliſſimi, libenter & efficaciter aſſentientes, immò ut gratiam Dei omnipotentis ampliorem mereamur, & ſtabilitate & pace diutina noſtri regni lætemur, interdicimus & prohibemus per hoc ſcriptum & præceptum noſtræ auctoritatis, ut nemo umquam ſit, nec militaris quiſquam, nec quiſpiam homo, nec quælibet perſona de ipſis duobus caſtellis ſupranominatis, nec de cunctis aliis caſtellis, quæ ſunt juris ipſius comitis FULCONIS exiſtat, qui ullum contrarium uſum, neque conſuetudinem, neque violentiam, nec dominatum irrogare audeat, nec præſumat, jam dicto cœnobio S. PAULI apoſtoli, nec ullis rebus ipſius cœnobii, niſi ſicut temporibus anteceſſorum noſtrorum actum eſt: HLOTHARII videlicet Francorum regis, & genitoris noſtri HUGONIS itidem Francorum regis: & temporibus ſiquidem FULCONIS comitis, & GAUSFREDI comitis avi & patris ſæpefati FULCONIS comitis. Statuentes autem præcipimus, vehementerque interminamus, & monemus ne ullus umquam ſuccedentium hominum, cujuſcumque poteſtatis, vel conditionis exiſtat, qui hoc noſtræ auctoritatis ſtatutum in aliquo violare audeat, ne impietas ejus ac ſuperba temeritas, pœnas ultrices, Chriſto judice, luat. Atque ut hæc noſtri ſtatuti & præcepti auctoritas, firmum inviolabilemque obtineat vigorem, manu propriâ ſubter eam firmavimus, & anulo noſtro aſſignari juſſimus.

Signum ROTBERTI glorioſiſſimi regis.

GOTFRIDUS monachus ſcripſit, ad vicem FRANCONIS cancellarii: & ipſe FRANCO manu propriâ ſubſcripſit.

PRIVILEGIUM ROBERTI REGIS

pro monaſterio Cormeriacenſi, & ejuſdem confirmatio per Philippum Auguſtum.

Ex archivis monaſterii Cormeriacenſis.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Amen. PHILIPPUS Dei gratiâ Francorum rex. Noverint univerſi præſentes pariter & futuri, quòd nos cartam felicis memoriæ ROTBERTI quondam Francorum regis, prædeceſſoris noſtri, inſpeximus in hæc verba. In nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri JESU-CHRISTI. ROTBERTUS divinâ ordinante providentiâ Francorum rex. Si ſervorum Dei, eorumque maximè, qui ſua omnia relinquentes, Chriſtum ſequi noſcuntur, curam gerimus, & ad divinæ potentiæ in locis Deo dicatis veriùs ſerviendum auxilium porrigimus; id nobis procul dubio ad mortalem vitam proſperè deducendam, & ad æternam feliciter obtinendam, commodum provenire confidimus. Idcirco notum ſit omnibus ſanctæ Dei eccleſiæ fidelibus, & præcipuè totius regni noſtri primoribus, quia adiit regiam culminis noſtri monarchiam FULCO comes pro commodis & profectibus noſtrâ auctoritate ſtabiliendis & roborandis.... cœnobii nomine Cormarici, in honore Dei omnipotentis & ſancti Pauli apoſtoli conſtituti, à priſcis & Deo obſequentibus fideliter abbatibus, ſcilicet ſancti & peculiaris noſtri patroni MARTINI.... ſummi & dignè Deo colendi Theologi Pauli honore conſtructum, & maximâ copiarum & opum datione ditatum, & numeroſâ Chriſto famulantium monachorum ſtipatione locatum, & à prædeceſſoribus noſtris bonæ

Digitized by Google

& dignæ memoriæ parentibus iſdem præfatus locus cum digno honore eſt habitus, & privilegiali præceptione imperialiter ſtabilitus, reſque ibidem undique conceſſas ſub atteſtatione regali præfato monaſterio, cum omni deliberatione ſubſtituere omnimodis ſanxerunt. Ego quoque juſtis ac piis conſiliis piè aures accommodans, ſalutiferiſque petitionibus libentiſſimo annuens animo, prælibati comitis agnitâ piâ & fideli petitione, annuere ſategi. Idem namque locus in ſpeciali regum dominatu priſcorum antiquitùs viſus eſt. Sed prohibente plurium infeſtatione nefandorum civium, qui ſeu ratem in fluctivagos pelagi diſcurſus deificam ſemper inſectantur eccleſiam, coactus abbas ejuſdem loci & monachi aggredi regiam cogitavit ſerenitatem, quatenus illius tutor pro nimia inquietudine, & defenſor pro infeſtationibus ſibi obſiſtentium ex proviſione reſtitueretur regia. Quorum voto aſſenſum regia præbens majeſtas, tutorem illius, ſeu advocatum ipſum FULCONEM, videlicet proavum iſtius FULCONIS, qui illis vicinior, & potentior poſt regem tunc temporis videbatur. Poſteri quoque illius deinceps illam abbatiam in ſuum redegere dominatum. Verens igitur ſupradictus comes exaltationem ſuæ progeniei, vel pavens ne fortè quilibet ſuorum, ſeu ipſe, ſuadente ſatanâ, victus philargaria, eam in poſterùm aut diſtrahat cuicumque exteræ perſonæ, ſeu in quolibet beneficium ſubdat. Hujus commodi cauſâ, necne, inſtigatus obnixè à venerabili jam dicti loci domno RICHARDO abbate, & ſibi ſubjectis monachis, quatenus à me expoſceret quod privilegiali edicto hoc vetare & prohibere debeamus, quod & facimus. Præcipiens & mandans auctoritate regali, & obteſtans per deificum nomen ſanctæ & individuæ Trinitatis, ut nemo temerario auſu præſumat eamdem abbatiam in dominatione alicujus perſonæ transfundere; ſed ſit in ſalva cuſtodia & deffenſione FULCONIS comitis & ſucceſſorum ejus. Quod ſi quis conatus fuerit iſtiuſmodi rem attentare, non omnino quod cupit vindicet, & ad noſtrum tutamen & dominium idem locus revertatur, ſive ſucceſſorum noſtrorum, & deinceps nulli dominatui ſubſiſtat, niſi regio. Si quis autem, quod non credimus, hanc præcepti adſcriptionem regiam populari audacter conaverit, ac timidè deſerere voluerit, cum Datan & Abiron, atque cum his qui dixerunt Domino Deo: *Recede à nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumus*; & cum Herode parvulorum necatore, necnon cum Nerone apoſtolorum Petri et Pauli, & multorum martyrum interfectore, ſeu cum Aureliano impiiſſimo lictore, & cum Juda traditore Domini portionem habeat, & anathema maranata, atque in pœnis infernalibus perpetualiter concremandus exiſtat. Et ut hoc noſtræ auctoritatis emolumentum per ſuccedentia annorum curricula ab omnibus veriùs credatur, & attentiùs obſervetur, anuli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri, & monogramma noſtri nominis decenter mandavimus adſcribi.

Signum ROTBERTI glorioſiſſimi regis.

Nos igitur piorum prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes, divinæ pietatis intuitu, & ob reverentiam beatiſſimi confeſſoris MARTINI, qui prædictum cœnobium inſtauravit, privilegium beatæ memoriæ ROTBERTI, quondam Francorum regis, prædeceſſoris noſtri, ſicut ſuperiùs eſt expreſſum, ratum eſſe volumus & firmum; & ut perpetuæ firmitatis robur obtineat, ſigilli noſtri auctoritate, & regii nominis caractere inferiùs annotato, ſalvo jure noſtro & eccleſiæ B. MARTINI Turonenſis, præſentem præcepimus roborari.

Actum apud Meledunum, anno Domini MCCXX. regni verò noſtri XLI. adſtantibus in palatio noſtro, quorum nomina ſubpoſita ſunt & ſigna. Dapifero nullo. S. GUIDONIS Buticularii. S. BARTHOLOMÆI Camerarii. S. MATHÆI conſtabularii. An. 1220.

Data vacante cancellariâ.

CARTA BEROLDI DE SAXONIA proregis Arelatenſis, pro Taluerienſi monaſterio in diæceſi Gebennenſi.

Anno 1020. *Ex archivis Taluerii.*

BERALDUS DE SAXONIA prorex Arelatenſis pro rege potentiſſimo RADULFO, & ab auguſta majeſtate imperii creatus vicarius, natis & naſcituris notum facimus quòd adveniens ego in pago Albanenſe in loco quo dicitur *Talluere*, inveni eccleſiam & monaſterium quod fundavit dominus meus rex ad honorem B. Mariæ & SS. Martini & Benedicti, in regimen & uſum domni abbatis S. Martini (a) Sapiniacenſis, & omnium ſucceſſorum ejus, in laudibus Dei famulantium in dicto loco de Talueris, & de habitu & regula SS. patris BENEDICTI ſicut ſunt, & in futuro erunt. Quod monaſterium cum omnibus ſuis bonis, feudis, juribus, & pertinentiis, ſicut majores mei habuerunt, & maximè habet dux noſter imperator, in ſuo ſalvo guardagio & ſecura tutela, accepimus & habemus eorum veſtigiis inhærentes. Audientes præterea affectionem quam habuerunt prædeceſſores noſtri ad monaſterium beati Martini de Sapiniaco, & ad dictam eccleſiam de Talueris, volumus & declaramus, quod ſucceſſores noſtri habeant & recipiant ſicut habemus & recipimus in ſalva tutela cuſtodia, manutentia, & ſecuro guardagio, prædictum locum de Tallueriis cum omnibus ſuis bonis & appenditiis, item priorem monachum familiarem & eorum ſervitores omnes ſub pœna judicii omnipotentis Dei; & qui illis benefecerit ſit benedictus; qui verò moleſtaverit, maledictus ſit in ſempiternum. Amen. Amen. Actum in eo loco de Tallueris, laudante domino meo imperatore & genito meo cariſſimo (b) UMBERTO anno MXX. ſub ſigillo meo & ſigno manuali in menſe Julio. † Beroldus, † Umbertus filius.

(a) Vulgo Saviniacenſis in diæceſi Lugdunenſi.

(b) Ex hoc loco certum & indubitatum manet Beroldum Arelatenſis regni proregem, quod hactenus apud autores minimè conſtitit, filium habuiſſe nomine Humbertum.

Digitized by Google

DONUM BERNARDI COMITIS factum monaſterio Arulenſi.

Anno 1021. Ex autographo Arulenſi.

IN nomine Domini JESU. Nos qui ſumus tutores & elemoſynarii BERNARDO quondam comite, OLIBA epiſcopus, & WIFREDUS epiſcopus, & WIFREDUM comitem, & TOTA comitiſſa, & WIFREDUM abbatem, & BONIFILIUM abbatem, & TASSIONEM abbatem, & RAYMUNDUM ſacerdotem, & WILLELMUM vicecomitem, & iterùm WILLELMUS de ipſa Cluſa, JOHANNES de Caſtro Biſulduno, BERENGARIUS de Feneſtras, & WIFREDUS de Caſtro Portella, & SONIFREDUS judex. Certum quidem & manifeſtum eſt enim, quia præcepit nobis BERNARDUS comes ſupraſcriptus, ſicut juratum & roboratum habemus in ſerie conditionis ut ſcripturam donationis feciſſemus de ſuo alode ad cœnobio S. Mariæ Atulas, ſicuti & facimus. Donamus ad ſupraſcriptum cœnobium ipſum alodem, quod ſupraſcriptus BERNARDUS adquiſivit de Egfredo archilevita in comitatu Valle aſperi, quod Arbertus tenet: & de alio manſo quod in ibidem loco ſupraſcriptus Bernardus tenebat, hæc ſupranominata omnia donamus & tradimus in dominatione ſupraſcripto cœnobio S. Mariæ, ut ab hodierno die & tempore in ſuo jure maneat mancipatus perenniter, propter remedium ſupraſcripti Bernardi comiti. Quod ſi nos donatores, aut ullus vivens homo qui contra hanc ſcripturam donationis venerit pro inrumpendum, non valeat vendicare quod repetit: ſed componat iſta ſupranominata omnia in triplo cum omni ſua inmelioratione. Et hæc ſcriptura ſemper maneat inconvulſa. Facta hæc ſcriptura donationis III. Idus Octubris, anno XXV. regnante Rodberto rege.

OLIBA S. Auſonenſis eccleſiæ epiſcopus, licèt indignus, & abbas. †

Signum WIFREDUS gratiâ Dei comes. †

BONIFILIUS abba †. RAYMUNDUS ſacerdos †. WIFREDUS monachus, nutu Dei abbas †. JASSIO monachus. SONIFREDUS judex.

AURIOLUS levita, qui iſta donatione ſcripſi & ſubſcripſi die & anno quod ſuprà.

DOTALITIUM REINALDI comitis Senonenſis.

Anno 1023. Ex archiv. S. Columbæ Senonenſis.

QUando omnipotens Deus, carens initio & fine, cuncta quæ ſunt viſibilia & inviſibilia verbo creavit ex nihilo, poſt omnem creaturam hominem formavit de limo terræ. Videns etenim Dominus non eſſe bonum hominem ſolum, dedit ei ſimile ſibi adjutorium. Splendor verò gloriæ & figura ſubſtantiæ manens Verbum ante ſæcula perfectus homo creatus eſt juxta finem ſæculorum, conceptus eſt Spiritu-ſancto, & natus ex MARIA Virgine, A qui noſtram naturam ſuſcepit abſque peccato, & nos liberavit de ſerpente antiquo, ſuum piiſſimum nuptiis voluit adeſſe vultum, & potenti mirabilique virtute limpham convertit in vinum, & ſic præclariſſimo poculo lætificavit nuptiale convivium. Ipſe itaque diſpoſitor atque ordinator omnium creaturarum, qui nuptias conſtituit, & ſuâ ſanctâ præſentiâ eas inluſtravit, ordinavit ut ex eis procederent ſancti & electi, qui pro diverſis meritis ſanctorum B angelorum efficerentur ſocii. Quapropter ego REINALDUS credens à Domino conſtitutas eſſe regales nuptias, volo per Dei miſericordiam, more prædeceſſorum meorum, conjungere mihi mulierem, nomine JUVILLAM, quatenus ſint nobis filii & filiæ, Domino concedente, qui eum adorantes, verè mereantur poſt curſus hujus vitæ, ad vitam beatam tranſire. Sed præcipiuntur leges humanæ ſponſo ſponſam ſuam ex propriis dotare. Ideoque ego C REINALDUS ſponſus, ex proprietate mea concedo tibi de hereditate mea quæ eſt in pago Senonico, in villa quæ dicitur Baſſeyus, totam partem meam, vineas ſcilicet cum pratis, terris, ſylvis, cultis & incultis. Item in eodem pago, in villa qua vocatur Flaceyus, partem meam de hereditate, aquas videlicet, cum pratis, terris, ſylvis, cultis & incultis. Item in pago Altiſſiodero, in villa quæ vocatur Juilleyus, totam partem meam, vineas cum pratis, aquis, ſylvis, terris cultis & incultis. Item in alio lo-D co, in Waſtinenſi pago, totam partem meam Alodi de monte Edonis, molendinum, cum aquis, pratis, terris, ſylvis, cultis & incultis. Et de mancipiis meis Olmerum cum uxore & infantibus ſuis, Beraldum cum uxore, Gorcelinum cum uxore & infantibus ſuis, Olbertum cum uxore & medietatem de infantibus ſuis, Noë cum uxore & infantibus ſuis, Oldebaldum cum uxore & infantibus ſuis, Noë cum uxore & infantibus ſuis, Beralnicum cum uxore & infantibus ſuis, Widbertum cum uxore & infantibus ſuis, Durannum cum uxore & in-E fantibus ſuis, Trodonem cum uxore & infantibus ſuis, Fulconem cum uxore & infantibus ſuis. Hæc omnia ſuperiùs ſcripta per hanc donationem dono tibi ſponſæ meæ, ut exinde liberam ac firmiſſimam habeas poteſtatem faciendi. Si verò, quod nec fieri credo, aliqua perſona contra hoc dotalitium venerit, præjudicare non valeat, ſed inſuper coactus exſolveat auri libras CC. & hoc dotalitium firmum & ſtabile permaneat, ſtipulatione ſubnixa. Actum publicè. Signum REINALDI, F qui hoc dotalitium fieri juſſit. Signum Gatberti. Signum Dodonis. Data menſe Julio, anno XXVII. regnante ROBERTO rege, regnante HUGONE filio ſuo anno ſecundo. Signum.... qui hoc dotalitium compoſuit in nomine Domini.

Digitized by Google

PRÆCEPTUM HENRICI imperatoris Degenhario abbati Morbacenſi conceſſum.

Monaſterii privilegia, & jus eligendi abbatis confirmat.

Anno 1023. Ex cartario Morbacenſi. IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Heinricus, divinâ favente clementiâ, Romanorum imperator auguſtus. Si loca divinis cultibus mancipata, propter amorem Dei ditamus, & in eiſdem locis ſibi famulantibus beneficia oportuna largimur, præmium nobis apud Deum æternæ remunerationis rependi confidimus. Proinde omnium fidelium noſtrorum, tam præſentium, quàm & futurorum noverit induſtria, quia vir venerabilis DEGENHARDUS abbas ex monaſterio *Morbach*, quod eſt conſtructum in honore ſanctæ Dei genitricis ſemperque virginis Mariæ, ſanctique Petri principis apoſtolorum, & ſancti Leodegarii martyris & epiſcopi, detulit obtutibus noſtris auctoritates immunitatum domni OTTONIS ſecundi Romanorum imperatoris, in quibus continebatur inſertum, qualiter ipſum monaſterium cum rebus & hominibus ſibi juſtè ſubjectis, ob amorem Dei, tranquillitatem fratrum ibidem conſiſtentium ſub pleniſſima defenſione eorum & immunitatis tuitione haberetur, & pro rei totius firmitate cariſſima noſtra contectalis CUNIGUNDA, Argentinæ civitatis VERENHARIO epiſcopo comite, nos poſtulavit ut hujuſcemodi noſtræ auctoritatis immunitatem erga ipſum monaſterium, ob reverentiam ipſius ſancti loci hac noſtrâ renovaremus atque confirmaremus auctoritate. Nos verò petitioni pro Dei amore, & noſtræ mercedis augmento, libenter annuimus, & hoc præceptum inde conſcribi juſſimus, per quod eis omnia loca quæ vel tempore EBERHARDI & LUIDEFRIDI, uſibus eorum conceſſa ſunt, & modò in eorum veſtitura tenentur ad ſuum peculiare, & quæ injuſtè abſtracta noſcuntur, noſtrâ imperiali auctoritate omnia eis concedimus ac roboramus, eiſque inter ſe eligendi abbatem, qui eiſdem rebus fratrum præeſſe poſſit, quandocumque neceſſe ſit, liberum concedimus arbitrium. Inſuper etiam imperiali ſceptro ſancimus, ut nullus comes, aut judex, ſeu quælibet præpotens perſona, manſiones in illis locis habere, aut paratas exquirere præſumat; ſed eis liceat quieto ordine degere, & regulariter Domino militari, theloneum videlicet juxta antiquas anteceſſorum noſtrorum conceſſiones, ab eis, vel eorum hominibus per omnes regni noſtri fines, neque in urbe, neque in via, neque ad pontes, ſeu aliquæ ſtricturæ, nullomodo accipiantur, vel quærantur. Et ut hoc noſtræ confirmationis præceptum firmum ſtabileque permaneat, manu noſtrâ illud ſubterfirmavimus, ſigillique noſtri impreſſione inſigniri præcepimus.

Signum domni HEINRICI Romanorum inviĉtiſſimi imperatoris auguſti.

BUNTHERIUS cancellarius, vice ARIBONIS archicapellani, recognovit.

Data VII. Cal. Octobris, indict. VI. anno Dominicæ Incarnationis mill. XXIII. anno verò domni HEINRICI ſecundi regnantis XXII. imperii autem XI.

Actum Baſileæ feliciter. Amen.

CARTA EBALI REMENSIS archiepiſcopi pro monaſterio Moſomenſi.

Reſtituit ei eccleſiam Duziaci, quam antiquitùs poſſederat.

IN nomine ſummæ & individuæ Trinitatis. Ego EBALUS, ſupernâ largiente gratiâ, licet indignus, ſanctæ Rhemenſis eccleſiæ archipræſul. *Anno 1024. Ex autographo.* Notum volumus eſſe univerſis viris religioſis, clericis, necnon & fidelibus laïcis, quòd venerabilis abbas S. MARIÆ Moſomenſis eccleſiæ, Boso vocitatus nomine, adiit noſtræ parvitatis præſentiam, humili devotione rogans ut eccleſiam in villa quæ dicitur Duziaco ſitam, eccleſiæ ſibi Dei nutu commiſſæ antiquitate ſubjectam, ſed negligentiâ & incuriâ ſuorum anteceſſorum aliquandiu ſubſtractam, amore Dei & causâ parvitatis loci, ſeu remedio animæ meæ, anteceſſorumque meorum, ad ſupplementum victûs fratrum inibi ſub regula ſancti Benedicti militantium reſtituerem. Cujus humili petitioni, penuriæ loci compaſſus, aſſenſum præbui, eamque prædicto loco, nonnullis fidelium coram aſtantibus, prout jam ex voto deſtinaveram, reddidi auctoritate Dei omnipotentis, ſanctæque MARIÆ ejus genitricis, omniumque ſanctorum, necnon pontificali decreto noſtræ auctoritatis interdicens, ne ullus noſtrorum ſucceſſorum jam dicto loco aliquo modo eamdem ſubtrahat eccleſiam, vel præjudicium faciat. Et ut hæc noſtra donatio per ſuccedentium temporum curricula, firma & inconvulſa, & abſque ullâ contradictione iniquorum virorum quieta permaneat, manu noſtrâ firmavimus, noſtrorumque fidelium manibus roborandam tradidimus.

Signum EBALI Remorum archipræſulis. S. ADALBERONIS epiſcopi †. S. Hugonis archidiaconi, S. Harduini archidiaconi, S. Alulfi præpoſiti, S. Johannis decani, S. Balduini, S. Guntramni, S. Albrici, S. Gibuini, S. Haduini, S. Yvonis, S. ...rlebaldi, S. Rodulfi, S. Rambradi, S. Bevonis, S. Richeri, S. Regeri.

Actum Remis, regnante rege ROBERTO XXXVIII. (*a*) anno epiſcopatûs domni EBALI II. indictione VIII.

Ego ODALRICUS cancellarius ſcripſi & ſubſcripſi.

(*a*) Quo ſcilicet cum patre Hugone regnare cœpit.

CARTA

Digitized by Google

A

.RTA ROBERTI ARCHIEPISCOPI .otomagenſis pro eccleſia Rotomagenſi.

.firmat ejus poſſeſſiones ablataſque reſtituit

UNiverſis eccleſiæ filiis ubique locorum in fide catholica firmiter fixis Roberr-s gratia Dei archiepiſcopus Rotomagen- B eccleſiæ ejuſque nepos Robertus nu-divino princeps totius Normanniæ. Mona-ium in honorem ſanctæ Mariæ Dei & ho-nis matris Virginis dedicatum nimis terrenis uatuum ſtipendiis nos invenimus, ipſumque hoc officiis cæleſtibus parum indulgere. jus miſeriæ condolentes, & eam intima npaſſione ferentes, ductu evangelico per di-am ſenſimus inſpirationem ipſum ſicut us Dominum poſitum eſſe in ruinam mul-um & in reſurrectionem. C Hoc autem ſæpe oluto & diligenter diſcuſſo, conſcientiæ no-e hujuſmodi gravem pertulimus morſum, improperanter nobis objiceretur illud pro-.ticum: *Non aſcendiſtis ex adverſo, nec op-uſtis vos murum pro domo Iſraël, ut ſtaretis prælio in die.* Cum inſuper etſi non noſtris ritis, largiente Domino, & pejorandi & liorandi hanc conditionem in nobis poſita :t ditio: quod adhuc qualiter eſſem, cum riori vigilantia requiſitum & expreſſuri fie- D indagatione inventum: videndo quod fa-ntes & conſentientes pari pœna conſtringit; uſquiſque noſtrûm alieni facinoris ſenten-m in caput ſuum redundare præſenſit, ſi viden aliorum miſerabiles lapſus, in laqueos quos ſconderunt, & in quibus comprehenſi erant, nprehendi non timeremus: maximè cum duplicandum ſive damnationem ſive præ-um, nobis hæc duo ſuppeterent, ac tota facili-:e faverent, & à præcipitio iſto cavere & præ- E ɔitatis manum reparationis extendere. His ɔmnino accommodantes animum, ſtatuimus neficia eccleſiæ diſperſa recolligere, recol-ta in unum remittere, remiſſa æqualiter dinare; videlicet in ſupradicti loci eccleſia-corum uſus: nominatim ad communes fra-ım inibi ſervientium ſumtus; quod fide-m noſtrorum conſultu, amicorum hortatu, .m ex voluntate patuiſſet, ex actu firmavi-ıs manibus noſtrorum & noſtris, annuimus F ctis, authoriſavimus & adhuc authoriſamus ; ſcriptis, ut ſic per nos factum à Deo, con-matum ab hominibus, maneat inconcuſſum modo & uſque in ſempiternum. Verùm ne rrarum nomina ibi pertinentium legentibus l audientibus ſi mixtim ponantur gignant fa-dium: voluimus prius ſeorſum ponere, quæ ic congregata reperimus, & poſtea quæ alior-m diſperſa illuc aliunde congregavimus. Hæc ıæ ſequuntur ibi pertinentia, illic invenimus G ſervata. In comitatu Rotomagenſi partem llæ cujus nomen eſt Petrivallis, in pago qui citur *Talou* partem villæ unius quæ *Grinvilla* ɔcatur, & eccleſiam villæ Bruchemontis vo-

catæ & ſex hoſpites apud Londinarias & totidem apud Cleidas, aliaſque ex integro villas quæ ſic vulgariter nominantur Anſguivillam, Spinetum, Buxetum, Durandi-villam, Baillulettum, ſanctum Vedaſtum cum eccleſia & molendinis, & has totas cum omnibus quæ pertinent ad eas, tam in aquis, quàm in terris. In vilcaſſino Francico unam villam Vi vocatam, cum omnibus quæ pertinere videntur ad ipſam. Hæc ut eſt ſuperiùs prælibatum reperimus. Iſta verò quæ ſubnotantur, ibi Deo auxiliante, reſtituimus. In Vilcaſſino Normannico duas villas, unam nomine Nielfam, alteram *Hilbolcurt* dictam cum eccleſiis & molendinis, & Anfridi villam cum cunctis tam in aqua quàm in terra earum appenditiis, in ipſo eodemque pago medietatem villæ unius quam *Teillet* nominant cum eccleſia tota, & eccleſia d'*Ecoi*, & villam quam Macerias nuncupant: & rurſus villam quæ Panilloſa dicitur, necnon villam quæ Travailliacus nominatur, dimidiam partem in Baſtchot-villa, & quatuor capitales hoſpites in Marculfi-villa, & duas dimidias centum & quinque acras in Julvilla, & in Cutuert-villa XII hoſpites cum tota eccleſia. Adhuc autem in ipſo eodemque pago ſuper fluvium qui vocatur Andilla, quatuor partes villarum, quæ vocatur Dotvilla, & ſuper eamdem aquam Bodeleti, partem mediam, & quicquid pertinere debet ad ipſam extra hæc in villa quæ dicitur Colnella, partem quam ibi habuit quædam mulier quæ vocata fuit Walburga, & adhuc locum dedit volente ſimul & donante ſorore ſua. In comitatu Rotomagenſi medietatem villæ *Ernelmant* dictæ, & duas partes cum eccleſia alterius villæ Franchevillula vocatæ, & aliam villam *Putlou* nuncupatam. In comitatu *Talou* ſuper fluvium qui vocatur Eta Culverti-villam cum univerſis quæ pertinendo pendent ex ipſa. In comitatu eodem alteram villam *Bruchemont* dictam, cum cunctis quæ conſtat pertinere ad illam. Adhuc autem & in ipſo eodem pago, tres villas ſcilicet Scultierti-villam, Cleidas, Lundinarias cum eccleſiis & molendinis, omnibuſque tam in aqua quàm in terra earum appenditiis. In comitatu Oiſmiacenſi villam quæ dicitur *Niſtanes* cum eccleſiis & molendinis & omnibus ad eam pertinentibus. In ipſo eodemque pago, duas villas *Leyſan* & *Bolonem* vocatas, cum eccleſiis & molendinis, & pratis, ac univerſis earum appenditiis. Adhuc autem & in ipſo eodem pago in villa quæ Oillacus dicitur triginta tres partes, quæ vulgo *Manſloth* dicuntur. In Cailliaco pago Brittam villam cum eccleſia quam Bernardus dedit & dimidiam partem alterius Brittæ-villæ, & duo molendina, juxta murum quæ dedit Richardus ſecundus. In pago Beluacenſi Cramiſiacus & partem terræ in villa quæ dicitur *Mantatier*, & in Ebroacenſi pago Northmanivillam & *Cader* & ſanctum Germanum, quas dedit Richardus primus, de *Douvrent* citeriorem partem cum Anſgerivilla, & eccleſiam quæ in ulteriori aquæ ripa ſita eſt.

Signum Hugonis. † Signum Garnerii. † Signum Roberti archipræſulis. † Signum principis Rodberti. † Signum Henrici abbatis. † Signum Gisleberti comitis. † Signum Willelmi. † Signum Roberti comitis filii.

PRÆCEPTUM RADULFI REGIS Burgundiorum, eccleſiam ſancti Nicolai de Poliniaco S. Odiloni ac monaſterio Cluniacenſi concedentis.

Anno 1029. Ex archivis cameræ computorum Divion.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Radulfus, Dei gratiâ Burgundiorum rex. Sicut certum eſt quia Dei potentis non quippe ſine quo poteſtas non eſt: ita quoque liquet quod potentum opera interrogabit. Et ob hoc nobis ſummoperè curandum eſt, ut cùm vel prodeſſe, vel obeſſe, ipſo diſponente, poſſumus, noſtrum poſſe ſub ejus nutu penitus ſubigentes, & honori ſanctæ ejus eccleſiæ proficiat, certatim faciamus. Itaque priſcæ ſeriem conſuetudinis, regalemque chriſtianæ religionis morem conſiderantes, totis niſibus, totoque mentis affectu imitari cupimus, & quod ipſi duxerunt ad eccleſiaſticæ celſitudinis curam, nos ſpiritualibus armis, & clypeo dominicæ protectionis defendi eamdem curæ ſollicitudinem ſubintremus, ſicut qui Deo famulantibus placabiles miſericorditer extiterunt. Quapropter cunctis, tam regibus, quàm reliquarum dignitatum perſonis, præſentibus vel futuris notum ſit, quod petiit à nobis quidam fidelis noſter Reinaldus comes filius Othonis cognomento Willelmi viri illuſtriſſimi, quatenus Cluniacenſi cœnobio in honore primorum cœli, Petri videlicet & Pauli conſtructo, cui præeſt Reverendus Pater Odilo, concederemus per hoc noſtræ auctoritatis præceptum eccleſiam, ſive monaſterium in honore Dei & Salvatoris Jesu-Christi, ejuſdemque genitricis Mariæ, ſanctique Petri apoſtoli, necnon & ſancti Nicolai confeſſoris almi conſecratum, ad habitandum ibi Cluniacenſes monachos, qui tam pro noſtra, quàm omnium ſalute, Deo aſſiduè preces & vota perſolvant. Concedimus ergo jam dicto cœnobio præfatum locum, ſitum in epiſcopatu Veſuntionenſi juxta Polliniacum, in loco qui rectè Vallis vocatur conſtitutum, cum terra & decimis, ſeu omnibus ſibi pertinentibus, & à bonæ memoriæ Othone cognomento Willelmo, ſive Reinaldo ejus filio, vel ab aliquo poſſeſſore ibi collatis ſeu conferendis, & cunctis ibi undecumque in regno noſtro adquiſitis, vel in perpetuum adquirendis. Ad præſens quoque quatuor ferreas caldarias, ſituſque earum in ſalinis, & vineas quæ quondam fuerunt Beatricis, & omnia quæ Cluniacenſes monachi in prædicto burgo adquiſierint. In burgo etiam Gioſonenſi, quod quia ibi acquiſierunt, vel præterea adquirere potuerunt, villam denique Glenonem, cum eccleſia & decimis, cum ſervis & ancillis, cum vineis, ſylvulis, pratis, ruribus, campis, paſcuis, omni omnino terra culta videlicet & inculta, cum cunctis ubicumque poſitis ad eamdem villulam pertinentibus. Villam quoque Mediolanum, eccleſiamque, cum decimis, & omnibus ſuis pertinentiis, maximèque æternam conſuetudinem in ſylva Maydunenſi: villam quoque Veſanenſem, cum eccleſia & decimis, & cunctis ad eamdem villam pertinentibus, locum etiam qui dicitur Mutua, & omnia ad ſe pertinentia. Sed & Guntherium Popilianenſem, cum omnibus quæ ipſe viſus eſt habere, tam in alodis quàm in beneficiis comitum, & cuncta omnino poſſeſſione ejus, piſcariam quoque Guiriacenſem, cum omni terra ad eam pertinenti. Præfati igitur Reinaldi comitis, vel aliorum fidelium noſtrorum obtemperantes petitioni, cum conſenſu conjugis Yrmengardis, concedimus, ſicut dictum eſt, Cluniacenſi cœnobio omnia ſuperiùs memorata, ac velut jam diximus deinceps adquirenda, ad tenendum & jure perpetuo poſſidendum, ſine cujuſlibet perſonæ, vel nobis ſuccedentis in regno, vel alterius cujuſcumque ordinis ſeu dignitatis contradictione, vel ullâ ab aliquo ibi retentâ conſuetudine. Et hoc ut à nobis veriùs credatur, & à poſteris noſtris non frangatur, propriâ manu noſtrâ roboravimus, & ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus.

Signum domni Radulfi regis.

Actum Logis, anno Incarnationis MXXVIIII. regnante Radulfo rege, anno XXXV.

FUNDATIO (a) PRIORATUS S. Petri de Salve.

Anno 1029. Ex cartario Gellonenſi.

ANno MXXIX. quo Dominus omnipotens Verbum ſuum archangeli nuncio dirigens ad terras, unà cum Spiritu-ſancto, conſtituit incarnari, animatumque corpore procedere velut ſponſum de thalamo ſuo. Cujus quoque ſacra nativitas ut terris eſſet data, glorioſiſſimè eſt cunctis fidelibus manifeſtata, paxque per ſummos cœleſtis patriæ cives hominibus bonæ voluntatis eſt directa. Quæ pax ab ipſo Domino noſtro Jesu-Christo diſcipulis tradita eſt, dicente: *Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis.* Et ut pax Chriſti, & ejus miſericordia nos ſibi gratificet, atque peccata noſtrorum genitorum ſeu noſtra, deleat largitor omnium bonorum Deus, atque in futuro examine nobis vitam æternam tribuat. Ego Garsindis, & filius meus Bermundus, & frater ejus Almeradus donamus Domino ſanctoque Salvatori Gellonenſi, & ſanctæ cruci, quæ in eodem loco mirifico coruſcat decore, fulgetque miraculis, & beato Guillelmo in eodem Gellonenſi monaſterio quieſcenti, eccleſiam ſancti Petri in caſtro quod dicitur Salveiis, ex noſtra propria hereditate, ut ſit in dominio atque ditione, ſeu jure ſupradicti altaris ſancti Salvatoris Gellonenſis, & ſanctæ Crucis, ſan-

(a) Hanc fundationem neſcio unde acceptam edidit Catellus in Hiſtoria comitum Toloſ. ſed omnino mutilam & majori ex parte decurtatam. Integram & ſanam hic reſtituimus ex cartario Gellonenſi.

Digitized by Google

ıue Guillelmi & abbatis GAUSFREDI, mo- A
hiſque præſentibus & futuris in perpetuùm.
nc verò donationem facimus cum omnibus
acentiis ſuis quæ poſſidet, poſſidereque vi-
ur, honorem, ſeu ſubſtantiam, ut abbas ſu-
dictus, congregatioque jam dicti Gellonen-
cœnobii, illum locum peragant, ordinent-
: in monaſterium in perpetuò ſibi ſubditum.
ipſe locus jam dictus ſancti Petri Salvæ, loco
ranominato Gellonis cenſum omni anno
dat viginti ſolidorum, decem videlicet ad B
tivitatem Domini, decemque ad feſtivita-
ı ſancti Petri, quæ celebratur IIII. Kalen-
Julii. Hanc verò elemoſynam, quam do
redemptione animæ meæ ſancto Salvatori,
ctæque Cruci, atque ſancto Guillelmo, ab-
i GAUFREDO, monachiſque præſentibus
uturis Gellonenſibus in cœnobio Deo mili-
tibus manu propriâ firmo, firmarique his
ılibus teſtibus rogo. WILLELMUS comes
loſanus firmat. FROTERIUS epiſcopus fir- C
t. ATO vicecomes firmat. BERENGARIUS fir
t. BERENGARIUS firmat. ILISIARIUS fir-
t. ALMERADUS firmat. ARDMANDUS fir-
t. BARNORIUS firmat. FREDOLUS firmat.
RALDUS firmat. BERNARDUS firmat. AL-
ERIUS firmat. PETRUS firmat. PONTIUS fir-
t STEPHANUS firmat. BERMUNDUS de Su-
rio firmat. EMENONUS de Sabrano firmat.
EPHANUS de Gajano firmat. PETRUS de
ıduza firmat. BERNARDUS abbas firmat. PE-
US de Clareto firmat. BERNARDUS de ipſo D
ſtro firmat. FRAMALDUS de Lecas firmat.
ıne ſi quis contra hanc noſtram elemoſynam,
ı donationis paginam, aliquid fecerit, vel
ntaverit contrarium, verbo, ſubſtantiâ, ſcripto
conſilio, ſive epiſcopus, abbas, monachus, cle-
cus, laïcus, miles, & de ſubjugo arciſterii Gel-
nenſis, & abbatis, atque congregationis loci
ſius abſtulerit, omnibus benedictionibus pri-
ıtus, maledictionibuſque novi & veteris Te-
amenti repletus, ſegregatuſque omnium ſan-
orum cœtu, æterno igni cremandus trada- E
ır cum Juda, Dathan, & Abiron, in ſæcula
eculorum. Amen. Charta verò hujus dona-
onis, vel mercedis, omni tempore maneat
rma & ſtabilis. Siquis verò ſæcularis ſæculo
nuntiare voluerit, in eodemque loco fratri-
us ſe ſociari petierit, non ibi faciat petitio-
em, neque benedictionem accipiat; ſed in
ellonenſi monaſterio petitione factâ, ab ejuſ-
em loci abbate benedicatur. Si quis verò fi-
um ſuum ibidem Domino ſerviendum devo- F
erit, ante ſancti Salvatoris, & ſanctæ Crucis,
ınctique Guillelmi altare offeratur, chartam-
ue, ubi oblatus eſt, faciant genitores de qui-
uſcumque rebus vel honore. Sed ibidem ubi
blatus eſt, benedictionem accipiat, & ex ſu-
radicto monaſterio Gellonenſi in jam dicta ec-
leſia ſancti Petri Salvæ conſtituatur prior, cel-
erarius, ſacriſta, camerarius. Facta eſt ergo
lonatio hæc in ſexta feria, xv. Kalendas Ja- G
nuarii, regnante ROTBERTO Francorum rege,
ndictione XII. Deinde ego GARSINDIS, & fi-
ius meus BERMUNDUS, & frater ejus AL-
MERADUS, cum conſilio virorum prudentum, hortati ſumus abbatem GAUSFREDUM, ſimulque omnes monachos Gellonenſes, ut ſumto ligno crucis, & corpore ſanctiſſimi confeſſoris Guillelmi, ad locum pergerent recipiendum. Quo feſtinantes, ſumtum ſanctum vexillum crucis, & ſancti Guillelmi glebam, cum conventu fidelium, monachorum, clericorum, militum, laïcorum, cum crucibus, bannis, thuribulis, candelabris, ſignis, veſtimentis eccleſiaſticis, cappis, palleis, libris, tubis clangentibus locum adierunt, atque à nobis, in nomine Domini pro redemtione animarum noſtrarum datum jam dictum receperunt locum, ut ſit cella & obedientia ſupradicti monaſterii Gellonenſis in perpetuùm. Quâ receptâ, metientes eccleſiæ latitudinem, altitudinem, longitudinem, invenerunt eam parvam velut tugurium; circumque peragrantes locum & honorem, cum teſtimonio RAYMUNDI, ipſius eccleſiæ capellani invenerunt habere quatuor manſos, *Brozet*, quem Petrus tenere videtur: *Alairichi*, quem Rainaldus operare videtur: *Aboiranicum*, quem Arladus tenet: *Liranicum*, quem tenet Bernardus. Damus inſuper ego GARSINDIS, & filius meus BERMUNDUS, & ALMERADUS frater ejus, omnem decimam panis & vini, carniſve domûs noſtræ. Videns autem abbas, ſeu monachi, paupertatem loci, ex ornamentis quæ ſecum illuc veherant, partem illuc reliquerunt, videlicet pallios duos, albas quinque, cappas palleas duas, libros ſeptemdecim, aldorras tres, brodos tres, bannos duos, crucem unam, caſulas tres, ſtolas, manipulos, cinctas viginti-quatuor, thuribulum unum, ferentes ſecum exinde ſchillam ferream. Inſuper etiam ego GARSINDIS, & filius meus BERMUNDUS, & frater ejus ALMERADUS, obnixè petimus, & rogamus ut hoc teſtamentum, quod ſcriptum & firmatum eſt à nobis, atque roboratum ab aſſertoribus veridiſſimis, firmiter à vobis retineretur, & prior à vobis, ſimul cum ſodalibus monachis, qui ibi Domino deſervient, ponatur uſque in perpetuùm. Quorum precibus annuentes, & teſtamento ſimul cum honore recepto, conſtituerunt illic priorem virum valde prudentem Geraldum de Uglas, cum monachis his, Ebrardo, Pontio, Eble, Geraldo, Felice, quem conſtituerunt ſacriſtam eſſe, & cellerarium Benedictum, qui caput ſcholam regeret. Donatio autem hujus noſtræ elemoſynæ, ſive oblationis quam Deo offerimus, S. Salvatori, & ſanctæ Cruci, ſanctoque Guillelmo, facta eſt xv. Kalendas Januarii in ſexta feria, anno milleſimo vigeſimo nono, GAUSFREDO abbate, Autranno decano, Deuſdefors decano, Pontio, Burſe ſecretario, Benedicto cellerario, Aicmaro caput ſcholæ, monachis omnibus præſentibus & futuris, in monaſterio Gellonenſi Deo militantibus. Quam donationis cartam roborantes, manibus propriis firmamus, hiſque prudentibus viris firmare ac roborare facimus, & rogamus. Ego GARSINDIS hanc donationis cartam firmavi. Ego BERMUNDUS firmavi. Ego ALMERADUS firmavi.

Rotbaldus firmavi. Ego Guillelmus firmavi. Matfredus de Rocaduno firmat. Raymundus de Turre firmat.

Gausberti abbatis præfatio ad vitam SS. Cypriani & Sabini martyrum.

Ex ms. ſancti Cypriani Pictavienſis.

ECcleſiaſticæ ſcientiæ doctrinis ad purum elimatis mihique caritatis glutine combituminatis Bosoni cariſſimo necne Friderico placidiſſimo Gausbertus abbatum omnium ſtolidiſſimus gaudium Domini ſine fine manſurum. Quorumdam Chriſti athletarum ſuccincti ſtili breviloquio à præcedentibus antiquariis digeſta membranulis certamina devotis quibuſdam noſtrorum temporum ingerunt ob inculcationem, quaſi textum faſtidia, dum mallent potius protenſæ lepiditatis volumina, quæ contra morem verboſæ orationis pompoſo ſyrmate aurium mulcerent organa. Quibuſdam etenim latior & ſibi inſtantibus verborum juncturis protelata aptior videtur & gratior: quia amplificatum dicendi genus ſectando breves ac pedeſtres devitant ſententias, non quidem antiquorum præjudicantes ſtudiis, qui hæc brevitatis vulgaverunt calamis: ſed adjicientes præconia ſuper omnem laudem Dei, quem verè & ſingulariter mirabilem prædicant in ſanctis ſuis, dum cum pſalmicine laudant eum in ſanctis ejus. Quæ cùm ita ſe habeant, rogatu immo impulſu fratrum cœnobii laureati martyris Cypriani Pictavorum, propter mœnia ſiti, ejuſdem agoniſtæ præclariſſimi ac ejus ipſius germani certaminum geſta Savini protenſioris & quaſi narrationis animum duximus colligere ſcriptis. Non nobis autem gloriam dantes, ſed ſuperno nomini qui ſuos inſigniter novit glorificare teſtes, quos ante tempora ſæcularia præſcivit & prædeſtinavit ſupernæ hereditatis fieri cives. Tandem igitur animum aggreſſi propoſito inſiſtere operi aſſurgere auſtrum noſtræ poſcimus orationi, qui perflans ortum pauperis dictionis eum qui ab aquilone eſt procul faciat, & plantaria in nobis præconiorum ſuorum vivificet, & vivificando ſanctificet. Sanctificet, inquam, dum nos gratuita miſeratione promiſſi ſui alloqui dignanter miſerebitur verbis. Aperi, inquiens, os tuum & ego adimplebo illud. Illum etenim os noſtrum aperire poſcimus, qui ſapientia ſua aperit os mutum, & linguas infantium facit diſertas: illum inquam, qui forcipe altaris correpto carbone labia purgavit prophetalia Iſaiæ, qui poſtquam defecerat Achaz rex impius, tamen ex iniqua collocutione immunda ſe judicaverat labia habere. Hoc quaſi proloquii veſtibulum prætergreſſi tandem deſtinatæ inſiſtamus orationi.

Fundatio prioratus S. Ursi Bellilocenſi prope Lochas monaſterio ſubjecti.

Ex autographo.

CUrſum vitæ præſentis diligenter attendens: & univerſa quæ temporalibus caſibus ſubjacent ſubtiliori mentis indagatione perluſtrans: cunctum fore mortalium genus vanitati deditum, & ad exequendas corporis voluptates intentiſſimum fore perpendo; nullus ad amorem vitæ cœleſtis anhelat, nullus perfectè de ſalute animæ ſuæ cogitat; ſed quemadmodum viator modo per aſpera graditur, ſic nobis in hac vita manentibus, nunc proſperitas, nunc occurrit adverſitas. Dum igitur proſperitas noſtris videtur blandire temporibus, ad illum tota mente nos convenit anhelare, ubi quidquid eſt firmum permanet, ubi non mutatur adverſitate proſperitas, nec aliqua locum capit infirmitas. Et quantò tyrannicis obligamur obſequiis, tantò animas noſtras validioribus debemus confovere remediis. Quamobrem monaſteria ad honorem Domini conſtructa noſtris opibus ditare debemus, & de rebus tranſitoriis theſauros congregare manentes. Tantis igitur rationibus informatus ego Gaufridus Andegavorum comes ſicut anteceſſores mei animam ſalvare cupiens, pro amore venerabilis matris meæ Hildegardis comitiſſæ & pro redemtione animæ patris mei Fulconis comitis loco Bellilocenſi, ubi ipſe requieſcit, & habitatoribus ejuſdem loci præſentibus ſive futuris concedo eccleſiam ſancti Urſi cum omnibus ad ſe pertinentibus, terris videlicet pratis & vineis, ſylvis, aquis, molendinis, ſervis & ancillis, quieto & inconcuſſo jure poſſidendam, & abſque alicujus ſucceſſoris mei moleſtia liberam & ingenuam. Nec enim quemquam fore credimus, qui hanc parviſſimam largitatem deſideret, vel tentet ullo modo auferre, vel ad ſuum jus revocare, cùm & verecundum ſit à deceſſoribus bene geſta reſolvere, & verendum ſit docere ceteros, in ſua quandoque largitate reſolutoriam proferre ſententiam. Si verò monachi ejuſdem loci aliquod de caſamentis abbatiæ S. Urſi, quos in dominico non habeo, recuperare potuerint, ſive per elemoſynam alicujus boni chriſtiani, ſive per emtionem; ſimiliter & hoc concedo, & ſine alicujus pretii datione à mea parte recuperent. Nunc ergo veſtram admoneo dilectionem, quicumque ſucceſſores mei eſtis futuri, ut nihil de his quæ ego, vel anteceſſores mei ibi contulimus aliquando patiamini minui; ſed omnia ſtudete firmâ ſtabilitate ſervari, ſi veſtra vultis inſtituta nullâ poſterorum temeritate violari, quatenus & ſervientes ibi nullis oneribus, nulliſque moleſtiis affligantur, ne fortè neceſſitate exteriori imminente, in Dei ſervitio inutiles ſegneſque reddantur, & injuriam, quod abſit, neglectumque pignora ſanctorum collocata ſuſtineant. Ideo etenim quieti eorum providere ſtudemus, quatenus dum noſtro beneficio ab omni fuerint inquietudine liberati, & illi Deo noſtro ſecurâ mente laudes exſolvant, & nobis in æterna vita merces accreſcat. Hujus rei teſtes exiſtunt hi Laurentius abbas, Guarinus monachus, Ulgerius monachus, Vitalis monachus, Witbertus monachus, Stephanus monachus, Goſbertus monachus, Gaufridus de Prulliaco, Guido de Prulliaco, Patricius de

Prulliaco, Airardus præpoſitus, Ermenmarus prior S. Mariæ, Martinus canonicus, Gualterius canonicus, Hugo manſellus, Gaufridus capellanus, Erbertus præpoſitus, Arumoldus ſerviens, Goſcelinus ſerviens, Geutfridus ſerviens, Balduinus presbyter, Durandus Jeruſalem, Gaufredus Miſchinus.

DONATIO ABBATIÆ S. BERTÆ Blangiacenſi facta monaſterio Fiſcannenſi.

Poſt annum 1031. Ex archivis monaſterii Fiſcannenſi.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego ROGERIUS comes de caſtro quod dicitur S. Pauli, cum conjuge mea quæ vocatur HADUIS, & filiis meis MANASSE videlicet & ROTBERTO, notum fieri volo tam præſentibus quàm futuris, donum quoddam quod pro redemtione animæ meæ & prædeceſſorum meorum, conjugis quoque, & filiorum meorum, concedo ſanctæ & individuæ Trinitati trino & uni Deo, vivo & vero, apud monaſterium quod dicitur Fiſcannus, abbatiam videlicet S. BERTÆ in loco qui dicitur Blangiacus. Conſiderans igitur præſentis vitæ varietatem, & hujus volubilis ævi mortalitatem, decrevi de poſſeſſione quam mihi Deus omnipotens contulit, ipſum facere conſortem & heredem: nulli ſiquidem melius delegi partem de toto tribuere, quàm illi qui totum quod habeo mihi tradidit gratuitâ ſuâ bonitate. Nam ſicut ipſe in evangelio clamat, quia *laudavit Dominus villicum iniquitatis, quod prudenter ſibi proſpexiſſet in futurum*; (Luc. 16. 8.) Et illud: *Date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis*. (Luc. 11. 41.) Provocatus his, & aliis dominicis admonitionibus facio, ut prædixi, amicos Fiſcannenſes monachos de hereditate mea, ut cùm defecero, recipiant me in æterna tabernacula. Hujus rei teſtes ſumus, Richardus canonicus, Warinus Trepellus, Guimerus Groſſus, Arnulfus Glaſſellus, Acardus miles, Vitalis mareſcallus. Ex parte ſanctæ Trinitatis, Adelelmus Calvus monachus, Rainaldus monachus, Oſmundus monachus, Milo clericus, Terbaldus laïcus, Willelmus de Ingliſcavilla, Calvinus, Ernefredus, Rainaldus mareſcalcus, & alii plures.

JOHANNIS ABBATIS FISCANNENSIS litteræ, quibus inſtituit abbatem in monaſterio Blangiacenſi.

Poſt annum 1031. Ex archivis monaſterii Fiſcannenſi.

ECcleſiaſticam ordinationem non humani eſſe judicii, ſed divini conſilii ipſe nobis Dominus noſter JESUS CHRISTUS evidenter oſtendit, qui electos diſcipulos, oves ſuas, ſecundum evangelicam veritatem oſtendit, dicens: *Oves meæ vocem meam audiunt & ſequuntur me, & ego vitam æternam do eis*. (Joh. 10. 27.) Quibus ad oſtendendam ſalutis viam, ſeipſum paſtorem præbuit, quos ante etiam mundi conſtitutionem divina providentia præſcivit, formam boni paſtoris in ſe oſtendere volens, quatenus id ardentiori ſtudio imitari ſuo tempore ſtuderent, quod in ſuo capite Chriſto præceſſiſſe cognoſcerent. Unde & ipſos quos primos ad hoc ipſe elegit, ut doctrinæ ſuæ in eis fundamenta locaret, vicarios ſuæ quam ſibi proprio ſanguine adquiſivit, eccleſiæ conſtituit, ut eorum doctrinâ & exemplo eò libentiùs adhærerent futuri in regimine eccleſiaſtico paſtores, quò familiariùs eos quos imitarentur ex ore cœleſtis magiſtri didiciſſe ſine dubio crederent. Quocirca ſingulis ſuis ordinibus ſancta eccleſia auctoritate à patribus conſtituta hujuſmodi firmatur rectoribus, ne membrorum negligentiâ id deficiat quod à capite Chriſto inſtitutum eſt tantâ diligentiâ. Unde & ego frater JOHANNES Fiſcannenſis cœnobii pater indignus fratribus hujus loci qui dicitur Blanziacus, precibus venerabilis comitis ROGERII adquieſcens, abbatem eligo, & eis cariſſimum filium noſtrum domnum .... patrem conſtituo, eâ videlicet ratione, ut prædictus comes eumdem locum quem diu deſtructum atque deſolatum, pro ſua ſuorumque ſalute iterùm cœpit inſtaurare, non negligat; ſed quantùm, Deo annuente, valuerit ad laudem Dei nobilitet & componat, & quamdiu locus iſte duraverit, & Fiſcannenſe cœnobium à regulari tramite non exorbitaverit, hic quem modò elegimus nullum habeat ſucceſſorem, niſi quem ex ſeipſis Fiſcannenſes fratres elegerint, juxta canonicam & apoſtolicam ordinationem. Si autem, quod abſit, quod etiam in pleriſque locis, proh dolor! accidiſſe videmus & dolemus, prædictus Fiſcannenſis cœnobii locus ab inſtitutis ſanctorum patrum & vitâ ſpiritali aliquando ad ſæcularia devolvetur; concedimus fratribus hujus loci liberam eligendi ſibi patris facultatem, tantùm ut ſecundum Deum fiat, nec aliquatenus offendat in canonicam auctoritatem.

CARTA ROBERTI NORMANNORUM ducis de permutatione monaſterii Villaris cum cœnobio S. Taurini Ebroïcenſis.

Circa annum 1035. Ex mſ. Fiſcannenſis monaſterii.

† EGo in Dei nomine ROBERTUS Normannorum dux, notum eſſe volo omnibus Chriſti fidelibus, tam præſentibus quàm futuris, quia pater meus dedit ad monachos S. Trinitatis quod appellatur Fiſcannum, monaſterium quod dicitur Villare in proprium alodum ad victum & uſus monachorum, ut facerent ex ipſo quidquid facere vellent, ſicuti de proprio alodo. Ego verò filius ejus volens accreſcere eleemoſynam patris mei, per multam deprecationem deprecatus ſum abbatem ipſius monaſterii S. Trinitatis, qui tunc erat nomine JOHANNES, ut conſentiret mihi in ipſo Villare monaſterio conſtruere ancillarum Dei congregationem: quia aptus mihi videbatur ad hoc locus ipſe, acceptoque pro hac mutua viciſſitudine alio quodam monaſterio, quod quamvis difficile, poſt tamen impetravi. Suſcepi ergo illud. & dedi apud Ebroas monaſterium S. Taurini, ut eâdem conventione, & tenore quo tenebant monaſterium Villare, id eſt, in alodum, teneant ſimiliter terras S. Tau-

Digitized by Google

-rini, quas antiquitùs ibi tenuit, & quas ego dedi, id eſt, ſylvas de ſuis terris indominicatis omnibus, & decimam telonei, & villam quæ dicitur Nullerias, cum omnibus quæ ad eam pertinere videntur in proprium alodum, ut quicumque fuerit abbas Fiſcanni, & noſtris & futuris temporibus, teneat & poſſideat ipſum locum, ad uſus monachorum in ipſo loco & Fiſcanni Deo inſervientium, ſicut & aliam terram quæ pertinet ad Fiſcannum, & ſit cella prædicti monaſterii S. Trinitatis uſque in ſempiternum.

Signum Roberti comitis. †

† Signum Herberti epiſcopi. † Signum Roberti epiſcopi. † Signum Hugonis.

Charta Willelmi comitis Biſuldunenſis pro monaſterio Arulenſi

Hereditatem Vuifredi monachi à Vuadallo fratre ablatam aſſerit monaſterio Arulenſi & SS. Martyribus Abdon & Sennen.

Anno 1036. *Ex autographo Arulenſi.*

PAteat tam præſentibus quàm futuris, qualiter in præſentia domni Echardi, & domni Segaril Berardi, & Remundi Ademari, & Petri Erovigil, & Bernardi Miri, & Matfredi Matfredi, & Arnalli Willelmi, & Arlgarii Arnalli, adfuit domnus Berengarius epiſcopus Helenenſis necnon & abba cœnobii ſanctæ Mariæ Arulas ante Willelmum comitem Biſſulluni cum cuncta congregatione monachorum ejuſdem monaſterii, qui querelaverunt ſe ibi ante præfatum comitem, & ante ejus conjugem domnam Azaleizen comitiſſam, & ante filium prælibati comitis domnum Bernardum nomine, de hereditate Wiffredi monachi quam (a) Wadallus quondam à jure abſtulit præfati monaſterii. Nam quædam fœmina Tezinda nomine pia devotione obtulit filium ſuum ſimul cum hereditate parentum quæ illi jure contingebat, in ſupra annotato monaſterio Domino Deo: ut ibi monachus cunctis diebus vitæ ſuæ ſub regulam beati Benedicti militaſſet. Poſtquam autem ita actum eſt, præfatus Wadallus præſcriptam hereditatem nefanda dominatione cunctis diebus vitæ ſuæ retinuit. Idcirco in Dei nomine ego Willelmus gratia Dei comes ſimul cum conjuge mea ac filio, auditâ querelâ, redigo in poteſtate Domini ſanctæque Mariæ cœnobii Arulenſis prafatam hereditatem jure perpetuo integriter poſſidendam. Nempe & ipſam tertiam partem prædictæ hereditatis, quæ ſecundùm conſuetudinem noſtræ terræ mihi jure debetur, dono Domino Deo corporibuſque ſanctis, qui in prælibato quieſcunt monaſterio, quorum glorioſa nomina ſunt Abdon videlicet & Sennen ut jure perpetuo integriter poſſideant ſupra annotatam tertiam partem, ut perpetualiter per unumquemque annum ex frugibus, ſeu ſervitiis, ac redibicionibus, ante prædicta ſanctorum corpora luminaria accendantur aſſiduè, nempe & quidquid ex prædiis qui fuerint Guadafredi patris prædicti Vuadalli ac Vuifredi directò modo abbas ſupra præfati monaſterii acquirere potuerit tertiam partem quæ mihi ex ipſis prædiis contigit. Cedo in jure Domini Dei prædictiſque ſanctis corporibus ſicut de alia ſupra annotata tertia parte ſuperiùs inſertum eſt. Facio autem prælibatam donationem ſine ulla reſervatione, & ego & conjux mea ac filius. Quod ſi aliquis homo utriuſque ſexus hanc donationem ſeu conſignationem diſrumpere tentaverit, vox ejus in nullo proficiat, ſed pro temporali pœna xxx. libras argenti abbati S. Mariæ componat, qui eo tempore ſupra annotatum poſſederit monaſterium.

Factum eſt hoc VIII Idus Decembris anno VI. regnante Henrico rege.

Vuillelmus gratia Dei comes.

Bernardus ſig † num. Azaleicis comitiſſa, qui hanc donationem ſeu conſignationem fecimus & teſtes firmare rogavimus. ſig. Echardi, ſig. Segaril Beraldi, ſignum Remundi, Ademaril, ſig. Petri Eroigij, ſig. Bernardi Miri, ſig. Matfredi, ſig † num Arnalli, Oliba ſacer qui hanc donationem ſeu conſignationem ſcripſi & ſubſcripſi die & anno quo ſupra.

Privilegium Benedicti IX. papæ Gumbaldo Burdigalenſi S. Crucis abbati conceſſum in gratiam cellæ B. Mariæ de Solaco.

Anno 1037. *Ex chartulario ſancti Crucis Burdigalenſis.*

BEnedictus epiſcopus, ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Gumbaldo abbati, & monachis ſanctæ Crucis Burdegalenſis, & ſuis monachis, in ſuo monaſterio ſanctæ Mariæ Dei genitricis, quod nuncupatur de Solaco, habitantibus, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Convenit apoſtolico moderamini, piâ religione pollentibus, benivolâ compaſſione ſuccurrere, & poſcentium animis alacri devotione impertire. Ex hoc enim lucri potiſſimum præmium à conditore omnium Deo proculdubio promeremur, dum venerabilia loca oportunè ordinata ad meliorem fuerint ſine dubio ſtatum perducta. Igitur quia poſtulaſti à nobis, ut præfatum monaſterium ſanctæ Mariæ apoſtolicæ ſedis auctoritate muniremur, & omnia ejus pertinentia perhenni jure inviolabiliter permanenda confirmaremus, & abſque omni jugo ſub ditione cujuſcumque perſonæ, excepto abbate ſanctæ Crucis, & ſuis monachis conſtabilire noſtri privilegii pagina corroboraremus. Propterea tuis flexi precibus, per hujus noſtræ auctoritatis privilegium decernimus, ut omnes terras cultas & incultas, ſervos quoque & ancillas, & omne quod dici aut no-

(a) Iſte Vuadallus erat frater Vuilfredi monachi, donationem matris ſuæ Teſindæ igne combuſſerat. Unde Berengarius epiſcopus Elenenſis teſtes interrogavit de veritate donationis IIII. Id. Octobris anni VI. Henrici regis, qui juraverunt ſuper altare ſancti Johannis in eccleſia B. Mariæ Arul. & paulopoſt Vuillelmus comes pronuntiavit ut ſupra.

Digitized by Google

nari poteſt, eidem monaſterio pertinentia, A e quidquid in futuro à regibus, aut à ducis, aut à qualibet perſona fidelium ibidem natum aut oblatum fuerit, noſtrâ auctoritate erum ab omni extranea permaneat perſona. ıde volumus ut nullus vicecomes, nullus co-es, nullus archiepiſcopus, nullus epiſcopus, que magna, parvave perſona in eis quæ res ctæ ſunt, poteſtatem exerceant, aut vim fa-re præſumant, vel contra hoc privilegium quid adverſitatis agere audeant. Et omnes chiepiſcopos & epiſcopos, ceteroſque cleri-rum in præfato monaſterio, & in omnibus s pertinentiis, ditionem quamlibet habere ctoritate apoſtolicâ prohibemus. Abſolvimus ſi aliquis excommunicatus, ad matrem Chri-, de quacumque regione, à ſolis ortu uſque occaſum, advenerit, ex parte Dei & noſtrâ ſoluti ſint, quamdiu in poteſtate ſanctæ Dei nitric is fuerint, ab omni excommunicatione, e ab archiepiſcopo, ſive epiſcopo, excepto bbate ſanctæ Crucis, & ſuis monachis in ſu-adicto loco habitantibus. Quibus damus po-ſtatem ligandi atque ſolvendi contra omnes alos chriſtianos, qui aliquid mali in præfa-m monaſterium, & ad habitatores loci illius cere voluerint. Eccleſiam verò ſanctæ Cru-s, conſilio & præceptione Romanæ Eccleſiæ ndatam, cum ſuis monachis, & cum omni-is ſuis pertinentiis, liberam ab omni excom-unicatione, vel vexatione cujuſcumque per-næ eſſe præcipimus. Similiter volumus ut nul-s epiſcopus, in cujus parochia ſitum eſt ımdem monaſterium, nec domnum veſtrum-ıe abbatem, nec aliquem veſtrorum clerico-ım ſervientium in monaſterio ſanctæ Mariæ ıdeat excommunicare, vel ad ſynodum pro-ocare, ſtatuens apoſtolicâ auctoritate, ſub no-:i & divini judicii obſervatione anathematis terdictum. Statuimus autem ut cùm abbas onaſterii ſanctæ Crucis obierit, neque à co-itibus, neque ab archiepiſcopis, neque ab epiſ-pis, neque à nullis principibus, neque à qua-bet perſona omnino, aliquâ cupiditatis causâ, ı monaſterio ſanctæ Crucis eligatur, neque onſecretur abbas: ſed qualis cuncta congrega-o ibidem & in aliis eccleſiis ſibi ſubditis de-entium, cum fidelibus & ſenioribus ejus loci igatur, & communi conſilio à nobis noſtriſ-ue poſteris pontificibus conſecretur; ſi archie-iſcopus in cujus epiſcopio eſt, noluerit con-ecrare. Damus quoque licentiam vobis & ve-ris fratribus in monaſterio ſanctæ Mariæ e Solaco habitantibus, à qualicumque volue-itis epiſcopo omnia vaſa ſanctuarii ordinare, : conſecrare veſtros clericos, & chriſma acci-iendi. Quòd ſi qualiſcumque homo, cujuſli-et poteſtatis exiſtens, aliquam præſumtionem ontra hoc apoſtolicæ confirmationis privile-ium agere, aut præfatum monaſterium, cum mnibus ſuis pertinentiis, cauſare putaverit, el præceptis noſtris in omnibus quæ hîc ſcripta unt inobediens fuerit, auctoritate Dei & no-trâ non ſolum anathema maranatha, id eſt, erditus in ſæcula ſæculorum vinculis innoda-tus, ſed inſuper à regno Dei alienus exiſtat. Qui verò piâ benignitate auctor obſervaverit, benedictionem & gratiam à Domino conſequi mereatur. Scriptum per manus Sergii archi-ſcrivii ſacri noſtri palatii, menſe Octobris, in-dictione quintâ.

CARTA GERVASII CENOMANENSIS epiſcopi, Villam-Dei monaſterio Vindocinenſi concedentis.

B

In nomine ſummæ Trinitatis & individuæ Unitatis. Gervasius gratiâ Dei Cenoma-nenſium præſul. *Qui parcè ſeminat*, ut ait Apo-ſtolus, *parcè & metet; & qui ſeminat in benedi-ctionibus, de benedictionibus & metet.* Qui ſe-minat in carne ſua, vel in quibuſcumque ter-renis, de terrenis & metet corruptionem. Quæ-cumque autem corrumpi poſſunt, ad non eſſe properant. C Qui ergo in his ſingulariter inten-tus eſt quæ manere non poſſunt, is ſingulariter inſipientiâ argui poteſt; nam cùm tranſierint quæ præparavit, ab omni felicitate fraudatur, cùm nec illa manent in quibus ſtuduit, nec alia quibus fulciri poſſit præparavit. Ne ergo & nos hujus ſtultitiæ participes efficiamur, ali-quid manens, cùm & nos manentes ſimus, effi-ciamus. *Non enim*, ſicut ait propheta, *eſt ei bene qui aſſiduus eſt in malis*, & eleemoſynam non danti. D Quod ego Gervasius præſul Ceno-manenſis cavens, monaſterio quod in honore divinæ Trinitatis apud Vindocinum Caſtrum à Gaufredo comite & uxore ejus Agnete nuper conſtructum eſt, concedo altare capellæ quæ hoc ipſo tempore in ſylva quæ Waſtina dicitur ab eiſdem principibus ſuper fontem qui antiquo nomine Fons Roiſſonii dicebatur ædi-ficata eſt, & Villa-Dei nominata: tali tamen ratione, ne in futuro conſtitutio illa violari poſ-ſit, E ut ſubinde per vicarium à monachis præ-dicti monaſterii teneatur. Quo defuncto, alius ab epiſcopo qui tunc temporis fuerit ſubroge-tur, nihil de revelatione ultra xx. ſolidos exi-gendo, neque de ſynodo ultra ſex denarios, neque de receptione ultra novem. Et ne quis conſtitutionem hanc audeat prævaricare, au-ctoritate epiſcopali prohibemus. Quòd ſi quis violare præſumſerit, non mihi tantum ſciat ſe injuriam inferre, ſed etiam & cui hæc donatio facta eſt, ſanctæ Trinitati quæ Deus eſt, à quo F tanto certiùs ſe damnari comperiet, quanto in-juſtiùs voluntatem ſuam, cùm homo ſit, volun-tati Dei præferre non verebitur. Hujus altaris vicarius, ſive perſona, eſt Fulco monachus. S. Gervasii præſulis, qui hoc ſcriptum fieri fecit & firmavit, Signum Yvonis archidiaconi, S. Willelmi decani, S. Odonis theſaurarii, S. Rainoldi cantoris, S. Girardi archidiaconi, S. Gauſberti archipreſbyteri, S. Benedicti ar-chipreſbyteri, S. Frogerii archipreſbyteri, S. G Arnoldi grammatici & diaconi, S. Ingelberti canonici & diaconi.

Actum Cenomanis Nonas Novembris, anno Inc. MXXXVIII. ind. VI. regn. Hainrico rege.

Anno 1038. *Ex cartario Vindocinenſi.*

2. Cor. 6. 9.

Eccli. 12. 3.

Digitized by Google

Ego Iſbertus cancellarius relegi & ſubſcripſi.

NOTITIA INITÆ PACIS inter Gaufridum comitem Andegavenſem, & Gervaſium epiſcopum Cenomanenſem.

Ex chartario Vindocinenſi.

QUando pacem fecit G. comes cum GERVASIO epiſcopo, poſt invalitudinem illam quâ ex fractura coxæ apud Vindocinum decubuerat, coactus eſt donare illi aliqua ſuorum hominum caſamenta: hoc eſt Salomonis de Lavarzino, & aliorum quorumdam, non autem voluntariâ donatione, ſed coactitiâ; eo quòd idem G. rebus comitis multis impedimentis obſtaret, videns illum occupatum ex diſſenſione paterna. Cùm ergo cuperet epiſcopus inter alia etiam de terra Nihardi donum ſibi fieri, præſciens idipſum Nihardus, acceſſit ſecretò ad comitem, & ſuggeſſit ne illud donum omnino epiſcopo faceret cùm poſtulatur: nam ſeſe nullomodo, ut id fieret aſſenſurum. Comes, qui invitus dona illa faciebat, putans pro ſua fidelitate Nihardum id dicere, gratam habuit petitionem, & ſe nihil inde facturum ſtatuit præter conſenſum illius; ſed G. verſuto Nihardo ipſe verſutior, non ignarus morum hominis ac cupidiſſimæ levitatis, pauculum ei ſuæ terræ additamentum pro lucro offerens, facilè eum à conſtituto deflexit, & favorem donationis ſui fevi occultè ab ipſo exegit, mox ab comite ignaro facti beneficium Nihardi cum ceteris donis quæſivit. Eſto, inquit, comes, ſi Nihardus aſſenſerit, ſecurus ſcilicet ex anteriore promiſſione ſui fidelis. Tunc adhibitus Nihardus, & interrogatus, faveo, ait, & ita ſeductus comes, donationem illam ampliùs denegare non potuit, & triſtis iratuſque Nihardo eam fecit. Iterùm poſt tempus per inſtabilitatem epiſcopi reſumta eſt inter eoſdem inimicitia, & voluit comes ſuos homines in ſua fidelitate & adjutorio confirmare, & à GERVASIO animos illorum alienare: ſed Nihardus fallax illico conqueri damnum ſuum de amiſſione illius terræ quam ſibi dediſſet epiſcopus intelligens, comes fraudulentiam viri & ſuſpicioſam habens perfidiam, rursùs compulſus eſt ei dare concambium pro ipſa terra: de quo inveſtiendo cùm eſſet anxius, neceſſitate urgente, ſtatuit ei dare illicò de examplis quæ antea donaverat ſanctæ Trinitati intra Foreſten Guaſtinæ, pro quibus etiam acceperat ab uxore ſua comitiſſa A. tria millia ſolid. Fuit autem conventus illud concambium dandi ejuſdem quantitatis, cujus fuiſſet terra illa amiſſa Gervaſii; ſed Nihardi cupiditas cùm in prima aſſumtione de ipſis examplis multa plus invaſiſſet....

ELECTIO Walterii abbatis Andegavenſis S. Albini.

A † Ω. SCripturæ ſacræ tradit auctoritas Dominum noſtrum, veram Patris ſapientiam cùm mundialem machinam ſex dierum opere compleſſet, mirabili illi fabricæ hominem ad ſimilitudinem ſui nobiliùs creatum præfeciſſe, & præſidere cunctis quæ fecerat ſtatuiſſe, *Creſcite*, inquiens, *& multiplicamini, & dominamini piſcibus maris, & volatilibus cæli, & univerſis animantibus terræ.* Undè colligitur opificem illum talia obſequia à principio mox plaſmandi hominis uſibus & providè proſpexiſſe, & benignè efficacia præparaſſe, quatenùs in ærumnoſis ſæculi hujus laboribus, quos per inobedientiam incurrit, ſubditorum famulatu ſuſtentatus multimodo levamine juvaretur. Creſcente autem poſtmodum, ut ſanxerat, ac in immenſum dilatatâ propagine, homines quoque hominibus providè præpoſuit: videlicet ut quoniam diſſimilium omnes eſſent voluntatum, & quoſdam quidem non invitos ad bonum naturalis duceret intentio: plures verò ad ſiniſtra ruerent præcipites bonorum dominio, & quadam ſuæ excellentiæ poteſtate perverſi, ab illicitis averſi, ad meliora etiam renitentes pertrahantur. Hujus rei Moyſes, & Aaron, Joſue quoque, multique præter hos populi rectores in lege præſtiterunt exemplum. In novo ſi quidem teſtamento hujus præfecturæ culminis epiſcopi ſublimantur, & ſancti abbates, quibus officii eſt antiquorum illorum præſulum typo, plebem Dei ab ægyptiis mundi hujus tenebris erutam, ad promiſſionem ſupernæ civitatis Jeruſalem ſumma induſtria inducere, & paſtorali diligentia ab ovibus ſibi commiſſis luporum morſus prohibere, donec intra ſepta dominicæ caulæ omnes poſſint ſine alicujus periculo includere. Igitur in Dei nomine nos humillima almi confeſſoris Chriſti Albini congregatio, per quatuor ferè menſium ſpatia privati Domini PRIMOLDI correctione paterna, jam non ferentes diutius rectoris carere cuſtodia, pari voto, parique deſiderio, per aſſenſum domni HUBERTI præſulis, & per favorem domni FULCONIS Comitis, aſſentientibus quoque nobilibus clericis & laïcis, ac utriuſque ſexus inſignibus perſonis in abbatem nobis eligimus, & præfici ordini noſtro humiliter omnes petimus, de noſtro cœtu quemdam fratrem noſtrum nomine WALTERIUM, humilitate, ſobrietate, caſtitate, ceteriſque virtutibus ad hoc officium idoneis, gratia Dei benepræditum. Hunc ergo omnes à minimo uſque ad maximum, ſine alicujus contrarietate, ſecundùm Regulam S. Benedicti nobis patrem conſtitui, & abbatem conſecrari concorditer imploramus, eo tenore, ut prædicti patris noſtri normam & ipſe indeclinabiliter pro poſſe virium ſuarum per adjutorium Dei teneat & præmonſtret, noſque ad ſequendum paterna admonitione invitet: quatenus ipſe præcedendo, & nos ſectando, ſic Deo rationabile obſequium in hoc ſæculo exhibeamus, ut in futuro ipſe pro bona diſpenſatione, nos pro virtute ſanctæ obedientiæ remunerati, omnes pariter dulcem illam Domini mereamur audire invitationem: *Venite, benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi*

Digitized by Google

mundi. Ut autem in hac legitima electio- A
ne omnes nos unanimiter pateat in poſterum
conſpiraſſe, aſſenſum cuncti præbuimus, &
nomina noſtra inferiùs ſcripta indidimus.

Haimericus, Boſo, Rotbertus, Vvalterius, Hildinus, Frotmundus, Lotardus. J. Hamo, Mainardus, Segbaldus, Laurentius, Grimoardus, Ermenredus, Haimericus, Atto, Gelduinus, Barnardus, Oſbertus, Grento, Clemens, Gauſbertus, Germundus, Rainerius, Engilardus Beringerius, Genzon, Ulgerius, Perenis, Hucbertus, Ermefredus, Iſaac, Hucbertus, Du- B
randus, Lambertus, Daniel, Anſfredis, Vvarinus, Albericus, Vvalerannus, Ernaldus, Vvalterius, Vvalfredus, Vitalis, Vviddo, Andreas, Albertus, Richardus, Vvarinus.

Actum Andegavo civitate menſe Decembrio, anno Incarnationis Dominicæ MXXXVIII. indictione IV. regnante Heinrico rege.

SERMO ET CONFIRMATIO C
Sanctorum patrum ſanctæ Treuvæ Dei.

Anno 1041. Ex ms. Ta-[illegible]

IN nomine Dei Patris omnipotentis, & Filii & Spiritus-ſancti. RAGINBALDUS Arelatenſis archiepiſcopus, cum BENEDICTO Avenionenſi, & NITARDO Nicenſi epiſcopis, necnon & venerabili abbate domno (a) ODILONE unà cum omnibus epiſcopis & abbatibus, & cuncto clero per univerſam Galliam habitantibus, omnibus archiepiſcopis, D
epiſcopis, presbyteris, & cuncto clero per totam Italiam commorantibus, gratia vobis & pax à Deo Patre omnipotente qui eſt & qui erat & qui venturus eſt.

Rogamus vos & obſecramus omnes qui timetis Deum & creditis in eum & ipſius ſanguine redemti eſtis, ut caveatis & provideatis vos ad ſalutem animarum & corporum, & ſequamini veſtigia Dei, pacem habentes ad invicem, ut cum ipſo mereamini pacem E
& tranquillitatem perpetuam poſſidere. Recipite ergo & tenete pacem, & illam treuvam Dei, quam & nos, divina inſpirante miſericordia de cœlo nobis tranſmiſſam jam accepimus & firmiter tenemus, ita conſtitutam & diſpoſitam, videlicet ut ab hora veſpertina diei Mercurii inter omnes chriſtianos amicos & inimicos, vicinos & extraneos, ſit firma pax & ſtabilis treuva uſque in II. feriam, id eſt, die lunæ ad ortum ſolis, ut iſtis quatuor diebus ac noctibus omni horâ ſecuri ſint, & faciant quidquid erit opportunum ab omni timore inimico- F
rum abſoluti, & in tranquillitate pacis & iſtius treuvæ confirmati. Quicumque hanc pacem & treuvam Dei obſervaverint, ac firmiter tenuerint, ſint abſoluti à Deo Patre omnipotente & Filio ejus JESU-CHRISTO, & Spiritu-ſancto, & de ſancta MARIA cum choris virginum, & de S. Michaële cum choris angelorum, & de S. Petro principe apoſtolorum cum omnibus ſanctis, & fidelibus cunctis, nunc & ſemper, & per omnia ſæcula ſæculorum. Qui verò treuvam promiſſam habuerint, & ſe ſciente infringere voluerint, ſint excommunicati à Deo Patre omnipotente, & Filio ejus JESU-CHRISTO & Spiritu-ſancto, & de omnibus ſanctis Dei, ſint excommunicati, maledicti & deteſtati, hîc & in perpetuùm, & ſint damnati ſicut Dathan & Abiron, & ſicut Judas qui tradidit Dominum, & ſint dimerſi in profundum inferni, ſicut Pharao in medio maris, ſi ad emendationem non venerint, ſicut conſtitutum eſt. Videlicet ſi quis in ipſis diebus treuvæ Dei, homicidium fecerit, exul factus, atque à propria patria ejectus, Jeruſalem tendens, longinquum illic patiatur exilium. Si verò in aliis quibuſlibet rebus ſupradictam treuvam Dei & pacem fregerit, examinatus per decreta legum ſæcularium, juxta modum culparum cogatur perſolvere, & per ſanctorum canonum regulas duplicata pœnitentia judicabitur. Quod ideo dignum ducimus, ut ſi promiſſionem illic factam in aliquo corrumpere præſumſerimus, mundano & ſpiritali judicio dupliciter condemnemur. Credimus namque iſtam cauſam à Deo nobis cœlitùs inſpiratam divinâ opitulatione, quia apud nos, ut credimus, nihil boni agebatur, quando à Deo populo ſuo tranſmiſſa eſt. Dominica certa dies non celebrabatur, ſed cuncta ſervilia opera in ea fiebant. Promiſimus itaque Deo ac devovimus quatriduum, ut ſupra diximus, ut V. feria propter aſcenſionem, VI. feria propter Chriſti paſſionem, ſabbatum pro veneratione ſepulturæ, & ut Dominica reſurrectio inviolabiliter celebraretur, ab omnibus rurale opus in ea omnino non fieret, inimicus inimicum non formidaret, ſecundum auctoritatem à Deo collatam & ab apoſtolis traditam. Omnes qui hanc pacem & Dei treuvam amaverint benedicimus & abſolvimus, ſicut ſuperiùs dictum eſt. Illos autem qui contradicunt, excommunicamus, maledicimus, & anathematizamus, & à liminibus ſanctæ matris eccleſiæ eliminamus. Cùm autem evenerit cuiquam vindicare in eos qui hanc cartam & Dei treuvam irrumpere præſumſerint, vindicantes nulli culpæ habeantur obnoxii, ſed ſicut cultores cauſæ Dei ab omnibus chriſtianis exeant & redeant benedicti. Si verò reſiduis diebus aliquid ſublatum fuerit, & in diebus treuvæ obviaverit, omnino non teneatur, ne occaſio inimico data videatur. Præterea rogamus vos, fratres, ut in quacumque die apud vos prædicta pax & treuva conſtituta fuerit, ipſum diem devotè recolatis in nomine ſanctæ Trinitatis. Latrones quoſcumque de veſtra regione ejiciatis, & abominemini, maledicatis & excommunicetis ex parte omnium ſanctorum qui ſupra ſcripti ſunt. Decimas verò veſtras & primitias de laboribus veſtris Deo offeratis. De bonis veſtris ad eccleſias deportetis pro ſalute vivorum & defunctorum, ut Deus vos liberet ab omnibus malis in hac vita, & poſt hanc vitam perducat vos ad regna cœlorum, qui cum Deo Patre &

(a) Hugo Flaviniacenſis abbas trevam auctore S Odilone in primis firmatam fuiſſe anno 1041. diſertis verbis aſſerit in chronico, eamque non ſolum humana auctoritate, ſed etiam divinis terroribus confirmatam.

Spiritu-ſancto vivit & regnat Deus per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

PRÆFATIO JOHANNIS HOMINIS DEI in ſuam de verbis ſeniorum collectionem ad juniores informandos.

IN CHRISTI NOMINE, INCIPIUNT COLLECTIONES PATRIS JOHANNIS, COGNOMENTO HOMINIS DEI, DE VERBIS SENIORUM.

Ex mſ. Taluerenſi ante annos 600. exarato.

HOrtatur quidem timidam mentis meæ imperitiam quam ſæpe fraterna caritas, ut de vitæ morumque inſtructione breviter loqui debeam: ſed quia tempus eſt, ut ipſo qui inſpiravit opitulante hoc opus aggrediar, neceſſarium duxi exordium ſumere ab illa laudabili virtute quæ dicitur Verecundia; quæ cùm ſit omnibus ætatibus, perſonis, temporibus, & locis apta, tamen adoleſcentes & juveniles animos maximè decet. Tres verò virtutes ſunt, quæ pueris & adoleſcentibus magis congruunt: verecundia, taciturnitas, & obedientia. Non eſt autem dubium, ſi has ſtudeant habere, quin poſſint Chriſto duce ad culmen perfectionemque virtutum aſcendere. Morum enim inſignia & ornamenta virtutum in illis proculdubio cernimus ſenſibus qui ab ipſo tyrocinio primævæ ætatis uſque ad perfectum virum diſciplinis cœleſtibus exercitati per viam Domini fortiter cucurrerunt. Quorum ſcilicet ſapientiâ jam tantùm viget & lucet, quantùm ſenectus ipſa ætate fit doctior, uſu tritior, proceſſu temporis prudentior. Hæc autem veterum ſtudiorum dulciſſimos fructus edit, & alios reficit. Multi namque ſenes diu viventes & nihil proficientes, quia nullas ſibi in opportuno tempore divitias congregarunt, inopes omnium virtutum animos juniorum cum eis viventium reprobæ vitæ morbo inficiunt. Sicut enim per ſenem vitioſum & fatuum, ita & per adoleſcentem inverecundum & temerarium religio ſancta deſtruitur. Poſt indoctos maloſque prælatos in ſancta eccleſia nulla peſtis ad nocendum infirmis valentior invenitur. Denique talium hominum genus iſta de quibus apoſtolus prædixit tempora, proh dolor! ſine numero ferunt, quando omnia ferme quæ bona ſunt peſſumdari confundique videmus; & quoniam ſenes in meliùs mutari ab illa inolita vitiorum conſuetudine difficillimum eſt, debemus adoleſcentibus manum porrigere; qui ſi dare operam volunt, omni depulſo tepore, poſſunt utique per gratiam Chriſti vitam corrigere, mores componere, actuſque ſuos in omnibus meliorare. Idcirco diu eſt quod deſideravi propter juniorum ſalutem, eorum præcipuè cum quibus vivo ex opuſculis patrum pauca quædam deflorando colligere, quæ teneræ ætati eorum ſpecialiter videantur conſulere. Eſt enim mihi, fateor, triſtitia magna & continuus dolor ſuper cæcitate cordis eorum: quia cùm didicerint in ſchola Chriſti qualiter debeant & vitia propulſare, & ſanctis virtutibus inſudare, heu! rebellionis ſpiritu armati tam præcipiti impetu per abrupta vitiorum currunt ad mortem, ut eos auriga præſidens nullo fræno diſciplinæ valeat cohibere. Deberent utique in domo Dei ad cultum divini honoris ſuper omnem ornatum tamquam vaſa aurea refulgere. Cur autem ab ipſis primis rudimentis infantiæ educati ſunt, tantâ curâ, tantoque labore, niſi ut fortes in bello facti contra carnem & ejus deſideria, contra diabolum & ejus multiplicia tentamenta viriliter pugnent. Sed quod ammirandum eſt & dolendum, plus eis quàm ceteris gravis & auſtera videtur diſciplinæ regula. Quare hoc? niſi quia ſæcularem magis diligunt vitam. Certè vel nullus, vel rarus inter eos invenitur, qui libenter ſequatur patris inſtitutum, & majorum vitam diligat, aut quia laborioſus deterret actus, aut quia in lubrica ætate difficilior eſt abſtinentia, aut quia alacri adoleſcentiæ videtur vita obſcurior, & ideo ad ea convertuntur ſtudia quæ plauſibiliora arbitrantur. Præſentia quippe plures quàm futura præferunt; unde quò præſtantior cauſa, eò debet eſſe cura adtentior. Infelix qui legem vitæ tenet, diſciplinæ abjicit, & majorum gubernari magiſterio refugit. Iſte verò non ſecundum Deum, ſed ſecundum ſe vivit: qui ſi potuerit eſt cum quibus vult, pergit quò vult, dormit quando & quamdiu vult, loquitur quæ vult, & ubi vult, manducat & bibit quando & quod vult, & quantùm vult, ridet & jocatur inter quos vult, & ubi & quando vult, poſtremò quidquid naribus ſuave eſt, quidquid tactui blandum, quidquid oculis delectabile, quidquid ceteris ſenſibus carnis ſuæ jucundum exercet ac ſequitur. Ille autem qui ſecudum Deum vivit, non quod eum carnaliter delectat, ſed quod ſpiritualiter ædificat facit; & quicquid cupit aut agit, non vult ex ſua, ſed ex Dei voluntate, majorumque ſuorum juſſione procedere. Nemo tamen poſitus vel in adoleſcentiæ vel intemperantiæ lubrico, de ſui converſione deſperet. Oleaſter enim olivæ inſertus, amiſſâ amaritudine, efficitur fructuoſus. Si ergo agricultura convertit ſtirpium qualitatem, nonne ſtudia doctrinæ & diſciplinæ aſſiduitas mitigare poſſet quaſlibet ægritudines paſſionum. Sed ne puerilis vita variis lapſibus perdatur, oportet teneros annos præfatis diligenter mancipari virtutibus, quatenus bona conſuetudo cum ætate accreſcat ſimul.

CARTA HUGONIS ARCHIEPISCOPI Biſuntini, de dedicatione & immunitate eccleſiæ S. Deſiderii.

Anno 1041. Ex cartario Morbacenſi.

SI res eccleſiaſticas augemus, Deum indè propitium nobis fore credimus. Hanc enim ſibi ſponſam elegit, hanc ſanguine proprio acquiſivit. Quidquid huic ſponſæ confertur, ſponſi ad uſus conceditur: nec habent inter ſe quid diviſum quia ſpiritualiter ſunt unum. Credo ſi rex cœlorum arbiter ſæculorum hanc vel-

let eſſe ancillam, non ſibi eligeret ſponſam: quia A indecens valdè eſſet, ut qui ad hoc venit ut mundo libertatem ferret, cauſa ſponſę ſuæ ſervus fieret. Lex enim ſic continet humana: ſed abſit ut noſtræ legi ſubdantur divina. Quapropter ego HUGO ſanctæ Chriſopolitanæ eccleſiæ archiepiſcopus, notum fieri cupio omnibus ſanctæ religioni colla ſubdentibus, qualiter domnus abbas EBERHARDUS nobis præ omnibus cariſſimus cunctaque congregatio ſancti cœnobii Murbacenſis, petierunt à nobis, ut B dedicaremus illis quamdam eccleſiam infra noſtrum epiſcopatum ſitam, noviter reſtauratam, ſed ab antiquo fundatam: quod libenter fecimus rectumque fieri judicavimus. Supraſcripta namque eccleſia olim fuit regalis abbatia, ſed ab antiquis regibus S. Leodegario Murbacenſi per præceptum tradita, ſicque deinceps manſit illi ſubdita, habuitque ſua prius privilegia, manſitque ab omni jugo ſervitutis libera ſicut ceteræ abbatiæ noſtra in parochia. C Poſtquam autem ſanctorum martyrum Deſiderii & Regenfridi corpora à ſupradicto loco ad Murbacenſem ſunt eccleſiam delata, ſtimulante invidiâ, inardeſcente avaritiâ, eccleſiæ noſtræ miniſtri, qui penes nos vocantur archipreſbyteri, plus æquo diligentes formam nummi, hanc voluere eſſe ſub tributo: ſed non accidit res ex toto ſicuti propoſuerant animo. Retulerunt ad archiepiſcopum cujus nos nunc occupamus locum, quod turpiter circatæ ibi D largum poſſet ſervitium accipere, & ſic deinceps facerent illam tributariam, quam prius invenerant liberam; quod minimè eſt peractum: quia faciendi non erat licitum: tamen parvum ſibi uſurparunt ſervitium, ſex ſcutellas cum flaſca dum fieret ab epiſcopo circata, ob hoc archipreſbyteri voluere placitum Decaniæ per ſe habere inibi: ſed cauſa congregationis & abbatum qui ſemper familiarem apud noſtrates obtinuere locum, non eſt permiſſum E uſque in diem hodiernum: ſed dum aliquid contra jus divinùm ab aliquo eſſet ibi patratum, mittebat præpoſitus monaſterii poſt decanum, & ſimul perficiebant opus divinum. Non inde referebat decanus nummum, ſed præpoſitus accipiebat bannum. Taliter uſque ad noſtra tempora res eſt acta. Poſtquam enim effectus ſum archiepiſcopus, domnus abbas ſupraſcriptus cœpit mihi ita eſſe familiariſſimus F cum ſuis omnibus, quod non magis ſuum quàm meum diligebat commodum: & ita ubicumque poterat noſtram ut ſuam exaltabat eccleſiam. Viſum fuit noſtris fratribus dignum, ut quod antea cupidinariè fuerat actum, caritative eſſet emendatum. Rogatu VVillenci noſtri præpoſiti, & Theodorici ſancti Johannis Evangeliſtæ decani, & Lamberti ſancti Stephani primicerii, ceteriſque utriuſque congregationis canonicis non ſolùm conſentientibus, ſed etiam devotè rogantibus, ut priſtinam G libertatem ſupraſcriptæ eccleſiæ concederemus: quod & facimus, poſteriſque noſtris ſervare mandamus. Hanc præſentem libertatem quam peragimus, in plena ſynodo facimus. Interdico denique ex auctoritate divinæ clementiæ, ne quis meorum ſucceſſorum hoc libertatis donum audeat violare in poſterum, ipſiuſque eccleſiæ altaria proprio ſi fuerint paſtore viduata, Morbacenſis eccleſiæ rectores perſonam eligant habilem, & in præſens uſque ut convenit deducant: cui noſtri ſucceſſores abſque pecunia animarum tribuant curam. Et ut hoc velut cœleſte munus inconvulſum ſtabileque permaneat, proprii ſigilli impreſſione notam ponimus: & à canonicis noſtris à majore uſque ad minorem præſente ſancta ſynodo extenſis manibus firmare jubemus. Si quis verò, quod minimè ſpero, bellator adverſus deifica caſtra hoc ingenuitatis privilegium infringere conatus fuerit, ex parte Paſtoris paſtorum, & ex parte B. Petri principis apoſtolorum, atque ex parte S. Stephani protomartyris Chriſti & omnium Chriſopolitanæ urbis fundatorum, catena ſit ligatus, anathematizatus, & in terra viventium bona Domini non videat cum juſtis. Ego HUGO archiepiſcopus hanc cartam propria manu firmo ceteriſque firmare præcipio. S. VVillenci præpoſiti S. Johannis Evangeliſtæ. S. Theodorici decani. S. Gibuini cantoris & archidiaconi cardinalis, S. Rotberti archidiaconi & archiclavi, S. Lamberti decani, S. Stephani, S. Girardi archidiaconi, S. VVinibaldi archidiaconi, S. Theodorici archidiaconi, S. FREDERICI Genevenſis epiſcopi noſtræ eccleſiæ archidiaconi, S. Alberici ſubcantoris, S. Manegaldi, S. Stephani cantoris. S. Rodulphi, S. Bundini cellerarii, S. Dundini capellani, S. Ottonis capellani, S. Deodati capellani levitæ, S. Conſtantini levitæ, S. Rotgeri levitæ capellani, S. Alberici ſubdiaconi capellani, S. FRODONIS abbatis ſancti Martini, S. Petri, S. Dadini ſacerdotis, S. Ardulfi diaconi, S. Rainaldi ſacerdotis. S. Ottonis archipreſbyteri, S. Rudolphi archipreſbyteri. Ego Raherius levita recognovi ad vicem Ermanfridi cancellarii, anno Dominicæ Incarnationis milleſimo quadrageſimo primo, indictione nona.

Acta Biſuntio publicè in ſancta ſynodo VI. Feria VIII. Id. Novembris, regnante HEINRICO rege II. anno IIII. præſulatus verò domni HUGONIS decimo.

CARTA VVILLELMI TALDAII comitis, reſtituentis monachis Fiſcannenſibus terram Rainaldi vicecomitis.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus-ſancti. Ego VVillelmus gratia Dei comes Richardi II. Normannorum ducis filius inſpiratione divina tactus, reminiſcens propriorum actuum admiſſa, quæ in adoleſcentia nimis perpetraveram, pariterque pietatem Dei expectantis me ad pœnitentiam: ex intimo corde ei gratias innumeras juxta mei poſſibilitatem refero, qui mihi dedit velle & poſſe divertendi à malo ad bonum: & ideo deſidero ut omni populo chriſtiano innoteſcat ejus bonitas erga meam juventutem declarata, quæ non ſolum à lu-

Anno 1047. Ex ms. Fiſcannenſis monaſterii.

Digitized by Google

bricis actibus ſeparavit, verùm etiam ab inimicis contra me iniquè inſurgentibus mirabiliter protexit. Undique enim mihi laqueos tenderant, ipſis in eoſdem corruentibus, ego liber ab eorum inſidiis, Deo protegente, inventus ſum. Non autem illis gratiæ ſed ſalutis referantur auctori. Quapropter volens recompenſare vicem beneficii Dei, decrevi ſanctam ejus Eccleſiam honorare, ſervientes ei ſuſtentare, & ſi neceſſitas creverit, pro ejus amore uſque ad mortem certare. Inter ceteras verò eccleſias præcipuè ſtatui locum Fiſcannenſem in honore ſanctæ & individuæ Trinitatis conſecratum mirè attollere, & de bonis mihi à Deo conceſſis remunerare; & ſi qua ab eo injuſtè ablata ſunt quolibet modo per negligentiam quarumcumque perſonarum ex integro reſtituere. Notum ſit igitur tam præſentibus quàm futuris, quod pater meus RICHARDUS comes dedit omnem terram RAINALDI vicecomitis monaſterio Fiſcannenſi, ipſo adhuc vivente, quam ROBERTUS comes frater meus poſt ejus mortem contulit ex toto, cum militibus, hoſpitibus, pratis, paſcariis, molendinis, ſalinis, ſylvis omnive ſubſtantia. Poſtea verò abbas loci ipſius nomine JOHANNES largitus eſt ipſam terram Gozelino Hedonis filio loco beneficii, ut quoad viveret teneret, poſſideret, pecudibus, porcariis, carrucis inſtrueret, & in ſua dominicatura retineret, nulli alio homini quicquam de ipſa terra tribuens. Retinuit quoque abbas de ipſo alodio pro inveſtitura terram quæ dicitur Sanctiniacus, quam poſtea commutavit cuidam matronæ nomine Emmæ, pro alia terra quam ipſa tenebat in Donovilla, eo quod ſibi vicinior haberetur. Porro jam dictus Gozelinus parvipendens convenientiam cum abbate & fratribus habitam, beneficium acceptum non ſolum, non auxit, ſed etiam ad nihilum redegit atque ſuis hominibus contra ſtatutam pactionem diſtribuit, inſuper namque ipſam partem quam ſæpefatus abbas ſibi retinuerat, abſque ulla juſtitia Deique timore, de mea ſolummodo juvenili poteſtate confiſus abſtulit, & ſuo genero GAUDFRIDO vicecomiti contradidit. Hæc ratio pene omnibus nota eſt. Enimvero, Deo præcipiente, finem vitæ ſortitus eſt, recipiens juſtam retributionem factorum ſuorum. Accidit poſt hæc ut interpellarer à domno abbate Johanne, ceteriſque fratribus ipſius monaſterii, quatinus memoratam hereditatem abſque ulla cunctatione in dominatione monachorum redire facerem, quam interpellationem conſiderans juſtam eſſe & veram querimoniam, necnon injuſtitiam quam impiè fuerant perpeſſi, adquievi voluntati ipſorum, & veniens in conventu eorum cum quibuſdam fidelibus meis, deliberavi ſanctæ & individuæ Trinitati reddere ſupradictum alodum ad uſus ſervorum ejus inibi communiter viventium. Hanc igitur donationem poſui ſuper altare ſancti Salvatoris pro anima patris mei, omniumque parentum meorum, necnon & pro mea anima, & uxoris ac filiorum meorum reddens Deo vero trino & uno injuſtè ſubductam poſſeſſionem à prædeceſſoribus meis collatam ex integro cum militibus, hoſpitibus, molendinis, piſcariis, ſylvis, pratis, & ſalinis, omnique ſuppellectili ut ſemper poſſideatur ab ipſius ſervis uſque in æternum. Si quis autem huic placito contrarius extiterit, & aliquam moleſtiam loco Fiſcannenſi pro ipſa re aliquo modo inferre tentaverit, primitus iram Dei incurrat, & ab omnibus Eccleſiæ catholicæ ordinibus excommunicetur, & cum Juda traditore partem habeat, ſi non digna ſatisfactione emendaverit. Hujus autem conventionis teſtes adfuerunt hii domnus abbas Johannes & omnes ſui monachi, Nicolaus etiam filius Baldrici, Robertus & Pontius filii Drogonis, Adulfus de Braceio, Giſlebertus filius Lodemari.

Acta publicè Fiſcanni caſtro die XV. Cal. Auguſtarum in Conventu generali ſub præſentia Johannis abbatis, ceterorumque fratrum, nobis propter eum haud procul reſidentibus, anno ab Incarnatione Domini milleſimo quadrageſimo ſeptimo, indictione decima quinta

---

NOTITIA DE OBITU HUBERTI
Andegavenſis epiſcopi, & de præbenda in eccleſia S. Mauricii monaſterio S. Sergii reſtituenda.

Anno 1047. Ex chartario S. Sergii Andegavenſis.

SUbnotatio iſta ad poſterorum notitiam perenniter conſervet, quod eos numquam ignorare, ſed ſemper noſſe, & firmiter tenere volumus & æquum eſt. VULGRINUS abbas quondam monaſterii beatorum martyrum Sergii & Bacchi, qui & idem poſtmodum epiſcopus fuit Cenomanenſis, circa obitum & ſepulturam domni HUCBERTI beatæ recordationis epiſcopi noſtri, cum multa ſtrenuitatis ſuæ ſollicitudine adfuit, & utpote conſanguineus ſecundum carnem, tam dulcis patris ingenti luctu ac gemitu deflebat abceſſum. Ut prudens autem vir, atque timens Deum, inſtante mortis articulo, eum utilia quæque ſaluti animæ ſuæ providere commonebat. Itaque inter alias ſuggeſtiones neceſſarias, illud etiam intimavit, & ſalubriter poſtulavit, approbantibus hoc quibuſdam ex noſtris, qui & ipſi aderant clericis, ut prædicto ſancti Sergii cœnobio, ubi corpus ſuum ſepulturam habere jubebat, præbendam canonicalem in iſta B. Mauritii eccleſia redderet, quam videlicet illius loci monachi per donum ejuſdem pontificis ſibi pridem datam diutino tempore tenuerant; ſed poſteà inconſideratè quorumpiam noſtrorum perſuaſione ſibi ablatam dolebant. Ejus ergo ablationis erroneum injuſtumque factum mitiſſimus præſul libentiſſimè corrigi volens: quippe qui præbendam illam voluntariè prius dederat, invitus abſtulerat, aſſiſtentes ſibi tunc clericos, & per eos omnes ceteros clementiſſimè precatus eſt, ut ſancto monaſterio præbendam illam in perpetuùm reſtitui & ipſi concorditer vellent, & à comite inclyto GAUFRIDO, in cujus proviſio-

Digitized by Google

ne, vel ſubſtitutione pontificis eccleſia remane- A bat, inſuper & à futuro epiſcopo id firmiter fieri implorarent. Idque factum eſt ita, ut clerici noſtri id temporis omnes unanimiter in pleno capitulo poſtulationi amiſſi patris aſſentirent, & à comite GAUFRIDO eam perfici & roborari depoſcerent.

BULLA LEONIS PAPÆ IX. pro S. Deodato in Voſago. B

Leo redux à concilio Moguntino, varia ſancti Deodati canonicis concedit privilegia.

Anno 1049. Ex ſchedis Domini de Riguet præpoſiti S. Deodati.

LEo epiſcopus ſervus ſervorum Dei, tibi, S. Deodate, & per te ſervientibus tuis, quicumque in eccleſia tua tibi pro tempore ſervierint in valle ſita, quæ dicitur Galilæa, perpetuam in Domino ſalutem. Quia divinæ dignationis nutu non noſtris meritis exigentibus de C Tullenſi ſede ad omnium ſedium primam, videlicet apoſtolicam demigravimus, neceſſe habemus omnibus omnia eſſe, omnibuſque benefacere, ſed illis, vel maximè locis, qui cultum Dei & divina officia à Chriſti fidelibus ſunt conſtructa. Quapropter cùm rediremus à ſynodo Moguntina, quam pro ſtatu Germánicæ & Gallicanæ eccleſiæ diſpoſuimus celebrare, ubi contigit nos ad eccleſiam tuam, S. Deodate, venire, ſitam in valle Voſago, quæ dicitur Ga D lilæa, ducti amore tuo, dum adhuc Tullenſis epiſcopatus vacaret ab epiſcopo, dignum duximus indulgere beneficium ſervitoribus tuis qui pro tempore fuerint, cenſus ſcilicet & oblationes, quas illic confluentes populi ad remedium animarum ſuarum altari dederint, ſive regio munere, ſeu reliquorum fidelium oblatione, tam in ſacris voluminibus, donariiſque, & eccleſiaſticis ornamentis, quàm in his quæ dein- E ceps inibi ſervientes Deo proprio labore addere potuerint, à modo eas oblationes fratres in commune habeant. Et quandocumque prælatus ejuſdem eccleſiæ à Deo fuerit vocatus, quem illa congregatio ex ſeſe unanimiter elegerit præpoſitus ſubrogetur, & ad altaria benedicenda, vel ſacros ordines percipiendos quem voluerint epiſcopum expetant, nullaque eccleſia quicquam ſeparare, vel auferre ab eis præſumat, & nemini niſi invitatione aut permiſſio- F ne totius congregationis liceat monaſterii ipſius ſepta intrare. Quod ſi quilibet pontificum ab eis communiter poſtulatus pro ipſorum utilitate acceſſerit, mox ſecundum voluntatem congregationis expleto ſuo miniſterio prandioque ſumto abeat abſque requiſitione ullius muneris, quatenus fratres de percepta quiete, juvante Domino, per tempora exultent & pro ſtatu eccleſiæ catholicæ quietiùs Deum exorent. Si autem aliquam tranſgreſſionem ſuæ regulæ fecerint, & à proprio paſtore objurgari noluerint, G necnon prælatus, qui & idem eorum epiſcopus ſeditionem congregationis ſedare per ſe nequiverit, tunc alios ſub eadem regula ſervientes ad ipſum monaſterium convocet, qui ſententiâ regulari ſcandalum deprimere curent, cujus rei conceſſionem his noſtris apicibus corroboramus & confirmamus, & etiam cetera bona, tam mobilia quàm immobilia ubicumque manentia quæ modò habet & poſſidet ipſa tua, S. Deodate, eccleſia, & uſque in perpetuum habere poterit, vel per quoſcumque Chriſti fideles, majores vel minores utriuſque ſexûs, cujuſcumque ætatis, ut nemini liceat auferre quicquam, vel diminuere quolibet modo ex bonis ipſis, tam præſentibus quàm futuris: ſtatuentes apoſtolica cenſura, ſub divini judicii obteſtatione, ut nulla hominum perſona, magna vel parva, contra hanc noſtram apoſtolicam conceſſionem & confirmationem obviare pertentet. Quod quicumque auſus fuerit uſque ad condignam ſatisfactionem noſtri anathematis ſubjaceat periculis. Qui verò cuſtos & obſervator hujus noſtræ conceſſionis & corroborationis fuerit, à retributore omnium bonorum benedicatur, & æternam vitam conſequi mereatur.

Datum XVI. Cal. Decembris per manus Petri diaconi bibliothecarii & cancellarii ſanctæ apoſtolicæ ſedis, anno Domni LEONIS IX. papæ primo, indictione tertiâ, MXLIX.

BULLA LEONIS PAPÆ IX. ad Mathildem abbatiſſam monaſterii S. Fabiani & Felicitatis.

Confirmat monaſterii ipſius privilegia, cujus eccleſiam conſecraverat, tranſlato in illud corpore S. Richardis.

Ex ſchedis Stivagienſis monaſterii.

LEo epiſcopus, ſervus ſervorum Dei dilectæ in Chriſto filiæ MATHILDI abbatiſſæ venerabilis monaſterii ſancti Fabiani ſanctæque Felicitatis, quod appellatur Helionis, ſitum in pago Heliſatiæ, tuiſque ſucceſſoribus abbatiſſis, perpetuam in Domino ſalutem.

Præclaris votis divinâ miſeratione præſtatur effectus. Inde eſt quod nobis à ſynodo quam Maguntiæ habuimus redeuntibus, contigit per veſtrum monaſterium venire, & eccleſiam benedicere ac dedicare divino numini quam noviter conſtruxeratis, ſed nondum perfeceratis ad plenum, & etiam veſtris precibus illuc transferre corpus beatæ RICHARDÆ primæ conſtructricis ejuſdem venerabilis loci, quem per donationis paginam unà cum conjuge ſuo CAROLO imperatore auguſto contradidit. Itaque inclinati veſtris interceſſionibus, ad exemplum prædeceſſorum noſtrorum pro futuri temporis cautela, necnon ſtabilitate ejuſdem loci concedimus & confirmamus vobis idem monaſterium, quod per hoc noſtræ apoſtolicæ auctoritatis privilegium, cum omnibus rebus & facultatibus ſuis, quas modò habere videtur, & deinceps, auxiliante Domino, ſive à regibus, ſive à cujuſcumque dignitatis & ordinis hominibus, quoquo pacto acquirere poterit, ſed & in ipſo majore altare novæ eccleſiæ à nobis conſecrato, prohibemus alicui ſacerdoti miſſam celebrare,

niſi quem vos veſtræque ſucceſſores voluerint. Ipſum verò monaſterium integrum, ſicut jam prædiximus, concedimus vobis, & confirmamus, eâ ratione, ut omnibus diebus vitæ veſtræ ſub veſtra ditione vel regimine, ſicuti vobis ſecundum Deum viſum fuerit, diſponere omnino permaneat. Cùm autem divinâ vocatione de præſenti hac luce ad Dominum migraveritis, ſtatuimus de propria congregatione, quam ſibi unanimitas præfati monaſterii ancillarum Dei concorditer elegerit, abſque cujuſcumque hominis contrarietate, vel obſtaculo, fieri abbatiſſam, præſtante videlicet nobis & ſucceſſoribus noſtris annualiter tres pannos lineos pontificali uſui aptos. Quod ſi in biennio, aut in triennio perſolutum non fuerit, ſolùmmodo perſolvatur; nec à ſucceſſoribus noſtris aliquid ampliùs modo quolibet requiratur. Quapropter præſenti decreto jubemus, ut nullus imperatorum, vel regum, aut cujuſcumque dignitatis vel ordinis homo audeat, ſub quolibet obtentu, vel occaſione, præfatum monaſterium, quod pro amore beatorum apoſtolorum Petri & Pauli, ac ſempiternâ ſcilicet animæ ſuæ remuneratione, prælibata glorioſiſſima imperatrix RICHARDA, unà cum cariſſimo conjuge ſuo CAROLO ſereniſſimo imperatore auguſto, & quod beato Petro principi apoſtolorum per donationis paginam obtulerunt, inquietare, vel aliquatenus moleſtare, aut ad jus ſuum, vel alienum transferre, ſed neque in hominibus ac facultatibus ejus aliquâ contradictione, aut invaſione, quoquo tempore facere præſumat, ſed liceat jam dictis ancillis Dei cum abbatiſſa propria in Dei omnipotentis ſervitio quietè vivere, ac ſub defenſione ſanctæ apoſtolicæ eccleſiæ cui, Deo auctore, deſervimus, degere ſecuriterque permanere. Si autem, quod abſit, & fieri non credimus, aliquis contra hoc noſtrum apoſtolicum privilegium venire, facere, vel auſu temerario tentaverit, perpetui anathematis vinculo innodatus, ac perpetuâ ultione cum Juda traditore, niſi reſipuerit, maneat condemnatus. Qui autem verus cuſtos ac obſervator extiterit, benedictionis gratiam ac miſericordiam à Domino Deo noſtro conſequi mereatur.

BULLA LEONIS PAPÆ IX. ad Petrum abbatem Maſſilienſem S. Victoris.

Sedis apoſtolicæ protectionem, & abbatiam Valentinenſem S. Victoris ei concedit.

Anno 1050. *Ex cartario S. Victoris.*

LEo epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, PETRO abbati monaſterii ſancti Victoris Maſſilienſis martyris, & omnium apoſtolorum, tuiſque ſucceſſoribus abbatibus, perpetuam in Domino ſalutem.

Convenit apoſtolico moderamini piâ religione pollentibus benivolâ compaſſione ſuccurrere, & petentium deſideriis congruum impertiri ſuffragium. Ex hoc enim lucri potiſſimum præmium à conditore omnium Deo in ſydereis cœtibus promerebitur, ſi venerabilia loca noſtris temporibus ad meliorem fuerint, Deo juvante, cultum perducta, & à læſione pravorum hominum protecta. Quia verò tu, dilectiſſime fili, cùm ad ſynodum noſtram Vercellenſem veniſti, tutamen noſtræ apoſtolicæ defenſionis, privilegium monaſterio tuo, quod propriè eſt ſancti Petri, ſupplici devotione à nobis poſtulaſti: inclinati precibus tuis, per hujus noſtræ apoſtolicæ præceptionis ſeriem prædictum monaſterium ſancti Victoris martyris, omniumque apoſtolorum, cui tu præeſſe meruiſti, ut liberum ab omni humana conditione & jugo conſiſtat, pro eo quod ſub jure ſancti Petri poſitum, libertatem meruit adipiſci, noſtrâ apoſtolicâ auctoritate ſemper eſſe decernimus; quin etiam interdicimus ne quicquam moleſtationis, quicquam violentiæ aut rapinæ in rebus ejuſdem monaſterii, & etiam cellis nominatim, ſacrilegâ manu committere audeat. Concedimus etiam ipſi veſtro monaſterio abbatiolam quamdam, ſancti Victoris nomine, apud Valentinam civitatem ſitam, quam nobis in ipſa ſynodo ipſius civitatis epiſcopus PONTIUS manibus noſtris reddidit, & per omnia refutavit, tunc uſque injuſtè detentam ab abbate ſancti Theodfredi ex tempore deſolationis monaſterii ſancti Victoris. Statuentes apoſtolicâ cenſurâ ne ulla umquam hominum perſona, cujuſcumque poteſtatis vel conditionis, cujuſcumque ſexûs & ætatis, contra hanc noſtræ apoſtolicæ auctoritatis defenſionem venire prætentet. Quòd ſi auſus fuerit, noſtri cuſpide anathematis tranſverberatus erit uſque ad dignam ſatisfactionem. Qui verò ſe ab hac præſumtione cuſtodierit, benedictionem à Domino Deo conſequatur, & æternæ vitæ particeps efficiatur.

Data VII. Idus Septembris per manus Petri diaconi bibliothecarii & cancellarii ſanctæ apoſtolicæ ſedis, anno Domini ML. LEONIS noni papæ II. indictione IV.

EPISTOLA CLERI ET POPULI Namnetenſis, ad Leonem papam IX.

Recuſant recipere miſſum ſibi à pontifice epiſcopum.

Circa annum 1050. *Ex ms. eccleſiæ Namnetenſis.*

VEnerabili multùmque verendo papæ L. clerici Namnetenſis eccleſiæ & cum comite populus humilem, tantoque non indignam patre devotionem.

Quia te ſedes apoſtolica noſtris temporibus talem ſublimavit, ut perturbationibus noſtris à tua paternitate ſperanda viderentur remedia; ad te oculos omnes conjeceramus, expectantes pacem, ut ait ſcriptura, quæ non venit; quærentes bona & ecce affuit turbatio: homo ſine affectione indiſpoſitus, homo imperſuaſibilis, quod experimentis quam pluribus nimiiſque cognovimus: homo bonis ad nullum bene conſentiens (*) miſſus quidem à te, ſed cum mit-

(*) Leo papa IX. cùm epiſcopis Simoniacis bellum indixiſſet, Pudicum Namnetenſem antiſtitem in concilio Remenſi ob Simoniæ crimen ſede ſua exturbavit. Cujus loco alium propria auctoritate illi eccleſiæ præfeciſſe videtur, quem ab eo miſſum clerus Namnetenſis hac epiſtola recipere recuſavit.

Digitized by Google

teres prorſus hominem non noviſti. Miſſus autem neſcientibus omnibus, neque illud petentibus nobis. Hunc hominem non epiſcopali tantùm, ſed omni dignitate indignum, quod ſatis nimiùmque expertis nobis credere debet paternitas tua, hominem omni publicæ adminiſtrationi omnino imparem, hominem vacuum, procacem, inquietum, nullius conſiderationis, nullius ponderis, nullius moderationis, ſibi ipſi ad omnia pene diſſidentem, non ad injuriam auctoritatis tuæ, ſed ad communem populi ſalutem & quietem rejectum, nulla umquam ratione à nobis ultra recipiendum fore expectes. Nullius te perſuaſio moveat, nullius importunitas ad illud adducat, ut ingerendam nobis ulterius peſtem illam exiſtimes. Non hoc meruimus Romanæ Eccleſiæ filii, non hoc decet patrem Apoſtolicæ ſedis. Sed & ſi te & nos, quod abſit, fortè contemneres, ſaltem illi parcendum eſſe perpenderet ſublimitas apoſtolicæ ſedis, nec molem homini quam portare non novit imponendam eſſe cenſeres. Hæc ſcribenda putavimus paternitati tuæ, ut jam tandem ad conſulendum Namnetenſi eccleſiæ, pace tua, epiſcoporum noſtratum, quos ea res attingit, cura ſecundùm recta ſanctorum canonum inſtituta invigilet. Vale.

BULLA LEONIS PAPÆ IX. ad Serbergam Parthenonis Heſſæ, Ordinis S. Benedicti abbatiſſam neptem ſuam.

Poſſeſſiones monaſterii, cujus eccleſiam ipſe conſecraverat, in qua & parentes ipſius conditi erant, confirmat.

Circa annum 1050. Ex ſchedis Mediani monaſterii.

LEo epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, eccleſiæ in loco qui dicitur Heſſe poſitæ in honore ſanctæ Dei genitricis MARIÆ, & in memoria ſanctorum pii Martini confeſſoris & Laurentii levitæ glorioſi & igne purgatorio aſſati dedicatæ, & per eam SERBERGÆ abbatiſſæ nepti noſtræ, & poſt eam ſucceſſivè Domini ancillis in perpetuùm.

Martinus hic pauper & modicus, quò cœlum divites ingrediamur dulciter, monet ut ſibi, ſuiſque amicabiliter ſerviamus. Aſſatus ut piſcis Laurentius, quemadmodum ipſe duris ſuavem gloriam promeruit: ita & nos ſibi ſuoque Domino noſtro JESU-CHRISTO vult per multos labores inſervire, ut ſic digni efficiamur operarii mercede ſuâ. Hac unius levi manſuetudine, & alterius asperâ impulſione commoniti, quo ſolemus & debemus etiam huic eccleſiæ confirmationem noſtri privilegii gratis concedimus, pro ſanctorum debita veneratione & parentum noſtrorum inibi in Chriſto quieſcentium memoriali ac præcordiali devotione. Tegit enim martyr patrueles noſtros comites MATHERIDUM & bonæ memoriæ SERGARDUM, ejuſque uxorem devotam famulam Deo CUNIZAM, & cordis noſtri, dum vixit, dulce ſolamen fratrem noſtrum HUGONEM, & quia ſuus mitis confeſſor, cujuſcumque iſtorum ſibi vindicavit corpora, non ſe elonget eorum precibus exigentibus, vel alienet ab animarum apud Deum obtinenda venia, ut ſub cujus protectione vixerunt, tuitione propitiâ per eum æterna promereantur gaudia. Confirmamus igitur eidem loco nominatim illa quæ iſti, vel alii parentes noſtri contulerunt bona: & quæcumque conceſſit jam illuc vel in perpetuùm conceſſura eſt quælibet Deo fidelis perſona. Et ut noverint omnes quantum honorem huic loco ſemper optaverimus, juſtis precibus dominæ MATHILDIS, & filii ejus HENRICI noſtri quondam nepotis, altare in ipſa eccleſia nos ipſi dedicavimus: quod quia eminentiùs altiùſque præ ceteris eſt, conſtitutum decrevimus etiam illud magnificentiùs ſpeciali honore glorificandum, ut nemo ibi celebret miſſam, niſi archiepiſcopus, vel epiſcopus ipſius diœceſis, vel idonei ipſius eccleſiæ hebdomadarii. Si quis autem alia perſona orationis, vel alicujus negotii ſupervenerit cauſa, ad idem altare, ut miſſarum ſolemnia exſequatur, non præſumat accedere, niſi de abbatiſſæ, vel aliarum ſanctimonialium conſenſu & licentia. Celebretur etiam dedicatio ab omnibus ejuſdem loci incolis VII. Calendas Decembris. Ut autem probabile teſtimonium huic eccleſiæ ab omnibus de bonis ſuis adhibeatur, nomina ipſorum bonorum, vel prædiorum quæ modò liberè habet, fideliter ſubſcribi fecimus. Hæc autem ſunt in civitate Metenſi tria curtilia, eccleſia de *Albertorff* integra cum conductu, & medietas ejuſdem villæ, *Landeldingen* datus à Bezelmo, apud *Nunhirchen* manſus cum lacu piſcatorio datus à Truſingo, apud *Veltheringen* foreſtus à Bezelino datus; eccleſia tota de *Steinſilide* cum conductu & omni integritate. Ad curiam hoſpitii, & his ſtipendiis pertinet *Volfreſingen*, & apud *Halbeſſurt* molendinum & manſus unus; & aput *Torolnesheim* vinea, duas carratas vini ſolvens per annum. Ad abbatiam autem ipſam, ſicut & alia prædicta ſunt, pertinet etiam quarta pars eccleſiæ apud *Sitterſdorff*, & tertia pars thelonii aput *Sarburg*, eccleſia *Monheim* tota cum conductu & omni integritate, & quarta pars ejuſdem villæ; medietas villæ quæ dicitur *Meigeringen*, & eccleſia cum conductu, & tertia pars decimæ; ſacerdoſque illius eccleſiæ omni anno in Natali Domini triginta nummos pro eulogiis perſolvet abbatiſſæ. Eccleſia *Berthingen* tota, cum conductu & omni integritate, & medietas villæ ejuſdem. Eccleſia *Igolingen* cum conductu & villa ex toto data per manus MATHILDIS dilectæ uxoris fratris noſtri HUGONIS prædicti, & filii ejus HENRICI. Moneta apud Heſſe, cum totius mercati utilitate, quarta pars eccleſiæ de *Feſſelingen*, cum conductu & omni integritate; eccleſia de *Bernoyrte* tota, cum conductu & omni integritate. De hac eccleſia quinque ſolidi omni anno perſolvuntur. Eccleſia *Malſeheidt* tota, cum conductu & villa ex toto & omni integritate. De hac etiam omni anno duo ſolidi perſolventur. Aput *Rodeshen* tres partes decimæ eccleſiæ inferioris, & ipſa eccleſia cum

Nota de parentibus S. Leonis.

Digitized by Google

conductu & omnibus ibidem ad chriſtianitatem pertinentibus. De *Drenheim* omni anno ſex carratæ vini ad cellarium monialium dantur, & in feſto ſancti Martini decem ſolidi ibi perſolventur abſque aliis beneficiis, quæ ibi ſunt poſitæ apud villas *Beſſeringen*, *Schalhenbach*, *Olba*, *Richenhoſt*, prata agri curiæ non modica. De familia autem eccleſiæ ac ſuæ catholicæ fidei & honeſtæ religionis pater noſter HUGO juſtus in eiſdem bonis advocatus & heres hanc conſtituit concordiam, ut invicem ſe in legali matrimonio ſecundum ſuam conditionem conjungendi liberam habeant licentiam: ita ut ſi ex ea conjunctione proles numeroſa procreata fuerit, æqualiter dividatur eccleſiæ & heredi. Si autem non procreatum fuerit inde niſi unum cujuſque ſexûs mancipium, pro ſpeciali ſua reverentia habeat eccleſia: quod & nos confirmamus, atque in perpetuum taliter permanere ſtabilimus, necnon & omnia alia ad ipſam eccleſiam pertinentia ſtabilia & firma, & nullo modo violanda hac noſtræ præceptionis pagina corroboramus: ut nihil horum neque imperator, neque rex, neque dux, neque marchio, neque comes, neque vicecomes, neque advocatus, neque aliquis heres, neque archiepiſcopus, neque epiſcopus, vel aliquis eccleſiaſtici ordinis, ſeu mundanæ conditionis magna parvaque perſona infringere, vel minuere, aut invadere præſumat. Si autem aliquis præſumſerit, liberam habet licentiam adeundi auctoritatem apoſtolicam. Violatorem ergo hujus præcepti Martinus pius niſi reſipuerit non defendat; Laurentius læſus in illum iratus inſurgat, ſitque omnibus ſociis ingratus, atque divinum anathema ſuſtineat. Conſervatorem verò divina gratia circumveniat, & apoſtolica benedictio conſervet & muniat....

PRÆCEPTUM ODONIS COMITIS de ponte civitatis Turonicæ.

Ex archivis Majoris-monaſterii.

NOvimus in humanis negotiis quoniam ea conſuetudo ſervatur, ut ſecundùm modum crediti unuſquiſque in debito teneatur: & quantò quis majoris commiſſi acceptione præfertur, tantò ampliori exactione ſolvendi tempore conſtringatur. Quod quia æquabilitatis lex ratioque juſtitiæ videtur expoſcere, apud juſtiſſimum quoque judicem Deum idem ſervatum iri credimus in judicii extremi examine. Et ne in tam certæ rei firmitate noſtræ fidei claudicare greſſus aſtutia diabolica faciat, obviantis Salvatoris parabola prudentium fideliumque ſervorum remuneratione, & damnatione torpentis, id taliter futurum eſſe in evangelica talentorum exactione proclamat. Unde perpendere facile eſt, ea quæ nobis ad temporalem uſum clementia divina largitur, non abutenda eſſe, quaſi proprietarii juris uſurpato dominio, à quibus multis ex occaſionibus poſſumus expoliari breviſſimi temporis intervallo, ſed conditionis humanæ noſtræque fragilitatis memores, & uſufructuario ac diſpenſatorio potius jure eorum nos curam ſuſcepiſſe recognoſcentes: ita debemus ea tractare in tranſeuntis vitæ hujus tempore propter Deum, ut ex fideli adminiſtratione ipſo mereamur frui æternaliter Deo. Hæc Ego ODO comes conſiderans: hæc mecum tacitæ cogitationis ſedulitate revolvens, memorabile aliquid, atque ad profectum poſteritatis accommodum, ac per hoc Deo placitum, qui me gratuitæ largitatis benignitate inter primates hujus ſæculi connumerare dignatus eſt, operari diſpoſui. Igitur majora quidem debens, ſed ad majora non adeo paratus ad præſens, quod in promtu fuit ſupra flumen Ligeris juxta civitatem Turonicam Pontem ædificare decrevi, ubi inundantis aquæ tempore multos noveram rapidi amnis impetu periiſſe. Et ne poſt tanti operis conſummationem ab æterna mercede quæ ſola cauſa fuit incœpti, lucri temporalis appetitu privarer, Dei inſtinctu, qui me paſſus non eſt tanti laboris digna remuneratione fruſtrari, uxoriſque meæ hortatu, cujus etiam inſtantia ac labore plurimo opus hoc videtur eſſe perfectum, cyrographum hoc ex auctoritate Domini mei regis HAINRICI placuit facere. Quo noſtris poſteris innoteſcat quarumlibet provinciarum homines omnium ordinum atque officium ſive extranei ſint, ſive indigenæ, ſive peregrini, ſive mercatores, ſive pedites, ſive equites, ſive pauperes, ſive divites, ſive cum plauſtris, ſive cum onuſtis vacuiſve jumentis, vel quibuſlibet animalibus, ſive quocumque modo iter agant, abſque ullius penitus telonei exactione liberam per ipſum Pontem tranſeundi, nobis concedentibus, habere facultatem. Quod ut perpetua firmitate inviolatum permaneat, propria manu ſubſcripſi, filiorumque meorum manibus confirmandam tradidi: quos etiam remunerationis mecum fieri participes volui, quoſque confirmando ſubſequuti ſunt curiæ quoque noſtræ primates, quorum nomina inferiùs habentur ſcripta.

S. ODONIS fratris regis. S. HESCELINI epiſcopi. S. VVALERANNI comitis. S. RODULFI comitis. S. BURCHARDI. S. MILONIS. S. WIDONIS archiepiſcopi. S. BERALDI epiſcopi. S. TETBALDI comitis. S. STEPHANI comitis. S. HILDUINI comitis. S. MANASSE comitis. S. GILDUINI. S. ADDONIS. S. NIVELONIS. S. HUGONIS. S. ROTGERII. S. THEODERICI. S. MANASSE. S. RODULFI. S. ODONIS S. HUGONIS Carnotenſis. S. VVALCHERII. S. GAUZBERTI clerici. S. DURANDI capellani.

Locus ſigilli.

FUNDATIO monaſterii S. Sepulcri Mauriagenſis.

Anno 1053. Ex archivis Atrebaten. & ſchedis Colbertinis.

ANno ab Incarnatione Domini noſtri JESU-CHRISTI MLIII. & indictione V.

Digitized by Google

v. Ego Odilus filius Rodulfi de comitatu Rudenſe A perrexi Hieroſolymam cauſa orationis & videre ſancta loca, ubi Dominus noſter Jeſus-Chriſtus dignatus eſt naſci, pati, mori & reſurgere & aſcendere in cœlum, compunctus ſum corde, & poſuit Deus in animo meo, ut de meis hereditatibus facerem monaſterium ad honorem Domini noſtri JESU-CHRISTI qui poſitus eſt in ſancto ſepulchro, id eſt in illa parrochia de *Mauriag* volo illum ædificare, taliterque diſpono. Concedo ibi medietatem B de ipſo honore de ipſa eccleſia S. Remedii, & de illo eccleſiaſtico, & dono medietatem de illa eccleſia quæ vocatur Mauromonte, ipſam partem quæ ad me pertinet de eccleſia S. Andreæ, quæ vocatur *Tenoſtre*, & medietatem de ipſa corte, & unam.... in proſimeda, & in villa de Fontenago una manſio quæ vocatur Fonte, & in villa Andeſiaco una manſio quæ vocatur *Fraciſe*, in parrochia de Galgagno, una manſio quæ vocatur Geneſta, & alia manſio quæ vocatur *La-* C *Combeta*, & in parrochia Mauriago ipſa medietate de ipſo *Vinobre*, qui vocatur Caizago, & ipſa medietate de ipſo alodo quæ vocatur Alſone cum terra & cum boſco, & de illo alodo quæ vocatur *Valazires* illa medietate. Inſuper & de omnia mea res dono decimam ad ipſam eccleſiam, quæ eſt monaſterium S. Sepulcri. Ego ſupradictus Odilus filius Rodulphi, hæc omnia ſupradicta mea hereditas & partes trado & dono Dei omnipotentis & ſanctæ eccleſiæ Hieroſolymitanæ, ubi Dominus noſter D JESUS-CHRISTUS fuit crucifixus & poſitus in ſepulcro & tertia die reſurrexit, & in manibus ſanctiſſimi patriarchæ SOPHRONII pro redemtione animæ meæ & ejus ſucceſſoribus, ut fiat monaſterium iſtum in judicium.... regunt ſanctum ſepulcrum laxamus, ut quicumque eſſet abbas hujus monaſterii fiat ordinatus per conſuetudinem terræ, & teneat honorem per patriarcham Hieroſolymitanum, & pono ut pro anima mea & conjugis Ceciliæ, & patri meo Rodulfi, & avi mei Odili, & Elizabeth, E & Johanna, & UGONI comitis, & RICHARDÆ matris ſuæ, & omnium parentum meorum, fiat hoc; & conſtituo ut omni anno pro incenſo & datum veniat ad ſanctum ſepulcrum per noſtrum miſſum de hoc monaſterio, poſtquam erit conſecratum, biſantium unum de auro, & ſi uno anno non poterit, fiat in alio, & quicumque voluerit diſperdere iſtum monaſterium ſupradictum, ſi non per ſatisfactionem emendaverit, habeat partem cum illis qui Dominum JESUM tradiderunt & crucifixerunt. F Ego SOPHRONIUS patriarcha Hieroſolymitanus oro atque benedico omnes qui in hoc monaſterio ſupradicto ſerviunt, atque bona faciunt & ſuſtentant. Quicumque contrarii fuerint, ſi non emendaverint, habeant exprobrationem cum Domino noſtro JESU-CHRISTO in diem judicii.

INCIPIT EPISTOLA (a) R. MONACHI ſuper Canticum canticorum ad Anfridum amicum ſuum.

Ex ms. Eccleſiæ Remenſis.

SErvo Dei dilectiſſimo ſuo ANFRIDO quondam filio & amico, modo divina favente cui voluerit gratia, patri & domino frater R. omnium minimus, vitam, gaudium & gloriam quæ vere gloria eſt.

Multis jam nunciis inertiam meam fervor tuus in Deum ſollicitat, ut tibi librum quem ante hos dies quamplurimos ſuper Cantica canticorum ſcripſi, mittam. Vix igitur nunc mitto, quem à nemine videri vellem, ſi omnibus abſcondere poſſem. Quem enim rudis & incompoſitus artifex fecerit anulum, ab aliis videri formidat, omneſque inſpectores, non laudatores, ſed judicatores expectat. Et oſtendit itaque & metuit, quod & ſibi de opere ſuo minimè credit, & de alterius judicio non confidit, dum id quod ſibi ſoli ante examen perfectè non placet, in examine diſplicere pluribus timet. Sic oſtendentis & ſic paventis accipe opuſculum amici tui. Judica quod placuerit & reſcribe quod judicaveris. Videor forſitan pluribus, quod & tibi videri timeo, hoc opus præſumtione cœpiſſe, præſumtione perfeciſſe, ſi tamen perfectum dicendum quod à doctoribus melioribuſque eſt adhuc viris examinandum & utique corrigendum. Mihi quippe cum maxima indignatione fieri videtur, ut ego tam rudis ſtudio, tam ſtolidus ingenio, tam ſordidus peccato, in tam antiquum, tam doctum, tam nitidum proruperim, ut Salomonis verba exponerem, qui de Salomone nihil habeo, niſi forſitan quod de illo abominabile lego, ſcilicet cùm ſenex factus fuerit, tunc ſapiens eſſe deſtiterit. Mihi tamen amico crede tuo, quòd hunc quem tibi mitto multis ridendum libellulum rogatus cœpi, multoties admonitus perfeci. Rogavit me domnus ANASTASIUS dilectiſſimus frater & dominus meus admonuerunt me cum illo & alii multi, non tamen penſantes mihi innatam ſtultitiam; quantum amantes verborum tam ſecretorum qualemcumque ſibi clarere peritiam, quamvis nonnulli alii, & maximè domnus Beda in hoc eodem opere laboraverint, ſecreta patefecerunt, poſteriſque lectionem utiliſſimam reliquerunt; ſed non omnes omnia inveniunt. Tu ergo, ſerve Dei, humiliter lege quæ inveneris; & ſi placuerint, tranſcribe quæ legeris. Rogo verò ut in duo principia hoc opus dividas, quia dictamen iſtud, dum à ſeipſo variatur, turpe eſt, ſi ſub uno principio univerſum concludatur. Dum enim ego in cella ſolitaria poſitus, Cantica canticorum exponerem, contigit ut me quidam amici mei ſupervenientes invenirent: cùmque ea quæ jam expoſueram per partes legerent, laudaverunt quidem opus, ſed quòd canonicorum librorum

(a) Hanc epiſtolam ſubminiſtravit nobis antiquus codex eccleſiæ Remenſis, in quo præmittitur vulgatæ expoſitioni Cantici canticorum ſancto Gregorio aliàs tributæ. De auctore hujus operis hactenus nihil certi tradere potuerunt viri eruditi. Verum R. monachi lucubrationem eſſe demonſtrat hæc epiſtola.

Digitized by Google

exempla non inſerueram, quibus quæ dicerem probarentur, hoc minus ineſſe dixerunt. Ex illo mox tempore quæ memoriæ occurrerunt, pro re quam agebam exempla appoſui, quamvis non neceſſaria eſſe mihi viderentur: maximè enim compunctioni in expoſitione intendens, non probanda, ſed interius inſerta dixeram: unde poſteà exempla colligens, dum brevitati ſtudeo, ſtrictiùs expoſita, minùs ſuavia legenti videntur. Dictaminis itaque varietas, quæ exemplorum inſertione fit, ibi notatur, ubi dicitur: *Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris.* (Cant. 4. 6.) Hoc dicto & expoſito, finiatur primus liber, incipiatque ſecundus, ſic oriens: (Ibid. 7.) *Tota pulchra es, amica mea, & macula non eſt in te.* Pergamenum autem quod tibi defuerit mittam quantùm ſufficiet. Lege igitur, frater amiciſſime, verba ſapientiſſimi Salomonis Cantica canticorum, quæ ob reverentiam ſecretiſſimi ſenſûs, ob excellentiam amoris nuptialis, ob ſponſi & ſponſæ conglutinationem, non ſolùm cantica, ſed etiam Cantica canticorum vocantur. In horum expoſitione, ſi quid tibi diſplicuerit, ora pro ignorantia mea: ſi quid tibi placuerit, ora pro peccatis meis, qui bene loquor, & male operor. Quòd ſi librum iſtum ſcribere libuerit, non ita in marginalibus, ſicut hîc habetur, ſcribas; ſed continuum in paginis, ſicut aliæ expoſitiones ſcribi ſolent. Hæc verò epiſtola volo ut ponatur in capite:

Explicit epiſtola. Incipit prologus beati G. papæ in canticis canticorum.

Quia ſi cæco, ſi longè à Deo poſito &c.

Oſculetur me oſculo oris ſui. Os ſponſi inſpiratio Chriſti.

TESTAMENTUM GUILLELMI vicecomitis Agathenſis.

Ex autographo.

HIc eſt brevis teſtamenti quem deteſtavi, vel ordinavi, ſeu manumiſſores, ego GUILLELMUS vicecomes ad manumiſſores ſuos his nominibus, MATFREDUS epiſcopus, STEPHANUS epiſcopus, ARSINDIS vicecomitiſſa, PONTIUS, SICFREDUS, ERMENGAUDUS, ut poſt obitum meum donare faciant omnes res meas mobiles & immobiles, quem ego eis dicebam, vel alias quæ dicere non potebam, & ipſi invenire potuiſſent pro timore Dei Patris omnipotentis, & Filii, & Spiritûs-ſancti; & pro peccatis & facinoribus atque delictis, & remedium animæ meæ, in eccleſiis, in ſacerdotibus, vel in pauperibus Dei. Dono & offero ego GUILLELMUS ſupraſcriptus in canonica S. Nazarii ſedis Biterrenſis, quæ teneant ipſi canonici, ipſum alodem quod habeo in villa Surignano, terris, vineis, manſis, ſalinis, & in alio loco, in terminium de villa Buiano vineas quod advenit mihi de hebreo. Et ordinavit à S. Stephano ſedis Agathenſe in comitatu Agathenſe villa quæ vocant S. Andreæ, cum ipſa eccleſia, cum terris & vineis, cum cellis & cimiteriis, & cum ſuo terminio, quantùm ad ipſa villa pertinet. Et ordinavit à S. Tiberio monaſterio ipſas eccleſias quæ ſunt fundatas in ipſos alodes S. Johannis, in villa Florenciaco, & S. Andreæ in villa Ruviniaco, & S. Martini in villa Granularias. Et ordinavit à S. Aphrodiſio in vicaria Laprarienſe villa quod vocant Fontedicta. Ordinavit à S. Salvatore quod eſt fundatus in caſtello Biterris civitate in terminium de Madinas, ipſa vinea, quod acquiſivit de Guiraldo, vel de Udalrigo, ſive de Adulberto; in tali verò ratione, dum Ainardus preſbyter vivit, pro timore Dei & remedium animæ meæ, teneat ipſa eccleſia cum ſuum alodem, & alii ſucceſſores eorum in ſæcula. Et ordinavit à S. Severe in villa Lupiano manſo uno, quod vocant ad ipſo Poio, cum terris & vineis, & cum ſuas adjacentias, quantùm ad ipſum manſum pertinent. Et ordinavit à S. Maria Sagriſtia ipſum alodem, quantùm habeo in villa Baciano, vel in ſuo terminio. Et ordinavit à S. Petro in villa Trenciano manſos duos, cum illorum adjacentias. Et ordinavit à S. Jacobo & S. Michaële in terminio de villa Buiano ipſas vineas quod Pontius de Tezano tenet à fevo. Et ordinavit à S. Salvatore de Agnana villam Centones. Et ordinavit S. Andreæ de Agathe civitate ipſum alodem, quæ vocant Rivo torto. Et ordinavit à S. Petro de Agatha civitate ipſum manſum, quæ eſt in villa Majano, cum terris & vineis, & omni adjacentias quod ad ipſum manſum pertinent. Et ordinavit GUILLELMUS vicecomes à filia ſua GARSINDIS civitate quod Biterris cum ipſo epiſcopatu, & cum ipſa honore quod ad ipſa civitate pertinet, & cum ipſos fiſcos. Et ordinavit tibi, GARSINDIS, caſtrum quod vocant Mercoriolo, cum ipſas fortitias, & cum ipſos alodes quod ad ipſum caſtrum pertinent, vel cum ipſa eccleſia vocabulo S. Petri. Et dono tibi, GARSINDIS, villa Adillano, cum ipſas eccleſias, & cum ipſa turre, & cum ipſos alodes, vel cum ſuas adjacentias, quod ad ipſa villa pertinet. Et dono tibi, GARSINDIS, villa Portiano cum ipſa turre, & cum ipſa fortitia, vel cum ipſa eccleſia S. Petri. Et ordinavit tibi, GARSINDIS, villa Pedinatis cum ipſa turre, & cum ipſa fortitia, vel cum ipſa eccleſia vocabulo S. Petri. Et dono tibi, GARSINDIS, villa de Meſoa, cum ipſa fortitia, vel cum ipſa eccleſia vocabulo S. Hilarii, & alium alodem, quantùm ibidem habeo. Et ordinavit, tibi, GARSINDIS, villa Vairago, cum ipſa turre, & cum ipſo cinto, & cum ipſa eccleſia, & alium alodem, quantùm ibidem habeo. Et ordinavit tibi ipſum alodem quod mihi advenit de femina nomine Dida, villa Baraciaco, cum ipſa eccleſia, & cum ſuos alodes, quod ad ipſam & illum pertinet; & eſt ipſe alodes in vicaria Begoſenſe: in tali verò ratione, quòd ſi ego WILLELMUS mortuus fuerit, donetis ſolidos CCC. de denarios Narbonenſes, ad ERMENGAUDUM epiſcopum. Et ordinavit WILLELMUS vicecomes ad uxori ſuæ ARSINDIS vicecomitiſſa, civitate quæ vocant Agatham, cum ipſo epiſcopatu, & cum honore quod ad ipſa civitate pertinet, & cum ipſos fiſcos; & dono tibi, ARSINDIS, villa Florenſiaco, cum ipſa

Digitized by Google

turre, & alium alodem, quantùm ibidem habeo in vita tua, exceptus ipſas eccleſias quæ ſunt fundatas in ipſo alode, quæ diviſit à S. Tiberio monaſterio, de præſente ſi ego Guillelmus mortuus fuero, poſt obitum tuum revertatur ipſa villa Florienſacus, cum ipſa turre, & cum ipſas eccleſias ſupraſcriptas à S. Tiberio monaſterio. Et ordinavit tibi, Arsindis, de villa Palas una medietate cum ipſa eccleſia S. Maria in vita tua, & diviſit alia medietate à filia mea Senegundis, poſt obitum tuum revertat ipſa villa ſupraſcripta cum ipſa eccleſia cum alium alodem à Senegundis. Et dono tibi, Arsendis, eccleſia quæ vocant S. Pontii, cum ipſo Poio, & ipſa villa quæ vocant Malos-canos, cum ipſa eccleſia, & alium alodem, quantùm ibidem habeo, & diviſit tibi, Arsindis, ipſa honore de S. Tiberio monaſterio ad condergendum, ad benefaciendum, vel ad ædificandum. Et diviſit tibi villa Pavullano, cum ipſa turre, & cum ſuas adjacentias, & alium alodem quantum ibidem habeo in vita tua poſt obitum tuum revertat à filia mea Garsindis, & diviſit tibi villa Tonneſo cum ſua terminia, & cum ſua eccleſia in vita tua; poſt obitum tuum revertat ad filia mea Garsinde, vel ad infantes ſuos. Et ordinavit à filia mea Senegundis quantum habeo in villa *Pomairols*, vel in ſua terminia..... Trinciano, cum ſua terminia, vel cum ipſa eccleſia, in vita tua; poſt obitum tuum revertat..... Salvatore monaſterio de Gilone. Et ordinavit à Salomone..... in villa Caprelis, quod ſunt manſos duos, cum terris & vineis, & in alio loco ubi..... clauſo uno, quæ fuit de Arigo. Et ordinavit à ſancta..... in villa Biſiniano cum ſuas adjacentias. Et ordinavit tibi, Arsindis.... alodem ſupraſcriptum, in tale pactum deliberationis, quod..... & in viduitate manſeris, teneas iſta omnia quæ ſuperiùs reſonat in vita tua..... revertat à filia mea Garsindis, & ad infantes ſuos..... ſine infante legitimo, quæ à profecta ætate non venerint ipſos alodes.....

FULBERTI ARCHIDIACONI
præfatio in vitam S. Romani archiepiſcopi Rotomagenſis.

Ex mſ. S. Audoëni Rotomagenſi.

DOminis & confratibus ſuis ſanctæ Rotomagenſis eccleſiæ matris filiis, Fulbertus peccator ſalutem.

Quod à vobis, fratres & domini mei, toties rogatus hiſtoricam vitam beati Patris noſtri Romani ingenioli mei illuſtrare ſtylo: quod, inquam, toties rogatus obſtinatiùs huc uſque recuſavi, non ſimplex cauſa me dehortabatur, ex eo videlicet quod nequaquam artis peritiâ ſuffultus, ad opus hoc me minùs idoneum ſentiebam: ideo tantam operis ſarcinam à peritiſſimis viris prætermiſſam arripere metuebam, ne nobilis materia ruſtico ſtylo exarata vileſceret, ſi fortè in manus peritorum incideret grammaticorum. Inſtabat & alia cauſa quæ ab executione dominicalis mandati veſtri animum hæſitantem deterrebat, ea ſcilicet quòd noſtris temporibus certis experimentis compertum tenemus talibus ex ſtudiis apud improbos plus nocuiſſe invidiam, quàm apud benevolos profuiſſe. Non irrationabiliter igitur, ut putabam, viribus onus impar aſſumere detrectabam, cùm mihi frater quidam veteris amicitiæ gratiâ notiſſimus ſuperveniens paulò ſeverioribus me dictis coërcuit. Nam & is inter alios crebris me exhortationibus de fraternis mandatis, ne tranſgredi ea deberem, circumvenerat; eò maximè quo talibus obſequiis certior, ut fatebatur, maneret ſpes retributionis. Unde ſimulato motu indignationis paulò inæſtuans: Uſquequo te, inquit, degener & ignare, mollis deſidia, & diſſolutæ mentis dejicit hebetudo? Uſque adeo intra antra ſilentii clauſum ſervas quod multò meliùs ad publicum efferri potuiſſet? Nonne tu idem es qui ex verbo cujuſdam ſapientis crebro hujuſmodi verbum inſonabas? *Sapientia abſcondita & theſaurus occultus quæ utilitas in utroque?* (Eccli. 20. 32.) Quid tu ergo non vides quanto noxiæ recuſationis reatu conſtringeris, dum ea quæ reſerando pleriſque fuerant profutura, tu ne ad lucem venias damnoſâ taciturnitate præfocare contendis. Non poteſt ſanè non aſtringi impietatis flagitio, qui congeſta frumenta, ne publicis uſibus proficiant, tempore famis abſcondit. Quod cùm ita ſit, quæro à te quænam tibi pernicioſi ſilentii reſtat expiatio? dum tanti patris geſta inſignia quæ provehendas mentes ſuo exemplo ad arduam virtutum viam incitabant; dum ea, inquam, ne ad ædificationem moralis exercitii compareant, tanto adniſu comprimere intra clauſtra ſilentii elaboras. Sed te fortaſſe haud æquo dicis pulſari judicio, qui nec ſacris derogaſſe legibus, nec publicis deprehenſus es obſtitiſſe uſibus. Quo contra & ego ſanè uterque mihi æquo pede claudicat, & qui nocitura infert, & qui profutura derogat, cùm in utroque crimen ſit, & noxia inferre, & utilia ſubtrahere. Hunc itaque reum eſſe haud meritò fateor, quicumque eſt ille, qui quod ad prehendendam virtutum arcem me utiliter informare poterat, hoc invidâ mihi tenacitate abſcondit. Mihi, inquam, immo tantis quantis ad inſtruendas mentes ſalutaria exempla prodeſſe potuerant. Nam ut exempli gratia tibi loquar, quotiens virorum illuſtrium geſta in memoriam poſterorum tranſcribimus, quid aliud facimus, niſi, ut ita dicam, quædam incitamenta virtutum proponimus, quibus imbelles animos & inertiâ torpentes ad ſpiritualis militiæ certamen accendamus? Etenim pleroſque intra mundi hujus aream conſpicimus, quorum enerva brachia ad exercitationes virilis operis turpis ligat ignavia; quos nimirùm, ſi fortia geſta virorum & triumphales coronas quis eis præcantaverit, videas quaſi alios ex aliis factos, ſeu laudis amore, ſeu adquirendæ beatitudinis zelo ad ardua quæque virtutis egregiæ opera ſtudio fervente prorumpere. Unde & ego quondam amicus, ſed jam non amicus, niſi maturiùs noxiæ reluctationis reatum dilueris jam judicialis cenſuræ in te lapi-

Digitized by Google

dem primus intorqueo, pro eo quod totiens à fratribus rogatus, apoſtolici patris ROMANI memoranda geſta ſcribere adhuc etiam diſſimulas, nec attendis quia dum hæc ab humanis auribus abſcondis, quorum exemplo à ſomno mortalis inertiæ ad vitæ melioris lucem excitari poterant. Dum hæc, inquam, abſcondis, adjutor procul dubio calamitatis exiſtis, quia videlicet horum ignaviam à propoſitis vitæ magnæ exemplis, velut quodam ſalubri antidoto mederi poteras. Audi qualiter Iſaïas, dum à verbi miniſterio ceſſaret, illuſtratus ſuperno lumine, ex voce pœnitentiæ ſeipſum reprehendit, dicens: *Væ mihi, quia tacui; væ mihi, quia tacui.* Tibi planè non opus eſt exponi quid ex teipſo ſæpe audivi, quia ad beatam vitam ſermo exhortationis quantulamcumque excitet æmulationem. Propenſiùs tamen informandæ mentes ad ſpiritualem militiam, ſubrogantibus animantur exemplis, in tantùm ut vitæ melioris cultum velut peſtem noxiam abdicantes, per aſpera quæque & ardua vitæ arctioris itinera gradiendo, eorum laborent aſciſci ſociis coronis, quorum magnis provocantur exemplis. Ne ergo loquendo te longiùs teneam, tu te rectè egiſſe memineris, ſi hujus patris noſtri geſta inſignia, in quantùm rerum fides ad noſtram notitiam, & incorrupta veritas attulit; ſi, inquam, in memoriam poſterioris ævi ſcripto mandata reliqueris. Tali fratris ipſius invectivâ objurgatione coërcitus, dum ad refragandum ratio haud ſana ſuppetebat, viribus quamlibet imbecillis onus impoſitum ſuſcepi, non artis induſtriâ confiſus, ſed inobedientiæ primæ culpam expiaturus: ſuper quo caritatem veſtram omnium expoſco; ne incultum opus extra domeſticos parietes efferri ſuſtineatis, ne ſi in manus peritorum grammaticorum caſu aliquo inciderit, fatua in veſtram omnium redundet infamiam: alioquin de titulo operis eradi melius fuerat nomen auctoris. Valete.

Iſai. 6. 5.

CHARTA HENRICI REGIS Francorum, de libertate data cuidam Ainardo.

Anno 1056. Ex autographo.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego HENRICUS Dei gratiâ Francorum rex. Notum fieri volo omnibus meis fidelibus, tam præſentibus, quàm & futuris, quòd Gauſbertus clericus de ſancta Maura per abſolutionem GAUFFRIDI comitis, annuentibus Aremburge matre ſua, Hugone fratre ſuo, Jachelina ſorore ſua poſtulavit, ut concederem pro remedio animæ Willelmi fratris ſui nuper defuncti, cuidam ſuo homini nomine Ainardo donum libertatis, quod ita & feci more regio, excuſſo ſcilicet de palmo denario: eo itaque tenore, ut pateant ei ut libero viæ quadrati orbis. Et ſi quis contra hanc libertatem aſſurgere tentaverit, regi coactus centum libras auri exſolvat; ſuaque reclamatio irrita in perpetuùm maneat. Et ut firma & ſtabilis permaneat, eam meo ſigillo inſignire feci.

Actum Turonis XIIII. Kl. Februarii, anno incarnati Verbi milleſimo quinquageſimo ſexto, regnique HENRICI regis vigeſimo-ſexto.

Ego Balduinus cancellarius relegendo ſubſcripſi.

ELECTIO THEODERICI ABBATIS S. Albini Andegavenſis.

Anno 1056. Ex cartario S. Albini.

CErtum eſt omnibus, qui fundamenta catholicæ puritatis noverint, totius eccleſiæ ſtabilitatem in pace conſiſtere, & ſignum Chriſti diſcipulatus in dilectione. Nam ſic in Evangelio Dominum dixiſſe legimus: *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis.* Et iterùm: *in hoc cognoſcent omnes, quia mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem habueritis ad invicem.* Liquet ergo neminem fore Chriſti diſcipulum, niſi ſigno dilectionis ac pacis fuerit inſignitus. Hoc verò ſignaculum non adipiſcitur, niſi ab his in quibus fuerit unitas voluntatum. Voluntatum autem unitas inveniri non poteſt, niſi ab his qui ſuum velle & nolle in unius præpoſiti judicio conſtituunt. Unde & auctor pacis nullum ordinem in eccleſia ſine prælati regimine relinquens, pro certo inſinuat, nullâ aliâ ratione fragilitatem humanæ labilitatis ad unitatem ſpiritûs poſſe redigi, ſive in pace conſervari. Quare nos fratres pauci in cœnobio S. Albini Andegavenſis epiſcopi Deo pro poſſe famulantes, quia vinculum pacis, & ſignaculum chriſtianæ diſciplinæ per unitatem cordis noſtri vel animæ poſſidere cupimus, elegimus fratrem quemdam probitate ornatum, nomine THEODERICUM, quem nobis vice Chriſti patrem præeſſe volumus, & in definitione ejus ſententiarum noſtram diverſitatem uniri, ne diverſa ſentientes, à Chriſti doctrina inveniamur extranei. Facta eſt (a) autem iſta electio conſilio & auctoritate domni ALBERTI abbatis Majoris monaſterii, qui hoc in conventu monachorum ritu celebri peracto, obtulit etiam fratrem prædictum GAUFRIDO præclariſſimo comiti, ſub cujus ditione locus ipſe conſiſtit, à quo etiam donum rerum temporalium ad idem pertinentium cœnobium ſuſcepit: deinde præſentavit eum venerabili prudentiſſimoque patri EUSEBIO Andecavenſis urbis epiſcopo, ut cui comes exteriùs tradiderat auctoritate ſuâ dominium, epiſcopus debitâ benedictione conſecrans, ex more eccleſiaſtico curam committeret animarum. Acta ſunt hæc omnibus qui præſentes erant gaudentibus, magiſque jubilo quàm voce plaudentibus. Feliciter, feliciter, feliciter.

(a)

NOTITIA DE EMMÆ Vicecomitiſſæ Cenomanenſis exequiis, & de dono quod fecit Radulphus vicecomes monaſterio S. Sergii Andegavenſis.

Anno 1058. Ex ms. S. Sergii Andegavenſis.

ANno ab Incarnatione Domini noſtri JESU CHRISTI milleſimo quinquageſimo-octa-

(a) Anno ſcilicet 1056. quo in brevi chronico Andegavenſi, apud Labbeum bibliothecæ novæ tom. 1. conſignatur initium prælaturæ Theoderici abbatis.

Digitized by Google

vo obiit EMMA vicecomitiſſa Cenomanenſium II. Idus Septembris: quæ fuit neptis domni HUBERTI dulcis memoriæ epiſcopi quondam Andegavenſium (a): cujus corpus ſepultum eſt intra monaſterium ſanctorum martyrum Chriſti Sergii & Bacchi per domnum GERVASIUM Cenomanenſium epiſcopum, & venerabilem religioſumque virum domnum FREDERICUM abbatem monaſterii beati Florentii, domnum quoque WLGRINUM abbatem S. Sergii, poſteà epiſcopum Cenomanenſium, cum reliquorum hujus diœceſis abbatum monachorumque, necnon & clericorum, ſed & popularis multitudinis ingenti frequentia, cum luctu publico & mœrore, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadrageſimo-ſeptimo, V. Nonas Martii. Ob hujus propinquitatem ſanguinis & dilectionem cariſſimam, ſed & propter patris ſui STEPHANI & matris ſuæ ADEBERGÆ tumulationem: qui & ipſi in cœmeterio prædicti monaſterii ſancti Sergii humati jacent, prædicta matrona ibidem ſepeliri maluit. Pro ejus ſuaque eleemoſyna nobilis vir ipſius RADULFUS vicecomes Cenomanenſium dedit ſancto Sergio dimidiam curtem & dimidiam eccleſiam ſancti Remigii in pago Metallico, immò potius reddidit. Siquidem longè ante eamdem venerabilis RAINALDUS epiſcopus ſancto Sergio donaverat, quando de reliquis alodiis ſuis Metallicæ regionis & Pictavenſis pagi ſancto Mauricio teſtamentum fecit. Sed ea univerſa FULCONIS comitis violentia, tam ſancto Mauricio, quàm & ſancto Sergio abſtulerat: factoque ibi caſtello, quod Montem-rebellem nominavit, militibus univerſa in beneficium tribuerat. Itaque RADULFUS vicecomes, ad quem per prædictam conjugem ſuam EMMAM poſſeſſio illa pervenerat, quique eam ab epiſcopis Andecavenſium tenebat, ad exequias uxoris dilectæ S. SERGIO medietatem curtis & eccleſiæ S. Remigii libenter reſtituit per auctoritatem domni EUSEBII tunc præſulis: ita ut milites, qui inde caſati erant, à ſancto Sergio & abbatibus ipſius monaſterii beneficialiter tenerent & deſervirent; & ſi quid inde in dominicaturam ſuam monachi legitimè retorquere poſſent, nullo prohibente id facerent. Dedit etiam medietatem terræ, quam laborat villanus, & intra foreſtem & extra; dimidiamque capellam juxta foreſtem, & in ſuburbio ejuſdem caſtelli dedit ſuburbanum unum, nomine Hilgodum, cum tota conſuetudine ſua & ſucceſſorum ejus in perpetuùm: dedit quoque duos arpentos vineæ juxta civitatem Andecavam, & unam manſionem in ſuburbio ejuſdem civitatis.

Teſtes donationi huic præſentes affuerunt: domnus THEODERICUS abbas ſancti Albini. Ipſe vicecomes RADULFUS. ADALARDUS de Caſtro gonterii. TESCELINUS de Monterebelli. GIRARDUS Siniſcalt. SEWINUS nepos Marcoardi. RADULFUS Grandis. RADULFUS Patralter. Domnus EUSEBIUS epiſc. Domnus LANDRICUS archidiaconus. MANSELLUS capellanus. RAINARDUS ſiniſcalt. ALGERIUS de Morenna. GIRARDUS manens. ADAM de Vallibus. WARINUS vicarius.

CARTA AGNETIS COMITISSÆ Pictavorum & Andegavenſis de fundatione collegiatæ S. Nicolai eccleſiæ Pictavenſis.

Circa annum 1060.

CUM univerſis per orbis partes ſub chriſtiana quidem religione degentibus difficillimum, imò laborioſum valde ſit penitùs abhorrere, quamdiu eis mundanis conceditur uti, ab ipſis neceſſe eſt uſibus, etſi non omnino ſegregatim, pro facultatis tamen modulo, ad Dei memoriam animum aliquando convertant. Me ſanè pro cunctis culpo, quæ tam ſerò nec ſim tenuæ pietatis, quam erga Deum habeo, centenam partem complere valens, ad Dominum, vix quaſi de gravi ſomno evigilans, reſpirare cœpi. Itaque demùm recolens illud: *Qui parcè ſeminat, parcè & metet*; dignum equidem duxi, etiam haud abſurdum credidi, utrùm beati Nicolai honore eccleſiam ædificarem, ædificatamque de rebus meis dotarem, quatenus ipſo intercedente mihi in æternùm à Domino merces centupla reſtituatur. Ego igitur AGNES tale propoſitum, taleque efficere cupiens deſiderium pro fato ſancto, meis ambobus filiis, GUILLELMO videlicet & GAUFFREDO faventibus, eccleſiam fundatam tredecim inibi & ſancti ſervitio conſtitui canonicos, ob meorum ſimul & illorum remiſſionem peccatorum, in quorum ſtipendia diligenter erogare decrevi terram de Luco, quatuor quadrigis ſufficientem, aliam quoque terram de Puteolis, quantùm ſexdecim quadrigis arari poteſt. Prætereà apud Ciſcicum viginti arpentos vinearum, ſimulque unum colibertum, cum ipſa ſua hereditate. Item apud Lexolium conſuetudinem totam quam ibi habet comes, & commendatitiam.... hoc in villa cui Agrigiaco vocabulum eſt, dono ſancto Nicolao totum ex integro quod ibi habebam, excepta cauſa Chriſtiani, & feudo Fulconis: ita tamen ut poſt meum diſceſſum, Fulco per canonicos habeat ſuum feudum, Chriſtiani cauſam in dominio habeant. His quoque adjicitur mea pars complantationis, quam cum comite habebam apud Vacariam. Rurſus ad pontem qui Biberis medietas pedagii. De annona verò quarta pars. In ſale autem de quinque denariis duo. Donavi quoque ſancto Nicolao & clericis ejus unum molendinum, qui eſt in flumine Biberis, ut in perpetuùm habeant, quam comparavi de Raynaldo de *Courteſt* duodecim denariorum libris, conſentientibus uxore ejus & filiis. Aſſentant autem ipſum molendinum clerici ſancti Nicolai per ſingulos annos de clericis S. Radegundis uno modio annonæ & dimidio ad antiquum ſextarium cellerarii hujus eccleſiæ: ita ut dimi-

(a) Hæc verba, *cujus corpus ſepultum eſt intra monaſterium*; non ad corpus Emmæ vicecomitiſſæ referenda ſunt, ſed ad corpus Huberti epiſcopi, cujus exequias anno 1047. curarunt Gervaſius Cenomanenſis epiſcopus, Vulgrinus S. Sergii, & Fredericus S. Florentii abbates. Quod non ſatis advertens Mabillonius in Annalibus Bened ad annum 1058. hic mendum in numeris irrepſiſſe credidit.

Digitized by Google

dium ſit ex frumento, & aliud dimidium ex groſſa annona. Adhuc autem & piſcariam hîc ubi Biberis alveum Clini, à ſiniſtris uſque deorſum, quantùm fœdus Conterii daret in ipſo Clini flumine. Videns autem hæc admodum pauca ſuperadjeci decimam mei monetagii in moneta Pictavenſi. Comparavi etiam binas domos ante portam ſancti Nicolai, quarum in altera feci furnum ædificare ad ipſius ſancti clericorum opus; reliquam verò ad alias neceſſitates dimiſi, de quibus ambabus, duo videlicet denarii in cenſum quotannis redduntur. Legavit quoque comes GUILLELMUS ſupradicto ſancto in morte ſua pedagium quod uxor ſua apud Manciacum tenebat, ſcilicet de ingolinis, de decem ſolidis, duodecim denarios; de Voltrou verò ſex denarios, & decem ſolidis. Prætereà donavit AGNES comitiſſa his poſt mortem filii ſui GUILLELMI videlicet comitis, annuente filio GAUFREDO, vendas ſalis de mercato Pictavenſis de Cairo ſcilicet duos ſextarios ſalis, & unum denarium de quadriga cum ternone, unum ſextarium, & unum denarium de quadriga ſine ternone tres denarios, ſi quatuor boves ibi habentur: ſi duo unum & dimidium, de Berocata cum aſinis unum denarium. Prætereà quoque per totam villam & intra civitatem, & intra ubicumque ſal venundabitur, cujuſque fuerit, equitis vel ſervientis, clerici vel laïci, de unoquoque modio unum denarium. Adjecit quoque terram Forriltarum, quam per commutationem habuit ab Iſemberto de Caſtello-Aillion. Donavit prætereà feudum, quem Guillelmus Almarici de illa tenebat; ſimiliter & quam Borellus de Monſteriolo habebat. Tribuit prætereà comes GAUFRIDUS pro anima ſua ſupradicto ſancto tertiam partem decimæ ſui victus per univerſa ſua cellaria. Si quis ergo donaria iſta ſupraſcripta, quæ ego AGNES eccleſiæ ſancti Nicolai dedi, quæque filii mei dederunt, vel alii homines forſitan daturi ſunt, infirmare injuſtè voluerit, & calumniam intulerit, aut aliquid de rebus quæ illi eccleſiæ in uſus fratrum attributæ ſunt, auferre conatus fuerit, aut ſi quis ita dementiâ captus fuerit, aut inde clerici, canonici, ſive regulariter degentibus expulſis cucullatam congregationem, dico autem monachos, inducere maluerit, nullam licentiam habeat, quin imò perpetuo anathemati ſubjaceat, nec uſque in æternùm abſolutionem recipiat. Signum GUILLELMI Aquitanorum ducis, filii GAUFRIDI ducis. Signum PHILIPPÆ comitiſſæ uxoris ejus. Signum GUILLELMI. Signum GUILLELMI pueri filii ejus. Signum GOSSELINI theſaurarii S. Hilarii Burdigalenſis archiepiſcopi, concedentes fuerunt hæc omnia quæ ſunt hîc ſcripta.

CARTA BARTHOLOMÆI archiepiſcopi Turonenſis, de dono quod fecit eccleſiæ Turonenſi.

Circa annum 1060. Ex ms. eccleſiæ Turonenſis.

QUia pontificalis dignitatis eſt ſubditorum res augmentare, & claram benefactorum poſteris memoriam relinquere; ideo ego BARTHOLOMÆUS, gratiâ Dei Turonenſis archiepiſcopus, notum eſſe volo omnibus ſanctæ Dei eccleſiæ fidelibus, præcipuèque noſtris ſucceſſoribus, quoniam adiit ſerenitatem noſtram venerabilis S. Mauricii noſtræ matris eccleſiæ congregatio, GAUFRIDUS videlicet decanus, Hugo theſaurarius, Walterius archidiaconus, Burchardus præcentor, & ceteri fratres deprecantes, ut viginti ſolidis quos ex unaquaque præbenda dono D. ARNULFI anteceſſoris noſtri habebant, ego quoque ex mea parte aliquid adderem: quorum petitionem piè ſuſcipiens & paternè perpendens, addo & concedo quadraginta ſolidos, ut deinceps ex unaquaque præbenda ſexaginta ſolidos habeant, eâ gratiâ, ut poſt meum ab hac vita deceſſum, pſalmum: *Quid gloriaris in malitia*; & propriam collectam unâquaque die profeſſa inter primas matutinas diei, & matutinas omnium ſanctorum, pro peccatorum meorum remiſſione, & remedio animæ meæ celebrare, & anniverſarium meum annuatim piâ mente miſſis & vigiliis percurrere ſtudeant. Precor autem ſucceſſores meos, ut gratia Dei & animarum ſuarum requie, quemadmodum ipſi ſua inviolata eſſe voluerint, ita hoc parvitatis meæ inſtitutum firmum & ſui roboris permanere conſentiant. Si quis autem aliquid contra tentaverit, & hoc gratuitum beneficium importunus violare præſumſerit, anathema ſit. Ut verò hæc carta firmioris ſit roboris, manu propriâ eam ſubterfirmavi.

NOTITIA DE RESTITUTIONE cujuſdam terræ, eccleſiæ Turonenſi ablatæ.

Ex ms. eccleſiæ Turonenſis.

NOtum eſſe volumus omnibus ſanctæ Dei eccleſiæ fidelibus, præcipuèque noſtris ſucceſſoribus, quoniam miles quidam GOSALINUS nomine, de Archimiaco, quamdam partem terræ S. Mauritii de curte Autiaci invaſerat, reclamans eam ad beneficium Sanctionis de Haia, de curte Sonniaci; unde ſæpiùs ab epiſcopo & clericis conventus, & malitia ſua obduratus, tandem excommunicati, ipſe & uxor ſua moriuntur. Poſteà verò GAUFRIDUS filius ejus, eâdem paternâ ſuâ impietate correptus, non minora, immò plura contra Deum & nos contraxerat facinora, donec, Deo miſerante, percuſſus, & oculorum lumine privatus, tandem ad jus vellet nollet, & ipſe Sanctio Dominus ejus venire compulſus eſt. Tunc verò adſtantibus quamplurimis & clericis & laïcis in choro S. Mauritii, ipſe Gaufridus & frater ejus terram guerpivit, & ne ulteriùs eam, neque per ſe, neque per alium eam invadere præſumeret promiſit, & ſuper lignum Domini, quod vocatur Blancardus, manu propriâ juravit, præſentibus & concedentibus, & guerpum facientibus Sanctione Domino ejus, & Reginaudo, & Aſcelino ipſius Sanctione filiis. Hujus guerpitionis teſtes ſunt, Gaufridus decanus, Walterius archidiaconus, Albericus

Digitized by Google

præcentor, Odo filius Engelberti, Fredericus A nepos Frederici, Antonius preſbyter, Burchardus clericus, Lodonus miles, Gaufridus Peloquinus, Fulcherius nepos Airardi, Petrus major, Odo foreſtarius, Reginaudus cellerarius.

GODOFRIDI DUCIS STATUTA
adverſus advocatos eccleſiæ Virdunenſis.

Circa annum 1060. Ex ms. Albenſis monaſterii.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. B Notum ſit, tam præſentibus, quàm futuris eccleſiæ Dei fidelibus, quantâ neceſſitate compulſus ego dux & marchio GODEFRIDUS, Virduni palatio ſedens diebus ſanctis Pentecoſtes, hoc reſcriptum poſteris mandare voluerim. Multoties clamores congregationum ſanctæ Virdunenſis eccleſiæ ad nos pervenerunt, ſcilicet principalis eccleſiæ canonici, abbates quoque de monaſteriis ſanctorum Vitoni, Pauli, C Mauritii, præpoſitus etiam de abbatia S Germani, inſuper etiam abbatiſſa ſancti Mauri, ſuper torturas ſubvocatorum, quibus quotidie affligebantur, graviter conqueſti. Quod ego audiens, & diutiùs ferre non valens, valde triſtis condolui, & ſæpe ſuper oppreſſionibus eorum corde ingemiſcens, quod remedium tam miſerabili malo invenire poſſem pro ſalute animæ meæ anteceſſorumque meorum, maximè uxoris meæ BEATRICIS monitu & interceſſione pulſatus, conſilio quoque ejus, & non D parvo labore adjuvatus, favore quoque & aſſenſu comitis MANASSE, aliorumque nobilium meorum; ipſorumque ſubvocatorum annuente judicio fretus, cogitavi eorum clamoribus adquieſcere, & requiſita ab antiquis temporibus cauſa, ſicut vivente patre meo GOCELONE, meque adſtante coram domno RICHARDO epiſcopo, à nobis acta & definita eſt, præſentibus tam clericis quàm laicis, quid advocatis juſtè provenire deberet ſcripto confirmare. E

Conceſſimus igitur ut advocatus ad tria annualia placita veniat, & cum majore poteſtatis atque ſcabinis, aliiſque miniſtris ea legitimè inſimul teneat, & juſtitias ibi factas communiter ipſe & miniſteriales pro poſſe pauperum determinet, & de communi à queſtu ipſâ die victum accipiat, & de hoc quod remanſerit ſuum tertium habeat. Si quid verò de juſtitiis ibidem factis, vel cauſis ibidem commotis, aliquid ad perſolvendum remanſerit, à miniſterialibus tertium advocato reſervetur. Quòd F ſi advocatus dubium habuerit, quòd ipſi miniſteriales cauſam annuali placito diffiniendam, aut ante determinare, aut poſt reſervare voluerint; eos ſuper hac re, ſi voluerit, ſacramento aſtringat.

De Leudæ verò & de ſanguine facto, aliiſque injuriis, ſi abbas, aut præpoſitus, ſine adjutorio advocati, per ſe rectum adquirere potuerit, inde nihil advocatus habeat: ſed ſi auxilio indiguerit, non ab alio, niſi à proprio ad- G vocato adjutorium quærat, & inde ſuum tertium habeat.

Si fortè verò, neceſſariâ cauſâ poſcente, idem advocatus ab abbate vel præpoſito in eadem poteſtate invitatus fuerit, vel pro deffenſione patriæ tranſitum habuerit, de poteſtate victum competentem accipiat. Si verò pro ſuâ ipſius cauſa idem advocatus in eamdem villam devenerit, aut tranſitum habuerit, non de re fratrum, neque de rebus pauperum, ſed de ſuo proprio vivat. Neminem forinſecùs manentem alicui in beneficio tradat, ſed cùm ad annuale placitum venerit, de ſuo tertio, quod de eo ſibi provenerit, ſive ſibi retinere, ſive alteri dare, qualiter voluerit, diſponat; in ſylvis verò, vel in ſartis, aut dandi, aut accipiendi, nullum jus habeat. Palafredos à villanis nullomodo accipiat. Aliud verò præter hoc quod præmiſimus, advocatorum juri nihil concedimus.

Hoc igitur decreti pactum, ſicut vivente patre meo, coram domno RICHARDO venerabili epiſcopo ab eo conſtitutum eſt, & poſteà per multos annos increbreſcentibus malis oblivione deletum, propitiante Deo & adjuvante, ſicut ſuperiùs dictum eſt, conſilio atque judicio nobilium meorum confirmavi, & ipſorum aſſenſu corroboravi, atque ut in poſterum ratum & inconvulſum permaneat, placuit teſtes denotari, & eorum nomina ſubſcribi, qui præſentes interfuerunt, & aſſenſum huic definitioni præbuerunt.

Signum comitis MANASSE, & filii ejus RAINALDI. S. comitis HEICELINI, S. comitis ARNULFI de Chiſneio, S. Widonis de Quarnaio, S. Milonis de Vianna, S. Angelberti de Claromonte, S. Vizzelini de eodem caſtro, S. Haiberti filii Haiberti, S. Milonis fratris ejuſdem Haiberti, S. Ingobranni Moſomenſis, S. Hinguonis advocati, S. Riculfi de Attoniscaſtro, S. Odolrici nepotis ejus, S. Leudonis filii Warneri, S. Theoderici filii Iſembardi. Clericorum verò, S. Milonis Primicerii, S. Ermenfridi archidiaconi, S. Adelardi præpoſiti & archidiaconi, S. Gepuini œconomi, S. Heinrici nobilis eccleſiæ noſtræ canonici. Abbatum verò, S. GRIMOLDI de monaſterio S. Petri, S. FOLCRADI de monaſterio S. Pauli, S. RICARDI de monaſterio S. Mauritii, S. GILBERGÆ abbatiſſæ de monaſterio S. Mauri, S. Richerii cancellarii.

CARTA RAYMUNDI COMITIS,
de abbatia Gordiniacenſi S. Hugoni data.

Anno 1065. Ex cartario Cluniacenſi.

EGO RAYMUNDUS comes, conſiderans enormitatem ſcelerum meorum, ſeu patris vel matris meæ; & ut nobis Dominus in illo die examinis tremendi judicii ſit clemens, pius & miſericors, trado Domino Deo & ſanctis ejus apoſtolis, videlicet Petro & Paulo, pro redemtione animæ meæ, ſeu genitorum meorum, videlicet patris & matris meæ, fratris quoque & ſororis, omniumque propinquorum meorum, tam præteritorum, quàm præſentium & futurorum, Gordiniacenſem abbatiam, cum omnibus appenditiis, quas nunc uſque adquiſivit, & inanteà adquirere poterit, totum

Digitized by Google

ab integro trado Domino Deo, & ſanctis ejus apoſtolis Petro & Paulo ad locum Cluniacum, ubi domnus HUGO abbas magis prodeſſe, quàm præeſſe videtur, ſine ulla dilatione in perpetuùm trado, non coactus, neque pretio attractus, ſed ſpontaneus, & ſummâ Dei inſpiratione, & propriâ voluntate hæc ago. Cluniacum denique monaſterium hujus facti delego & conſtituo præceptorem & vicarium: quatinus ab hac die, & deinceps, domnus HUGO abbas, qui prædicti cœnobii gubernacula pio moderamine nunc, Deo annuente, adminiſtrat, cunctique ejus ſucceſſores hanc poteſtatem omnibus diebus regant, ordinent, atque, ut ſibi meliùs viſum fuerit, ſecundum Deum, & ſecundum regulam S. BENEDICTI, ita diſponant. Sit etiam ſemper ſub tutamine & ſub regimine præpoſiti S. Saturnini. Omnes enim conſuetudines, quas anteceſſores mei huc uſque habuerunt in ea, quibuſcumque modis fuiſſent, & ego uſque modò habui utrùm fuiſſent juſtæ an injuſtæ, omnes ab hodierna die eas relinquo Domino Deo & ejus Genitrici, & ſanctis ejus apoſtolis Petro & Paulo, præter dominicaturas meas proprias, quas mihi retineo. Si quis verò, quod futurum eſſe minimè credo, aut ego ipſe, quod abſit, aut aliquis conſanguineus meus in ſuos uſus transferre conatus fuerit, primitùs iram Dei omnipotentis, cujus res temeratio præſumſerit arripere auſu, vinculo terribilis anathematis innodetur; & niſi reſipuerit, cum Juda Chriſti proditore perpetuò damnandus conſocietur. Signum RAYMUNDI comitis, S. Willelmi Sabran, S. Roſtagni Carmijam.

Facta eſt carta hæc anno ab Incarnatione Domini noſtri JESU-CHRISTI MLXV. indict. III. menſe Auguſto, regnante PHILIPPO rege Francorum, in cœnobio S. Saturnini, jubente RAYMUNDO comite, aſtantibus multis honeſtis viris, monachis, clericis, militibus, & laïcis.

EPISTOLA BERENGARII ad quoſdam Eremitas.

Salutaria eis dat monita.

Ex mſ. Altenſi.

HEremitis in vaſta eremo commorantibus BERENGARIUS ſic ire per eremum, ut introducantur ad regnum.

Preces veſtræ præcepta quædam ſunt; juſſio veſtra coactio quædam eſt. ORATIONES veſtræ noſtra ſunt vehicula. Exoraſtis nuper, ut vobis aliquid ſcriberem, quò & incitaretur devotio, & acueretur impetus, & intentio tenderetur. Paveſco, fateor, columbis libero aëre volantibus porcis ventris pennas affigere, & præſumtionis eſt velle mancum ebur exſculpere. In cœno jaceo, & vultis ut vos expurgem, cùm magis idoneum ſit me veſtris manibus ſublevari, quàm vos meo eloquio excitari. Sed humilitas quæ ceterarum eſt antiſtes virtutum os veſtrum aperit, ut ab illo quæratis inſtrumenta militiæ, qui non novit hoſtes percutere, ſed contra hoſtes dictare. Currit equus, ſed ſcriptum eſt: Non nocet admiſſo ſubdere calcar equo. Unde & idem vir in alio loco ſatis eleganter luſit, Acer & ad palmæ per ſe curſurus honores, ſi tamen horteris fortiùs ibit equus. Virum fortem bellica tuba ſuccendit ad prælium. Leo ſaucius acrior ſurgit in iras, Lynces torpent, ut fuerint ſatiatæ; poſtquam eſuriunt prædandi ſumunt audaciam. Formica erudit hominem ad ſalutem vel ad laborem. Equi Dei eſtis. Ad curſum vocati eſtis, ſeſſorium Chriſtus eſt, frænum veſtrum eſt ſilentium, calcaria quæ vos ſtimulant timor & amor. Currentibus ergo neceſſarium eſt unde curſum incipiant, quà currant, quò currere debeant. Unde curretis? à carne. Quà? per juſtitiam. Quò? ad Deum. Hic eſt rectus curſus à carne per juſtitiam ad Deum, ab Ægypto per deſertum ad terram promiſſionis, à vitio per virtutem ad præmium, à natura per artem ad felicitatem, à mundo ſine mundo extra mundum. Non enim in hoc quod nati eſtis manere debetis, ſed viam trium dierum ibitis in ſolitudinem. Quæ eſt ſolitudo? Cœlum. Cur? quia ab omni malitia ſolitarium & purum. Via trium dierum neceſſaria eſt uſque ad cœlum. Prima via eſt legem carnis negligere, ſecunda eſt legi ſpiritus adhærere, tertia eſt ſummum Spiritum videre. Unde ſermo propheticus ſatis urbanè dicit: *Surge & illuminare Jeruſalem.* Prius ſurgendum eſt poſtea lumen accipiendum. Jacet anima in grabato conſcientiæ, lethali oppreſſa deſidia. Si vult illuminari ſurgat, & ita gloria Domini orietur. Itaque, fratres mei, currere inchoaſtis, mundum cum ſuis abjicientes, veniſtis ad eremum, quia non in commotione Dominus: veniſtis ad eremum, ut perciperetis ſibilum auræ tenuis: veniſtis ad eremum non ut adhæreatis divitiis, ſed ut pugnaretis cum vitiis: veniſtis in deſertum, quia JESUS ductus eſt in deſertum à Spiritu. Fugiſtis turbam quam & Chriſtus fugit ne facerent eum regem: Fugiſtis, ſed hoſtis inſequitur. Tamdiu fugite, donec deſit hoſtis, non ceſſet fuga donec ceſſet vita. Non eſt in terra locus tam ſubterraneus, tam ſupermontanus, tam abditus in nemore, tam ſeptus pelago, ad quem vitium non accedat. Non eſt cella tam clauſa, quin vitium accedere queat.: Unde Seneca, licet vaſtum » transmearis pelagus, licet urbes terræque re- » cedant, ſequentur te quocumque ieris vitia. » Eſt eremita ſolus in cella, & vitium pro foribus excubat blando alloquio quærens hoſpitium. Ego inquit, ſum dilectus tuus, quem fovebas in ſæculo, qui tecum eram ad menſam, qui tecum dormiebam in lectulo, ſine quo nihil faciebas. Quomodo egiſti hoc facinus, ut me velles relinquere. Secutus ſum te per veſtigia, & putas ſine me latere in cella? Teneo chyrographum patris tui Adæ in quo manu ſubſcripſiſti. Chyrographum illud eſt mors, in quo ſubſcripſiſti dum peccaſti. Non ſum ſuperbus, non dedignans. Tecum fui in ſæculo cùm carnem comederes, cùm vina biberes, cùm te

ad

ad vomitum ſatiares. Tecum ero in eremo A cum ſolo pane veſceris, cum aqua ſapies, cum poſt refectionem modicam eſuriens remanebis. Tecum fui cum eſſes in frequentia, cum dormires in pannis lineis. Tecum ero cum putabis te ſolum in latebra, cum recumbes in cilicio. Non ſolum purpura eſt in inferno, non ſolum ſericum, eſt & cilicium in inferno, eſt & lana forſitan. Elegiſti magis cum ſacco & cinere, cum grandi corona & cothurnis ampliſſimis deſcendere in inferno, quaſi ibi talibus reve- B rentia deferatur, quam crinitus & formoſus & lautis epulis ſatiatus. Habes eremita aliquid de meo. Caro quam geſtas ſoror mea eſt, mecum genita eſt, mecum nutrita. Vis ut ſine me moriatur? Quamdiu caro erit caro, tamdiu ero in carne tua: ubi caro deſinet eſſe caro, liberabitur ab exactione mea. Ecce pulſo ad oſtium, aperi, caro, dilecto tuo, cur tu intus & ego extra? Sic adulatur vitium & tale patrocinium adhibet cauſæ ſuæ. Suſcipit ſanè anachoreta vitium magnifica hoſpitalitate, & ideo ſæpe C viſitat hoſpitatorem ſuum. Sed ſi triſti vultu vitium ſuſciperetur, non tam ſæpe cellam ingrederetur, ſolus hic hoſpes eſt, quem Chriſtus jubet excludi, cui numquam debet læta facies exhiberi. Si carnem vincis abſtinentia, ſuperbis. Ecce vitium. Si à carne vincaris ita ut in delectationem cadas. Ecce vitium. Forſitan non habes humana vitia, luxuriam ſcilicet, caſtrimargiam; cave diabolica. Superbia commune vitium eſt dæmonum & eremitarum Si dæ- D mones hoc vitio caruerunt, manifeſtum eſt quod eremitæ hoc vitio non aſcendent. Quid igitur faciet eremita, ne per aliquam rimulam poſſit vitium intrare. oportet ut habeat canem in oſtio cellæ, qui ſemper latret contra vitium, ne illo dormiente fur poſſit perfodere domum. Canis eſt invocatio gratiæ, canis latrans eſt intenta ſupplicatio, quæ dormire cor mundum vetat. Canis eſt fiducia in ſola gratia. Hunc canem habebat Apoſtolus cum dicebat: *Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc juſtificatus ſum.* Hunc autem laudabat Apoſtolus E dicens *Orate ſine intermiſſione.* Hoc cane latrante, culpa fugiet. Non vos admoneo, ut de viribus veſtris confidatis, ſicut Julianus hæreticus Demedriadem virginem adhortatur. Hæc ſunt inquit, legitima pugnæ fundamina, ut vires ſuas virgo cognoſcat, & ſpecies illa in exhortando exercitu plurimum valet: quæ unumquemque militem de ſuis viribus commonet. Aliter ſentio. Hæc chriſtianæ ſunt pugnæ fundamina ut fragilitatem ſuam unuſquiſque cognoſcat, & totus innitens gratiæ, nihil de ſuis viribus, F niſi malum poſſe facere cognoſcat. Hæc eſt columna luctantis, hæc unicum lapſi ſolamen, nihil in ſe audere, ſed totum in gratia. Gratia igitur pugnantium videns debilitatem & periculi magnitudinem clamat: Fugite de medio Babilonis, & reſalvate unuſquiſque animas veſtras. Audax ad prælium manus, timido conſulit fugam: quia melius eſt evadere fugiendo, quam vinci reſiſtendo. Bella Dei diſcreta ſunt à bellis ſæculi. In bello ſæculi fugiens arguitur de ignavia, in bello Dei fugiens laudatur de induſtria. Cur times fugere cum imperator tuus dicat tibi: *Fuge*, inquit, *fuge de medio Babilonis.* Jerem. 51. 6. In Babilone eſt initium, eſt medium & eſt finis. Initium Babilonis eſt ſuggeſtio, medium Babilonis eſt delectatio, finis Babilonis eſt operatio. Non dicit fugite de initio Babilonis, quia nemo poteſt cavere ne tentetur, & ubi non eſt ſuggeſtio non eſt pugna. Porro ſine pugna non eſt victoria, ubi non eſt victoria, non eſt corona. Et ideo ſuggeſtio tentat, ut vincentem triumphus excipiat, nec dicit fugite de fine Babilonis, quia qui cecidit in opus jam vulneratus eſt, jam fregit crura, jam eſt infirmus. Infirmus autem fractis cruribus portari poteſt, fugere non poteſt. Sed fugite de medio Babilonis, ac ſi apertè dicat, fugite delectationem, & non nocebit ſuggeſtio. Fugite delectationem, & non naſcetur operatio. Si enim medium fugitur, primum fruſtra eſt, tertium non ſequitur. Et *reſalvate animas veſtras.* Jerem. 48. 6. Salvavimus animas in baptiſmo, poſtea perdidimus; reſalvemus eas baptiſmo pœnitentiæ. Quod ſalvantur animæ, gratiæ eſt; quod reſalvantur, gratiæ eſt & laboris. Offert ſe gratia, ſed vult ut accedamus. Juvat nos Deus, ſed vult ut ſecum laboremus. Dei, inquit Apoſtolus, adjutores eſtis. Ut igitur animas veſtras reſalvetis, ut Deum in ſalute veſtra adjuvaretis, ad eremum veniſtis. Venire ad eremum profectus, ſed in eremo ſecundùm eremum non vivere, defectus eſt. Aſcendiſtis cum Domino crucem, ſed videte ne cum ſiniſtro latrone deſcendatis de cruce. Bonum eſt crucifigi cum Domino, ſed optimum eſt conſummari in Domino. In cruce ſunt multi, ſed non pro Chriſto. In cruce ſunt, ſed de cruce deſcendunt in infernum. Ergo cum cauſa Chriſti aſcendite crucem Chriſti. Cauſa Chriſti juſtitia eſt, negotium Chriſti Salvatoris audire contrarium, & non reddere. Laborate, ſed laboris cauſa ſit Chriſtus. Sudate, quia ſudor ſanguineus Chriſti ſudorem veſtrum refrigerabit. Ei veſtrum vivere date, à quo ipſum vivere accepiſtis, qui ideo aliquid præcipit, ut cauſas habeat remunerandi. Ne ſitis folium ante faciem venti, folium quod ventus rapit, non eſt in arbore radicatum, quem ſuperbia extollit, non habet ſedem in arbore vitæ. Coanguſtatum eſt, inquit, ſtratum, ita ut alter decidat, & pallium breve utrumque operire non poteſt. Stratum iſtud eſt beatitudo Dei, in qua Deus cum obedientibus ſibi ſuaviter requieſcit. In hoc ſtrato diabolus accumbere voluit per ſuperbiam & tantam partem habere, quantam & Deus. Sed coanguſtatum eſt ſtratum, ita ut alter decidat, quia Deitas etſi multos recipiat ad Dei conformationem, nullum tamen recipit ad Dei æqualitatem. Et alter decidit. Quicumque eſt alter relinquatur. Alter eſt qui cum Deo unum non eſt, qui adhæret Domino unus ſpiritus eſt. Ergo qui non adhæret, alter eſt. Unitatem vult Deus & alternitatem recuſat: quoniam in unitate conjunctio, & in alternitate diviſio. Stratum itaque beatitudinis

Iſai.

1. Cor. 4. 4.

1. Theſ. 5. 17.

amplum eſt uni, ſed ita anguſtum eſt, ut non pateat alteri, & pallium breve utrumque operire non poteſt. Quid eſt pallium breve niſi caritas, quæ eſt quoddam bonitatis breviarium, in quo univerſa perfectionis membra clauduntur. Caritatem beatus Iſaias pallium laudis appellat, quod Chriſtus attulit, quia laudandus eſt, qui ex ſola caritate benè agit. Hoc pallium utrumque non poteſt operire, quia caritas humilem & ſuperbum non valet colligere. Hæc dilectiſſimi vobis feſtina manu tornavimus, & caritas quæ latenter fuit fervida, non erubuit in verbis eſſe prolixa. Valete.

EPISTOLA BERENGARII AD I, (a)

de diſſidio quodam inter clericos & epiſcopum

Ex ms. S. Martini Turonenſis.

DIlecto fratri J. B. ad digna omnia numeroſitate meritorum ſuorum jam ſibi obnoxius benevolentiæ & beneficentiæ quantam poſſit vicem.

Quod tibi viſum eſt in me conjicere, ut judicem de clericis epiſcopi illius contra eum conturbatis; & ſi grave non ſit, indiſcuſſis cauſis erit forſitan temerarium. Propterea breviter dico: Aut juſtam cauſam habent clerici contra epiſcopum, aut injuſtam, aut partim juſtam, partim injuſtam. Et ſi juſtam, non debet diſſimulare, quia epiſcopus eſt, ejicere quàmprimùm de oculo ſuo trabem vel feſtucam, quod eſt, ſecundum ſcripturas, odium vel ira, ſicut nec medicus, quia medicus eſt, curare frænesim ſuam. Et ſi injuſtam, meminiſſe debet, quòd apoſtolus de epiſcopis ait, *non ut dominantes in cleris, ſed forma facti gregis* (1. Pet. 5. 3.) ut ad ſatisfactionem illorum non inhumanus appareat, propter injuſtitiam ipſorum; ſed ultroneus, quia in ſeipſo ille debet manſuetudinis & patientiæ exempla, ut votum habens, ipſe correctionem non diſſimulet, debere ſibi ſufficere quod dicit ſibi ſufficere Deus ipſe: *Convertimini, & vivite.* (Iſa. 21. 12.) Si partim juſtam, ſicut mihi videntur habere in eo quod dixerunt non poſſe illum aliquid in eccleſia inſtituere contra juſtam voluntatem ipſorum: nullus enim prælatus, maximè epiſcopus, poteſt in eccleſia quod non debet. Partim injuſtam, ſicut temerarium videtur fuiſſe, quod ab eo in capitulo diſceſſerunt. Temperet eum quod juſtum habent, quantum irritat quod injuſtum habent. Meminerit illud, licèt poëticum, non tamen irritum: *Facinus quod inquinat, æquat.* Ad idem enim valet ad quod valere videtur illud evangelicum: *non colligant de ſpinis uvas.* Et ſic quoque ab omni indignatione quamprimùm redeat, & ut reſipiſcant & illi quanta poteſt humanitate adurgeat. Officium eſt enim omnis prælati chriſtiani, quantò magis epiſcopi, nihil facere nocendi cupiditate, omnia conſulendi caritate. Quod ſi fit, nihil fieri immaniter, nihil inhumaniter B. Auguſtinus præſcribit. Ceterùm quòd excommunicavit diaconum ſuum, propter ductam uxorem, contra canones feciſſe videtur mihi, niſi fortè cogente pertinaciâ ipſius.

EPISTOLA (b) AD BERENGARIUM.

Laudatâ ejus ſententiâ de Euchariſtia, hortatur ut defendat Johannis Scoti opinionem.

Ex ms S. Martini Turonenſis.

CAriſſimo.... B. ſuus P. ſemper valere in Domino.

A multa pro auditis de tam dilecto fratre malis triſtitia reſpiravit plurimùm ad lætitiam cor meum. Sed audiat clementer auris divina voces deſiderii mei, quantùmcumque indigni auditu tuo, ut qui cœpit in te opus bonum, perficiat uſque in diem CHRISTI JESU, ſicut juſtum eſt mihi hoc ſentire & cetera. Porrò quod in ſcriptis tuis de Euchariſtia accepi, ſecundum eos, quos poſuiſti auctores, bene ſentis, & catholicè ſentis. Sed quod de tanta perſona ſacrilegum dixiſti, non puto approbandum: quia multâ humilitate tanto in eccleſia culmini eſt deferendum, etiamſi ſit in ejuſmodi quippiam non plenè elimatum. Petimus prætereà, domnus Gorzienſis & ego, ut ſententiam Johannis Scoti quoque defendas, & quomodo defendas, proximâ nobis opportunitatè mittere procul dubio debeas. Rogamus etiam ut ſobriè in Domino ſemper ſapias, neque profunditatem ſcripturarum, quibus non oportet margaritas ſcilicet porcis projicias, præter quod de ea quæ in te eſt, Chriſti fide omnibus poſcentibus rationem reddere paratum te exhibeas. Liber B. Auguſtini de hæreſibus, nihil contra hæreſes agit, ſed tantùm ſectas exponit; tranſcriptus tamen, ut proximè potero, tuæ caritati mittetur. Vale.

CARTA WILLELMI ANGLORUM regis, pro monaſterio Floriacenſi.

Anno 1067. Ex archivis S. Audoeni.

QUicumque hac fragili & caducâ detinentur vitâ, oportet ut ſemper habeant præ oculis diſcuſſionem Dei omnipotentis, & agant dum licet, ne in ipſius judicio inveniantur in ſiniſtra parte cum reprobis; maximè quidem illos quos Dei providentia ſuper alios extulit, quia quantò ditiores & ſublimiores ſunt ceteris, tantò ad bona opera exequenda, & ad juſta promtiores eſſe debent judicia. Quæ omnia perpendentes, & ſecum ſedulò pertractantes, RICHARDUS Normannorum dux, & ROBERTUS frater ejus, pro redemtione & ſalute animarum ſuarum, & anteceſſorum ſuorum, contulerunt Deo & S. BENEDICTO eccleſiam S. Jacobi, quæ in confinio Normanniæ & Britanniæ ſita eſt, (S. James) cum terra & aqua eidem eccleſiæ pertinente. Circa verò eamdem eccleſiam ego WILLELMUS ſucceſſor eorum, dux Normannorum, & per Dei miſericordiam Anglorum rex effectus, bellis ingruentibus, ob meæ terræ defenſionem, cum locus magis idoneus ad id videretur, caſtellum extruxi. Quo facto, multa illi quæ ibi non pertinebant attri-

(a) vel L fortè Lanfrancum; nam hæc epiſtola aliam ejuſdem ad Lanfrancum ſequitur epiſtolam, quam edidit noſter Acherius in notis ad vitam S. Lanfranci, p. 22. & littera L male efformata, facilè I repræſentat.

(b) Fortè Richardi, ad quem eſt Berengarii epiſtola, Spicil. tom. 2. p. 510. ſed potiùs Paulini Metenſis primicerii, quem Sigebertus de ſcriptoribus eccleſiaſticis, cap. 154. Paulum vocat, quique Berengarii amicus fuit.

·idelicet landam, cum ſtagno & teloneo, A
ercatum de cruce; pro quo RADULFO
i, & monachis de S. Michaële commu-
iem & cambium dedi, & nundinas duas,
daticum. Tria ſtagna conſtruxi, & ho-
s illos, qui ibi pro ſua voluntate manebant,
es eſſe feci. Videntes autem monachi S.
EDICTI, per me, Deo juvante, meliora-
, adierunt meam præſentiam communi
lio capituli S. BENEDICTI HUGO abbas
teri complures, orantes & humiliter de- B
ntes, ut medietatem illorum quæ loco
dicto addideram, illis donarem, eo pacto,
pſi me in medietatem ſuorum colligerent,
tâ eccleſiâ, & ad eamdem eccleſiam per-
tibus, quæ ipſius erant & ſunt. Ego verò
oni eorum libenter adquievi. Diſtinctio
n eorum inter nos talis fuit, quòd me-
tem totius caſtri, ſcilicet ex molendinis,
rnis, ex teloneis, ex pedaticis, ex nundi-
ex mercatis, ex omnibus juſtitiis, ſive ex C
ibus redditibus & conſuetudinibus, quæ
pſo caſtro, vel ex adjacentiis ejus acci-
tur, & de omnibus ad hæc pertinentibus,
ibi meliorabuntur, medietatem mihi re-
i, & medietatem illis dedi: ita ut ab hac
& deinceps, perpetuò in jure & domina-
e ſit S. BENEDICTI & fratrum Floriacen-
cœnobii. De ſtagnis verò tribus quæ ibi fe-
piſcationem ſuperioris mihi retinui; piſca-
em medii ſtagni totam illis conceſſi, piſca- D
em verò tertii, mihi dimidiam ſervavi, &
idiam illis dedi.
e miniſtris verò hoc decrevimus, ut mi-
i S. BENEDICTI mihi fidelitatem faciant,
nei miniſtri fidelitatem faciant S. BENE-
TO & monachis.
t quoniam pro hoc facto magis quærebam
eſiderabam remunerationem animæ quàm
poris, hoc mihi ſpoponderunt, & hoc ab E
munus exegi, ut unâquâque hebdomadâ,
ſalute & incolumitate mea, & uxoris meæ,
filiorum meorum, & pro remedio anima-
n prædeceſſorum & ſucceſſorum meorum
ſam unam celebrent, & unum monachum,
e meæ loco, in monaſterio S. BENEDICTI
beant, & ſemper unum pauperem paſcant.
ationes quoque & eleemoſynas & beneficia
vita & poſt obitum mihi polliciti ſunt &
cti; non ſolum in monaſterio S. BENEDICTI, F
l & in cœnobiis Floriacenſibus; hoc mihi
nceſſerunt communi conſilio abbas & omnes
onachi. Et ut hoc firmum atque indivulſum
rmaneat, ſigno annotationis meæ ſubterfir-
avi, uxoris quoque & filiorum adſtipulatione
mavi, &c. Signum W. regis Anglorum, &
ormannorum ducis †. S. ROBERTI filii ſui,
ormannorum comitis †. S. MATILDIS con-
gis ſuæ †. S. RICARDI filii ſui †. S. HUGO-
is de Gornaio †. S. GIRALDI de Novo-mer- G
to †. S. STIGANDI dapiferi †. S. HENRICI
e Ferreriis †. S. RAD. de Redon †. S. GIL-
ERTI de Mananoth †. S. RAINALDI junioris
apellani †. S. HILGERI.
Actum publicè apud Rodolium ſupra Ande-

nam fluvium, menſe Aprili, anno ab Incarn. Domini milleſimo ſexageſimo-ſeptimo, regnante rege PHILIPPO anno nono. *Le Bec d'Ardene.*

EPISTOLA ABBATIS ET monachornm Fiſcannenſium ad Willelmum regem Anglorum.

Conqueruntur de illatis ſibi à vicecomite de Archis & aliis injuriis.

DOmino ſuo, dulciſſimo ſuo, dilectiſſimo ſuo W. gratiâ Dei Anglorum regi, quem Deus creſcat in millibus, & cui ſoſpitatem concedat in diebus pluribus, plebs Fiſcannenſis juſtitiæ bravium extendendo in ſubditis præeunte judice juſta judicantium. *Ex mſ. Bigotiano.*

Si vobis non diſpliceret, & maximè oneri non eſſet, ea quæ circa nos ſunt infortunia latiùs patefaceremus in dictamine. Igitur de veſtro vicecomite de Archis inprimis reclamamus, quia omnia noſtra invadit, confundit, nec ullam juſtitiam ab eo extorquere valemus, Cotidie namque veſtros pauperes dilaniat, veſtros dico, non noſtros, quia abbatia veſtra eſt, & ego ſolummodò cuſtos exiſto, nec in manibus meis eam confundere patior. Aut enim ut veſtram cuſtodite, aut alterius ditioni ſubrogate. Exceptis his, multa calumniari compellimur, id eſt de uno hoſpite de Ponte-Divæ, Boſone nomine, quem ultra ſexaginta annos, ſine ulla calumnia, ex toto tenuimus; necnon de terra villæ Amblidæ, quam mulier veſtrâ auctoritate noſtro monaſterio dedit, acceptis vos à nobis decem libris denariorum, & uno equo centum ſolidorum, laudatione quoque filii ſui Malgerii. De uno quoque hoſpite de villa quæ dicitur Luco, quem nobis aufert Rodulfus filius Herluini, terram nihilominus quam Weſmannus tenuit, & modò Rogerius de *Loventot* invaſam retinet, ut dicit, veſtrâ auctoritate abſque ulla juſtitia. De his ergo & aliis multis, ego & veſtri prævendarii cotidie affligimur & ploramus, immò quia ſervitia Dei pacificè adimplere nequimus, iſta tandem querimonia reſolvi optamus à veſtra clementia. Hinc valeas, vigeas, felix per ſæcula vivas.

DEDICATIO CAPELLÆ CIMITERII Vindocinenſis monaſterii.

SAnctorum præcedentium patrum hiſtoricis relationibus edocti, eorumque venerabilis auctoritatis exemplo firmati, certiſſimè ſcimus, & inconcuſſâ fide retinemus, diem illam ſummæ feſtivitati & gaudii jure vocari, qua rerum omnium Domino domus inhabitanda dicatur. Cujus utique rei, licèt nos penitùs indignos eſſe noverimus, neque ad eorum numerum qui rem tantam ante nos dignè operati ſunt, peccatis noſtris præpedientibus, adſurgamus: tamen pro poſſe fragilitatis noſtræ ſtatuimus, & poſteris noſtris divinâ auctoritate mandamus, *Anno 1070. Ex chartario Vindocinenſi.*

ut diei hujus memoriam quâ domus hæc in honorem & venerationem glorioſæ Dei genitricis ſemper Virginis Mariæ, & SS. Leonis papæ & Eutropii Sanctonenſis epiſcopi & martyris, atque S. Leontii Sanctonenſis epiſcopi & confeſſoris, ſancti quoque Columbæ abbatis, & ſanctæ Brigidæ virginis, & ſanctorum illorum conſecrata eſſe dinoſcitur, feſtivam per annos ſingulos celebremque perpetualiter recolant. Facta eſt autem venerabilis hujus ædis conſecratio anno Dominicæ Incarn. MLXX. indict. VIII. Nonis Decembris, per domnum Carnotenſem epiſcopum, anno primo ordinationis ipſius. Fundata verò eſt hæc eadem eccleſia, quæ & capella dicitur, maximè propter pauperes & familiam monaſterii S. Trinitatis. In cujus & cimiterio ſita eſt, & à fundamentis ædificata per manum fratris cujuſdam Alberti ſtreſſui utique procuratoris & monaſterii ejuſdem eo tempore prioratum tenentis. Dedicationis autem legaliter & auctoritate canonicâ factæ teſtes, licet utriuſque ſexûs affuerint innumerabiles, quoſdam tamen ſpecialiter, ne in oblivionem penitus decidat, ſubnotavimus.

CONSUETUDINES ECCLESIARUM abbatiæ S. Savini Tarbenſis diœceſis ſubditarum.

Circa annum 1070. Ex chartophilatio S. Savini in valle Levitana, vulgò Lavedan.

QUædam mulier, pro redemtione animæ ſuæ, conceſſit honorabili SAVINO patri eccleſiam in honore ſancti Martini epiſcopi, vel Johannis Baptiſtæ conſtructam. Quo peracto, accidit ut BERNARDUS S. Savini abbas, ceterique monachi devenirent ad altercationem cum abbatibus, laïcis, vallis de *Azun* per cimiterium, eo quod aiebant ſe debere afferri ad eccleſiam prædicti patris; & victi omnes adfuerunt per juſtitiam ERACLII (Tarbenſis epiſcopi) videlicet eccleſia de *Lau*, & eccleſia de *Caſted*, & eccleſia de *Balajas*, & eccleſia de *Arciſans*, & eccleſia d'*Adaſt*, & eccleſia de *Hus*, & eccleſia de *Naſtalus*, & eccleſia de *Solon*, quæ ex antiquâ conſuetudine ordinatæ & titulatæ ſunt ad paſchale ſancti Savini; ita ut generaliter apud ſanctum Savinum totum baptiſmum habeant, & ſepulturam ibidem ſuſcipiant, niſi ſint infantuli, aut in tantum pauperrimi, quòd non habeant qui eos illuc deferant.

Iterum ſemper, ex antiquâ conſuetudine conſtitutum & confirmatum eſt, ut iſtarum eccleſiarum capellani, cum parochianis ſuis, tam clericis, quàm laïcis, in Nativitate Domini, ad nocturnas, ad ſanctum Savinum conveniant, & ibi ad celebrandas miſſas, & ad communionem ſuſcipiendam permaneant; ſed ipſi capellani, luceſcente die, ad eccleſias proprias redeant, & propter paſtores & familias minores domorum communicantes, miſſas ibi celebrent.

In Purificatione autem S. MARIÆ, & in Ramis palmarum in eccleſiis ſibi commiſſis, finitis matutinis, miſſas non dicant, ſed apud ſanctum Savinum ad proceſſiones, & ad percipienda cetera officia, cum parochianis ſuis conveniant.

In die Veneris ſancti, ad adorandam crucem ad paſchale ſuum omnes pariter accedant.

In die quoque Reſurrectionis Domini, matutinis & matutinali miſſâ celebratis, & pauperibus & paſtoribus communicatis, cum dominis domorum, & uxoribus eorum, ad miſſam majorem ſancti Savini concurrant.

In die Pentecoſtes ſimiliter faciant.

In feſtivitate ſancti Johannis, apud eccleſias ſuas matutinas tantùm dicant, ſed ad celebrandas miſſas, & ad peragenda ſolemnia officia in eccleſiâ ſancti Johannis in paſchali ſuo conſtituta, tam majores quàm minores, venire non deſiſtant, & caſeos de * coïlibus ſuis, ſicut mos eſt in terra, ad honorem ſancti Johannis paſtores deferant.

* f. ovilibus

In Aſſumptione S. MARIÆ, ſummo mane, cum clericis & aliis parochianis, ad matutinas celebrandas, ante altare ſanctæ MARIÆ veniant, & miſſam celeberrimè ibi audiant. In feſto ſancti Savini ſimiliter faciant. In feſtivitate omnium ſanctorum, ad miſſam majorem accedant; & in alia die poſt feſtum, propter defunctos ad miſſam percipiendam, & ad cimiterium viſitandum ſimiliter veniant.

CARTA ADEMARI VICECOMITIS Tholoſani, centum ſolidos, mortis in articulo Moiſiacenſi cœnobio reſtituentis.

Circa annum 1070. Ex cartario Moiſiacenſi, & ſchedis Colbertinis.

EGO ADEMARUS vicecomes Toloſanus in articulo exitûs mei, dum per mortem carnis accerſiri à diſtricto juſtoque judice Deo cognovi, conſiderans ſuſpirando, tractavi dolorem quem damnatæ animæ in inferno patiuntur; inter cetera verò memor fui peccatorum meorum, quæ inſtigante generis humani inimico perpetravi, & pœnitentiâ motus confeſſionem omnium criminum meorum egi, & me culpabilem omnipotenti Deo & ſanctis ejus reddidi, ob illam torturam, quam glorioſo principi apoſtolorum Petro, & ejus ſacro loco, Moiſiaco videlicet monaſterio multis diebus feceram occaſione illorum centum ſolidorum, quos in fevo de WILLELMO epiſcopo ſeniori meo, & poſteà de GAUSBERTO abbate habui. Ideo noverint omnes poſteri mei, quòd de iſtis centum ſolidis, ego olim quinquaginta dimiſeram Deo & S. Petro in manu DURANNI tunc temporis ipſius loci abbatis, ſicut ſcriptum eſt in memoriale quod de hac re ſcriptum eſt. Nunc verò quia cognoſco illicò me moriturum, pro amore Dei, & pro ſalute animæ meæ, & pro redemtione peccatorum meorum, dimitto alios quinquaginta ſolidos ſancto Petro & ſupradicto monaſterio; in tali tenore, ut numquam deinceps ullus meorum parentum licentiam habeat requirere illos quinquaginta ſolidos in prædicto loco: ſed ſi umquam comes Toloſanus, aut abbas ſæcularis, prædictos centum ſolidos auferre voluerint ſancto Petro, veniant filii mei, & tamdiu violentiam requirant, donec

Digitized by Google

firmam iſtam meam eleemoſynam ſtabilemque A ſtare faciant. Alodem verò de *Majuſe*, unde hactenus ego injuſtè prædictos ſolidos quinquaginta recipiebam, ita liberum relinquo, ut deinceps numquam quicquam ibidem filii mei, aut ullus ſucceſſorum meorum requirant, ſi Deum propitium habere voluerint.

EPISTOLA (a) CONGREGATIONIS ſancti Albini Andegavenſis, ad P. Papæ nepotem.

Conqueritur de injuſtitia legati apoſtolici in cauſa eccleſiæ S. Clementis de Credonio.

Circa annum 1072. Ixmi. ſancti Albini Andegavenſis.

DOmino P. papæ nepoti Congregatio S. Albini.

Quam diligenter, D. vir nobiliſſime, domnus * G. Oſtienſis epiſcopus juſſui apoſtolico obedierit, dignitati veſtræ non minimum ſolliciti fuimus intimare. C Certè D. papa, niſi nos fefellit memoria, ſagacitate veſtra interveniente, juſſerat, quòd ſi legatorum pars Romam, aliis revertentibus, ieràt, tempeſtivè rediret ille, cauſam noſtram in ſubtili indagatione examinatam juſto fine determinaret: quod ſi fieri nequiſſet, ſcilicet mora prædictæ partis diutius tardantis impediente, vel rei veritatem teſtimonio exploratam ſibi renuntiaret. Ille igitur litteris apoſtolicis perlectis, legato noſtro nihil certitudinis prius reſpondit. D Poſtea verò patriam noſtram ingreſſus, Turoniſque plures dies demoratus, cauſam noſtram etiam obſecratus audire nolens, extra fines noſtros ſequi ſe nos admonuit, dicens ſe narrationem noſtram auditurum Vindocino vel apud Carnotum. Uterque locus nobis nimiùm contrarius. Hinc quod undique imminentibus inſidiis hoſtium, tam munerum quàm perſonarum tali quæſtioni congruentium, copiam illuc E conducere nobis vel impoſſibile ſtabat vel difficillimum. Inde quod adverſariis aderat facultas, ſicuti dominis ſive domeſticis illius regionis, tam pecuniæ ad animos judicum corrumpendos, quàm amicorum ad ipſam juſtitiam magis garrulitate impudenti, quàm facundia laudabili pervertendam aſtutorum. Quid ergo? Vix cum paucis ſuffragiis, Vindocino præterito, Carnotum ingreſſi, in curia pontificis * A. Vindocinenſium quondam monachi F multis perſonis tam ſub monachali, quàm ſub clericali habitu degentibus, ipſo G. narrationem cum contrariis nullius oppoſita objicientibus ponderis habuimus, qua bis aut amplius duos dies dilucidiſſimè perorata, cunctis præter eorum fautores ſuſurrantibus, ſeu apertè affirmantibus S. Albinum cauſam habere juſtiſſimam & honeſtiſſimam: illos verò è contrario. Nos expectantes ſententias judicum ex G auctoritate canonum & cardinalis definitionem juxta papæ præceptum, nulla eum impediente repugnantia, excepto Carnotenſium

* Gerardus.

* Artaldi.

A epiſcopo, homine, ut dicunt, verſutiarum magiſtro; ex conventu ipſe cardinalis & prædictus A. in quoddam diverſorium conſulendi gratia conduxerunt. Nobis autem poſſeſſionem eccleſiæ jure hereditario ſtabilem propter pecuniam numeratam renuentibus ex petitione eorum alienari, aſſeruit cardinalis ſe nihil cauſæ impoſiturum definitionis in ſeſſione præſenti, jubens ſecum ire ad aliud concilium Pariſius poſt paucos dies affuturum. Nos verò in B ipſo itinere arripiens, cuique ſingulatim capere nummos ſuadendo, quantum precum, quantum minarum, nunc blandiendo, nunc deterrendo conſumſit: in epiſtola ſcribi non potuit. Vel inde lux clarius apparuit eum magis paratum partes eorum ſpecialiter defendere, quàm inter partes æquanimiter judicare, cum leges ſæculares prohibent quem defenſorem ſimul eſſe & judicem. Pariſius etiam multùm & à multis . . . : . xatus coram . . . epiſcopiſque pluribus, qui aderant, ut finem labori noſtro C daret, teſtibus noſtris præſentibus, jus noſtrum affirmare paratis, cum nimia ira nihil profuturos reſpondens, ad illud neſcio quod conſilium in alienis partibus affuturum invitavit: ita tamen quòd ſi nec illi quæſtio finiretur, Romam item repeteremus. Impedimentis nos non poſſe tres hebdomadas jam ſecum demotos pluribus palam oſtenſis, excipere neceſſitatem noluit. Quid plura? Gaudium ab apoſtolica majeſtate veſtra adeptum benignitate D vertitur in mœrorem. Quàm aſperè, immo quàm crudeliter nos deterruit, exaſperavit, cum quibuſdam publicè contendit, opprobrium fecit; & in abſconſo ſepe jus facturum, ſi Romanam ſynodum expeteremus, promiſit. Quàm inhoneſtè FROTMUNDUM benè vobis notum; ex hoſpitio ſuo ipſe pulſando manibus ſuis expulit? Faſtidium vobis fieri metuentes; quippe homini de tantis rebus tractanti non fuimus E auſi, juſtitiæ adipiſcendæ omnem ſpem prorſus abſcidit. Nos igitur triſtitia conſtrictos redeuntes epiſcopus A. arripiens ducentas libras propter eccleſiam contra canonum interdicta multis precibus perſuaſit. Heu triſtes in capitolio ſuo fuga juſtitiæ compellente annuimus. Inſuper ab abbate noſtro extorſit, quod illam conventionem in capitulo ſuo Andecavis monachis ſuis faceret confirmari: qua de re nondum conſenſu congregationis S. Albini audito, F chartam contra conſuetudinem fieri Carnoto præcepit. Noſter igitur abbas, priore ſuo abſente, nec vocatis decanis, nec viris majoris intelligentiæ & ætatis, minorem partem, quæ præſens inerat in capitulo, ſuo ſenſu vel ætate puerilem conventioni annuere coëgit, quibuſdam apertè repugnantibus, cunctis pene clamantibus, ſe invitos, ſe coactos, tali concordare pacto. Unde inter nos exarſit contentio G pejor quàm civilis ſeditio, ac propter hoc præſens malum noveritis hinc germinare non parvum Eccleſiæ inantea detrimentum. Nam nulli eccleſiæ miniſtri auctoritatem ex apoſtolico

(a) Acta controverſiæ quæ inter monachos S. Albini Andegavenſis & Vindocinenſes de eccleſia S. Clementis de Credonio agitata eſt, edidit V. C. Stephanus Baluzius in Miſcellaneorum lib. 2. ad quam reſpicit hæc epiſtola.

Digitized by Google

legato retinentes, vendere aut donare amplius A verebuntur, parvipendentes calumniam pauperum ab hereditate eccleſiaſtica ſtipem expectantium. Et hoc pro certo ſciatis, nullum deinceps, audito cauſæ noſtræ fine, Romam petiturum cauſa juſtitiæ. In ore enim omnium volvitur illud proverbium Jugurtinum: Romam venalem eſſe, ſi emtorem invenerit, & omnes Roma diſcedentes. Quare, vir prudentiſſime, tanti morbi pullulationi reſiſtite, ne rata remaneat elaborate. Hoc apoſtolici vigilantiæ ſuggerite, ut ad nihilum B redigatur.

CARTA BERTRANDI ABBATIS Moiſiacenſis, quâ Hunaldo abbati confirmat dimiſſionem, ſeu ceſſionem defenſionis monaſterii Moiſiacenſis, olim à Pontio comite factam Duranno abbati.

Anno 1073. Ex cartis Moiſiaci.

SCiant omnes volo, ad quos pervenerit carta C iſta, quòd ego (a) BERTRANDUS abbas nominatus, conſilio amicorum meorum laudo & corroboro animo gratanti donationes & guirpitiones quæ factæ ſunt à PONTIO comite, à Adalmode, & à filiis eorum WILLELMO, necnon & à BERNARDO Katurcenſi epiſcopo, de defenſione Moiſiacenſis monaſterii, quam frater meus Raymundus injuſtè mei cauſâ invaſit, & de comite prædicto WILLELMO comparavit, & ſicut ſcriptum eſt in teſtamentariis cartis, quæ de hac re factæ ſunt, quod pater D meus WILLELMUS, & avunculus meus FULCO, & anteceſſor meus GAUSBERTUS abbas, & poſt eum frater meus RAYMUNDUS, firmaverunt, & dimiſerunt in manus DURANNI epiſcopi, & omnium monachorum ibidem degentium malos uſus & malas conſuetudines; ita & ego firmo ac dimitto eas in manus HUNALDI abbatis, atque omnium, tam præſentium, quàm futurorum, in eodem loco Deo ſervientium monachorum, & inſuper ma- E nu meâ dexterâ ſuper adſtantes ſanctas reliquias juro numquam amplius me invaſurum in vita mea illas torturas & malas conſuetudines, ſicuti hactenus feci; ſed ſemper me habiturum fidelem, & ſine ullo malo ingenio permanſurum me in recta fidelitate iſtius loci & hujus mei ſenioris HUNALDI abbatis, & omnium fratrum adſtantium, quamdiu vixero in hoc ſæculo. Facta ſunt anno milleſimo ſeptuageſimo-tertio Incarnationis Domini, XII. Calendas Januarii, ſextâ feriâ, lunâ ſeptimâ, co- F ram teſtibus, in præſentia HUNALDI abbatis, Odgerii prioris, ac multorum aliorum fratrum. Willelmus Sicherii interfuit, Arnaldus Raymundi interfuit, Raymundus Stephani interfuit.

(a) Iſte Bertrandus abbas fuit ſæcularis ſub Hunaldo abbate regulari, quem potiùs advocatum dixeris, quàm abbatem.

PRIVILEGIUM GREGORII PAPÆ VII. ad Almodum abbatem Rothonenſem.

Confirmat privilegia monaſterii Rothonenſis.

Ex ms. S. Michaëlis in periculo maris.

GREGORIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei: dilecto in Chriſto filio ALMODO abbati monaſterii S. Salvatoris, conſtructi in loco, qui dicitur Rothonenſis, in Britannia conſtituti; ſuiſque ſucceſſoribus ibidem regulariter promovendis in perpetuùm.

Supernæ miſerationis reſpectu, ad hoc univerſalis eccleſiæ curam ſuſcepimus, & apoſtolici moderaminis ſollicitudinem gerimus, ut juſtis precantium votis attentâ benignitate faveamus, & libram æquitatis omnibus in neceſſitate poſitis, quantùm, Deo donante, poſſumus, ſubvenire debemus. Præcipuè tamen de venerabilium locorum ſtabilitate pro debito honore ſummæ & apoſtolicæ ſedis, cujus membra ſunt, quantùm ex divino adjutorio poſſibilitas datur, nobis penſandum & laborandum eſſe perpendimus. Proinde juxta petitionem tuam præfato monaſterio, cui tu præeſſe dignoſceris, & quod juris S. R. E. eſſe dignoſcitur, unde per ſingulos annos cenſus trium denariorum aureorum ſibi redditur, hujuſmodi priuilegia præſenti auctoritatis noſtræ decreto indulgemus, concedimus atque firmamus. Statuentes nullum regum, vel imperatorum, aut antiſtitum, nullum quoque dignitate præditum, vel quemcumque alium, de his quæ eidem venerabili loco de proprio jure jam donata ſunt, vel in futurùm, Deo miſerante, collata fuerint, ſub cujuſlibet cauſæ occaſioniſve ſpecie minuere, vel auferre, & ſive ſuis uſibus applicare, vel aliis quaſi piis de cauſis pro ſuæ avaritiæ excuſatione concedere; ſed cuncta, quæ ibi oblata ſunt, vel offerri contigerit, tam à te, quàm ab eis qui in tuo officio ſucceſſerint, perenni tempore illibata, & ſine inquietudine volumus poſſideri, eorum quidem uſibus, pro quorum ſuſtentatione gubernationeque conceſſa ſunt, modis omnibus profutura. Item conſtituimus, ut obeunte abbate, non alius ibi quâcumque obreptionis aſtutiâ ordinetur, niſi quem fratres ejuſdem cœnobii, cum communi conſenſu, ſecundum timorem Dei, elegerint; maximè de eadem congregatione, ſi idoneus inventus fuerit. Quòd ſi talis, qui huic regimini congruat, inter eos inveniri non poſſit, cum conſilio Romani pontificis, alium ſibi patrem & & magiſtrum expetant. Hoc quoque præſenti capitulo ſubjungimus, ut ipſum monaſterium, & abbates ejus, vel monachi, ab omni ſæcularis ſervitii ſint infeſtatione ſecuri, omnique gravamine mundanæ oppreſſionis remoti, in ſanctæ religionis obſervatione ſeduli & quieti, nulli alii, niſi Romanæ & apoſtolicæ ſedi, cujus juris eſt, aliquâ teneantur occaſiione ſubjecti. Conſecrationes etiam eccleſiarum, & ordinationes monachorum, ſive clericorum ſæpefato cœnobio pertinentium, ab epiſcopis in quorum diœceſi ſunt,

Digitized by Google

accipient: ita tamen ſi epiſcopi canonicè ordinati fuerint, & ordinationes gratis fecerint. Sin autem aliquid horum obſtiterit, abbas cum licentia & auctoritate Romani pontificis ad qualemcumque catholicum epiſcopum ei placuerit, cauſa conſecrationis & ordinationis, tam locorum, quàm perſonarum, licenter pergat. Hæc igitur omnia quæ hujus præcepti decretique noſtri pagina continet, tam tibi, quàm cunctis qui in eo quo es ordine locoque ſucceſſerint, vel eis quorum intereſſe potuerit, in perpetuùm reſervanda decernimus. Si quis verò regum, ſacerdotum, clericorum, judicum, ac ſæcularium perſonarum, hanc conſtitutionis noſtræ paginam cognoſcens, contra eam venire tentaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reumque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat; & niſi illa quæ ſunt male ablata reſtituerit, vel dignâ pœnitentiâ illicitè actâ deflexerit, à ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini Redemtoris noſtri JESU-CHRISTI alienus fiat, atque in æterno examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat, cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri JESU-CHRISTI, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ lucis interveniant. Amen.

EPISTOLA JOHANNIS I. ABBATIS Fiſcanenſis ad monachos jugum excutientes.

Ex mſ. Bigotiano.

FRater JOHANNES Fiſcanenſis abbas, fratri M. quondam filio, ſociiſque ejus oculos in capite.

Omiſſis plurimarum teſtimoniis ſanctarum ſcripturarum, quibus proprio arbitrio utentes redarguuntur, ad puram & ſimplicem beatiſſimi patris noſtri Benedicti auctoritatem recurramus. Lege inter cetera ubi dicitur: Quidquid unuſquiſque offerre vult Deo, abbati ſuo ſuggerat, & cum ejus fiat oratione & voluntate: quia quod ſine benedictione patris ſpiritualis fit, præſumtioni deputabitur & vanæ gloriæ, non mercedi. In capite verò ejuſdem ſanctæ regulæ, ubi quatuor genera monachorum depingit, primum cœnobitarum, id eſt, præcipuum genus militans ſub regula vel abbate collaudat. Secundum genus anachoretarum ſubinfert: Qui non converſionis fervore novitio, ſed monaſterii probatione diuturnâ, didicerunt contra diabolum multorum ſolatio jam docti pugnare, & bene inſtructi fraterna ex acie ad ſingularem pugnam heremi, ſecuri jam ſine conſolatione alterius, ſola manu vel brachio contra vitia carnis vel cogitationum, Deo auxiliante, ſufficiunt pugnare. Audi, frater, & ſubtiliter intellige, ſi diuturna probatio vos, & vitiorum excoctio, & abbatis imperium, & voluntas, vel permiſſio ad tam egregiam vitam provexit, aut potius propria voluntas illexit. Si autem fabuloſum, aut authenticum iſtud videtur, vos potius judicate; nam recto tramite regiam viam incedere dignum eſt. Denique ſi aliqua ſimulatio vel tranſgreſſio intercurrit, veſtræ philoſophiæ argumentationi committimus expurgandum: caritas non quærit angulos. Sanè non rite diſcrevit interior oculus veſtrorum me ſanguinem innocentem fundere, aut crudelem in filiorum noſtrorum morte fore. Quis noſtrûm crudelior exiſtat advertite; ſcimus namque quia Deus eſt qui mortificat & vivificat, & quia proprium eſt ſibi peccata dimittere, & quem reſſuſcitat, diſcipulis præcepit abſolvere: verumtamen & hoc reſcimus, quia quamdiu culpa manet, abſolvi quiſquam nequaquam valet. Prodigus filius, quamdiu in regione longinqua porcos pavit, non pro eo vitulus ſaginatus occiditur. Cùm verò in ſe reverſus, pœnitentiâ ductus ad patrem revertitur, non ſolùm pro eo vitulus occiditur, ſed ſtolâ primâ & anulo induitur, & cum grandi honore à patre recipitur. Satis eſt de hoc dictum, ſapientibus aut inſipientibus, quia his omnibus debitor ſum. Adhuc ſi excellentiorem viam reminiſci vultis, audite paululùm: *Si linguis hominum loquar & angelorum, caritatem autem non habeam, nihil mihi prodeſt.* Si gloriamini angelorum linguâ loqui per ſcopum contemplationis, caritatem perdidiſtis, quod eſt vinculum perfectionis. Deus caritas eſt; qui contra caritatem ſentit, Deum perdit: qui Deum perdit, nihil habet; qui ſeipſum odit, alium ſe fingit amare; ipſe ſeipſum perimit, qui ſponte ſuâ obedientiæ jugum refugit; qui obedientiæ derogat, Chriſto derogat, qui factus eſt Patri obediens uſque ad mortem. In hoc enim fructum obedientiæ perdidiſtis, cùm de ſub jugo regulæ collum furtivè excuſſiſtis: ergo qui contra obedientiam arma librat, contra Chriſtum facit; qui contra Chriſtum facit, antichriſtus eſt. In hoc ſiquidem luce clarius patet, quia non ego effudi ſanguinem filiorum noſtrorum, ſed ipſi filii ſe peremerunt. Quid plura? ante dies nobis quàm teſtimonia ſcripturarum deficient.

Reg. S. Bened. cap. 49. — *cap. 1.* — *1. Cor. 13. 1.*

EPISTOLA MAURILII ARCHIEPISCOPI Rotomagenſis, & Johannis abbatis Fiſcanenſis ad epiſcopum Ebroïcenſem.

Conqueruntur, quod inconſulto abbate, monachum, ob infractam treviam mulctaverit.

Ex mſ. Bigotiano.

SAnctæ matris Ebrocacenſis eccleſiæ, reverendiſſimo epiſcopo M. Rotomagenſis eccleſiæ humilis archiepiſcopus, abbas quoque JOHANNES Fiſcanenſium ſervulus, recte offerre & dividere rectius.

Audivimus veſtram fraternitatem quemdam monachum exterminio damnaviſſe, eo quòd treviam Dei comperiebatur infregiſſe: quod bene vos feciſſe laudamus, ſed incautè illud inſpexiſſe judicamus. Nec enim S. Benedicti inſtitutio ullius legis præſcribitur judicio. Propterea, frater cariſſime, recte offerre, & rectius præcipimur dividere. Auream ergo virtutem ſequamur, diſcretionem ſcilicet, quæ omnium

virtutum dicitur mater. Quando enim abbati cura animarum imponitur ab epiſcopo, paſtoralitas ovium Chriſti ſibi traditarum ei commendatur omnimodo. Niſi enim ab abbate epiſcopus invitetur pro qualicumque negotio, nullum jus epiſcopus habere decernitur in ejus monaſterio; ſi autem contra hæc quæ dicimus aliquis repugnare tentaverit, regulam ſancti Benedicti ſibi proponimus.

EPISTOLA EJUSDEM ABBATIS ad Leonem papam IX.

Poſt laudatum ſummum pontificem, conqueritur de vi ſibi ab Italis illata.

Ex mſ. Bigotiano.

SUmmo apoſtolicæ ſedis pontifici Leoni, Dei gratiâ ſanctificato vice Petri, JOHANNES fratrum minimus, & in numero abbatum ultimus primatum in cœleſti curia cum ſenatus apoſtolorum feſtiva gloria.

Leonis papæ elogium.

Gaudeat orbis Romanus tanti præſulis infulâ adornatus, qui ut lucifer inter aſtra purpureus emicat, tam piâ, quàm novâ religione rutilans, ad depellendas è gremio matris eccleſiæ varii erroris nebulas. Denique quis paſtor in Romana eccleſia poſt aurea illa ſæcula in quibus Leo, Gregorius, claruerunt, vitro puriora ſpiritalis doctrinæ lumina, ſurrexit tam diligens & vigilans, ut tu, præſulum ſanctiſſime, qui paſcis gregem Dominicum ſuper vividos montes paſcuæ? Nam ut fidem dictis faciam, quis non miretur, & in laudis jubilum prorumpat, pro inaudita noſtris ſæculis oculati paſtoris providentia? qui non eo contentus in propria ſede urbis Romæ uni populo conſulere, aut ſolam frugum fertilem Italiam imbre cœleſtis verbi irrigare, verùm etiam Ciſalpinas eccleſias ſynodali ſcrutinio circuit & luſtrat; & ſi quid incultum, & à norma rectitudinis diſtortum invexit, mox eccleſiaſtica cenſura corripit, ac regula juſtitiæ emendat & corrigit. Ave pater, papa mirabilis. Ave præſulum præſul ſpecialis; ave, inquam, illa ignis columna, olim Iſrahelitico populo prævia, qui prædux inoffenſo calle per vaſtam mundi hujus ſolitudinem populum Dei ſanctum provehis ad cœleſtem Jeruſalem, veram terram repromiſſionis. Igitur impleatur os noſtrum laude, & lingua noſtra exultatione. Gloria in excelſis Deo, viſitavit nos oriens ex alto. Sed ô mortalis conditio! Quàm nihil fidum, & ex omni parte beatum in hoc labili ſæculo! Ecce, memorande pontifex, dum in laudes tuas attempero modulos linguæ, pro terris pace redditâ per almam tuæ diſpenſationis providentiam, pulſat me dolor è latere interrumpens ſtridulo planctu organa lætitiæ. Nota loquor in aurem pontificis, de prævaricatione eccleſiaſticæ pacis, quam mihi veſtræ fidelitatis nuntio, immò ipſius Petri apoſtolorum principis legatione functo irrogaverunt, non exteræ nationes, ſed ipſi Romani cives, & in ſecundo loco Richeſburh, & Aquæpendentis ſuburbiorum potentiſſimi habitatores. Hi certè contemta ſuper pace apoſtolicâ veſtrâ ſanctione, me invaſerunt, ſpoliaverunt, & omnibus piis lacrymabiliter dehoneſtaverunt, fruſtra mandata veſtræ legationis præferentem, & in defenſionem mei patrocinium apoſtolicæ auctoritatis vocantem.

Johannes ſedis apoſtolicæ legatus.

Italorum in Normannos furor.

Porrò hæc Italorum in Northmannos invidia adeo exarſit, & jam inolevit, ut pene per omnia Italiæ ſuburbia vix umquam ulli Northmannorum liceat tutum iter carpere, etiamſi ſit peregrina devotione, quin aſſaliatur, trahatur, nudetur, colaphizetur, vinculis religetur, ſæpe etiam triſtem exhalet ſpiritum, longo carceris ſquallore maceratus. [illegible] notum tibi ſit, chriſtianæ plebis humaniſſime pater, quia niſi Romana pietas apoſtolicâ interdictione aboleverit hanc indiſciplinatam barbariem, & maximè in ſpecialis ſui legati injuriam vindicaverit: ita ut totus orbis audiat & contremiſcat, valde depretiabitur Romanæ majeſtatis auctoritas, nec erit gens illa Northmannorum bellica in veſtra fidelitate adeo promta & devota. Intereſt etiam tuæ famæ, vir totius liberalitatis & gloriæ, largâ manu noſtra perdita reſtaurare, quia ecce, ut juſſiſti, paſchali termino adeſt noſter nuncius, cum litteris, & certâ cautione omiſſorum, quæ ego non mei causâ ſolummodo repeto, ſed eorum quorum devotioni condoleo, qui hæc ſanctæ Trinitati delegaverant ſub meæ fidei teſtimonio. His ita decurſis, non poſſum non indicare quæ audio de Domino meo apoſtolico ventilari ſiniſtrâ interpretatione, quem ego amplector ſpeciali devotione, & quem voto tutum eſſe apud Deum & homines. Fabula autem hæc ſubſannationis vertitur de TEDBALDO comite & Burgundionum infrunito duce R. qui tranſgreſſores pontificalium decretorum, fas nefaſque confundunt, qui abdicatis legitimi thori connubiis, volutantur in inhoneſtis & conſanguinitate fœdatis thalamis. Hinc populus ſibilat, hinc mihi quivis pravicors inſultat; mihi, inquam, pro veſtro honore decertanti, & hanc conſentionis maculam à veſtra ſinceritate detergenti: & ut me magis confundant, & infelici victoriâ in ſuggillationem veſtræ auctoritatis convincant, objiciunt, & in faciem oſtendunt, quòd Tedbaldus etiam veſtrum colloquium adierit, nihilque dignum hac culpâ actum ſit; immò magis quaſi auctoritate veſtrâ roboratus, lupinam ovem, dico falſam illam AGNEM in ſua vindicet, & vivente marito, uſurpet execrabili ſtupro, facto illicito licitæ conjugis divortio. Qua de re perpendat ipſe, quæſo, prudentiſſimus antiſtes, quid poſtulet res hujus emendationis, ne adnulletur, ne irritetur opera & ſtudium eccleſiaſticæ ſuæ ſanctionis.

PRÆCEPTUM ADEFONSI Hiſpaniarum regis, de cenſu Cluniaco debito duplicato.

Anno 1072. Ex cartario Cluniacenſ.

IN nomine Domini noſtri JESU-CHRISTI, Patris & Filii, & Spiritus ſancti, cui laudes &

ratiarum actiones perſolvimus, qui eſt ubi- A
laudabilis, ubique mirabilis; cui omnes ju-
nt laudem, & ſuper omnia glorioſus extat,
initate Trinitatis per numquam finienda
per ſæcula ſæculorum; qui cum Patre &
& Spiritu-ſancto unum poſſidet nomen;
n cherubim & ſeraphim conlaudant,
n angeli & archangeli adorant, throni &
inationes concelebrant, principatus & po-
tes exultant: quem viginti-quatuor ſenio-
er ſanctificant, & murmure undarum ſuâ B
conlaudant, & cuncti ſancti ejus ipſum
dicunt, & eſt benedictus in ſæcula. Amen.
ADEFONSUS, gratiâ Dei rex Leonum,
indignus Dei famulus, mole peccatorum
eſſus, in ſpe fiduciaque ſanctorum, non
equaque deſperatione dejectus, ſed rea-
meorum criminum expaveſco, ut per ſan-
Dei invenire merear remiſſionem peccato-
meorum, per ſanctam clementiam ſuam
fiat. Amen. Et ideo extitit in devotione
, ut aliquando de proprietate mea dediſ- C
, & concediſſem monaſterio SS. apoſtolo-
Petri & Pauli in loco Cluniaco, & dono
GONI abbati, necnon cunctæ congregatio-
uæ, videlicet cenſum quem pater meus illo
ctiſſimo loco Cluniacenſi ſolitus erat dare,
, annuente Deo, in diebus vitæ meæ du-
atum dabo. Hunc autem cenſum do & con-
lo in loco Cluniacenſi & domno HUGONI
bati, cunctiſque fratribus ſuis, qui vitam ſan-
m perſeverantes, piè & ſanctè ordinem S. D
NEDICTI tenent, pro remedio animæ meæ,
pro anima patris mei FRIDENANDI, & pro
ma matris meæ SANCIÆ reginæ, & pro
ma parentum meorum, qui poſt me venturi
it, ut habeant vitam & requiem ſine fine.
io illud verè cenſum, quod pater meus ſolitus
it dare, cauſâ veſtimentorum tribuiſſe: ſed
c quod domnus Robertus die ac nocte mihi
rſuaſit addere, propter triticum venundetur,
ando & ammoneo; quatinus illa ſancta con-
egatio vitam ſuam ſuſtentare valeat: & hoc
ohibeo, ut non mittatur in alio loco, niſi in E
mparatione tritici, ſicut ſuprà dictum eſt.
tam cartulam donationis facio & confirmo,
non permitto de ipſo cenſu alicui homini
iquid auferre præſumat pro nullo reatu. Et
quis ex meo genere qui poſt me venturus eſt,
od minimè credi poteſt, hunc votum mei
ſtamenti infringere voluerit, qualiſcumque
erit, qui hoc regimen poſt me gubernaverit,
hoc cenſum ita duplicatum non perſolverit,
cut ſuprà ordinatum eſt, in primis ſuis à
onte careat lucernis, in igne cremetur ar-
enti cum opibus ſuis, & cum Chriſti prodi- F
ore permaneat cruciatus. Hoc teſtamentum
cripturæ permaneat firmiſſimo robore & per-
etuâ firmitate. Facta cartula VI. Idus Julii,
Era MCXV. regnante rege Aldefonſo in Legione, & in Caſtella, & in Pampilone. PETRUS ASURIZ comes confirmat. DIDAGUS ASSURIZ comes confirmat. GONDISALVUS SALVATORIS comes confirmat. Monius Gonſulviz confirmat. SANCTIUS ORDINIT comes conf. PELAGIUS epiſcopus in ſancta Maria hîc confirmavit. PETRUS Aſturicenſis epiſcopus hîc confirmavit. Ego ALDEFONSUS rex huic ſerie teſtamenti ſignum injeci, & propriâ manu roboravi.

(a) EPISTOLA A. BELL.

Ad amicum qui curam paſtoralem abjicere meditabatur.

Conſolatur eum & variis rationibus à propoſito avertere conatur.

Circa 1078. Ex ms. monaſterii de Bornella.

F. cariſſimo Domino & amico Frater A. Bell. Spiritu concilii & fortitudinis fulciri.

Cùm ante non multum tempus, dilectiſſime, eſſem apud te, tu verò, ut inter probatos minimèque ſuſpectos amicos fieri ſolet, remotis omnibus arbitris, ſolus ſoli mihi tribulationes tuas non ſine gemitibus ac lacrymis exponeres, licet & ipſe multis ac multimodis tribulationibus pene inceſſanter decoquar, non potui tibi tamen non condolere & compati. Inter cetera ſanè quæ te vehementer affligebant, hoc præcipuum conquerebaris, quod ille qui te debuit relevare magis te gravat, qui tecum debuit onus tuum portare, ipſe tibi factus eſt onus. Dura ſunt reverà hæc, cariſſime, dum qui beneficia recipit, mala rependit; qui defendere debuit, lædit; dum ille ſolatium ſubtrahit, de quo maximè ſperabatur; & hoc in tempore neceſſitatis & anguſtiæ. Dura, inquam, ſunt hæc, ſed membris Chriſti non nova. An quotidie non ruminamus: *Sæpe expugnavit me à juventute mea, dicat nunc Iſraël?* (Pſal. 128. 1.) Unde & in Apocalypſi myſticè legitur, agnum occiſum eſſe ab origine mundi. Proinde audi, cariſſime, Dominum tecum fabulantem, & hos ad tuam conſolationem ſermones formantem. Quid eſt, fili, quod turbaris, & novi aliquid tibi accidiſſe gravaris? Numquid ille juſtus & innocens Abel ab aliquo alieno, & non à proprio fratre interfectus eſt? Numquid ille orbis conſervator ac reparator Noë ab aliquo extraneo, & non à proprio filio deriſus eſt? Numquid aliquem barbarum & non proprium fratrem Eſaü poſt tantùm temporis tantopere Jacob timuit? Numquid ille caſtitate & pietate inſignis Joſeph ab hoſtibus & non à fratribus venditus eſt? Moyſen certè illi lapidare voluerunt, pro quibus dixerat: *Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro tuo.* (Exod. 32. 31.) David à Saüle ſpiritum ma-

(a) Præclaram hanc epiſtolam deſcripſi ex ms. codice Barellenſis monaſterii Ordinis Ciſtercienſis, cujus caracter ad annos 600. accedere videtur. Auctoris nomen ex primis tantùm lementis agnovimus; quem Antelmum ex Carthuſiano monacho Bellicenſem epiſcopum fuiſſe ſuſpicatus ſum, ad aliquem orte ſui ordinis Priorem hic ſcribentem. Verùm præter codicis ntiquitatem, quam vix attigit Antelmus, illud obſtare videtur, uod epiſtolæ auctor amicum ſuum laud[illegible] quod domum *quondam deſtructam & deſolatam* reparaſſet & correxiſſet, quòd vix convenire poteſt naſcenti Ordini Cartuſienſi. Igitur hæreo an non epiſtolæ auctor eſſet Anſelmus Lucenſis epiſcopus, qui Pontium abbatem Fraxinenſem onus abbatiale deponere volenten ſæpius deterrere conatus eſt; cui tamen iterum iterumque inſtanti aſſenſum præbuit, ut diſcimus ex ipſius Anſelmi epiſtola, quam refert Hugo Flaviniacenſis abbas in chronico pag. 215. cujus ſtilus à ſtilo hujus epiſtolæ certe non diſcrepat.

Digitized by Google

lum pſallendo pepulerat, animam ſuam pro eo contra Goliam exeundo poſuerat, contra inimicos ejus non ſemel arma corripuerat, tamen inexpiabili rabie uſque ad mentem perſecutus eſt, cujus tanta ſenſerat beneficia. Omitto Job, Tobiam, Eliam, Jeremiam, ceteroſque prophetas, qui nequaquam accepti ſunt in patria ſua. Ego ipſe filios genui & exaltavi, ipſi autem ſpreverunt me. In propria veni & mei me non receperunt. Multa bona oſtendi eis à Patre meo, ipſi autem paraverunt crucem Salvatori ſuo. Homo pacis meæ in quo ſperavi, quem in apoſtolica dignitate provexi, cui loculos proprios credidi, triginta argenteis æſtimavit me. Itaque paſſi ſunt mei, paſſus ſum & ipſe, patere & tu & conregnabis. Verùm tu, cariſſime, priſtinam requiem ſuſpirans & oneris paſtoralis inſuetus, & ob hoc impatiens, conſiderata rerum penuria, ſociorum fortium paucitate, ipſum onus paſtorale diſponis deponere.

[Joh. 21. 17.] Et quid agimus de eo quod Dominus dicit: *Si diligis me, paſce oves meas.* Aut enim diligimus, & ipſa dilectione onus paſcendi deferimus, aut laborem paſcendi recuſamus, & non amare probamur. Quid ſi is qui quemlibet fratrem non diligit manet in morte? Alta conſideratione res iſta opus habet, frater cariſſime, ne ſi renuamus oves Chriſti paſcere, convincamur eum non diligere, quem diligere vivere eſt. Sed dicis fortaſſe, ſi ego curæ paſtorali renuncio, non ideo peribunt, alius qui eos paſcat providebitur. Fortè verum eſt. Sed etſi alius paverit eas, ille tamen qui deſeruerit, deſertor non eſſe non poterit. Quid ſi interim donec alius paſtor quæratur, aliqua ex ovibus aberraverit atque perierit? ſanguis ejus de manu deſertoris requiretur. Appende nunc, cariſſime, damnum quod evenire poteſt ſi fugeris, lucrum quod provenire, ſi perſtiteris. Si perſtiteris, Dominus qui ſperantes in ſe oblivisci non novit, viſitabit te, & ſecundùm multitudinem dolorum tuorum conſolatione ſua lætificabit animam tuam. Filii tui de longè venient, & multiplicabuntur, ſicut grex Domini diverſitate multiplicium gratiarum velut pretioſis monilibus ornabuntur. Delectaberis in illis ſicut in omnibus divitiis, quando hi ſimplicitati & contemplationi ſtudentes, uni illi cum Maria vacabunt, illi cum Martha erga plurima ſolliciti, onus tuum in exterioribus allevabunt, aliqui utraque virtute pollentes etiam in paſtorali vigilantia tecum ſudabunt. Tunc aliqui ex his ad Deum præeuntes vocationem tuam illinc præſtolabuntur, alii ad tuum ſolatium in mundo demorabuntur. Tunc in conſcientia tua requieſcens gaudebis quod de Domino in tribulatione diffiſus non fueris, quod ejus reſpectum ſuſtinueris, quod oves ipſius non deſerueris. Tunc multiplicatis fratribus, & in bona converſatione tua inſtantia confirmatis; replebitur domus Dei ex odore unguenti: ita ut & ſæculares ſervorum Dei ſanctam vitam mirantes, devotionis ſpiritu concepto, ad amandum Deum & laudandum commoveantur. Tunc omnes pii videntes domum quondam deſtructam & deſolatam per te reparatam & correctam, gaudentes glorificabunt nomen Domini mirabilis in ſervis ſuis. Poſt hæc tu, depoſito carnis onere, ad cœli palatium vocatus, & magno regi præſentatus, intrabis in gaudium Domini tui, & pro temporalibus laboribus æterna felicitate donaberis. Ecce lucrum perſiſtentis, quod qui conſideraverit, facilè videbit & damnum fugientis. Si enim fugeris omnia hæc bona, aut penitus non erunt, aut tibi non erunt. Nam & ſi per alium Deus cuncta hæc operatus fuerit, labor alterius tuæ mercedi imputari non poterit. Verùm ideo fortaſſe damnum iſtud non magnopere pertimeſcis, quia tibi ſoli bene vivendo, vitam æternam tunc conſequi poſſe confidis. Neſcio. Siquidem quidam ſervus ob id ſolum legitur damnatus eſſe, quia talento accepto ſuperlucratus non eſt; & mercenarius ille qui dimiſit oves & fugit, nuſquam, ut credo, ſcripturarum gregis Chriſti coheres invenitur. Sed incerta ſit horum damnatio, ne certa ſit deſperatio, nonne præſtat ad certum ſervire, quàm ad incertum? Certum eſt quia ſi pro grege Chriſti perſeveranter laboraveris, paſcua æternæ vitæ optima & ſaluberrima cum grege Chriſti poſſidebis. Sed videamus cauſam propter quam oves Chriſti paſcere recuſas, videlicet propter paupertatem & tribulationem. Ergo ſi divitiæ affluerent, ſi proſperitates arriderent, gregem Chriſti paſceres. Hoc etiam & quilibet mercenarius faceret. Nam ubi divitiæ ſunt, & proſperitates ingerunt ſe, & veris paſtoribus locum non dant. Quia ergo mercenarius eſſe non vis, ut cauſam tuam à cauſa mercenarii diſcernas, tunc paſcere perſiſte, quando temporales mercedes deſunt, pro quibus mercenarii paſcunt. Fidem, ait ſcriptura, poſſide cum amico tuo in paupertate illius, ut & in bonis illius læteris. Sed audiamus nunc Dominum tecum fabulantem, & ad moleſtias tribulationum ferendas te animantem. Quid eſt, fili, quod tantùm gravaris, & in exercitatione tua contriſtaris? Numquid non ſancti mei per multas tribulationes in regnum meum intraverunt, egentes, anguſtiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus? Johannes ille amicus meus, ante ſanctificatus quàm natus, poſt eſum locuſtarum, poſt veſtitum camelinum, numquid in vincula conjectus & capite plexus eſt? Petrus qui mihi dixerat *Tu ſcis, Domine, quia amo te*; numquid poſt multos labores cùm ſenuiſſet crucem ſubiit propter me? [Joh. 21. 16.] Enumera nunc, ſi potes, Pauli tribulationes, cujus vita longa quædam mors fuit. Etenim gloriabatur in tribulationibus, ſciens cui credidit, & ſpes ejus non confudit eum. Numquid non matris meæ animam pertranſivit gladius? Mihi ipſi proprio filio non pepercit pater. Linguæ quas feceram conviciatæ ſunt mihi, & blaſphemaverunt me. Os quod formaveram conſpuit me. Manus quas creaveram colaphiſaverunt me, quibus vitam dederam, mortem mihi dederunt; cruciatum crucis ſuſtinui, fellis amaritudinem g[illegible]avi, ſpinis coronatus ſum, ut

as tribulationum in coronam vobis profi-
prophetarem. Et tu in mei memoriam ſan-
iem paſſionis meæ teſtem bibere & commu-
re paſſioni meæ renuis ? Scrutare ne for-
iquod peccatum in te ſit, quod igne tri-
tionis excoqui neceſſe ſit. Si te fateris pec-
rem ; ſuffer tribulationem, ut merearis
gationem. Si putas te peccato carere, vi-
ie forte, & hoc ipſum cogitaſſe, pecaſſe,
Medicus ſæpe infirmitatem deprehendit,
m ipſe infirmus neſcit. Sed eſto innocens
& purgatione non indiges, numquid in-
ntes fuerunt infantes qui pro me infante
ſi ſunt? An non licet figulo vas ſuum pro-
: per ignem ? Si tribulatione gravaris,
nquid negavi conſilium per quod à tribu-
one ſervaris ? Invoca me in die tribulatio-
tuæ, & eruam te, & honorificabis me, &
e ſi defui invocanti me. *In die tribulationis*
im exquiſivi manibus meis, non corde, *&*
ſum deceptus, Et alibi, *Iſte pauper clamavit,*
Dominus exaudivit eum, & ex omnibus tri-
ationibus ejus ſalvavit eum. Invoca ergo me
fide, nihil hæſitans. Volo enim fideliter &
tanter invocari, ut ſic poſſim liberare. Diſ-
o quidem aliquando, ſed numquid derelin-
o quærentem me ? Tranſis nunc per aquam,
educaris in refrigerium...... poſſum enim
ſiſtentem ab omni tribulatione liberare, &
gientem omni tribulatione coartare. In vo-
ntate enim mea univerſa ſunt poſita. Num-
id eos qui me expectaverunt, aut hic non
eravi, aut apud me non remuneravi. Qui in
crymis ſeminaverunt, in gaudio meſſuerunt:
ui venerunt de magna tribulatione, modo
ud me exultant in gloria, & lætantur in cu-
libus ſuis.? Numquid aliquis ſuſtinuit me &
nfuſus eſt? Suſtineat ergo anima tua in ver-
meo, & ſperet anima tua in me. Si moram
cero, expecta me, quia veniam, & non tar-
abo; veniam, & non qualitercumque, ſed
erces mea mecum. Et nunc interim frequen-
er viſitabo te & conſolabor te: tunc verò ingen-
i remuneratione & omnia præcellenti ditabo
e. Noli ergo, cariſſime, noli, quæſo te, defice-
e, ne tanta, quod abſit, priveris remuneratione.
Ne credas cogitationibus tuis, tribulationes ſu-
er tribulationes tibi imaginantibus, & gaudia
ecutura non reminiſcentibus. Surge potiùs,
& ſta in excelſo, & vide jocunditatem quæ ve-
niet tibi à Deo tuo. Semel confirma animum
tuum ad patientiam. Quàm magna eſt gloria
Domini! Quamdiu pendulus & incertus nuta-
veris, requiem non habebis. Jacta ſuper Domi-
num curam tuam, & ipſe te enutriet; non da-
bit in æternùm fluctuationem juſto. Genus ne-
gationis eſt, de Deo diffidere, & in tribulatione deficere; neque enim verbis tantùm, ſed etiam factis Deus negatur. Bona terra fructum afferat in patientia. Ego quidem ipſe ad hoc infirmior, ſed ipſe & mihi & tibi fortitudinem tribuat, ut perſeverantes uſque in finem, ſalvi efficiamur. Vale in Domino, cariſſime, memor mei.

CHARTA HUBERTI TARVANENSIS epiſcopi, pro cœnobio Fiſcannenſi.

Eccleſiam S. Johannis, prope muros Tarvanenſis civitatis ſitam, à Drogone datam monachis Fiſcannenſibus confirmat.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Cùm inter diſcretos gradus eccleſiaſtici ordinis & mundani, epiſcopalis dignitas obtineat dignitatem, tantò cautior debet inveniri & vitâ & moribus in propriæ animæ cuſtodia, quantò ſuo exemplo conſpicit ſuorum ſubditorum ad hoc provocari corda. Quâ conſideratione permotus ego HUBERTUS Tervanenſis epiſcopus, donum anteceſſoris mei DROGONIS, quod Fiſcanni eccleſiæ ſanctæ Trinitatis dedit, concedo, confirmo, & iterùm dono: hoc eſt S. Johannis eccleſiam, prope muros civitatis Tervanenſis ſitam, in monte qui dicitur ſanctæ Fidei, & quidquid addidi vel addam. Facio autem hanc conceſſionem & donationem, patrocinante ipſi ſanctæ Trinitatis eccleſiæ domno WILLELMO abbate tertio, regnante Francorum rege PHILIPPO, & Anglorum rege, & Normannorum duce glorioſiſſimo WILLELMO. Hoc autem facio quatenus Tervanenſis & Fiſcannenſis eccleſia orationibus conjungantur, & in vita mea meo adjutorio & conſilio, S. Johannis eccleſia tractetur per omnia, ſecundum diſpoſitionem abbatis Fiſcannenſis, & nunc & in perpetuùm. Anno 1080. *Ex archivis monaſterii Fiſcannenſis.*

Actum Fiſcanni in capitulo, anno ab Incarnatione Domini MLXXX. epactâ vigeſimâ-ſextâ, indictione tertiâ. Teſtes Gunduinus, Weſmannus, Bonecauſe.

Signum HUBERTI Tarvanenſis epiſcopi †. Signum VARINI preſbyteri †. Signum MILONIS diaconi †. JOHANNES nepos abbatis, RAYNERIUS, BERARDUS de Fiſcul. WALTERIUS, WALTERIUS, GOSCELINUS.

EPISTOLA THEODERICI Virdunenſis epiſcopi ad Gregorium papam VII.

Petit ab eo, quid reſpondere debeat iis, qui ejus cenſuram de incontinentia clericorum, de inveſtituris laicorum, & alia ipſius acta impugnabant.

THEODERICUS (a) Virdunenſis epiſcopus HILDEBRANDO papæ. (a) Anno 1080. *Ex mſ. Gemblacenſi.*

(a) Theodericus patre nobiliſſimo Guezelone natus ex canonico Baſileenſi, anno 1048. factus eſt epiſcopus Virdunenſis. Anno verò epiſcopatûs ſui 36. ortâ eccleſiam inter & imperium diſſenſione, *vel amore, vel timore principis*, ad partes Cæſaris declinavit, ſummo pontifici adhærentes monachos ex ſuis cœnobiis exturbavit; unde mirum videri non debet, quòd tam injurioſam ſanctiſſimo pontifici ſcripſerit epiſtolam, quæ tamen nonnulla ad ipſius laudem, vel ipſo auctore invito fatente, continet aliunde ignota. Aliam longè magis contumelioſam, & atrocioribus calumniis plenam ad univerſos prælatos & nobiles ſcripſit epiſtolam, relatam à Goldaſto Conſtitutionum imperialium tom. 1. pag. 236. Sed ſenectute & nimiâ gravedine feſſus, dum extremus eum dies urgeret, nec eſſet qui ſedi apoſtolicæ eum reconciliaret, Rodulfus S. Vitoni abbas, duos è ſuis ei miſit, *quos lecto ſuo aſſiſtentes, nutibus, quia loqui non poterat, mox ſalutavit, reconciliari petiit & meruit. Eis enim offenſas in apoſtolicam ſedem per capitula proponentibus, in ſe ad ſingula ſupplicibus oculis, manibus, & tunſione pectoris, ſimilis pœnitenti, culpam confitebatur*, ac meruit abſolvi, ut refert Laurentius de Leodio, Spicil. tom. 12.

Omni tempore diligit qui amicus eſt, & frater in anguſtiis comprobatur. Hæc ſententia cum & ſui conſideratione & auctoritatis aſſertione evidenti veritate ſubnixa ſit, eam tamen non tam auctoritas animo noſtro credibilem, quam ipſa rei experientia fecit indubitabilem. Licèt enim his quæ circa vos ſunt diligenter conſideratis, cogitationes meæ variæ ſibi ſuccedant, concepta tamen in paternitatem veſtram fidelitas nullis horum motuum impulſibus infringitur. Verùm ut mihi de me credatis, quantò vos inconvenientiùs tractari video, tantò mihi ad veſtram defenſionem majorem ex rei indignitate zelum exſuſcitare video. Hujus itaque rei multa & magna, & utinam non tanta, non tantùm proloqui, quàm oſtendere poſſum teſtimonia. Prætereo aſſiduas pro defenſione, ut mihi videtur, veritatis conflictationes; taceo ex hujus rei occaſione ſuſceptas contra ætatem & valetudinem meam diverſas animi & corporis fatigationes, eorum quorum ſæpe familiaritate & officio in parvis & magnis negotiis benignè uſus ſum, repentinas ſuſpiciones, occultas ſimultates, manifeſta odia. Illa verò ſunt quæ ſine dolore commemorare non poſſum, eccleſiæ meæ hac de cauſa, vel illatis injuriis, vel retractis quæ acquiri poterant beneficiis, æterna detrimenta, foris pugnæ intus timores. Jam longo moleſtiarum tædio fatigatus, continuo harum perturbationum æſtu, abſque alicujus obumbrationis refrigerio excoctus, in iſta, vobis confiteor cum propheta, abii ſententia: *Sufficit mihi, Domine, tolle animam meam.* Quò enim adhuc mihi vivere, qui natus ſum videre contritionem populi mei & civitatis ſanctæ? Jam enim omni pudore evacuato, abſque pudoris jactura, in aperta paternitatis veſtræ vituperia feruntur, in veſtram damnationem quantò acriùs egerint, tantò acceptiùs ſe Chriſto obſequium præſtare arbitrantur, parùm verentes, non dico clamydis veſtræ oram clam abſcindere, ſed indiſciplinati filii, ſi quæ eſſent patris verenda ad publici ſpectaculi cachinnum ſæcularibus denudare.

3. Reg. 19. 4.

Et de vita quidem veſtra & converſatione indigna ſentientes, vos ipſum laxatis loquacitatis habenis execrantur, & vituperant eccleſiaſticas ſanctiones, & introducta per vos inſtituta irrident & conculcant, ad quæ defendenda, ſi eos ad librorum atteſtationes & ſanctorum patrum auctoritates evocamus; hoc verò, hoc eſt, aiunt, quod volumus, hoc precamur & cupimus. Nos autem ea quæ in veſtram finguntur perſonam primùm propulſaturi, de vobis, vel à fidelibus audita, vel à nobis ipſis comperta, eis in medium deduximus: pueritiam veſtram non abſque aliquibus, quæ vos procul dubio illuſtrem futurum pertenderent, ſi quis in loco ſancto à religioſis perſonis diligenter excultam adoleſcentiam veſtram, aſſumto pietatis propoſito, ſub ſanctitatis habitu inter mundi contemtores, non ſine magnis perfectionis indiciis, militiæ chriſtianæ dedicatam: juventutem veſtram, ſicut ætate, ita & ſanâ doctrinâ, & firmamento veritatis roboratam, ſub præclaris totius nominis chriſtiani tutoribus, & præſulibus publicis ſanctæ eccleſiæ utilitatibus inſudaſſe, ob ſingularem excellentis ingenii prærogativam in matris eccleſiæ archidiaconatum promotum, ſtrenuâ & laudabili officii hujus amminiſtratione in totius orbis notitiam & dilectionem brevi perveniſſe ad ſummum chriſtiani nominis culmen; decedentibus patribus ſæpe electum & accitum, ſemper quidem animi, aliquando etiam corporis (a) fugâ dignitatis locum declinaſſe; ad ultimum divinitate in electi ſui electione vel exaltatione communem ſervorum ſuorum devotionem & aſſenſum incitante, ad perferendum quod abhorrebat jugum manſuetum animal Domino ſuo cervicem ſubdidiſſe. Ibi in juſtitia & ſanctitate miro modo & paucis noto, aſſiduis votis pro ſe & grege ſuo excubantem, juxta quod boni & fide digni homines atteſtantur, non parvam in oculis Dei beatæ familiaritatis gratiam aſſecutum eſſe; urgente paſtoralis officii neceſſitate, diſtorta perverſorum corda ad rectitudinis lineam ſummâ vi corrigere nitentem, & abſque perſonæ acceptione veritatem omnibus palam facere, hæc faciendo bonorum omnium dilectionem & operam: ſed quia nulla eſt ſocietas luci ad tenebras, perditorum hominum odium & detractionem, immò execrationem acerrimam uſque ad mortis damnationem incurriſſe: pontificem tamen in omnibus inconcuſſum, immotum viam regiam quam ſemel intravit per arma juſtitiæ, à dextris & à ſiniſtris arguendo, obſecrando, increpando, fortiter adhuc incedere. Hæc ſunt quæ de vobis comperimus & ſentimus, hæc de vobis credimus propter quod & loquimur.

Vera & ſincera Gregorii VII. laus.

Sed laudabilem hunc ſanctitatis veſtræ profectum eis longè aliter immutantibus & ordinantibus, non abſque gravi verborum noſtrorum ſubſannatione repellimur. Ad ſimplicem igitur relationis noſtræ ſeriem illudentes, dicunt meritò in puero vel ſignatum eſſe, vel ſignari potuiſſe, illud quod à juvene fotum, à provecto ſuſcitatum, jam per univerſum orbem conflagravit incendium, ſi ea quæ manu ejus in univerſa eccleſia ſuccenſa eſt conſideretur diſcordiæ flamma. Dignus planè homo, de cujus pueritia tale credatur, vel fingatur miraculum. Religionis autem habitum incertum quoque mentis impulſu ſuſceptum: ita uſque in præſens aiunt, ut rem diligentibus veſtem illam non tam honori quàm oneri ei ſemper fuiſſe indubitabiliter appareat. Primùm quidem ſuo, ut aiunt, arbitrio monaſterium ingreſſus, tantâ ſe ſtabilitate, quod primum eſt militiæ illius ſacramentum, profeſſionis ſuæ devinxit, ut paucæ ſint Italiæ, Germaniæ & Galliæ urbes, quas non celeriter percurrerit; pauci temporis illius principes quos non ſalutaverit. Jam verò cùm ſumma apud ordinem illum taciturnitatis obſervantia ſit, tanta ille ſe ſemper effudiſſe ar-

Meræ in ſanctum pontificem ſchiſmaticorum calumniæ

(a) Præclara Gregorii laus in ore ſchiſmatici, & eò ſincerior quò ab infenſiſſimo adverſario prolata eſt. Nullus enim hactenus, quod ſciam, ſcripſerat Gregorium multoties etiam corporis fugâ ſummum pontificatum declinaſſe.

Digitized by Google

r intemperantia, ut nulli honori, nulli A
:ati in hac parte pepercerit, ſacerdotes
ni, epiſcopos, archiepiſcopos, quo no-
nihil reverentius eccleſia ſuſcipit, obſcæ-
ɔpellationibus ad ipſam auditûs confuſio-
lehoneſtaverit, nec in ſingulas perſonas,
:iam in ipſas gentium nationes joculari le-
: terribiles minas adhuc privatus ſæpe in-
rit, ſe illas & illas gentes domiturum, ſe
ım & illorum ſuperbiam repreſſurum, ıt
ɔitabiliter omnibus appareat, quid jam ex B
animo conceperit. Honorem verò quem
nper fugiſſe aſtruit, tantâ, ut aiunt, ve-
; eſt aſtutiâ, ut nulla fuerit bonæ opinio-
es, quâ ſe oculis hominum ideo non pal-
rit; tantâ quæſivit violentiâ, ut ad regnum
lendum, non majorem ſibi perditorum ho-
ım manum profuſiſſimâ præmiorum largi-
: cantilena comparaverit. Conſtat enim,
dhuc in medio ſunt quorum inrefragabili
ıitur teſtimonio, multis modis, maximè in C
is eccleſiaſticis operam ſuam venditando,
ı ingentem vim pecuniæ contraxiſſe, inde
:orruptorum hominum, & in quibus nil
ıudacia quærebatur ſatellitium paraſſe, ſæ-
rium patrocinia, potentum familiaritates
ɔrimis habuiſſe, circa municipia & caſtella
quirenda voto & ſtudio aſpiraſſe, armis,
is, ceteriſque quibus illa inſtruitur diſcipli-
ıuos ornaſſe, ipſum in medio eorum aliis
m monachum decet paratibus exultum D
itaſſe, veſtem illam quod ſolum in eo de
ıacho remanſerat, pretioſis exuviis, ut ni-
minùs quàm monachus videretur, deſuper
ultaſſe. Quæ autem tantæ ſimplicitatis ani-
eſt, cui probabile videatur eum in talibus
ſatum fuiſſe præ nimio mundi contemtu &
:idio, præ nimio cœleſtium appetitu & deſi-
:io? Ut itaque extera quæ graviora ſunt,
nſeamus, præparatis, ut aiunt, ex ſententia
æ voluit, cathedram quando voluit aſcendit, E
n priùs tamen, quàm de publica rerum per-
xtione & orbis diſſentione, quàm continuis
tis, & quibus poterat votis initiaverat, ſecu-
s fuit. Ne ergo rebus quietis, & eccleſiâ pa-
m habente, converſationis ſuæ & illiciti in-
ɔïtûs cauſam dicere, quod maximè timebat,
geretur; continuò ad omnia perturbanda
ıimum intendit, regni diſſenſionem primùm
achinationibus fovit occultis. Poſtquàm id
.rùm procedebat, partium incitamentis; nunc F
l ſe clam vocando, nunc per legatos confor-
ndo excitavit, poſtremò quod ſæpe negave-
ıt, quod publicè & privatim interrogatus ſan-
é dejeraverat, jam palam confitens, jam re-
em ſuum publicè commendans, & attollens
ıcredibili animoſitate ſuccendit: & hæc qui-
em exteriùs. Interiorem autem ordinem ec-
leſiæ ita confudit, ut non ſit epiſcopatus, non
ionaſterium, non cœnobium, non denique
liquod ſocialis vitæ receptaculum, ad quod G
ıon contentio, aut quædam totius religionis
ncertitudo pervenerit. Videant itaque pruden-
:es, videant cordati, ſi ad divinas viſiones, quas
le eo fingere non erubeſcunt, de talibus actibus

repente proſilitur, ſi ad familiaria Chriſti Domini colloquia, mediantibus apoſtolis, per tales gradus aſcenditur. Videant tot prophetico ſpiritu factas denuntiationes, qualis tandem effectus probaverit. Nos certè ex quo primum ad perhibendum ſibi teſtimonium ejus præcepto mortuum ſuſcitandum audivimus, multa millia virorum ejus nimirùm culpa mortua eſſe pro vero accepimus. Cùm ergo hæc noſtris oculis omnia videamus, auribus audiamus, quicumque de agnoſcenda ejus vita diſputare deſiderat, omni phantaſmate ſublato juxta Domini conſilium, hominis iſtius fructus attendat, conſiderationem ſuam in præſentem eccleſiæ, & totius regni ſtatum attollat, ſecuritatem & quietem quam invenerit, cum hoc periculoſo fidei & omnium virtutum naufragio, cum hoc quem excitavit perjurii & anathematis incendio componat, & omnibus his conſideratis, omnibus qui ante eum fuerunt viris apoſtolicis in juſtitia & veritate ſanctum iſtum exæquet, vel etiam, ſi voluerit, anteponat.

Hæc omnia de paternitate veſtra audiens erubeſco, erubeſcens doleo, dolens reclamo. Sed ad tanta, & tam aperta quæ commemorant perturbationum & malorum inditia evocatus, quid reſpondendum ſit, niſi à vobis inſtructus, ad manum non habeo. Illa autem quæ temporibus veſtris à ſede apoſtolica proceſſerunt decreta quoties in medium profero, quoties ea quaſi neceſſaria & moribus corrigendis idonea, meo quidem judicio ſuſcipienda, amplectenda, & ſequenda pronuncio: ubi verò attentè poſtulant ut audiantur; ſi rationes volo rationibus, ſi auctoritates quæro ad ea refellenda, quippe ſanæ doctrinæ adverſantia; ſe mihi ſatisfacturos promittunt auctoritatibus, ac primo quidem faciem meam in eo vel maximè confuſione perfundunt, quod legem de clericorum incontinentia per laïcorum inſanias cohibenda umquam ſuſceperim, quod ad ejus approbationem etiamſi certa aliqua pernicies timeretur, vel puncto temporis tranſierim, me nimiæ ſimplicitatis, & quod cum gratia mea dicatur, nimiæ tarditatis fuiſſe, qui in melle tam manifeſtum veneni poculum, & in lacte, ut aiunt, muſcam non adverterim. Legem enim illam ad ſcandalum in eccleſia mittendum, tartaro vomente prolatam negligentia, aiunt, excepit, ſtultitia promulgavit, amentia roborare contendit, per quam pax eccleſiæ, tranquillitas populi Dei ſublata, pulcherrima eccleſiaſtici ordinis diſtinctio confuſa, fides concuſſa, tota denique magni patriſfamilias domus ſedibus diſſectis, tricliniis labefactatis, vaſis tranſmutatis, omnino inordinata & confuſa. Nec putetis eos, qui ita de his ſentiunt conſcientiæ ſuæ terrore in hac parte perculſos, ad excuſandas excuſationes in peccatis talia prætendere, eccleſiaſticorum graduum incontinentiam talibus defenſionibus fovere velle. Honeſtam, mihi credite, converſationem in deſiderio habent, nec aliter quàm oportet eccleſiaſticæ ultionis cenſuram intentari gaudent. Sed non ita, inquiunt, ſciſſuram parietis convenit reſarciri, ut totum do-

Diſtringit cenſuram ejus de incontinentia clericorum.

Digitized by Google

mûs fundamentum inde contingat labefactari. A Aſſerunt prætereà ſanctos patres, eccleſiaſticæ correctionis regulas non paucas in profeſſionis ſuæ tranſgreſſores juſtè & ſalubriter providiſſe; ſacerdotes magnos, qui Deo placuerunt, ſimiles & eaſdem culpas advertiſſe & damnaſſe: omnium tamen nullus tales contritiones talibus alligaturis aliquando refecit, quia potiùs infeciſſet, nec tali pœnâ illicitè viventium perverſitates removere attendit, quia potiùs promo- B viſſet pleriſque ſacræ ſcripturæ locis iſta planè adverſari, legalibus & evangelicis apoſtolorum & apoſtolicorum inſtitutionibus refragari: adeo ut non deſint qui ſi provocentur, hæc contra catholicam fidem venire debeant profiteri. Porrò eas quas dicunt rationes, eas quas proferunt auctoritates, ego, ut vobis verum fatear, nec repellere poſſum, nec contemnere, nec niſi à vobis inſtruar, in hoc articulo deprehenſus habeo, quia poſſum evadere. Scripturarum enim quas canonicas vocant, me pluribus arguunt C teſtimoniis. Ego autem neque illius ſum auctoritatis, ut dicere audeam illas mentiri, neque illius ſubtilitatis, ut verba adeo plana & aperta aliter poſſim interpretari: quæ omnia hîc inſerere, & oneroſum putavi, & ſuperfluum vobis. Tamen ſi ita præcipitis videnda, tranſmittere mihi, qui de his inſtrui cupio, arbitror neceſſarium.

Imperatoris depoſitionem.

Illud verò reminiſci pudet, litteræ veſtræ D Domini mei regis depoſitionem, & RODULFI veſtri inthroniſationem continentes, ad quantum per omnium ora ludibrium circumferuntur, quomodo eis in veſtræ, ut dicitur, teſtimonium pertinaciæ prolatis, noſtrum & omnium pro parte veſtra loqui volentium ora obſtruuntur, qui quoties in vos incautè conſultum, & in depoſitionem veſtram inordinatè actum cauſamur, litteris iſtis in medium prolatis, quanta juſtitia & à vobis impoſita neceſ- E ſitate ad id perventum ſit, non abſque noſtra confuſione, facilè convincimur. Hominum, aiunt, ſapientiſſimus ſatis notum eſt debiti ſibi invaſionem regni quo animo acceperit, in throni ſui poſſeſſorem, in eum qui contrariæ partis erat ducem, in ipſum cujus auctoritate fiebat ſacerdotem quantâ celeritate vindictam intorſerit. Adoniam vitâ privavit Joab, ſanguine cornu altaris quod ille tenebat fœdavit. Abiathar autem, ſubſtituto ſacerdote Sadoch, ſa- F cerdotio in æternùm amovit; & Salomon fratricidium non exhorruit in eum qui regnum ejus non invaſerat, ſed affectaverat. Iſte non eum perſequeretur hominem impium, hominem ſceleſtum, proditione infamem, perjuriis execrabilem, qui non falſæ ſuſpicionis, ſed aperti ſceleris communi orbis terrarum judicio reus, non tot habuit, quot admiſit capitalia? Ille militiæ principem tot victoriarum titulis G inſignem pro rebus fortiter & fideliter ſub patre ejus geſtis, æternis in ſe beneficiis obligatum, ſibiipſi proximâ ſanguinis neceſſitudine junctiſſimum, ad cornu altaris mactare non erubuit. Iſte in impios cives, in viros deſertores, in patriæ ſuæ proditores, vindictam facere tantopere abhorrebit? Ille Abiathar ſacerdotem, cujus pater ſacerdos & ipſo gladio Saülis pro David ceciderat, qui vagus & profugus, omnia David exilia officioſâ ſedulitate cum eo fideliter pertulerat, qui toto perſecutionis tempore, Dominum pro eo in omnibus quæ gerebantur conſuluerat; quia ad modicum poſt Adoniam declinaverat, prolata ſententia, morti addixit: tot tamen meritis vita conceſſa, ad privatam & ruſticam vitam agelli ſui in Anathot remiſit. Iſte hominem tot malorum incentorem, qui eum tot contritionibus injuſtè damnavit, tot præjudiciis excommunicavit, turpibus inſectationibus totiens inflamare contendit, litteris apoſtolicâ ſobrietate alienis, ſuâ verò procacitate digniſſimis dehoneſtare tentavit, acerrimè hoſtem in regnum & caput ejus immiſit: iſtum, inquam, hominem diligere, & cervicem ſuam ludibrio uſquequaque conculcandam poteſt ſubſternere? An non EBBO Remenſium antiſtes, Ambianenſium præſulem pro infidelitate imperatoris depoſuit, eodem judicio damnatum, LUDOVICO in regnum reſtituto, concors omnium ſacerdotum ſententia ab epiſcopatu dejecit? Eccleſiaſticas, ſi placet, ſcripturas recenſeamus, ſæculares hiſtorias revolvamus. Unde agrorum populationes, urbium confuſiones, hominum ſtrages, rerum immutationes, niſi quod hi illos ſupplantare, illi locum ſuum & libertatem, regnum ſuum & honorem manu certabant, defendere? Non eſt novum regiam dignitatem indignari in eos quos vident in ſe ſacrilegâ temeritate inſurgere. Non eſt novum homines ſæculares ſæculariter ſapere & agere. Novum eſt autem & omnibus retrò ſæculis inauditum, pontifices regna gentium tam facilè velle dividere. Nomen regum inter ipſa mundi initia repertum adeo poſteà ſtabilitum repentinâ factione elidere, Chriſtos Domini quoties libuerit plebeiâ ſorte ſicut villicos mutare, regno patrum ſuorum decedere juſſos, niſi confeſtim adquieverint anathemate damnare. Singulari porrò familiaritate ad tam ordinatam maledictionem ſubſcribendum glorioſos principes terræ domnus papa litteris ſuis invitat; & ut alumnum ſuum recognoſcant, ſe ab eis lactatum & nutritum ſpirituali confeſſione ſatis opportunè commemorat, lacte planè apoſtolorum ſatiatus, ſubitò memoriam abundantiæ ſuavitatis eructat, & poſitam à Deo poteſtatem obſcœnis inſectans appellationibus, intoleranda eccleſiæ auribus convicia fundit & jactat. Novus nimirùm David, qui male habentem regem cytharâ pſallendo, tantâ ſuavitate delinit & recreat, ut inſolitâ animum ejus demulcens dulcedine, ex ægroto inſanum faciat. Avidus itaque lactis apoſtolici potator, dum lac vehementiùs ſugit, ſanguinem exprimit, quo plenus, illum non ſine quodam audientium horrore, cruentâ verborum turpium ructatione refundit. Ubi obſecro apoſtolica * verba ſugenti puriſſima illa apoſtolici lactis gutta inter lactandum excidit, *non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, ſed è contrario benedicentes?* Ubi

* f. ubera
1. Pet. 3. 9.

1. Pet. 5. 2. & illa : *Paſcite & illum qui in vobis eſt gregem Dei, non ut dominantes in clero, ſed forma facti gregis, & omnes invicem humilitatem inſinuate.* Et in antecedentibus: *Subditi eſtote regi, quaſi*
1. Pet. 2. 17. *præcellenti.* Et: *Deum timete, regem honorificate.*
Ibid. 18. Et: *Subditi eſtote in omni timore dominis, non tantùm bonis & modeſtis, ſed etiam diſcolis.* Ubi, quæſo, delicatus apoſtolicorum uberum alumnus ſpiritualem hunc piarum mentium potum faſtidiendo in B. Petri gremio præteriit? Cùm dum tanta confovetur diligentia, à B. Pauli quoque uberibus manantes dulcedinis rivos exci-
Tit. 1. 7. pere ſuperſedit. *Oportet*, inquit ille, *epiſcopum non iracundum eſſe, non percuſſorem.* Et iterùm:
2. Tim. 2. 24. *Servum*, ait, *Domini non oportet litigare, ſed manſuetum eſſe*; & addit, *ad omnes*, cum modeſtia corripientem eos qui reſiſtunt. Et ad
2. Tim. 4. eumdem: *Increpa*, inquit, *cum omni patientia.*
2. Tim. 2. 14. Et: *Verbis contendere nihil eſt utile, niſi ad ſubverſionem audientium.* Et congruum unicuique epiſcopo correctionis præſcribens modum, juvenes, inquit, ut fratres. Et alium doctrinâ &
Tit 2. 8. vitâ inſtruens diſcipulum: *Exemplum*, inquit, *te præbe in gravitate, verbum ſanum irreprehen-*
Tit. 3. 1. *ſibile.* Ad eumdem: *Ammone*, inquit, *illos principibus & poteſtatibus ſubditos eſſe, omnem oſtendentes manſuetudinem.* Et addit ad omnes, *neminem blaſphemare.* Et Eccleſiæ ex Hebræis:
Heb. 12. 14. *Pacem ſequimini*, ait, *cum omnibus.* Et Coloſſen-
Coll. 3. 8. ſibus: *Abjicite*, inquit, *turpem ſermonem ex ore*
Ibid. 13. *veſtro.* Et: *Supportantes invicem, & donantes vobis, ſi quis adverſus aliquem habet querelas.*
Eph. 4. 29 Et ad Epheſios: *Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat; omnis amaritudo, & ira, & indignatio tollatur à vobis. Eſtote autem invicem benigni, miſericordes, humiles, donantes invicem, ſicut in Chriſto Deus donavit vobis.* Et de modo
1. Theſ. 3. 14. corripiendi alios inſtruens: *Si quis*, ait, *non obedit, nolite quaſi inimicum æſtimare illum, ſed*
Gal 6. 1. *corripite ut fratrem.* Ad Galatas quoque: *Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpiritus eſtis, inſtruite hujuſmodi in ſpiritu lenitatis, conſiderans teipſum, ne & tu tenteris.* Et paternâ Corinthios præveniens ſollicitudine:
2. Cor. 12. 21. *Timeo*, inquit, *ne cùm venero, humiliet me Deus, & lugeam multos ex his qui peccaverunt, & non*
2. Cor 10. 4. *egerunt pœnitentiam.* Et rurſum: *Arma militiæ noſtræ non ſunt carnalia, ſed ſpiritualia.* Et in lucrandis peccatoribus, ſuæ eos contemperare
1. Cor. 9. 22. imitationi volens: *Factus ſum*, inquit, *infirmis infirmus, ut infirmos lucrifacerem.* Porrò de ordinatis à Deo poteſtatibus omni ſtudio ſuſcipiendis, omni amore diligendis, omni honore reverendis, omni patientiâ tolerandis, tantâ ubique ſapientiâ diſputat, ut vel pro eorum importunitate, vel perverſitate, ſeu etiam infidelitate occaſionem forſitan quærentibus, omnem ubique hæſitationis locum omnino excludat. Hæc eſt illa quæ ab ipſo Chriſti Domini pectore in ejus apoſtolos transfuſa eſt dulcedinis ſuavitas, quam ab apoſtolis apoſtolicorum virorum humilitas devotè ſuſcepit, ſollicitè cuſtodivit, fideliter implevit. Hoc planè lacte nutritus B. papa Gregorius, in verbis, in moribus, in ipſis denique ſuis increpationibus humilita-

A tem & manſuetudinem ubique redolet. Hinc eſt quòd in ſublimi loco poſitas perſonas quaſcumque inutiles, vel etiam infames dignitatum tamen vocabulis appellat, reverendis allocutionibus honorat, poteſtatem eorum quibuſlibet poteſt verbis attollere & exaltare non diſſimulat ſummus pontifex, obedientiam ſe regibus debere proteſtatur, & aperit ea debiti neceſſitate, ad ea quæ mentis judicio ipſe reprobat, pro tempore toleranda aliquando deſcendit; quæ
B tamen ipſa quantùm ſibi diſpliceant, adeptâ opportunitate, ſalvâ in omnibus principis reverentiâ, apertè innoteſcit. Unde cùm legem de militibus ad converſionem minimè recipiendis promulgari juſſiſſet, legem quidem latam, quam Deo adverſari videbat, ſtatim exhorruit; ſed tamen illam ex juſſione principis, ad omnium notitiam ipſe qui eam improbabat, inſi- S Greg. lib.
nuare non diſtulit. Expleta humiliter obedien- 2. epiſt 100.
tia, ad eumdem imperatorem: Ego, inquit, juſ-
C ſioni ſubditus, eamdem legem per diverſas terrarum partes feci tranſmitti, & quia lex omnipotenti Deo minime concordet, ecce ſuggeſtionis meæ paginam ſereniſſimis Dominis nuntiavi. Utrobique ergo quæ debui excolui, qui & obedientiam præbui, & pro Deo quod ſenſi non tacui. Iſte inſanientem Saül cytharâ pſallendo delinire poterat; iſte eum qui dicit:
Si circumcidamini, Chriſtus vobis non proderit; Gal. 5. 2.
diſcipulum pro tempore circumcidiſſe, nudipedalia exercuiſſe, purgatum in templo optimè
D meminerat. Meminerat, inquit beatus Gregorius, quanta modeſtia regem adulterii & homicidii reum Nathan propheta corripuerit, quantâ arte plagam quam ſecare volebat ſpiritualis animæ medicus levi priùs manu palpando pertractaverit, non ei flagitium apertâ invectione improperavit, ſed aſſumtâ alterius cauſæ parabola, ſuo ipſius denudavit judicio, ſuo ipſius convicit teſtimonio, ſuo ipſius damnavit judicio.

Eum, inquit domnus papa, ego anathema- Ejus excommunicationes.
E tizavi, vos anathematizate. Hoc tonitruum non tantùm portendit periculi, quantùm incutit terroris. Quem ego, inquit, anathematizavi, vos anathematizate. Conſequentiam iſtam nos non intelligimus. Sed ſi è converſo proferretur, quem vos anathematizaſtis, ego anathematizo, & res eſſet * terribilior, & ordo verborum efficacior. Male profectò rebus huma- * f tolerabilior.
nis conſultum eſſet, ſi ad qualeſcumque concitati animi motus, divina ſequeretur damnatio, ſicut illi uniuſcujuſque iracundia dictare vellet,
F qui omnia diſpenſat in menſura & pondere, & numero; apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio. Non tam facilè circumducitur, nec ſuas, vel benedictiones, vel maledictiones, ita temerè diſpenſat, ut eas non ex vitæ merito, ſed ex uniuſcujuſque vel favore vel odio quandocumque rogatur, confeſtim diſpergat. Porro ut excommunicationes quæ propter privatos motus & domeſticas intentantur injurias damnationis vim obtineant, nec ſcriptura teſtatur, nec ratio recipit: immò epiſcopum qui hoc præſumſerat, gravi, ſi in

hoc perſiſteret, denuntiata ſententia B. papa A
Gregorius vehementer redarguit. Origenes
quoque, quem, ut verbis B. Hieronymi utamur, omnium eccleſiarum magiſtrum poſt apoſtolos nemo peritus negaverit, in xv. in Nume-
» rum omelia. Homo, inquit, ſi judicantis ſen-
» tentiam, vel pro mentis intuitu proferat male-
» dictioni, non poteſt eſſe juſta maledicentis cau-
» ſa, ubi ignoratur peccantis affectus. Idem ali-
» bi: Interdum fit, ut aliquis non recto judicio
» eorum qui præſunt eccleſiæ, depellatur & mit- B
» tatur foras; ſed ſi ipſe non ante exiit, nihil læ-
» ditur in eo, quod non recto judicio ab homini-
» bus videtur expulſus, & ita fit, ut interdum il-
» le qui foras mittitur, intus ſit: & ille foris ſit,
» qui intus retineri videtur. Ne verò prolata de
hoc libro teſtimonia ex ſola nominis invidia offenſam contrahant, non ab re videtur apponere quod alii catholici, aut diſerti viri, de hac eadem re ſentiant. B. Auguſtinus ad Claſſicianum.
» Illud planè non temerè dixerim, quòd ſi quiſ- C
» quam fidelium injuſtè fuerit anathematizatus,
» ei potiùs oberit qui facit, quàm ei qui hanc
» patietur injuriam. Spiritus enim ſanctus habi-
» tat in ſanctis, per quem quiſque ligatur & ſol-
» vitur, & immeritam nulli ingerit pœnam. Per
» eum quippe diffunditur caritas in cordibus no-
» ſtris, quæ non agit perperam. Item in libro de
» Summo bono: Secundum catholicam fidem &
» ſanam doctrinam, nec naturæ Dei poteſt no-
» cere quiſquam, nec natura Dei injuſtè nocere D
» cuiquam, nec nocere impunè patitur quem-
» quam Qui enim nocet, ait Apoſtolus, recipiet
» id quod nocuit. Item in libro de Baptiſmo: Pax
» eccleſiæ dimittit peccata, & ab eccleſiaſtica pa-
» ce alienatio tenet peccata, non ſecundum ar-
» bitrium hominum, ſed Dei. Petra tenet, petra
» dimittit. Columba tenet, columba dimittit.
» Item de Sermone Domini in Monte: Teme-
» rarium judicium plerumque nihil nocet ei de
» quo temerè judicatur; ei autem qui temerè ju- E
» dicat, ipſa temeritas neceſſe eſt ut noceat. Item
» ad clerum Hipponenſium: Quid obeſt homini,
» quòd ex illa tabula non vult eum recitare hu-
» mana ignorantia, ſi de libro viventium non
» eum deleat iniqua conſcientia. Et contra Se-
» cundinum Manichæum: Senti de Auguſtino
» quicquid libet, ſola me in oculis Dei conſcien-
» tia non accuſet. Item in Expoſitione Pſalmo-
» rum: Alia eſt ſella terrena, aliud eſt tribunal
» cœleſte. Ab inferiore accipite ſententiam, à F
» ſuperiore coronam, nec damnabit eum, cùm
» judicabitur illi. Item in eodem libro: Quis ju-
» ſtus eſt, cui ab injuſto maledicitur; & ſi inju-
» ſtè maledicitur, præmium ei redditur. Hiero-
» nymus in Mathæum: Quæ ligaveritis in terra,
» erunt ligata & in cœlis. Iſtum locum epiſcopi
» & preſbyteri non intelligentes aliquid ſibi de
» Phariſæorum aſſumunt ſupercilio, ut vel dam-
» nent innocentes, vel ſolvere ſe noxios arbi- G
» trentur; cùm apud Deum non ſententia ſacer-
» dotum, ſed reorum vita inquiratur. Et Salo-
Prov. 26.2. mon: *Sicut avis in contrarium volans, ſic male-
dictum fruſtra prolatum, ſuper illum qui miſit il-*
Eccli. 4.25. *lud eveniet.* Item: *Anima quæ benedicit, impu-
gnabitur; qui autem fruſtra maledicit, in maledictione erit.* Item: *Eſt confuſio adducens peccatum, & eſt confuſio adducens gloriam.* Et in Deuteronomio: *Conduxit contra te Balach Balaam* Deut. 23.4.
filium Beor de Meſopotamia Syriæ, ut malediceret tibi; & noluit Dominus Deus tuus audire vocem ejus, vertitque maledictionem ejus in benedictionem tuam, eo quod diligeret te.

Ejus à juramentis abſolutiones.

Sanctam autem, & omnibus retrò ſæculis apud omnium gentium nationes inviolatam jurisjurandi religionem facillima, inquiunt, domni papæ reſcindit abſolutio: & quod tantum eſt, ut illud omnis controverſiæ finem Apoſtolus nominaverit, modo unius cartulæ per quemlibet bajulatorem porrectæ leviſſimâ infringere juberetur lectione. Abſolvo, inquit, omnes à juramento quod Heinrico juraverunt. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce qui educit vinctos in fortitudine, velimus, nolimus, abſolvimur. Abſolutio non quæritur, ſed offertur; recuſatur, & invitis ingeritur. Sed rem diligenter intuenti patet facili pretio comparabile quod tam facilè diſpenſatur. Abſolvo omnes; cur non, obſecro, œconomum ejus excepit? cur non villicum, cur non capite cenſum, cur non aliquod quod ei jure hereditario obvenit mancipium? An ſi rex eſſe prohibetur, numquid etiam rei familiaris Dominus eorum quæ ad ſe pertinent, proviſor & ordinator eſſe vetabitur, ſi ea quæ ad fiſcum pertinent, domni papæ auctoritate interdicuntur? Aliquam ſaltem in ſcripto illo mereamur ſubauditionem, ut ei vel privata relinquantur. Abſolvo omnes à juramento quod H. juraverunt. Videamus ne fortè id non ſit vinctos abſolvere, ſed abſolutos vincire. Cùm enim ſcriptura dicat: *Funi-* Prov. 5.22.
culis peccatorum ſuorum unuſquiſque conſtringitur. Quicumque alium quo immunis erat in peccatum inducit, ille procul dubio ſolutum vincit. Qui autem juſta ſacramenta jure gentium ſolemniter inita adhuc inviolata cuſtodiunt, illi profectò quantùm ad hoc attinet in peccata compedes..... nondum incendit. His itaque cùm dicitur: Abſolvo vos à ſacramento quod Heinrico juraviſtis, quid aliud dicitur, vel præcipitur, niſi auctoritate meâ freti, fidem illi negate, quam vos obſervaturos juramento firmaſtis? Sed quid ad hæc illi dicunt? Non te in hoc, domne papa, audimus; non abnegamus ei fidem quam promiſimus: non tantùm promiſimus, ſed juravimus; quia ſi os quod ſimpliciter mentitur occidit animam, valde eſt inconſequens, ut os quod cum perjurio mentitur, non occidat animam. Et ſi perdat omnes qui loquuntur mendacium, multò ampliùs perdit omnes qui loquuntur perjurium. Quòd autem per tuam auctoritatem hujus rei nobis promittis impunitatem: noli, obſecro, noli in fratres peccare; noli puſillos Chriſti ſcandalizare; noli per perverſam ſecuritatem infirma auditorum corda in irrevocabile præcipitium tecum ſubmergere. Illud nec nos ſequi, nec tu potes præcipere. Si ſuper cathedram Moïſi ſederes, neceſſe haberem ſervare & facere quod juberes. Cathedram

Moïſi

Digitized by Google

Moïſi deſcendiſti; ab omni quam tibi debebam obedientiæ neceſſitate me abſolviſti. Quid enim dicit Moïſes? (Exod. 20.7.) *Non aſſumes nomen Dei tui in vanum.* Et alibi: (Lev. 19.12.) *Non perjurabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui. Ego Dominus. Audi, Iſraël, Dominus Deus tuus, Deus unus eſt. Non adorabis Deos alienos.* Si ergo contra hoc præceptum, ad ſequendos Deos alienos, auctoritatis tuæ reverentia me vellet aſtringere, nonne dementiæ res eſſet nomine obedientiæ territum uſque ad ſacrilegii impietatem meum tibi præbere conſenſum? At qui dicit: *Non adorabis Deos alienos;* conſequenter ſubjungit: *non perjurabis.* Utrumque mandatum digito Dei ſcriptum, ab eodem legiſlatore promulgatum, eâdem reverentiâ ſuſceptum, eâdem firmitate ſtatutum. Sed dicit domnus papa: perverſus eſt cui juraſti, impius eſt, perjurus eſt, ſceleſtus eſt, fidem ei non debes. Iſta quidem, domne papa, in ſcripto tuo legimus; iſta quidem per orbem terrarum per evangeliſtas tuos circumferri audivimus, parùm ſubſiſtentes in illa prophetæ ſententia: Peccata populi mei curabant cum ignominia. Nos hæc ignoramus, nos hæc non credimus; ſed RODULFUM irrevocabiliter perverſum oculis vidimus, auribus audivimus, virum deſertorem, hominem proditorem. Perjuria ejus facilè convincimus, ſed non facilè numeramus; homicidia ejus digitorum oſtenſione adhuc recenſere poſſumus. Tres uxores ejus quas apertè ſolemni nuptiarum apparatu duxit,eodem ſimul tempore & viventes,& novimus & nominamus. Hæc ſunt præclara illa facinora, quæ illum regio nomine donaverunt. Hæ ſunt animi illæ virtutes, quæ ad illud faſtigium eum ſubitò levaverunt, & ut veriùs dicatur, de momentaneo illo & umbratili faſtigio in manſuram ſibi & poſteris ſuis ignominiam illum præcipitaverunt. Iſte ad ſuſcipiendam imperatoriam dignitatem erat idoneus. Iſte B. Petri vocabatur filius; iſte amicus papæ, & princeps victorioſus. Non deſunt autem adhuc alii, qui tyrannicâ violentiâ regnis invaſis, viam ſibi ad thronum ſanguine paraverunt, cruentatum diadema induerunt, cædibus, rapinis, truncationibus, ſuppliciis, regnum ſibi ſtabilierunt quidam generis ſui proximi, & eiſdem dominis ſuis jugulatis, honores eorum invaſerunt. Hi omnes amici domni papæ appellantur, benedictionibus ejus honorantur, victorioſi principes ab eo ſalutantur. Iſte, quia paternum & avitum regnum retinere præſumit, ſceleſtus vocatur, præjudiciis damnatur, excommunicationibus urgetur. Sed ſit impius, ſit perverſus, ſit quicquid domnus papa in eum dicere voluerit acriùs, num ideo ſacramentum ei factum infringere, & quia ille malus eſt, ideo ego ſacrilegus exiſtendo me in æternam damnationem videns & ſciens debeo intrudere? Prorſus nec debeo, nec facio, quia patres ſanctos, viros glorioſos Dei agnitores & cultores ſacramentum cum perverſis & à Deo alienis hominibus ſuſcepiſſe, & ſummâ illud cautelâ obſervaſſe, in ſcripturis ſanctis & legi & memoro. Sic Abraham regi Gerare Abimelech quod convenerat juravit & reddidit. Sic Iſaac, invidentibus ſibi & perſequentibus Palæſtinis, ſacramento quo ſe illis obſtrinxerat ſatisfecit. Sic Jacob patris & avi ſecutus exemplum, cum Laban ſocero idolorum cultore, ſub eadem juramenti ſecuritate in pace rediit. Sic cum femina impiæ civitatis incola, gentis quæ Deum ignorabat alumna, infamis quæſtûs nomine denotata populus Dei juramentum religioſè iniit, humiliter recognovit, auctore Joſue, fideliter adimplevit. (Joſ. 6. 22.) *Duobus enim*, ait ſcriptura, *viris qui miſſi exploratores fuerant ait Joſue, ingredimini domum mulieris meretricis, & producite eam, omniaque quæ illius ſunt, ſicut illi juramento firmaſtis.* Notum eſt autem quòd Gabaonitæ, timore mortis adacti à Deo de terra quæ populo ſuo debebatur exterminari juſſi, ab ipſo Joſue & populi principibus ſacramentum quâ arte quæſierint, quo mendacio perſuaſerint, quâ fraude extorſerint, ad illud reſcindendum populus Dei quot cauſas quàm perhabiles, quàm idoneas, ſi ullus aliquo modo ſperare debet exitus, prætendere potuerit. Notum eſt, inquam, illa magna & ſapiens patriarcharum curia ſatis ancipiti ſuper hoc negotio quæſtione habitâ quid inde definierit. Poſtquàm enim facto fœdere Gabaonitæ receſſerant, ad urbes eorum qui ſe remotiſſimos longinquæ terræ habitatores confinxerant, motis populus caſtris repente applicuit. Ibi fraude compertâ, cùm ob idipſum concitatores ad hominum ſtragem, & urbium excidia violenter ferrentur, Joſue cum principibus multitudinis intervenit, ſeditionem compeſcuit. Re ad conſilium relatâ, quid fieri placeret,prudentioribus adhibitis,diligenter diſcuſſit. Poterat quidem dicere: Abſolvo vos à ſacramento; quia idolorum cultores, qui cultui veſtro in ſcandalum fieri facilè poſſint, inter vos reſervare voce Domini prohibiti eſtis. Amorræos de quo iſti ſunt populo in ſocietatem & amicitiam recipere, ipſo Deo Moïſi fortiter comminante, non poteſtis apertiſſimo Domini præcepto, quod ex ejus ore audiſtis, juramentum fraude & mendacio initum evacuare non timueritis; maximè cùm terra quæ vobis ſorte debetur apertè excepta, neſcio quam longinquam de qua ſe veniſſe profitebantur, eis in pace habitandam conceſſeritis. Hæc omnia certè populus ipſi Joſue aut obtendebant, aut rationabiliter obtendere poterant. Sed illi ſint, ait, illi idololatræ, nos eis non in dolis, ſed in nomine Domini Dei Iſraël juravimus. Illi nos fraudulenter deceperunt, nos mendacium eorum execrantes, à veritate in nomine Domini confirmata nequaquam declinabimus. Sic autem Amorræus in medio Iſraël receptus, jugi inter eos cohabitatione conſenuit, ex quorum cohabitatione, quia non parvum religionis ſuæ offendiculum populus Dei ſæpe contraxerit, multo tempore evoluto, cùm jam res ipſa longo quaſi ſenio refrixerat, zelo quaſi pro filiis Iſraël Saül eos percutere voluit; ſed mox eum apud quem præterita non tranſeunt, attentatæ tranſgreſſionis ultorem tota terra gravi tribulatione perſenſit: qui ad redarguen-

Digitized by Google

dam hujus offenſæ temeritatem, omnem populum gravi plagâ tribus jugiter annis attrivit, conſultus qua cauſa promerente iracundia ejus in eos deſæviret, violati ad Gabaonitas cauſam aperuit juramenti: quod plaga niſi ipſorum arbitrio expiatione factâ ceſſare non deberet, innotuit. Tandem quotquot de ſtirpe Saül perdendos petierant Domino crucifixis, non aliter quàm magnâ ſatisfactione illis reconciliatis terræ ſuæ repropitiari voluit. Hæc nos, inquiunt, inſuperabilis veritatis ſequentes teſtimonia, nullâ ſeductorum hominum circumventione à ſacramento volenter & legitimè facto declinabimus, etiamſi angelus de cœlo aliter nobis evangelizaret, nos illum parvipendere, contemnere, anathematizare non diſſimulabimus.

Exod. 23. 1.

Scimus enim qui dixit: *Non ſuſcipies vocem mendacii.* Item propheta: *Qui voluerit loqui in nomine meo quæ ego non præcepi illi ut diceret, interficietur.* Et Hieremias propheta: *Nolite audire verba prophetarum qui prophetant vobis, & decipiunt vos. Viſionem cordis ſui loquuntur, non de ore Domini. Non mittebam eos, & ipſi currebant; non loquebar ad eos, & ipſi prophetabant, ait Dominus, cum Dominus non miſerit eos.*

Jerem. 23. 16.

Et Johannes apoſtolus: *Si quis venerit ad vos, & hanc doctrinam non habet, nolite recipere eum, nec Ave ei dixeritis.*

2. Joh. 10.

Hæc omnia contra eam quam feciſtis abſolutionem contexentes, ad alia quoque refellenda retorquent quæ vos concedere aſſerunt vel præcipere, homines videlicet ſæculares, excuſationes in peccatis quærentes, quâcumque parvâ aſſenſûs veſtri occaſione pro præcepto abutentes, ad ſanguinis effuſionem animare homicidia, dum neſcio quâ occaſione admittantur, parvipendenda eſſe: res B. Petri manu defendendas eſſe, in quo quicumque ceciderit, illius obſequio omnis peccati ſecuritatem vos illi fidenter repromittere, vos pro illa rationem redditurum quicumque Chriſtianum pro Chriſto non timuerit occidere. Ita vos omnibus auditoribus indeſinenter prædicare: adeo ut non deſint hodie uſque epiſcopi, qui inter alias exhortationes, has quoque ſe à vobis fateantur audiſſe. In hac parte quoniam ipſa rei inconvenientia per ſe ſatis elucet, nullam ſe in diſputando operam, aiunt, velle inſumere, quo modo hæc in pontificali, non apoſtolicæ, ſed chriſtianæ perfectioni conveniant prudenti intellectori judicandum relinquere.

Improbat quòd laïcorum inveſtituras non recipiat.

Illud ſanè quod de eccleſiaſticis ventilatur beneficiis, ab omni ſæcularium jure perpetuâ emunitate aſſerendis, de epiſcopis quoque manu principis in epiſcopatum minimè introducendis, & ſi pro rei novitate primo ſuo aſpectu offenſionem generat: aliquam tamen ſpeciem rationis exhibet, ſi non re, vel tali tempore mota, vel tali impetu properata, vel tali foret contentione agitata. Quis enim non videat, non ex religionis zelo, ſed ex principis odio hæc actitari, cum perſonis per ſacram RODULFI, vel HERIMANNI dextram non introductis, ſed ſubintroductis, benedictiones non negentur, pallia domum tranſmittantur, cum his qui ſub aliis regibus degunt mitiùs agatur. Noſtris autem epiſcopis, archiepiſcopis legitimè electis, communi aſſenſu receptis, laïca etiam communio interdicatur, & in nulla deprehenſi culpa, HEINRICO ſolo quia fidem tenent & perjurare timent reprobi judicentur. Hinc eſt quòd à principio hujus motûs pro pace Eccleſiæ nihil omittentes, omnia experti ſunt, nec quicquam profecerunt. Hinc eſt quòd totâ ſubjectione, pedibus ejus ſe ſubſternentes, quicquid juberetur laturi, conditiones pacis quæſierunt, nec obtinuerunt. Legatos ejus quaſi angelos viderunt, ſervierunt uſque ad indigna toleranda, pacis & publicæ quietis deſiderio ſe illis ſubmiſerunt. Quòd cùm nihil procederet, viri dignitate clari, ſcientiâ promti, moribus compoſiti, ut nihil intentatum relinquerent, ſupplices legationes Romam iterùm perferendas ſuſceperunt. Quò venientes, novâ quâdam & inuſitatâ novitate, pontificis humanitate, cum tanta ſunt caritate ſuſcepti, ut à conſpectu & colloquio prohiberentur, conviciis turpibus ſcurrarum & paraſitorum agitarentur, minis terribilibus ſicariorum premerentur, concilium quærentes theatrum offenderent, canones quibus cauſam ſuam regulariter niterentur poſtulantes, niſi placita loquerentur, gladios ſibi paratos multis minitantibus audierunt. Beato Petro propitio, multis & magnis periculis evaſis, domum reverſi, niſi contumelias & terrores nihil reportaverunt. At qui longè aliud merebantur, vel Bremenſis archiepiſcopi gravitas, & non mediocris in lege Domini ſcientia, vel dignitas Babembergenſis epiſcopi, vel claritas & modeſtia domni BURCHARDI archidiaconi, qui etſi epiſcopus non erat, tamen, ut verbis utamur beati Hieronymi, minus eſt epiſcopum eſſe, quàm mereri. Sanè, ut ad propoſitum revertamur, conſuetudo iſta à ſanctis patribus in noſtra tempora permanavit, longâ jam ætate ſenuit, ſub lege receptâ, ſub gratia roboratâ, longâ ſtatûs ſui diuturnitate invaluit. Quod planè ita eſſe inveniet, qui ſcripturas canonicas revolvere & eis intendere voluerit. Ut enim de multis aliqua attingamus, ſi pontificatus & ſacerdotia regia poteſtas locare non ſoleret, nequaquam reges Iſraël ſacerdotes Domini ejeciſſe, & alios ejectorum loco ſubſtituiſſe ſcriptura canonica commemoráret, ſi ad regiæ dignitatis arbitrium hujuſmodi honores diſtribui non poſſent; viri glorioſi per quos ſalus facta eſt in Iſraël, Machabæos dico, religionis ſuæ maculam ſenſiſſent, nequaquam ab alienigenis regibus, ab impiis hominibus, à legis divinæ conculcatoribus, ſummum ſacerdotium accipere adquieviſſent. Verba ſunt Alexandri ad Jonathan: *Et nunc conſtituimus te hodie ſacerdotem gentis tuæ ſummum.* Et de Simone: *Rex,* inquit, *Demetrius ſtatuit illi ſacerdotium.*

1. Mach. 14. 38.

Hæc eadem conſuetudo ſi ab his quæ in eccleſia ſunt inſtitutis abhorreret, nequaquam Braulio epiſcopus Iſidorus epiſcopo mandata ad regem de hac re perferenda inter cetera quæ precatur, injungeret. Speciali, inquit, gratiâ fretus, ſpeciali Domino, in quo vires ſanctæ eccleſiæ con-

Digitized by Google

nt, ſuggere, ut quia EUSEBIUS metropo- A
.us veſter deceſſit, habeas miſericordiæ cu-
,& hoc filio tuo Domino noſtro ſuggeras, ut
a illi loco præficiat, cujus doctrinæ ſanctitas
eſiis ſit vitæ forma. Iſidorus ad eumdem
ribens, inter cetera hoc quoque adjungit:
conſtituendo autem epiſcopo Tarnatunenſi,
eam quam petitis ſenſi ſententiam regis;
tamen & ipſi adhuc ubi certiùs convertat,
num manet incertum. Ut autem ad Ro-
ıos, ſi vultis, pontifices veniamus. Quid B
ıus quoque papa Gregorius inde ſenſerit
iamus, Theoctiſtæ ſorori imperatoris ſcri-
;, & de ſua valde promotione ingemiſcens,
queſtiones ſuas hoc tandem fine concludit:
e ſereniſſimus domnus imperator fieri ſi-
m leonem juſſit. Et quidem pro juſſione il-
vocari leo poteſt, fieri autem leo non po-
. Unde neceſſe eſt ut omnes negligentias &
pas meas, non mihi, ſed ſuæ pietati deputet,
virtutis miniſterium infirmo commiſit. Qui C
em cetera in regiſtro ejus ſcripta attentè re-
ct, multa ad hanc rem pertinentia ſententiæ
us teſtimonia ibidem invenire facilè habet.
ɔellus quoque qui Actus Romanorum ponti-
ım inſcribitur, non tantùm imperatoribus,
& regibus, tyrannis quoque hæc eadem li-
ſſe, non uno in loco ſignificare videt. Quæ
m ita ſint, rem diligenter intuentibus valde
letur incongruum, rem huc uſque tam lici-
n abrogari debere, properantia, ut ante ejus D
diretur excommunicatio, quàm interdictum.
His longè pluribus contra ſuperiora capitu-
agentes rationibus, ad unum non verbis reſ-
ndent, ſed lacrymis; non rationibus agunt,
d ſuſpiriis: ubi, ut verum fatear, nos omnes
ıoque veſtræ partis erubeſcimus; quia nos
ıoque rei atrocitate attoniti, peſtiferum illud
ctum, ſi ita eſt, cum illis improbamus, exſe-
amus, & horremus. Id autem eſt quod veſtro E
o præcepto, vel motu, vel aſſenſu, in parti-
ıs Italiæ veneranda myſteria poſt ſanctificatio-
em, neſcio à quo mortis filio referuntur effu-
, non effuſa, ſed & projecta, ſed & pedibus
onculcata, quòd aqua verbo & ſpiritu ani-
ıabus regenerandis ſolemniter præparata, pe-
e protento veſtrâ juſſione, ſicut hoc ejus, qui
lem auſus eſt, jactabunda aſſerti one ipſi
gnovimus, ad indignam Spiritûs ſanctificantis
ıjuriam in cœnum eſt vaſe evoluto diſperſa. F
ıd hujus itaque rei auditum continent aures
uas, pectora tundunt, oculos ſummittunt, mu-
uis in ſe defixis obtutibus capita concutiunt, &
ɔoſt longa doloris ſilentia, ad Deum in hæc
juæſtionis verba ſe recipiunt: *Magnum nomen
tuum in gentibus, Domine exercituum, & ſacer-
dotes polluerunt illud; in eo quod dicunt: Menſa
Domini contaminata eſt, & quod ſuperponitur,
contemtibile. Cognovimus, Domine, impietates, ne des nos in opprobrium propter nomen tuum, neque facias nobis contumeliam. Require ipſe oves tuas; paſce populum tuum, gregem hereditatis tuæ. Domine Deus noſter, poſſederunt nos dominiabſque te, tantum recordemur in te nominis tui.* Hæc ea quæ vobis directa ſunt caritate ſuſcipiens ſanctitas veſtra ſollicitudinis meæ obſequium, longè optabili præmio poterit remunerare, ſi de his omnibus quibus me enecant objectionibus congruâ ratione refellendis, certâ auctoritate evacuandis, parvitatem meam obnixè id deprecantem dignabit inſtruere. Bene vobis ſit ſemper, Domine, & verè beatiſſime papa.

Explicit epiſtola Theoderici epiſcopi edita ex perſona ipſius à (a) Guenrico Scholaſtico Trevirenſi. (a)

EPISTOLA (b) CUJUSDAM adverſus laïcorum in preſbyteros conjugatos calumniam. (b)

Ex mſ. Gemblacenſi.

SUſcitavit Deus ſpiritum pueri junioris; & ut aptioribus humilitati noſtræ teſtimoniis inducamur, ſubjugale mutum hominis voce loquens, prohibuiſſe prophetæ inſipientiam Apoſtolus teſtatur. Et nos quidem, tam vitæ indignitate, quàm mediocritate eruditionis abjecti, nullius inſipientiam arguere ſuſcipimus: hominis tamen voce loqui, divinitate antiqua ſua miracula innovante, ad doloris teſtimonium ipſam nobis concedere fideliter obſecramus. Quis enim catholicus in tantâ matris eccleſiæ perturbatione non doleat? Quis chriſtianus in tam indignâ chriſtianitatis conculcatione, ſi qua habeat, viſcera miſerationis non exerat? Quæ autem ad hæc defendenda perturbatio ſit, nullus ſexus, nulla conditio, nulla fortuna, nulla poteſt ignorare religio. Quid enim aliud etiam muliercularum textrina & opificum officinæ jam ubique perſonant, quam totius humanæ ſocietatis jura confuſa, chriſtianæ ſanctitatis ſtatuta convulſa, popularis ſtatûs ſubitam immutationem, eccleſiaſtici decoris impiam delirationem, novas in dominos perfidias ſervorum, omnimodas in ſervos ſuſpiciones dominorum, infidiſſimas ſodalium proditiones, doloſas in ordinatam à Deo poteſtatem machinationes, amicitiam lædi, fidem negligi, & impudentiori malitiæ licentia impia, & chriſtianæ religioni contraria dogmata induci, & quod miſerrimum eſt, omnia hæc potentia eorum qui chriſtianitatis duces vocantur, vel permiſſione concedi, vel conſenſu fulciri, vel auctoritate roborari. Et hæc quidem quia primo ſui aſpectu impia & profana omnibus apparerent, religionis habitu ſuperſtitioſi adinventores palliaverunt, & melli venenum ammiſcen-

(a) Hic Guenricus, ſeu Huenricus, aut Vvennericus, poſteà fuit epiſcopus Vercellenſis, epiſcopatum tamquam præmium odii & injuriarum in ſanctiſſimum pontificem fortè conſequutus De quo hæc ſcribit Sigebertus in libro de Scriptoribus eccleſiaſticis: *Huenricus ex ſcholaſtico Trevericenſi epiſcopus Vercellenſis, ſcripſit librum ſub perſona Theoderici Virdunenſis epiſcopi, ad Hildebrandum, ſeu Gregorium papam, de diſcordia regni & ſacerdotii, non eum increpans, ſed ut ſeniorem obſecrans & patrem, & amicabili inductione quaſi affectu dolentis, ſuggerens ei omnia, quæ contra jus legum & fas religionis eum feciſſe & dixiſſe divulgabat loquax fama.*

(b) Hæc epiſtola ſcripta fuiſſe videtur, occaſione cenſuræ Gregorii papæ VII. qui, ut incontinentes ſacerdotes ad ſanam mentem revocaret, vetuit ne quis fidelium eorum miſſas audiret, multò minùs ne eccleſiaſtica ſacramenta reciperet. Quam ſententiam tamquam ſeveriorem improbat auctor hujus epiſtolæ. Forte Guenricus qui præcedentem epiſtolam ſcripſit, cujus ſtilum ac ſcribendi rationem hac in epiſtola videre mihi videor.

tes, per prælibatæ dulcedinis guſtum mortem ad interiora tranſmiſerunt, & arma quæ pro aſſerenda eccleſiarum libertate ſe cœpiſſe gloriabantur, in miſerabilem earum captivitatem, vel multùm malitioſi, vel multùm ſtulti vindices retorſerunt. Si enim ad principia redeas, quid pulchrius, quid chriſtianitati conducibilius, quàm ſacros ordines caſtitatis legibus ſubjicere, promotiones eccleſiaſticas, non pecuniæ pacto, ſed vitæ merito æſtimare, juvenis regis vitam & mores ad ſuam & ſubditorum utilitatem corripere, epiſcopalem dignitatem ab omni ſæcularis ſervitii neceſſitate abſolvere? Hæc ſi ea quam pietas exigit intentione propoſita; ſi ea quæ juſtitia poſtulat eſſent ordine pertractata, profectò neque recta voluntas remuneratione ſuâ caruiſſet, & non ejectum, ſed injectum verbi Dei ſemen aliquem in auditorum cordibus fructum inveniſſet. Nunc autem ſi fructum requiris, grex dominicus, paſtoribus lupos in eum incitantibus, miſerabiliter diſpergitur. Plebeius error, quam ſemper quæſivit, opportunitate adeptâ, uſque ad furoris ſui ſocietatem injuncta ſibi, ut ait, in clericorum contumelias obedientia crudeliter abutitur. Hi publicis illuſionibus addicti, quocumque prodeunt clamores inſultantium, digitos oſtendentium, colaphos pulſantium proferunt. Alii injuſtis proſcriptionibus, rebus ſic amiſſis, præſentiam eorum inter quos modo honeſti & clari erant ferre non valentes, egeni & pauperes profugiunt. Alii membris mutilati non ſatis diſcreta pro lapſu ſuo ſententia ad evidens tam prudentium correctorum teſtimonium per omnium ora circumferunt. Alii per longos cruciatus ſuperbè necati ſanguinis vindictam de juſti & omnipotentis defenſoris manu inceſſanter expetunt. Quidam ab infirmitatis ſuæ conſuetudine, non piis & eccleſiaſticis ammonitionibus devocati, ſed tyrannicæ violentiæ impetu non parùmper abſterriti, duplicato periculo ad illam quotidie redeunt. Illi autem, laïcos dico, quibus amminiſtris tam ordinata agi placuit capitula, ſuâ auctoritate defendentes veſaniam, nihil eſt quod contra propoſitum chriſtianitatis non audeant, eccleſiæ myſteria contemnere, parvulos ſuos lavacro ſalutari fraudare, ipſi abſque humili peccatorum confeſſione, & ſolemni eccleſiæ viatico migrare religioſum deputant, ſibi ad peccatorum redemtionem ſufficere arbitrantes, ſi commiſſum ſibi in paſtores ſuos ſæviendi officium ſtrenuè adimpleant. Si autem quæris talis fructus à quâ radice pullulaverit, lex ad laïcos promulgata, quâ imperitis perſuaſum eſt, conjugatorum ſacerdotum miſſas, & quæcumque per eos implentur myſteria fugienda eſſe, in reipublicæ noſtræ ornatum illud adjecit. Denique ſtatutis horis cum ſolemni invitationis ſigno, ad Redemtionis ſacramentum filios ſuos mater invitat Eccleſia, dictis prius in ſancta ſanctorum, quas recitari indignum eſt contumeliis, ad eccleſiæ miniſtrum converſi, ſic inquiunt: Tecum ſit Dominus, quomodo nos talem lectum, talem ſonum, miſſa tua mutabimus? Prius irriſus & increpatus, tandem eſt auctoritate apoſtolicâ ammonitus, in lectum ſtratis verſatis ſe recipiens, ne in religionem peccet. Sonum quo jam plenus eſt, qualicumque poteſt molliciei artificio reinvitat. Et nos quidem, ante hæc doctorum tempora, putabamus miſſas illas, & ſimilia quæ per ſacramenta in eccleſia geruntur, neque eorum per quos amminiſtrantur mala dici debere, neque ex eorum perverſitatibus aliquid contagii, unde meritò apud fidelium mentes, quaſi minùs ad ſalutem ſufficientia, vileſcere debeant, contrahere poſſe. Quod ſi ita eſt, immò quia ita eſt, videat qui poteſt neceſſariam & rationabilem hujus edicti cauſam: meæ autem cùm multùm eam quærerem, nullus in hac parte ſatisfacere potuit, vel expectationi, vel tarditati. Ut autem eas quibus ad hanc rem approbandam, Spiritu Dei ſuggerente, parvitas noſtra exuberat rationes, interim ſupprimamus, ſtultior an ſuperbior ſit viator neſcio, qui propter adjacentis vaſculi vilitatem, ſaluberrimum & puriſſimum fontem ſub ardore & ſiti deſpiciens præterit. Juſtè enim tempore langueat, qui oblatam certiſſimæ ſanitatis potionem recuſat, pro eo quod forſitan ſcabioſus eſt qui eum porrigit. Sed dicente beato Auguſtino, ut in talibus rationem præcedat auctoritas, vel ſuperfluum videbitur, vel temerarium nos aliquid à nobis quaſi ex nobis loqui in tanta copia irrefragabilium teſtimoniorum. Contra hæc ſanè deteſtandi erroris tempora Chriſtus Dominus præcavebat, quia ſuper cathedram Moyſi ſedentes Scribas & Phariſæos in omnibus quæcumque dixiſſent audiendos docebat. Verùm ne ex his, non tam vitii, quàm dignitatis nominibus Scribas illos & Phariſæos merito vitæ juſtæ ſuſcipiendos aliquis contendat, quales fuerint è veſtigio ſubſequenti veritatis contra eos diſputatione advertat. Hypocritæ quidem, & regni cœlorum, tam ſibi, quàm aliis præcluſores ejus procul dubio qui falli non poterat, exprobratione denotantur filii gehennæ, cæci, duces cæcorum, culicem liquantes, camelum glutientes, pleni hypocriſi & iniquitate, ſerpentes, genimina viperarum ejus ore commemorantur. Et tamen ne etiam talibus debita in his quæ Dei ſunt audientia denegetur, ipſius qui hæc non tantùm jubere, ſed etiam ad omnium inſtructionem ſcribi voluit auctoritate cavetur. Et tu quidem, Chriſte Domine, beatos illos diſcipulos tuos adhuc inter homines degentes, ſingulari quodam dignitatis culmine jam ultra homines extuleras, jam eos filios ſponſi, ſal terræ, lucem mundi, ipſe cujus dono id facti erant appellaveras, jam ad curationem omnis langoris efficaciſſimam eis potentiæ tuæ gratiam contuleras, jam cœlos claudendi & aperiendi poteſtate permiſſâ, judiciariâ illos dignitate ſublimaveras, & tamen in his quæ Dei ſunt, tales talibus in omnibus obedire præcipiebas. Loquutus eſt, inquit, JESUS ad turbas, & ad diſcipulos ſuos. Qui autem, quibus obedientiam deferre jubentur? Certè filii ſponſi filiis gehennæ, lux mundi cœcis cœcorum ducibus, pleni gratiâ & fortitudine ple-

Digitized by Google

nis hypocriſi & iniquitate. Super cathedram A
enim Moyſi ſedebant Scribæ & Phariſæi, de
qua etſi imprudentes erant, nihil tamen, niſi
quod ad illam pertinebat, docere præſumebant.
Filii lucis filiis tenebrarum recta ſuadentibus
juſſi ſunt in doctrina ſana per omnia obtempe-
rare, & hominem peccatorem homines ſeptu-
plo peccatores in donis Dei quæ diſpenſant
averſari coguntur & deſpicere? Si autem im-
pium Caïpham, impium quidem, ſed pontifi-
cem pontificatûs ſacramentum ſpiritu prophe-
tiæ implevit, infirmius erit eccleſiæ ſacramen- B
tum, ut impuri miniſtri, impuri quidem, ſed
miniſtri, ad peragendum officium inſufficien-
Joh. 11. 51. tiam ſupplere non poſſit? *Hoc autem*, ait Evan-
geliſta, *a ſeipſo non dixit, ſed cum eſſet pontifex
anni illius prophetavit.* Sed habitâ, ſi tamen ha-
beri poteſt, aliquâ rerum collatione, perpendat
fidelis quis modò iſta, quis tunc illa tradidit,
& irriſa omni impiæ novitatis fatuitate, cum
Gal. 1. 8. Apoſtolo dicat: *Etiamſi aliud de cœlo angelus
vobis evangelizet, anathema ſit.* Et ipſe quidem C
1. Cor. 7. 40. qui ait: *Spiritum Chriſti habemus*, contra hæc
periculoſa tempora diſcipulum, immò vos per
eum præmunierat, quem multis quæ ſana do-
2. Tim. 4. 3. ctrina averſatur præmiſſis: *Prohibebunt*, inquit,
*abſtinere à cibis quos Deus creavit ad percipien-
dum fidelibus cum gratiarum actione.* Quod qui-
dem de ſpirituali veriùs accipi poteſt, quæ nul-
lam vaſis ſuis colluvionem patitur, animæ re-
Tit. 1. 15. fectione. *Omnia*, inquit ipſe, *munda mundis*; &
tu novus morum corrector, contra ejus doctri-
nam ſacro-ſancta myſteria eis qui mundi ſunt, D
per quemcumque, vel qualemcumque mini-
ſtrata, immunda aſſerere conaris? Sed non,
inquit, ultra proficient. Inſipientia enim ipſo-
rum manifeſtata eſt: quam apoſtoli prophe-
tiam jam ex magna parte detecta iſtorum inep-
tia noſtris temporibus adimplevit. Et ad Phi-
lippenſes ſcribens, ad profectum evangelii per-
tinere arbitratur, à quibuſcumque, qualicum-
que animo, ſive per occaſionem, ſive per ſpi-
ritum Chriſtus annuntietur. Huic autem evan-
gelicæ atque apoſtolicæ ſententiæ patres omnes E
conſonant, quos in arce auctoritatis poſitos, vi-
tæ & doctrinæ merito eccleſia reverenter ſuſ-
cipit. Primùm quidem illi reverendi nominis,
Gregorius, Ambroſius, Hieronymus, atque
Auguſtinus. Horum primus cùm ſæpe & co-
„ pioſè ſuper his alibi diſſerat: Hoc eſt, ait quo-
„ dam loco, myſterium, quod nec bonus melius,
„ nec malus pejus facere poteſt. Quæ ſententia,
& auctoris ſui dignitate, & ſuiipſius apertiſſimâ
recipitur brevitate. In eo qui inſcribitur de
Sacramentis libro, ubi ad hujuſmodi pertra- F
ctanda B. Ambroſii principaliter dirigitur in-
„ tentio: Cùm, inquit, tibi ſcriptura teſtetur,
„ quòd ad Jerobaal preces ignis deſcendit de cœ-
„ lo, & rurſus precante Heliâ, ignis miſſus eſt,
„ qui ſacrificium conſecravit; non merita perſo-
„ narum conſideres, ſed officia ſacerdotum. Et in
„ conſequentibus: In conſecrationem, inquit, ver-
„ ba Salvatoris operantur. Et in libro qui Paſtora-
„ lis inſcribitur: Deus, inquit, an homo dat epiſ-
„ copalem gratiam? ſine dubio Deus. Homo impo-
nit manus, Deus largitur gratiam: ſacerdos im- “
ponit ſupplicem dexteram, & Deus benedicit po- “
tenti dextera: homo in ordine nihil operatur ni- “
ſi ſolum ſervitium quod ei credit; Deus ipſum “
honorem tibi largitur. Pater verò Auguſtinus “
tam copioſè, tam evidenter contra iſtos diſputat
ubicumque vel principaliter pertractando, vel
occaſione attingendo, in hæc inducitur, ut non
immeritò aliquis credat, quod non noſtris tem-
poribus precavere, ſed jam exortam ſuis tem-
poribus peſtem penitus extirpare intendat. Ut
autem ex innumerabilibus pauca attingamus,
in ſermone quem de blaſphemia ſpiritus edidit.
Verbum, inquit, contra Spiritum-ſanctum di- “
citur, cùm ex diſperſione ad congregationem “
numquam venitur, quæ ad redimenda pecca- “
ta accepit Spiritum-ſanctum. Ad quam congre- “
gationem, ſi per malum clericum, ſed tamen “
catholicum miniſtrum, reprobum & fictum ali- “
quis acceſſerit corde non ficto, in ipſo ſpiritu “
accipit remiſſionem peccatorum, qui ſpiritus in “
ſancta eccleſia etiam iſto tempore ſic opera- “
tur, ut nullus veram confeſſionem aſpernetur, “
nullius ſimulatione fallatur, atque ita repro- “
bos fugiat, ut etiam per eorum miniſterium “
probos colligat. Et in ſermone XLVI. ſuper “
Johannem, per linguas, ait mercenariorum “
& filiorum Chriſti gloria diffametur cum ſi- “
ve occaſione ſive veritate Chriſtus annuntie- “
tur. Et in antecedentibus, Cùm audis, inquit, “
bona dicentem, ne imiteris mala facientem. “
Quæ dicunt facite. Eligite uvas: quæ autem “
faciunt facere nolite, cavete ſpinas. Etiam per “
mercenarium vocem Paſtoris audite. Et in XI. “
Nemo, ait, præſumat quia de bonis naſcitur, “
nemo præſumat quia per ſanctos baptizatur. “
Qui per ſanctos baptizatur adhuc caveat ne “
non ſit Jacob, ſed Eſau. Et in X. Quomodo, in- “
quit, in filiis Jacob non offuit illis qui nati ſunt “
de ancillis quominus tenerent regnum, & ter- “
ram repromiſſionis cum fratribus ex æquo ac- “
ciperent: non illis offuerunt natales ancilla- “
rum, ſed prævaluit in illis ſanctum paternum. “
Sic quicumque per malos baptizantur, tam- “
quam de ancillis videntur nati; ſed tamen “
quia ex ſemine verbi Dei, non contriſtentur, “
ſimul hereditatem cum fratribus poſſidebunt. “
Et uberiùs atque expreſſiùs tractans illum evan- “
gelii verſiculum *hic eſt qui baptizat*, ſive, ait, “
baptizet in miniſterio ſervus bonus, ſive ſer- “
vus malus; non ſciat ſe ille qui baptizatur, “
baptizari niſi ab eo qui tenuit poteſtatem bap- “
tizandi. Et paulo poſt; Non exhorreat colum- “
ba miniſterium malorum, reſpiciat Domini “
poteſtatem. Quid ibi facit malus miniſter, ubi “
eſt bonus Dominus? Et non te decipiant ſe- “
ductores, agnoſce quid docuit columba, hic “
eſt qui baptizat in Spiritu-ſancto. Et in con- “
ſequentibus: Dicit ſeductor, non habes baptiſ- “
mum, malus tibi dedit, traditor neſcio quis “
tibi dedit. De officiali, inquit, non diſputo, “
judicem attendo. Ego à Chriſto baptizatus “
ſum. Non, inquit, ſed ille epiſcopus te bap- “
tizavit, & ille epiſcopus illis communicat. A “
Chriſto ſum baptizatus. Ego novi. Docuit me

columba quam vidit Johannes. O milve male, non me dilanias. Deinde: ſed miniſtros, inquiunt, tanti judicis juſtos oportet eſſe, per quos baptizatur. Et ego dico, & omnes dicimus, quia juſtos oportet eſſe tanti judicis miniſtros. Sint miniſtri juſti ſi volunt. Si autem fuerit ſuperbus miniſter, cum Zabulo computatur; ſed non contaminatur donum Chriſti, quod per illum fluit purum, quod per illum tranſit liquidum. Puta quia ipſe lapideus eſt, quia ex aqua fructum afferre non poteſt. Et in canali lapideo aqua nihil generat, ſed hortis fructum affert. Spiritualis verò virtus ſacramenti ita eſt ut lux, & ab illuminandis pura excipitur, & ſi per immundos tranſeat non inquinatur. Aperta ſunt iſta. An adhuc renidet infidelis. Vide quod ſequitur. Quos baptizat, inquit, ebrioſus, quos baptizat homicida, quos baptizat adulter, Chriſtus baptizat. Non timeo adulterum, non ebrioſum, non homicidam, quia columbam attendo per quam dicitur: Hic eſt q i baptizat. Sacramentum enim tam ſanctum eſt, ut nec homicida miniſtrante polluatur. Et in ſequenti ſermone, Petrus, inquit, baptizet, hic eſt qui baptizat: Paulus baptizet, hic eſt qui baptizat; Judas baptizet, hic eſt qui baptizat. Nam ſi pro diverſitate meritorum, baptiſmus ſequitur, quia diverſa ſunt merita, diverſa erunt baptiſmata: & tantò quiſque melius putatur accipere, quantò à meliore videtur accepiſſe. Quomodo ergo non baptizat bonus & melior non ideo bonum accipit & ille melius. Sed quamvis bonus & melior fuerint miniſtri, unum eſt & æquale quod acceperunt. Sic & cum baptizat malus ex aliqua eccleſiæ ignorantia vel tolerantia, illud quod datum eſt unum eſt, nec impar propter impares miniſtros, ſed par & æquale propter *Hic eſt qui baptizat.* Aliquando qui baptizatur à grano palea eſt; & qui baptizatur à palea granum eſt. Et poſt multa cetera quæ inſerere tædet ejuſdem rei teſtimonia, ulteriùs ab hæretici appellatione non diſſimulans. Quare, inquit, vis arrogare tibi quod tuum non eſt? uſque adeo abſens eſt, qui hic reliquit ſponſam ſuam. Neſcis quia ille qui à mortuis reſurrexerit, ad dexteram Patris ſedet, ſed contemſerunt eum Judæi in ligno pendentem, tu contemnis in cœlo ſedentem. Deinde ad fideles converſus, quo iſta fine concludat, advertat. Noverit, ait caritas veſtra magnum dolorem me pati de hac re. Noverint & domini mei & conſervi mei, patres mei, fratres mei, in quantùm juſti, domini & patres, in quantùm rei conſervi & fratres parvitatis noſtræ zelum, ſi quid momenti ad eam rem id conferre poſſit, non mediocri dolore concuti, ſi mæſtam ſanctæ matris eccleſiæ vicem ſic corrigere non poſſum, lamentari certò poſſum: quia tantò attentiùs debeo, quantò peccata mea non parvam hujus perturbationis cauſam eſſe non neſcio. Verùm ne aſſumta ſuperiùs teſtimonia quaſi de ſolo baptiſmi ſacramento agentia (non enim eſt tam vana, tam inepta defenſio, c jus patrocinium jam cunctemur implorare) ad propoſitum noſtrum nihil conferre contendat calumniator; non me, ſed beatum Hieronymum contra Luciferianum pro catholico diſputantem, & muſcularum retia facilè diſrumpentem adverte. Oro, inq it, te, ut, aut ſacrificandi licentiam ei tribuas, cujus baptiſma probas, aut reprobes ejus baptiſma, quem non putas ſacerdotem. Neque enim fieri poteſt, ut qui in baptiſterio ſanctus eſt, ſit apud altare peccator. Si quis autem, ſi quis poſt evangelicas & apoſtolicas, & tot virorum illuſtrium authenticas aſſertiones, Romanorum pontificum decreta requirat. Si quis tamen eorum etiam ſuper his ſententiam requirat, ad eorum quæ ipſorum feruntur decreta illum mittimus, in quibus de non judicandis ab ovibus prælatis, Nicolaus & alii dilecti nominis concordant Gregorio, de ſacerdotibus conjugatis nullomodo à laïcis dijudicandis rationabiliter ordinat & differit. Anaſtaſius epiſcopus, ad ejus dominum imperatorem chriſtianâ caritate & epiſcopali humilitate reverenter ſalutatum, de eccleſiæ ſacramentis ab eccleſiæ miniſtro quantùmcumque perdito nullâ indignitate attaminatis, eleganti ad rem ſimilitudine copioſè ſcripſit. Malus enim, inquit inter cetera, bonum male miniſtrando ſibi tantum nocuit. Nam inviolabile ſacramentum, quod per illum datum eſt aliis perfectionem ſuæ virtutis obtinuit. Romani enim pontifices, apoſtolorum ſucceſſores dici quidem, ſed & eſſe poſſent, ſi gloriam ſuam quærentes, & ad magnificandam linguam ſuam de corde ſuo prophetantes, ſpirituale ædificium in illorum doctrina fundatum aliqua in parte labefactare non timuiſſent. Quia verò glorioſiſſimam Dei civitatem, à principio ſuæ fundationis uſque ad perfectionis ſuæ finem pulchrè diſtinctis pro temporum ordine ejuſdem religionis cerimoniis, ſub uno domino & una fide unus Deus & Pater omnium regit & confœderat; nullus moveatur, ſi per qualemcumque doctorem aliquem illo etiam meliorem modo erudiat, qui olim eum cum quo facie ad faciem loquebatur, per Jethro ſacerdotem Madian docuit. Nemo miretur, ſi per indignos & vitæ reprehenſibilis miniſtros, benedictiones ſuas fidelibus & longè melioribus infundat, qui per ariolum Balaam nolentem utique & invitum genti ſanctæ & adquiſitionis populo primogenito ſuo Iſraël benedixit. Sic enim ait ipſe Joſue: *Miſit Balach, & vocavit Balaam filium Beor, ut malediceret vobis, & ego nolui audire eum, ſed è contrario per illum benedixi vobis.* (Joſ. 24. 9.) Ex quibus omnibus, & aliis divini verbi traditoribus & tractatoribus, viderint alii quid conjiciant. Nos neque ita diligentes ſumus, ut ſacerdotes indignos, hoc modo abhorrendos, & quæ per eos miniſtrantur ſacramenta polluta eſſe in eorum verbis intelligere poſſumus, vel permiſſam, immò injunctam laïcis in eorum contumelias & ſupplicia licentiam, ſeu malunt obedientiam, approbare valeamus: neque ita religioſi vel ſumus, vel eſſe malumus, ut contra veteris ac novi teſtamenti auctoritates, contra evangelicas & apoſtolicas inſtitutiones

Digitized by Google

venire præ nimiâ religioſitate præſumamus, etiamſi harum novitatum auctores ad faciendam ſibi fidem ſignis & prodigiis mirificari viderimus. Illam enim Apoſtoli quæ angelum de cœlo aliter evangelizantem anathematizat valde timeo ſententiam. Alios neſcio. In me confortata eſt, & ego non potero ad eam. Securos enim nos facit magiſter noſter, ut domnus Auguſtinus, quia neque etiam miraculis decipi debemus. Et ipſi quidem, prout nos non à levibus hominibus accepimus, nova & uſque ad nos inaudita miracula faciunt, inter ceteras quas ad magnam rationalis intellectûs injuriam oſtentant ineptias. Alii enim, coemtione, vel quolibet alio modo illicitè uſurpata eccleſiaſtica officia, ablatis baculis, & ſtatim, ſicut priùs inter eos convenerat, redditis, quæ cum reatu modo poſſidebantur, ſanctè & juſtè à modo poſſe haberi aſſerunt. Alii iſtius in illum, illius in iſtum prælationes, quas injuſtè ſortiti erant, ridiculo transferentes concambio, piè & religiosè id fieri poſſe aſtruentes, vigilantiâ ſuâ ex uno duplex periculum conſtituunt. Alii loca ſacra ſacrilegiorum ingreſſu & egreſſu contaminata repurgaturi, ad omnes quæ cohæſerant immunditias de domo illa potenter exterminandas, patentibus per diem & noctem eccleſiæ januis, ventum recipiunt. Alii in lapides & ligna, profanorum, ut aſſerunt, contactu dechriſtianata, ſcopis animadvertentes, & aqua ſuperſtitioſi lapidum baptiſtæ, dum judaïca revocant baptiſmata, de ſtultitia inſaniam faciunt. Ecce qualibus vindicibus tuta relicta eſt libertas; ecce quomodo obſcuratum eſt aurum; ecce quomodo ſale infatuato, ſuum eccleſia quærit, nec invenit condimentum. Sed forſitan cauſentur ſuper his, quod nos legimus, ſe quoque legere; quod tenemus, ſe etiam tenere, non ex ignorantia rei, ſed certi cauſa myſterii ad id perductos eſſe, pravæ quæ diu inoleverant conſuetudini conſuetudinaliter reſiſti nequiviſſe, ut ſaluti animarum conſuleret, regio morbo novum medicamenti genus adhibuiſſe, perverſitatis licentia, quæ in immenſum excreverat, dum hoc modo refrænetur, parùm & ſatis venialiter in illo decreto peccatum eſſe. Cui ſi ita eſt, illorum ſententia nihil conſequentiùs inferri video, quàm illud Apoſtoli: Faciamus mala, ut veniant bona. Et nos quidem planè fatemur noſtris offenſam pravitatibus divinitatem, mala ſuper nos juſtiſſimè & ordinatiſſimè induxiſſe, quia laxatis temeritatis frænis, poſt concupiſcentias noſtras ſine reſpectu ferebamur, jure in contumeliæ hujus præcipitium corruiſſe, quia extento collo & pingui cervice contra Deum ferebamur: ideo alumnos qui ei ſubdi detrectabamus, ei qui ſub pedibus noſtris erat digniſſimè ſubjeciſſe, in Patre tamen miſericordiarum, & Deo totius conſolationis confidimus, quia diſciplina ejus & filios in fine corriget, & hanc quoque virgam, poſtquàm eâ uſus fuerit, contractam in igne projiciet. Nos enim etſi hæc pati fuit digniſſimum, tamen hæc nobis inferre illis extitit impium. Et iſti parum quotidie attendunt, quod, ſive in increpandis, ſive hortandis apoſtolorum voce fidelibus, ſolemniter præmittitur: *Fratres*, vel *cariſſimi*: nimis perfunctoriè tranſeunt, quòd eis à Domino improperatur in Propheta, *peccata populi mei curabant cum ignominia*. Jerem. 6. 14. Nos porro ex inconſiderata eorum vehementia, nihil bonum, multùm autem mali eveniſſe ſcimus: uſque adeo, ut quoſdam, qui bonum propoſitum, vel actu jam, vel voto arripuerant, ſuperbæ juſſionis injuſtitiâ permotos, & contumeliâ ſuo exaſperatos animo clanguiſſe, & magnâ bonæ voluntatis parte infirmatos fuiſſe compertum habeamus. Si itaque tales doctores vivâ voce alloqui, vel vellet, vel poſſet religio chriſtiana, ipſos proculdubio illâ patriarchæ increpatione argueret: Turbaſtis me & odioſum feciſtis in terra. Ut enim in libro Confeſſionum domnus aſſerit Auguſtinus: "Nemo invitus bene facit, etiamſi bonum eſt quod facit. Et alibi: Ubi, ait, violentia adhibetur, voluntas non excitatur. *Voluntarie*, inquit Propheta, *ſacrificabo tibi*; Psal. 53. 8. ſcriptum quippe eſt: *Compelle intrare*; Luc 14. 23. ſed violentia illa, non terroribus & contumeliis, non proſcriptionibus & rapinis, non fuſtibus forſitan amminiſtratur & gladiis. Sed eſto, magnum ex hoc impio, & quantumcumque magnanimiter bene vivendi profectum eveniſſe ponamus; & tamen utrùm tantum malum pro tanto bono ſuſcipi debuerit videamus; & ut apertiùs dictum ſit, hoc inveſtigare proponamus. An hoc modo mentiendum fuerit, etiamſi certiſſimam miniſtrorum eccleſiæ caſtitatem, vel continentiam ex eo mendacio proceſſiſſe conſtiterit, quòd, omni puerilis contentionis ſtudio poſtpoſito, ſolâ diſcutiamus intentione veritatis. Et nos quidem, quantùm mediocritas noſtra in præſens apprehendere poteſt, iſtam compenſationem eſſe recipiendam, niſi doceamus, neſcimus quâ fit, ut ne alius in peccatum incidat, nos peccemus; aut ut ille aliquis peccatum evadat, nos eum ad majus, vel ad æquè magnum inducamus: quia & in tuenda corporis ſalute amentiæ res eſt, aliquem ne moriatur, de Moſella retractum Rheno immergere; & ſtultum gladio incumbenti, gladium de manibus excutere, & venenum lethale ori admovere. Ad hæc, ſi pro alicujus temporali vita, tuam temporalem perdere, ſanæ regulæ doctrinam excedit; multò magis æternam perdere, ne alius illam amittat ſapiens cavebit. Os enim quod mentitur, occidit animam. Præterea verba ſunt beati Auguſtini in libello de Mendacio diſputantis. Quoniam nemo dubitat meliorem eſſe animum corpore, integritati corporis integritas animi præponenda eſt, quæ in æternùm ſervari poteſt. Quis autem dixerit integrum animum mentientis? Si autem animus, quod indubitabiliter verum eſt, quomodocumque mentiendo corrumpitur, quid patitur deteſtando illo mentiendi genere quo à doctrina veritatis perniciosiſſimè aberratur? Et quia rationes, ſi quæ parvitati noſtræ occurrere poſſent, legalibus & evangelicis, atque virorum illuſtrium ad hanc rem ſuffragantibus teſtimoniis, ſuperfluas judi-

Digitized by Google

cavimus, in ſupradicto de Mendacio libro quod inde beatus Auguſtinus definiat advertamus. A doctrina, inquit, religionis ab eis omnino enunciationibus quæ propter doctrinam religionis enuntiantur, omnia penitus mendacia removenda ſunt, nec ulla omnino cauſa invenire poſſe credatur, cur in rebus talibus mentiendum ſit. Ubi autem idem catholicus doctor in talibus mentiendi omnem omnino cauſam tanta verborum diligentia removere inſiſtit, videant iſti ubi illis caſtitatem clericorum propter quam execrando hoc mendacio fallant, ſub exceptione derelinquit. Et in eodem poſt pauca: Eſt, inquit, evitandum capitale mendacium longèque fugiendum, quod fit in doctrina religionis, ad quod nulla conditione quiſquam debet adduci. Nulla, inquit, conditione, non addens, niſi communio clericalis continentiæ: quia jam & animum corpori & animi caſtitatem corporis præponendam definierat caſtitati. Et in conſequentibus, non eſt, inquit, mentiendum in doctrina pietatis. Magnum enim ſcelus eſt, & deteſtabile genus mendacii. Ad excuſandas ergo excuſationes in peccatis fingunt ſibi conditiones quibus cum ratione inſaniant, dum negare nequeant omnes hic excludi nomine religionis, palliare laborent. Quod hic tam crebris prohibitionibus, tam horrendis etiam ipſis verborum poſitionibus damnatum ſcelus deteſtabile audiunt appellari. Et verè ac diſertè inter cetera ad ſempiternam, ait, ſalutem nullus ducendus eſt opitulante mendacio, nec malis convertentium moribus ad bonos mores quiſquam eſt convertendus. Quantum itaque ex his conſequi videtur, inrationabiliter miniſtros eccleſiæ ad caſtitatis neceſſitatem aſtringunt, dumque per ipſos tractantur myſteria, polluta eſſe vel verbo, vel, quod majus ſimulationis pondus habet, exemplo confingunt. Cùm enim, ut ipſe iterùm ait, tantò quiſque ab æterno diſcedat, quantò à veritate diſcedit; abſurdiſſimum eſt dicere, diſcedendo inde ad boni aliquid aliquem poſſe pervenire. Cùm itaque caſtitatem ſummum & optabile divinitatis donum & in vaſis gratiæ debitâ veneratione reveremur, & in nobis qui illam miſerè profligamus & impiè, ab eo qui eſt innocentiæ reſtitutor redintegrari quanta ipſe dat deſiderii ſuſpiremus inſtantia, provenientium tamen inde malorum compenſatione proteſtandum nobis videtur, numquam fuiſſet caſtitas illa, quæ à Veritate, quæ Deus eſt, per novas falſitatum opiniones animas facit fornicari. Numquam fuiſſet religio illa, quæ præter tot motus, quibus quaquaverſum turbatur eccleſia, etiam in fide cogit periclitari. *Meliùs eſt enim*, ait ſcriptura, *eſſe digitum, & eſſe in corpore, quàm eſſe oculum, & avelli de corpore.* Et alibi: *Melius eſt in via claudicare, quam extra viam fortiter ambulare.* Non eſt iſta ſapientia deſurſum, ſed terrena & animalis. *Peribit*, inquit Apoſtolus, *in tua conſcientia frater, pro quo* 1. Cor. 8. 11.

Chriſtus mortuus eſt. Et iterùm: *Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conſcientiam eorum infirmam in Chriſtum peccatis.* 1. Cor. 8. 12. Alio enim & ferè inſanabili vulnere infirmorum fratrum per omnes orbis partes percuſſa eſt conſcientia, & dum paucis caſtitas inducitur, (a) centum millibus hæreſis ſceleſta prædicatur. Quot parvuli ſalutari lavacro violenter fraudati, quot omnis conditionis & ætatis homines à ſecundæ purificationis, quæ in pœnitentia, & reconciliatione conſiſtit, remedio repulſi. In iſtorum ſcientia perierunt, qui duros quos evadere poſſent cruciatus, quod ſine horrore & quadam humanitatis commiſeratione referri non poteſt, æternaliter perferentes, ſuppliciorum ſuorum auctores divinæ ultioni inceſſanter ingerunt. Ad inſaniæ autem cumulum, inter ea quæ prius dicta ſunt prohibitionis imperia. Securi omnino eſtote miſeris, inquiunt, auditoribus, quidquid timetis nos poteſtate noſtra freti ſuper nos accipimus. Quod quidem abſit à rationali anima, ut illis optemus; ſed tamen ne hoc verè ſuper ſe accipere cogantur timemus. Eccleſiaſticæ quidem diſciplinæ uſque ad hæc tempora familiare fuit, ſuperſtitionem religione, mendacium veritate, vitia virtutibus excludere: noſtrorum autem temporum correctores, ut verbis beati Hieronymi utamur, vitium vitio, ſicut cuneum cuneo moliuntur, expellere. Et revera plenum eſt ammirationis in tanta copia ſalubrium correctorum, quibus canonicæ exuberant regulæ prudentes viros quaſi aliqua rectitudinis indigentia adactos, diſtortum medendi genus arripuiſſe, plana & directa via in oculis poſita, per præcipitia & devia cœcis ducatum præſtare voluiſſe, nimis perfunctoriè terribilem illam Dei viventis in Deuteronomio audientes ſententiam *maledictus qui errare facit cæcum in itinere.* L. 18. Ipſi certè dum homines illiteratos, rerum imperitos, vel præcepto ſuo vel exemplo pretioſa myſteria quaſi polluta docent contemnere, cœcum aberrare faciunt in veritatis itinere. *Eos qui tranſibant ſimpliciter convertiſtis in bellum.* Quod quam verè de illis dicatur, non tam bello quam miſerabili diſſentionis & contentionis blaſphemiæ & contemtus laicorum in clericos bello quotidie edocemur. Qui cum prius in qualicumque prælato, non ſervum, ſed dominum; non præconem, ſed judicem; non miſſum, ſed mittentem chriſtiana ſimplicitate attendebant, nunc peſtiferis hominum perſuaſionibus, in ſeditionibus verſi in iſtorum conculcationem, in eum cujus contemnunt myſteria ſuperbè ſimul & impiè blaſphemare non abhorrent. *Si rectè*, inquit Deus, *offeras, & rectè non dividas, peccaſti.* Quod tamen iſtis eo minus convenit, quo ipſi non tantum rectè non diviſiſſe, ſed nec rectè facilè convinci poſſunt obtuliſſe. *Juſtum quod eſt*, ait ſcriptura, *juſte exequaris.* Quia & quod juſtum eſt juſtum eſſe definit, ſi in ipſo quod intenditur bono, incauta operatio à juſtitiæ tra-

(a) Hinc colliges quàm deploranda eſſet illorum temporum eccleſiæ facies, quibus paucis ſacerdotibus continentiam ſervantibus, tot millia abhorrebant ab ea; & quantum bonum egerit Gregorius papa VII. qui ſuis magnis laboribus & zelo incredibili eam tandem revocaverit.

mite

: receſſerit. Simplici enim & incorruptibi- eritatis divinitati valde purum & ab omni tatis commixtione uſquequaque alienum eſ- portet quidquid piè offertur : quam jam une æſtimare, vel in rerum judicio aliqua iinum ſimulatione ex ignorantia falli, vel liquo cultus ſui obſequio alicujus compen- onis reſpectui aliqua in parte officioſo men- io delectari. Idem enim Judæorum & Gen- n Deus, qui in lege nullam hoſtiam niſi : maculam non habet recipit. In evangelio lum non habentem partem aliquam tene- rum, ſed lucidum totum requirit. Sed nos : congruè occurrere viſa ſunt ſequentes, tolaris ferè brevitatis modum exceſſimus. o non pauca quæ ſuper his adhuc dicenda igerunt prætermittentes, reliqua quæque erius prælibata capitula ab illis edita vani- s & erroris prout videtur pleniſſima ſeor- i conſideranda proponimus, eos in quorum nus hæc ſi fortè evenerint precati, ne in his e dicta ſunt, aliqua ipſis vel contentionis vel tinaciæ contra parvitatem noſtram ſubo- tur ſuſpicio : quia dum rationibus & aucto- itibus id fiat chriſtiana æquanimitate, para- ſumus rectiora docentes & patienter audire, fideliter credere & humiliter obedire.

OTITIA DE SOCIETATE
quam cum Vindocinenſibus fratribus iniit Mauritius filius Joſcelini Rotundardi.

Nno ab Incarnatione Domini MLXXX. indictione III. ſecundo Nonas Februarii ria III. Mauritius filius Joſcelini Rotun- rdi cùm proficiſceretur in auxilium Hugo- de Poiſato ad deffenſandum caſtellum ipſius, i obſidionem ponere PHILIPPUS rex Fran- rum valde minabatur, venit primum in ca- culum S. Trinitatis de Vindocinio; accipienſ- ie beneficium loci & orationum ſocietatem, omiſit monachis ſe ſe deinceps cum eis fa- iliaritatem & amicitiam ſicut pater ſuus ha- ierat fideliter ſervaturum. Deinde fecit eidem co fratribus auctoramentum de fevo ſuo, quod abebat apud Peſoltum uſque ad tres man- iras integras, ſi daretur eis ab hominibus illis ui de ipſo fevum tenebant, vel ſi eas quoquo iodo adquirere juſtè poſſent, cum omnibus æ- ificamentis quæ infra eas eſſent, vel fieri conve- ienter poſſent tam in terra quàm in aquis & um redditibus & conſuetudinibus cunctis. Te- es omne capitulum cui tunc Martinus præſi- ebat, ipſe Mauritius filius Joſcelini Roognoar- i de Salmuro, Walterius, Galmundus, & alterius Gauditus, homines ejus &c. Anno ILXXX. Poſt acceptum beneficium tulit donum igneum ſuper altare.

AUFRIDI PRESBYTERI
Andegavenſis epiſtola ad R. Turonenſem archiepiſcopum.

Excuſat ſe quod ejusſe ſervitio mancipare non poſſit.

GLorioſiſſimo atque cariſſimo Turonenſium archiepiſcopo R. patri ſpirituali & reverentiſſimo ſuus Gefridulus quidquid clarius & honeſtius.

Mecum nuper vos Andegavis, amantiſſime domine, locutionem adeo familiarem, adeò dulcem habuiſſe præcipuè gaudeo, & ob hoc caritati veſtræ vehementer obnoxius verbis quidem nunc gratias ago. Ceterùm ô ſi quandoque poſſibile opportunus accederem, quam exultanti ſervitio referrem! Nam quod veſtra magnitudo cum parvitate mea verba melliflua in multorum præſentia participavit, me pro certo non mediocriter honoravit, honorando lætificavit, me etiam lætum & honoratum verbis prorſus, ut ita dicam, ſervivificavit. Ad hæc, iſta locutionis admiranda dignatio magna fuit humilitatis oſtenſio; ſumma quoque ad ſerviendum vobis videntium affectatio; quis enim virum tantum cum puero ſatis humili ſermocinantem amicabiliter aſpexit, & de tanta humilitate non admirari valuit? Quis etiam ei qui nihil vobis ſervierat tot promittentem intuitus eſt in quo vobis ſerviendi affectio vehementiſſimè non exarſit? Ceterùm cùm immineat occaſio qua ad vobis ſerviendum invitor, cùm non deſit affectio qua inflammer, impedimentum heu ſupereminet, unde plus nimiò gravor, per quod ab utillima meæ voluntatis exhibitione detineor; nam ut patris atque matris inopiam omittam, ad quam ſublevandam omni conamine laborare debemus, ut etiam incommoda cetera plurima taceam, illud procul dubio, illud à tyrocinio veſtro certum eſt me devocare, quod tanto viro metuo pauper & inops incipere militare. Equi nempe deſunt, quis ſerviat, veſtimenta quæ deceant, ſumtus quoque qui ſufficiant. Quæ nimirum ſi ſuppeterent ad vos abſque mora ſpe dives, devotione plenus, ſedulitate præcipuus accederem. Verùm his omnibus carente me, quatinus à vobis ante ſervitium gratis impendantur, nequaquam audeo poſtulare, tametſi multo majora conſueverit veſtra largitas erogare. Præbendæ verò fructum quem ad uſus ſervitii promiſiſti, non ideo quod deſpectui habeam, ſuſcipere fugio, ſed quoniam ad pannorum uſus, nedum equorum, nec mediocriter ſufficere video. Vereor itaque ſi ſumtu exiguo ſervitium ſumtuoſum incœpero, & in ipſo defecero, ne riſus fiam multis, fabulatio malevolis, opprobrium amicis, ut pote aſſimulandus homini ex modico ædificare incipienti atque deficienti, de quo improperando dicitur: *hic homo cœpit ædificare & non potuit conſummare.* (Luc. 14. 30) Adhortatur inſuper me præbendæ non meæ fructum non invadere corniculæ exemplum, quæ cùm ſe plumis non propriis exornaſſet, ab avium grege plumis eiſdem nudata & ſolito vilior eſt effecta. Sanum ergo minimè reor eſſe illud accipere, quod poſtea fortaſſe cogar cum rubore deponere. Ob hoc itaque, pater excellentiſſime, providentiæ veſtræ ſupplico, pietatem imploro, caritatem obſecro, quatinus detis veniam mihi vobis quidem minimè ad præſens ſervire valenti, verumtamen cupienti. Nec ideirco decidam, precor, à gradu veſtræ familiaritatis, quod in præſenti inſiſtere nequeo famulationis veſtræ ſedulitati. Valete.

CARTA GAUFRIDI MILITIS fratris S. Hugonis, de Marciniaco in pago Auguſtodunenſi.

Circa annum 1080. Ex cartario Cluniacenſi.

DIvinis decretis humana temeritas præjudicium facere non debet, præjudicium etenim fit, cum pro bonis mala redduntur. Bona ſiquidem cuncta divina largitas nobis abundè præſentat. Quæ ſi non æqualia, & ut dignum eſt, tamen à ſuo plaſmate cui omnia contulit, pro multis non dedignatur recipere breviora. Quo exemplo, ſi non ut decet, tamen juxta capacitatem mei intellectus, ego GAUFREDUS aliqua ex parte percitus, donationem facio Deo apoſtolorumque principi beato Petro, in cujus honore & reverentia Cluniacum conſtat ædificatum eſſe cœnobium, cui domnus HUGO noſter germanus præeſſe videtur, aliquam partem ex rebus meis, quæ ſitæ ſunt in pago Auguſtodunenſi, & in villa quæ vocatur Marciniacus, Eccleſiam ſcilicet, quam pro redemtione peccaminum meorum ab ipſis fundamentis ædificare cupio, in perpetuum trado, necnon tres meas condeminas atque boſcum meum, ſimulque pratum, terramque totam cultam & incultam, quam ibi videor habere dominicam. Hanc donationem dono Deo ſupradictoque loco pro remedio animæ meæ & parentum meorum, annuente comite TETBALDO, fratribuſque meis, ANDREA & DALMATIO, cunctiſque meis fidelibus adſtipulantibus.

NOTITIA DE ECCLESIA S. PETRI de Sorziaco, olim abbatia, monaſterio ſancti Florentii data, & eis à Carrofenſibus erepta.

Anno 1081. Ex cartario S. Florentii.

QUia perverſæ mentis homines extitiſſe non dubitamus, quorum ſtudiis ſemper fuerit quæque etiam veriſſimâ admixtione veritatis depravari: ſimile exitium in futurum metuentes, atque contra talium inſidias defenſionis eccleſiaſticæ machinam erigentes, quo præbente, quâ auctoritate, quibus teſtibus, eccleſia S. Petri de Sorziaco, antiquitùs abbatia, cum omnibus rebus ad eam pertinentibus, monachis S. Florentii conceſſa fuerit, quibuſve poſteà modis res eorum inibi acta fuerit, certis litterarum ſignis memoriæ poſterorum mandare neceſſarium duximus. Scire igitur fas eſt, quòd ALGUERIUS miles, caſtri Muxidanii dominus, pro redemtione animæ ſuæ, & parentum ſuorum, eccleſiam ſancti Petri de Sorziaco, cum omnibus rebus ad eam pertinentibus, quam à genitoribus propriis hereditario jure in dominationem acceperat, monachis S. Florentii, abſque alicujus rei pretio eſſe donaturũ, domno ſcilicet Petro & Conſtantino ejuſdem S. Florentii monachis apud prædictum caſtrum fideliter promiſit. Et ut ſponſionem propriam, cum auctoritate & voluntate WILLELMI Petracoricenſis epiſcopi, & HELIÆ comitis, ad effectum perduceret, ad eamdem uſque civitatem, in vigilia feſtivitatis S. Stephani, quæ III. Nonas Auguſti colitur, cum multis optimatibus & prædictis monachis progrediens, ipſo die feſtivitatis, poſt capitulum in dormitorio ejuſdem eccleſiæ clericorum, ſe hoc quod dictum eſt velle facere aſſeruit, præſente præfato pontifice & comite & aliis innumeris, qui cum ipſo & cum monachis ibidem pro hoc ipſo advenerant: epiſcopus autem de tanto taliquedono admiratus, ſi hoc pro pecuniæ lucro, an pro Dei amore facere vellet, ut ſibi veluti paſtori ſuo innoteſceret, cunctis audientibus, proteſtatus eſt. Ille verò pro ſolius Dei amore hoc facere velle cum ſacramento reſpondit, quatenus illic ſervi Dei pro ſuis & parentum atque affinium ſuorum facinoribus, apud Dominum interceſſores exiſterent; & ut ipſe locus omni tempore ab eis benè & religioſè diſpoſitus regularis, de eo amplius ut nunc non eliminetur religio. Hoc itaque omnes gaviſi reſponſo, cùm præfatus epiſcopus WILLELMUS & HELIAS comes, eidem Alquerio dicerent, ut ſecundùm morem, donum prædictis monachis daret atque ipſis præſentibus de hac re reveſtiret: ille ad hæc reſpondit. Hoc quod vos dicitis ego libentiſſimè ſum facturus: ſed eſt mihi frater nomine WILLELMUS, qui in iſto die huc adveniet, & hoc mihi rectum videtur, ut ipſo præſente, & cum ipſo ipſum donum faciam; quâ ſponſione cum alacritate perceptâ, omnes à præfata domo ſunt egreſſi. Affuit autem tunc ibi innumerabilis multitudo nobilium virorum, & ignobilium clericorum & laïcorum. Ex quibus pauciſſimos tantùm pro brevitate placuit ſubnotari, quorum iſta ſunt nomina: Lambertus archidiaconus, FULCHERIUS CATTETUS abbas atque canonicus S. Stephani de Sterpe, Bernardus capellanus monachorum de Monte-Careto, Arnaldus, Lupus preſbyter, OLIVERIUS vicecomes de Caſtellione, WILLELMUS cognomento Grimoardus, Montis-Careti dominus, qui in præfato dormitorio, rem pro qua convenerant, cunctis prior innotuit, Ajus & Humbertus de Monte-Careto ejuſdem Alquerii notiſſimus, qui primus de hac re cum eo locutus eſt; & ejus auditâ voluntate, ad præfatos S. Florentii Salmurienſis monachos, tunc apud eumdem Montem-Carretum habitantes, ejus prior fuit legatus, Gerardus de Valle-Becone, & Petrus filius ejus, ARNALDUS de Monte-Incenſi ejuſdem caſtri dominus; Sanctius filius Conſtantini preſbyteri de Monte-Carreto famulus in ipſo itinere monachorum. Ipſo autem prædictæ ſollemnitatis die, ut ALQUERUS dixerat, cum Willelmus frater ejus fortè fortuitò Petragoræ adveniſſet, rogatu ARNALDI prioris, atque ipſius fratris, qui in præfata S. Petri eccleſia abbatis nomen dudum tenuerat, obnixis eum cœpit interpellare precibus, ut CCC. ab ipſo Arnaldo ſolidos acciperet, & ſæpedictam eccleſiam, quamdiu ipſe Arnaldus adviveret, aliis monachis minimè traderet, ne fortè exheredatus in alienam

Digitized by Google

nem ſub aliorum monachorum dominà- A
m ire cogeretur. Sed cùm ille aliquantiſ-
eluctaret, victus tandem precibus & mu-
, quod petebatur, ſub ea quâ petebatur
tione, aſſenſit. Monachis autem S. Floren-
on ſolùm ſupranominatis, ſed etiam dom-
atali priori, & domno Frogerio, & plu-
aliis, qui eum poſteà de hoc appellave-
, nullis umquam, niſi S. Florentii mona-
ſe illam eſſe daturum promiſit. Decurſo
m parvo tempore, unus ex ipſa Sorziacenſi B
ſia monachus, nomine Giraldus, ad mo-
rium Caroſenſe pergens, ut ibi ſuſcipere-
rogavit, & impetravit, qui poſteà cùm
atis Caroſenſibus monachis pactionem
n monachis S. Florentii de præfata S. Petri
iacenſis eccleſia habebant inſinuaret, eoſ-
facilè, ſi vellent, ſibi impetrari poſſe dice-
ejus creduli conſilio FULCRADUS tunc
oris abbas, ac reliqui fratres Caroſenſes
dentes ad ſæpedictum Alquerium, & fra-
ejus Willelmum, & Arnaldum monachum, C
ieribus & blanditiis eos dilinientes, ut eis
dem eccleſiam darent, obtinuerunt. Quod
achi S. Florentii audientes, in ipſo quo eis
innotuit anno, & multis poſteà vicibus, Frot-
us & Oliverius S. Florentii monachi, præ-
abbati Fulcrado, & monachis Caroſenſi-
, ne ſibi conceſſam eccleſiam invaderent,
mniando interdixerunt. Illi eorum calum-
n per verborum circuitus differentes, ab
pervaſione deſiſtere noluerunt. Facta eſt D
em hæc à præfatis S. Florentii monachis
na calumnia, anno ab Incarnatione Domini
XXXI. regnante PHILIPPO Francorum
e anno XXI. GREGORIO VII. papâ, WI-
NE Aquitanorum duce, Willelmo abbate
lorentii.

IARTA SANCII ARAGONUM REGIS le conceſſione Exceiæ facta monaſterio Sylvæ-Majoris.

N nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. E
ego SANCIUS Dei gratia rex Arago-
nſium, prò ſalute animæ meæ vel paren-
n meorum ad ſervitium ſanctæ Dei geni-
cis MARIÆ Majoris-Sylvæ & ſanctorum
oſtolorum Simonis & Judæ hanc facio do-
tionem cum filio meo PETRO de totas Meſ-
itas (a) de Eſſeïa (b) & de tota decima cum
cis terminatis, de tota parte quæ pertinet ad
ſeiam in agris, in vineis, in furnis, & in to-
faciendis. Hanc igitur donationem ego SAN-
IUS Dei gratia rex facio & uxor mea regi- F
FELICIA & filius meus PETRUS-SANCII
mine, & hoc ſignum manibus propriis no-
fico. S SANCII. Teſtes INCONELIT, SEME-
ON, GARCES, PETRUS confirmavit, hera
CXXII.

(a) Moſquées.
(b) Diœceſis Cæſaraugustanæ.
(c) In capella epiſcoporum Olim epiſcopi veſtes pontificales am quibus conſecrabantur, per totam deferebant diem, etiam

NOTITIA DE DONO FACTO SILVÆ-Majoris monaſterio à Stephano de *Sentes* Vaſatenſi epiſcopo poſt ſuam ordinationem.

Circa annum 1088. *Ex cartario Silvæ-Majoris.*

NOn ſit ignotum poſteris quod domnus STEPHANUS Vaſatenſis epiſcopus cum eſſet conſecratus ad monaſterium Silvæ-Majoris venit, ibique albas depoſuit. (c) Qui in capitulo à domno GIRALDO abbate, & ab omnibus fratribus in orationibus & beneficiis loci ſuſceptus, talem caritatem ipſi eccleſiæ fecit apud ſanctum Leodegarium de *Vinaſez*: de decimis ipſius eccleſiæ unam plenam tonam vini quinque modiorum dedit, ut ſingulis annis in perpetuùm de decimis ipſius eccleſiæ S. Leodegarii Eccleſiæ Silvæ-Majoris tantumdem vini, id eſt quinque modii reddantur, niſi tanta ſterilitas vini uno anno fuerit, ut non plus vini ibi habeatur. Hoc donum domnus RAYMUNDUS epiſcopus anteceſſor ejus in vita ſua fecerat. Hoc donum iſte domnus STEPHANUS concedentibus clericis Baſatenſis ſedis fecit, ut in perpetuum permaneat. S. domni STEPHANI. S. ARGUENNACI archidiaconi &c.

CARTA SANCII ARAGONUM REGIS de tribus eccleſiis monaſterio Silvæ Majoris conceſſis.

An. 1087. *Ex cartario Silvæ-Majoris.*

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego SANCIUS, gratia Dei rex Aragonenſium, pro ſalute animæ meæ vel parentum meorum ad ſerviendum ſanctæ Dei genitricis MARIÆ Majoris-Silvæ & ſanctorum apoſtolorum Simonis & Judæ eccleſiæ, hanc facio donationem cum filio meo PETRO de eccleſia S. Jacobi, quæ ſita eſt ſub caſtello Roſtri (d) annuente uxore mea regina nomine FELICIA: Et de alia eccleſia quæ in villa Roſtri in honore ſancti Petri eſt dedicata: itemque de alia eccleſia quæ eſt in villa nomine *Termas*, cum omnibus terris & vineis quæ ad ſingulas eccleſias pertinent: & quidquid de meis facultatibus in decimis exierit in omni re unde decima exire potuerit, videlicet in illa parte terræ quæ ad honorem caſtelli Roſtri pertinet, in agris, in vineis, in molendinis, & in denariis, in pecoribus & in jumentis, & in omni re, ſicut ſuperius dixi: & de his omnibus quæ adquirenda ſunt ſuper Sarracenos in Hiſpaniis. Hanc igitur donationem ego SANCIUS Dei gratia rex, ſicut ſcriptura iſta atteſtatur, facio: Similiter & uxor mea regina Felicia, & filius meus PETRUS-SANCII nomine, & hoc ſignum propriis manibus notifico. Propterea quod ſi quis ſtimulo fallaciæ inſtigatus adverſùs hanc

ad menſam, cujus rei exemplum videre eſt in geſtis Guillelmi Majoris epiſcopi Andegavenſis Spicilegii tom. 10. pag. 299.
(d) Vulgo Roſta Pampilonenſis diœceſis. (d)

Digitized by Google

donationem, quod abſit, contrarietatem voluerit opponere, habeant poſteri, ſanctæ Mariæ Majoris-Silvæ, id eſt abbas & conventus, ſeu tota congregatio hoc ſignum divinæ recognitionis, & hos teſtes in quibus manet teſtimonium. † Scripta eſt hæc carta donationis anno ab Incarnatione Domini MLXXXVII. regnantibus rege Sancio in Pampelone & in Aragone, & Anfusso in Toletis, Arnall. archidiaconus. Ego Petrus etſi indignus ſubſcripſi. Signum Sancii † S. abbatis Sosii.

TESTAMENTUM MONASTERII ſanctæ Mariæ de Silva-Majore ad regem Sancium Aragonenſium.

Circa annum 1088. Ex cartario Silvæ-Majoris

Ex auctoritate Dei Patris omnipotentis. Ex petitione regis Sancii ego Geraldus Silvæ-Majoris abbas confirmo, & ſucceſſoribus noſtris perpetuò tenendum præcipio, quatinus pro rege Sancio, & pro unoquoque de ſucceſſoribus ipſius pauper unus in conventu iſto accipiatur ut monachus fiat, omnino ſine pecunia, loco regis, veſtiatur manducet, & bibat, & oret ſimiliter pro ſucceſſoribus. Si moritur unus de pauperibus qui facti ſunt monachi pro regibus, alter loco ejus ſubrogetur. Omnis capitulus reſponderunt, Amen, fiat, fiat.

SANCII REGIS RESCRIPTUM ad beatum Geraldum.

Circa annum 1088. Ex cartario Silvæ-Majoris.

Quia pro me & ſucceſſoribus meis in capitulo veſtro talia confirmaſtis, Deus vobis retribuat. Et nos, ſi vita comes fuerit, non erimus ingrati. Ad præſens ex auctoritate Dei & noſtra confirmamus, & poſteris noſtris confirmandum proponimus quatinus omnia dona quæ dedi vobis, quæ daturus ſum ego vel poſteri noſtri, ita libera ſint ubicumque, quod neque eccleſiaſtica perſona, neque ſæcularis audeat inquietare, ſicut noſtra propria palacia. Si quis inquietaverit, vel inquietantibus conſenſerit, iram Dei cum ſui detrimento corporis incurrat; cuſtodientibus vita & pax. Hoc concedo, hoc confirmo, hoc poſteris meis memoriale cum ſalute relinquo. Hoc ſignum divinæ recognitionis, & hos teſtes in quibus manet teſtimonium. †

CHARTA ANSGOTI DE BERUVELLE de dono eccleſiarum de Beroëla in Anglia.

Circa annum 1089. Ex cartario Silvæ-Majoris.

Roberto Lincolnienſi epiſcopo & capitulo ſanctæ Mariæ Lincolniæ, cunctiſque filiis ſanctæ matris eccleſiæ, Ansgotus de Beruvelle, ſalutem: Sciatis quod ego Ansgotus rediens de ſancto Jacobo, per ſanctam & religioſam domum Silva-Majoris, propter nimiam caritatem & dilectionem quam mihi & meis caritativè exhibebant, dedi & conceſſi, & hac præſenti carta mea confirmavi Deo & eccleſiæ ſanctæ Mariæ Silvæ-Majoris & monachis ejuſdem loci eccleſiam de *Beruvelle* cum capella ſua de *Agetorp*, & eccleſiam de *Karletum*, & eccleſiam de *Vualmeſgare* cum omnibus pertinentiis earum, videlicet in terris, & decimis, & ceteris beneficiis adeptis vel adipiſcendis in earum parochiis, & libertatibus. Præterea dedi eiſdem monachis, conſilio & aſſenſu Edæ uxoris meæ & heredum meorum, unam bovatam terræ cum tofto uno de dominio meo in territorio de *Karletum* in puram & perpetuam elemoſynam, liberam & quietam ab omni ſæculari ſervitio & actione. Hanc verò donationem, ſicut præſens carta teſtatur, dedi & conceſſi prædictæ eccleſiæ Silvæ-Majoris & monachis ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute animæ meæ & omnium anteceſſorum meorum, cum omni libertate infra villam & extra, in boſco & plano, in viis & ſemitis, in pratis & paſcuis, in aquis & molendinis, in motis & integram & illibatam poſſidendam in perpetuum & communem paſturam quingintarum ovium, cum omnibus pecuniis quaſcumque habuerint in omnibus locis cum eis communicandis. His teſtibus, Hugone de Neubele, Osberto de Eſtmeſin, Roberto filio Gilberti, Roberto Dapifero ipſius Ansgoti, & Alvino coco ejus, & aliis multis.

PRIVILEGIUM URBANI PAPÆ II. pro canonicis ſancti Anthonini, Diœceſis Ruthenenſis.

Anno 1090. Ex mſ. Colbertino.

Urbanus epiſcopus, ſervus ſervorum Dei cariſſimo filio Petro præpoſito canonicæ S. Anthonini martyris in Condacenſi termino ſiti, ejuſque ſucceſſoribus canonicè ordinandis, in perpetuum.

Cùm univerſis ſanctæ eccleſiæ filiis ex apoſtolicæ ſedis auctoritate ac benevolentia debitores exiſtamus, illis tamen locis atque perſonis, quæ ſpecialiùs ac familiariùs Romanæ adhærent eccleſiæ, quæque amplioris religionis gratiæ eminent, propenſiori nos convenit caritatis........

Quia igitur, venerabili fratre noſtro Amato epiſcopo nobis referente, cognovimus præfatam canonicam, juſſu beatiſſimæ recordationis papæ Gregorii VII. tam ipſo Amato epiſcopo, quàm Reverendiſſimo fratre noſtro Hugone Lugdunenſi archiepiſcopo mediantibus, cùm omni monaſticâ & canonicâ religione deſtituta eſſet, inſtitutam, tam bonis initiis oportet nos benevolentiæ manum porrigere, ac religionis quieti proſpicere. Propter quod tuis, cariſſime fili Petre, juſtis petitionibus annuentes, prædicti fratris noſtri Amati epiſcopi litteris exorati, prænominatam S. Anthonini canonicam in jus, tutelam, protectionemque ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſuſcipimus, præſenti ei decreto privilegia confirmantes omnia, quæ, vel nunc juſtè poſſidet, vel in poſterùm, largiente Domino, juſtè poterit adipiſci, & ab omnium omninò hominum poteſtate ſub

ſanctæ apoſtolicæ ſedis tuitione liberam permanere, auctoritate apoſtolicâ ſancimus, ſalvâ epiſcopali juſtitiâ canonicâ, quouſque vel qui ad præſens ibi Domino Deo noſtro famulantur canonici, vel qui futuris ibidem temporibus ſunt ſerviturí, regulariter vivere, & communiter vivendo, propriumque non habendo, tam apoſtolicas, quàm beatorum Hieronymi & Auguſtini de converſatione communiter viventium clericorum ſtuduerint ſtatuta ſervare. Decernimus ergo atque ſtatuimus, ut nulli omnino hominum liceat eamdem canonicam temerè perturbare, aut ei ſubditas poſſeſſiones auferre, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſerventur, eorum pro quorum ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus profutura. Vos igitur, filii in Chriſto cariſſimi, oportet regularis diſciplinæ inſtitutioni ſollicitiùs ac devotiùs inſudare, ut quantò à ſæcularibus eſtis tumultibus liberi, tantò ſtudioſius placere Deo totius mentis & animæ virtutibus anheletis: præcipuè ſtudentes Romanæ Eccleſiæ decreta veneranda ſervare, cujus patrocinio ab omnium jugo viventium eſtis, annuente Domino, præmuniti. Ad indicium autem perceptæ hujus à Romana Eccleſia libertatis, per annos ſingulos quinque ſolidos monetæ illius terræ Lateranenſi palatio perſolvetis. Sanè ſi quis in craſtinum archiepiſcopus, aut epiſcopus, imperator, aut rex, princeps, aut dux, comes, aut vicecomes, aut judex, aut perſona quælibet, magna, vel parva, potens, aut impotens, hujus noſtri privilegii paginam ſciens, contra eam temerè venire tentaverit, ſecundò, tertiòve commonitus, ſi non ſatisfactione congruâ emendaverit, à Chriſti & Eccleſiæ corpore eum auctoritate poteſtatis apoſtolicæ ſegregamus. Hæc autem conſervantibus pax à Deo & miſericordia præſentibus ac futuris ſæculis conſervetur. Amen, amen, amen.

Scriptum per manum Gregorii ſcriniarii atque notarii ſacri palatii.

Datum Romæ per manus Hoteſculici preſbyteri vicem gerentis cancellarii, v. Calendas Aprilis, anno Domini MXC. indictione XIII. anno III. domni URBANI papæ II.

CARTA PETRI PICTAVENSIS epiſcopi, de donatione eccleſiæ S. Felicis de Silare, factâ monaſterio Caſæ-Dei.

Circa annum 1090.

APpropinquante mundi termino, unuſquiſque fidelis ſuper omnia animæ ſuæ curam ſollicitè debet habere; & quia beneficiis mala facta deleri poſſunt, largâ diſpenſatione, prout Deus ſibi dederit, pauperibus miniſtret: quare ego PETRUS Pictavorum epiſcopus, conſenſu & rogatu fratrum noſtrorum Pictavienſium clericorum, dono & concedo Deo & B. Mariæ, & B. Roberto Caſæ-Dei, & fratribus ejuſdem cœnobii, tam præſentibus, quàm futuris, ut habeant, teneant, & poſſideant, ſine alicujus eccleſiaſticæ, vel laïcæ perſonæ calumnia in perpetuum, eccleſiam ſancti Felicis de *Silare*, pro anima mea, & fratrum noſtrorum canonicorum, & ut in ſupradicto cœnobio religio fratrum ibidem Deo ſervientium de fratribus eccleſiæ noſtræ, tam vivis, quàm defunctis, ſemper memoriam habeant, & in ſuo memoriali defunctorum nomina conſcribant, eorumque memoria annuatim fiat. Hujus donationis ſolemnem auctoritatem tali modo fecimus, ut ſi quiſquam in ſupradicta eccleſia quidquam juſtè, vel injuſtè poſſidere videtur, cùm obierit L. quod monachi, eo vivente, acquirere poterint, Dei auctoritate & noſtrâ, in eorum poſſeſſionem concedimus. Ut autem præſentis paginæ conſcriptio rata & illæſa permaneat, ego PETRUS Pictavorum epiſcopus, confirmo, conſtituens ut monachi cenſualiter per ſingulos annos tres ſolidos publicæ monetæ eccleſiæ ſancti Petri Pictavenſis reddant. Ego Aimericus decanus eccleſiæ ſancti Petri confirmo. Ego Rainerius capellanus concedo, & alii plures eccleſiæ S. Petri. Ego Aldebertus, quidquid habeo in eccleſia S. Felicis de Silare, id eſt, medietatem cerei paſchalis, & medietatem oblationis in die Natalis Domini, & medietatem in feſtivitate S. Felicis, poſtulante & rogante dicto epiſcopo, dono & concedo Deo & B. Roberto, & jam dictis fratribus Deo ſervientibus. Inde teſtes ſunt domnus ALDEBERTUS Dolenſis abbas, in cujus manu iſta donatio ad opus Caſæ-Dei facta eſt; nam & ipſe monachus Caſæ-Dei eſt. Teſtes etiam ſunt, RAYNALDUS abbas ſancti Cypriani, & GERVASIUS abbas ſancti Savini. Teſtes quoque ſunt Umbertus Fulcherii ſacerdos, & Umbertus monachus, & domna Agnes de Monte-Marlione, & alii quàmplures. Hæc donatio facta eſt in dedicatione eccleſiæ Salgiacenſis.

CARTA ROTGERII FILII GARSINDIS quâ Petro epiſcopo hominium de pluribus caſtellis, &c. facit.

Circa annum 1090. Ex cartario Turris Fexensis.

DE iſta hora inanteà, *No Decebere*, ego ROTGARIUS filius GARSENTE FETRONE filio ADALAIS, de tua vita, nec de tua membra, quæ in tuum corpus ſe tenent, neque de ipſa civitate Carcaſſona, neque de tua parte, neque de ipſis forteſiis quæ ibi ſunt, aut inanteà erunt ibi factas in ipſa tua parte, neque de ipſo caſtello, quem dicunt Fuxo, neque de ipſa turre, neque de ipſis forteſiis qui ibi ſunt, aut inanteà ibi erunt factas, neque de ipſo caſtello, quem vocant Cuello; neque de ipſas turres, neque de ipſis forteſiis quæ ibi ſunt, aut inanteà ibi erunt factas, neque in ipſo caſtello Darzen, neque de ipſas forteſias quæ ibi ſunt, aut inanteà ibi erunt factas, ipſa civitate ſupraſcriptâ, & ipſos caſtellos ſuprafcriptos, & ipſas forteſias ſupraſcriptas, ſicut ſuperiùs ſcriptum eſt. Ego ROTGERIUS ſupraſcriptus, à te, Petrone, ſupraſcripto: *no to tollés ne non ten tobres ne non ten decebres*; nec ego ROTGARIUS, nec homo, nec femina, per meum ingenium, neque per meum conſilium, de iſta hora *no*

Digitized by Google

deceberat Rotgarius ſupraſcriptus Petrone ſupraſcripto, de ipſo epiſcopatu de Carcaſſona, neque de ipſa terra quæ ad ipſum epiſcopatum pertinet, neque de ipſa abbadia S. Joannis de Val-Siger, neque de ipſa terra de ipſa abbadia, neque de ipſa abbadia de Varmaſona, neque de ipſa terra de ipſa abbadia, neque de ipſa abbadia de ſancto Stephano de Cabardes, neque de ipſa terra de ipſa abbadia, neque de ipſa abbadia S. Petri de Caunas, neque de ipſa terra de ipſa abbadia, neque de ipſa abbadia S. Mariæ la Graſſa, neque de ipſa terra de ipſa abbadia, neque de ipſa abbadia de ſancto Hilario, neque de ipſa terra de ipſa abbadia, neque de ipſa abbadia S. Antonini de Fradelez, neque de ipſa terra de ipſa abbadia, neque de ipſa abbadia S. Voluſiani de Fuxo, neque de ipſa terra de ipſa abbadia, neque de ſuas civitates, neque de ſuos caſtellos, neque de ſuos alodes, neque de ſuos fevos, quæ Petrus ſupraſcriptus hodie habet, aut inanteà, cum conſilio Rotgarii adquiſiverit. Iſta omnia ſupraſcripta, nec de iſta omnia ſupraſcripta, ego Rotgarius ſupraſcriptus à te, Petrone, ſupraſcripto: *no lat tobrez, ne non ten tobrez, ne non ten decebrez*; nec ego Rotgerius ſupraſcriptus, nec homo, nec femina per meum ingenium, nec per meum conſilium, & ſicut ſuperiùs ſcriptum eſt, *& ſiu tendres, & ſius attendres*, ego Rotgarius ſupra ſcriptus, à te, Petrone, ſupraſcripto, for quan tu, Petrus ſupraſcriptus me abſolveras, tuo gratiens animes ſeries forſa de iſta hora inanteà fidel ſervi, ego ROTGERIUS filius GASSEN à te PETRONE epiſcopo filio ADALAIS per rectam fidem ſine ingano, ſicut homo debet eſſe ad ſeniorem ſuum ſine ulla tua deceptione me ſciente.

LITTERÆ QUAS MISIT ANDREAS de Vitreio domno Girardo abbati ſancti Albini.

Ex mſ. S. Albini Andegavenſis.

G. S. Albini abbati, omnibuſque fratribus A. de Vitreio, & B. Mater ejus obedientiam & fidele ſervitium.

Precamur vos pro Dei amore & noſtri, ut memoriam faciatis anniverſarii ROBERTI fratris mei XV. Calendas Septembris; unde promitto vobis me cuſtoditurum fideliter omnia veſtra ubique. Valete.

PRÆCEPTUM MAINONIS domini Fulgerienſis, de eccleſia Savignienſi.

Ante finem ſæculi XI. Ex archivis Majoris-monaſterii.

AD ſananda variorum vulnera peccatorum, quæ ſunt mortalibus univerſis, tum maximè ſurrepunt occupatis ſæculi negotiis; congruentem bonitas divina providit eleemoſynarum medicinam, ut quæ curis terrenorum damna accidunt, cœleſtium compenſentur terrenarum largitate facultatum; & unde proceſſit obligatio, ſequatur abſolutio. Bonum autem eleemoſynæ non tantùm abolet mala, verùm etiam adauget merita bona; & quod datur in abolitione delictorum, provehit incrementa virtutum; ſicque ſtudioſus miſericordiæ duplum in ſuam lucrum convectat animam, dum & pœnas vitiis debitas redimit, & præmia virtutibus propoſita conquirit. Hac conſideratione permotus, ego MAINO homo militiæ ſæculari deditus, multis & peccatis obvolutus, & periculis obſitus, beneficentiæ & communionis etſi non obſequutor idoneus, non tamen penitùs oblitus, decrevi ex his quæ ab omnium Domino immeritus accepi, pauperibus communicare, & terrenas opes in theſauris cœleſtibus recondere, & de tranſitoriis manentia, de carnalibus comparare ſpiritualia, eoſque amicos providere, qui me in æterna, cùm defecero, recipiant tabernacula, ut quod meis meritis non debetur, aliorum mihi precibus concedatur. Fratribus igitur qui in cœnobio ſancti Martini Majoris-monaſterii Deo ſerviunt omnipotenti, qui videlicet in voluntaria paupertate ſublimes mundi divitias abdicantes, terrena poſthabuerunt cœleſtibus, Chriſtumque pro nobis factum pauperem pauperes ipſi ſpiritu liberis & expeditis ſequuntur greſſibus, do eccleſiam quamdam juris mei, Saviniacum nomine, cum terris, & omnibus quæ competunt eccleſiæ, ſicut eam TESCELINUS quondam dederat canonicis quibuſdam, nullâ ullius participatione implicitam, nullâ conſuetudine aggravatam, ſed omni exactione liberrimam, omni dominatione extraneâ abſolutiſſimam, omni poſtremò calumniâ vacantem, favente uxore meâ ADELAIDE, filioque meo JUTHALE. Nobiliſſimus etiam Normannorum comes GUILLELMUS, de cujus eſt eccleſia illa caſamento, donationem hanc liberalitatis ſuæ munivit auctoramento, iſtudque præceptum, quod de ea ſcribi feci, manûs propriæ roboravit ſignaculo, & coram omnibus curiæ ſuæ frequentiâ firmavit, ratumque in perpetuùm fore ſancivit. Cujus nomen, unà cum meo & uxoris meæ, filiique noſtri JUTHALIS iſtic eſt pro æternæ auctoritatis ſubſcriptum munimine; necnon & aliorum, qui & viderunt hoc & audierunt, adjuncta ſunt vocabula pro teſtimonii ſempiterni tutela. Ipſa quoque noſtra, ut firmitati nihil deſit, manibus noſtris exarata ſunt ad crucis ſimilitudinem ſigna. Idem noſtræ ſacrificium eleemoſynæ, ſi quis umquam, vel apertæ immanitate violentiæ, vel doloſæ fraudulentiæ calumniâ tentaverit evacuare, ſervoſque Dei ab ejus opere, & ſuâ quiete litigiis avocare, glorioſi confeſſoris Chriſti MARTINI, cujus incurret offenſam, experiatur, niſi reſipuerit & ſatisfecerit, ultionem. Inſuper convictus injuſtitiæ, ſuæque factus impos audaciæ, auri talento pro præſumtione mulctetur, ut non ſolùm injuſtum lucrum de alieno non aſſequatur, ſed juſtum damnum de ſuo patiatur.

S. GUILLELMI comitis Normannorum. S. WILLELMI comitis de Mauritonio. S. NIELLI vicecomitis. S. MAINONIS de Filgeriis. S. ADELAIDIS uxoris ejus. S. JUTHALIS filii eorum.

Digitized by Google

Richardi filii Toreſtini †. S. Rotge- A
de Monte Gomerici. S. Radulfi Taxo-
S. Airaldi Seneſcalchi. S. Rotberti fi-
ierogii †. S. Hugonis Brittonis. S. Tet-
.di filii Bernerii. S. Tudualdi Rufi.

R RATIO DE ALBERICO presbytero & ejus ſceleribus.

N Otum cunctis facio tam præſentibus B
quàm futuris ego monachus S. Martini
nine Fulcodius, quomodo Albericus
byter mihi & omnibus aliis monachis ſan-
Martini Majoris monaſterii eccleſiam ſan-
ulpicii omnibus modis ſpontaneus querpi-
Longum quidem eſt enumerare quomo-
c me & alios anteceſſores meos, ſuo tempo-
ilgeriis commoratos, inſidiis ſuis malè tra-
erat, & quomodo ipſe fœtido ſanguine
iinavit altare, & omnia indumenta, & C
inam deſuper poſitam, quaſi per illam deſ-
lderet ſanguis, & dixit ſanctum feciſſe vir-
s, propter hoc quod Adelais eccleſiam
erat, & monachis dederat, ad quod viden-
n cucurrit omnis populus velut ad rem mi-
dam; & quomodo ipſe abſcondit crucem
er altare illitam humano ſtercore, quam
invenit Gaufridus presbyter de Romania-
& Eudo ſcriptor, & hi tradiderunt Lenar-
hic autem oſtendit eam Rigardo gramma-
, & Maurino piſtori, & Maurino genero D
ardi & Armengodo Tapeto, & multis aliis.
quomodo ipſe furatus fuerat nummos Do-
ni ſui Raginaldi ſacerdotis de Belceaco, un-
fur revelatus ſacrilegus fuit, teſtibus om-
us primoribus Filgerenſis caſtelli. Et quo-
do furabatur quodcumque & ubicumque
erat offerendas; ita ut ubi accipiebat ante al-
e, per manicam faceret decurrere in ſinum
im quidquid boni habebatur, vel ſubtus cor-
ralibus abſconderet; & hoc teſtibus omnibus
ſtodibus qui illi præponebantur, quod me E
eſente probatum eſt. Nam in die Natalis Do-
ni cum eſſet Robertus Rotabili Monachi fi-
s in eccleſia, vidit furtum ſub corporalibus
ni, quod mihi indicavit. Ego autem præce-
quod ſi umquam videret fieri mihi ſtatim
erret. Craſtino autem die affuit, vidit, ra-
it, & mihi adtulit. Sed quia omnia ejus
elera breviter narrare non poſſum, ideo
iicquid ad eccleſiæ querpitionem pertinet,
ud ſolùm memorabo. Ego autem ſupradicti
eſbyteri mala opera videns & pejora audiens, F
l ultimum cogitavi ut divinum officium,
uod ab eo tam indignè fuiſſe celebratum mi-
i à pluribus fuerat relatum, & ipſe audien-
o crederem, & credendo aliis manifeſtarem.
Quarta igitur die Nativitatis Dominicæ * mo-
aſterium illius ingrediens, plura audivi quæ
redideram, ſed cum ille contumax emenda-
ionem meam recipere nollet, clamavit ſe re-
epturum correptionem Harduini Carnotenſis,
qui tunc præerat Filgerenſibus ſcholis. Cujus
etitioni ego conſentiens, rogavi Harduinum,
ut eum legentem auſcultaret. Cui patienter cor-
rigere volenti, quod à presbytero malè ſciebat
prolatum eſſe; ille arrogans concedere noluit;
ſed etiam ſe illi odibilem finxit. Quem ego om-
nino conſequi volens provocavi ad Redonen-
ſem civitatem, volente Radulfo & omnibus
burgenſibus: quam invitationem ille refutare
non audens, mecum abiit. Sed cum obiter re-
linquere mihi eccleſiam vellet, & impetrare
non poſſet, clam enim facere volebat; rogavit
Marguerum de Galhart, quinque ſolidos ei pol-
licendo, ut pro eo me interpellaret, quòd ec-
cleſiam noſtram acciperem, & illum ante ar-
chidiaconum non accuſarem. Quo mediatore
venit & ille relinquens mihi eccleſiam gratis
ſancti Sulpicii liberam atque ſolutam, ita ut
neque ipſe, neque alius per eum, neque pro
eo clamorem vel querelam inde faceret, ne-
que calumniam hereditariam illic imponeret,
tali conditione, ut ego eum facere officium
ſuum ante archidiaconum non cogerem. Adeo
enim imbecillis erat, ut etiam canonem miſſæ
ignoraret. Huic rei interfuit Guarmundus &
Juhellus de Savigniaco, homines S. Martini,
quos ipſe mihi legitimè fidejuſſores dedit, tali
conventione, ut ſi ipſe negare vellet quod ec-
cleſiam ſpontaneus & gratis non dimiſiſſet, ſine
ulla vi quæ facta ei fuiſſet, eo libenter conce-
dente illi probarent erga eum conventionem.
Teſtibus iſtis Harduino, Marguerio, Alberico
de ſancto Germano, Maino decano, Morino
genero Letardi, Engelbaldo Baleſtro, quos mi-
ſit Radulfus de Filgeriis, ut audirent quis ha-
beret rectum; monachus, an Albericus. Tran-
ſactis autem annis duobus; ego ſeductus pro-
miſſis fallacibus verbis illius & amicorum ſibi
faventium; & coactus inopia boni ſacerdotis,
in eccleſia reſtitui, facto tamen ab illo prius ju-
ramento & fide data, datiſque fidejuſſoribus
ſeptem ſcilicet, Radulfo ipſo Domino, Radul-
fo ſeneſcallo, & Stephano filio Ivonis, & Hai-
merico Cordone, & Heraſto Guillelmi filio,
& Giraldo de Romaniaco & Mainfredo car-
nifice, quod in quacumque hora ego vel aliquis
monachus ſancti Martini meus ſucceſſor dice-
ret nolo te amplius in eccleſia eſſe, ſtatim ſine
ira, ſine calumnia, & odio, ſine dictis & factis,
quod noceret monachis vel presbytero, diſ-
cederet.

Ego autem Albertus ſuccedens Fulcoio in-
veni presbyterum illum in eccleſia omnibus mo-
dis malè ſe habentem, & omnes ferè homines
dicentes, quod ejus conſilio & ingenio fece-
rat Fulcoius quidquid male fecit. Paucis au-
tem diebus poſt diſceſſionem Fulcoii, exuſta do-
mo & eccleſia, perditi fuerunt libri cum aliis re-
bus plurimis, inter quos perditus fuit quidam
libellus, quem mihi præſtiterat Urvaius de Gal-
hart. Ego autem......... nomine multas fe-
ci querelas, adhuc autem in diebus Nativitatis
cùm, audiente Radulfo, querimoniam face-
rem, ille autem interrogans cujuſmodi que-
rerem, & unde loqueretur liber dixi. Ille verò
dixit ſe ſcire hominem quemdam hujuſmodi
librum habentem, ſcilicet Albericum presby-

Digitized by Google

iterum. Fortè fortuitò aderat ibi quidam, qui nobiſcum erat, cui librum commodaverat, & interdixerat ne mihi oſtenderet; & tamen oſtendit. Oſtenſo autem libro, & recognito, & iterum repoſito, fecimus eum venire: cui ipſe Radulfus obviam ivit, & ſeparatim duxit, & de libro interrogavit quem ſæpe viderat eum legentem. Ille autem juravit fidem quam ſibi deberet, & Dominicum corpus quod ipſo die ſacraverat, illum librum non eſſe in tota patria illa, ſed reddidiſſe Richardo Paenel, qui ſibi adcommodaverat. Radulfus autem hoc audiens dixit, jam forſitan pejus evenerit, & juſſit librum afferri. Huic rei adfuerunt quatuor monachi ſancti Martini, Bernardus, Fulbertus, Rainolus, & ego Albertus, unus autem ſancti Carileffi. Et fuit ipſe Radulfus & Juhellus Urboii filius, & Johannes villicus, & Lupellus, Troſerius, Leonardus & presbyter Damarhœus. Illum ſic probatum & multis aliis rebus adcuſatum projeci ab eccleſia, quem modo non retinet fides, nec juſjurandum, neque fidejuſſores, quin faciat monachis & presbytero quicquid mali poteſt.

Succedente verò tempore Arnulfo Redonenſi archidiacono circumeunte, ut conſuetudinis eſt, Redonenſem parochiam; contigit ut ad oppidum Filgeriacenſe veniret, ibique deſcenderet apud domum monachorum. Quod audiens populus Filgeriacenſis venit ad eum, petens ab eo confeſſionem & pœnitentiam peccatorum ſuorum. Inter quos affuere quædam mulieres conjugatæ, quæ indicaverunt archidiacono illi ſe non potuiſſe habere confeſſionem neque pœnitentiam à ſuo presbytero Alberico ſupradicto à tranſactis tribus ſeu quatuor annis, eo quod ipſæ nollent cum eo concumbere. Archidiaconus autem audiens hoc deteſtandum ſcelus, miratus eſt ſupra quam dici poſſit. Et veniens domum, de eccleſia exclamavit palam dolens ac mœrens, quod re vera parum vel nihil omnino valeret ipſe, neque

Silveſter qui obiit anno 1096

epiſcopus S. Redonenſis, neque monachi illius loci, qui tot & tanta Alberici nefandi presbyteri tolerarent facinora multa.

CARTA S. GERARDI ABBATIS Sylvæ-majoris, de precibus pro fratribus ſuæ congregationis, & aliis ſibi confœderatis, faciendis.

Circa annum 1091. Ex Sylvæ-Majoris cartario, ſeu ex necrologio.

COgnoſcant omnes, tam præſentes, quàm ſubſecuturi, quia ego GERALDUS ſanctæ Mariæ Sylvæ-majoris abbas, quamvis indignus, utilitati vivorum & mortuorum conſulens, communi totius congregationis conſilio ſtabilivi, & ut in æternum maneat, literis mandari præcepi, quòd ſi quis noſtræ congregationis deceſſerit à ſæculo, nobiſcumque ſepultus fuerit, uſque ad annum panis & vinum pauperibus pro eo tribuatur, & uſque ad triginta dies ab omnibus miſſæ & vigiliæ mortuorum communiter celebrabuntur; ita autem ut priores ſeptem miſſæ & vigiliæ ſolemniter, pulſatis ſignis omnibus perſolvantur. Sacerdotum unuſquiſque ſeptem miſſas perorabit; qui ſacerdos non eſt, tria pſalteria; qui ad pſalterium nondum pervenit, uſque ad dies triginta ſeptem pſalmos quotidie cantabit; qui autem neſcit, ſeptem quotidie *Miſerere*; qui verò nec *Miſerere*, ſepties ſimiliter *Pater noſter*. Quòd ſi infra duos dies, vel quatuor, vel etiam ampliùs, alter deceſſerit, inſimul utriſque poſitis, quod uni in principio minuetur, finito alterius officio, reſtituetur. Omnis autem congregatio primis ſeptem diebus ante altare poſt capitulum pſalmos proſtrata cantabit. Si verò in cella, quæ à monaſterio longè ſit, aliquis obierit, totum pro eo quod pro præſenti perſolvatur, excepto quòd panis & vinum in cella ubi obierit, uſque ad annum, ſicut jam dictum eſt, in eleemoſyna conſtituetur.

De congregationibus ſocietate junctis.

De congregationibus autem quæ nobiſcum ſocietatem acceperunt, vel accepturæ ſunt, ſi quis obierit, ad noſque nuncius pervenerit, ſeptem miſſas, totidemque vigilias perſolvemus communiter; tres autem vigilias primas cum lectionibus novem, ſignis omnibus pulſatis; reliquas verò quatuor cum tribus: ita tamen quòd ipſo die quo nuncius advenerit, poſt capitulum, ſignis ſonantibus, pſalmus *Verba mea* pro eo cantetur; & qui ſacerdos fuerit, miſſam orabit; ceteri verò pſalterium unum; qui neſcit pſalterium, pſalmos ſeptem; qui nec ſeptem pſalmos, *Miſerere* ſepties; qui verò nec *Miſerere*, ſepties *Pater noſter*. Congregationes autem noſtræ ſocietatis hæ ſunt: congregatio ſancti Sicarii de Brantoſma, ſancti Florentii de Salmurio, congregatio ſanctæ fidis de Conchis.

Fœdus cum majori monaſterio.

Hoc eſt fœdus indiſſolubile Majoris-monaſterii, Sylvæque majoris cœnobiorum, videlicet ut fratribus utriuſque monaſterii utrumque capitulum & omne benefactum ſpirituale & corporale ſit utrimque omnibus commune, & omnis per. omnia ſocietas. Pro fratribus verò defunctis ſemel in anno plenariam vigiliam & miſſam feſtivam celebramus, & breve accepto, mox finito capitulo, *Verba mea*, cum appendiciis ſuis, pro abſolutione fratrum qui recitati fuerint, pulſatis ſignis, perſolvemus.

Notum ſit omnibus, tam præſentibus, quàm futuris, quòd domnus ODO abbas ſancti Johannis Angeriaci venit in capitulo ſanctæ MARIÆ Sylvæ-majoris, & conſilio domni GERALDI abbatis, & omnium fratrum, pro defunctis fratribus ſtatuerunt invicem, ut ipſâ die quâ brevis ipſius veniret, pulſatis omnibus ſignis, pleniſſima vigilia oraretur, in craſtino ſimiliter miſſa pleniſſimè, & uſque ad dies ſeptem ſimiliter; ſed ſignis non pulſatis, pſalmus *Verba* poſt capitulum; quo die panis & vini præbenda pro eo dabitur. Pro abbatibus autem utriuſque congregationis, quantùm pro fratre ejuſdem loci fit, in æternùm conſtituerunt. Hoc ipſum fit pro congregatione ſancti BENEDICTI Nantolii. Hoc ipſum agitur pro congregatione Lucionenſi, & pro abbatibus tricenarium, & ſanctæ Mariæ de Pampilona canonicorum,

Digitized by Google

, & ſancti Michaëlis de Eremo,
rini de Agenno, & canonicorum
ii de Blavia; ſimiliter agimus pro
nctæ Mariæ Dolenſis, & ſancti
udunenſis, & ſancti Petri Ferra-
iæ, & pro abbatibus tricenarium
, tam in miſſis, quàm in vigiliis,
in martyrologio, ut ſemper aga-
ſaria commemoratio pro eis; &
is de *Kimperlé*, & ſancti Salvatoris
ed pro Karrofenſibus plus agitur;
bus ſingulis horis pſalmus *Voce mea*,
familiares, & poſt matutinos, *Verba*
ter agitur pro congregatione ſancti
acenſis, & pro abbatibus Malliacen-
ta diebus præbenda dabitur, & om-
ipſius loci in martyrologio noſtro
Pro monachis ſancti Pauli Corme-
oreve accepto, poſt capitulum ſignis
, facimus abſolutionem, & per ſep-
eptem officia plena cum totidem miſ-
triginta dies *Verba mea* & *Voce mea*.
agimus pro congregatione Uſercenſi,
tribus Generenſis monaſterii, & pro
ſancti Launomari Bleſis, & die quo
itatum fuerit, præbenda panis & vini,
Petri Carnotenſis, & ſanctæ MARIÆ
ſis, & ſancti Stephani de Beania; pro
ancti Martini de Ruricicurte tres vi-
tres miſſas; primâ tamen die, pulſatis
oc idem agimus pro ſororibus ſanctæ
Sueſſionenſis; ſimiliter agimus pro
is ſancti Petri Solemniacenſis, pro mo-
ancti Martini de Campis, poſt capitu-
ſolutionem, & unam plenam vigiliam,
n miſſam. Pro congregatione Exienſis
i ſeptem miſſas cum vigiliis, & præ-
ipſo die quo brevis in capitulo recitabi-
oc idem fit pro canonicis ſancti Stepha-
nnenſis ſedis.

MMEMORATIONES
ylvæ-majoris monachis pro aliarum
Eccleſiarum alumnis fieri ſolitæ.

imo Januarii, fratrum & parentum de-
unctorum commemoratio.
Canonicorum ſanctæ Crucis Aurelianen-
iſſa plena & vigilia. 16. Januarii.
Canonicorum ſancti Æmiliani, miſſa ple-
vigilia. 26. Januarii.
Fratrum Caſæ-Dei, miſſa plena & vigi-
& tricenarium plenum, ſingulis diebus
benda panis & vini, cum reliquis cibis. 3. Februarii.
Eodem die canonicorum ſancti Johannis
Valentinas. 3. Februarii.
Fratrum de Borcieto, miſſa plena & vigi-
13. Februarii.
Fratrum ſancti Eligii Noviomenſis, miſſa
na & vigilia; præbenda cum cibis danda:
libet ſacerdos dicet unam miſſam, alii ſep-
n pſalmos. Feria IV. Cinerum.
Fratrum Premonſtratæ eccleſiæ, miſſa &

A vigilia. 21. Februarii.
8. Canonicorum Catalaunenſium, miſſa plena & vigilia. Feria II. poſt Dominicam I. Quadrageſimæ.
9. Fratrum Auriliacenſis monaſterii, miſſa feſtalis & præbenda. 27. Februarii.
10. Fratrum ſancti Severi, canonicorum Cæſarauguſtenſium, & Lincolnenſium, & fratrum Sarlatenſium, miſſa plena & vigilia. 10. Martii.
B 11. Fratrum Sueſſionenſium, præbenda danda eodem die.
12. Fratrum Figiacenſium, miſſa plena & vigilia, præbenda quatuor pauperibus. Feria IV. poſt *Lætare*.
13. Aquicienſis monaſterii officium, miſſa cum pulſatione ſignorum, tribus pauperibus præbenda datur. 16. Martii.
14. Majoris-monaſterii. 15. Aprilis.
15. Commemoratio parentum & fratrum S. Aſterii confeſſoris. Feria 2. incipientis paſſionis.
C 16. Canonicorum Cæſarauguſtenſium, miſſa, vigilia, tribus pauperibus præbenda datur. 26. Aprilis.
17. Fratrum Orbacenſis monaſterii, miſſa plena & vigilia. 11. Maii.
18. Fratrum ſancti Martialis, præbenda datur cum reliquis cibis. 3. Junii.
19. Fratrum Uticenſis eccleſiæ, præbenda datur cum reliquis cibis, eodem die.
20. Fratrum Grandimontis. 18. Junii.
21. Sancti Petri de Corbeïa, miſſam quilibet D ſacerdos, & præbenda datur tredecim pauperibus. 20. Junii.
22. Canonicorum Aturenſis eccleſiæ, miſſa feſtivè, & vigilia plena. eodem die.
23. Sancti Johannis Angeliacenſis, miſſa plena & vigilia, tricenarium plenum, dabitur præbenda cum reliquis cibis. 25. Junii.
24. Fratrum ſancti Pauli Romæ & ſancti Petri de Papia, miſſa feſtivè & vigilia plena. 4. Julii.
25. Fratrum Burdigalenſis monaſterii. 7. Julii.
E 26. Commemoratio fratrum Caſæ-Dei. 12. Julii.
27. Item fratrum Gratiæ-Dei. eodem die.
28. Canonicorum ſanctæ Mariæ Laudunenſis. 14. Julii.
29. Fratrum ſancti Severi, tribus pauperibus præbenda datur, cum ceteris cibis. 27. Julii.
30. Canonicorum ſancti Stephani Agennenſis, miſſa feſtivè, & vigilia plena. 4. Auguſti.
31. Item canonicorum de Caſtris. eodem die.
32. Fratrum ſancti Stephani Lemovicenſis. F 12. Auguſti.
33. Sancti Johannis Novi monaſterii Pictavis. 16. Auguſti.
34. Fratrum de Cancellata, miſſa feſtivè & vigilia plena. 23. Auguſti.
35. Canonicorum Auſcienſis eccleſiæ, miſſa feſtivè, & vigilia plena. eodem die.
36. Item fratrum ſancti Iſuadi de *Bardanay* in Anglia. eodem die.
37. Canonicorum ſancti Capraſii de Agenno, miſſa plena & vigilia, & tribus pauperibus præ-

Digitized by Google

benda datur. 19. Septembris.

38. Inchoatio tricenarii pro fratribus ſancti Dionyſii, ſingulis annis reddendi octavo Kal. Octobris.

39. Fratrum de Belloloco. 10. Octobris.

40. Canonicorum Baïonenſium, miſſa feſtivè, & vigilia plena. 15. Octobris.

41. Fratrum de Monte-Caſſino, miſſa plena, & vigilia. 19. Octobris.

42. Fratrum ſancti Martini Guiſtrenſis, miſſa plena & vigilia. 3. Novembris.

43. Fratrum de Burgo, miſſa feſtivè, & vigilia plena. 4. Novembris.

44. Canonicorum Aquenſium, miſſa plena, & vigilia. eodem die.

45. Fratrum Solemniacenſium, miſſa feſtivè, & vigilia plena, & præbenda tribus pauperibus. eodem die.

46. Commemoratio fratrum Cluniacenſium, miſſa plena, & vigilia, quilibet ſacerdos unam miſſam, alii ſeptem pſalmos. 12. Novembris.

47. Fratrum ſancti Faronis, miſſa plena, & vigilia. eodem die.

48. Et ſancti Stephani canonicorum de Mauritanea, miſſa feſtivè, & vigilia plena, & præbenda datur. eodem die.

49. Canonicorum ſancti Martini de Corona, miſſa plena, & vigilia. 13. Novembris.

50. Canonicorum ſancti Martini Laudunenſis. eodem die.

51. Fratrum Solacenſis eccleſiæ. 4. Decembris.

52. Canonicorum ſancti Amandi, præbenda datur. eodem die.

53. Fratrum ſancti Remigii, miſſa plena, & vigilia. 14. Decembris.

PRÆCEPTUM HENRICI III. imperatoris pro S. Deodato.

Confirmat privilegia ab anteceſſoribus conceſſa.

Anno 1092. Ex ſchedis domini de Riquet.

IN nomine Patris..... HENRICUS, divinâ favente clementiâ tertius Romanorum Auguſtus. Cùm Romanæ dignitatis...... ob promerendam peccatorum ſive parentum noſtrorum redemtionem, obtentu quoque ſummi E pontificis ac univerſalis papæ tertii CLEMENTIS eccleſiam B. Deodati in valle Galilæa ſitam, in vigore majeſtatis noſtræ procurandam ſervandamque ſuſcepimus, ſucceſſoribuſque noſtris perpetuo juvamine defendendam relinqui optamus: confirmantes ei imperialis noſtri ſubſcriptione, quacumque prædeceſſorum noſtrorum decretis, ſcriptis, mundiburdiis, data, conceſſa, firmata audivimus, & tantò devotiùs, quantò certiùs eadem prædeceſſorum no- F ſtrorum decreta, relatu veridicorum teſtium, in ejuſdem eccleſiæ combuſtione incenſa eſſe didicimus, videlicet eamdem vallem Galilæam cum oblationibus & cuſtodia altaris, eccleſiis, decimis, prædiis, ſylvis, terris, vineis, aquis, aquarumve decurſibus, adquiſitis, vel adquirendis, ſive quæ habet in eadem valle Galilæa,

A ſive in Heliſatio, ſive in quibuſcumque Lotharingiæ epiſcopatibus, familiam quoque ejuſdem eccleſiæ, quam tertio anno ſecundi ingreſſus noſtri in Italiam, integrè illi reſtitui juſſimus, mediante BURCHARDO Loſannenſi epiſcopo, noſtro Italiæ cancellario, concedentibus etiam duce THEODERICO prædictæ eccleſiæ defenſore & advocato, & ODUINO, poſt ducem prælibati loci ſimiliter advocato, & Tullenſis eccleſiæ PIBONE epiſcopo. Statuimus etiam, & hujus noſtri præcepti patrocinio B decernimus, & obnixè confirmamus, ut canonicos ejuſdem congregationis cum facultatibus ſuis communibus & propriis in majeſtatis noſtræ cura ſuſceptos, nulla perſona, ſive ſæcularis, ſive eccleſiaſticæ dignitatis, audeat moleſtare, inquietare, aut perverſæ conſuetudinis occaſione turbare. Et ſi fortè contigerit, liberè noſtræ majeſtatis ſemper victricem manum appellent, liberamque proclamationis & audientiæ facultatem obtineant. Si quis igitur alicujus diœceſis epiſcopus, ſi quis dux, marchio, C comes, vicecomes, advocatus, villicus, gaſtaldio, magna, parvaque perſona, contra noſtrum hoc decretum conſiliatus fuerit, conſenſerit, fecerit, vel quocumque modo infringere illud, vel violare tentaverit, iram imperialis noſtri vigoris incurrat, & centum libras auri probatiſſimi proculdubio ſe compoſiturum ſciat, medietatem cameræ ſacri ſcrinii noſtri, reliquam partem prædictæ eccleſiæ ejuſque congregationi. Quod ut certiùs credatur, & diligentiùs ab omnibus obſervetur, præſentes litteras manûs noſtræ ſigno firmavimus, & ſigilli noſtri impreſſione corroborari præcipimus.

D Signum domni Auguſti HENRICI imperatoris invictiſſimi.

Data 11. Idus Auguſti apud Montem-veterem, qui alio nomine Mons Beli dicitur, per manus OGERII Iporienſis epiſcopi, Italiæ cancellarii, anno Dominicæ Incarnationis MXCII. indictione XV. epactâ IX.

DE ECCLESIA DE *CATFORT* in Anglia.

Circa annum 1093. Ex Sylvæ-majoris cartario.

GUILLELMUS rex Angliæ R. epiſcopo, & omnibus baronibus ſuis & fidelibus, de Salopeſcira ſcilicet, ſalutem. Sciatis quòd concedo donum quod comes HUGO de Mungumeri, & ARULPHUS frater ejus, filii ROGERII dederunt Deo & ſanctæ MARIÆ de Sylva-majori, videlicet eccleſiam de *Catfort*, & quod ei pertinet. Teſtibus GUILLELMO cancellario, & EUDO dapifero, & YVONE *Tallebus*, & YVONE de *Garvementum*, & NIGELLO de *Cibi*, & GALTERIO de *Donſtanvilla*. Apud Saliſberiam.

Digitized by Google

ECEPTUM (a) GODEFRIDI DUCIS
pro cella Satanacenſi

ſiam S. Dagoberti martyris apud Satanacum ſitam & ab Arnulfo comite occupatam Gotzienſibus monachis reſtituit.

I nomine ſanctæ & individuæ Tninitatis, atris, & Filii, & Spiritus ſancti. Godefri- divina propitiante gratia dux & marchio. B am & utile nobis eſſe ſcire & conſiderare mus, ut quoniam ſæcularis militiæ negotii pati divinis intendere, prout expedit, ne- quam valemus, ſaltem Deo & ſanctis pecu us in monaſteriis Deo ſervientibus conſi- nostrum & auxilium exhibentes, per hoc eficentiæ eorum pariterque mercedis, ipſo donante, participes exiſtere valeamus. le notum eſſe volumus ſanctæ univerſalis eſiæ filiis fidelibus tam futuris quàm præ- C ibus, quia dux Godefridus avus meus Beatrice uxore ſua, apud Sathanacum s ſui villam, in eccleſia ſancti martyris Da- erti pro ſuarum animarum remedio mona- s de monaſterio ſancti Gorgonii conſtitue- t, eiſque inter alia ad ſupplementum vic- & veſtitus eccleſiam villæ Moſaci, quæ ſi- contradictione ſuæ proprietatis erat, legali- condonaverunt: quam etiam ipſi monachi vita ipſius avi mei & filii ſui avunculi mei D etè & pacificè poſſederunt. Poſtquam verò s defunctis in noſtras manus honor eorum ſucceſſionem devenit, & pene omnis regio s ante ſubjecta in odium noſtri atque inimi- as gratuitas conjuravit, ipſi tunc hoſtes no- cauſa odii in nos aſſumti, in ipſos quoque mo- hos inſurrexerunt, eiſque per ſummam in- titiam atque violentiam ipſam eccleſiam de nibus abſtulerunt, atque alteri in benefi- E m tradiderunt, multiſque annis uſque dum lelicet erga nos in gratiam redirent, cœptam uſtitiam Deo ſanctiſque ſibi famulantibus ulerunt: ſuper qua re cùm apud Satanacum bis præſentibus, quæſtio oborta fuiſſet, & ip- etiam coeſſentibus qui ipſam violentiam exer- bant, concio monachorum nos ſuper hac erpellari cœpiſſet, ſeque jam ſuper hoc apud nodum Treverenſem proclamationem feciſ- , & judicio ſynodali ipſam eccleſiam ſuo ju- F adjudicatam fuiſſe & auctoritate pontificali cem & quietem poſſidendi ſibi imperatam è dixiſſet, ſimulque adhuc ſupereſſe teſtes, i prædictæ donationi avi mei interfuiſſent, icaciter affirmaſſet; ipſos teſtes undique evo- ri & ante nos coadunari effecimus, & ip- teſtificantibus vera eſſe quæ ipſi aſſeverabant nni parte reperimus. Quibus omnibus auditis, diligentiùs conſideratis, viſum eſt nobis co- item Arnulfum qui princeps ipſorum fue- G it eccleſiæ pervaſorum, ſub nomine ſacramenti fidei conjurare, utrumnam hæc omnia cog- oſceret, vera eſſe an potius ea vellet vel poſ- A ſet veraciter impugnare: qui ſine ipſa adjuratio- ne confeſſus eſt, hæc ita, ut diximus, acta eſſe, ſe- que & interfuiſſe & audiſſe & vidiſſe, & ipſo avo meo hanc donationem faciente laudaſſe. Hac ejus confeſſione perceptâ, ſubſequenter eum monuimus, ut ſancto & nobis exinde faceret quod facere jure deberet, & ipſam invaſio- nem coram Deo & ſanctis emendans, deinceps ab ipſa eccleſia cum omnibus ſibi ſubjectis per- petualiter abſtineret, & ipſe jure obniti non B valens ad opus Dei & S. Dagoberti ſibique de- ſervientium monachorum ipſam eccleſiam no- bis integrè & ſine omni in poſterum reclama- tione reddidit, & verpivit, & nobis ipſius ec- cleſiæ donum ſancto Dagoberto ſuper altare re- ſtituentibus, ipſe ſpontaneus interfuit & lau- davit. Unde ut hæc rerum geſtarum memoria per tempora ſuccedentia firma permaneat & inconvulſa, hanc deſcriptionem memorialem fieri juſſimus, & ſigilli noſtri impreſſione ac teſ- C tium idoneorum affixione roborari ſtatuimus. Signum Godefridi Dei gratia ducis & mar- chionis, S. Amalrici, S. Simonis fratris ſui, S. Valteri, S. Attonis, S. Dudonis, S. Gerardi Signum Hembardi. S. Helberti. S. Arnulfi. S. Aleranni. Signum Simonis. Signum Urſionis, S. Heriberti, S. Hagineri, S. Oilardi, S. Guigfridi, S. Franconis, S. Hugonis, S. Har- manni. Acta Bullioni anno Dominicæ Incarna- tionis MXCIII. indictione I. anno regni Hen- D rici quarti XXXVII. imperii X. pontificante domno Fulberto Trevirorum archiepiſco- po anno ſui pontificatus X.

(a) Hanc cartam edidit Miræus in notitia eccleſiarum Bel- i, ſed valde truncatam & cum nonnullis mendis, integram hic ex cartario Gorzienſi & ſanam damus.

CARTA HUGONIS DE LUPERCIACO
ſe ſuaque monaſterio Cluniacenſi donantis.

Anno 103. Ex cartario Cluniacenſi.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Notum ſit ſanctæ matris eccleſiæ filiis tam E præſentibus quàm futuris, quòd ego Hugo de Luperciaco cùm adhuc negotiis ſæcularibus implicatus huic mundo militarem, & honorem meum terrenum adversùs inſurgentes adver- ſarios prout poteram defenſarem, divina gra- tia præventus cœpi cogitare, qualiter circa me ineffabilis Dei bonitas egiſſet, quæ de terribili- bus periculis me indigniſſimum perſæpe libe- raſſet. Unde & in corde meo quæritabam, quid ei retribuerem pro omnibus quæ mihi bona pro F malis retribuiſſet. Communicato denique cum uxore mea Adaleisa conſilio, decrevi ex ejus conſenſu, & militum meorum lætabun- do aſſenſu, omnium terrarum & honorum, quos ab ipſo Deo vel ſanctis ejus & non à mortalibus dominis tenebam, poſt meum & ipſius meæ con- jugis, & filiæ quam unicam habebamus deceſ- ſum, Deo & ſanctis ejus Petro & Paulo & loco Cluniacenſi devotam donationem facere; & hæc omnia eccleſiæ ſanctorum martyrum Ger- G vaſii & Prothaſii quæ juxta prædictum caſtrum ab anteceſſoribus meis fundata eſt, in uſus Clu- niacenſium monachorum ibidem Deo ſervien- tium delegare. Quod ſicut alacriter decretum,

Digitized by Google

ita eſt fideliter impletum. Uterque ego videlicet & uxor mea ad ſacro-ſanctum altare acceſſimus, & coram multis idoneis teſtibus hanc delegationem perfecimus. Non multò poſt me indignum ſervum ſuum, Dei promovente clementia, ut crucem meam poſt ipſum bajularem memetipſum abnegavi, & à pio patre HUGONE Cluniacenſi abbate ſanctæ religionis habitum ſuſcepi. Hoc itaque modo, me à ſæculo decedente, & prædicta filia poſt paululum defuncta, domina illa quondam in ſæculo uxor, nunc in Chriſto ſoror mea, me interveniente jam factam donationem in manu YVONIS prioris penes ſupradictam ſanctorum martyrum eccleſiam iteravit & confirmavit, & pro inveſtitura totius donationis ad præſens quicquid in burgo qui eidem eccleſiæ adjacet, Luperciaco veteri cognominato, habebat, videlicet ſervos & ancillas, conſuetudines juſtas vel injuſtas, fratribus ipſius loci, ſine ullo retinaculo liberum perpetualiter poſſidere conceſſit, exceptis his de quibus aliqui milites ante primam donationem caſati fuerant, à quibus tamen ea cùm vellent, vel in vita vel in morte eccleſiæ reſtitui conſenſit. Anguſtias quoque loci ipſius, quibus incolæ nimium artabantur, metis circumquaque remotius à vico diſpoſitis ad habitacula ſive alia commoda facienda dilatavit: omnes etiam terras ipſius eccleſiæ, ubicumque eſſent, ab omni conſuetudine, ſi quam in eis juſtè vel injuſtè habuerat, penitus abſolvit: habitatoribus ipſius loci uſuaria tam in aquis, quàm in ſilvis benignè conceſſit. Caſtrum ſupradictum cum appendiciis ſuis quo ad uſque de ſæculo vel morte vel habitus mutatione recederet ſibimet reſervavit, & ipſum ſicut mihi ſe juraſſe coram multis aſſeruit nullo ſe impedimento perturbaturam magnopere promiſit. Ut autem hæc rata & inconvulſa permaneant, nomina teſtium qui interfuerunt ſubnotantur. Signum YVONIS prioris Cluniacenſis, Signum HUGONIS Luperciacenſis, qui hoc donum fecit, Signum HEINRICI olim Sueſſionenſis epiſcopi, tunc Clunienſis monachi, S. Lamberti capellani, & Chriſtiani presbyteri, S. Gaufridi de Jaliaco, S. Abonis de Butode, S. Rotgerii de Marriaco, S. Roberti de Limone & Hugonis Borni & Girberti de Luperciaco, & Uberti de Marroclas, & Walcherii militis & Hugonis de Senguer, S. Ebrardi de Sengue & Walterii de Scel, & filii ejus Rainaldi, & Richardi de Luciaco, & Hugonis de S. Francherio. Signum Frotmundi de Talaico, Signum Hugonis de Bretoneria, & Gualterii de Sengue. Acta ſunt hæc in Luperciaco veteri anno ab Incarnatione Domini MXCIII indictione I. epacta I. olimpiadis verò CCCCLXXIIII. anno II. regnante PHILIPPO rege Francorum anno XXXIIII.

NOTITIA DE EXPUGNATA URBE EXEA A SANCIO ARAGONUM REGE, & exturbatis ex ea Mauris.

Anno 1095. Ex eodem chartario.

VOs devedes ſaber, que en lo tempo de la conquiſta del Rey don SANCHE vino el compte de Bigorra, & GASTON DESPEZ noble, & otros cavalleros dè Gaſcuenya & del rey en la conquiſta de Exea, & viendo el rey & el compte, & los otros nobles & cavalleros, que tanto era fuerte el lugar que no lo podian aver del poder de los Moros enfieles dixo el compte de Bigorra, & don GASTON DESPEZ, & los otros cavalleros al rey: Senor, ſepias que aqueſte lugar y es muy fuert, & a tanto tempo que lo tenemos cercado, & no lo podemos aver, & Senor, ſi fueſen tu.... que tu quiſieſes faſer, una coſa que nos te diremos, con la ajuda de noſtro Senor Dios, tu aurias el lugar a ta mano. Et el ſenor rey dixo lez: Que toda aquella coſa quellos le diſieſen que la compliria por tal que pudien ſe aver el lugar a ſa mano. Las horas, el compte & los cavalleros le diſeron: Senor, ſepias que en Gaſcuena li a un monaſterio que ſe clama de Sancta Maria de la Selva Mayor, y alli ſe fazen muntos de miraglos por virtud de nueſtro Senor Dios, en meritos de un cucipo ſancto que elle ha, el qual ha nombre ſan GERALT, en el qual dito monaſterio ſe complen humildoſament los mandamientos de la ley & las obras de miſericordia, en do ſe fazen muntas almoſnas & muntos bienes piedoſament. Las horas, el ſenor rey oydos & entendidos los miraglos e virtudes qu'el

NOtum ſit vobis, quo tempore rex Sancius armis augendæ ditioni ſuæ incumbebat, veniſſe comitem Bigerrorum & nobilem virum GUASTONEM DESPEZ, alioſque nobiles equites ex Vaſconia cum regiis nonnullis ad Exeam expugnandam. Cùmque viderent rex atque comes, necnon alii nobiles equites, uſque adeo munitum eſſe locum, ut non poſſet infidelibus Mauris abripi; tum comes Bigerrenſis, & D. GUASTO DESPEZ, aliique equites regi dixerunt: Tam arduum munimentum, domine, quod à tanto tempore obſidemus, expugnare non poſſumus; ſi tamen volueris, domine, quam tibi indicabimus rem facere, Deo opitulante, locum expugnaturus es. Reſpondit rex, ſe quidquid propoſuerint facturum eſſe, ut munimentum aſſequi poſſit. Tum comes & equites: Domine, inquiunt, notum ſit tibi in Vaſconia eſſe monaſterium, dictum Beatæ Mariæ de Sylva-Majore, ubi miracula multa per Dei virtutem, & per merita ſancti cujuſdam ibi quieſcentis, cui nomen ſanctus GERALDUS, eduntur. In iſto autem monaſterio humiliter explentur præcepta legis & opera miſericordiæ; ibidem multæ eleemoſynæ erogantur, multaque pia opera eduntur. Tunc dominus rex, auditis miraculis & virtutibus, quas Dominus Deus noſter per merita iſtius ſancti operabatur, comiti & equitibus dixit: Quid autem me vultis facere? Reſponderunt comes, nobiles,

Digitized by Google

nueſtro Senor Dios demonſtrava per meritos del ſancto, dixo al compte & a los cavalleros, que coſa es aqueſta que me demandades que yo faga, & el compte, & el noble, & los cavalleros le dixeron: nos non podemos aver ni cobrar aqueſte lugar de Exea, ſi no y es la adjudada de Dios & de la Vergen MARIA, & de aqueſte cucipo ſancto de Senor ſant GERALT de la Seuva-mayor, & mercé tu y a: y es a ſaber que tu nos prometas & jurés en preſencia nueſtra a Dios, y a ſancta MARIA, & al cucipo ſanto de ſenor ſan GERALT de la Selva-mayor, que ſi ellos nos ajudan, & nos fazen bien e meil que nos hemos victoria, & es fuerſa de vencer los infieles, & cobrar el dito lugar de Exea a nueſtra mano, que tu nos atorgues, & nos dez luego de continent apora & a todos tempos jamas las decimas & primicias de pan & de vino, & de olivas & de conjamos, & de linos & de ganados groſſos & menudos, & de todas aquellas coſas ruſtiferas portantes fruito ſobre tierra. Las horas el ſenor rey otorga leſne: Et juro, & prometio al nueſtro Senor Dios JESU-CHRISTO, & a ſanta MARIA, & a cucipo ſanto de ſant GERALT de la Selva-mayor, que toda hora qu'el teniese el dito lugar de Exea a ſu mano por conquiſta del poder de los Mores infieles, & el nueſtro Senor Dios, & ſanta MARIA, & ſenor ſant GERALD les daba virtud, & esfuerſo & valor de vencer los infieles, en manera qu'el dito lugar podian cobrar y aver a ſu mano, qu'el daba & die las decimas todas, & primitias entegrament de todas aquellas coſas ſpecificadas & ordenadas de partes deſuſd. & ſuplicadas por los ditos compte, & noble, & cavalleros. Faytas las arogarias del ſenor rey, fizieron oracion, & comendaren ſe devotament con lagrimas plorando de los ſus güellos, & con ſuſpiros gemegando, & recomando ſe al nueſtro Senor Dios, & a ſanta MARIA, & al cucipo ſanto de ſenor ſant GERALT del monaſterio de la Selva-mayor, del qual fué el primero abbas. Eſtando confeſſados de todos ſos peccados avien contricion de aquellos, & perſeverando en verdadera penitentia, todos comunement ſeyendo concordes, aviendo ſperanſa & veria fé en nueſto Senor Dios, & en la Vergen ſanta MARIA, & en el cucipo ſanto de ſenor ſant GERALT de la Selva-mayor, fueron a combatir el dito lugar de Exea muy fuertment; de manera qu'el dite lugar por bella conquiſta entraron el lugar de ladita villa de Exea, & lo prendieron aſſi en eſta manera a ſu mano, & materon los Moros, & avieron victoria de los infielos, & depuez en ça qua han ſeydo todas las decimas & primicias ſobreditas del lugar de ladita villa de Exea et dito monaſterio de ſanta MARIA, & del cucipo ſanto del ſenor ſant GERALD de la Selva-mayor, honor del qual fué feyta la conquiſta, & fué edificata gleſia, & caſa, & ciminterio dentra..... fortaleſa de cucipo del lugar de ladita villa, clamada abbadia de Exea, en laqual fueren recollidas todas laſditas decimas & primicias del dito lugar a todos tempos, juxto lo pio metuviento feyto por el ſenor rey ſobreditos a los ditos compte, & noble, & cavalleros. Feyte fué aqueſta conquiſta del lugar de ladita villa de Exea Nonis Aprilis, anno Dominicæ Incarnationis MXCV.

A & equites: Hunc locum de Exea occupare, vel acquirere non poſſumus ſine auxilio Dei, Virginis Mariæ, & iſtius ſancti Geraldi de Sylva-majore; quamobrem opus eſt, ut promittas nobis, & præſentibus nobis juramentum præſtes Deo, ſanctæ Mariæ, & ſancto Geraldo de Sylva-majore, te, ſi nobis auxilium præſtare velint, nobiſque victoriam contra infideles concedere, ac munimentum de Exea in manus noſtras tradere, conceſſurum ſtatim eſſe, atque in perpetuum decimas & primitias panis & vini, & olivarum, & linorum & gregum B majorum, minorumve pecudum, omniumque rerum agri fructum ferentium. Tunc dominus rex illud conceſſit, ac juramento confirmavit, promiſitque Domino Deo noſtro JESU-CHRISTO, & ſanctæ Mariæ, & iſti ſancto Geraldo de Sylva majori, ſe, cùm primùm locum de Exea expugnare potuerit, & Mauros infideles ſuperare, ſi, inquit, Dominus Deus, & beata Maria, & dominus ſanctus Geraldus, virtutem fortitudinemque ſibi dederint ad vincendos infideles, ita ut memoratus locus in po-C teſtatem ſuam cedat, daturum primitias ac decimas integras illarum omnium rerum ſuprà memoratarum, & poſtulatarum à comite, nobilibus, & equitibus prædictis. Cùmque rex hæc pollicitus eſſet, orationem emiſerunt, & cum lacrymis gemitibuſque ſe devotè commendaverunt Domino noſtro Deo, beatæ Mariæ, & iſti ſancto Geraldo monaſterii de Sylva majore, cujus primus abbas fuerat. Cùmque peccata ſua omnia cum contritione confeſſi eſſent, & in vera pœnitentia perſeverarent, omnes D concordi animo, ſpe ac verâ fide muniti, erga Dominum Deum, beatam Virginem Mariam, & iſtum ſanctum D. Geraldum de Sylva-majore, expugnationi memorati loci de Exea fortiter incubuerunt, in illudque oppidum Exea irruperunt, captoque loco Mauros occiderunt, ac victoriam de infidelibus reportarunt; atque ab illo tempore decimæ ac primitiæ ſupradictæ loci de Exea pertinuerunt ad memoratum monaſterium beatæ Mariæ, & ſancti Geraldi de Sylva-majori, in cujus honorem locus expugnatus eſt; ædificataque eſt eccleſia, domus, & E cœmeterium intra oppidum & munimentum de Exea, quæ eccleſia vocata eſt Abbatia de Exea, in qua collectæ fuere prædictæ decimæ & primitiæ ejuſdem loci omni tempore, juxta piam promiſſionem factam à dicto domino rege ad memoratos, comitem, nobiles, & equites. Facta eſt hæc expugnatio loci de Exea Nonis Aprilis, anno Dominicæ Incarnationis MXCV.

(a) EPISTOLA (a) IMPERATORIS C. P. ad Robertum Flandriæ comitem.

Anno 1095. *Ex duobus ms. uno monaſterii ſancti Albini Andegavenſis, altero monaſterii S. Ebrulfi.*

DOmino & glorioſo Flandrenſium comiti ROBERTO & omnibus totius regni principibus, chriſtianæ fidei amatoribus, tam laïcis quàm clericis, imperator Conſtantinopolitanus ſalutem & pacem in eodem Domino noſtro JESU-CHRISTO & Patre ejus, ac Spiritu-ſancto.

O inclytiſſime comes & maxime fidei conſolator, notificare prudentiæ veſtræ volo quantum ſanctiſſimum imperium chriſtianorum Græcorum anguſtiatur fortiter à (b) Pincinaois & Turcis cotidie, & deprædatur & acquiritur ſine intermiſſione, & fiunt cædes diverſæ, & innenarrabiles chriſtianorum interfectiones, & deriſiones. Sed quia ſunt multa mala quæ agunt, &, ut diximus, inenarrabilia, de multis dicamus pauca, quæ tamen ſunt audita horribilia, & conturbant etiam ipſum aërem. Nam pueros & juvenes chriſtianorum circumcidunt ſuper baptiſteria chriſtianorum, & circumciſionis ſanguinem in deſpectum Chriſti fundunt in eiſdem baptiſteriis, & deſuper eos mingere compellunt, & deinceps in circuitu eccleſiæ eos violenter deducunt, & nomen & fidem ſanctæ Trinitatis blaſphemare compellunt. Illos verò nolentes ex diverſis pœnis affligunt, & ad ultimum eos interficiunt. Nobiles verò matronas ac eorum filias deprædatas invicem ſuccedendo ut animalia adulterando deludunt. Alii verò corrumpendo turpiter virgines ſtatuunt ante facies earum matres, compellentes eas nefarias & luxurioſas decantare cantilenas, donec compleant ſtupra ipſa ſua nefaria. Sic enim legimus actum in Dei populo antiquitus, quibus impii Babilonii poſt diverſa dilubria deridendo dicebant: *Hymnum cantate nobis de canticis Sion.* (Pſal. 136. 3.) Sic & in ſtupro filiarum matres compellunt nunc cantare cantilenas nefarias, quarum voces non cantum, ſed magis, ut credimus, plus reſonant planctum, ſicut ſcriptum eſt in morte innocentium, *Vox in Rama audita eſt, ploratus & ululatus multus, Rachel plorans filios ſuos, & noluit conſolari quia non ſunt.* (Math. 2. 18.) Sed licet matres innocentium, quæ per Rachel figurantur, non valuerint conſolari pro morte filiorum, valuerunt tamen conſolari pro ſalute animarum: Iſtæ tamen nullatenus, quod pejus eſt, conſolari valent, quia & in corporibus & in animabus pereunt. Sed quid adhuc? Veniamus ad deteriora. Totius ætatis & ordinis viros, id eſt pueros, adoleſcentes, juvenes, ſenes, nobiles, ſervos, & quod pejus & impudentius eſt, clericos & monachos, & heu proh dolor! & quod ab initio non dictum neque auditum eſt epiſcopos Sodomitico peccato deludunt, & etiam unum epiſcopum ſub hoc nefario peccato jam crepuerunt. Loca verò ſancta innumerabilibus modis contaminant & deſtruunt, & pejora eis minantur. Et ad hæc quis non plangit? Quis non compatitur? Quis non horret? Quis non orat? Nam pene tota terra ab Jeruſalem uſque Græciam, & tota Græcia cum ſuis regionibus ſuperioribus quæ ſunt Cappadocia minor, alia major, Frygia & Bithinia & minor Frygia, id eſt Troja, Pontum, Galatia, Lybia, Pamphilia, Iſauria, Licia & inſulæ principales Chio, & Milityna; & multæ aliæ regiones & inſulæ, quas non valemus modo enumerare, uſque Thracias, ab eis jam invaſæ ſunt, & fere jam nihil remanſit, niſi Conſtantinopolis, quam ipſi minantur citiſſimè nobis auferre, niſi auxilium Dei & fidelium chriſtianorum Latinorum velociter ſubvenerit. Nam & Propontidem qui & aridus dicitur, & ex Ponto juxta eamdem Conſtantinopolim in mare magnum decurrit; cum ducentis navibus invaſerunt, quas Græci ab eis prædati fabricaverunt, & remigiis velint nolint, deducunt, & minantur tam per terram, quàm per eamdem Propontidem Conſtantinopolim, ut diximus, velociter capere. Hæc pauca de innumerabilibus malis, quæ hæc impiiſſima gens agit diximus & ſcripſimus tibi, comes Flandrenſium chriſtianæ fidei amator. Cetera verò ob faſtidium legentium dimittamus.

Igitur pro Dei nomine & pro omnium Græcorum chriſtianorum pietate rogamus, ut quoſcumque fideles, Chriſti bellatores, tam majores, quàm minores, cum mediocribus in terra tua adquirere poteris ad auxilium mei & Græcorum chriſtianorum, huc deducas, & ſicut Galiciam & cetera Occidentalium regna anno præterito à jugo paganorum aliquantulum liberaverunt, ita & nunc ob ſalutem animarum ſuarum regno Græcorum liberare tentent: quoniam ego quamvis imperator nullum tamen mihi remedium, neque idoneum conſilium ſcio invenire, ſed ſemper à facie Turcorum & (c) Pinemacorum fugio, & tamdiu in ſingula civitate maneo, donec adventum eorum prope ſentio. Et melius ſubjectus eſſe veſtris Latinis cupio, quàm paganorum deludbriis. Ergo antequam capiatur ab eis Conſtantinopolis certare totis viribus maximè debetis, ut glorioſam & ineffabilem mercedem in cœlo gaudentes recipiatis. Nam melius eſt ut vos habeatis Conſtantinopolim, quàm pagani: quia in ea habentur prætioſiſſimæ reliquiæ Domini, id eſt ſtatua ad quam fuit ligatus, flagellum unde fuit flagellatus, clamys coccinea qua fuit indutus, corona ſpinea qua fuit coronatus, arundo quam vice ſceptri manibus tulit, veſtimenta quibus ante crucem ſpoliatus fuit, pars maxima ligni Crucis in qua cruci-

(a) Scripta fuiſſe videtur anno 1095. quo Alexius ad Urbanum II. concilium in Placentina civitate celebrantem legationem miſit, ipſum, *omneſque Chriſti fideles ſuppliciter imploravit, ut aliquod auxilium ſibi contra paganos pro defenſione ſanctæ eccleſiæ conferrent, quam pagani jam in illis partibus deleverant, qui partes illas uſque ad muros urbis Conſtantinopolitanæ civitatis obtinnerant*, inquit Bartholdus Conſtantienſis.

(b) al Pincinatis.

(c) al Pincinatorum.

fixus fuit, clavi quibus affixus fuit, linteamina poſt reſurrectionem in ſepulchro inventa, duodecim cophini fragmentorum de quinque panibus & duobus piſcibus, caput cum capillis integrum & barba ſancti Johannis Baptiſtæ, reliquiæ vel corpora multorum Innocentium, quorumdam prophetarum & apoſtolorum & martyrum & maximè ſancti Stephani protomartyris & confeſſorum & virginum, quæ ob nimium incrementum ſingulariter ſcribere intermiſimus. Quæ tamen omnia prædicta chriſtiani magis quàm pagani habere debent, & munimen magnum erit omnibus chriſtianis, ſi hæc omnia habuerint; detrimentum verò & judicium, ſi perdiderint. Quod ſi ob hoc certare noluerint, & aurum magis amaverint, in ea plus invenient aurum quàm in toto mundo. Nam ſoli theſauri eccleſiarum Conſtantinopolis in argento, auro, gemmis & lapidibus pretioſis & pannis ſericis, id eſt, palliis ſufficere poſſint omnibus mundi eccleſiis: quos tamen omnes theſauros ineſtimabiliter theſaurus matris eccleſiæ, ſcilicet ſanctæ Sophiæ, id eſt Dei ſapientiæ ſuperat, & abſque dubio theſauro templi Salomonis coæquari poteſt. Quid iterum de infinito nobilium theſauro dicam, cùm theſaurum negotiatorum ruſticorum nemo æſtimare poſſit? Quid invenitur in præteritorum imperatorum theſauris? Pro certo dico non erit lingua quæ illum recitare valeat; quoniam non ſolum Conſtantinopolitanorum imperatorum ibi theſaurus habetur, ſed etiam omnium antiquorum Romanorum imperatorum theſaurus ibi eſt tranſlatus, & in palatiis abſconditus. Quid amplius dicam? Quod certè patet oculis hominum, nihil eſt quantum ad illud abſconditum. Currite ergo cum tota gente veſtra, & omnibus veſtris viribus certate, ne talis theſaurus in manibus Turcorum & Pincinatorum cadat: quia cùm ſint infinita, adhuc LX. millia expectantur cotidie, & timeo ne per illum theſaurum paulatim noſtros ſeducant cupidos milites: quemadmodum Julius Cæſar olim fecit, qui regnum Francorum cupiditate invaſit, & quomodo antichriſtus capturus totum mundum in fine mundi eſt acturus. Agite ergo dum tempus habetis, ne chriſtianorum regnum, & quod majus eſt, Domini perdatis ſepulcrum, & inde non judicium ſed mercedem habeatis in cœlum. Amen.

BULLA URBANI PAPÆ II.
pro monaſterio Novo Pictavenſi.

Monaſterium Novum, cujus eccleſiam dedicaverat, ſub ſedis apoſtolicæ protectione ſuſcipit, illudque Cluniacenſi monaſterio ſubjicit.

Anno 1096. URBANUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei: Reverendiſſimo fratri HUGONI Cluniacenſi abbati, ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Ad hoc nos diſponente Domino, in apoſtolicæ ſedis ſervitium promotos agnoſcimus, ut ejus filiis auxilium implorantibus efficaciter ſubvenire, & ei obedientes tueri ac protegere, prout Dominus dederit, debeamus. Unde oportet nos venerabilibus locis manum protectionis porrigere, & ſervorum Dei quieti attentiùs providere. Proinde venerabili monaſterio, quod bonæ memoriæ GUILLELMUS Pictavorum comes, in ipſius urbis ſuburbio, ad honorem beatæ Mariæ ſemper virginis, & ſanctorum apoſtolorum Johannis & Andreæ conſtruxit, nos tam pro ejuſdem Dominæ noſtræ, & ſanctorum apoſtolorum devotione, quàm pro tuæ religionis eximiæ dilectione, hujuſmodi privilegium ex benignitate ſedis apoſtolicæ indulgemus. Statuimus enim ut quæcumque bona, quaſcumque poſſeſſiones ſupramemoratus comes, ſeu fideles alii de ſuo jure eidem monaſterio contulerunt, & quæcumque hodie juſtè poſſidet, ſive in futurum juſtè & canonicè poterit adipiſci, firma ſemper & illibata permaneant, tam à te, quàm ab eis qui in tuo officio, locoque ſucceſſerint, perenni tempore, ſine inquietudine aliqua poſſidenda, regenda, ac diſponenda, ſicut à prædeceſſore noſtro ſanctæ memoriæ Gregorio VII. juxta petitionem ſupradicti comitis inſtitutum eſt. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat eamdem eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, vel temerariis vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſerventur, eorum pro quorum ſuſtentatione & gubernatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Item conſtituimus, ut obeunte abbate, non alius ibi quâcumque obreptionis aſtutiâ, vel violentiâ præponatur, niſi quem tu, tuique ſucceſſores, ſecundum timorem Dei elegeritis. Electus autem, à Pictavenſi epiſcopo conſecretur, omni profeſſionis exactione ſepoſitâ. Conſecrationes altarium, ſive baſilicarum; ordinationes monachorum, ſive clericorum, qui ad ſacros fuerint ordines promovendi, ab eodem epiſcopo accipiant; ſiquidem gratiam atque communionem apoſtolicæ ſedis habuerit, ſi ea gratis ac ſine pravitate voluerit exhibere: alioquin, liceat eis catholicum quem maluerint adire antiſtitem, & ab eo conſecrationum ſacramenta ſuſcipere. Quia verò ejuſdem monaſterii eccleſia, largiente Domino, noſtris eſt manibus conſecrata, hoc quoque præſenti capitulo ſubjungimus, ut nec epiſcopo, nec epiſcopi miniſterio cuiquam facultas ſit temerè citra noſtram, vel legati noſtri licentiam in locum illum excommunicationis proferre ſententiam, quatinus & abbates ejus & monachi, ab omnis ſervitii ſint infeſtatione ſecuri, omnique gravamine mundanæ oppreſſionis remoti, in ſancta religionis obſervatione ſeduli, quietique perſiſtant, nec ulli alii, niſi abbati Cluniacenſi aliquâ teneantur occaſione ſubjecti. Si qua ſanè eccleſiaſtica ſæcularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam venire tentaverit, ſecundò, tertiòve commonita, ſi non ſatisfactione congruâ emendaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino

Digitized by Google

judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini, Redemptoris noſtri JESU-CHRISTI aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat; cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri JESU-CHRISTI, quatinus & hi fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Datum apud Angeliacum per manum Johannis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ diaconi cardinalis, VII. Idus Aprilis, indictione IIII. anno Dominicæ Incarnationis MXCVI. pontificatûs autem domni Urbani ſecundi papæ IX.

CHARTA SANCII REGIS ARAGONUM de dono decimarum Exceiæ & Pratelæ facto monaſterio Silvæ-Majoris.

Anno 1096. Ex Silvæ-Majoris cartario.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego SANCIUS Dei gratia rex Aragonenſium pro ſalute animæ meæ ac parentum meorum ad ſervitium ſanctæ Mariæ Majoris-Silvæ, & ejuſdem loci ſervitoribus unà facio donum cum filio meo PETRO, & uxore mea nomine FELICIA de decimis parochiæ Exceiæ & Pratelæ, & quando Dominus pro ſua pietate, dederit ipſas villas ſanctæ chriſtianitati, utriuſque villæ Meſchitas ad eccleſias ibi faciendas Deo & ſanctæ MARIÆ Majoris-Silvæ. Hoc autem facio tali modo, ut eccleſia Silvæ-Majoris ſemper decimas habeat & primitias, & alias eccleſiaſticas cauſas de ipſis villis Seiæ & Pratelæ (*) & de omnibus terminis & adjacentiis ſuis, & de his omnibus quæ adquirenda ſunt ſuper Sarracenos unde decima exire potuerit. Hanc donationem ego SANCIUS Dei gratia rex, ſicut ſcriptura iſta teſtatur, facio: ſimiliter & uxor mea FELICIA regina, & filius meus PETRUS-SANCII nomine, & hoc ſignum propriis manibus notifico. Facta eſt charta iſta in æra MCXXXIIII. regnante Domino noſtro JESU-CHRISTO & ſub illius clementia ego SANCIUS gratia Dei rex in Pampilone & Aragonia; & filius meus PETRUS in Superatii & in Ripa Curza. PETRUS epiſcopus in Pampilona, alius epiſcopus PETRUS in Jacha. Ego enim GALINDO ſcriptor ſub juſſione regis hanc cartam ſcribere feci.

SALVITAS ABBATIÆ S. PETRI de Generés Tarbenſis diœceſis.

Anno 1096. Ex Generenſi cartario.

GUILLELMUS Auxitanus archiepiſcopus, ODO ſecundus Generenſiſque abbas tertius, BERNARDUS Bigorrenſis, SANCIUS Laſcurrenſis & BERNARDUS Aquenſis epiſcopi, Generenſem eccleſiam in honorem apoſtolorum Petri & Pauli, ipſiſque monentibus & præcipientibus BEATRIX vicecomitiſſa Bigorrenſis, GASTO vicecomes Bearnenſis, ASTANOVA comes Fidiacenſis, AUGERIUS vicecomes Mirimontis, BERNARDUS de Caſtello Bajaco, RAYMUNDUS de Benaco, PETRUS de Bideſe, ODO de Auriaval, RAYMUNDUS de Uſſu, comes BONUS & frater ejus, BERENGARIUS de Cera, GUILLELMUS Bernardi de ſancto Paſtore, ODO de Earetgia, P. Guillelmi de Iſaracco, ODO de Caſtellione, BERNARDUS de Spodio, RAYMUNDUS de Dani, OLIVERIUS de Auriaco, OLIVERIUS de Arbocava, RAYMUNDUS Garſiæ de Gavaſto & plures alii nobiles viri jurando renovaverunt ſalvitatem beati Petri, quæ nuper à SANCIO comite ejuſdem loci conſtructore firmata, pene oblivioni tradita fuerat. Actum anno ab Incarnatione Domini MXCVI. II. Idus Octobris, præſidente Romanæ eccleſiæ URBANO papa ſecundo.

(*) Diœceſis Cæſarauguſtanæ.

NOTITIA DE DEDICATIONE eccleſiæ Carrofenſis per Urbanum papam II.

Anno 1096. Ex cartario Carrofenſi.

QUoniam ab antiquis temporibus mos prudenter obtinuit eccleſiaſticus, quæ chriſtianæ religionis utilitatibus profutura crediderit ad poſteriorum memoriam ſcribendo reducere, congruum fore decrevimus, per ſcriptum ſucceſſoribus noſtris, quaſi vivum ac recens delegare, qualiter dominicum altare apud Carrofum à domno papa URBANO II. tempore domni PETRI poſt FULCRADUM abbatem abbatis conſecratum fuerit. Prædicto igitur papâ concilium apud Clarum-montem celebrante, præfati abbatis prudentia ipſius apoſtolici viri majeſtatem adiens, rogavit qualiter ſpecialis ejus benignitas Karrofenſe monaſterium viſere atque conſolari dignaretur, ſummumque ejus eccleſiæ altare ab ipſo ſolemniter conſecraretur. Jam etenim multò ante LEO ſanctiſſimus papa, Magni CAROLI contemporaneus, aliud in eodem cœnobio auctoritate apoſtolicâ benedixerat. Super ipſum autem aliam Carrofenſes conſtruxerant aram. Ad hujus ergo altaris conſecrationem, totiuſque monaſterii reconciliationem dextram abbas exigebat apoſtolicam. Qui, ut pius, piis ſemper extitit, magnorum virorum habito conſilio, ad abbatis preces curæ paſtoralis inclinando aures, cum illo ſuorum ſacratiſſimo comitatu Carrofſum divino ducatu tandem pervenit. In cujus adventu quanta qualiave nobilium, necnon populorum occurrerint gaudia, tam venerabilis loci, ipſiuſque Romani pontificis debita reverentia intuitu perſpicaci competenter conſiderata, faciliùs poterit perpendi. Hic quippe locus à priſco tempore, utpote Regis regum honori ſpecialiter dedicatus, non ſolùm à finitimis, verùm etiam à longè remotis uſque ad id temporis maximo eſt in honore habitus. Ceterùm omnes nimiùm lætabantur, divinæ pietati gratias agentes, noſtris in partibus tantum paſtorem proſpexiſſe, cum ſuorum perpaucis anteceſſorum comprobari poſſit tale quid contigiſſe. Ad tantam itaque novitatem rei meritò undique

Digitized by Google

ndique hilari mente confluebant populi; vix A
nim oculus viſu, vel auris ſatiatur auditu.
rbitrabantur verò ſe magnam ſuorum pecca-
inum indulgentiam adepturos, ſi, ut dece-
it, ad tam glorioſæ officium conſecrationis
adunari quoquo modo valerent. Quod &
omino efficiente, ad effectum pii illorum af-
ctûs militavit. Religioſus tandem apoſtolicus,
mmi Salvatoris aram, Spiritûs-ſancti vir-
te conſecraturus, altaris gradus conſcen-
ens, ante ipſum ſtetit, girantibus illum non
libus perſonis; ſimulque in tanto myſterio B
milium devotione cooperantibus, quorum
mina ſingillatim ſubſcribentur. Quàm ſpe-
oſum, quàm ſalutiferum, epiſcopales, ar-
iepiſcopales, illas inſuper papales manus in-
cri, quàm ſanctè, quàm affectuosè, ſuum
rtatim exercendo moderarentur officium!
ſe namque paſtor URBANUS urbanè ac cu-
iliter omnia, ſicut omnium caput & magi-
er, incipiens ſacrata largiflue lympha, chriſ-
ate cum oleo copiosè ipſum altare inrorans,
opriis manibus infundens atque liniens, filiiſ- C
e in Domino, ut idem agerent, modeſto
ltu indicens, donec, ut mos apoſtolicus in
m ſublimi obſervat officio, cuncta viriliter
regit, toto mentis ac corporis viſu elabora-
t. Peractâ igitur, more eccleſiaſtico, conſe-
atione, ſuper ipſum altare ſolemnem iſdem
ntifex Romanus miſſam celebravit. Huic ſi-
idem operi affuerunt, AMATUS Burdega-
ſis archiepiſcopus, ſanctæque ſedis Romanæ
gatus; HUGO Lugdunenſis archiepiſcopus,
militerque legatus; DAIBERTUS Piſarum D
chiepiſcopus; RAMGERIUS* Riſenſis ar-
iepiſcopus; PETRUS Pictavorum, BRUNO
gnienſis epiſcopus, JOHANNES cardinalis
aconus. Facta ſunt autem hæc IV. Idus Ja-
arii, feriâ ſcilicet V. quæ tunc ante beati
ilarii feſtum fuit, anno ab Incarnatione Do-
ini MXCVI. pontificatûs domni URBANI II.
pæ anno VIII.

in primis præliis, ſed quid hæc? quid unus in mille? Ubi nos habemus comitem, hoſtes XL. reges; ubi nos turmam, hoſtes legionem: ubi nos militem, ipſi ducem; ubi peditem, ipſi quoque comitem; ubi nos caſtrum, ipſi regnum. Nos autem non confiſi multitudine, nec viribus, nec præſumtione aliquâ, ſed clypeo Chriſti, & juſtitiâ protecti, Georgio & Theodoro, & Demetrio, & beato Baſlio, militibus Chriſti verè nos comitantibus, hoſtium cuneos ſecuri penetravimus & penetramus, & in quinque generalibus bellis campeſtribus, Deo vincente, vicimus. Sed quid plura? ex parte Dei & noſtra, patriarcha & epiſcopi, omniſque ordo Domini præcipiendo oramus, materque noſtra ſpiritualis clamat: Venite, filii mei dilectiſſimi, venite ad me; ſuſcipite coronam ab inſurgentibus in me idolatria filiis, ab initio mundi vobis prædeſtinatam. Venite ergo, oramus, militatum in militia Domini, ad eumdem locum in quo Dominus militavit, in quo Chriſtus paſſus eſt pro vobis, relinquens vobis exemplum, ut ſequamini veſtigia ejus. Numquid non Deus innocens pro vobis mortuus eſt? Moriamur ergo & nos, non pro eo, ſed pro nobis, ut moriendo mundo, vivamus Deo. Tamen non oportet nos mori, nec multùm pugnare. Quod enim fuit gravius ſuſtinuimus; verùm caſtra, civitateſque retinendæ à nobis multùm imminuerunt exercitum. Venite ergo, feſtinate præmio remunerandi. Ecce noſtri ſanguinis effuſione undique viæ; nihil vobiſcum afferatis, niſi quæ pertinent uſque ad nos. Viri tantùm veniant, feminæ adhuc dimittantur. De domo in qua duo ſunt, unus veniat expeditior ad bellum, & maximè qui vota fecerunt; niſi veniant, & vota perſolvant, excommunicamus, & à communione eos Eccleſiæ removemus. Patriarcha, & apoſtolicus, & epiſcopi; & vos idem facite, quòd nec apud vos ſepulturam habeant, niſi certam remanendi cauſam habeant. Valete.

PISTOLA PATRIARCHÆ E
Jeroſolymitani, & aliorum epiſcoporum ad Occidentales.

Significant victoriam à paganis reportatam; petuntque novas adverſus eos ſuppetias.

JEroſolymitanus patriarcha, & epiſcopi, tam Græci, quàm Latini, univerſaque militia omini, Occidentali Eccleſiæ conſortium cœ-
ſtis Jeruſalem, & ſui laboris præmii portio-
em.

Quoniam Eccleſiæ incremento gaudere vos
on ignoramus, & ſollicitos ad audienda, tam
dverſa, quàm proſpera, credimus, amplia-
onis proſperitatem ſic notificamus. Innoteſ-
at igitur caritati veſtræ Deum in XL. princi-
alibus civitatibus, & in ducentis caſtris ſuæ
cleſiæ triumphaſſe, tam in Romania, quàm
Syria, & nos adhuc habere de loricatis præ-
er vulgus centum millia, amiſſis tamen multis

EPISTOLA BOAMUNDI
ROBERTI Guiſcardi filii, RAYMUNDI comitis S. Ægidii, GODEFRIDI ducis, & HUGONIS Magni, ad univerſos Chriſti Fideles.

De pace cum imperatore inita, & victoria in paganos reportata.

BOEMUNDUS filius RODBERTI, atque RAYMUNDUS comes ſancti Ægidii, ſimulque GODEFREDUS dux, atque HUGO Magnus, majoribus & minoribus totius orbis fidei catholicæ cultoribus vitam adipiſci perpetuam. F *Anno 1097. Ex mſ. S. Albini Andegavenſis.*

Ut notum ſit omnibus, qualiter inter nos & imperatorem facta ſit pax, & quomodo in terra Sarracenorum nobis poſtquàm illic venimus evenit, dirigimus ad vos hunc noſtrum legatum, qui omnia quæ apud nos facta ſunt vobis per ordinem diligenter ediſſerat. Primùm di-

Digitized by Google

ctum eſt quòd imperator, medio menſe Maio, (A) dedit nobis fiducias atque ſecuritatem cum juramento dandi etiam nobis obſides, ſcilicet nepotem ſuum atque generum ſuum, adjungenſque in his, quòd nemini peregrinorum ſancti ſepulchri contumeliam ampliùs ſe inferre conaretur. Poſteà miſit protopatronum ſuum per omnem terram ſuam, dirigens eum uſque ad Duratium, juſſitque ut aliquem peregrinum tangere in malo nemo auſus eſſet: quòd ſi quis hoc infringeret, ſuſpendii pœnam ilicò dignè (B) ſubiret. Quid plura? modò revertamur ad ea quibus maximo gaudio veſtra repleri debeant corda. In finem verò menſis Maii prælium fieri cum Turcis ſtabilivimus. Illos autem, Deo gratias, devicimus. Ex illis autem proculdubio triginta millia mortui ſunt. Ex noſtris verò tria millia in pace defuncti ſunt, qui ſine ulla dubitatione vitâ gloriantur æternâ. Ibi certè innumerabiliter copia auri & argenti, atque pretioſarum veſtium, necnon & armorum, nos (C) omnes recuperavimus. Nicæam quoque ingentem civitatem virtute forti comprehendimus, & ultra eam, caſtra & civitates per decem dietas adquiſivimus. Poſt hæc autem apud Antiochiam magnum bellum fecimus, quod multùm viriliter devicimus, adeo quòd ex eis ſeptuaginta millia occiſi ſunt; ex noſtris verò decem millia in pace defuncti ſunt. Quis tale gaudium vidit? ſive enim vivimus, ſive morimur, Domini ſumus. Ad hæc pro certo ſciatis re- (D) gem Perſarum in feſtivitate omnium ſanctorum nobis prælium ſe peracturum mandaſſe, aſſerens quòd ſi nos devicerit, nullatenus cum rege Babyloniæ, aliorumque plurimorum regum paganorum ſuper chriſtianos venire ceſſabitur; porrò ſi perdiderit, ſe, omneſque quos adungere poterit, chriſtianos futuros eſſe ſpopondit: unde vos omnes valde precamur, ut inde jejunia ac eleemoſynas, miſſaſque cum devotione aſſiduè faciatis. Specialiter tertium (E) diem ante feſtum, qui eſt dies veneris, in quo, triumphante Chriſto, prælium potenter commiſſuri ſumus, devotè cum multis orationibus & eleemoſynis adjuvetis. Valete.

(a) EPISTOLA S. ANSELMI (a) Cantuarienſis archiepiſcopi ad Hugonem archidiaconum.

Significat quanto cum honore & munificentia ab omnibus in exilio ſuo ſuſceptus fuerit.

Anno 1099. *Ex ms. codicibus eccleſiæ Turonenſis & monaſterii Prulliacenſis.*

ANSELMUS Dei gratia archiepiſcopus Cantuarienſis, quamvis exſul, vero & dilecto amico HUGONI archidiacono ſalutem & benedictionem Dei & ſuam, ſi quid valet.

Fidelis Dei dormitio non dormit neque dormitat, neque ulla ſæculi perturbatio aut ullus caſus illam fatigat, & ſemper ejus quem diligit præſentiam deſiderat Et quoniam de dilectione tua certus ſum, quod abſens per meam præſentiam non poſſum, ſaltem per litteras quid mea ſit aliquatenus ſignifico. Dei gratia diſponente & orationibus ſervorum Dei, qui in multis locis longè latèque ſua gratia propter Deum me diligunt, me proſequentibus, ex quo de Anglia, quomodo Deus ſcit, nec obliviſceris, exivi, nullam ſenſi temporalis rei in his quæ neceſſaria mihi fuerunt indigentiam, nec ullius malivolentia tantùm nocere potuit, quantum benevolentia Dei me juvare voluit. Tantam enim gratiam ſua pietate mihi Deus largitur apud multos, quorum numerum neſcio modo, epiſcopos, abbates, & principes & divites hujus ſæculi & minoris ordinis, à mari Barenſi uſque ad mare Bonienſe, ut plus timeam multos offendere me abſentando, quàm eos frequentando. Inter quos venerabilis archiepiſcopus Lugdunenſis gaudet ad præſens ſe ſuam mihi munificentiam copioſè & honorificè exhibere; & deſiderat me ſemper ſecum, quamdiu exſul ero ab eccleſia noſtra, manere. Quod non tam Deus meis meritis facit, quàm ſuæ bonitatis abundantia. Quid autem de me futurum ſit, vel quid facturus ſim nulla certitudine tibi poſſum ſcribere: ſed divinæ benignitatis me committo penitus diſpoſitioni. Tibi autem de me nihil melius ad præſens poſſum conſulere, quàm ubi nunc es, ibi ſtudeas Deo ſervire, donec Deus aliter te & vitam tuam velit ordinare ſub gratia ſua. Saluta domnum G. ut dilectum noſtrum. Saluta dilectiſſimas filias noſtras abbatiſſas, quibus mando benedictionem Dei & noſtram quam poſſum, & roga eas, ut orent pro me. Hoc unum ſcito, quia ſpero in Deo; & hæc voluntas noſtra: quia ſicut propter timorem & amorem Dei & honorem ejus & eccleſiæ ejus egreſſus ſum de Anglia: ita numquam ingrediar in illam, niſi propter & ſecundùm eamdem cauſam, in quantum intelligere potero. Huic pauperi precor ut melius ſit ex parte tua propter amorem noſtrum: quoniam per multa pericula & multo labore portat nuncium noſtrum. Saluto vos ego frater (F) E. coexſul Domini & patris noſtri archiepiſcopi, gratias agens Deo & illi quia dignus habitus ſum hujus exſilii conſortio. Rogo etiam ut quos domnus archiepiſcopus ſalutat ex parte ſua ſalutetis ex noſtra.

Eadmerus.

(a) lib. 3. epiſt. 47. pag. 384

(a) Tres hic ſubjicimus S. Anſelmi Cantuarienſis archiepiſcopi epiſtolas, quæ ſummam Gerberonii noſtri diligentiam fugerunt, licet incredibili pene labore ex variis manuſcriptis undecumque conquiſitis, novas numero ſupra centum hactenus ineditas, in adornata ab ipſo Operum ſancti Anſelmi editione publici juris fecerit. Alteram ad Paſchalem ſummum pontificem Cl. V. Henricus Vvarton in Angliæ ſacræ tomo 2. pag. 178. dedit cum hac Epigraphe *Epiſtola Anſelmi vitiata in editione* * *Operum Anſelmi Pariſiis* MDCLXXV. *à Gabriele Gerberonio adornata, ex codice ms. vetuſto bibliothecæ Lambethanæ reſtituta.* Hanc inſcriptionem ut legi, non potui non mirari ſummam viri eruditi oſcitantiam, (nam malam fidem ſuſpicari prohibet vel ipſe libri ſui titulus, quo non obſcurè fatetur *Angliam ſacram* extitiſſe ad annum uſque MDXL. hoc eſt quamdiu Romano Pontifici tamquam vero ac legitimo capiti adhæſit) ſanè ſi non perfunctorie & forte præcipiti oculo Gerberonii editionem perluſtraſſet, illàm ipſam epiſtolam, quam reſtituere ſe arbitratus eſt; puram putam qualem ipſe typis mandavit reperiſſet à Gerberonio editam lib. 4. epiſt. 4. pag. 428. Igitur duas Anſelmus ad Paſchalem ejuſdem argumenti ſcripſit epiſtolas, unam quæ lib. 3. extat numero 47. alteram inter novas lib. 4. epiſt. 4. quam ſi legiſſet Vvhartonus, procul dubio non recudiſſet, multo minus malæ fidei Gerberonium inſimulaſſet.

Digitized by Google

EJUSDEM EPISTOLA ad Eulaliam abbatiſſam.

Litteras quas ab eo deſideraverat mittens, hortatur ut ſinceram erga ſe dilectionem in amore Dei & aliis piis operibus fervendo demonſtret.

ANSELMUS archiepiſcopus ſororibus ſuis in Chriſto cariſſimis dominæ abbatiſſæ EULALIÆ & omnibus filiabus ſuis ſalutem & benedictionem Dei & ſuam quam valet.

Per quemdam ſervientem regis, qui mihi ſigillum ejus detulit, petiit dilectio veſtra, ſicut ipſe dixit, noſtris litteris ſalutari: quod malui facere per legatum meum, quem ſciebam me in proximo tunc miſſurum in Angliam. Scio quia abundantia veſtræ & religioſæ dilectionis hoc facit, ut litteras noſtras libenter videre velitis, ut cùm meam præſentiam, quam religioſo affectu deſideratis, ſecundùm voluntatem veſtram habere non poteſtis, ſaltem per epiſtolam meam aliquatenus illam vobis exhibeatis, forſitan ut in me memoriam veſtri, ne quando obdormiat, exerceretis. Denique ſicut ſcio, quia bona voluntas & ſincera dilectio in vobis erga me non frigeſcit: ita ſcitote quia erga vos in me non tepeſcit. In hoc autem maximè volo vos noſtri memores eſſe, & me, ſicut facitis, diligere, ut ſicut ſcitis deſiderium meum, in amore Dei omnes ſtudeatis indeſinenter fervere; & vos quæ ſubditæ eſtis matri veſtræ, obedientiam, non ad oculum, ſed intimo corde ſatagatis exhibere. Scio quia adverſitates & tribulationes ex diverſis partibus ſuſtinetis; ſed tunc magis ad ordinis & vitæ veram cuſtodiam ſtudere debetis; quia plus bene vivendo conſolationem Dei impetratis, quàm ſi aliquatenus propter aliqua ſolùm impedimenta à veſtri propoſiti fervore ceſſatis. In quocumque ſecreto ſitis, certæ eſtote, nec ullatenus dubitetis, quia unaquæque habet angelum ſuum, qui omnes cogitatus & actus ejus videt & notat, & invicem ad Deum reportat. Moneo itaque vos, filiæ chariſſimæ, ut in occulto & in aperto unaquæque ſic motus cordis & corporis ſui cuſtodiat, ac ſi angelum ipſum cuſtodem ſui oculis corporalibus præſentem videat. Omnipotens Deus vos ſua benedictione protegat, & ad conſpectum gloriæ ſuæ perducat. Amen. De reditu noſtro ſcio quia vultis aliquid cognoſcere, ſed nihil certum vobis ad præſens poſſum ſcribere, orate ut faciam ſecundùm beneplacitum voluntatem Dei.

EJUSDEM ALTERA EPISTOLA ad Eulaliam abbatiſſam & ipſius congregationem

Hortatur eas ad perfectionem & ne minima ſpernant.

ANSELMUS Dei diſpoſitione vocatus archiepiſcopus dominæ & matri reverendæ abbatiſſæ EULALIÆ & ſanctæ congrega-

A tioni illi commiſſæ in ſanctitate ſemper proficere & ad beatitudinem pertingere.

Quamvis veſtrum ſanctum ſtudium mea monitione non egeat, cogit me tamen dilectio quam erga vos habeo, & officium meum, ut vobis aliquid exhortando ſcribam. Conſiderate inceſſanter, filiæ & ſorores meæ dilectiſſimæ, quia in cœlum propoſuiſtis aſcendere, ut ibi regnetis, & regno gaudeatis cum Domino & amico veſtro JESU-CHRISTO, qui ibi vos expectat & expectando aſſiduè invitat: quippe quam-

B diu homo vivit, aut aſcendit in cælum bene vivendo, aut deſcendit in infernum male vivendo. Si ergo ad hoc quod propoſuiſtis vultis pertingere, neceſſe eſt vos ſanctis actionibus illuc quaſi quibuſdam paſſibus proficere. Diligenter igitur vitæ veſtræ curſum diſcutite, non ſolùm in operibus, ſed & in verbis; non ſolùm in his & in minimis cogitationibus, ne fortè cùm in omnibus his ſemper debeatis curſum tendere, aliquid ibi inveniatur quod magis ſit deſcendere. Quod ſi benè vultis cuſtodire, expedit ut ſemper il-

C lud cogitetis, quod veriſſimè ſcriptum eſt, *Qui modica ſpernit paulatim decidit.* Qui enim paulatim decidit, non proficit, ſed deficit: & qui deficit, non aſcendit, ſed deſcendit. Hoc ergo curate ſollicitè, ut nihil tam parvum ſit quod de ordine veſtro ubi vos videre poſſitis violetis, & ſic ſanctis paſſibus in cœlum, quod utinam adjuvante Deo, fiat, aſcendetis. Oro ut pro me oretis, & tantò attentiùs, quantò ſcitis me de dilectione veſtra confidere: quoniam numquam cognovi me magis quam nunc orationibus in-

D digere. Tam malè enim ſum in archiepiſcopatu, ut certè, ſi ſine culpa dicere poſſum, mallem de hac vita exire, quàm ſic vivere.

JUDICIUM AMATI ARCHIEPISCOPI Burdigalenſis & apoſtolicæ ſedis legati in gratiam monaſterii ſanctæ Crucis.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri JESU-CHRISTI. AMATUS ſanctæ Romanæ *Anno 1099. Ex cartario ſancti Crucis Burdigalenſis.*

E eccleſiæ legatus, Burdegalenſium quoque archiepiſcopus. Quoniam ſæpiſſime hominum memoria mundanis adeo ſolicitudinibus impeditur, quòd non ſolùm olim, ſed etiam nuperrime geſtorum obliviſcitur: ut deinceps præſentium mens litteris excitata, quæ vidit & audivit facilè imaginetur, & futurorum ingenia iiſdem notulis de præteritis erudiantur: placuit paucis comprehendere, & ſcriptis ſanctæ matris eccleſiæ fidelium tam præſentium quàm futurorum mentibus inſerere, qualiter contro-

F verſiam inter abbatem ſanctæ Crucis, videlicet domnum FULCONEM, & decanum domnum PETRUM, ſuper eccleſia ſancti Michaëlis exortam infringibili judicio ſedavimus. Conſiſtentibus namque in præſentia noſtra abbate cum ſuis, & decano iterum cum ſuis, totiuſque cauſæ rationibus utrimque attenta ſpiculatione circumſpectis illorum cauſæ tale judicium impoſuimus. Si abbas ſanctæ Crucis tenorem ſancti Michaëlis à prædeceſſore ſuo A. &

Digitized by Google

à ſeipſo habitum, prout multis confirmat aſſertionibus, ipſe cum duobus ſuis monachis ſacramento probaverit, quietè in poſterum eccleſiam habebit; ſin autem, ipſius cauſæ ſuperſedendum decrevimus. Quod judicium arguente rectitudinis examine collaudandum cunctis enituit. Quocirca in conſpectu omnium ibidem conſiſtentium abbas ſanctæ Crucis domnus FULCO aſſurgens cum ſuis ſuper quatuor evangelia juravit quod prædeceſſor ſuus bonæ memoriæ A. Trencardi cum ſuis monachis à reverendiſſimo prædeceſſore noſtro Domino GOSCELINO & à ſancti Andreæ capitulo eccleſiam ſancti Michaëlis extra urbem ſuper Garonam ſitam prorſus ex integro in jus ſanctæ Crucis acquiſivit, præter illud quod vocatur triceſimum & confeſſiones. Et ut prædictus abbas & ſui, juxta ſanctorum patrum decreta, aliqua commutatione prædictam eccleſiam firmiter & quietè poſſiderent, quoque anno in feſtivitate ſancti Andreæ ejus matris eccleſiæ canonicis duos ſolidos perſolverent. Hanc ergo eccleſiam hoc modo ſanctæ Cruci conceſſam prædictus abbas quoad vixit quiete obtinuit, necnon juravit ſe ipſum in abbatem conſtitutum eumdem tenorem obtinuiſſe. Quapropter ut deinceps eccleſia ſancti Michaëlis inviolabiliter & quietè, tamen ſemper per capellanos, ſecundùm deliberationem ſanctæ Crucis tractaretur: hoc privilegium noſtræ auctoritatis firmavimus, quod impreſſione ſigilli noſtri ſignari præcepimus. Actum eſt & conceſſum in præſentia noſtri, aſſiſtentibus P. decano, & E. archidiacono, cum ceteris ſancti Andreæ canonicis, & quàm pluribus aliis valentibus tam clericis, quàm laicis, anno ab Incarnatione Domini milleſimo nonageſimo nono, indictione ſeptima, epacta vigeſima-ſexta, concurrente, anno pontificatus domni URBANI papæ ſecundi duodecimo.

STATUTA SUAVII S. SEVERI in-Capite Vaſconiæ abbatis pro S. Severi villa.

Circa annum 1100. Ex cartario abbatiæ S. Severi.

QUoniam dies hominis breves ſunt, & labilis eſt memoria eorum: ideo quæ utilia ſunt, & eſſe poterunt, litteris duximus eſſe committenda.

Notum ſit igitur præſentibus & ſucceſſoribus, quòd SUAVIUS ſancti Severi abbas, ſalvitatem quam SS. dux Vaſconiæ, & URRACA uxor ſua in honorem ſancti Petri ſanctique Severi conſtituerant, ad inſtantiam & preces hominum ejuſdem loci permiſit & ſuſtinuit circumquaque vallari & muniri, ut ab incurſu & malignitate hominum ibidem tutiùs poſſent permanere. Verumtamen antequam ſuum aſſenſum de clauſura villæ eis concederet, de moribus, conſuetudinibus, leldis, & pedagiis ibidem percipiendis inter ſe convenerunt, & tactis ſacro-ſanctis reliquiis, jam dicti homines pro ſe ſuiſque ſucceſſoribus jurejurando firmaverunt, ut quod conſtitueretur, inviolabiliter obſervaretur. Simili modo præfatus abbas eadem obſervanda in perpetuùm affirmavit.

1. Primum igitur ſtatutum fuit, quòd abbas ſemper portas villæ clauderet & muniret, & in eiſdem, ratione dominii & portarum clauſuræ, ab intrantibus & exeuntibus pedagia perciperet. Burgenſes verò reliquam clauſuram villæ, arbitrio abbatis, ſemper clauderent & munirent. Similiter abbas duas plateas circa monaſterium, cauſâ ſpatiandi & domos ædificandi, ſibi & ſuis, liberè & abſque ulla ſervitute, retinuit; unam ab arenario uſque ad vallatum, directè ab inde uſque ad Galam, alteram à refectorio uſque ad viam quæ vadit ad Pontillum; quædam etiam alia ſpatia, ut ibi domos ædificarent, jam conceſſerat, & tunc conceſſit liberè epiſcopo Adurenſi, & quibuſdam aliis militibus.

2. Inſuper inſtitutum fuit, quòd ſi quis vicinum ſuum interficeret, interfector, & ſuæ res in poteſtate abbatis eſſent. Similiter ſi extraneum quis infra ambitum villæ occideret, ſimili pœnâ damnaretur, niſi conſtaret eum aliquem de villa interfeciſſe, vel ad redemtionem coëgiſſe. E furibus etiam, & eis conſentientibus, eadem pœna ut de homicidio ſervetur. Si quis verò ex ſuperbia, vel ex indignatione motus, contra aliquem extra domum ſuam arma extraxerit, ſex ſolidos abbati perſolvat.

3. Si verò aliquem vulneraverit, pro vulnere ſimiliter ſex ſolidos perſolvat abbati; & pro qualibet ſpecie armorum, ſex ſolidos perſolvat abbati. Si verò vulnus legitimum fuerit in profunditate, vel in longitudine, XVIII. ſolidos vulnerato perſolvat; ſi non legitimum fuerit, faciat læſo quod fuerit judicatum. Statutum fuit, quòd ſi alter alterum verberaverit, ſex ſolidos abbati perſolvat, & ſex verberato, niſi ipſe eum repercuſſerit; tunc uterque abbati ſex ſolidos perſolvat. Statutum etiam fuit, quòd ſi aliquis domum vicini ſui invaſerit, ſex ſolidos abbati perſolvat, & domino domûs ſimiliter. Si quis hominem, ſine licentia, vel præcepto abbatis, intra villam ceperit, niſi furando, vel cum furto ipſum invenerit, CL. ſolidos pro invaſione villæ abbati perſolvat, & captum abbati reddat. Item, ſi quis bannum, vel ſigillum abbatis, à quocumque factum vel interpoſitum infregerit, ſex ſolidos abbati perſolvat. Similiter, quotieſcumque præco, vel nuntius abbatis, aliquid præceperit, vel interdixerit, ab omnibus obſervetur; qui non obſervaverit, quinque ſolidos abbati perſolvat.

4. Et hoc ſtatutum fuit, quòd ſi abbas miſerit pro aliquo de ſuis burgenſibus, ut ad eum veniat, ſine mora ad eum veniat; ſi verò aliquid incœperit antequam ad eum veniat, ſex ſolidos perſolvat abbati, niſi jam menſa ad comedendum ſit ei poſita, vel niſi caput ſuum jam inceperit abluere, vel niſi pannos proprios inciderit, vel niſi aliquâ infirmitate ſit gravatus, ita quòd ad eum venire non poſſit, vel niſi aliquis mortuus fuerit in domo ſua. His peractis, ad eum ſtatim venire non differat. Item ſtatutum fuit quòd ſi abbas, vel ſui, injuriam

Digitized by Google

paſſi fuerint ab aliquo, & injuriator judicio A ſtare noluerit, & abbas propter injuriam ſibi illatam caballicare ſuper eum voluerit, vel contra eum exercitum movere, burgenſes de præcepto abbatis, ſuper injuriantes ipſum ſequantur; & ſi quis ſine licentia abbatis, à cavallicatione abfuerit, ſex ſolidos abbati perſolvat; ſi de exercitu remanſerit, ſex ſolidos abbati perſolvat, & damnum quod propter abſentiam ejus habuerit, abbati reſtituat.

5. Præterea cum magna deliberatione, & B pluries requiſito conſilio, mercatum quod dicitur *Labere*, ſtatuerunt, quod quiſquis ad illud mercatum venerit, ſecure, & abſque ullo impedimento veniret, niſi debitor eſſet, vel fidejuſſor, vel homicida. Statutum etiam fuit, quòd ſi quis extra terminos mercati aliquid emerit, vel vendiderit, & extra terminos ejus retineri poſſit, rem emtam vel venditam cuſtos mercati ſibi retineat.

6. Præterea, ſi alter alteri in mercato injuriam fecerit, abbati vel nuntio ſuo viginti de- C narios perſolvat, & injuriato legitimè ſatisfaciat. Mercatum & ejus ſecuritas durat à die Jovis poſt meridiem uſque ad Dominicam, donec prima celebretur. Statutum etiam fuit, quòd ſi quis extra villam pergeret, & in via aliquam mercaturam venientem ad villam emeret, à venditore leſdam reciperet, & abbati perſolveret, vel de ſuo daret.

7. Similiter ſtatutum fuit, quod ſi quis ad domos ruſticorum extra villam perrexerit, & ab eis vinum vel pomacium emerit, & per ſe, D vel per alium in periculo ſuo illa ad villam attulerit, quocumque tempore illa vendat, liber erit à leſda. Eamdem libertatem habet, ſi boves, vaccas, oves, capras, porcos vendiderit, niſi tantùm ea in macello vel mercato ſtatuto vendiderit. Si verò annonam, vel aliud emerit, & intra menſem & diem aliquid de illa mercatura vendiderit, leſdam pro toto dabit. Extranei verò, ſi aliquid venale ad villam attulerint, ſive in præſenti, ſive in futuro, vendiderint in introïtu portarum, leſdam perſolvant, vel ſecuritatem non vendendi lemnario fa- E ciant.

8. Statutum etiam fuit, quòd ſi mercator viator, ut pedagium poſſit evadere, à ſtrata deviaverit, vel per villam tranſiens, pedagium non perſolverit; ſi conſequi poterit, mercaturam amittat; vel eam cum abbate componat.

9. Statutum etiam fuit, quòd qui pannos laneos in villa venales habuerit, octo ſolidos annuatim abbati perſolvat.

10. De nundinis ſimiliter ſtatutum fuit, quòd incipiunt feriâ quintâ poſt Pentecoſten, F & durant per undecim dies, ut omnis qui ad eas venerit, ſecurus ſit, niſi fuerit homicida, vel aliquem de villa ad redemtionem coëgerit. Et quamdiu durant, omnes banniti & pignorati ſint abſoluti. Si quis in ipſis alicui injuriam fecerit, viginti denarios pro pœna dabit abbati, & quod juſtum fuerit faciat conquerenti, niſi homicidium in eis perpetraverit.

11. Præterea jam dictus abbas conceſſit habitatoribus villæ, non ad vendendum, ſed ad conſtruendas domos, faciendos focos, & ad ceteros uſus, duo nemora, unum quod dicitur Padoence, & alterum, quod dicitur Martini... Cetera, videlicet culta & inculta ſibi retinuit, ſicut à fundatoribus monaſterii donata & conceſſa fuerunt beatiſſimo martyri Severo, necnon SALVATORI abbati ejuſdem loci ſicut in membranis & privilegiis noſtris ſcriptum eſt.

12. Statutum etiam fuit, quòd ſi extranei, causâ vendendi, in animalibus, vel in plauſtris aliquid abſtraxerint, in exitu portarum lemnam perſolvant. Idem dicimus de corariis, quòd lemnam debeant dare.

13. De burgenſibus villæ ſtatutum eſt, quòd in exitu non debeant dare lemnam, niſi de ferro, ſale, & piſcibus. Verumtamen quamdiu nundinæ duraverint, jam dicti burgenſes, ſicut ceteri homines, lemnam perſolvant.

14. Statutum etiam fuit, quòd ſi quis falſam menſuram de quacumque re, ad emendum, vel vendendum, habuerit, ſine miſericordia perſolvat abbati ſex ſolidos; ſi verò de menſura falſa vicini conqueſti fuerint, pro unoquoque conquerente abbas ſex ſolidos habeat, & conquerentibus falſarius damnum reſtituat.

15. Ad ultimum videns abbas raritatem hominum, & quòd de facili non poſſet villa populari, ut citius popularetur, dixit & conceſſit, quòd ſi de hominibus ſancti Severi vellent ibi ædificia facere, quod liceret eis intra vicennium; vicennio verò tranſacto, ſi in illa vellent morari, & per annum & diem ſecum eſſent, & de ſuo proprio pane comederent, & ſine querimonia abbatis, deinde more burgenſium ſe haberent, niſi fortè caſalli eorum manerent poſteà deſolati, tunc per filios ſuos, vel per ſeipſos, quamvis in villa ædificarent, caſallos cooperiant, teneant, & ſerviant, & in eiſdem maneant. Si verò ſervientes, vel conductitii burgenſium extiterint, quantùmcumque abbati placuerit, de eis tamquam de aliis hominibus voluntatem ſuam faciat, & eos ubicumque voluerit collocet.

16. Statutum etiam fuit & bene firmatum, quòd ſi, portis clauſis villæ, aliquis in eam aliunde intraverit, vel exierit, niſi causâ evadendæ mortis, tamquam invaſor villæ judicetur & condemnetur.

17. Statutum etiam fuit, quòd ſi quis de villa altero de ſuis membris majoribus ſe privaverit, CL. ſolidos abbati perſolvat, & cum eo de turpato membro conveniat, & de turpatione aliorum membrorum in arbitrio ſit judicantium.

18. Statutum etiam fuit, quòd ſi quis ſine herede decedat, abbas in omnibus rebus ſuis ei ſuccedat; & ſi quis teſtamentum facere noluerit de rebus ſuis, monaſterio, pro anima ſua, medietatem tribuat.

19. Procedente tempore ſtatutum eſt, quòd ſi abbas apud ſe menſuram legitimam emendi & vendendi annonam ſemper habeat, pro menſura è venditore manus plenas annonæ

Digitized by Google

percipiat. In fine ſtatutum eſt, quòd ſi de novo aliquid ſtatuendum evenerit, ſtatuatur & conſervetur. Amen.

DAIMBERTI PISANI ARCHIEPISCOPI Godefridi Bullonii & Raimundi comitis S. Egidii litteræ enciclicæ.

De victoriis ab exercitu chriſtiano in terra ſancta reportatis.

Anno 1100. Ex ms. Signienſis monaſterii.

DOmno papæ Romanæ eccleſiæ & omnibus epiſcopis & univerſalis chriſtianæ fidei cultoribus. Ego Piſanus archiepiſcopus & alii epiſcopi & GODEFRIDUS gratia Dei eccleſiæ S. Sepulchri nunc advocatus & REMUNDUS comes ſancti Egidii & univerſus Dei exercitus, qui eſt in terra Iſraël ſalutem & orationes multiplicare preces & orationes cum jucunditate & exultatione in conſpectu Domini.

Quoniam Deus magnificavit ſuam miſericordiam complendo in nobis ea quæ in antiquis temporibus promiſerat. Etenim cum capta Nicæa civitate exercitus inde diſcederet, plus quàm trecenta millia ibi fuerunt: & licet hæc tanta multitudo, quæ univerſam Romaniam occupare poterat, atque epotare poterat flumina omnia & paſcere omnes ſegetes una die poſſet, tamen cum plenitudine tanta conduxit eos Dominus, ut de ariete nummus & de bove vix XII. acciperentur. Præterea ſi principes & reges Saracenorum contra nos ſurrexerunt, Deo volente, facilè victi & conculcati ſunt. Ob hæc itaque feliciter acta, quia quidam intumuerant, oppoſuit nobis Antiochiam urbem humanis viribus inexpugnabilem, ibique per novem menſes nos detinuit, atque in obſidionem extra ita humiliavit, donec omnis ſuperbiæ noſtræ tumor in humilitatem recurrit. Igitur nobis ſic humiliatis, ut in toto exercitu vix centum equi boni repperirentur, aperuit nobis Deus copiam ſuæ benedictionis & miſericordiæ, & induxit nos in civitatem, atque Turcos & omnia eorum poteſtati noſtræ tribuit. Cùm hæc quaſi viribus noſtris acquiſita obtineremus, nec Deum qui hæc contulerat dignè magnificaremus, à tanta multitudine Saracenorum obſeſſi ſumus, ut de tanta civitate nullus egredi auderet. Præterea fames in civitate convaluerat, ut vix ab humanis dapibus ſe aliqui continerent. Longum eſt enarrare miſerias quæ in civitate fuere. Reſpiciens autem Dominus populum quem tamdiu flagellaverat, benignè conſolatus eſt eos. Itaque quaſi pro ſatisfactione tribulationis lanceam ſuam munus inviſum à tempore apoſtolorum pignus victoriæ nobis obtulit. Deinde corda hominum ita animavit, ut illis quibus ægritudo vel fames ambulandi vires negaverat, arma ſumendi, & viriliter contra hoſtes dimicandi virtutem infunderet. Deinde cùm triumphatis hoſtibus fame & tædio deficeret exercitus Antiochiæ & maximè propter diſcordias principum, in Syriam profecti, Barram & Marram urbes Saracenorum expugnavimus, & caſtella regionis obtinuimus. Cumque ibi moram diſpoſuiſſemus, tanta fames in exercitu fuit, ut corpora Saracenorum jam fœtentium à populo chriſtiano comeſta ſint. Deinde cùm divino monitu in interiora Hiſpaniæ progrederemur, largiſſimam atque miſericordem & victorioſam manum omnipotentis Patris nobiſcum habuimus. Etenim cives & caſtellani regionis per quam procedebamus ad nos cum multis donariis legatos præmittebant, parati ſervire & oppida ſua reddere: ſed quia exercitus noſter non multus erat, & in Jeruſalem unanimiter venire feſtinabant, acceptis ſecuritatibus tributarias eas fecimus, quippe cum de multis una civitatibus, quæ in maritimis illis ſunt, plures homines haberet, quàm in exercitu noſtro fuiſſent. Cùmque auditum eſſet, Antiochiæ atque Laodiciæ & Rohas, quia manus Domini nobiſcum eſſet, plures de exercitu, qui ibi remanſerant conſecuti ſunt nos apud Tyrum. Sic itaque, Deo conviatore & cooperatore nobiſcum, uſque ad Jeruſalem pervenimus. Cùmque in obſidionem illius multùm exercitus laboraret, maximè propter aquæ inopiam, habito conſilio, epiſcopi & principes circinnandam eſſe urbem nudis pedibus prædicaverunt: ut ille qui pro nobis in humilitate eam ingreſſus eſt, per humilitatem noſtram pro ſe ad judicium de ſuis hoſtibus faciendum nobis eam aperiret. Placatus itaque hac humilitate Dominus octavo die poſt humiliationem, civitatem cum ſuis hoſtibus nobis tribuit, eo videlicet die quo primitiva eccleſia inde abjecta fuit, cùm feſtum de diviſione apoſtolorum à multis fidelibus celebratur. Et ſi ſcire deſideratis quid de hoſtibus ibi repertis factum fuerit, ſcitote quia in porticu Salomonis, & in templo ejus noſtri equitabant in ſanguine Saracenorum uſque ad genua equorũ. Deinde cùm ordinatum eſſet, qui civitatem retinere deberent, & alii amore patriæ & pietate parentum redire voluiſſent, nunciatum nobis eſt, quod rex Baboniorum Aſcalonam veniſſet, cum innumerabili multitudine paganorum, ducturus Francos qui Jeroſolymis erant in captivitatem, & expugnaturus Antiociam. Sic ipſe dixerat: aliter autem Dominus ſtatuerat de nobis. Itaque cùm in veritate comperiſſemus exercitum Babiloniorum Aſcalonem eſſe, contendimus obviam illis, relictis ſarcinis & infirmis noſtris in Jeruſalem cum præſidio. Cùmque exercitus noſter & hoſtium ſe conſpexiſſent, genibus flexis, adjutorem Deum invocavimus, ut qui in aliis noſtris neceſſitatibus legem chriſtianorum confirmaverat, in præſenti bello confractis viribus Sarracenorum & diaboli, regnum Chriſti & eccleſiæ à mari uſque ad mare uſquequa-

(a) Has litteras mendis ſcatentes præ manibus habuit Cæſar Baronius, eaſque ope Guillelmi Tyrii utcumque emendatas in ſuis Annalibus eccleſiaſticis ad annum 1100. edidit, quæ tamen ſic correctæ in multis adhuc deficiunt. Longe emendatiores hìc proferimus ex ms. codice Signienſis monaſterii.

Digitized by Google

que dilataret. Nec mora clamantibus ad ſe Deus adfuit, atque tantas audaciæ vires ſubminiſtravit, ut qui nos in hoſtem currere vidit, fontem aquæ vivæ ſitientem cervum ſegnem adjudicavit. Miro videlicet modo cùm in exercitu noſtro non plus quàm quinque millia militum, & quindecim millia peditum fuiſſent, & & in exercitu hoſtium centum millia equitum, & quadringinta millia peditum eſſe potuiſſent. Tunc mirabilis in ſervis ſuis Dominus apparuit, cùm antequàm confligeremus, pro ſolo impetu noſtro hanc in fugam multitudinem vertit, & omnia arma eorum diripuit, ut ſi deinceps nobis repugnare vellent, nec haberent arma in quibus ſperarent, de ſpoliis verò non eſt quærendum quantùm captum ſit, ubi theſauri regis Babyloniæ occupati ſunt. Ceciderunt ibi pluſquàm centum millia Maurorum gladio. Timor autem eorum tantus erat, ut in porta civitatis ad duo millia ſuffocati ſint. De his verò qui in mari interierunt, non eſt numerus. Spineta etiam ex ipſis multos obtinuerunt. Pugnabat certè orbis terrarum pro nobis, & niſi ſpolia caſtrorum de noſtris multos detinuiſſent, pauci eſſent qui renuntiare potuiſſent de bello de tanta multitudine hoſtium; & licèt longum ſit, tamen prætereundum non eſt, quòd pridie quàm bellum fieret, multa millia camelorum, & boum, & ovium cepit exercitus. Cùmque juſſu principum hac populus dimiſiſſet ad pugnam progrediens, mirabile dictu, multas & multiplices turmas cameli fecerunt. Similiter & boves & oves. Hæc autem animalia nobiſcum comitabantur, ut cum ſtantibus ſtarent, cum procedentibus procederent, cum currentibus currerent. Nubes etiam ab æſtu ſolis nos defenderunt & refrigerabant. Celebratâ itaque victoriâ, reverſus exercitus Jeruſalem, & relicto ibi duce GODEFRIDO, comes S. Egidii, & ROBERTUS comes Normanniæ, & ROBERTUS comes Flandrenſis, Laodiciam reverſi ſunt. Ibi claſſem Piſanorum & BOIAMUNDUM invenerunt. Cùmque archiepiſcopus Piſanus BOIAMUNDUM & dominos noſtros concordare feciſſet, regredi Jeroſolymam pro Deo & pro fratribus comes REIMUNDUS diſpoſuit. Igitur ad tam mirabilem fratrum veſtrorum fortitudinis devotionem, ad tam glorioſam & concupiſcibilem omnipotentis Dei retributionem, ad tam exoptandam omnium peccatorum veſtrorum per Dei gratiam remiſſionem, & Chriſti catholicæ Eccleſiæ, & totius gentis Latinæ invitamus vos exultationem, & omnes epiſcopos, & bonæ vitæ clericos & monachos, & omnes laïcos, ut ille vos ad dextram Dei conſedere faciat, qui vivit & regnat cum Patre in unitate Sancti Spiritûs Deus per omnia ſæcula ſæculorum. Amen. Rogamus & obſecramus vos per Dominum JESUM qui nobiſcum ſemper fuit & collaboravit, & ex omnibus tribulationibus nos eripuit, ut ſitis fratrum memores veſtrorum, qui ad vos revertuntur, benefaciendo eis, & ſolvendo debita eorum, ut vobis Deus benefaciat, & ab omnibus vos peccatis abſolvat, ut in omnibus bonis, quæ vel nos, vel illi apud Deum meruimus, partem vobis Deus concedat.

ELECTIO ARALDI ABBATIS Prulliacenſis.

Anno 1100. Ex autographo.

DIvino adjutorio favente, in ſinum matris Eccleſiæ mortalium plerique ſuavi jugo Domini ſua ſponte ſubmittere colla non dedignavere, qui poſtmodum facti mundo ſpeculum à pio remuneratore ſuper hethra locati, ſui laboris perceperunt fructum. Quoſdam ex his priorum ſanctio patrum eremitas vocitari ſtatuit. Præter hos fuere quidam, qui pari quidem ratione cœleſtia peterent, ſed longè diſſimiles, & ut ita dictum ſit, ferventiori zelo non ſua tantùm quærerent lucra, quàm & aliorum commoda. Hi nimirùm non paucos mortales ſuo exemplo, ad ſacræ religionis normam convocantes, primitùs ædificaverunt monaſteria; deinde conſtruxere cœnobia, ubi multam turbam aggregarunt fratrum, qui modò cœnobitæ nuncupantur auctoritate ſcripturarum. Iſti igitur, ad inſtar primitivæ Eccleſiæ, ſe ſuaque pro Salvatoris nomine abnegantes, communem ſimul ducere vitam ſalubriter delegerunt. Sequenti tempore ſub præpoſitis atque decanis vixere; dehinc loco illorum elegerunt ſibi paſtores, ſeu patres, qui nominantur nunc abbates. Claret itaque hunc eccleſiaſticum morem non cœpiſſe hodierno ſole, quin potiùs ab antiquis inchoatum, ad noſtra uſque deveniſſe tempora: quem nos ſequentes, ſcilicet S. Petri Prulliacenſis monachilis concio, optamus fore omni fidelium catervæ præcognitum, quia anno Incarnationis Dominicæ milleſimo centeſimo domni RODULFI ſecundi Turonorum archiepiſcopi, & GOFFRIDI cognomento Jordanis Vindocinenſis comitis præſentiæ offerre ſtuduimus quemdam noſtrum monachum & decanum, boni teſtimonii virum, ſapientem ac modeſtum; nomine ARALDUM ad noſtri cœnobii regimen, ut nobis ſit in loco patris atque rectoris. Huic ordinationi favent ſanctæ matris eccleſiæ Turonicæ primates, & omnes parrochi, ſeu comprovinciales noſtri unanimiter proſpera precantes ei. Eligimus ergo & ſuſcipimus noſtrum præfatum decanum, ut nos paterno amore foveat, & veluti ſpeciales in Chriſto filios diligat, ſtudeatque plus amari, quàm timeri, plus prodeſſe, quàm præeſſe; & non conturbet, quaſi liberâ utens poteſtate, injuſtè gregem ſibi commiſſum, ſed ſit ſemper memor quòd de omnibus judiciis ſuis redditurus eſt rationem Judici æquiſſimo, id eſt Deo. Hanc electionem Prulliacenſes monachi fecerunt; nomina quorum hæc ſunt, ſcilicet Arnaldus, Johannes Stephani, Durandus, Johannes Belli-loci, Utbertus, Tetbaldus, Aalardus, Gaufridus, Scoblardus, Goſbertus Stephani, Malinus, Tetbaldus Ingliæ, Goffridus Vitré, aliuſque Goffridus, Araldus Paiziaco, Stephanus, Umbaldus, Ste-

ſphanus, Iſembertus, Petrus Poziaco, Arnulfus, Petrus Raimbaldi, Samuel, Tetbaldus filius Ulgerii, Conſtantius, Johannes, Rotbertus Stephani, Raginaldus, Johannes, Giraldus, Mainerius, Raginaldus, Vivinianus.

CARTA PETRI ARAGONUM regis, de prima fundatione monaſterii S. Fidis in urbe Barbaſtro ſub Begone abbate Conchenſi.

Ex mſ. Colbertino.

PRæceptum Domini noſtri Jesu-Christi Nazareni eſt: *Date, & dabitur vobis.* Date bona veſtra terreſtria, ut mereamini acquirere bona cœleſtia. Hinc Domini præcepto ductus, ego Petrus, Dei gratiâ rex Aragonenſium & Pampilonenſium, pro ſalute & remedio animæ meæ, & bonæ memoriæ patris mei regis Sancii, & matris meæ, ceterorumque parentum meorum, necnon pro incolumitate & augmentatione regni noſtri, totiuſque noſtræ poteſtatis, dono & concedo S. Salvatori & ſanctæ Fidi glorioſæ virgini de Conchis, & abbati Begoni, monachiſque, tam præſentibus, quàm futuris ejuſdem loci, majorem & meliorem unam meſchitam quæ ſit in Barbaſtro, ad conſtruendum ibi monaſterium, excepta illa de ſede epiſcopali. Dono etiam ad præſens illam Almuniam de Bentepiello, cum omnibus terminis, & adjacentiis ſuis, ſicut habebam & poſſidebam die qua ego cœpi fabricare illum meum caſtellum.

(a)

EPISTOLA (a) ROBERTI abbatis, qua ratione monachorum ordo præcellit ordinem clericorum ad Liezelinum canonicum.

Circa an. 1100. *Ex ms. Regii-montis.*

ROBERTUS monachorum minimus Liezelino canonico profeſſione & merito, carne & ſpiritu fratri dilectiſſimo, de ſpei certitudine lætari in his quæ dicta ſunt nobis, quia in domum Domini ibimus.

Si jam, frater cariſſime, ſtantes ſunt pedes tui in atriis Jeruſalem: ſi, inquam, ut credo, E ſpero & confido, cogitatus tui firmiter ſtant affixi in amplitudine cœleſtis Jeruſalem: ita ut poſſis dicere, *Noſtra autem converſatio in cælis eſt*; (Phil. 3. 20.) gaudeo & gratias ago, & hoc oro, ut dum illa Jeruſalem ædificatur ut civitas, de vivis & electis lapidibus, merear quoque ego lapis non reprobus eſſe, ſed in ea etiam tecum participatio fiat in idipſum, id eſt in eſſentiam ſtabilem, incommutabilem, ſempiternam. Non enim ſeparavit te à me gladius ille, quem venit Dominus mittere ſuper terram, ut ſepararet F hominem à patre ſuo & filiam à matre & nurum à ſocru; ſed gratia Dei in eadem voluntate & eodem propoſito dicimus: Curramus, curramus, quia in domum Domini ibimus. Quippe neutrum noſtrum alterum revocare A aut retardare nititur ab illa Jeruſalem, quo aſcenderunt tribus tribus Domini. Videlicet omne habentes teſtimonium Iſraël, id eſt fide & opere teſtificantes quod ſint Iſraël & Deum videre digni. Immo gaudeo, & ob hoc abſentiam tui corporalem levius fero, quia ſcio quod tu aſcriptus in tribu nobili regulariter viventium canonicorum, tendis ire in domum Domini ad confitendum nomini Domini. Quin etiam vellem, ut ſi quem altiorem eſſe ordinem concedis, aſcendiſſes tu illum quoque gradu B provectæ humilitatis. Vellem, inquam, ſed non jam velle aut hortari audeo, & dicam quare prius obnixè poſtulatis, ut admiſſa ratione, remota ſimultate, ſic mea dicta accipias, ut caritatem illæſam intacta germanitas cuſtodiat. Dixiſti in quibuſdam litteris tuis, quas cuidam fratrum noſtrorum miſiſti, in quibus de Arnulfi apoſtaſia quæſtus es, majorem eſſe ordinem veſtrum ordine monachorum, idque quoſdam monachorum quoque atteſtari: quod utrum aliqui ex monachis atteſtati ſint, ut di- C xiſti, non valde curo. Nam etſi ſunt monachorum aliqui, qui ſæculum diligentes ſuum ordinem nec cognoſcant, nec diligant; utpote ſidera errantia vel cadentia: lima tamen ſtans in ordine ſuo, id eſt ſancta eccleſia, dicit: *Notum fac mihi, Domine, finem meum, ut ſciam quid deſit mihi*, (Pſal. 38. 5.) ſubaudis ad ipſum finem, id eſt ad perfectionem. Qui ergo hujuſmodi ſunt, divinæ ſcripturæ, ſanctorum canonum ſubnixi auctoritate, his tribus cauſis adversùs dicta tua repugnant.

Monachorum ordini nullus gradus deeſt canonicorum.

Ordo videlicet monachorum veſtro ordine D altior eſt, quia monachorum ordini veſtri ordinis nullus gradus deeſt, quia cum eccleſiaſticis ordinibus quibus & nos & vos fungimur, conſecrationem quoque propriam habet monachus: quæ auctoritate SS. patrum & ſacrorum canonum ſecundus baptiſmus eſt, & triduanæ morti Domini configuratus. Quia ergo non ſemel audivimus quoſdam dicere ex veſtris: nos ſumus primi, nos incedimus ſecundum ordinem ſancti Petri, juxta ſenſus illorum qui dicebant: *Ego quidem ſum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ.* (1. Cor. 1. 12.) Subjungimus & nos & rationabiliter probaturi dicimus, *Nos autem Chriſti.* In quo quis audet in inſipientia dicimus audemus & nos, ut minùs ſapientes dicimus, plus nos. Quamquam inſipientiæ notam omnem cauſa probata auferat, quia videlicet non de vitæ privatæ meritis, ſed de publico ordine agitur, nec qualis ego vel tu ſimus in hoc vel illo ordine, ſed quis ordo legitimè obſervatus, majori præmio ſuum operarium amplius fatigatum coronet aut remuneret.

Artior ordo perfectior.

Dico ergo artior qui eſt ordo, nonne & altior? Conſideremus fabricam arcæ Noë, quæ in inferioribus longitudine cubitorum trecentorum, latitudine L. cubitorum, ſurgenſque in altitudine cubitorum XXX. in cubito conſummatur. Figuram utique humani corporis præferens, quod altitudinis ſuæ decuplum, latitu-

(a) (a) Robertus hujus epiſtolæ ſcriptor alius mihi eſſe non videtur, quam Rupertus abbas Tuitienſis, qui etiam alibi idem argumentum proſecutus eſt.

dinis

Digitized by Google

dinis autem ſeſcuplum habet, ac per hoc præſignans corpus Chriſti, quòd & ipſum feneſtram accepit in latere; id eſt vulnus ex lancea militis. Totam itaque Eccleſiam, quæ eſt corpus Chriſti, arca illa præſignat, quæ manſiunculas habet, ob diſtinctionem ordinum diverſorum qui ſunt in Eccleſia. In inferioribus arca continet animantia & quadrupedia, in ſuperioribus homines; nam & Eccleſia inferius habet vitam carnalium, ſuperiùs vitam ſpiritualium. Conſideremus, inquam, fabricam arcæ, quæ à multa amplitudine incipiens, & paulatim in anguſtum deducta in cubito conſummatur. Ibi profectò quidquid anguſtius abſque ulla contradictione eſt & altius. Sic nimirùm in ſancta Eccleſia quantò quiſque ordo eſt artior, tantò eſt & altior. Monachorum igitur ordo veſtro ordine arctior eſt; quia nec carnibus veſcuntur, nec lineis veſtiuntur, nec ſtramentorum blandâ mollitie fruuntur, & ſtatutis vigiliis ampliùs fatigantur, & apprehensâ majori diſciplinâ iram Domini ſtrenuè præveniunt, promtiuſque ſanguinem ſuum in poteſtate paternæ virgæ dederunt, ut percutiat pater filium ſuum virga quantùm vult, dummodò liberet à morte animam ejus, & aliis multis modis pro Chriſti nomine ampliùs quàm vos regulariter artantur. Igitur juxta præſcriptam ſimilitudinem, quia monachorum ordo multò quàm veſter eſt artior, eſt etiam altior. Et quia, ut ait beatus Job, *ſapientia non invenitur in terra ſuaviter viventium*, tantò magis hic ordo propinquat ſapientiæ, quantò minùs quàm in veſtro ordine ſuaviter in eo vivitur.

Jam ad ſecundam cauſam veniam. Dicite tantùm eſtis clerici, ſive canonici? videlicet quia eſtis de ſorte Domini, de ſorte & miniſterio altaris, id eſt, ſacerdotes, diaconi, ſubdiaconi. Numquid & nos his etiam officiis non decoramur? Ita planè, & hoc maxima pars coronæ noſtræ eſt: ejus autem reliquum ipſe monachicus eſt ordo, ſicque ex utroque perfecta, jure eiſdem manibus & eiſdem digitis ſignanda eſt, quibus corona virginitatis imprimitur. Utrumque ordinem ſimplici clericatu fulgentem tantò præcellit, quantò centeſimus fructus ſuperat ſexageſimum. Qui autem in nobis monachi ex laicis converſi ſunt, & nullo clericatûs gradu ad altaris officium ſunt promoti, illos canonico non ſuperiores eſſe fatemur, ſed pares auctoritate ſacrorum canonum, qui in hujuſmodi monachis lapſum eidem ſententiæ vel pœnitentiæ ſubmiſerunt, cui & canonici diaconi lapſum ſubjacere decernunt. Taleſque Pius papa ideo prædicare vetat, quantæcumque ſcientiæ ſint, quia cùm ordinati non ſint ab epiſcopis, quaſi non ſint miſſi ab apoſtolis, nec habent poteſtatem ligandi atque ſolvendi, niſi ſacerdotes à ſummis ſacerdotibus tamquam ab apoſtolis miſſi, id eſt ordinati. Itaque veſter ordo ſolos cherubim imitatur, id eſt plenitudinem ſcientiæ, quia veſtri officii eſt populum docere. Noſter autem ordo quicumque cum officio altaris monachico habitu præfulgemus, cherubim imitamur & ſeraphim: cherubim in prædicandi & docendi officio, vel ſcientia: ſeraphim autem, quod interpretatur Ardens, vel Incendens, in eo quòd quaſi igneo calculo peccata præterita conſumat. Et ne quid minus ex imitatione ſeraphim putet quis habere monachum tam clericum quàm laicum, Bonifacius papa ipſum monachi habitum depingit ita, poſt aliqua: Sacerdotes monachi atque canonici, qui Dei præcepta annuntiant, angeli vocantur; ſed unuſquiſque angelicus ordo, quantò viciniùs Deum contemplatur, tantò ſublimiùs dignitate firmatur. Numquid enim, ut ſeraphim, monachi ſex alis velantur, duæ in capitio, quo caput tegitur, veris demonſtratur aſſertionibus. Illud verò quod brachiis extenditur, alas duas eſſe dicimus, & illud quo corpus conditur, alas duas. Sic ſex alarum numerus certiſſimè conficitur. Itaque duplâ proportione vos præcellimus, & ſicut dictum eſt à quodam, Maria virgo & Johannes virgo, ſed major proportio in Maria, quia illa mater & virgo. Sic & nos dicimus, ROBERTUS clericus & LIEZELINUS clericus, ſed major proportio in Roberto, quia ſacerdos & monachus. Sed dicit aliquis: Numquid apoſtoli monachi fuere? Ad hæc inquam, minimè. Nam tunc primùm his quaſi artificibus conductis noſter Noë, id eſt Requies, ſcilicet Chriſtus Dominus, qui requieſcere nos fecit à ſempiternis laboribus, arcam ſibi faciebat, nec vacabat artificibus, necdum diſpoſitis manſiunculis, ut in lectulis monachicæ contemplationis collocarentur. Quantò autem monachica contemplatio apoſtolico ſit ſpecioſior exercitio, teſtis eſt beatus Gregorius, qui monachus de clauſtro exire, & apoſtolatum ſumere coactus, deflet in epiſtolis ſuis ſe gravi damno afflictum, prohibetque ſe vocari Noëmi, id eſt pulcram, *ſed vocate me*, inquit, Ruth. 1. 20.
Mara. Itemque deplangit, quòd cùm amaſſet Rachel, Lia ſibi ſuppoſita eſſet. Per Rachel ſanè monachicam contemplationem, per Liam autem apoſtolicam ſignificans actionem. Nec ignoramus apoſtolici faſtigii celſitudinem, ſed, ut ait Daniel, pertranſibunt plurimi, & multiplex erit ſcientia; nec ab apoſtolorum norma recedunt, qui domum ab illis ſapientibus architectis ædificatam, auro & lapidibus pretioſis perornant, niſi quis ita inſaniat, ut aliquos ab apoſtolicis gradibus ad monachicam venientes profeſſionem retrogredi arbitretur, cùm tales de hoc quod habuerant nihil amittant, & quod non habuerant adjiciant. Non contemnimus B. Auguſtinum epiſcopum, ſed confidenter illi præponimus Martinum epiſcopum & monachum, ampliùs autem Gregorium apoſtolicum & monachum. Et te, frater cariſſime, non parvipendo ſacerdotem; ſed confidenter me tibi præfero ſacerdotem & monachum. Non de vitæ privatæ meritis agitur, ſed de publico ordine & publica profeſſione, cujus conſecrationem Gregorius papa commendans, ait: *Epiſcopus debet celebrare miſſam in ordinatione presbyteri, & abbas in conſecratione monachi*; & cetera uſque CCCXVIII. *patrum*.

Digitized by Google

Hæc, frater amantiſſime, tranquillo atque germano animo à me dicta eſſe noveris. Scio enim lenitatem & modeſtiam animi tui, & confido in Domino te ampliùs de die in diem proficere gradibus pietatis. Sed ſunt, fuerunt, & erunt, quos æmulatio mala erigit adverſus monachos, quos & ſacri canones valde redarguunt, quorum hîc ſententias vitans, prolixitatem epiſtolæ non appoſui. At illi fortè nec ſacros canones, nec ſeipſos noverunt: adeo non intelligentes quæ loquuntur, neque de quibus affirmant, ut antiquiſſimum monachorum ordinem à beato Benedicto cœpiſſe putent, & beatum Martinum, atque illam orientalium eccleſiarum lampadem Hieronymum, vel monachos vixiſſe, vel ante S. Benedictum fuiſſe non videant, innumeroſque patres, quibus ante beatum Benedictum mundus floruit univerſus: ſiquidem fuit hoc propoſitum in cordibus ſanctorum à Spiritu, antequàm liceret congregationes eſſe in eccleſia, vel monachorum, vel clericorum, perſequentibus impiis, ut exeuntes in deſertis habitarent, imitantes Johannem Baptiſtam, aut Eliam, donec paulatim decreſcente impietate, & creſcente religione, licuit eccleſias hujus ordinis diademate coronari. Tunc ergo hic ordo cœpit in apoſtolico, vel epiſcopali officio, ad populum mitti tantò digniùs, quantò veriùs exemplo Iſaïæ purgatis labiis per calculum ex igne altaris evangelizare fuere digni: utpote iterùm baptizati Spiritu-ſancto & igni in incendio ſanctæ profeſſionis quâ imitamur ſeraphim. Sed eſto, beatum Benedictum ſequimur; regulam noſtram ille ſcripſit; ſed regulam patris noſtri Baſilii, & antiquorum patrum inſtituta noſtræ infirmitati nimiùm rigida, oleo pietatis, id eſt habitantis in ſe Spiritus-ſancti clementia, diſcretè molliverit. Tamen, ſive incœptor, ſive illuſtrator hujus ordinis beatus Benedictus fuerit, quis niſi inſenſatus, tanti viri deprimere velit inſtituta, vel poſſit, B. Gregorio ab urbe Roma, immò ab altitudine cœli intonante, vir Domini Benedictus, omnium juſtorum Spiritu plenus fuit; Qui plenus Spiritu omnium juſtorum fuit, nonne & ſpiritu Petri? Quis Petrum meliùs probatur imitari, quàm is qui Petri, & omnium juſtorum Spiritu plenus fuit?

At qui hæc ignorant, his ſaltem auctoritas ſufficere debuerat, quâ licuit, ſemperque licebit canonico fieri monachum, quod ab innumerabilibus viris ſanctis factum eſt, & à multis in quibus Spiritus-ſanctus prodigia & ſigna magna faciens, utique errare non potuit; monacho autem ex laïco licet monachum fieri clericum, ſacros ordines accipiendo, non tamen à profeſſione monachi, vel habitu recedendo. Hic quippe univerſalis ordo quaſi ampliſſimus divinæ pietatis ſinus, omnem gradum, omnemque ſexum complectitur, ſanctos ſacerdotes ſplendidiùs exornat, peccatores tutiùs reconciliat, virgines ſacras, id eſt ſanctimoniales Chriſto ambitioſiùs maritat, peccatrices in miſericordiæ azilum excipit, ut eripiat. Quis computet quantos Ninivitas ad prædicationem noſtri Jonæ, ſcilicet Chriſti, ſubverſionem Ninivæ futuram, id eſt, mundi interitum fugientes hic ordo eripuit & eripit? Plenus eſt mundus hujuſmodi Ninivitarum in ſacco & cinere plangentium; viri & ſexus femineus, bos & pecora, id eſt hi qui priùs animaliter viventes, non percipiebant ea quæ Dei ſunt: pueri & vituli, id eſt qui fuerant inſipientes & laſcivi, non guſtant quicquam, ſed clamant in fortitudine ternis diebus, ne periclitentur ut Sodoma, videlicet tribus diebus conſecrationis ſuæ operto capite, triduanam Domini mortem imitantes, quam in baptiſmo trinâ merſione neſcientes ſignificaverant, jam ſcientes atque docti hoc ſchemate iterant. Itaque, frater dilectiſſime, omnibus perſuadendum eſt potiùs, ut omiſſâ hujuſmodi æmulatione, unuſquiſque in ſuo ordine rogemus quæ ad pacem ſunt Jeruſalem; & dicamus: Fiat pax in minoribus ordinibus, tamquam in virtute tua; & in majoribus, tamquam in turribus tuis. Vale.

Laus Ordinis monaſtici.

EPISTOLA MENGOZ CANONICI ad Rupertum abbatem Tuitienſem.

Remittit ipſi libros ſuos, quos laudibus effert.

Circa annum 1106. *Ex mſ. Villarienſi.*

DOmino & amico Roberto venerabili abbati Tutienſi, Mengoz canonicus ſancti Martini, ſalutem in Domino.

Libros veſtros, ſicut mandaſtis, per præſentem nuncium remiſi; quibus perlectis, & aliquotiens retractatis, gratias retuli Patri luminum, à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum, cujus Spiritu cor illuminatum, talia in ſcripturis ſacris meditari, & vivacis ſtyli lepores depingere potuit ad inſtructionem, tam poſteritatis, quàm præſentium. Etſi enim ab aliis eadem tractata videantur, non tamen eo, aut tam convenienti modo, nec ita directè: quia dum omnia ad finem aſſumti laboris & propoſiti aptiſſimè referuntur, eo ipſo nova & miranda videntur, ſicut in libro de Victoria Verbi Dei, in quo ab initio ſæculi uſque ad conſummationem, victoria Verbi in ſingulis & in omnibus tam magnificè declarantur, ut cùm alibi ſparſim eadem cognoverim, hîc verò mihi videar velut ad novi certaminis ſpectaculum admiſſus, pro ipſa convenientiſſima direptione aſſumtæ materiæ ſtupidus ſpectator & attonitus mirator. Ego in libris veſtris quantos adhuc legi nihil omnino reprehendere volo, aut jure poſſum, in quibus tot bona invenio, ut in tam pulcro corpore leves maculæ non dedeceant, ſicut quidam detrectant quod dicitis angelos de aëre factos, & illum primum angelum patrem ſuperbiæ & mendacii diu adverſus Deum mente intumuiſſe, & ſequacibus ſuis apoſtaticis ſpiritibus idem perſuaſiſſe, donec tandem à Patre Deo per victoriam Verbi Dei de regno cœlorum ejiceretur, & de collegio ſanctorum angelorum Spiritu Dei exſufflaretur, quorum rationes & argumenta referre ſuperſedeo, quia ubi de creaturis diſputatur, diver-

Digitized by Google

ſis, & aliquando contrariis opinionibus fidelis animus non movetur. Benedictus Deus, quòd à fide quâ juſtus vivit, numquam exorbitaſtis, quantùm adhuc legi & percipere potui. Creatura creaturæ, aut ſibi quantum in ipſa eſt ſalus eſſe non poteſt; Deus autem ſalus eſt & vita omnium. De Deo igitur contraria, aut quæ non ſunt, diffinire perniciosum eſt; de creaturis verò aliquid ignorare, aut diverſa opinari, periculum non eſt. Pater mi, ego de tuis ſcriptis ita ſentio, ut optem te diu vivere, diu ſtudere, diu ſcribere, quia vita tua, ſtudium tuum, ſcriptura tua, magnam utilitatem pariunt præſentibus & futuris. Cùm opportunum vobis fuerit, reliqua opuſcula veſtra mihi tranſmittite. Valete.

ADELARDI BATHONIENSIS Præfatio in Dialogum de rerum Cauſis, inter ipſum & nepotem ſuum.

RICHARDO Bajocenſi epiſcopo, ADELARDUS Batonienſis, ſalutem.

Cum in Angliam nuper redierim, HENRICO WILLELMI Anglis imperante; quoniam à patria causâ ſtudii diutine exceperam, occurſus amicorum & jocundus mihi fuit & commodus. Cùm itaque in conventu noſtro primo, ut fit, multum de veſtra ſalute quæſitum eſſet, id quod animo meo conſequenter innotuit, ut gentis noſtræ mores agnoſcerem. Id igitur quærens, violentos principes, vinolentos præſules, mercenarios judices, patronos inconſtantes, privatos adulatores, mendaces promiſſores, invidioſos amicos, ambitioſos ferè omnes cùm acceperim: nihil, inquam, mihi neceſſius eſſe, quàm huic miſeriæ meam intentionem ſubdere. Tum illi: Quid autem, inquiunt, agendum eſſe cenſes, cùm hanc pravitatem moralem nec velis agere, nec poſſis avertere. Hæc ego oblivioni, inquam, tradere; una enim malorum irrefragabilium medicina, eſt oblivio; qui enim quæ odit retractat, quodammodo patitur quæ non amat. His itaque verbis hinc indeque habitis, cùm adhuc diei non parvâ parte reſtante dicendi aliquod ſpatium non deeſſet, inter ceteros qui adventaverant, nepos quidam meus, in rerum cauſis magis implicans, quàm explicans, aliquid Arabicorum ſtudiorum novum me proponere excitus eſt. Cui cùm aſſentirent ceteri, ego tractatum ſubſcriptum recepi, quem quidem auctoribus ſuis utilem eſſe ſcio, jocundum neſcio. Habet enim hæc generatio ingenitum vitium, ut nihil quod à modernis reperiatur putet eſſe recipiendum. Unde fit, ut ſi quando inventum proprium publicare noluerim, perſonæ id alienæ imponens, inquam, quidam dixit, non ego. Itaque ne omnino non audiar, omnes eas ſententias dominus quidam invenit, non ego; ſed hæc hactenus. Nunc verò, quoniam me rogatu amicorum aliquid debere convenit, utrùm id rectè dictum ſit, tuo examine velim eſſe ſecurior. Nihil enim in artibus liberalibus tam bene tractatum, quod per te non poſſit luculentiùs efflorere. Ades igitur animo; ego enim ſuccinctè agens, inprimis capitula proponam: deinde ſuper rerum cauſis nepoti reſpondebo.

EPISTOLA MONACHORUM Limburgenſium ad Metenſes S. Vincenti monachos.

Exponunt qua ratione ſancta Luciæ brachium à Theoderico Metenſi epiſcopo impetraverint.

COenobitis beati Vincentii & beatæ Luciæ, vineæ ſcilicet Dei electæ Linburgenſis cœnobii grex puſillus dignos Deo facere fructus. *Anno 1100. Ex ms. codice S. Vincentii Metenſis.*

Pignus reliquiarum ſanctæ martyris Luciæ noverit veſtra fraternitas, nos omni pretioſa margarita amabilius poſſidere: ſed quomodo & à quibus perſonis ad nos tranſlatum ſit, certa vobis ratio pro noſtra experientia patebit. Divæ memoriæ domnus KUNRADUS imperator cum conjuge ſua GISLA devotiſſimus noſtri loci extitit fundator atque conſtructor, quo adhuc vivente, cripta & quædam monaſterii altaria ſunt dedicata. Eo autem ex hac luce migrante, cùm filius ejus HEINRICUS eumdem locum non minus ſtudioſè reparaverit, pleriſque ſanctorum reliquiis longè latèque congregatis etiam ſanctæ Luciæ brachium à THEODERICO (a) ſecundo Metenſi pontifice petivit & impetravit. Quo ad nos ipſo præſule deferente tranſlato, ferunt ad comprobationem ſi Lucia Sicilienſis eſſet, cùm id à Domino precibus quæreretur, ſignorum indiciis declaratum eſt. Sed & hactenus per ejus opitulationes multarum fiunt infirmitatum curationes. Hujus addita veneratione, noſtrum templum in honore ſanctæ Crucis & ſanctæ MARIÆ ſemper Virginis & S. Johannis evangeliſtæ eſt dedicatum. De cujus geſtis non ſunt nobis alii ſermones, excepta illius ſub Paſchaſio proconſule paſſione, quam ut ſpopondiſtis metrice compoſitam nobis tranſmittere dignemini, ut illius præclari participemur opuſculi, cujus unà vobiſcum pretioſi compoſſeſſores ſumus corpuſculi. Valete in Domino, fratres dilectiſſimi, ſanctæ Luciæ & omnium ſanctorum precibus adjuti.

INCIPIT EPISTOLA TREVERENSIUM reſcripta clericis Leodienſibus inquirentibus de jejunio quatuor temporum.

DE jejunio quatuor temporum, ſi rectè recordamur, talis in litteris veſtris con- *Circa annum 1100. Ex ms. Regii-montis.*

(a) Hic Theodericus Metenſium epiſcopus, inclyti S. Vincentii in urbe Metenſi monaſterii fundator, ſanctæ Luciæ corpus aliaque plura pretioſa ſanctorum pignora, imperatoris auctoritate fretus, in illud tranſtulit: ac proinde præfatæ ſanctæ brachium ad inſtantiam imperatoris Limburgenſibus concedere potuit.

tinetur quæſtio. Utrumnam ſtatim in primo ſabbato Martii ſit jejunandum, etiamſi idem menſis ſexta aut ſeptima feria proveniat vel incipiat, an in aliud ſabbatum propter quartam feriam ſit differendum. Ad quod hoc quod ſcripta continet ſententia ſanctorum & antiquorum patrum ex conſuetudine ſanctæ eccleſiæ, quæ pro maxima auctoritate tenenda eſt, quam prudentiam veſtram legiſſe & inveſtigaſſe non dubitamus, quod majores noſtri & nos hactenus tenemus vobis quantum poſſumus veraciter reſpondemus. Abſque refragatione, inquit, ſemper primi menſis quarta feria debet expectari, quoniam idem jejunium quod quarta feria incipitur ſabbato finitur, nequaquam Februario, ſed totum Martio deputatur, ea videlicet ratione, ut in eo menſe primum jejunium noſtrum Domino conſecretur, in quo principium anni ac ipſa creatio cœpit mundi. Cui ſententiæ lectio prophetica conſentit, quæ jejunium primi & jejunium quarti & jejunium ſeptimi & jejunium decimi & non jejunium duodecimi eſſe oſtendit: quod nullo modo eſſe poterit, ſi præfatum primi menſis jejunium quarta vel ſexta Februarii congruat celebrari. Nam quod de ſede trium aliquando ſabbatorum & de myſterio generationum in Matthæo evangeliſta, & de myſtico numero hebdomadarum aliquos perturbat, error vel periculum, à benè intelligentibus facilè propulſatur, ſi, ut regula aſſerit, nec ante quarto Nonas Martii, nec poſt ſexto ejuſdem menſis aliquis ſtatuat ſabbatum, ſed in his ſeptem diebus ubicumque primum evenerit, jejunare licitè valebit. Ex quo velut intellectuali filo rectiſſimè linea regulæ per quatuordecim hebdomadas in ſecundum Junii menſis ſabbatum ducatur, indeque per alias quatuordecim ad tertium Septembris ſabbatum, itemque ſive per tredecim ſive per quatuordecim ad illud proximum ante natale Domini ſabbatum, quo abſque errore eorumdem ſabbatorum termini poſſunt inveniri per quatuordecim videlicet, ut jam dictum eſt, hebdomadarum numerum. Quem cum propter myſterium ut etiam litteræ veſtræ innuunt, non liceat mutari, quando primum ſabbati jejunium ante quadrageſimàm evenerit, ex conſuetudine eccleſiæ veſtræ in ſecundum vel tertium Martii ſabbatum nobis mirum videtur obſervari propter officium quadrageſimale, quod extra quadrageſimam dicitis non licere prævenirí, cum quarta & ſexta feria Junii & ipſum ſabbati jejunium de quadrageſima ſit mutuatum, cujus antequadrageſimalis, ut ita ſit dictum, jejunii, ut ſalva gratia veſtra loquamur, videtur primi ſabbati ſedem de loco pellere quod Nabuzardan adhuc expugnat muros Jeruſalem. Nam mutatio in Septembri benè conceditur ſicut in vigilia Nativitatis Dominicæ feſtivitatis noſtræ magnificentiæ. Quod autem litteræ veſtræ dicunt quartam & ſextam feriam obſecutrices & quaſdam præparationes eſſe ad ipſum ſabbatum Martii, nos ſi licentia reſponſioni noſtræ datur, dicimus neque Februarium adeo dilatatum ut Martium, numero dierum ita breviatum, ut ſi præparationes ſunt ejuſdem non debeant eſſe conditionis, cui officium ſive ſervitium exhibent præparationis. Si autem conſuetudinem eccleſiæ noſtræ ſcire vultis, & hoc legere vel audire vos non moleſtat, hoc quod ſequitur eſt in ſacramentorum libro. Primum ſabbatum Martii cum præcedente ejuſdem menſis feria quarta nota diligenter & ab ipſo quatuordecim hebdomadas uſque in ſecundum Junii ſabbatum computa, iterumque alias quatuordecim hebdomadas abhinc uſque in tertium Septembris ſabbatum, quod nullo modo te fallet, enumera, indeque proximum ſabbatum ante natale Domini ſive quatuordecim ſive tredecim fuerint ſemper obſerva, & in his ſingulis trium ſabbatorum diebus abſque ullo errore occurrit tibi legitimè illud jejunium, quod in ſacramentorum libris particulatur cum duodecim lectionibus celebrandum. Quod ſi vigilia natalis Domini ſabbato evenerit, in hebdomada priori debet idem jejunium anticipari. His ita definitis, conſuetudinem quam præſcripſimus pro lege habemus, & inconvenientias, quæ prætermiſſa primi menſis quarta feria, jejunato ſine ea primo ſabbato, diligenti calculatione obſervatâ, cavemus. Intrante enim ſexta feria Martio, & eodem ſabbato quod vos facitis jejunio celebrato, à ſecundo Junii ſabbato uſque in tertium Septembris ſabbatum non inde decimum, ſed quintum decimum invenitur ſabbatum, à quo quatuordecim hebdomadarum numerus contra auctoritatem litterarum veſtrarum, quod fieri non licet alienus reperitur. Rurſum intrante ſabbato Martio, & eodem die Junio celebrato, & inchoante primâ feriâ Junio contra regulam quatuordecim hebdomadarum, à noſtro ſabbato ſive jejunio uſque in ſecundum Junii ſabbatum, non jam quatuordecim, ſed ſexdecim numerus comprehenditur hebdomadarum. Hæc vobis ſcribentes ſicut noſtram nullo modo permutari: ita nec veſtram conſuetudinem niſi quia fas eſſe cupimus emendari. Verùm ſi ex ratione catholica eſt vobis certum nobis melius oſtendere, promtum eſt nobis potius intellectui veſtro cedere, quàm noſtræ pertinaciæ inutiliter ulterius deſervire.

Explicit epiſtola.

INCIPIT (a) EPISTOLA LEODICENSIUM reſcripta Trevirenſibus de differentia Quatuor Temporum.

Ex ms. Regii-montis.

QUærentibus nobis utrumnam ſtatim in primo ſabbato Martii ſit jejunandum, etiamſi idem menſis quinta, ſexta vel ſeptima feria incipiat, an in aliud ſabbatum propter quartam feriam ſit differendum, vos ex ſcripta ſan-

(a) Hujus epiſtolæ auctorem Sigebertum Gemblacenſem monachum docet nos codex manuſcriptus Gemblacenſis, ubi eam vidimus, conſtatque ex altera epiſtola quam nomine clericorum Leodienſium Trevirenſibus ſcripſit de Regula Bernonis.

Digitized by Google

ctorum atque antiquorum patrum ſententia, A & maximè ex auctorali eccleſiæ veſtræ conſuetudine reſcripſiſtis diffinitè, quod abſque ulla refragatione ſemper primi menſis feria debet expectari, quoniam idem jejunium quod quarta feria incipitur & ſabbato finitur, nequaquam Februario, ſed Martio totum deputatur, ea videlicet ratione, ut in eo menſe primum jejunium noſtrum Domino conſecretur, in quo principium anni, ac ipſa creatio cœpit mundi. Qui quærebamus de una quæſtione per vos certificari, multiplici dubietate involvimur. B Salvâ ergo gratiâ veſtrâ, liceat vobiſcum adhuc conferre ea de quibus dubitamus. Non enim leviter accipimus, quod à vobis tam gravibus & tam doctis viris definitur.

Quòd vitioſè & abuſivè dicitur, hoc otioſè trahitur ad exemplum veritatis. Martium quem Romulus vitioſè poſuit in primo anni menſe nos etiam abuſivè primum anni menſem dicimus, nec tamen ita eſſe credimus: quia ab ipſius Dei ore didicimus qui ſit primus menſis. C Exod. 12. 2. *Menſis*, inquit, *iſte principium menſium primus erit vobis in menſibus anni.* Martium verò menſem quis neſcit pro duodecimo menſe in lege & prophetis computari? A Moyſe omnis divina ſcriptura pendet. Hinc innituntur omnes qui de divina ſcriptura tractant. Nos niſi recta via incedamus, ſemper diſcentes, numquam ad ſcientiam veritatis perveniemus. Quia ergo menſe Martio, ſecundum poſitionem gentilium, mediato, primus dies ſæculi præfigitur in XVIII. ejuſdem menſis die, qui eſt XV. Calendas Aprilis, D num iccirco primam partem Martii pro primo anni menſe accipiemus? Prima pars Martii magis fini quàm principio anni congruit. Si re vera XV. Calendas Aprilis fuit primus dies ſæculi, ibi initium erit primi anni, ac proinde omnium annorum ſæculi, in quo menſe eſt primus dies ſæculi, ille menſis debet primus haberi, ac per hoc faceſſet illa Romuli inſtitutio de ſuo primo Martio, & Numæ de ſuo Januario. E At ſi quis dixerit à parte totum poſſe accipi, ut ab ultima ſui parte totus Martius pro primo anni menſe accipiatur, nec ipſe, ut ita dixerim, vobis Martius annuet, ut idem ſit primus & ultimus anni menſis, præſertim cùm nec vos ei annuatis, ut tres vel duos dies, vel unam ſaltem feriam mutuetur à Februario, ut à parte ſit totum ejus jejunium, quod ei ſoli deputatis totum. Porro ſervata poſitio ne gentilium de ordine menſium cùm quodam intellectuali modo ultimam Martii partem referamus ad mundi principium, quod non Martio ſed Aprili F adſcribitur, ſi etiam hoc intellectuali modo initium Martii non ponamus in Calendis ejus, ſed ſurſum verſus numerantes, v. g. à XV. Calendas Martii, ibi intelligamus eſſe initium Martii, ut quatuordecim dies quos ei à ſuo fine creatio tollit mundi, hos ei ante ſuas Calendas reſtauretis. Sic fortè obtinebimus, ut non invideatis jejunio noſtro quartam vel ſextam feriam, quæ licet in Februario pronuntientur, Martii tamen eſſe intelligantur.

Tali divinæ & humanæ ſcripturæ bivio intercepti, hæremus ſub intelligendi ambiguo, & dum neuter neutri credit quæ via ſit directior, ad id quod volumus non ſine labore tendimus & utinam ſine errore perveniamus.

Dicitis; Cui ſententiæ lectio prophetica conſentit, quæ jejunium primi & jejunium quarti & jejunium decimi, & non jejunium duodecimi eſſe oſtendit, quod nullo modo ita eſſe poterit refragari, ſi præfatum primi menſis jejunium quarta vel ſexta feria Februarii congruat celebrari.

Si nos noſter ſuper his intellectus non fallit, hos quatuor menſes ita accepiſſe videmini, ut jejunium primi menſis deputetis Martio; jejunium quarti Junio, qui eſt quartus à Martio; jejunium VII. Septembris, qui eſt VII. à Martio, jejunium decimi Decembri, qui eſt decimus à Martio. Quod vos intellexiſſe ut intelligamus addidiſtis, & non duodecimi, qui eſt Februarius duodecimus à Martio. Quid in tantum derogatis Februario, cujus ſaltem unum diem ad primum jejunium non admittitis, ut quodam modo timere videamini, ne fortè jejunium decimi menſis ad eum aliquo modo transferatur. Si hoc prophetæ capitulum in veſtris exemplaribus ita habeatur: ut vos poſuiſtis, vos videritis. Nos dicimus quia nec in LXX. interpretum editione, quâ veteres Græci & Latini utebantur, hoc ita ſcriptum habetur, nec in editione quâ modò Eccleſia utitur, quam Hieronymus de Hebræo in Latinum tranſtulit, & eamdem expoſuit. In LXX. ita habetur: *Jejunium quartum, & jejunium quintum; & jejunium ſeptimum, & jejunium decimum erunt Domini*: & reliqua. Zach. 8. 19. In editione verò Hieronymi ita habetur: *Jejunium quarti, & jejunium quinti, & jejunium ſeptimi, & jejunium decimi erunt Domini*; & reliqua. Ubi mentio hîc primi in primo menſe jejunii ſuper quo vos nobis patrocinamini? Si propheta primi menſis hîc poſuiſſet, non alium primum menſem quàm Aprilem ſignificaſſet, & ab Aprili ordinem aliorum menſium deduxiſſet. Ordinem menſium & cauſas jejuniorum Hieronymus ita exponit: Jejunium, inquit, quarti (ſubauditur menſis) qui eſt Julius, ab Aprili quartus, eſt ſeptimâ-decimâ die ejuſdem menſis, quando Moyſes deſcendens de monte, tabulas legis confregit: quo etiam menſe Nabuchodonoſor Jeruſalem primus cepit. Jejunium quinti, menſis quintus ab Aprili, qui eſt apud nos Auguſtus, erat X. die ejuſdem menſis, pro eo quòd per ſpeculatores de inſpecta terra repromiſſionis reverſos orta eſt ſeditio: propter quam omnes præter duos per XL. annos in heremo perierunt. Quo etiam menſe Nabuzardan princeps Coquorum regis Nabucodonoſor muros captæ anteà Jeruſalem evertit, & templum incendit, & multò poſt menſe eodem anno, à TITO Cæſare Domini templum everſum & exaratum eſt. Jejunium ſeptimi menſis ab Aprili, qui eſt apud nos October; pro eo quòd eo menſe occiſus eſt Godolias, qui victis Judæis à Nabucodonoſor prælatus erat, & reliquiæ Judæorum ad internecionem deletæ ſunt. Jejunium decimi menſis ab Aprili, qui eſt apud

nos Januarius, pro eo quòd Jhezechiel propheta, & alii captivi in Babylone cognoſcentes hoc menſe templum Domini fuiſſe deſtructum, fecerunt planctum, & indixerunt jejunium. Hæc Hieronymus: Ne ergo vos moleſtet, videre quàm parùm veſtræ ſententiæ lectio prophetica conveniat, quæ cùm nec de ordine menſium, nec de cauſa jejuniorum pro vobis agat, ad hoc tantùm hîc valet, ut exemplo Judæorum ad celebranda quatuor anni jejunia nos incitet.

» Dicitis: Jejunium quod à quarta feria incipitur, & ſabbato finitur, nequaquam Februario, ſed totum Martio deputatur: eâ videlicet ratione, ut in eo menſe primum jejunium noſtrum Domino conſecretur, in quo principium anni ac ipſa creatio cœpit mundi.

Hanc veſtram ſententiam non protervè refellimus, quippe qui paratiores ſumus diſcere, quàm docere; ſed eſt ratio quæ nos dehortatur, ne vobis in hoc aſſentiamus, de quâ judicare habebit ſincera veſtræ dilectionis ſententia. Calixtus papa à Petro apoſtolo XVII. decrevit fieri ter in anno jejunium in die ſabbati pro frumento, vino & oleo. Quo decreto in melius mutato, decrevit fieri triduanum per quatuor anni tempora jejunium, ita ſcribens Benedicto » epiſcopo: Jejunium quod ter in anno celebrari apud nos didiciſti, ut ſicut replemur frumento, vino, & oleo ad alenda corpora, ſic repleamur jejunio, ad alendas animas; nunc convenientius per quatuor anni tempora fieri decernimus, ut ſicut annus per quatuor volvitur tempora, ſic & nos quaternum ſolemne agamus jejunium per quatuor anni tempora, ut inter cetera ex verbis Domini, ait, Zacharias propheta, Jejunium quarti & jejunium quinti & jejunium ſeptimi & jejunium decimi erunt domui Juda in gaudium & lætitiam & in ſolemnitates præclaras. Veritatem tantùm & pacem diligite dicit Dominus. In hoc ergo nos unanimes oportet eſſe, ut ſecundùm apoſtolicam doctrinam, id ipſum dicamus omnes, & non ſint in nobis ſchiſmata, ſimus autem perfecti in eodem ſenſu & in eadem ſcientia.

Hæc Calixtus papa præſago, credo, ſpiritu prævidens diſſentiones eccleſiæ futuras pro hoc jejunio à ſe inſtituto. Ex his Calixti verbis patres noſtri inſtituti ſunt & nos inſtituerunt, ut quot annus tempora, tot habeat & jejunia; & quot menſes unumquodque tempus habet, tot jejuniorum dies habeat; & dum ſingulis quatuor temporum jejuniis terni deputantur dies, quarta & ſexta feria & ſabbatum ſinguli dies pro ſingulis menſibus deputentur: ut quicquid in toto menſe deliquimus, jejunato uno menſis die, fiat nobis veniale, & ut ad uſus noſtros bonam & ſalubrem aëris temperiem Deus ſingulis temporibus, menſibus & diebus attribuat. Quia ergo hoc quatuor temporum jejunium diſtinguit rata ratio temporum, à ſanctis & doctis, & antiquis patribus intellecta & diſpoſita, ſi & de multis pauca, & de duobus certiora eligamus. Beda in libro de Temporibus dicit: Initia quatuor temporum diverſi diverſè ponunt. Iſidorus Hiſpalenſis epiſcopus, hyemem nono Calendas Decembris, ver octavo Calendas Martii; æſtatem nono Calendas Junii; autumnum decimo Calendas Septembris habere exortum dicit. Græci autem & Romani, quorum potiùs in hoc auctoritas ſequenda eſt, hyemem VII. Idus Novembris, ver VII. Idus Februarii, æſtatem VII. Idus Maii, autumnum VII. Idus Auguſti inchoare decernunt; hyemis videlicet & æſtatis initia ſignantes matutino, vel veſpertino ortu, vel occaſu vergiliarum, quæ etiam Pleïades vocantur: item veris & autumni ponentes ingreſſum, cùm vergiliæ medio ferè die vel nocte oriuntur aut occidunt. Et, ut oſtendat Beda, qua ex ratione Græci, vel Romani, temporum initia ita præfigant, adnectit verba ſancti & docti, & antiqui viri Anatholii Laodiciæ epiſcopi de æquinoctiis & ſolſtitiis ita diſputantis. Hoc, inquit, non ignores, quot ipſa temporum confinia, duo ſcilicet æquinoctia, & duo ſolſtitia, licèt menſium ſequentium Calendis approximantur, unumquodque eorum medium temporis teneat, & non exinde principia temporum inchoantur, unde menſium Calendæ initiantur. Sic itaque unumquodque tempus inchoandum eſt, ut à prima die veris tempus dividat æquinoctium VIII. Cal. Aprilis & æſtatis, medium teneat ſolſtitium VIII. Calendas Julii & autumni, & autumni medium teneat æquinoctium VIII. Calendas Octobris & hyemis, medium teneat ſolſtitium VIII. Calendas Januarii. Secundum beati (a) Anatholii verba, ſi ab VIII. Calendas Aprilis numeraveritis ſurſum verſus uſque ad VII. Idus Februarii, habebis dies XLVI. quod eſt medium verni temporis, & per hanc Anatholii auctoritatem ponunt Græci & Romani initium veris VII. Idus Februarii. Abhinc uſque ad Calendas Februarii, reliquis diebus ſex ad hyemem pertinentibus, & hoc quod ſecundum antiquos, qui ponebant æquinoctia & ſolſtitia in VIII. Calendas. At nos juniores, qui ſecundum decretum Nicænæ ſynodi, ponimus æquinoctia & ſolſtitia in XII. Calendas, ſi, poſito æquinoctio & dimidio verni temporis in XII. Calendas Aprilis, abhinc ſurſum verſus numeremus dies XLVI. qui ver dimidiant, inveniemus initium veris in III. Nonas Februarii. Hoc modo quatuor, vel duobus tantùm diebus Februarii ad hyemem ſpectantibus, obtinet ver totum Februarium. Secundum hoc videretur Februarius debere eſſe veris primus menſis, & in eo debere celebrari jejunium primi temporis, & quidem juſtè. Sed ne contentioſis daretur anſa calumniandi jejunium primi temporis, contingeret enim aliquot dies ultimi temporis, quod eſt hyemis, convenientiùs in ſequentem menſem Martium differtur veris jejunium. Nec tamen ideo totum Martio deputatur, quia li-

(a) Anatolius Alexandrinus Laodiceæ Syriæ epiſcopus, ſub Probo & Caro imperatoribus floruit, miræ doctrinæ vir fuit in Arithmetica, Geometria, Aſtronomia, Grammatica, Rhetorica, Dialectica, cujus ingenii magnitudinem de volumine quod ſuper Paſcha compoſuit, & ex decem libris de Arithmeticæ Inſtitutionibus, intelligere poſſumus: *inquit Hieronymus, lib. de Script. Ec.*

Digitized by Google

trium jejuniorum dies in una hebdomada A
ıs menſis continentur, propter myſteriorum
tinuationem, ſinguli tamen jejuniorum
ſingulis menſibus deputantur IV. feria Fe-
ario, VI. Martio, VII. Aprili. Quando er-
Martius initiatur, V. VI. vel VII. feria,
: inconvenientia eſt prævenire initium Mar-
jejunando in antepenultimo & ultimo die
oruarii, qui dies etſi non ſunt Martii, ſunt
nen veris, cujus eſt hoc totum jejunium per
tes ejuſdem per menſes diſtributum? Quid,
uam, diſconvenit jejunare quartam in Fe- B
ario feriam, præſertim cùm ipſa jejunetur
impetranda bona & ſalubri temperie Fe-
arii? Quid diſconvenit Martio, quòd ſexta
Februario feria pro ipſo Martio jejunatur?
n merebitur Aprilis bonam & ſalubrem aë-
temperiem, quod jejunium ſabbati ſibi
occupetur in Martio? Per hoc ratum eſſe
o, quod dixi quartam & ſextam feriam eſſe
ecutrices & quaſdam præparationes ad ip-
n ſabbatum Martii, & eas ejuſdem eſſe con-
ionis cujus eſt ſabbatum, cui officium ſive C
vitium exhibent præparationis, nimirùm je-
nio tertiæ & ſextæ feriæ ſe præparantibus il-
, qui vel ſuſcipiunt, vel celebrant myſteria
ſabbati diem pertinentia, nec eſſe opus, ut
id, vel Februarius numero dierum dilate-
:, vel Martius adbrevietur, quandoquidem
iæ Februarii & Martii per hoc unius ſunt
nditionis, quod unius ſunt temporis. Si quis
n recipit hanc diſtinctionem jejuniorum per
tinctionem menſium, ſaltem in commune
cipiet totum pro tempore jejunium. Sed quia D
c quod eſt diviſum in multis, non eſt alicu-
; totum; & quod eſt commune multis, non
: alicujus proprium, non erit jejunium veris
tum Martii, quod tribus æquè deputatur
enſibus. Non erit, inquam, Martii proprium
iod tribus eſt commune menſibus.

Ad hæc non otiosè vel mendosè ſcriptam
gimus, quod ſancti papæ Romani Simplicius,
elaſius, Symmachus & Felix fecerunt ordi-
tiones per menſem Februarium, ſive enim
III. Calendas Martii ſecundùm Hiſpanos, ſi- E
: VII. Idus Februarii ſecundùm antiquos Græ-
s & Romanos, ſive ſecundùm Nicæam ſy-
dum III. Nonas Februarii ver oriatur, cre-
ndum eſt quod apoſtolicæ dignitatis viri non
:cluſerunt à jejunio Calendarum Martii quar-
m & ſextam feriam Februarii, quæ erant
erni temporis: fortè etiam integram Februa-
i hebdomadam receperunt ad explendum ve-
s jejunium, & ad celebranda myſteria illi je-
nio congruentia. In communibus enim an-
s ſæpe Februarius aliquot quadrageſimæ heb- F
omadas obtinet.

Perpendit ergo veſtra dilectio cur jejunium
eris non totum Martio deputetur, quia ſcili-
et dies verni temporis agunt pro Februario, ne
ccludatur à veris jejunio. Quod ſi ratio & ordo
emporis evicerit, quod ver ipſis Calendis Mar-
i oriatur, verbum non amplius addam; quin
xcludantur à jejunio quarta & ſexta in Februa-
io feriæ, ſi cum menſe ſuo fuerint penitus alie-
næ à verno tempore. Sed præter rudem Ro-
muli inſtitutionem, nuſquam ſcripturarum au-
ctoritatem invenimus, quod initium veris &
Martii ipſo Calendarum die ſimul concurrant.
In Calendis Martii initium veris ponentibus re-
pugnat auctoritas Anatholii & aliorum patrum,
repugnat etiam cœlum & terra; cœlum quo-
niam philoſophi deprehenderunt initia tempo-
rum per ortus & occaſus ſtellarum, quas Deus
fecit in ſigna & in tempora, in menſes & in
annos: terra verò, niſi aliqua inæqualitas aë-
ris interturbet, ortum veris in rore arborum
vel herbarum longe ante initium Martii oſ-
tendit.

Regula Anatholii, qui negat initia tempo-
rum in Calendis menſium, & ubi initiari de-
beant ita verbis oſtendit, ut etiam oculis poſſit
oſtendi. Oſtendat adhuc per initium æſtatis ubi
debeat celebrari jejunium æſtatis. Poſito ſol-
ſtitio æſtivali & æſtatis medio ſecundùm an-
tiquos in VIII. Calendas Julii, ſi numeres ſur-
ſum verſus XLVI. dies, invenies initium æſ-
tatis in VI. Idus Maii, & abhinc uſque ad
Calendas Maii octo tantùm diebus ad tempus
veris ſpectantibus, totus pene Maius deputa-
bitur æſtati. Nec deſunt aliqui modernorum
quantò juniores tantò perſpicatiores, qui aſ-
cenſum vel deſcenſum ſolis in ſolſtitiis oculis &
digitis notantes, contendunt æquinoctia & ſol-
ſtitia rectius eſſe ponenda in quinto decimo
Calendas. Quod ſi fuerit probatum, quis con-
tradicet veritati, quin totum Februarium ſi-
bi vindicet? Cùm ergo per hoc jejunium ve-
ris dies Februarii, ad jejunium æſtatis dies
Maii licenter admitti debeat, quando Junius
initiatur in quinta vel ſexta feria, quæ in-
convenientia vetat in ſecundo ejus ſabbato
vel ſecunda hebdomada celebrari ſecundum
jejunium, quod totum æſtati debetur, à vo-
bis verò ſoli Junio tantùm deputatur? In ve-
ris jejunio videtur impedire quod quarta &
ſexta feriæ jejuniorum in una hebdomada con-
currunt, quid cauſæ eſt quod differtis jeju-
nium in ulteriorem hebdomadam? Quid tan-
tùm inhæremus occidenti litteræ, ut devie-
mus à ſpiritu vivificante? Quid tantùm inhæ-
remus in quærendo primo menſium ſabbato?
Semper laborando quærimus & ſemel tantùm
invenimus. Si enim numero dierum compen-
ſetur ſabbatum, tale ſabbatum tenemus illis
ſolis annis, quibus menſes Junius, Martius, Sep-
tember & December in prima feria initian-
tur. Ceteris verò annis ſemper imperfectæ heb-
domadæ ſabbatum tenemus. Vos quippe qui
jejunium temporis, quod eſt commune tribus
menſibus, deputatis ſoli medio trium menſium
menſi, quando V. VI. vel VII. feria initiantur
menſes jejuniorum, ſemper pro primo ſabba-
to ſecundum, pro ſecundo tertium, pro tertio
quartum habetis, quia expletâ primi menſis
hebdomadâ, in tertio vel ſecundo ſecundæ
hebdomadæ die ſabbatum locatis. Porro nos
qui jejunium temporum accipimus ſecundum
nomen ſuum, & dies temporis indifferenter
admittimus ad jejunium temporis, primum ſab-

Digitized by Google

batum quod occurrit in menſe jejuniorum pro primo habemus, referentes illud non ad menſem, ſed ad hebdomadam, in cujus qualibet feria initiatur ille menſis, qui ad celebrandum temporis jejunium & jejunii myſterium aptior eſſe videtur.

Putet aliquis illorum, qui nobis ex adverſo ſunt, eſſe has contentiones & quæſtiones & pugnas legis, quas ut vanas & inutiles Paulus Tito & per eum nobis devitandas eſſe ſcribit. Qui recipiet quæ diximus ad conſequentia temporum veris & æſtatis, advertet facilè conſequentiam autumni & hyemis per regulam Anatholii, & videbit quod jejunium veris non ſit totum deputandum Martio, ſed etiam Februario.

Dicitis: Quando primum ſabbati jejunium ante Quadrageſimam evenerit, ex conſuetudine Eccleſiæ veſtræ in ſecundum vel tertium Martii ſabbatum nobis mirum videtur obſervari.

Miramur de vobis, cur ſuper hoc miremini de nobis. Numquid hoc facimus ſine auctoritate patrum antiquorum vel juniorum? Siquidem non longo abhinc tempore, juſſu Kounradi imperatoris apud Triburias habito generali conventu & concilio epiſcoporum, epiſcopi inter cetera voluerunt decernere hoc capitulum: Ut ſi quando jejunium primi menſis evenerit infra hebdomadam quâ caput jejunii in feria iv. conſtat, amborum jejuniorum celebritas unius officii expletione compleretur. Sed huic multorum decreto pauci noſtratium refragantes, ſaniori conſilio obtinuerunt, ut jejunium primi menſis in altera hebdomada in qua habetur officium celebraretur juxta antiquorum conſuetudinem. Hanc jejuniorum inſtructionem confirmat auctoritas.

Gelaſius enim papa ſecutus ſententiam Zozimi papæ: Ordinationes, inquit, presbyterorum, aut diaconorum, non debent, niſi certis temporibus exerceri, id eſt iv. & vii. & x. menſis jejunio, ſed & quadrageſimalis initii, ac medianæ quadrageſimæ die ſabbato jejunio circa veſperum noverint eſſe celebrandas. Hæc Gelaſius: Quem quis non videat prævidiſſe per Spiritum ſanctum contentioſam poſterorum ſuper hoc jejunio diſcordiam, dum tacito primi menſis nomine, & neglecto primo ſabbato, tempus cauſæ congruum notavit ad jejunandum, ſcilicet in initio, vel in medio Quadrageſimæ. Præcavit enim quia paſchalis varietatis ratio nos involveret, hoc quo nunc tenemur ambiguo.

Quod Gelaſii capitulum ne cujus contentio infirmare audeat, confirmatum eſt etiam quinto epiſcoporum concilio, juſſu Karoli Magni imperatoris habito. Decernimus de presbyteris & diaconibus, non niſi certis temporibus ordinandis, ſicut continetur in decretis Zozimi & Gelaſii. In horum ſententiam ſepedibus ire teſtantur ſancti & apoſtolici viri, quos pro idoneis auctoribus habet Eccleſia; de quibus ſolius Iſidori Hiſpanienſis verba ponamus: Sunt, inquit, quatuor ſabbata, in quibus ſunt ſtatuta jejunia & officia lectionum & orationum majora, id eſt, menſe Martio ſabbato primo, juxta obſervationem Quadrageſimæ, vernoque tempore, & reliqua. Tam idoneis teſtibus & teſtimoniis confirmata noſtræ eccleſiæ conſuetudo, non debet jejunium veris ante Quadrageſimam celebrari, non debet vobis miraculo eſſe, niſi habeatis aliquos, quorum auctoritas his præponderet.

Dicitis: Cujus antequadrageſimalis, ut ita dictum ſit, jejunii, ut ſalvâ veſtrâ gratiâ loquamur, videtur primi ſabbati ſedem de loco pellere, quod Nabuzardan expugnat adhuc muros Jeruſalem.

Salvâ noſtri gratiâ, accipimus quicquid loquimini, ut & ſalvâ veſtri gratiâ, accipiatis quod loquimur. Nihil enim ex contentione, ſed totum quærimus ex caritate. Scrupulum injeciſtis nobis, cùm dicitis nobis ſedem primi ſabbati de loco pelli. Vos in hoc falli non credimus, ſed nos tarditatis arguimus, qui veſtra bene forſan dicta non bene capimus. Quamvis ſabbatum à cauſa, non à numero dicatur, & per hoc aliquando non ad numerum, ſed ad cauſam referatur; quia tamen illud de quo agimus ſabbatum ſemper ſedet in numero, in feria ſcilicet quæ à numero denominatur ſeptima, nemo melius vobis novit ſedem ſabbati ſic eſſe immobilem, ut eſt immobilis numerus, qui ſedem ſabbato fundavit. Nullum enim diem hebdomadæ præter ſeptimum vocamus ſabbatum, ſed à ſabbato omnes dies vocantur, id eſt prima, ſecunda, vel tertia ſabbati. Si verò id quod cauſa, aut uſus addicit ſabbato, pellitur aliquoties de loco; non ideo ſurgit ſabbatum de ſua ſede. Jejunium ergo quod primo Martii adſcribitur, ſi aliquâ cauſâ vel neceſſitate pellatur à præſcripto ſibi loco, quomodo per hoc ſedes ſabbati de loco ſuo pellatur, à vobis audire vellemus. Si enim ſabbati ſedes poſſet à loco ſuo moveri, & ſabbatum, ut ita dicam, poſſet ſequi diem jejunii de loco ſuo pulſi, ſemper ipſum ſabbatum eſſet primum, nec pateretur ut ſecundum ſabbatum incubaret primo loco. Quid ergo gravamini ita motum primi jejunii, non quidem ſemper neceſſarium, ſed aliquando opportunum, cur negatur primo jejunio quod ceteris temporum jejuniis conceditur, quibus licet opportunè de loco ſuo moveri. Ecce de hyemalis temporis jejunio nulla eſt querela, quòd de hebdomada in hebdomadam, de ſabbato in ſabbatum, tranſduxit Dominica Nativitas. Et gratias vobis, quòd mutationem autumnalis jejunii conceditis noſtræ feſtivitati. Et quia fortè non timetis, quòd Nabuzardan expugnare debeat muros noſtræ Jeruſalem, dicitis quodam modo nobis cum Ezra: *Comedite* (1. Eſd. 8. 10.) *pinguia, & bibite mulſum, & mittite partes eis qui non præparaverunt ſibi; ſanctus enim dies Domini eſt: nolite contriſtari, gaudium etenim Domini eſt fortitudo veſtra.* Quod nobis conceditur, concedi poteſt etiam cuilibet eccleſiæ, ut ſi in quolibet temporum ieiunio intercurrat ſpecialis feſtivitas, ieiunii ſedes tranſmutetur, aut ſabbatum æſtivalis ieiunii, ſi concurrat ſabbato

Digitized by Google

bato Pentecoſtes, quæ utraque ſabbata prænotantur titulo XII. lectionum, differtur jejunium in hebdomada Pentecoſtes, quia non poſſunt expleri unâ celebritate duo authentica officia, & duo myſteria: unum baptizandi, & unum ordinandi. Quamvis noſtra pene memoria tres archiepiſcopales ſedes, vos ſcilicet Trevirenſes, Colonienſes & Maguntienſes voluerint hæc duo myſteria duplicis jejunii uno unius diei officio compleri, ſed ea cauſa, nec ad conſenſum omnium, nec ad uſum Eccleſiæ potuit pervenire. Quid, inquam, adeo gravamini ſolius primi jejunii mutatione, ut dicatis quòd Nabuzardan princeps Coquorum Nabucodonoſor, vel diaboli expugnet adhuc muros Jeruſalem, ſi hoc jejunium transferatur in quadrageſimam? Ultimo Paſcha, quod eſt VII. Calendas Maii, initiatur Martius in ſecunda Sexageſimæ feria: in penultimo Paſcha, quod eſt VIII. Calendas Maii, in tertia feria; in antepenultimo Paſcha, quod eſt IX. Cal. Maii, initiatur Martius in quarta Sexageſimæ feria. Quia ergo his annis in Quadrageſimæ hebdomada tres feriæ, quarta, & ſexta, & ſeptima concurrunt ad jejunium vernalis & ordinum myſteria celebranda, veſtro relinquimus judicio, ſi convenienter jejunetur & ordinetur in Sexageſimæ ſabbato. Moderatiores fuerunt in hoc papæ Zozimus & Gelaſius, qui hoc jejunium & myſteria jejunio congruentia deputaverunt Quadrageſimæ. Et ut aliquid etiam à nobis dicamus, ſolet aliquando à ſanctis & bene moderatis viris differri hoc jejunium in ultimum Martii ſabbatum, vel in penultimam Quadrageſimæ hebdomadam, ut paratiores ſint, & qui ordinant, & qui ordinantur, ſi fortè (quod abſit) adhuc Nabuzardan expugnarit muros Jeruſalem, illi qui de captivitate Babylonis redibunt, pœnitentiâ laborabunt in reſtruendis muris ſuæ Jeruſalem, unâ manu facientes opus orationum, & alterâ manu tenentes gladium jejunii.

Delectat etiam nos allegorizare ſuper numero hebdomadarum quæ diſtinguunt jejunia temporum. Sed quia, ut ait Origenes, in campis allegoriæ eſt libera evagandi licentia, hæc libertas debet habere modum progrediendi. Tres generationum Chriſti ordines tribus jejuniorum ordinibus allegoricè reſpondent, quid conferetur quarto jejunio, quod etiam hebdomadarum mutilatur numero? Placet hæc allegoria, ſed non ita, ut pro certa figatur jejuniorum regula. Placet & Bernonis regula, quæ vos quodam intellectuali linearis numeri filo à primo jejunio ad ſecundum, à ſecundo ad tertium, à tertio ad quartum jejunium ducit, & utinam ſine errore. Et multò plus placeret, ſi etiam per XIIII. à quarto jejunio ad primum recurreret. Sed ut cum pace & gratia veſtra loquamur, hæc ejus linea, quia non æqualiter dividit anni hebdomadas per quatuor temporum jejunia, videtur quibuſdam non eſſe ſatis directa. Si enim per quatuordecim triplicatur à quarto jejunio uſque ad primi recurſum, reſtant decem tantùm hebdomadæ. Si per quatuordecim quadruplicatur, quatuor hebdomadas excurrit, ultra quinquaginta duas anni hebdomadas. Cujus intellectuali filo non audemus pedem innectere, ut ſi deſiliamus in artum, poſſimus licenter pedem retrahere aut protendere. Quidam ſuper hoc lineari numero hebdomadarum diſputans, ſi, inquit, aliquis numerus debuiſſet limitare hæc quatuor jejuniorum interſtitia, nullus ad hoc aptior numerus eſſet, quàm quatuordecim, qui quadruplicatus reddat quinquaginta duas anni hebdomadas. Per hoc enim, ſi modo uſus admitteret, ſemper in primo ſabbato menſis jejunio deputati occurreret jejunium cujuſque temporis per hujus numeri lineam. Hoc ille quamvis verum tamen fruſtra dixit, quia extra uſum ſenſit Berno, à cujus ore vos pendetis, cujus verba ſunt vobis pro regula, qui veſtrum ſacramentorum librum ſuo exemplari attitulat, nobis quoque placet, hunc nos magni habemus, quia quod pro virili portione potuit in tabernaculo Dei obtulit. Sed præcipit Apoſtolus omnia probare, quod bonum eſt tenere, ab omni ſpecie mala nos abſtinere. Species mala eſt diſcordia eccleſiæ, pro quâ omnes quotidie oramus, ut in primis eam dignetur Deus pacificare & adunare toto orbe terrarum, nec tamen unam eam adunari patimur, dum per diſſonantiam eccleſiaſtici ritus ab invicem dividimur. Vos veſtroſque ritus non improbamus, ſed quod ex antiqua patrum traditione tenemus, utrum rectè teneamus, bonorum judicio committimus.

De temporibus initiandis præ omnibus Anatholium ſequimur, qui quanti debeat eſſe, nobis teſtatur Euſebius in eccleſiaſtica Hiſtoria, & Hieronymus in libro illuſtrium virorum. Anatholius, inquit, Alexandrinus Laodiciæ Syriæ epiſcopus ſub Probo & Gaio reparatoribus floruit, vir miræ doctrinæ in Arithmetica, Geometria, Aſtronomia, Grammatica, Rethorica, Dialectica. Et ſi ad modernos veniendum eſt, ſequimur noſtros WATERHONEM (a) noſtræ urbis epiſcopum, & OLBERTUM Gemblacenſis cœnobii abbatem, qui in generatione ſua juſti & docti fuerunt, juſtis & doctis viris ſui & noſtri temporis conferendi aut etiam præferendi. Hi fuerunt contemporales Aribonis & Bernonis. Hi Bernonis ſcripta, eo monſtrante, legerunt; ſed multa legentes & omnia probantes, juxta quod Dominus præcipit prædicatoribus, non tranſibant de domo in domum, id eſt de ſententia iſtius ad ſententiam illius; ſed regiam patrum viam gradientes, non ad dextram, nec ad ſiniſtram declinabant. Hi jejunia quatuor temporum ſecundùm rationem temporum accipientes, dies temporis ante Calendas Martii non excludebant à jejunio verni temporis, ſed in primo ſtatim ſabbato, immo in primo aliquando menſis die jejunium & jejunii hiſto-

(a) Vulgo dicitur Vatho ſeu etiam Vazo Leodienſis epiſcopus, obiitque anno 1048 uti legimus in libro de Geſtis abbatum Gemblacenſium Spicilegii tomo ſexto pagina 531. ubi etiam plura de Olberto abbate.

riam explebant. Hos alioſque ſanctos & doctos viros in hoc ſequimur, non quia ſancti & docti fuerunt, ſed quia veritatis aſſertores eſſe probantur. Sic enim docet nos Auguſtinus ſcribens Hieronymo. Solis, inquit, ſcripturis quæ appellantur canonicæ hunc honorem atque tenorem defero, ut nullum earum auctorem erraſſe aliquid firmiſſimè credam. Alios verò ſic lego, ut quantalibet ſanctitate & ſcientia præpolleant, non ideo verum eſſe putem quia ipſi ita ſenſerunt, ſed quia mihi per illos canonicos auctores vel probabili ratione quod à vero non aberat, perſuadere potuerunt. Hoc Auguſtini exemplo multorum ſcripta legimus; ſed non omnibus credere habemus, & quos magis ſequi debeamus quærentes, hæc vobis ſcribimus non ex pertinacia, quia nec vos credimus ſcripſiſſe ex pertinacia, qui epiſtolam veſtram tam delectabili concluſiſtis epilogo, quod & nos mutuatum remittimus vobis. Si ex ratione catholica eſt vobis certum nobis aliquid melius oſtendere, promtum eſt nobis intellectui veſtro cedere, quàm noſtræ pertinaciæ ulteriùs inutiliter deſervire.

Sed & hoc adjiciendum eſt quòd anno milleſimo nonageſimo quinto Dominicæ Incarnationis tota pene eccleſia recepit à ſede Romanæ eccleſiæ decretum apoſtolicæ auctoritatis, ut ſemper in prima quadrageſimæ hebdomada jejunium veris, ſemperque in ipſa Pentecoſtes hebdomada jejunium æſtatis celebretur. Cùm ergo Februarius ſæpe unam, ſæpe duas, aliquando, in primo ſcilicet Paſcha, tres quadrageſimæ optineat hebdomadas; eodemque modo Maïus ſæpe una, ſæpe duabus, aliquando in primo ſcilicet Paſcha tribus hebdomadibus ultra dominicam Pentecoſtes excurrat. Conſtat totum jejunium veris in Februo ab illis celebrari; jejunium verò æſtatis non ſolùm à ſecunda Junii hebdomada, ſed etiam ab initio Junii longè removeri. Nulla certè eſt controverſia apud iſtos de ſpectanda quarta vel ſexta feria ante Calendas Martii, Junii vel Septembris, quippe qui non ad certos menſes, ſed ad rationem temporis, refertur jejunium temporis. Valete.

Explicit epiſtola.

ITEM EPISTOLA TREVIRENSIUM Ad Leodienſes, cur regulam (a) Bernonis modò creſcere modò decreſcere arguant.

(a) Cum benè & decenter reſponſum à vobis videatur eſſe in ceteris, hoc unum dubitamus, utrum juſtè arguatur regula Bernonis modò creſcere, modò decreſcere, tamquam non ille conſideraſſet, quod ab ultimo jejunio uſque ad recurſum primi, decem tantummodo ſint hebdomadæ tribus teſſereſcedecadis per intervalla jejuniorum deputatis. Ille enim videtur lineam ſuam protendere à primo jejunio uſque ad quartum, & de tempore quod eſt ab ultimo uſque ad primi recurſum non agere, ut ſic deſcenſus quadraginta duarum hebdomadarum reſpondeat quadraginta duabus generationibus Chriſti, quod putamus intendiſſe Amularium, qui & primam Martii hebdomadam accepit in figura primæ generationis, quæ eſt Abraham, & ultimam Decembris in figura ultimæ generationis, quæ eſt Chriſtus, & tres conſecrationes jejuniorum tres appellavit Theſſereſcedecadas hebdomadarum, quæ ſunt interſtitia eorum. Cur ergo dicitis de quarto quid fiet? Dubitationem vobis oſtendimus. Valete.

Explicit epiſtola.

RESCRIPTUM DOMNI SIGEBERTI Gemblacenſis monachi pro Leodienſibus clericis.

Quia, ut ait quidam, littera ſola res eſt quæ eos qui ſunt abſentes facit eſſe præſentes, juvat nos datis & acceptis litteris alloqui & audire vos quos diligimus, præſertim, dicente Hieronymo, quia magnum deſiderii ſolamen habet amicus, cùm litteras amici accipit. Dubitationem veſtram nobis oſtendiſtis; ſcilicet an juſtè necne arguatur regula Bernonis modò creſcere modò decreſcere, & cur dixerimus de quarto quid fiet?

De poſteriori interrogatione primum dico (a) me non dixiſſe, de quarto quid fiet: ſed dixiſſe quid conferetur quarto jejunio: de qua re merito quæſiſtis; quia dum eam ſubintelligendam reliqui, remanſit ſub ambiguo quod ſubintelligi volebam. Dicens enim tres generationum Chriſti ordines tribus jejuniorum ordinibus allegoricè reſpondent, ſubintuli, quid, ſubaudis allegoriæ, conferetur quarto jejunio? Quod quæſivi quæro adhuc à veſtra prudentia, quid poſſit conferri illis decem hebdomadis, quæ à quarto jejunio reſtant uſque ad primum, ut omnibus anni hebdomadis ſua reſpondeat allegoria. Si enim à vobis primo hoc ſubintellectum fuiſſet, videretur vobis his decem hebdomadis poſſe conferri illas generationes, quæ decem à Noë uſque ad Abraham ſecundum hebraïcam veritatem numerantur, ſi nulla denarii numeri aptior cauſa poſſit conferri. Has enim conſequens generatio Abrahæ obtinebit congruè primam Martii hebdomadam.

(a) De hac regula hæc habet Sigebertus in libro de Scriptoribus eccleſ. *Scripſit de jejuniis quatuor temporum, de quibus celebrandis eſt inter multos diſſonatia: dum alii ſecundum conſiderationem temporum ad jejunium quarta & ſexta feria accipiunt dies Februarii, vel Maii, vel Septembris, & ſabbato in Calendis provenientè terminant jejunium: alii vero ſine conſideratione temporum non jejunant niſi quarta & ſexta feria jejunii cùm ipſo ſabbato in Martio, vel Junio, vel Octobri proveniant. Et talem jejunandi ritum auctorizant multi, maxime Teutones.*

(a) Ex his verbis conſtat Sigebertum ſuperioris ad Trevirenſes epiſtolæ eſſe auctorem.

Digitized by Google

Porrò regula Bernonis utrùm modò creſcat, A modò decreſcat, vel ſi juſtè, necne poſſit argui, ſcit veſtra quæ eam terit prudentia. Quid veſtra intereſt eam arguere diximus & dicimus. Sit Bernoni ſua ſibi regula, quia nolumus ea coartari, qui iuxta competentiam rei ac temporis ponimus liberè interſtitia quatuor jejuniorum, ſive per quatuordecim, ſive per quindecim. At verò quia vos eam nobis porrigitis ad videndum, vobis eam ex una parte tenentibus, communiter videamus qualis ſit. Et hæc quidem eſt ejus regula. B

„ A ſabbato, inquit, vernalis jejunii velut intellectuali quodam filo rectiſſimè linea regulæ per XIIII. hebdomadas uſque in Junii menſis ſecundum ducatur ſabbatum, indeque per alias XIIII. hebdomadas ad tertium Septembris ſabbatum, itemque ſive per XIIII. ſive per XIII. ad illum proximum ante Natale Domini ſabbatum, ut abſque errore termini eorum ſabbatorum poſſint interveniri.

Hæc rectiſſima linea cur à XIIII. recurrit ad XIII? nimirum ideo quod neceſſe ſit ei ſequi C competentiam temporis. His in hebdomadis numerandis ſibi quidem ſatisfecit, neſcio ſi & vobis ſatisfecerit. Vos quippe intendere videmini, ut hebdomadæ quadraginta-duæ ſic reſpondeant quadraginta-duabus generationibus Chriſti, ut prima generatio, quæ eſt Abraham, teneat primam Martii hebdomadam; ultima verò generatio, quæ eſt Chriſtus, reſpondeat ultimæ Decembris hebdomadæ. Vos rectè in hoc ſapitis, ſi linea Bernonis vos ad hoc poſſet dirigere; D ſed naſcente Chriſto in ultima Decembris hebdomada, quomodo dabitis Abrahæ primam Martii hebdomadam? Linea Bernonis Abraham ab ea excludit, quia ſi eam obtineret Abraham, ultima Decembris hebdomada non reſponderet ultimæ generationi. Quia ergo, ut ait Tullius, prima cauſa victoriæ eſt diligenter ediſcere cauſam pro qua dicturi ſumus, cauſam hujus difficultatis communiter quæramus, ut communi labore difficultatem ipſam vel videre queamus.

A Calendis Martii uſque ad VIII. Calendas Januarii, E ſunt hebdomadæ XLII. & dies VI. Hos ſex dies ſubtrahens Berno à numero hebdomadarum, eas non à Calendis Martii, ſed à ſabbato vernalis jejunii incipit numerare. Per hoc quidem cavit ſibi, ut linea ſua in numero hebdomadarum neque creſcat, neque decreſcat, non tamen per hoc ſe omni ſcandalo abſolvit. Propter hos ſex dies ſubtractos diſconvenit inter nos & vos aliquando, inter Abraham verò & naſcentem Chriſtum nullo anno convenit. Abraham enim nolens quodam modo F decedere à præſcripta ſibi prima Martii hebdomada, ſubtractos ſibi ſex dies ſemper repetit; & ſingulis annis ſingulos dies recipiens, videtur arguere regulam Bernonis, modò creſcere, modò decreſcere; quia quot dies ſuæ hebdomadæ recipit, tot Chriſtus ſuæ hebdomadæ dies amittit. Abraham quantò longiùs à ſua hebdomada elongatur, tantò plures dies ſibi uſurpat, ut aliquando pluſquàm unam hebdomadam, aliquando pluſquàm duas obtineat, tribus ſcilicet annis, quibus vos ponitis ſabbatum jejunii circa VI. Idus Martii. At puer, cujus eſt nomen Dominus juſtus noſter, ad ſuam partem recreſcente lineâ ſuos, tantùm dies annuatim recepit, & nihil plus ſuâ juſtâ parte exigit. Ita vos numquam, niſi excepto uno anno datis naſcenti Chriſto integram hebdomadam, niſi fortè ſubtractos in Martio dies aſſuatis decurtatæ Chriſti hebdomadæ, ut vel ſic detis quodam modo pauperi Chriſto camiſiolam de conſciſſis panniculis reconſutam, cujus inconſutilem tunicam nec inimici ejus ſciderunt. Non decet vos talia ſemicinctia offerre illi, cui cùm Magis aurum, thus & myrrham obtuliſtis.

Quod dicimus, per annorum conſequentiam probemus. Anno quo Martius initiatur in prima feria, incipit Berno numerare hebdomadas à ſabbato jejunii vernalis poſito in Nonis Martii, uno die tantùm relicto Abrahæ, eoque tantum anno Chriſtus habet plenam hebdomadam. Sequenti anno, poſito jejunii ſabbato in primo die Nonas, tertio anno in tertio Nonas, quarto anno in quarto Nonas, quinto anno in quinto Nonas, per hos ſex vel quinque annos intercurrente biſſexto reddit Berno ſex ſubtractos dies; & ſecundum variationem Nonarum Martii, linea ejus creſcere, aut decreſcere videtur in utramlibet partem. Secundum vos autem, longiùs poſito jejunii ſabbato, amplius linea variatur. Quid quod aliquando per lineam Bernonis plus juſtè excreſcentem exturbatur Naſcens extra quadrageſimam ſecundam hebdomadam & generationem? Quia enim Breno à ſabbato hebdomades & generationes inchoat, in ſexta feria eas ſemper conſummat.

Anno ergo quo initiatur Martius in ſecunda feria, conſummantur XLII. hebdomadæ & generationes IX. Calendas Januarii, id eſt in vigilia Natalis Domini, quæ eo anno occurrit in ſexta feria, ultra quam non debet protrahi Bernonis regula. Per hoc initiante quadrageſimâ-tertiâ hebdomadâ, in ſequenti ſabbato naſcitur Chriſtus, in eo quaſi in alieno, quia non eſt ei hoc anno locus in Bernonis diverſorio. Confidimus tamen de vobis in Domino, quòd ipſe qui naſcitur magni conſilii Angelus inſpirabit vobis & aſpirabit, ut habeat etiam hoc anno locum in veſtræ ſapientiæ diverſorio. Velit fortè aliquis excuſare Bernonem, per hoc quod in VIII. Calendas Januarii incipit ultima Decembris hebdomada, quæ debet reſpondere Chriſti generationi. Poſſet quidem per hoc excuſari, ſi etiam hoc anno differretur jejunium in ſecundum Martii ſabbatum. Sed ei via hunc evadendi præcluditur, quia poſito ſabbato jejunii in II. Nonas, & Abraham obtinente pluſquàm ſecundam Martii hebdomadam, Chriſtus nec penultimam Decembris hebdomadam habet.

Hæc juſtè necne dixerim de regula Bernonis, videbit veſtræ diligentiæ oculus; & ſi quid incautè à nobis dictum eſt, nos ſimpli-

Digitized by Google

citas oculi noſtri excuſabit, & veniam impe- A
trabit. Non enim Bernoni in aliquo deroga-
mus, quem ut ſanctum & ſapientem cenſemus
numerandum in numero illuſtrium virorum;
quia quod à Deo habuit ad profectum poſtero-
rum obtulit, & inde id ipſum quod obtulit, à
Deo probandum fuit. Obtulit aurum ſanctita-
tis & ſapientiæ. Tamquam aurum in fornace
probat electos Dominus, obtulit argentum elo-
quentiæ. Quid de tali viro ſuggerit vobis ſa-
pientia per Salomonem? Aufer, inquit, rubi-
ginem de argento, & egredietur vas puriſſi- B
mum. Optarem in domo Dei ambulare cum
conſenſu talis viri; ſed ait Amos propheta:
Amos, 3. 3. *Numquid ambulabunt duo ſimul, niſi eis conve-
nerit?* Putabamus nobis & Bernoni convenire
in recipienda allegorica generationum conſo-
nantia; ſed diſſonantia primæ Martii & ulti-
mæ Decembris hebdomadæ nos ab illa conve-
nientia avocat. At de numero XIIII. hebdo-
madarum nobis & Bernoni convenit, quas
etiam nos recipientes, ambulamus quidem ſi-
mul eâdem viâ, ſed non ubique per eadem ve-
ſtigia. Bernone enim ſex diebus præcurrente, C
non à ſabbato jejunii cum eo, ſed ſemper à Ca-
lendis Martii ingredimur viam numerandi
XLII. hebdomadas, eaſque ut & vos diſtingui-
mus per tres teſſereſcedecades; ſed in prima
teſſereſcedecadarum ſtatutis jejuniorum heb-
domadis prima ſcilicet Martii, ſecunda Junii,
tertia Septembris, quarta Decembris. Sex au-
tem dies qui ſuperſunt, nihil ad diſtinguenda
jejuniorum interſtitia obſunt. Hoc extra inter-
rogationem veſtram adjeci, ut tollatur à vobis
nota inconvenientiæ, quam priores veſtræ lit- D
teræ impoſuerunt nobis. Quod intrante Martio
in VI. vel VII. feria uno anno jejunium Junii,
altero anno jejunium Septembris in XV. hebdo-
madam celebramus. Ut ſalva gratia veſtra di-
camus, nos ſecundum tenorem veſtræ, non
noſtræ regulæ veſtro præjudicio urgentes. Ecce
videtis quæ ſit cauſa mutuæ diſſonantiæ, ſex
ſcilicet dies à Bernone Martio ſubtracti, &
quia tropum ſynecdoche vel dies temporum in
jejuniis temporum non admittitis, quis neſcit E
in quantis locis ſcriptura vacillet, niſi à tropo
ſynecdoche ſuſtentetur? Non ſurrexit Chriſtus
à mortuis, niſi tropum ſynecdoche recipiamus.
Vos qui gratiâ Dei divites eſtis in illo, in omni
verbo, & in omni ſcientia, confirmet Deus
uſque ad finem ſine crimine. Valete.

Explicit epiſtola.

EPISTOLA CLEMENTIÆ COMITISSÆ Flandriæ ad ſanctum Hugonem abbatem Cluniacenſem.

Invitat illum ad reformandum monaſterium S. Bertini, quod Cluniacenſi omnino ſubjiciendum promittit.

Circa annum 1100. *Ex autographo Cluniacenſi.*

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritûs-ſancti.
Domno HUGONI ſanctæ Cluniacenſis Ec-
cleſiæ abbati, CLEMENTIA Flandrenſium co-
mitiſſa beatam cum dextræ partis ovibus por-
tionem.

Quoniam de pietatis veſtræ viſceribus, Pa-
ter reverende, plurimum præſumo; idcirco
pro religione in partibus noſtris per vos con-
ſtruenda, nunc ſcriptis, nunc internuntiis, fi-
ducialiter ad miſericordiam veſtram recurro.
Nullum enim opus gratius Creatori noſtro fore
exiſtimo; quam ut hîc operam demus, quate-
nus locus, qui huc uſque planè erat eccleſia ma-
lignantium, ex ſuperni reſpectûs immutatione
fiat glorioſa habitatio Deo ſervientium, & re-
gulariter ac piè inſimul viventium. Et quo-
niam ſancta prudentia veſtra mihi ſcripſit, ut
juxta cujuſdam ſuperiùs dictum, plus re-
rum exitus, quàm initium attenderem, voſque
diſcordias procerum, ac ipſius loci fratrum ve-
reri. Ad id primum audaciter reſpondeo, quòd
in hoc meo propoſito, omnino firma, immò
conſtantiſſima, Deo teſte, perſeverabo; nec
pro diſſentione procerum quæ nulla erit, cum
maximè cordi ſit omnibus, nec pro controver-
ſiis, ſeu contradictionibus fratrum, quas omni-
modis ad nihilum redigemus, à tam ſancto ope-
re, tamque pia intentione, quoad vixero, um-
quam declinabo. Ego igitur CLEMENTIA,
gratiâ Dei Flandrenſis comitiſſa, eâdem pote-
ſtate ac ſtabilitate, quâ Dominus meus, dum
adhuc in terra ſua eſſet, quæcumque juris mei
ſunt ordinans atque diſponens, conſilio epiſco-
porum meorum, JOHANNIS videlicet Morinen-
ſis, & LAMBERTI Atrebatenſis, ſimulque in-
ſtinctu quorumdam principum, quos ad hoc
mecum diſponendum alacriori quidem conſi-
lio convocavi, juxta petitionem ipſius abbatis,
atque voluntatem mihi cœlitus inſpiratam, mo-
naſterium beati Bertini, omniaque ad ipſum
pertinentia, tam exteriùs, quàm interiùs, &
quicquid ad nos ac anteceſſores noſtros ex eo-
dem hactenus attinebat Deo & ſancto Petro,
vobis quoque, ac ſucceſſoribus veſtris per con-
ceſſionem dioceſani epiſcopi libenter concedi-
mus, & per præſentis paginæ traditionem jure
perpetuo donamus, atque pro redemtione ani-
mæ meæ, ac ſucceſſorum meorum, pro ſalute
quoque domini mei RODBERTI comitis, de
cujus voluntate atque aſſenſu ſuper hoc nego-
tio, ſi fortè divina pietas eum reduxerit, cer-
tiſſimè ſuum locum illum ſecundum tenorem
litterarum domni papæ perfectè vobis ſubjicie-
mus: ita etiam ut abbas à vobis ibidem ordina-
tus, ſi, ſecundum regulam ſancti BENEDICTI,
& ſacras inſtitutiones veſtræ Cluniacenſis ec-
cleſiæ, non vixerit, liberam facultatem eum
removendi, alterumque ſubſtituendi habeatis,
præſertim cum non aliunde, niſi de Cluniaco,
quemquam deinceps ibidem liceat præeſſe.
F Hæc autem omnia conceſſa & firmiter collau-
data ſunt ſub teſtimonio epiſcoporum ſupra-
memoratorum, JOHANNIS Tarvanenſis, &
LAMBERTI Attrebatenſis, ac optimatum meo-
rum, ſcilicet ROBERTI de Bethunia, ipſius
abbatiæ advocati, atque Balduini ejuſdem vil-
læ caſtellani, necnon BALDRICI magnæ pro-
bitatis viri. Ad veſtram ergo prudentiam at-
que ſanctitatem ſpectat locum illum pro amore
Dei ex veſtris religioſis perſonis ac honeſtis vi-

Digitized by Google

ris quibus abundatis ſic ordinare, quatinus A malitia inibi diutiùs jam inolita penitus extirpetur, atque in vita morumque honeſtate ibidem converſantium nomen Domini per omnia ab omnibus glorificetur. Amen.

EPISTOLA ROTGERII COMITIS Fuxenſis ad ſanctum Hugonem abbatem Cluniacenſem.

Concedit ei locum ſancti Saturnini Fredelacenſis B *monaſticis inſtitutis informandum.*

Ex archivis Cluniacenſis monaſterii.

DOmno HUGONI abbati Cluniacenſi, ROTGERIUS comes de Foys, & uxor ejus AMICA, & omnino ſervi pro poſſe ſui à Salvatore ſuo ſalutem & opem.

Notum eſt nobis, Pater & Magiſter animarumque Paſtor, teſte humano genere paſſim quotidie obeunte, non nos ſemper corporaliter vivere poſſe. Ideo conſilio inito inter nos ad remedium & noſtrarum ſalutem anima- C rum, remiſſionemque quæ egimus peccatorum, ex hereditate, quam in præſentiarum poſſidere videmur, tranſitoria, dare vobis partem jam diſpoſuimus, ut perpetuam mereamur cum Domino mercedem, quâ poſt corporum finem noſtrorum in cœleſti feliciter vivamus requie. Quod quoque veſtri ordinis meritis & precibus credimus adquirere ſuperabundanter, quam petimus Chriſti miſericordiæ affluentia deſuper nobis piè lapſura, cui in nobis vos fiducialiter cum prædicta donatione committemus. Verbi gratiâ Domino Deo Creatori ac Redemtori D noſtro JESU-CHRISTO, Genitricique ipſius ſanctæ Virgini Mariæ & apoſtolis ſanctis Cluniacenſis cœnobii Petro & Paulo, necnon tibi, HUGO, ſanctè viventi, famoſiſſimo per orbem Cluniacenſi abbati, ego R. & conjux mea pro acquiſitione vitæ æternæ concedimus, cum omnibus ad ſe pertinentibus; cum aſſenſu & ultroneo conſenſu comitis Toloſani, locum ſancti Antonini, qui vulgò vocatur *Fredeleiz*, quatenus ibi monaſtici habitùs, te ſtatuente, regularis inſeratur ordo, ad provectum profectumque noſtrarum, omniumque fidelium ani- E marum.

WIGONIS COMITIS EPISTOLA ad S. Hugonem abbatem Cluniacenſem.

Honorem de Viſilia ipſi conceſſum fuiſſe ſcribit; rogatque pro adverſariis indulgentiam.

Ex cartario Cluniacenſi.

SEniori ſuo dilectiſſimo domino HUGONI Cluniacenſi videlicet abbati ſanctiſſimo, F dominorumque meorum fratrum Cluniacenſium ſanctiſſimo conventui, ego WIGO, ut dicitur, comes, fidelia famulamina.

Sanctitatem veſtram ſcire volo, quia honor de Viſilia, qui vobis à prædeceſſoribus meis jamdudum fuerat datus, nunc à me cum conſilio procerum meorum, prudentiorumque canonicorum Gratianopolitanorum, aſſenſu ſcilicet Roſtagni, Wigonis, qui multùm pro vobis in hoc negotio laboraverunt, multaque ab adverſariis veſtris adverſa perpeſſi ſunt, necnon & aliorum, videlicet Adonis, Acardi & Adalberti, qui hoc donum conſtanter laudaverunt, in præſentia quoque fratrum veſtrorum de Domina vobis perfectiùs eſt deditus. Monachis quippe veſtris ibi poſitis, adverſarii veſtri, qui fraudulenter præfatum honorem ſibi rapuerant, inde expulſi ſunt. Quamobrem pietatem veſtram votis omnibus exoro, ut patris mei adverſum vos offenſam abſolvere curetis, ejuſque memoriam, ſicut ſibi eſſe neceſſarium ſcitis, & vos habere dignemini, & monaſteriis veſtris, quemadmodum de veſtris monachis habendam percipiatis. Pro me autem vos Dominum deprecari admodùm expoſco; quatenus de ſublimitatis honore mihi commiſſo ſibi placere merear. Illi verò duo milites fratres Arnaldus & Wigo, ſub quorum poteſtate prædictus honor habetur, qui vobis olim de eo reſiſtere videbantur, nunc autem pleniùs impendunt, & ſe impenſuros monachis veſtris ibidem commoraturis pollicentur, nihilominùs ut ipſis culpam dimittere, & patris & matris eorum meminiſſe debeatis. Valete.

EPISTOLA WIDRICI DANOBRIENSIS ad ſanctum Hugonem.

Offert illi cellam S. Chriſtophori de Magno-vico.

Ex cartario Cluniacenſi.

VEnerabili abbati, ac totius religionis decore adornato patri H. Cluniacenſi, ſenior WIDRICUS Danobrienſis, & GEPA conjunx ejus, atque ipſorum duo filii, BALDUINUS & RAINBALDUS, devotum famulamen, atque æternæ felicitatis munus.

Inter ſpem metumque poſiti, dum hanc labilem vitam agimus, auxilio Dei, conſultuque ſuorum fidelium de ſalute animæ aliquid pro poſſe diſponere volumus, quatenus in futuro remiſſionem delictorum; & vitam perpetuam percipere mereamur. Eſt nobis in prædio proprio in villa quæ vulgò dicitur Magnus-vicus, capella quædam in honore Chriſti martyris Chriſtophori conſtructa, quam procurat quidam monachus Walterius dictus, aſſerens ſe veſtræ ſubjectionis eſſe per omnia. Inibi, Deo cooperante, per merita prædicti martyris plurima fiunt miracula. Jam ibi contradidimus tantùm araturæ terræ; quantùm poteſt octo bobus ad arandum ſufficere. Dedi huic eccleſiæ unam ſalinam ſedem; & unam patellam; uxorque mea unam patellam perpetuo jure, & dabimus adhuc, noſtrique ſucceſſores. Non parum vobis videatur, damus eccleſiæ Cluniacenſi annuatim; feſto ſancti Andreæ; carratam ſalis; & ſi Deus rem multiplicaverit, emendabimus & nos vobis in donis. Oramus ſanctitatem veſtram, ut præfatum locum velitis in cura veſtra & ſubjectione pro Dei amore ſuſcipere, ut per vos nomen Domini laudetur ubi-

Digitized by Google

que. Jam enim in præfato loco monachilia habitacula honeſtè ſunt incepta, quæ perficientur, Deo annuente, inſtanti curâ. Mittimus litteras noſtra parte beatitudini veſtræ, ut notificetis nobis quid ſuper hoc velitis facere. Nolumus enim uſque pactionem ex hac re facere, donec reſcierimus, ſi nos velitis in hac petitione exaudire. Hoc ſciat pietas veſtra, quoniam ſi vobis placuerit ſuſcipere, nullum jus, ſeu advocationem, nec ego, nec poſteritas noſtra, volumus retinere. Alioquin, ſi nolueritis, conſilium queremus in aliis locis; ſed libentius apud vos converſio eſſet nobis. Valete ſemper.

EPISTOLA AMELII ABBATIS Auriliacenſis, ad ſanctum Hugonem abbatem Cluniacenſem.

Committit ei cellam Cariacum reformandam.

Ex autographo.

SUmmæ felicitatis, ac totius prudentiæ fulgore clariſſimo, quin etiam venerabilis diſciplinæ ſtudiis eruditiſſimo, domno videlicet HUGONI jure juris abbati Cluniacenſium, utinam ſuorum minimus monachorum AMELIUS licèt indignus abbas Aureliacenſium, munus æternitatis optimum ac divinum præſidium.

Cùm videamus, Pater cariſſime, totius orbis, ſuæ redintegrationis gratiâ, cœnobia conſurgere, de noſtri quondam ſanctitate famoſi contritione conquerimur quammaximè. Ceterùm cùm ad plenum, quod majus eſt, noſtrum cœnobium reparare nequimus, ſaltem quamdam ex noſtris cellulam, quæ Cariacus dicitur, tuæ ditioni committimus, eo tenore ſcilicet, ut jam prædictæ cellulæ fratres ex tuis regulares adhibeas, qui ibi hactenus fratribus enormiter viventibus ſtudia diſciplinæ regularis exhibeant, ac ordinem bene vivendi attentiùs expediant: quatinus tuâ gratiâ ibi fratrum degentium animæ poſt hujus vitæ terminum futuræ, ſtatim proſpera mereantur accipere. Quod ſiquidem tu times, ut aut ego, aut quilibet de præſentibus, ac de futuris noſtri cœnobiorum fratribus de tua diſciplina (quod quidem abſit) quandoque aliquid defraudare tentaverint, tuo totum per quod ab illa præſumtione reſipiſcant, committimus examini. Quod ſi facere renuerint, ſicut tu temet decreviſti.... ac ſancimus perenniter, quo jam prædictæ illius cellæ fratres, aut priores aliqui, Romanum adeant pontificem, ut quod per te, ſucceſſoremque tuum caritativè emendare voluerint, licèt inviti, ſuo judicio emendare non deſinant. Vale. Vale.

NOTITIA DE POENITENTIA Guegoni vicarii, & donatione ab eo facta eccleſiæ Aletenſi.

Anno 1098. Ex mſ. Michaëlis in periculo maris.

NOtum ſit, tam præſentibus, quàm futuris hominibus, quam emendationem fecerit GUEGONUS vicarius, Herhadi filius, ſuper infractura eccleſiæ B. Petri Aletenſis, quam in diebus ſanctæ Quadrageſimæ infra ipſam eccleſiam facere præſumſit anno ab Incarnatione Domini MXCVIII. Cum itaque in ſubſequenti æſtate divino judicio gravi plaga in capite eſſet vulneratus, & mori inde timeret: vocans & obnixè per nuntios deprecans præſulem præfatæ eccleſiæ, BENEDICTUM (a) nomine, qui tunc fortè apud S. Maclovium de Inſula morabatur, ut ad ſe viſitandum veniret, ſuper tanti ſacrilegii crimine, quod in Deum & in prædictam eccleſiam exercuerat, emendationem reciperet. Cum inprimis venire contemneret, tandem ad eum venit. Plorans igitur peccatum ſuum, ab epiſcopo & à preſbyteris ſecum adſtantibus confeſſionem canonicam ſuſcepit, ſub ea conditione, ut omnia quæ in prædicta eccleſia rapuerat, & pauperibus abſtulerat, in proximo redderet, & arma non ferret, niſi cum conſilio & licentia epiſcopi. Eccleſiæ verò Aletenſi B. Petri hoc modo ſatisfecit. Conceſſit enim totam terram liberam abſque aliqua calumnia in perpetuum, quam priùs dederat Robertus Breſelli filius in eleemoſynam epiſcopo BENEDICTO, & omnibus ſucceſſoribus ſibi epiſcopis, inveſtiens epiſcopum de hoc per virgam ejus paſtoralem. Præter hoc etiam dedit ipſe Guegonus & frater ejus Haimo eccleſiæ ſancti Petri & epiſcopis ejus in eleemoſynam perpetuam duas partes decimæ præfatæ terræ, quas in manu ſua tenebant, dedit quoque epiſcopo in eleemoſynam ipſe Guegonus duas partes decimæ carrucæ ſuæ; conceſſit etiam fieri cimiterium de una corda juxta eccleſiam in terra ſua. Super his itaque omnibus ſunt hi teſtes: BENEDICTUS epiſcopus, qui hoc donum ſuſcepit, Galterius monachus, atque Ratuilius, Robertus clericus, Inhois, Hugo preſbyter, Guillelmus preſbyter, Menſintot preſbyter, Anſchetil preſbyter, Kemmarocus preſbyter, Hingant preſbyter, Bleu baſtardus, Guillelmus filius Ingomari, Lunguens preſbyter filius Kemmaroci, Lungomarus filius Halanau, Berhaudus præpoſitus, Dungomarus filius Eveni, Paganus filius K...vandi, Ingomari H. & uxor ejus M. Evonus filius Judicaël, Guillelmus Mal.... quicumque abſtulerit hoc donum præfatæ eccleſiæ.

Nota confeſſionem pluribus ſacerdotibus factam.

NOTITIA DE DONATIONE eccleſiæ Aletenſi à Roberto filio Breſel facta.

Ex mſ. S. Michaëlis in periculo maris.

NOtum ſit, tam futuræ, quàm præſenti generationi, hanc ſcripturam legenti vel audienti, ROBERTUM filium *Breſel* de Plohierno, pro ſalute animæ ſuæ & filii ſui Hingandi, atque uxoris ſuæ E. & omnium parentum ſuorum, in eleemoſynam perpetuam beato Petro civitatis Aletæ, atque ejus epiſcopo, nomine BENEDICTO, qui tunc eccleſiam Aletenſem regebat, ejuſque ſucceſſoribus dediſſe quamdam terram juxta præfatæ urbis portam,

(a) Benedictum eo nomine ſecundum, qui eccleſiæ Aletenſi præfuit anno 1098. ut ex hac notitia patet, cui adhuc anno 1108. præerat ut conſtat ex cartis Majoris-monaſterii.

Digitized by Google

ſanctique Servatii cimiterium ſitam, quam hereditario jure à vicario nomine Wigono liberè tenebat, eo videlicet tenore, ut ipſe ipſiuſque ſucceſſores omnium ſupradictæ eccleſiæ beneficiorum in perpetuum particeps permaneat, cunctiſque epiſcopatus illius eccleſiarum dedicationibus ejus memoria perennis fiat; & quando ad finem pervenerit, ejus corpus pro alterius crimine inhumatum non exiſtat, quod ne temporum prolixitate, ſeu ſucceſſorum livore corrumpi valeat, ſcripti memoriæ commendavimus. Hujus rei teſtes ſunt ipſe BENEDICTUS epiſcopus, qui de manu Roberti hanc eleemoſynam ſuſcepit; fratreſque ipſius, Eudo videlicet monachus, & Winhenocus, Boiſtardus preſbyter, Evenus preſbyter de Dinan, Simon & Lucas capellani, Hamen preſbyter de Ploërno, Willelmus de Melbraïo, Judicaël Talvagu, Tanet medicus, aliique. Ut igitur hoc donum inconvulſum, magiſque confirmatum exiſtat, ipſe Robertus, ejuſque filius Hingandus, hæc ſigna manibus propriis fecerunt. † Signum Roberti. † Signum Hingandi.

Quicumque hanc eleemoſynam infringere, vel auferre prædictæ eccleſiæ tentaverit, à liminibus ſanctæ Dei eccleſiæ ſeparatus ſit, niſi ad emendationem canonicam venerit.

CARTA BENEDICTI EPISCOPI Namnetenſis, de dono eccleſiæ S. Medardi de Dolon canonicis regularibus facto.

Circa annum 1105. Ex archivis Majoris monaſterii.

OMnibus notum fieri volumus, tam præſentibus quàm poſteris, quoniam Ego BENEDICTUS Namneticæ ſedis epiſcopus in eccleſia beati Medardi non longè ab eadem urbe ſita, clericos qui ſecundum regulam ſancti AUGUSTINI viverent ad ſerviendum Deo conſtitui, eiſque & eorum ſucceſſoribus eamdem eccleſiam poſſidendam tradidi. Sed ne gratia nimiæ brevitatis minus dicatur quam opus ſit: rem ut geſta eſt ordine à principio revolvamus. Fuit itaque vir quidam dives ac præpotens HARSCOIDUS nomine qui præfatam eccleſiam jure quidem poſſidebat hereditario. Sed is tandem compunctus corde, quas, injuſtè & contra Deum aliquandiu poſſederat eccleſiam videlicet, cimiterium & decimæ partem tertiam in manu mea reliquit; ſuppliciter poſtulans, quatenus ibidem clericos collocarem qui ſecundum regulam S. AUGUSTINI, ut prædictum eſt, viverent. Ego verò bonam intuens animi illius voluntatem; quod juſtè & religioſè petierat, diligenter adimplere decrevi. Statui igitur clericos in prædicta eccleſia ſub regula S. AUGUSTINI degentes, eiſque & eorum ſucceſſoribus ut ſupra memoravimus, eamdem eccleſiam cum cimiterio & præfata parte decimæ in perpetuum poſſidendam conceſſi ab omni laicali quidem, necnon etiam clericali, niſi in quantum ratio & juſtitia exegerint, poteſtate ſolutam. Dimiſimus inſuper illis ſynodalem cenſum, quem per ſingulos annos eccleſia illa reddere ſolebat. Eccleſias quoque, quæ ſub ditione noſtra in honore beati Medardi fundatæ ſunt, aut erunt, eiſdem dare decrevimus. Addentes ut quidquid in epiſcopatu noſtro canonicè poterint adquirere, Deo adjuvante creſcentes, liberè adquirant. Dedi etiam in uſus canonicorum tam futurorum quam præſentium juxta veterem Puteriam tantùm terræ, quantùm poterint quatuor boves arare per duas ſationes, cum manſione neceſſaria agricolæ operanti terram illam. Præfatus verò Harſcoidus dedit ſupradictis eccleſiæ canonicis illam terram totam, quæ eſt inter caſtellarium ſancti Lupi & terram Cummel. Sed & in præſentia domni RADULFI Turonenſis metropolitani, qui in diebus illis paulo poſt ad urbem Namneticam venerat, dum in craſtino Paſchæ ad ſanctos martyres Donatianum & Rogatianum ſtationem faceremus, communi aſſenſu cleri, procerum, & plebis ſtatuimus, ut quicumque ad annuam ſolemnitatem dedicationis præfatæ eccleſiæ, quam in quinta feria Paſchalis hebdomadæ eo tempore dedicavimus, per ſingulos annos confeſſi convenirent, à Deo & ab ipſo archiepiſcopo, & à me, & ſucceſſoribus meis remiſſionem ſeptimæ partis pœnitentiarum ſuarum perciperent. Datum Namneti in eccleſia ſancti Laurentii XVII. Calendas Februarii, luna XXVII. epacta III. concurrente VI. indictione XIII. anno ab Incarnatione Domini MCV. PHILIPPO & LUDOVICO filio ejus regibus Francorum, ALANO Britannorum duce, papa PASCHASIO. Univerſi qui adfuerunt tam laici quàm clerici dixerunt, placet. S. MORVANNI Venetenſis epiſcopi, S. ALDEBERTI Cenomanenſis epiſcopi. Signum RADULFI Turonenſis metropolitani. S. BENEDICTI Namnetenſis epiſcopi. S. MARBODI Redonenſis epiſcopi. Signum BENEDICTI Corioſopitenſis epiſcopi. Signum JUDICAELIS Aletenſis epiſcopi. S. WILLELMI abbatis S. Florentii. S. LAMBERTI abbatis S. Nicolai. S. JUSTINI abbatis Rothonenſis. S. BRICEII abbatis Vertavenſis. S. FULCHERII abbatis S. Sepulcri de Belloloco. S. RIVALLONII archidiaconi. Hi omnes & alii plures quos nominare pertæſum fuit interfuerunt, & cognoſcentes propriis manibus ſubſcripſerunt.

ALIÆ DONATIONES EIDEM eccleſiæ ab aliis factæ.

Ex archivis Majoris monaſterii.

OMnium tam præſentium quàm poſterorum memoriæ commendari volumus, quia nobis canonicis regularibus in eccleſia S. Medardi Dolonenſis à B. Namnetenſi epiſcopo conſtitutis, nobiſque ab eodem clericiſque ſuis omnibus conceſſo, quod quidquid in epiſcopatu ſuo canonicè adquirere poſſemus licenter adquireremus. Placuit Deo ſuggerente Marino de Cheſail & Raginondo de Capella, & Petro Girundi nigri filio mundum deſerere, & nobis aſſociari. Qui mundo abrenuntiantes, & nobis in Dei ſervitio adhærentes, conceſſerunt Deo & ſancto Medardo & nobis: Petrus

Digitized by Google

omne feodum ſuum, ſicut pater ſuus habuerat. Marinus eccleſiam de Cheſail cum medietate decimæ. Aliam verò medietatem dedit etiam nobis epiſcopus, quam tunc in manu tenebat. Raginundus eccleſiam de Capella & tertiam partem decimæ cum omnibus quæ in Capella habebat. Dedit quoque nobis Bernardus de Gulo capellam ſuam cum omnibus ad eam pertinentibus. Adquiſivimus etiam quamdam inſulam quæ dicitur Chaſteilon. Quæ omnia adquiſita conceſſit nobis B. Namnetenſis epiſcopus, videntibus & audientibus pluribus, R. ſcilicet de Gof. archidiacon. Harcoido de S. Petro. Magiſtro Angitio, Petro monacho, & aliis pluribus ſingulis conceſſionibus aſſiſtentibus.

NOTITIA DE DONATIONE Petri filii Geraldi Nigri facta S. Medardo de Dolon.

Ex Archivis Majoris monaſterii.

Quia Domino docente didicimus, quod in ore duorum vel trium teſtium omne habebit verbum: cùm ceteræ rationes, ſive cujuſcumque generis conventiones, memoriali ſcripturarum cavillatione carentes, cum propriis velociter deleantur auctoribus: ſaluberrimum atque utile eccleſiæ S. Medardi & canonicis tam futuris quàm præſentibus dignum fore duximus ſub teſtimonio & auctoritate præſentis chirographi concordiam inter ALANUM comitem & canonicos S. Medardi factam ſempiternæ memoriæ commendare. Iſte igitur Alanus cùm audiſſet & cognoviſſet quòd Petrus filius Geraldi Nigri factus canonicus dediſſet S. Medardo poſſeſſiones ſuas, tam in agris, quàm in domibus, & vineis; iratus prohibuit canonicos ne res ſuas abſque ſua conceſſione aut conſilio datas aliquo modo poſſidere præſumerent. Sed cùm tandem poſt aliquantum temporis interceſſionibus comitiſſæ & aliorum amicorum noſtrorum canonicorum adquieviſſet eis, quam intulerat calumniam, pro Deo & anima ſua penitus finiviſſet, acceſſit ad domum Aſcodii de ſancto Petro; & acceptis à canonicis S. Medardi Laurentio & Fulcoio VI. libris denariorum, conceſſit, & in perpetuum poſſidere firmavit eccleſiæ ſancti Medardi, & canonicis tam futuris quàm præſentibus omnia illa, quæ prædictus Petrus Geraldi Nigri filius dederat. Conceſſit etiam adquirere & adquiſita pacificè poſſidere quæcumque, Deo volente, ex fidelibus pro animabus ſuis largientibus de ſuis rebus aut ſuorum hominum poſſent acquirere, aut emere. Idipſum etiam CONANUS filius ejus conceſſit, & habuit VI. denarios de illis qui dati ſunt comiti, quos quæſivit puer cùm videret eos numerari. Facta autem ſunt hæc & ad finem uſque perducta in domo Aſcodii de S. Petro II. Nonas Junii luna XVIII. concur. VI. regular. VI. epacta III. indictione XIII. PHILIPPO Francorum rege. Hujus rei ſunt auditores & teſtes Mainfinitus canonicus & decanus, & Gaufredus ſacerdos S. Laurentii, cum cujus cultello hujus conventionis firmatum eſt donum, & Aſcodius de S. Petro, & Petrus filius ejus, & Thomas nepos ipſius; Morvannus ſiniſcallus, Tanqui filius Fancionis, Simon filius Hervei familiaris noſter, & multi alii, quos enumerare perlongum eſt.

PRÆCEPTUM BENEDICTI EPISCOPI Namnetenſis, de eccleſia ſancti Medardi de Dolon, quam donat Majori-monaſterio.

Anno 1109. Ex archivis Majoris monaſterii.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego BENEDICTUS Namnetenſium epiſcopus conſtitui in eccleſia ſancti Medardi de Dolon, quæ eſt prope mœnia urbis Namneticæ, quoſdam canonicos, ad ſerviendum ibi Deo ſecundum regulam S. AUGUSTINI. Sed heu! contra ſpem & voluntatem noſtram in parvo tempore canonicalis ibidem cœpit religio miſerabiliter deſtitui. Quod cùm ego vidiſſem, in capitulum eorum aliquotiens veni; ſæpe eos de correctione ſui commonui: & cùm nec ſic proficerem, ad ultimum etiam comminatus ſum eis, niſi ſe corrigerent, me eos ab eccleſia emiſſurum, & alios ferventiores ad Dei ſervitium immiſſurum. Illi autem nec ſic ſe corrigentes, & res loci per ſe poſſe detineri diffidentes, & hoc etiam affirmantes, tandem acceſſerunt ad abbatem ſancti Nicolai Andegavenſis, dicentes ſe velle fieri monachos, & locum ſancti Medardi ei & ejus monachis ſubdituros. Quod cùm ad me perlatum eſſet, & advocatis eis, requiſiſſem ſi ſic feciſſent, & reſpondiſſent rem ita ſe habere. Ego autem, inquam, illi eccleſiæ providebo. Miſi itaque ad venerabilem abbatem Majoris monaſterii, nomine WILLELMUM, & mandavi ei quòd illam eccleſiam decreviſſem beato MARTINO, & ejus monaſterio condonare. Unde ille, accepto conſilio, tranſmiſit ad me duos ex monachis ſuis, domnum Willelmum priorem, & domnum Milonem. Præſentibus igitur, & concedentibus archidiaconis noſtris, Rivallonio & Gaufrido, & Harcodio de ſancto Petro, de quo illa eccleſia movebat ſecundum ſæcularem poteſtatem, qui eam in manu noſtra reliquerat, dedi beato MARTINO & monachis ejus, in manu domni Willelmi prioris, eccleſiam illam cum omnibus ad eam pertinentibus, ſalvâ juſtitiæ & auctoritatis noſtræ canonicâ reverentiâ. Huic dono interfuerunt Rivallonius & Gaufredus archidiaconi Namnetenſes, & Petrus cantor. De monachis Willelmus prior, Milo, Guarinus de Fundeta, Gilduinus filius Gilonis. Parvo poſt tempore, domnus GIRARDUS legatus apoſtolicæ ſedis, celebravit concilium Loſduni, ubi & ego interfui; & in ejus præſentia confirmavi præfatum donum, ipſo mihi inde magnas gratias referente. Hanc autem confirmationem feci ipſi abbati WILLELMO, ubi interfuerunt præſentes & videntes de monachis ejus, Willelmus prior, Andræas Gommes, Milo, Gilo, Frotmundus prior Taventi.

Actum anno Dominicæ Incarnat. MCVIII. indict.

indict. III. & regnante in Francia rege LU- A DOVICO.

NOTITIA DE DONATIONE
ecclesiæ ſancti Medardi de Dolon facta monachis Majoris-monaſterii.

Anno 1110. Ex archivis Majoris monaſterii.

AD notitiam poſterorum noſtrorum, beati Martini Majoris-monaſterii monachorum hoc ſcripto mandare curavimus, quòd vir recolendæ memoriæ BENEDICTUS Namnetenſis B epiſcopus, ordinem meliorare ſollicitus, in eccleſia ſancti Medardi de Dolon, quæ eſt prope mœnia urbis Namneticæ, in qua ipſe conſtituerat quoſdam canonicos regulares, miſit nuntios ſuos ad abbatem noſtrum domnum WILLELMUM, mandans ei quòd vellet eccleſiam illam noſtro monaſterio condonare. Unde abbas noſter, accepto conſilio, tranſmiſit illuc domnum Willelmum priùs archidiaconum Rhedonenſem, tunc priorem monaſterii noſtri, & cum eo domnum Milonem priùs Metenſem canonicum, tunc monachum noſtrum. Præ- C ſentibus igitur & concedentibus archidiaconis Namnetenſis eccleſiæ Rivallonio & Gaufredo: concedente etiam Arſcoito de S. Petro, de quo illa eccleſia movebat ſecundum ſæcularem poteſtatem, dedit epiſcopus ſupramemoratus beato Martino & nobis in manu domni Willelmi prioris per quemdam cultellum eccleſiam illam, & omnia quæ ad illam pertinebant, jure perpetuo poſſidendam. Actum anno Dominicæ Incarnationis MCVIIII. ante capitulum Namnetenſis eccleſiæ; teſte & concedente ex parte D epiſcopi Petro cantore de Namnete: ex parte verò noſtra monachi jam nominati, & alii nihilominus monachi noſtri, Guarino ſcilicet de Fundeta, & Gilduino filio Gilonis. Hoc facto, venit epiſcopus ad concilium quod domnus GERARDUS legatus Romanæ Eccleſiæ & Engoliſmenſis epiſcopus celebravit Loſduni xv. Calendas Novembris. Porro ibi conceſſit ipſe Namnetenſis epiſcopus donum ſupradictum in præſentia ipſius legati, & domni WILLELMI abbatis noſtri: ipſo legato donum ipſum con- E firmante, & inde referente gratias ipſi epiſcopo: teſtibus ex parte epiſcopi archidiaconis ſupradictis, ex parte verò noſtra domno abbate Willelmo, Willelmo priore, Andrea de Gommes, Milone, Gilone, Frotmundo priore Taventi. Deinde finito concilio, duxit ſecum Namnetenſis epiſcopus domnum abbatem noſtrum, ad recipiendam eccleſiam illam. Et cùm Namnetum perveniſſent, voluit epiſcopus emittere canonicos ab eccleſia illa, & domnum abbatem reveſtire de ea, & de omnibus ad eam F pertinentibus. Interim autem venerunt quatuor ex canonicis illius eccleſiæ ad domnum abbatem, obſecrantes eum & monachos qui cum eo erant, ne paterentur eos emitti ab eccleſia illa. Domnus igitur abbas, & alii monachi, precibus canonicorum ad pietatem commoti, renuntiaverunt epiſcopo per domnum Willelmum priorem, & per domnum Andream de Gommes, ſe nullomodo velle, ut ipſe, vel per placitum, vel per aliam occaſionem, emitteret umquam canonicos illos ab eccleſia illa, quamdiu viverent, & honeſtè ſe haberent: illis autem vel obeuntibus, vel ad monachicam vitam ſe convertentibus, veniret eccleſia in dominium beati Martini & noſtrum. Quod totum ipſe epiſcopus conceſſit. Porro parvo poſt tempore, canonici illi divinitùs, ut credimus, inſpirati, accepto inter ſe conſilio, providentes ne poſt deceſſum eorum redigeretur ad ſæcularitatem locus ille: conſuluerunt domnum GAUFRIDUM incluſum, vitæ laudabilis virum, quid facerent de eccleſia illa data monaſterio noſtro, ſicut ſuperiùs prædictum eſt. Reſponditque eis eos parùm conſultè egiſſe, quòd ex toto non dimiſiſſent ſe & eccleſiam in poteſtate noſtra: quia forſitan peccatis impedientibus, poſt deceſſum eorum reverteretur eccleſia illa ad miſerabile dedecus irreligionis: & quia hoc per eos eveniſſet, peſſimum detrimentum animarum ſuarum incurrerent. Quapropter canonici illi tranſmiſerunt ad nos, mandantes quid conſilii de illa eccleſia acce- piſſent. Unde & nos deſtinavimus illuc domnum Willelmum priorem, & domnum Andream de Gommes, ut audirent canonicos illos. Convenerunt itaque iidem monachi noſtri & canonici illi ad præfatum incluſum, & per conſilium ejus de augmento religionis ſollicitiores effecti, elegerunt duos canonicos ex numero eorum, Laurentium priorem & Fulcodium, quos ad noſtrum capitulum deſtinarent, & per eos & ſe & eccleſiam, & omnia appenditia ejus noſtro monaſterio condonarent. Igitur anno MCX. Incarnationis Dominicæ venerunt duo illi canonici ad capitulum noſtrum, & dederunt, & ſubjecerunt, & conceſſerunt ſe & concanonicos ſuos, & eccleſiam ſupradictam, & omnia appenditia ejus, in perpetuùm, monaſterio noſtro per quemdam baculum, quem poſuerunt ſuper majus altare noſtrum, prorſus omni proprietate poſtpoſitâ, & diſpoſitione ſui, & totius illius eccleſiæ, & appenditiorum ejus dimiſſâ in arbitrio domni abbatis noſtri Willelmi & ſucceſſorum ejus; in tantùm ut domnus abbas noſter & ſtatuat, & deſtituat cum conſilio eorum priorem illius eccleſiæ, ſive obedientiarum ejus quemcumque ex eis elegerit more cellarum noſtrarum. Remanebunt autem in canonicali ordine, quamdiu eis placuerit; & ſi quis eorum elegerit monaſticam vitam, recipiemus eum. Si quis verò in canonicali ordine obierit, faciemus de eo quantum de monacho noſtro, & eos inſuper qui jam defuncti ſunt ex eis ſcribemus in martyrologio noſtro. Ipſi ſimiliter de unoquoque defunctorum noſtrorum facient tantumdem, quantùm & de canonico ſuo. Quòd ſiquis alius voluerit fieri canonicus inter eos, non recipient eum, niſi per conſilium & conceſſionem domni abbatis noſtri, niſi fortè ad ſuccurrendum. De illo etiam qui factus fuerit canonicus ad ſuccurrendum propter timorem mortis, ita erit. Ipſe, & omnia quæcumque condonaverit illi eccle-

Digitized by Google

ſiæ, venient ad manum, vel ad voluntatem abbatis noſtri, & de eis fiet ſecundum ordinationem ejus. His ita conceſſis, requiſivit domnus abbas à canonicis illis, ſi eccleſia illa eſſet debitis aggravata, an non. Reſponderunt illi ſe debere XXII. duas libras denariorum, & x. ſolidos pro faciendis vineis, & aliis quæ neceſſaria fuerant illi eccleſiæ. Adquietavit igitur domnus abbas noſter eccleſiam illam ſicut cellam noſtram à debito illo; & dedit eis ſex boves ad excolendas terras, & duos modios annonæ ad ſeminandum. Adquietatâ igitur domo illâ ſicut noſtra, fuit convenientia inter nos & eos, quòd nihil mutuò ultra acciperent, nec venderent aliquid, aut emerent ſine conſilio abbatis noſtri, aut ſine conſilio unius de prioribus domorum noſtrarum, illi eccleſiæ vicinarum, cui utili conſilio domnus abbas providebit tractanda eſſe negotia illius eccleſiæ. Quòd ſi fortè ad tantam paupertatem redacta fuerit eccleſia illa, quod abſit, ut ex reditibus ejus non poſſint canonici procurari, mittet domnus abbas de eis quantos ſibi videbitur, in quaſcumque voluerit domorum noſtrarum, & ibi procurabuntur honeſtè, ſicut monachi noſtri; & iterum, quando ſufferre potuerit facultas eccleſiæ, revertentur ad eam.

EPISTOLA GILONIS Tuſculanenſis epiſcopi ſuper vita beati Hugonis abbatis Cluniacenſis ab ipſo conſcripta.

Circa annum 1120. Ex ms. Igniacenſis monaſterii.

DIlectiſſimo patri cum jucunditate animi ſemper recolendo Domino PONTIO abbati frater (a) GILO latibulo dignior quàm vocabulo, filios cum ipſo & per ipſum mellea paradiſi dulcedine ſatiari.

Quoniam celſitudinis veſtræ reverentia de viro ineffabili me quoque fari commonuit, elegi plus apparere præſumtor temerarius, quàm veſtræ voluntati contrarius. Et quidem tanti lucernam luminis aureo ſuſtollendam candelabro ſuper arundineum & fragile vehiculum attollens videor deprimere, dum levare cupio; utque trahunt oculos radiantia lumina [illegible] ita nimio ſui ſplendore noſtræ mentis hebetudinem tanti patroni geſta reverberant. Ceterum ut mendicatis tinnuliſve utar ſermonibus,

Si vox infragilis, pectus mihi firmius eſſet,
Pluraque cum linguis pluribus ora forent,
Non tamen iccirco complecterer omnia verbis,
Materia verbis exuperante vires meas,
Invida me ſpatio natura cohercuit arto,
Ingenio vires exiguaſque dedit.

Quia verò bona voluntas pro facto ſæpe reputatur, ſi non eſt unde comparetur gratia, venia ſaltem non negabitur. Hinc eſt quod vidua quæ duo miſit æra in gazophilacium, Crœſi divitiis præferatur: quia ſinceram devotionem obtuliſſe creditur, divitiis ditiorem. Oportebat ſanè non in ſapientia verbi ſanctum efferre, qui ſuorum luce meritorum coruſcat. Sic licet menſis regalibus nectareus liquor patulis diſtribuatur fialis, tamen in anguſtis cyathis interdum propinatur. Dignum profecto fuit ut vita illius Romæ particulatim ſcriberetur, qui dum vixit Romanorum principum, Petri dico & Pauli, maximus cultor extitiſſe cognoſcitur. Si hoc modo culpam evaſero, veſtræ dignationi deputabitur, qui dediſtis animos, ut inciperem & congruum rebus ordinem præfixiſtis. Denique juſſionem veſtram tanta comitatur efficacia, quod quicquid injungitis non gravat, licet arduum ſit à natura. Unum difficile reperi quod mea magis fecere delicta mundo me redditum, qui duram Pharaonis ſervitutem abdicaveram. Nunc primum novi jam in terris cœleſtis regni habitaculum. O ſi liceret ulterius cœtibus ſanctorum aſſociari! pedibus veſtris procumberem, ne à conſortio beatorum obſeſſus omni crimine excludere. Ego ſaucius peccatis & ſpoliatus virtutibus, languentium medicos animarum adieram, & iterum latronibus expoſitus plagis recrudeſcentibus compellor exclamare: Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ: Ego morbida ovis procul à ſtabulis aberrans, niſi me pius paſtor reducat, cito deficiam, & in ipſo conamine veſtigia concident aſſurgentis. Ego prodigus ille ſubſtantiam Patris perdidi, dum quod Cluniacus docuit Romæ ſervare non potui. Ego ne cum multis perirem Loth egredientem ad montana ſequi propoſueram, ſed retro reſpiciens verſus in ſtatuam ſemitas juſtorum non obſervavi. Supereſt, ut magnitudinis veſtræ clementia, me regredi ab urbe præcipiat, qui progredi non poſſum, & oratu fratrum me Sancti Spiritus aura provehat ad portum optatum.

Gilo cardinalis deplangit ſe à clauſtro avulſum.

LITTERÆ PRIORIS ET CONVENTUS Bernaii defuncto abbate ad Rogerium abbatem Fiſcanennſem.

De electione abbatis.

Anno 1116. Ex archivis monaſterii Fiſcanenſis.

DIlectiſſimo domno & patri reverendiſſimo ROGERIO Dei gratia Fiſcannenſi abbati & conventui ſanctiſſimo WALK prior & conventus Bernaii humiles & devoti ſalutem & debitam in Domino reverentiam & honeſtam ſubjectionem.

Grates quantum poſſumus affectuoſas veſtræ referimus caritati, quia tempore infortunii noſtri nebuloſo veſter nos oriens ex alto viſitavit, & jam in parte in portum veſtræ ſerenitatis navem noſtram ſiniſtræ naufragio fortunæ expoſitam ſuſcepiſtis: quia verò finis nomen rebus imponit, fine debito negotium unde incœptum bene petimus terminari. Igitur juxta noſtri formam auxiliaris conſilii de novi ſubſtitutione abbatis quantum nobis licuit proceſſi-

(a) Præter Gilonem cardinalem & Hildebertum Turonenſem archiepiſcopum, cujus lucubratio non ſemel eſt edita, vitam ſancti Hugonis ſcripſere Hugo Cluniacenſis monachus & Rainaldus abbas Vezeliacenſis, quorum opus manuſcriptum aſſervatur in manuſcripto codice Clari-mariſci.

, ſi veſtræ conſonet excellentiæ & diſcre- A i, quoſdam de fratribus noſtris & totidem eſtris eligentes: quia verò ſolis eligentibus nita ſunt nomina electorum, vos ſuper eo- nominibus certificare non poſſumus, nec emus, donec tempore ſuccedente in veſtra ſentia & auditorio electorum nomina exentur. Quid igitur ſuper his omnibus ſit faidum de cetero veſtra provideat auctoritas, quod minus diſcretè actum eſt, veſtra velit olere diſcretio, & fine debito, ſi quid à nobene inchoatum eſt, concludatis: De veſtro ſi B dem procedere debet arbitrio & conſilio lquid de cetero in negotio prætaxato eſt endum. Locum igitur opportunum & diem petentem nobis litteris veſtris mediantibus is aſſignare, ubi & quando veſtræ Pateri occurramus, de negotio quod eſt impræarum, veſtra præeunte auctoritate & magiſo, tractaturi: quia verò nocuit differre pa-, dum res in curſu eſt, dum negotium nulrohibente effectui exigit mancipari, unio huic negotio præeunte Dei conſilio finem C tum in brevi imponatis. Valeat ſanctitas ra.

ISTOLA ANONYMI
ad clericos Moguntinenſes.

no invectionis contra clericos Maguntienſis eccleſiæ

Iliis deſertoribus in matrem parricidali D Furore apud Maguntiam ſervientibus pardii perſecutor ſalutem pro meritis.

i neſcire miſeri eſt, diffiteri hominem eſt n feris habere commercium: quid eorum delitate immanius? quid immanitate cruius quos à naturæ degenerantes legibus innanitas etiam in viſcera matris armavit? eſt in cunctis naſcentibus naturæ ratio, ut n nihil poſſet odiſſe quod naſcitur, nec pot id unde naſcitur non amare. Ad ſuum prinium unumquodque lege naturæ revertitur, E ilibuſque condelectantur ſimilia, nec aliid inter illa contrarietatis intervenit, quæ : naturæ cognata ſunt unionem. Hoc in res inſenſibilibus, hoc in brutis animantibus nifeſtè reperies, & licet ratione utentibus eat vitio corrumpi natura immutabilis, nen ordo naturæ non prævalet immutari. id autem in naturæ legibus tam cognatum eri, quàm matri filius? immo quid tam idem i quàm filio mater? Quid de ſpiritali genetione proſequar, ubi quod ex fide naſcitur F icax vivificat infuſio caritatis? Omnis ordo n naturæ quàm gratiæ hoc unicè hoc ſinguiter ſervat, ſuis ſingula coaptari principiis, incipiorum ſuorum retinere ſimilitudinem, am inſenſibilia: rationabilia vero ſimilitudim & affectum. Unde longè aliter tibi conigit Maguntienſis eccleſia, quæ filios enutri- & exaltaſti: ipſi autem ſpreverunt te, deſotione inſolita ſ.æ matris ſolium in ſolitudinem redigentes. Proh pudor! Vulpes foveas, volucres cœli nidos, feræ ſua cubilia qua poſſunt diligentia excolunt: filii tui à natura hominum degenerantes in beſtias, immo pejores beſtiis, non ſe tibi filios exhibent. Sed prædones univerſo pene orbi chriſtiano innotuit, dejectio tua, tribubus & linguis populiſque ammirantibus, quomodo domina populorum, eccleſiarum regina, civitatum metropolis, princeps provinciarum, facta ſis ſub tributo. Durum quidem & intolerabile tributum eſt miſerè matrem ancillari crudelibus filiis, his impendere ſervitium qui obſequi & ſubeſſe debuerant, ditare quos oderis, ab his ſuſtinere gladium unde ſalvatio ſperabatur. Unde & ad eos eſt convertenda oratio, duriuſque ſunt arguendi de ſcelere alumni tui, clerici tui, diſpenſatores tui, quos doctrinæ uberibus, terrenis poſſeſſionibus, dignitatum gradibus confoviſti, locupletaſti, ſublimaſti. Patienter igitur audite, Maguntienſis viduæ filii, clerici nobiles, ſi morum non deſit nobilitas, ſenatores populi, myſteriorum cœleſtium diſpenſatores. Audite, inquam, de dolendis matris veſtræ ruinis aliqua proſequentem. Ruit, ut ſcriptum eſt, Jeruſalem, & Judas concidit, corruerunt muri cum moribus: ſed morum dolenda eſt magis ruina quàm murorum: Unde quod ſine gemitu dici non poteſt, reſpirante vitio expiraverunt ab homine virtus & veritas. Sed cùm apud omnes fere deſtructa ſint ædificia morum, qualiſcumque tamen eſt recompenſatio, quod muros erigunt, parietes innovantur, eccleſias fabricant, & dum interiùs ædificium negligunt, in exterioris fabricæ ſtructuris ferventiſſimo ſtudio delectantur. Et hoc quidem bonum eſt, ſed longè melius longè Deo placentius erat partem alteram tenuiſſe: modis tamen omnibus ſalubre eſt & decorum decorem domus Dei diligere: ſed magis illius qui ex virtutibus Dei in mente conſtruitur: cujus fundamentum eſt fidei humilitas, duo parietes dilectio Dei & proximi, tectum fiducia bonæ ſpei, ornamentum perſeverantia bonæ ſpei vel actionis, Spiritus-ſanctus habitator. Hæc domus juſti plurima fortitudo, quæ ſedes eſt ſapientiæ veri Salomonis, ferculum Trinitatis, & divinæ pacis triclinium, domicilium, necnon & palatium Deitatis. Hujus ſpiritalis ædificii ſimulacrum eſt & figura, manufacti templi materialis compoſitio, nec ubi eſt illud, iſtud negligitur: quia quemadmodum piæ devotionis in illo aguntur ſolemnia, aſcenſiones diſponuntur, fructus contemplationis apprehenditur; ſic in iſto orationi inſiſtitur, diſpenſantur myſteria, ſacramenta tractantur: cœleſtis quippe manſionarius habitator cordium, in cujus domo manſiones multæ ſunt, qui & ipſe manſio ſanctorum eſt, dicens: Manete in me & ego in vobis, quatuor habere legitur manſiones. Prima inter homines, ſecunda in hominibus, tertia ex hominibus, quarta ſuper homines. Propter homines conſtituta prima conſtruitur ex lapidibus inanimatis, ſecunda ex lapidibus vivis, tertia ex lapidibus quadris, quar-

ta ex lapidibus pretioſis. Audite hæc verba quorum habitatio eſt deſerta, qui ædificatis ſuper arenam, apud quos non habet filius hominis ubi caput ſuum reclinet, uſque in Babilone eritis, cùm Jeruſalem ſit deſerta? At delectat vos habitare cum habitantibus Cedar, fruſtra volentes hîc habere manentem civitatem, dum non inquiritis futuram. Ecce apud Maguntiam vulpes foveas habent, & volucres cæli nidos. Nemo ibi Chriſtum Dominum hoſpitatur, terrena ſapientia doloſæ plebis per vulpinam deſignatur foveam: per volucrum cœli nidos malè blandiens voluptuoſæ levitatis illecebra, in cordibus vitia fovent ſæcularium clericorum. Quod ſi in cordibus noſtris hoſpitantur vitia in poſſeſſis à diabolo non habet caput reclinare Filius hominis: quippe qui nomine tenus chriſtiani, quæſtu clerici, habitu laïci, pompa milites, vita canonici non canonici, à vobis Dominum repellitis. Hinc eſt quòd iniqui ſunt cœtus veſtri vivitiſque de Chriſti altario, cui ſervire contemnitis, de militia ejus ſumentes ſtipendia: cui tamen minimè militatis, res pauperum, patrimonium crucifixi, ſponſæ Chriſti dotem, ad ſæculi luxus, ad carnis deſideria, ad uſus libidinum uſurpatis. Intenti magis eſtis canibus quàm canonibus, venationibus magis quàm orationibus, plus arctam Chriſti humilitatem, quàm Chriſti pauperes abhorretis. Ideo relicta eſt filia Sion, ut umbraculum in vinea, & ſicut tugurium in cucumerario, vobiſque in regione diſſimilitudinis luxurioſè viventibus, facta nobiliſſima eccleſiarum ferarum habitatio, nidificatio avium, proſtibulum meretricum, congregatio veſtra congregatio taurorum eſt in vaccis populorum, taurique exiſtentes indomiti, diſciplinæ lora abjicitis. Domini veſtri præſepe refugitis, Samaritani ſtabulum devitatis, per arva mundanæ concupiſcentiæ taurina feritate effrænes, vagi & noxii, ſervili ubertate præcipites ferimini, velamen habentes malitiæ libertatem. Iſti ſunt, Deus meus, quos poſuiſti ut rotam, & ſicut ſtipulam ante venti faciem. Verumtamen licèt frænum rationis abjecerint, licèt à jugo tuo cervicem cordis excuſſerint, in chamo tamen & fræno maxillas eorum conſtrinxit vitiorum exercitus, & illecebroſis voluptatum retibus ad interitum pertrahuntur. Stipula certè erunt æterni incendii, quos hîc nec tuæ paternæ dulcedinis emolliunt beneficia, nec ſapientiæ tuæ magiſterium erudit, nec tuæ timor humiliat poteſtatis. Propterea, domus exaſperans, audi verbum Domini: Non congregabo, ait Dominus, conventicula veſtra de ſanguinibus; nec memor ero nominum veſtrorum per labia mea, odivi enim eccleſiam malignantium. Quare hoc? quia Simon & Gyezi regnantes apud vos, dextras veſtras impleverunt muneribus, & plumas columbæ diſtrahitis, nihil de ejus ſoliditate corporis attingentes; Spiritus enim Sanctus diſciplinæ effugiet fictum, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Certè fidei templum eſſetis, ſi Dominum in cordibus hoſpitem haberetis, domum Dei exteriorem frequentaretis ſæpiùs, coleretis devotiùs, reædificaretis diligentiùs, ſtudioſiùs ornaretis: alioquin unde vobis tanta præſumtio, tanta alieni juris uſurpatio, ut Chriſti viduæ, cujus curam non agitis, hereditetis divitias, gloriemini titulis, dignitatibuſque fulgeatis? Proh dolor! vidua ideo dicitur, quia virum non habet, cujus diſponatur conſilio, diſpenſetur ſolertiâ à quo auctoritatem virtutis concipiat maſculinæ. Qui enim ibi paſtoris locum occupat, nomen obtinet, umbrâ quidem præminet officii, ſed nec in aliquo complet officii veritatem: quod quia ſale infatuato reſperſus eſt locus, ideo ſterilis factus, non habet fructuum ubertatem. Ex ſale nimirùm ſparſo ſterilitas provenit, & ſal in terram ſpargitur, cùm epiſcopus, qui juxta interpretationem ſui nominis, ſuperiùs habebat intendere, ad vilitatem terreni operis incurvatur. Quid igitur, ſi non paſtor fuerit, ſed impoſtor: diſſipator, & non diſpenſator: non deffenſor eccleſiæ, ſed offenſor: non inſtructor hominum, ſed deſtructor: non correptor plebium, ſed corruptor; ubi eſt illud quod ait Apoſtolus: *Oportet epiſcopum irreprehenſibilem eſſe?* At Maguntienſis epiſcopus magis apocopam facit, quàm epiſcopium adminiſtrat. Unde & à fine, truncato Martini nomine, cui militare debuerat; magis Marti militat, quàm Martino. Armatam enim militiam ſecutus, ut dicitur, cultor Martis effectus, Martinum deſeruit, ſæcularibus negotiis ſe totum implicans, agit prælia, caſtella obſidet, incendit eccleſias, provincias deprædatur, exercet judicia, tributa exigit; & ut breviter malorum complectar multitudinem, de ſacerdote apoſtolico in tyrannum eſt apoſtaticum demutatus. Non eſt hoc opus evangeliſtæ, cujus erat officium ſpiritalibus vacare ſtudiis, docere populos, corrigere mores, arguere vitia, operibus præloqui quicquid eloquio profiteretur. Debet ſiquidem epiſcopus eſſe evangelii tuba, honeſtatis ſpeculum, religionis exemplar, forma vitæ, ſpeculator domûs Iſraël, eccleſiæ murus, Chriſti vicarius, apoſtolicæ doctrinæ proſequutor & heres. Audi igitur, qui Maguntienſis eccleſiæ paſtor eſſe debueras; audi & ſuſtine patienter; columbina eſt enim commotio mea in te, nec de felle amaritudinis hæc procedit. Æmulor te Dei æmulatione, ſi tamen tu non zelaveris facientes iniquitatem. Potius eſt ut zelus domûs Dei comedat te, cujus te Chriſtus architectum poſuit & rectorem. Recole ipſum, cujus vicem tenes; recole apoſtolos, quorum ſucceſſor es; recole Martinum, cui famulaturum te * devoviſti. Chriſtus cruci affigitur, in cruce gloriantur apoſtoli, Martinus in cinere & cilicio recubans, ob crucis gloriam non confunditur cruciari: tu autem, quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? Certè, ſic vivere, non eſt populum Dei paſcere, ſed depaſci; non eſt ſequi Chriſtum, ſed perſequi; non eſt Chriſto dare teſtimonium, ſed deteſtari; non eſt eſſe templum Dei, ſed diaboli; non eſt in glorioſa Chriſti ignominia gloriari: unde neceſſe eſt corrumpi

Invectio in Moguntinum epiſcopum.

1. Tim. 3. 2.

* Quia nimirum ſanctu Martinus eccleſiæ Moguntinæ eſt patronus

ſubditos, membra langueſcere, dum caput corruptioni & vitiorum languori ſubditum reperitur. Ideo, inquam, cera ſubjectorum cordium frigida remanet, & abſque impreſſione divinæ ſimilitudinis, quia nec ignem cœleſtis gratiæ prædicando accendis, nec bene vivendo formam imprimis honeſtatis. Corrigere ergo tu prior, ut tui exemplo ceteri corrigantur. Diſce eſſe epiſcopus, qui hactenus terreni imperatoris ſatelles fuiſti. Irrue magis, quod tuum eſt, in hoſtes eccleſiæ, in Chriſti adverſarios, ſpiritali potiùs quàm materiali gladio præliare velis, ut Chriſti imitator & diſcipulus ſuſtinere perſecutiones, quàm inferre; lucrum animarum magis reportare deſideres, quàm diripere gentium prædas, quàm dividere ſpolia præliis ſubactorum. Mors certè & eſt & erit in olla, niſi in te & per te ſale apoſtolico verus eam condierit Heliſæus. Ceterum ne pergas quærere quis ſit homuncio qui talia loqui audeat, qui præſumat arguere quos non novit. Novi equidem, etſi non facie, famâ novi, famâ utique quæ celebri rumore aures implevit orbis, diſperſos eſſe apud Maguntiam lapides ſanctuarii in capite omnium platearum. Et reverâ ibi novimus completum eſſe quod ait propheta: *Et erit*, inquit,
Isa. 24. 2. *ſicut populus, ſic ſacerdos*. Hoc igitur famâ vulgante audivi, & conturbatus eſt ſpiritus meus, & à voce contremuerunt labia mea; & propterea zelo Dei ductus, ſcripta de vobis tranſmitto vobis, ſi fortè velitis apprehendere diſciplinam, nequando (quod abſit) iraſcatur Dominus, & pereatis de via juſta: quod avertat à vobis convertens animas JESUS-CHRISTUS Dominus noſter, qui vivit & regnat per omnia ſæcula ſæculorum. Amen. *Explicit epiſtola.*

HUGONIS FLORIACENSIS MONACHI epiſtola nuncupatoria ad Mathildem imperatricem, in librum de geſtis modernorum regum Franciæ.

Incipit prologus in libro qui modernorum regum Francorum continet actus.

Anno 1110. Ex mſ. Tuan. MATHILDI glorioſæ imperatrici, HUGO indignus monachus Patris Benedicti Floriacenſis cœnobii, temporali pariter & æternâ felicitate lætari.

Præſentem libellum vobis ideo, Domina mea, deflorare decrevi, ut generis veſtri ſublimitas poſteris innoteſcat, & alta avorum veſtrorum nobilitas venturis ſæculis intimetur; quo etiam in libro modernorum regum Francorum actus vobis breviter explanare curabo, eorum videlicet qui poſt LUGDOVICUM imperatorem regnaverunt in Franciam, ad deliniendum animum veſtrum. Quæ nuſquam hiſtoria ſeriatim digeſta, ſed hac illacque quibuſdam in codicibus inſerta, & aliis tractatibus interfuſa tenetur: eò quòd nemo uſque modò eam curavit
Nota. in unum corpus adgregatam congerere, & in unius libri formam redigere. In hoc præterea prologo vobis veſtrorum atavorum ſplendidam genealogiam recenſere curabo, & quæ ſit ſtirpis veſtræ generoſitas lucidè neſcientibus declarabo. ROLLO igitur, de cujus ſanguine proceſſiſtis, Danorum dux inclytus extitit, qui (a) CAROLI-CALVI regis Francorum temporibus, poſt imperatoris LUGDOVICI deceſſum, per Sequanam intravit in Galliam, & ingreſſus in eam, totam ſibi vindicavit Neuſtriam, quæ nunc Normannia vocitatur. Rolloni verò ſucceſſit filius nomine GUILLELMUS, & Guillelmo RICHARDUS, princeps nobilis atque magnificus. Hic quoque RICHARDUS genuit alterum RICHARDUM virum Deo carum atque ſanctiſſimum. Et iſte RICHARDUS genuit Robertum, & ROBERTUS Guillelmum Anglorum regem inclytum, qui memoratum regnum ſuâ ſibi ſubjugavit induſtriâ, quod nullus Romanorum imperatorum auſus eſt aggredi, præter Claudium & Julium Cæſarem. Nullus rex noſtrorum temporum hoc Guillelmo fuit felicior ac moderatior. Ejus magnanimitatem & magnificentiam nemo laudare ſufficit, quibus ille uſque ad terminos terræ ſuper omnes ævi noſtri reges ac principes apparuit glorioſus. Pauci poſt hac reges, ſicut reor, illum imitabuntur, & ejus affluentiâ & morum elegantiâ perfruentur, quibus eum Deus in hac vita felixque fortuna ditavit. Hujus quoque fuit heres ac filius HENRICUS Anglorum rex, magnificus pater veſter. Hæc in tranſcurſu de veſtra ſufficiat dixiſſe proſapia, & de progenie celſitudinis veſtræ. Porro ego dudum amitæ veſtræ, relictæ videlicet comitis STEPHANI Carnotenſis codicem unum de geſtis Romanorum imperatorum deflorare curavi, qui continet Francorum adventum in Galliam, & regum antiquorum ejuſdem gentis refert proſapiam uſque ad Carolum-Magnum & ejus filium Lugdovicum: quorum CAROLUS-MAGNUS ſuâ induſtriâ Romanorum ſibi vindicavit imperium, & decedens ſuo reliquit filio Lugdovico. LUGDOVICUS verò cùm quatuor genuiſſet filios, illud eis dimiſit. Unde inter eos magna diſcordia pullulavit, & tres germani, LOTARIUS videlicet, LUGDOVICUS, atque PIPPINUS, contra fratrem ſuum KAROLUM dimicaverunt atrociter anno ſecundo obitûs Lugdovici apud Fontanidum campum, cupientes eum Franciæ regno privare, ſed non valuerunt; prævaluit enim adverſus eos Francorum exercitus. Ab illo tamen die uſque nunc manet regnum Francorum ab imperio Romanorum ſejunctum atque diviſum; nam LOTHARIUS Germaniam & Italiam ſortitus eſt, & Romam & Ravennam regias urbes, cum nomine imperatoris; LUGDOVICUS verò germanus ipſius poſſedit Bajoariam & Saxoniam; & PIPPINUS Aquitaniam atque Vaſconiam; & KAROLUS Franciam, Burgundiam, & minorem Britanniam atque Neuſtriam, ſed & Aquitaniam ipſe ſibi poſtmodùm acquiſivit. Cujus CAROLI regis genealogiam in ſubſequenti libro ſigillatim per ſingula capitula denotabo, uſque ad Lugdovicum hujus proſapiæ regem ultimum, qui ſine liberis deceſſit. Poſt cujus obi-

(a) Immò tempore Caroli Simplicis.

tum proceres Franciæ provexerunt ſuper ſe Hugonem Magnum, Magni cujuſdam Hugonis ducis Franciæ filium, cujus etiam catalogum ordine ſuo ſubjiciam, & horum omnium actus partim uſque ad præſentis temporis regem domnum Lugdovicum clementiſſimi regis Philippi filium, Deo annuente, ſicut promiſi, paucis ſermonibus comprehendam. Ejus verò actus meo inculto ſtylo contaminare non audeo; nam quod ſcribo, brevi ſermone concludo, nullum rhetoricæ facundiæ fucum interſerens. Sed & illa quæ vobis deflorare curavimus, non à nobis accepimus, ſed à multis codicibus noſtro ſudore decerpſimus, ad ſupplementum hiſtoriæ illius, cujus ſuprà meminimus, & quam, ſicut præmiſimus, nuper edidimus. Vos autem munus oblatum, favorabiliter, quæſo, ſuſcipite, & auctoritatis veſtræ ſigno corroborare curate. Valete. Deus omnipotens ſuâ vos gratiâ benedicat, & prole fecundet, & proſperitate ſemper lætificet. Amen.

Explicit prologus.

Incipit liber.

Karolus igitur Calvus Lugdovici pii imperatoris filius, poſt bellum Fontanidum, Francorum obtinuit regnum anno Incarnationis divinæ DCCCXL. ſecundo, & regnavit annis fermè XXX. & octo. Qui cùm eſſet vir glorioſus, atque magnanimus valdè, ædificavit in regno ſuo Compendium villam, & eam Karolopolim ſuo de nomine vocari præcepit, quam etiam pretioſa Domini noſtri ſyndone nobiliter inſignivit. Obtulit etiam idem ſereniſſimus rex ſancto martyri Dionyſio unum de clavis quibus in cruce fuit affixum corpus dominicum, & quamdam ligni ſanctæ crucis portiunculam, cum quadam particula ſpineæ coronæ noſtri Redemtoris. Hac intereà tempeſtate Willelmus comes Arvernorum & dux Aquitanorum Cluniacenſem ædificavit abbatiam. Girardus etiam quidam comes inclytus Burgundiæ duas conſtruxit eccleſias, Vezeliacenſem ſcilicet & Pultarienſem, in quarum una ſancta Maria Magdalena nunc habetur humata, & in altera idem Girardus poſtmodùm tumulatus eſt. Eodem quoque tempore Ebbo nobilis partium princeps Biturigenſium ſanctæ Dei genitricis Mariæ Dolenſem ædificavit abbatiam. &c.

LAMBERTI ABBATIS S. RUFI epiſtola ad Ogerium præpoſitum congregationis Ferranicæ.

Commendat ei ordinem canonicum.

Circa annum 1110. *Ex ms. Stamedii.*

OTGERIO Ferranicæ congregationis venerabili præpoſito, ſanctoque ejus conventui, & omnibus in canonico ordine ſecundùm Deum viventibus, (a) LAMBERTUS humilis eccleſiæ ſancti (b) Rufi ſervus ſalutem & gratiam in CHRISTO-JESU atque cœpti ſacri ordinis nitidam perſeveranter obſervare puritatem.

SanctoSpiritui gratias agimus, cujus inſtinctu circa canonicum ordinem vos fratres fervorem & ſtudium habere cognoſcimus. Decet enim ut quantò ſanctior ordo, tantò militantibus in hac gratia ſit major devotio & ſollicitudo. Dignitas quippe hujus ordinis, videlicet canonici & ſacerdotalis, veteribus & novis multipliciter demonſtratur figuris atque exemplis. Hanc commendat Spiritus-ſanctus in pſalmo dicens: *Moyſes & Aaron in ſacerdotibus ejus invocabant Dominum & ipſe exaudiebat eos.* Psal. 98. 6. Et iterum *deduxit*.............................

.....................ſive regula diſciplinæ, percutit Ægyptum, liberat Iſraël, dividit mare rubrum, aquas vertit in dulcedinem, flumina producit de petra. Per ſacerdotem dat Deus legem, inſtruit tabernaculum, arcam, vaſa, veſtimenta, ritus ſacrificiorum, & cetera quæ pertinent ad cultum Dei. Hanc ſacerdotalem dignitatem commendat claritas vultus Moyſis, gloriaque veſtimentorum Aaron & filiorum ejus, & quod dictum eſt Moyſi, *Omnia fac juxta exemplar quod tibi monſtratum eſt in monte.* Exod. 10.4. Ex quibus verbis colligitur, quoniam canonica & ſacerdotalis regula ex ipſis cœleſtibus exemplaribus informatur, pluſque eſt dicenda divina quàm humana. In figura noſtri ordinis præceptum eſt ſacerdotibus & levitis, ut non habeant hereditatem inter fratres. *Ego*, inquit Dominus, *ero hereditas eorum. Iſti vaſa ſacra cuſtodiunt, circa tabernacula excubant, placant iram Dei, portant peccata populi, atque inter Deum & populum mediatores ſunt conſtituti.* Quibus verbis patet, quià hi qui ſunt hujus ordinis etſi ſunt homines, debent eſſe ſuper homines Hi tribus excitant populum, hi in virga Aaron ferrea florent, fructificant, ceteriſque ordinibus præeminent. Hi arcam portant, Jordanem dividunt, promiſſionis terram occupant, Jerico deſtruunt, barbaras gentes opprimunt. Omnià hæc in noſtro ordine ſpiritualiter figurantur. Noſter quoque habitus pluribus modis eſt ibi figuratus & conſecratus in veſtimentis Aaron. Plurimum nitet biſſus retorta, filii ejùs in Dei miniſterio lineis reſplendent indumentis, poſteri eorum Ephod utuntur lineo. Cùm ergo à femoralibus uſque ad tiaram lineo candore cum ceteris ſpeciebus fulgeant ſacerdotes, quid figuratur niſi ordinis noſtri inviolabilem auctoritatem & reſplendentem caſtitatis & honeſtæ vitæ puritatem? Quid tunica Samuëlis reges conſtituentis deſignat, niſi tunicam noſtram lineam & talarem, quia fiunt à ſui nominis etymologia mundo corde? Obſervavimus genus regium & ſacerdotale, coram ſummo rege adſtabimus. Veniat in mente noſtra vir ille qui apud Ezechielem indutus lineis & atramentarium ſcriptorii ad renes habere dicitur, cui

(a) In indicibus abbatum ſancti Rufi non *Lambertus*, ſed *Letbertus* vulgo appellatur.

(b) Sancti Rufi inſigne monaſterium canonicorum regularium ordinis ſancti Auguſtini, caput ipſius ordinis à Benedicto epiſcopo Avenionenſi fundatum anno 1038 haud procul ab Avenione, inde prope Valenciam tranſlatum, ac demum in ipſa civitate Valentina reſtauratum.

Digitized by Google

nta poteſtas adſcribitur, ut à ſanctuario in- piens, quos dignos perpendit per Tau littem ſcripturæ reſervet, quos vero indignos jucat ſine ſcriptura gladiis ſex virorum expore non formidet. Cujus poteſtatis ſublimitas rræ illis attribuitur, qui caſtitatem corporis unditiæ cordis ex diſcretione aſſociantes, glao divini verbi circa femur potentiſſimè ac- ıcti, lectulum veri Salomonis obſervantes, ıro oculo ipſum regem in decore indeſinenr contemplantur. Deinde paucis & pluribus emoratis, ad novum teſtamentum veniamus. ſum Dei & hominis filium conſtat omnes gras clericalis ordinis in ſeipſo conſecraſſe, rellam quoque qua vivimus ſuis apoſtolis tradiſſe. Hic diſcipulos congregat, vitam communem inſtituit dicens: *Qui non renuntiat omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* anc apoſtoli primitiæ tradunt eccleſiæ, ſicut Actibus eorum ſcriptum eſt. *Erat cor unum anima una* in Deo, & non dicebant aliquid oprium. Nam erant illis omnia communia. : impletum eſt quod longè ante de hoc noro ordine ſcriptum eſt: *Ecce quàm bonum & àm jucundum habitare fratres in unum.* Primi ıdierunt: *Ecce quàm bonum*, nec ſoli audient: Non enim uſque ad illos tantùm iſta dictio & unitas fratrum venit: deſcendit namıe ad poſteros uſque etiam ad modernos, ut m dicamus: *Ecce quàm bonum & quàm jundum habitare fratres in unum.* Sed cui rei miles ſumus dicat pſalmus, *ſicut unguentum capite quod deſcendit in barbam barbam Aan.* Noſter Aaron, ſacerdos noſter, eſt Chrius. Ipſe ſeipſum obtulit pro nobis in ſacrificium, reſurrexit, aſcendit in cœlum, venit piritus-ſanctus à capite in barbam, à Chriſto d diſcipulos. Barba maturitatem figurat & erfectionem: quod deſcendit in oram veſtienti ejus, hoc eſt ad poſteros eccleſiæ derivait. Secuta eſt enim Eccleſia, quæ veſtis Doiini eſt, & peperit monaſteria. Implentur, ut ixi, Spiritu-ſancto, jubentur prædicare omni reaturæ, dæmones fugant, infirmos ſanant, ıortuos ſuſcitant, ſacramenta conficiunt, peccata ſolvunt, cœlum aperiunt. Demùm ad niorem veſtium & habitum commendandum reeamus. Audiſtis, Domino in monte transfiguato, quòd veſtimenta ejus claruerunt ſicut nix, ngelos etiam in albis veſtibus apparuiſſe legiıus. Jacobus frater Domini epiſcopus epiſcoorum lineis veſtimentis ſemper uſus eſt. Peus hanc tonſuræ noſtræ & coronæ formam, ı memoriam paſſionis Chriſti primus geſtavit. Hic ordo noſter, ut dixi, in Chriſto, in apoolis, in primitiva Eccleſia primò exfloruit, ed frigeſcente caritate, & inſtante perſecuione, poſtmodum emarcuit, quem URBANUS papa martyr, deinde ſuis decretis cœpit ſuſciare, beatus quoque AUGUSTINUS ſuis reguis ordinare, ſanctus HIERONYMUS ſuis epiolis commendare, ceterique ſancti viri, quos ongum eſt memorare. Unde excitati ſervi Dei, am ad ſcholarem priſtinum multi redeunt, per multas terras hujus noſtri ordinis Salvatoris jam regiones albæ ſunt ad meſſem. Unde, fratres dulciſſimi, vos hortamur qui tam præclarum ordinem ſuſcepiſtis, quatinus ſummoperè vigiletis, ut qui ordine & habitu fulget in corpore, reſplendeat etiam in vobis in mentis puritate, & decore vitæ, quatinus vita concordet cum nomine, profeſſio ſentiatur in opere. Decet enim ut de vobis veraciter dicatur: Vos eſtis lux mundi, vos eſtis ſal terræ. Luceat ergo lux veſtra coram omnibus, ut videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum qui in cœlis eſt. Tria his verbis maximè commendantur, id eſt ordo, vita & habitus.

EJUSDEM AD AMICUM.

Dehortatur clericos à frequenti ad feminas acceſſu.

DEprecatus es ut tibi breviter exponerem qualiter clerici victitare debeant. Hinc me plerique maledicti æmuli præſtolantur, quia non ſileo veritatem. Prima igitur tentamenta ſunt clericorum feminarum frequenter acceſſus. Iſte ſexus reprehenſibiles exhibet clericos. Quid tibi reverâ cum feminis, qui ad altare cum Domino famularis? Te cuncti in publico, te in agro ruſtici aratores ac vinitores quotidie graviter lacerabunt, ſi contra diſpoſitum fidei, cùm feminis habitare contendis; & quia, ut arbitror, concupiſcis irreprehenſibilis inveniri, teſtimonio bono muni te. Numquid in choro apoſtolorum feminæ affuerunt? Prohibe virgines tecum commorari, quæ de genere tuo non ſunt, nedum ſecretaliter ac ſolus ingrederis, macules teſtimonium tuum. Aliter namque conjugati, aliter continentes edocentur eccleſiaſticum ſubire miniſterium. Feminarum cùm clericis nullo pacto convicta præcipitur converſatio, lamia diaboli, via iniquitatis, ſcorpionis percuſſio, nocivumque genus femina. Cùm propinquat ſtipula, incendit ignem, flammigero igne percutit femina conſcientiam pariter habitantis, exuritque fundamenta montium. Ego judico, ſi cum viris feminæ habitant, viſcarium non deerit diaboli. Ex eis occupatus eſt homo....... ferreas mentes libido domat. Si alligat quis ignem in ſinum ſuum, veſtimenta non comburentur? aut ſi quis per medios carbones ignis ambulet, pedes ſuos non comburet? Mihi crede, non poteſt toto corde habitare cum Domino, qui feminarum acceſſibus copulatur. Sed dicis: Qui ambulat ſimpliciter, ambulat confidenter. Bene & argutè; ſed oportet teſtimonium habere bonum.

Ex mſ. Sirmondi.

CARTA FUNDATIONIS
Savignienſis monaſterii.

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritûs-ſancti. Amen. Ego RADULFUS Fulgerienſis univerſorum conſummationem & finem attendens, & in futurum ſaluti meæ providens, ſimul ac conſulens, quod propriis meritis obtinere non

Anno 1112. Ex mſ. Savignienſis monaſterii.

poſſum, à pauperibus ſpiritu regnum cœlorum, quod ipſorum eſt, emendum putavi. Eos enim in illa cœleſti curia ſemper advocatos habere deſiderans, utpote cujus ipſi ſunt concives ſimul & præſules, ad eoſdem tamquam ad ſanctæ munitionis azilum confugio, ut eorum ſaltem merear opitulatione ſalvari, qui de meis meritis, non niſi mortem & damnationem invenio. Dono igitur ego RADULFUS cum uxore mea AVITIA, & filiis meis MAINONE, FRANSGALONE, HENRICO, & ROBERTO, Deo & domno VITALI eremitæ, in poſſeſſionem & cœnobiale domicilium monachorum, videlicet foreſtam de Savigneio, ſicut ex una parte fluvius, qui vocatur Chamba, ipſam foreſtam à Cœnomannia diſterminat; & ex altera parte Chambeſneta fluviolus ab ipſo vico ſeparat, qui Savigneium appellatur. Sicut enim Spiritus-ſanctus ait in pſalmo: Cedros Libani Deus plantavit, ut in earum ramis nidificare ſancti paſſeres permittantur. Quam nimirùm ob incolumitatem corporum & ſalutem animarum, mei videlicet, & uxoris, ac filiorum meorum, & dominorum, & amicorum meorum, & pro animabus patrum noſtrorum, & matrum, & dominorum, & amicorum, & baronum meorum, & omnium fidelium, tam vivorum, quàm defunctorum, ita ab omni, tam clericorum infeſtatione, quàm laïcorum quiete reddimus; & ut nemo contra hanc donationem ſit, qui ſervos Dei inibi commorantes inquietare vel audeat vel præſumat. Quam nimirùm quietem & tranquillitatem TURGISIUS Abrincenſis ſedis epiſcopus ab omni conſuetudinum epiſcopalium exactione ratam & inviolabilem poſſidendam conceſſit. Si quis autem contra hanc donationis noſtræ paginam temerario auſu venire, vel eamdem eccleſiam infringere, vel diripere, vel nocere tentaverit, perpetui feriatur anathematis ultione, donec ad plenam ſatisfactionem & congruam emendationem redierit.

Pſal. 103. 17.

† Signum RADULFI Fulgerienſis. † Signum AVITIÆ uxoris ejus. † S. FRANSGALONIS. † Signum HENRICI. † Signum ROBERTI.

Hæc donatio confirmata eſt & ſignata apud Savigneium anno ab Incarnatione Domini MCXII. indictione V. epactâ XXI. octavo Calendas Februarii anno regni primi HENRICI regis Anglorum & ducis Normanorum XIII. anno verò archipræſulatûs GAUFRIDI Rothomagenſis archiepiſcopi III. TURGISII quoque Abrincenſis epiſcopi anno præſulatûs XVIII. Hujus itaque donationis & confirmationis ſunt teſtes legales & veridici, Hamelinus de Meduana, Juhellus frater ejus, Harſcoitus de S. Hilario, & filius ejus Philippus, Robertus Abrincenſis, Pozardus de Caſtellerio, Maino de Polleio, Willelmus filius Guidonis, Hamelinus filius Pinelli, Senſatus de Maiſnilio Helduini, Gaufridus viator, Eudo de Monte-Fulcherii, Hervæus de Lineriis, Gunterius frumenterius, Paganus de Amero, Stephanus filius Alveredi, Guillelmus filius Ilgerii.

EPISTOLA BALDUINI COMITIS Flandrenſis ad Pontium abbatem Cluniacenſem.

Confirmat ei abbatiam ſancti Bertini.

Anno 1112. *Ex cartario Cluniacenſi.*

DOmno P. reverendo ſanctæ Cluniacenſis eccleſiæ abbati, BALDUINUS Flandrenſis comes & CLEMENTIA comitiſſa, æternam in Chriſto felicitatem.

Cupientes ea quæ ad religionem pertinent firma permanere, ne videlicet bene inchoata callidus hoſtis valeat peſſundare, ſerenitati veſtræ notum facimus, conceſſionem illam, quam de eccleſia ſancti Bertini dominus meus ROBERTUS comes adhuc vivens, me quoque annuente prædeceſſori veſtro domno HUGONI piæ memoriæ abbati conceſſit, ſcriptoque firmavit, nunc etiam pro remedio animarum noſtrarum, tam me, quàm filium meum, jam libenter vobis veſtriſque ſucceſſoribus iterato concedere, ratamque per omnia, omni occaſione ſepoſitâ, fore. Porro ut hæc conceſſio noſtra firma permaneat in conſpectu principum, cum eorumdem aſſenſu eam firmavimus, atque ſigilli noſtri impreſſione ſubterſignari fecimus. S. LAMBERTI abbatis, S. Galterii theſaurarii, S. Rainerii notarii, S. Bernardi capellani, S. Alardi, S. Rotgerii caſtellani inſulani, S. Galterii caſtellani Curtriacenſis, S. Raigeri dapiferi, S. Willelmi dapiferi, S. Ulrici pincernæ, S. Widonis.

Actum anno Domini MCXII. in villa Yprenſi pridie Idus Aprilis.

PLACITUM

Inter Raymundum Berenguarii comitem Barchinonenſem, & Bernardum Atonis vicecomitem Biterrenſem, coram Richardo Narbonenſi archiepiſcopo, & aliis, de XIV. caſtris, &c. quæ Bernardus in fevum recipit à Raymundo comite.

Anno 1112. *Ex archivis civitatis Carcaſſonæ.*

IN nomine Domini. Hæc eſt carta de placito quod fuit inter RAYMUNDUM BERENGUARII Barchinonenſem comitem, & inter BERNARDUM ATONIS Biterrenſem vicecomitem. Conquerebatur ſupradictus comes de Bernardo Atonis præſcripto vicecomite de Carcaſſona, & de honoribus ad Carcaſſonam pertinentibus, & de Redas, & de honoribus ad Redas pertinentibus. Ad hoc igitur BERNARDUS vicecomes dixit, ſe inde facturum rectum. Ex utraque verò parte convenerunt ad hoc RICHARDUS Narbonenſis archiepiſcopus, & ATO ejus nepos, & GUILLELMUS Raymundi comitis dapifer, & Raymundus Rainardi de Rocha, & frater ejus Guillelmus, & Bernardus Bertrandi de Ameliano. Et ex alia parte, Raymundus Idalardi de Ponciano, & Pontius Deodati de Toloſa, & Bernardus Amatus de Monte-ſereno, & Bernardus de Canned, & Petrus

Petrus Rainardi de Biterris, & alii multi inter utroſque pacem ſimul & finem inquirentes, & concordaverunt, quòd fuiſſet homo comitis Bernardus Atonis, & daret illi duodecim caſtella per alodem, ſcilicet Boxahonem, Rocham Cezeirani, Ambiletum, Curvallem, Caſtlar, Pedenas, Caſtellum-novum, Meſoam, Caſtellum S. Poncii, Poictum, Mercoirol, & Calumcionem, & quod comes RAYMUNDUS redderet ipſa duodecim caſtella per fevum ad Bernardum vicecomitem, & ipſe Bernardus fuiſſet inde ſuus homo, & juraret illi fidelitatem. Ego BERNARDUS ATONIS Biterrenſis vicecomes dono tibi RAYMUNDO Barchinonenſi comiti duodecim ſupradicta caſtra per alodem, per talem convenientiam, quòd quando ego, vel tu, invenerimus, cùm dominus de Tholoſa, quòd donet tibi Carcaſſonam, cum honoribus ad Carcaſſonam pertinentibus: quòd tu illam mihi dones, & ego accipiam illam per tuam manum, & recuperem ſimiliter per alodem medietatem de ſupradictis duodecim caſtellis; propter ſupradictum placitum & convenientias. Ego BERNARDUS ATONIS donavi tibi Raymundo comiti quindecim millia inter ſolidos & ſolidatas Melgorienſes, & dono tibi duodecim ſupradicta caſtella per ſupradictas convenientias. Hæc omnia facta ſunt cum conſilio CECILIÆ uxoris Bernardi vicecomitis. Facta fuit hæc carta VI. Idus Junii, Dominicæ Incarnationis anno Domini MCXII. regnante rege LUDOVICO, in præſentia ſupradictorum virorum Guillelmi Raymundi de Nadedotta, Berenguarii Bernardi de Sobirah, & aliorum multorum. Stephanus Sicfredi ſcripſit.

Ego RAYMUNDUS BERENGUARII Barchinonenſis comes dono ad fevum tibi BERNARDO ATONIS Biterrenſi vicecomiti Boxahonem, Rocham Cezierani, Ambiletum, Curvallem, Caſtlar, Pedenaz, Caſtellum-novum, Meſoctum, Caſtellum S. Pontii, Poictum, Mercoirol, & Calumcionem, quòd reddas illos mihi, quando ego illos tibi requiram, per me, aut per meum miſſum, & quòd ſervias illos mihi.

Ego RAYMUNDUS BERENGUARII Barchinonenſis comes abſolvo & guirpiſco cum hac carta tibi Bernardo Atonis Biterrenſi vicecomiti Carcaſſonam cum honoribus tibi pertinentibus, & Redas cum honoribus ſibi pertinentibus, ſalvis convenientiis inter me & te factis. Facta fuit hæc guirpitio V. Idus Junii, anno Domini MCXII. regnante rege LUDOVICO; & in præſentia RICHARDI Narbonenſis archiepiſcopi, ATONIS ſui nepotis, GUILLELMI Raymundi comitis dapiferi, Raymundi Bernardi de Rocha, & fratris ejus Guillelmi Bernardi, Bertrandi de Amiliano, Raymundi Idolardi, Pontii Deodati, Bernardi Amati de Monte-ſereno, Bernardi de Cannet, Guillelmi de Colnatis, Petri Signarii de Biterris, Petri Rainardi, & aliorum multorum, quorum nomina hîc non ſunt ſcripta. Stephanus Sicfredi ſcripſit.

EPISTOLA PASCHALIS PAPÆ II. ad Beardum Conſtantienſem epiſcopum.

De communicantibus excommunicatis & quomodo recipiantur hæretici.

Ex ms ſancti Vincentii Biſuntini.

PASCHALIS epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabili fratri (a) BEARDO Conſtantienſi epiſcopo ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Quæſtionum quas ad nos miſiſti latebras tuam credimus prudentiam non latere. Ceterum quia ſuper his per apoſtolicam ſedem poſtulas certius informari, quod doctrinæ ſanitas habeat reſpondemus. Excommunicatis enim communicare in his quæ à ſacris ſunt inhibita canonibus nullo modo ſit licitum. Et voluntate quidem communicantes, ſive ſint monachi, ſive ſint alii, ejuſdem reatus flagitio involvuntur. Qui verò aut ignari aut inviti neceſſitate communicant, licet in oculis hominum contagio polluantur, non tamen propter hoc reos in conſpectu æterni judicis arbitramur. Porro excommunicatorum cadavera de ſanctorum baſilicis projiciantur, quia eorum putores ad ſuperna conſcendunt, ſicut quartus Dialogorum beati Gregorii liber indicat, & ſanctorum ipſorum revelatione didicimus. ideoque dum ea illic continentur, ceſſandum à divinis officiis arbitramur. De confecto ab hæreticis chriſmate vel oleo, ratio ſuggerit, ut pro divinæ invocationis reverentia inter eccleſiam debeat concremari. Ab ipſis hæreticis venientes ita omnino recipiantur, ſicut antiquitus recipiendos, vel receptos fuiſſe ſanctorum prædeceſſorum noſtrorum Leonis & Gregorii monumenta declarant. Datum Lateranis VIII. Idus Februarii

BULLA PASCHALIS SECUNDI Ad Vitalem abbatem Savignienſem.

Permittit Savignienſibus fratribus, ut tempore interdicti divina celebrent officia.

PASCHALIS epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio VITALI abbati S. Trinitatis de Savigneio ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

In nemore quodam deſerto & invio eccleſiam ædificatam & religioſos fratres per tuam induſtriam in Dei ſervitio illic congregatos audivimus: unde omnipotenti Deo gratias agimus, cujus gratiæ eſt bonum omne quod agimus, & quieti veſtræ pro officio providere curavimus. Veſtræ ſiquidem religioni conceſſionem hanc litterarum præſentium auctoritate concedimus, ut pro interdicto communi parrochiæ, in qua manetis, eccleſia veſtra nullo modo officiis debeat carere divinis. Tu igitur in Chriſto venerabilis, tam pro nobis quam pro univerſa eccleſia omnipotentis Dei miſeri-

(a) Lege Gebeardo, ad quem extat alia ejuſdem epiſtola apud Labbeum conciliorum tom. 10. de non vitandis quibuſlibet excommunicatis.

cordiam inſtantiùs exorare memineris, qui nos per gratiam ſuam in dilectione ſua ſemper cuſtodiat. Dat Lateranis x. Cal. Aprilis.

BULLA PASCHALIS PAPÆ II. ad Begonem abbatem Conchenſem.

Indulget Conchenſibus, ut jejunio ſolemni vigiliam ſanctæ Fidis celebrent, ut in ordine miſſæ ipſius martyris nomen inter alias virgines habeatur, utque pro reverentia ejuſdem ſanctæ abbas Conchenſis ad electionem epiſcopi Ruthenenſis ſemper advocetur

Ex ſched. Colbertinis.

PASCHALIS epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto in Chriſto filio BEGONI monaſterii beatæ Fidis Conchenſis abbati, ejuſdemque loci fratribus omnibus ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Licet eccleſiaſticorum officiorum tenor in eccleſiaſticis libris legitimo habeatur ordine conſtitutus; nihil tamen religioni (obeſſe)* nimio prodeſſe plurimum credimus, ſi quis eiſdem officiis rationabiliter obſervantiæ quidquam & devotionis adjecerit. Samaritanus etenim noſter, cùm duos denarios ſtabulario ad infirmi curam protulit, ait: *Si quid ſupererogaveris, ego cum rediero reddam tibi.* In Ruthenico igitur pago, præſertim apud Conchenſe veſtrum monaſterium, ubi beatæ Fidis corpus requiſcere creditur, ante ſecundum Nonas Octobris quibus eadem virgo martyrium conſummaſſe legitur, ſicut ex more vos devotiſſimè agere audivimus vigilias, & ſolemne jejunium celebrari annuimus & decreti præſentis auctoritate firmamus: ubi enim beati martyres corporali præſentia requieſcunt, dignum profecto eſt & eccleſiaſtica conſuetudine confirmatum, ut celebrioribus officiis honorentur. Unde etiam concedimus, ut in (a) ordine miſſæ inter alias virgines ejuſdem ſanctæ virginis ac martyris memoria ex nomine celebretur, paſſionem quoque ſeu miracula, quæ de eadem ſancta virgine à catholicis viris ſcripta creduntur, in eccleſia pro ejuſdem reverentia virginis adprobamus; ſiquidem ipſius glorioſæ virginis ac martyris natalitia, tam in noſtra ſacro-ſancta Romana eccleſia, quàm in aliis mundi partibus, ad honorem Dei & communem ſalutem, cum magna optamus devotione & reverentia celebrari. Ad devotionem quoque ſupradictæ martyris & monaſterii Conchenſis honorem adjicimus. Ut ad Ruthenenſis epiſcopi electionem Conchenſis abbas ſemper debeat advocari: quia & in urbe ipſa electio ſolet citra ordinem plerumque præſumi, & Conchenſis locus adeo habetur proximus urbi, & tanta perſona cenſetur abbatis, ut præcipuè tanto eccleſiæ negotio meritò debeat intereſſe. Cetera monaſterii veſtri negotia tamquam ad nos ſpecialiùs pertinentia legatis noſtris, ſive qui nunc ſunt, ſive qui poſt futuri ſunt in Galliis, ſollicitiùs definienda mandamus. Veſtrum enim cœnobium & omnia ad idem pertinentia, quieta, libera & integra cum ſuis ſemper volumus privilegiis permanere. Omnipotens Deus ſua vos gratia benedicat, & per ſanctæ converſationis inſtantiam ad vitam æternam perducat. Amen. Datum Laterani, nono Calendas Januarii.

* l. immo.

PASCHALIS PAPÆ SECUNDI ad Laurentium abbatem ſancti Vitoni.

Ut nullam obedientiam nullamque communionem clericis Virdunenſibus impendat.

Anno 1113. Ex archivo S. Vitoni.

PASCHALIS epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis L. abbati & fratribus monaſterii S. Vitoni ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Virdunenſes clericos in tantam audivimus contumaciam prorupiſſe, ut eccleſiæ veſtræ ſubjectionem ſibi & obedientiam vindicare contendant, cùm ipſi extra eccleſiæ catholicæ ſint unitatem. Diu enim propter pertinatiæ ſuæ nequitiam à ſede apoſtolica excommunicati ſunt, quæ caput & magiſtra omnium eccleſiarum ab ipſo omnipotenti Domino conſtituta eſt. Cui profecto qui non concordat, procul dubio, ſicut beatus Ambroſius ſcribit, hæreticus eſt. Ab eccleſiæ conſortio alieni ſunt, & quomodo in eccleſia prælationem quærunt? non poteſt, beato atteſtante Cypriano, ramus fractus ab arbore germinare, & rivus à fonte præciſus areſcit. Quia igitur ipſi ſe à Romana eccleſia præciderunt, nos, auctore Deo, litterarum præſentium præceptione mandamus, & tam vobis quàm ſucceſſoribus veſtris obſervandum præcipimus, ut nullam eiſdem clericis ſubjectionem, nullam obedientiam, neque communionem impendere debeatis, donec ad unitatem catholicæ eccleſiæ revertantur. Qui enim à Domino ſuo diviſus eſt, conſervis ſuis præeſſe non poteſt. Et pſalmiſta dicit: *Nonne qui te oderant, Deus, oderam illos?* Quamdiu itaque ad ſedis apoſtolicæ communionem & gratiam redeant, nulla eis à vobis ſubjectio, nulla obedientia vel communio præbeatur. Data Tyberi IV. Idus Junii indictione VII.

FAMILIARIS EPISTOLA REIMBALDI Leodienſis ad Wazelinum priorem ſancti Jacobi.

Petit, ut ſuis opuſculis extremam ille manum imponat, & quæ corrigenda ſunt corrigat.

Circa annum 1115. Ex ms. Alnenſi.

REimbaldus gratiâ Dei id quod eſt, Wazelino priori plurimam in Domino ſalutem.

(a) Scilicet in canone, in quo veteres inſigniorum ſanctorum nomina cum apoſtolorum & martyrum nominibus inſerebant, præſertim SS. Martini, Hilarii, Ambroſii, Hieronymi Auguſtini, Gregorii, & Benedicti, ut fuſius probavi in tom. I. de antiquis eccleſiæ ritibus, quod tamen abſque ſummi pontificis conſenſu factum non fuiſſe colligi poteſt ex hoc loco.

Digitized by Google

Concedit Dominus in evangelio fugiendum de civitate in civitatem, cùm neceſſe ſic fuerit. Incubuit neceſſitas, & relictâ ſede & eccleſiâ propriâ, ex præceptione ſeu permiſſione hac dominicâ, ad aliam confugi, non longè tamen à diœceſi noſtra. Hîc ferè per octo menſes latui, cùm interim qui hoſpitio me receperat abbas videlicet RICHERIUS, religioſus & honeſtus admodum vir, aliquid forſan de me ultra me ſentiens, piâ ſatis importunitate ſuadebat, ut de vita canonica nonnulla colligerem, & aliquid exinde quantò recentiùs, tantò forſan utiliùs arbitratu meo cuderem. Obſtinatiùs reluctari non potui. Sed quid hoc? vicit me tandem hoſpitis mei & officium & ſtudium. Præſumens itaque nequaquam fateor canonicis vivendi formam, ac regulam quam ipſe ignorabam contradidi. Sed quomodo dedit Dominus quæ vitæ morumque ſit correctio, quæve in ea ad perfectionem progreſſio; ſicut ipſis, ſic de ceteris omnibus ſanctæ quidem religionis profeſſoribus in medio qualicumque hoc ſcripto expoſui. Nunc igitur amice feceris: ſi antequam hoc prodeat, judiciariâ quâdam, ut aiunt, ſeveritate tu recenſeas. Prava corrigas, ſuperflua deleas, quæ deſunt ſuppleas, tantâque id perficias diligentiâ, ut obloqui deinceps nemo hîc valeat, niſi aut ex inſcitia, aut (quod abſit) ex malivolentia id contrahat; morborum iſtorum, aut tarda, aut nulla curatio eſt. Non eſt igitur cur magnopere pro hujuſmodi laboraveris, dummodò competenti ac ſufficienti opuſculi hujus caſtigatione, tam mihi, quàm piè rem aſſequi conantibus, officiosè, ut ſpero, proſpexeris. Vale.

RESCRIPTUM WAZELINI.

Domino & amico ſuo REIMBALDO præpoſito ſancti Johannis, ſuus WAZELINUS ſalutem & ſervitium bonæ voluntatis.

Lecto & relecto veſtro de canonica vita libro, animam veſtram beatificavi, quæ datum optimum & donum perfectum deſursùm à Patre luminum ſuſcepit: hoc opus ſanctum dignum, benedictione plenum condidit. Verè enim, ut credo, theſaurum abſconditum in agro inveniſtis, nec amicis hoc vobiſcum quærentibus abſcondiſtis, ut quod vobis ſingulariter dedit gratia Dei, hoc commune fidelibus ipſius faciatis. Quod autem præcepiſtis, ut ipſum librum retractarem, emendarem, quod minus dictum erat ſupplerem, quod ex abundanti tollerem, fateor ſtudioſius vos effeciſſe, & breviter & lucidè ſufficienter omnia dicta; omnia hæc omnibus benivolis fore utilia. Vos igitur in ædificatione apoſtolico ſuperpoſita fundamento, ubi alii aurum, argentum, lapides pretioſos ſuperædificaverunt, hoc quoque pretioſum quadratis margaritum, quod canonicæ vitæ quadripertito ordine æqualiter reſpondet, connectit lateribus ſuis. Benedictus Deus qui de lege ſua vos docuit, & ſermonem rectum dedit in os veſtrum, quem de bono theſauro cordis veſtri nova & vetera protuliſtis. Spero enim quoniam qui hæc bono animo leget, ad ædificationem ſui in vita canonica profectum inveniet. Vale.

ITEM RESCRIPTUM REIMBALDI.

Reimbaldus gratiâ Dei id quod eſt, dilecto ſuo in Chriſto, & ſui conventus ac ordinis egregio priori WAZELINO ſalutem in Domino.

Studio ac diligentiâ quâ potui, de vita canonica editum à nobis opuſculum nuper, cariſſime, familiari quidem confidentiâ ad te, quaſi ad cotem ac limam quamdam examinationis tranſmiſi, quod velut omni parte beatum & exactum, ut aiunt, in eamdem mihi penitùs formam remiſiſti; inſuper tuo ſic ornatum ac illuſtratum præconio, ut niſi de ſimplicitate ac ſinceritate tua ergà nos amicitiæ compertum haberem, non ſine fuco aliquo ac nebula id aſſentationis fieri credidiſſem. Nunc autem ut par eſt de amico ac neceſſario meo bene ſperans, bene per omnia ſentiens, verbis tibi, non meis, ſed Sydonii Alvernorum epiſcopi, reſpondeo, quibus Namatio cuidam familiari ſuo ſcribens, ſic de Flavio quodam dicebat Nicetio, cùm quædam ejus opuſcula nimio ille, ut referebat, extuliſſet præconio. Equidem dicebat: In quantùm fieri præter jactantiam poteſt, gaudeo de præſtantiſſimi viri auctoritate, ſi certus eſt; amore, ſi fallitur. Hiſdem verbis, cariſſime, neſcio ſi eodem animo, ſcio tamen quia ſimplici ac pio hiſdem pene verbis hîc tibi reſpondeo: Equidem videlicet, in quantùm fieri præter jactantiam poteſt, gaudere me de præſtantiſſima tua auctoritate, ſi certus es; amore, ſi falleris. Vale.

ITINERARIA, ſeu EXHORTATORIA Dermatii cujuſdam Hybernienſis, proficiſcentis Jheruſalem.

Ego Dermatius natione Hybernienſis: omnibus qui manentem hîc ſe cognoſcunt non habere civitatem, futuram inquirere, exire de Babylonia, & ire vel redire Jeruſalem.

Babylonis nomine mundum hunc cariſſimi, hîc vos intelligere volumus, in maligno ſic utique poſitum, ut nihil confuſius ſit, nihil turbulentius, cujus omnino nihil vel certitudine ſit incertius, vel incertitudine certius. Hic non jam turrim ædificat, quia etſi non ſanctis meritis, tamen ad ſancta utcumque contendat aſcendere, ſed fodit lacus, ciſternas, puteos, pedicas ponit & decipulas, quibus ſi fieri poſſit, etiam cœleſtes terrenos tentet efficere, eoque jam loco eſt, ſic in profundum venit, ut jam pene ei congruat quod de peccatore dicitur: *Peccator cùm venerit in profundum contemnet.* Quis eſt enim qui recogitet, qui tribunal ipſe ſuæ mentis aſcendens, ante judicium de judicio cogitet. Nec tamen ceſſat prius ille nos Pater cœleſtis monere, tanto

quidem ſolito nunc frequentius, quanto poſt A pravitates cordis noſtri ire nos videt pertinaciùs. Vidiſtis hoc anno, cariſſimi, M. videlicet CXVII. ab Incarnatione Domini quotiens quaſi deſcendit & venit ad nos, nunc in virga, nunc in baculo. Quid enim? Numquid aliquando imbres tanti vidiſtis impetus? Numquid hujus fragoris audiſtis tonitrua? Numquid aliquando fulmina tot ſævierint in diſcurſibus? Terræ motus etiam per loca tanti fuerunt, ut non ſolùm ſubruerentur urbes, quod aliquando audivimus: verùm etiam montes novo quodam ſtupendo- B que miraculo ab ipſis ſubverterentur radicibus. Terrores autem de cœlo & ſigna hæc quæ prius ætas fuiſſe meminit, noctis tempore à regione Aquilonis, cœlum partim quaſi clibanus ſuccenſus incanduit, partim quaſi die mediâ ad medium ferè noctis clarâ admodùm luce reſplenduit. Has, cariſſimi, has nobis voces Altiſſimus dedit, his & terribiliter nos ammonuit, & clementer exterruit; nam & ſi aliquando fulgura multiplicans ſic nos conturbavit, ut etiam in ipſis eccleſiis morte corporali C quoſdam proſterneret, Leodii tunc poſiti quod contigiſſe vidimus. In hoc ipſo non crudelis in nos extitit, ſed pietatem nobis ſuam exhibuit, diſciplinæ videlicet ſeveritate; mortibus corporum longè mitioribus, quàm ſint æterna ſupplicia gehennarum, perpetrata flagitia vindicans: Mortibus enim corporum, ait Auguſtinus, legimus alios mortuos, propter non ſua, ſed aliena peccata, ubi magis eſt in dolore cordis plaga viventium, quàm in reſolutione carnis pœna morientium: ubi animæ D de corporibus exeuntes, ſuas cauſas habent, vel bonas, vel malas, non propterea gravatæ, quia exutæ. Hæc Auguſtinus in primo contra Marcionitas. In ſecundo autem: Quis ſcit, ait, quid vel eis poſt mortem bonæ compenſationis Deus tribuit, quorum mortibus viventes, aut emandavit, aut terruit. Nam delicta ait quorumdam ad pœnalem animi dolorem terroremque majorem etiam illorum qui ea non admittunt, non ſpiritualibus, ſed corporalibus mortibus plerumque Deus vindicat, ut con- E ditio quâ ſunt poſt paululum morituri, etiam iſto modo ſerviat Dei providentiæ, & in uſum noſtræ cedat diſciplinæ. Ecce, cariſſimi, non me, ſed Auguſtino docente, didiciſtis in ultione plerumque alienorum peccatorum aliquos hîc à Deo percuti, nec percuſſis ipſis obeſſe, nec mediocriter non percuſſis prodeſſe, quippe cùm & mitius erga eos fiat, quos temporaliter ſic Deus percutit, eiſque non cautum non ſit, quos & ipſe aliorum hîc mortibus emendat & corrigit. Cum gratiarum itaque actione, F non ut indignationem, ſed ut paternam & piam hanc Dei ſuſcipientes correptionem, nolite, cariſſimi, nolite negligere ſic corripientem, ne fortè manum ſuam aggravet, ne fortè vos in furore ſuo conturbet, ne fortè vos in ira ſua præcipitet. Exite, ut dixi, exite de Babylonia; ite, aut redite Jheruſalem: lapides ſanctuarii qui diſperſi ſunt recolligite: muros quos deſtruxit Nabuzardan princeps militiæ Babylonis reſtruite. Sed quid putatis? forſan de Jheruſalem hac terreſtri, ad quam ire vel redire me cernitis. Quod dico, me dicere creditis, quamquam & ad hanc propter illam de quâ hîc intendo ire laudabile ſit, non tamen de hac mentionem hîc facio. De ſpirituali ago, cariſſimi, de cœleſti Jheruſalem, quæ ædificatur ut civitas, in cujus nimirùm ædificationem quas quiſque virtutes adquiſierit, tot quaſi lapides porrigit. Ad hanc, cariſſimi, cùm de Babylonia, de mundo videlicet, vos exire moneo, vos provoco ad hujus ædificationem vel reædificationem qualicumque meâ hac exhortatione vos excito, ad hanc qui peregrini eſtis ſuper terram, velut ad manentem & fundamenta habentem civitatem de domo hac lutea vos evoco. Hæc utique ſita eſt in montibus, ideoque onuſtus ad eam omnino aliquis aſcendere non prævalet. Exoneretur ergo primùm oportet, quiſquis montana hæc vult conſcendere. Sarcinam hanc mundanam, concupiſcentiam videlicet & curam ſæcularem projiciat, ſeipſum abneget, extra portam cum Chriſto exeat, improperium ejus tollat, carnem ſuam cum vitiis & concupiſcentiis crucifigat. De benevolentia verò & communione ex abundanti eſt exhortationem his fieri, quibus Apoſtolo docente, innotuit talibus hoſtiis Deum promereri. Hoc bonum illud eſt, quod juxta eumdem Apoſtolum ad omnes debemus operari, maximè ad domeſticos fidei. Penſate ergo quantum, vel quale bonum hoc ſit, à quo conditionis humanæ nemo excluditur; tantoque hoc mihi ceteriſque domeſticis fidei impendite propenſiùs, quantò inhumaniùs nobis negabitis quod debetis omnibus. Videtis quòd exſulem me fecerim pro Deo; videtis quòd crucem non hanc tantùm quæ in panno eſt, ſed quòd crucem Chriſti ego bajulo. Videtis quòd ad Deum non Jeroſolymis tantùm, ſed ubique, quia ubique eſt, confugio. Per ipſum ergo moneo vos: cavete, quantùm in vobis eſt, ne in via hac deficiam. Eſt aliqua profectò ad Deum via, his qui in via Dei ſunt, pro Deo miniſtrare neceſſaria: hanc tenete, ab hac deviare nolite, per hanc vel voluntatis paſſibus indeſinenter incedite. Hæc reverâ via eſt, quæ de exilio reducit ad patriam: hæc via eſt quæ ducit ad manentem & fundamenta habentem civitatem; hæc, inquam, via eſt, quæ rectè de Babylonia ducit, & reducit Jheruſalem. Si igitur, fratres cariſſimi, ut in initio diximus, manentem hîc vos civitatem habere non cognoſcitis, ſi futuram inquiritis, hac viâ quærite, & invenietis: hac viâ incedite, & pervenietis: hac viâ videre ſatagite, & Deum deorum in Sion videbitis. Nec miremini quòd mihi via iſta eſt; etenim etſi Hybernenſis ſum, etſi ſum Scoticus, tamen ſacramentorum Eccleſiæ veſtræque fidei ſum condomeſticus. Quod ergo ſæpè jam dixi erga domeſticum hunc fidei veſtræ benificentiæ & communionis nolite oblivíſci; niſi enim mentitur Apoſtolus, talibus hoſtiis promeretur Deus. Adnitimini, dum adhuc eſtis in via, inter eos fieri, quibus dicturus eſt filius hominis: Quamdiu uni ex minimis meis

Digitized by Google

ciſtis, mihi feciſtis: niſi ſic feceritis, ne iraſ-
:mini mihi, ne commoveamini; pro vero vo-
s iſte dicit Scoticus, quia ibitis in ignem
:ernum, qui paratus eſt diabolo & angelis
.is. Date ergo potius operam, cariſſimi, ut
catur vobis: Venite, benedicti Patris mei,
rcipite regnum, quod vobis paratum eſt ab
igine mundi; quod ſic aſſequi poteritis, ſi pro
eo ex eo quod habetis in pauperes Chriſti be-
ficentiſſimi fueritis. Valete. Et cùm, an-
ıente Deo, veſtram hanc ſenſero beneficen-
.m, etiam pro RAIMBALDO, quæſo, Leo-
:nſi orate: qui proficiſcenti mihi hanc pro
ıtico providit & conſcripſit epiſtolam.

OTITIA DE SATISFACTIONE
omitis Vindocinenſis facta Gaufrido abbati.

NOverint hoc homines univerſi præſentes ſcilicet & futuri, quod domnus G. cum ba GAUFFRIDO videlicet de Prulco, comite Vindocinenſi, multimodas diſ-ıſiones habuerit, & ab ipſo diverſas tribu-:iones pertulerit, eo quod comes quaſdam actiones ſive conſuetudines in rebus hujus :i contra juſtitiam vellet imprimere. Unde ctum eſt ut domnus abba monaſterium ſuum linqueret, & omnem honorem Vindocinen-n canonico interdicto impetrato ab IVONE næ (a) memoriæ Carnotenſi epiſcopo pro in-titia ſibi facta percuteret. Inter hæc quidam ıter Daniel nomine de congregatione noſtra giendo diſceſſerat, & quidquid in quadam edientia, ubi miſſus fuerat, invenire potuit :um fugitivus detulerat. Qui cùm diſcordiam :er domnum abbatem & comitem Vendoci-nſem audiſſet, venit Vindocinum, & quid-id mali de domno abbate mentiendo finge-potuit, comiti & comitiſſæ aliiſque homi-bus, quos illius adverſarios cognoſcebat, li-nter ſuggeſſit. Quid plura? comitem cum ulta turba ſæcularium ſecum in capitulum duxit, locum quem fugiendo forſecerat ar-ɔuit, adeo etiam contra domnum abbatem ſuam chriſtianitatem ſe armavit, ut quo-.m fratre de una obedientia expulſo per vio-.ıtiam comitis, eam ſibi ſubriperet. Cùm ve-Deus furorem comitis mitigare, & malitiæ m dicti fugitivi finem imponere decreviſſet, mitiſſa Turonum venit, & ibi cum domno bate pacem & concordiam coram memora-epiſcopo fecit. Concordia utique hujuſmo-fuit, comitiſſa fidem ſuam manu ad manum iſcopo promiſit, ut deinceps nullo modo dom-abbati damnum corporis ſui vel honoris quæ-:et: Unde & quoſdam barones ſuos obſides r fidem donavit. Barones iſti ſunt Garnal-s, Turpinus, Hulricus Bocellus; Hilgodus .ter ejus, Rainaldus Rufus; Lancelinus fi-s Gervaſii. Non multo poſt tempore ipſe co-:s auctoritate beati Petri & legatorum ejus HANNIS videlicet & BENEDICTI conſtri-A ctus, nudis pedibus cum quibuſdam ſuis, qui cum eo capitulum noſtrum violenter intraverant, proſtravit ſe ante altare Dominicum, & domni abbatis pedibus, ibique promiſit coram Deo & ſanctis ejus, quod numquam deinceps perſonæ domni abbatis vel cujuſlibet monachi ſui damnum aliquod qualibet occaſione quæreret, & quidquid in rebus monaſterii reclamaverat, ſepoſitâ omni controverſiâ, quietum dimiſit. IIII. etiam denarios ſuper caput ſuum poſuit, quos indè ſuper altare cum quo-B dam cultello miſit: quatinus non ſolum præſentes verum etiam homines poſt futuri quam firmiter hoc actum fuerit pleniùs agnoſcere poſſent. Hujus rei teſtes ſunt domnus G. abba & cum eo monachi LX: ipſe comes GOFRIDUS, Paganus, Turpinus, Guillelmus filius Frodonis, Galterius nutritius, Gernaldus, Odo groſſus, & alii plures.

EPISTOLA LAMBERTI EPISCOPI
Tornacenſis ad Secardum abbatem ſancti
C Martini.

Revocat abbatem onus paſtorale fuga vitantem

L. Dei gratia Tornacenſium & Noviomenſium epiſcopus cariſſimo fratri S. Venerabili abbati (b) ſancti Martini zelum Dei habere ſecundum ſcientiam. *Ex ms. S. Martini Tornacenſis.* (b)

Valde miramur ſuper religione & diſcretione veſtra, & ægrè ferimus non ſolum nos, verum etiam omnes boni ac religioſi viri, ad quos fama ſeu potius juſta querela veſtræ abſceſſio-D nis pervenit. Multi etiam minus adtendentes fervorem veſtræ religionis, in vobis ſcandalizantur, quòd filios veſtros & eccleſiam veſtram ita deſolatos reliquiſtis, ut neque vos habeant, neque alium juſtè ac regulariter poſſint eligere paſtorem. Curam etenim paſtoralem, uti canonicus ordo & regula veſtra exigit, non reddiſtis. De profeſſione verò & obedientia, quam in manu mea promiſiſtis, ut abbas, non eſtis regulariter abſolutus. Quamobrem in ſummo dolore poſiti, pro eccleſia veſtra, quæ no-E vella eſt, & bonis viris & filiis obedientiæ per Dei miſericordiam adcrevit, rogamus vos per ſalutem animæ veſtræ, & per ſummam obedientiam ſubmonemus, quatenus ad eccleſiam veſtram cum caritate redeatis. Si quidem veſtræ fraternitati placet inter nos commorari, nos & eccleſia veſtra congaudemus: Sin autem, ſinite ut accepta regulariter abſolutione veſtra, veſtræ eccleſiæ poſſimus per Dei gratiam juſtè & rationabiliter conſiſtere. Valete.

F DIPLOMA LUDOVICI SEXTI
Francorum regis pro Pariſienſi S. Maglorii
monaſterio.

Ratam habet inſtitutionem duorum monachorum presbyterorum in capella SS. Georgii & Maglorii.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Amen Ego LUDOVICUS Dei gratia Fran- *Anno 1117. Ex cartario ſancti Maglorii.*

a) Hinc patet comitis ſatisfactionem factam fuiſſe poſt an-ı 1116. quo Yvo epiſcopus Carnotenſis obiit.

b) Secardus ſecundus poſt reſtaurationem monaſterii ſan-Martini Tornacenſis abbas, Odoni ad ſedem Cameracenſem adſcito ſubrogatur anno 1106. præfuit annis 21. obiit 1127. Ex Herimanno. Lambertus autem Balduino Noviomenſi epiſcopo anno 1112. defuncto ſuffectus obiit 1121.

Digitized by Google

eorum rex omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis tam præſentibus quàm futuris per hujus vitæ ſtadium perenne conſequi bravium.

Juſtis illuſtrium virorum Deoque famulantium petitionibus neceſſe eſt quam maximè præbere conſenſum, quorum piis & aſſiduis precibus, divinâ propitiante clementiâ; nos peccatorum pondere preſſos relevari ac conſolari confidimus. Notitiæ igitur tam poſterorum quàm præſentium delegandum per litteras curavimus, quoniam bonæ memoriæ GUINEBALDUS eccleſiæ beati Maglorii Pariſienſis abbas totuſque fratrum ſuorum conventus noſtram adiere præſentiam, rogantes ac precibus tam fidelium quàm amicorum ſuorum multiplicatis deprecantes, quatenus apud capellam juxta campellos ſitam in honore SS. Georgii martyris atque Maglorii Chriſti confeſſoris conſecratam, duos ſacerdotes monachos, qui ibidem Domino die ac nocte deſervirent, pari cum eis conſenſu deputaremus, & concorditer cum eis ex rebus matris eccleſiæ ſuæ videlicet abbatiæ, unde honeſtè & quietè vivere poſſent provida conſideratione decerneremus. Quorum piis deſideriis ac juſtis petitionibus annuentes, communi aſſenſu fratrum & totius capituli decrevimus, ut duo præfati monachi ſacerdotes, præfatæ capellæ ſervientes ad uſum quotidianum tres panes & ſex vini menſuras aliorum menſuris fratrum æqualiter comparatas à matre eccleſia ſua, videlicet abbatia, ſingulis diebus habeant. In diebus verò Domini adventus & quadrageſimæ jejunalibus tantum & quatuor temporum & vigiliarum diebus duos panes & quatuor vini menſuras recipient. Piſcium verò & omnium aliorum ciborum generalia & pitantias communes, & quælibet pulmentorum genera, legumen quoque & ſagimen & ligna ad coquinam capellæ neceſſaria, & omnimodam veſtituram cum reliquis fratribus abbatiæ in ſacerdotali ordine deſervientibus æqualiter participabunt. Sed omnes illi panes, quos abbatia duobus monachis ad prædictam capellam mittet, panibus fratrum in matre eccleſia deſervientium in æqualitate & quantitate per omnia ſint æquales. Servientem etiam, qui monachis capellæ ſerviet, abbatia ſubminiſtrabit, & de ſuo procurabit. Et ut hæc inſtitutio tam à noſtra excellentia aſſentiente, quam à fratrum poſtulantium caritate rationabiliter diſpoſita gratior & magis ex affectuoſa voluntate fieret, & ut in aliquo matrem eccleſiam non gravaret, HENRICUS LOTHARINGUS fidelis noſter prædictæ capellæ reparator, & quibuſcumque modis valet benignus auxiliator ad capſam, in qua corpus beati Maglorii requieſcit ſuperargentandam, quæ propter matris eccleſiæ neceſſitatem ex communi fratrum aſſenſu fuit diſparata & detecta, duodecim marchas argenti, & ſanctæ matri eccleſiæ ſancti Maglorii ad communem uſum fratrum unum torcular apud Karronam villam perpetualiter poſſidendum dedit, & quidquid habebat in vadimonio ſuper duo thuribula argentea & calicem argenteum, eidem abbatiæ condonavit. Idem etiam Henricus Lotharingus ad prætaxatæ capellæ reparationem unum arpennum vineæ apud Karronam & duos arpentos terræ apud Milie paſſus in perpetuum contulit habendos. Quæcumque autem huic capellæ in honore ſanctorum Georgii videlicet atque Maglorii conſecratæ hactenus data ſunt, & deinceps data erunt, ipſa capella & monachi in eadem Domino ſervientes liberè & quietè in perpetuum poſſideant. Verùm ut hæc adſtipulatio rata & firma permaneat in ſempiternum, præſentem cartam noſtri & memorati abbatis impreſſione ſigilli ſubterfirmare curavimus. Quod ſi quis hanc tam rationabilem & tam caritativam inſtitutionem violare præſumſerit, & prædictis duobus monachis in aliquo contra hanc inſtitutionem moleſtus extiterit, à venerabili GERBERTO Pariſiorum epiſcopo, & à religioſæ vitæ GUINIBALDO ejuſdem eccleſiæ ſancti Maglorii abbate excommunicatus, & damnatus, honore & dignitate privatus, fidelium communione carebit, niſi ſatisfactione congrua pœnituerit, & quod contra prædictam deliquit eccleſiam emendaverit. Dominus autem GERBERTUS reverendus Pariſiorum epiſcopus noſter fideliſſimus noſtro juſſu ac deprecatione huic adſtipulationi in capitulo ſancti Maglorii nobiſcum interfuit, & hanc excommunicationem cum prædicto abbate communi aſſenſu fratrum ejuſdem loci ibidem fecit. Actum publicè Pariſius in capitulo ſancti Maglorii anno Domini MCXVII. regni verò noſtri nono, epacta XXVI. concurrentibus VII. aſtantibus in palatio noſtro quorum nomina ſubtitulata ſunt & ſigna. Signum ANSELLI dapiferi, S. GISLEBERTI buticularii, S. HUGONIS conſtabularii, GUIDONIS camerarii. Data per manum Stephani cancellarii. Signa quoque tam beatæ Mariæ canonicorum, quam hujus eccleſiæ fratrum ſubterſcripſimus, ut teſtimonio veritatis quod factum fuerat fulciretur. Signum Bernerii decani, S. Rainaldi archidiaconi, S. Adæ præcentoris, S. Guillelmi canonici, S. Petri ſubdiaconi, S. Johannis ſubdiaconi, S. Roberti pueri, S. Nivardi pueri.

EPISTOLA PETRI BURGENSIS episcopi ad Cluniacenſes.

Concedit & confirmat eis eccleſiam de Carandigna.

Ex cartario Cluniac. Co.oerune.

REverendiſſimo ſanctæ Cluniacenſis eccleſiæ conventui, PE. Dei gratiâ eccleſiæ burgenſis epiſcopus, ſalutem, & ſincerum in Chriſto amorem.

Quàm ſit pium & juſtum, ac fidei chriſtianæ conſentaneum, viros religioſos honorare, juvare, atque diligere, quantumque ſit malum atque nefarium, animarum ſaluti contrarium, illos infeſtare, moleſtare, eiſque jura ſua auferre, prudentiam veſtram non credimus igno-

ac igitur conſideratione ſollicitus, ec- A veſtram, cujus ordo bonæ opinionis atèque dilatatur, honorare, juvare, iligere propoſui. Dono itaque vobis & : veſtræ Cluniacenſi, & concedo & con- eccleſiam de Carandigna cum omnibus ntiis ſuis, quam quondam ALDEFON- onæ memoriæ imperator, pro remedio ſuæ & parentum ſuorum, vobis & ec- reſtræ contulit.

B

ALIXTI PAPÆ II.
olmam illuſtrem feminam & filios ejus.

icat ſe eccleſiam Sancti Petri de Valeriis Abbati Craſſenſi commiſiſſe.

ALIXTUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei: dilectæ filiæ JUSSOLMÆ illuſtri æ, & filiis ejus PETRO SICARDI & ARDO DE PERIGNANO, ſalutem & C olicam benedictionem.

atias omnipotenti Deo & nobilitati veſtræ mus, quòd beati Petri de Valeriis eccle- quæ Romanæ eccleſiæ juris eſt, ſicut bo- roni & juviſtis hactenus & foviſtis. Ro- s autem ut idipſum deinceps meliùs per gratiam faciatis. Nos enim deſtitutioni em loci affectione debita condolentes, eum o filio noſtro BERENGUARIO Craſſenſi ti, & ſucceſſoribus ejus, regendum diſpo- umque commiſimus, cum omnibus hono- D & poſſeſſionibus ſuis, & cum omni liber- & immunitate, ſicut in domni prædeceſſo- oſtri ſanctæ memoriæ PASCHALIS papæ ilegio continetur. Confidimus enim de om- tentis Dei miſericordia, quia per ejus in- riam locus idem, tam in ſpiritualibus, m in temporalibus etiam poterit reſtaura- lterum ergo dilectionem veſtram rogamus, obis in peccatorum veſtrorum remiſſionem ngimus, ut ſecundum datam divinitùs fa- atem, prædictam eccleſiam juvare ampliùs E uſtentare curetis. Si quis autem adverſus c commiſſionem noſtram agere tentaverit, eumdem locum protectionis veſtræ auxilio endatis. Omnipotens Dominus beatorum ſtolorum Petri & Pauli precibus vos quæ ei cita ſunt operantes ab omnibus peccatis ab- rat, & ad vitam perducat æternam. Amen. Datum apud S. Teudardum XIII. Calend. guſti, indict. XII.

ARTA BALDUINI COMITIS F
Flandriæ, ſepulturam ſuam Sithienſi in monaſterio eligentis.

N nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego BALDUINUS Dei gratiâ Flandriæ mes, filius ROBERTI comitis, qui ſepul- um Domini & Jeroſolymam, cum ceteris incipibus militiæ chriſtianorum, Deo coo- rante, armis devicit, deliberans in animo meo, me propter peccata mea à Deo juſtè flagellari, & paternè caſtigari, maximè quia eccleſiis ſanctorum, quarum defenſor à Domino ſum conſtitutus, debitum honorem non impendi, & eas ſicut debui non defendi: religioſorum virorum, quos ad me viſitandum Dei bonitas invitavit, uſus conſilio, ad confeſſionis & pœnitentiæ azylum confugi, ſtatuens in præſentia, tam clericorum, quàm laïcorum, ut eccleſiæ Dei in terra mea bona ſua liberè & pacificè poſſideant, ut per hoc pro me affectuoſiùs orare debeant. Et quia in monaſterio beatorum apoſtolorum Petri & Pauli, & beati Bertini in Sithiu, ſepulturam meam & requiem in Chriſto elegi; præcipio, & præcipiendo poſtulo, ut idem monaſterium omnia bona ſua & poſſeſſiones per totam terram meam pacificè poſſideat, indulgens eidem, ut quicquid per eleemoſynam, vel emtionem, vel aliis juſtis modis, tam de feodo meo, quàm de feodis hominum meorum, & etiam alodiis, & aliis quibuſlibet poſſeſſionibus, juſtè acquirere poterit, abſque omni prorſus exactione vel moleſtia, cum ſumma libertate & pace poſſidendi plenam habeat facultatem. Et ut hoc perpetuò ratum permaneat, præſentem paginam ſigilli mei auctoritate confirmo in præſentia domni JOHANNIS Morinorum epiſcopi, qui hanc conceſſionem & donationem meam ſub interminatione anathematis confirmavit, eos qui interfuerunt clericos & laïcos ad majorem teſtimonii aſtipulationem ſubſcribi præcepi.

Signum Herberti archidiaconi, S. Walterii archidiaconi, S. Otgeri præpoſiti de S. Audomaro, S. KAROLI regis Danorum filii, S. Theinardi caſtellani de Broſburg, S. Willelmi caſtellani de S. Audomaro.

Actum anno Dominicæ Incarnat. MCXIX. indictione XII.

CARTA GUILLELMI PICTAVENSIS
episcopi de eccleſia de Magniaco.

Marcum Monaſterii-novi abbatem inveſtit de eccleſia de Magniaco.

VILLELMUS Dei gratiâ Pictavienſis eccleſiæ humilis ſervus dilecto fratri MARCHO Novi-monaſterii abbati, & ejus ſucceſſoribus in perpetuùm. Circa annum 1120.

Dominus noſter papa CALIXTUS per litteras ſuas nobis præcepit, ut inveſtiremus abbatem Cluniacenſem & fratres Novi-monaſterii, quod Deo auctore gubernas, Marce frater in Chriſto cariſſime, de eccleſia ſancti Petri de Magniaco & appendiciis ejus; & ut deinceps firmam & ratam cuſtodiremus conceſſionem, quam de prædicta eccleſia fecit reverendæ memoriæ HUGONI Cluniacenſi abbati & Novo-monaſterio prædeceſſor noſter felicis memoriæ PETRUS à ſanctæ memoriæ papa Urbano in Claromontenſi concilio exoratus. Quam nimirùm conceſſionem ſanctæ memoriæ Romani pontifices PASCHALIS & GELASIUS firmam

Digitized by Google

præceperunt, miſſis litteris, conſervari. Nos A igitur abbatem Cluniacenſem, & fratres Novimonaſterii de prædicta eccleſia & appenditiis ejus inveſtivimus, & prædictorum patrum auctoritatem ſequentes, conceſſionem de præfata eccleſia abbati Cluniacenſi, & Novo monaſterio à prædeceſſore noſtro factam concedimus, & firmam & ratam conſilio fratrum noſtrorum venerabilium eccleſiæ noſtræ canonicorum in perpetuum permanere decernimus.

Ego Willelmus epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Goſbertus dec. ſubſcripſi. Ego Hilarius B capicerius ſubſcripſi.

Signum ✝ Iſemberti. Signum ✝ Raginaudi, ſubcantoris.

Ego Reginaudus abbas S. Mariæ ſubſcripſi.

✝ Ego Calo S. Petri canonicus ſubſcripſi.

Ego Hugo canonicus ſubſcripſi.

✝ Ego Herveus archidiaconus ſubſcripſi.

C

EPISTOLA GOSCELINI DECANI Belvacenſis ad Rodulfum Remenſem archiepiſcopum.

De domibus canonicorum à ſæcularibus non poſſidendis.

Circa annum 1120. *Ex cartario eccleſiæ Belvacenſis.*

PAtri ac domino Radulfo Dei gratiâ Remenſi archiepiſcopo, & ſanctæ Remenſis eccleſiæ conventui, Goscelinus decanus, & Belvacenſis eccleſiæ congregatio, ſalutem D & debitam ſubjectionem.

Inprimis precamur manſuetudinem veſtram, ne prolixa oratio tædium vobis inferat, quia negotium iſtud non valet breviter explicari. Clauſtrum habemus, ubi nullus laïcus poſſeſſor habet habitationem, ſed tantummodò clerici ibi habitant, nullum cenſum, nullam conſuetudinem inde reddentes, ſed Deo & eccleſiæ beati Petri tantummodò ſervitium exhibentes. Domus autem quæ ſunt in clauſtro deſcendere poſſunt de clerico ad clericum, vel per donum, vel per venditionem, ſicut noſtris temporibus E actum eſt. Contigit enim noſtris temporibus, quia quidam noſter canonicus, nomine Rogerus, ab avunculo ſuo Galtero canonico & decano domum habebat in clauſtro, quam idem Galterus multis diebus & annis, vivente ipſo Rogero, & poſt mortem ipſius Rogeri, pluſquàm XIIII. annis liberè, & abſque calumnia poſſedit, domno Adam milite fratre prædicti Rogeri, ex tunc uſque modò vivente & habitante in noſtra civitate. Petrus verò filius iſtius Adam hoc anno militiæ cingulo accinctus, clamorem fecit ad nos de Galtero canonico, qui F domum habebat, quæ jure hereditario per Rogerum ſuum patruum ſuam eſſe debebat, & Rogerus à Galtero avunculo ſuo canonico & decano habuerat. Galterus reſpondit, quia de hereditate quam Petrus dicebat nihil ſciebat, ſed ipſam domum à Rogero canonico emerat, & multis diebus & annis, & vivente Rogero, & poſt mortem Rogeri, liberè, & abſque calumnia, habuerat, ſicut canonicus; quæ domus nullum cenſum, nullam conſuetudinem debet, niſi Deo & eccleſiæ beati Petri ſuum ſervitium, & inde mittebat ſe in judicium & juſtitiam, & per judices competentes. Precamur igitur, ut ſecundum clauſtri noſtri quam prædiximus conſuetudinem, nobis reſcribatis, quid nobis in judicio ſit proferendum ſuper clamore Petri militis, cujus pater Adam miles adhuc vivit, & inde nihil reclamat, nec abhinc retrò reclamavit, & ſuper reſponſo Galterii canonici noſtri, qui domum emit à Rogero canonico, & eam poſſedit liberè, & abſque calumnia, tam longo tempore, ſicut canonicus, vivente Rogero, & poſt mortem ipſius. Valete.

RADULFI REMENSIS ARCHIEPISCOPI Reſponſio ad præcedentem.

Ex cartario Belvacenſi.

RAdulfus Dei gratiâ Remorum archiepiſcopus, cariſſimis filiis, Goscelino decano, & toti Belvacenſis eccleſiæ congregationi, ſalutem.

Ad hac de quibus nos conſuluit dilectio veſtra, ex conſilio eccleſiæ noſtræ, hæc vobis reſcribimus. Quòd ſi domus, de qua nobis ſcripſiſtis, in clauſtro eſt, ibique nullus laïcus poſſeſſionem habere debet, competentes judices clerici videlicet, cùm poſſeſſio ſit eccleſiaſtica, judicare debent: quòd Petrus filius Adam eam per clamorem ſuum nullatenus diſſequi debet. Valete.

EPISTOLA R. DE TORNEIO ad R. decanum, & canonicos Belvacenſes.

Promittit ſervaturum ſe cum eis pacem.

Ex cartario Belvacenſi.

R. decano, & omnibus canonicis, omnique Belvacenſi conventui, R. de Torneio ſalutem.

Noſco, noſcereque piget, quòd per guerram meam res veſtræ de Alleio minutæ fuerunt. Nunc verò grates vobis refero de miſericordia quam inde de me habuiſtis. Audivi enim quòd dictum eſt vobis me poſtea gravaſſe res veſtras: unde ſicut in orationibus veſtris confido, legaliter vobis dico, quòd, nec me jubente, nec conſentiente, ibi damnum habuiſtis; ſed pacem quam monachi de bello inter me & vos fecerunt, teneo, & tenere deſidero. Res enim veſtræ non ſolùm de me pacem habebunt, ſed à cunctis quibus potero, dum vita fuerit mihi comes, ſicut H. eleemoſynam meam & anteceſſorum meorum defendam, atque hoc prohibuiſſem, niſi jam graviter deprædatæ & depopulatæ eſſent. Valete.

CALIXTI PAPÆ II. ad Berardum epiſcopum Matiſconenſem.

Epiſcopale ei interdicit officium; donec ſatisfaciat de illatis monaſterio Cluniacenſi injuriis.

Circa annum 1120. *Ex cartario Cluniacenſi.*

CAlixtus epiſcopus, ſervus ſervorum Dei: venerabili fratri B. Matiſconenſi epiſcopo,

Digitized by Google

ſalutem & apoſtolicam benedictio-

B. Petri Cluniacenſi monaſterio à te it, & nos, & fratres noſtros vehemenint. Poſt noſtras enim commonitiones, pta frequenter miſſa, manum tuam, ctenus inauditum eſt, ſuper ipſam paextendiſti, clericos & laïcos excomti, & in B. ODONIS eccleſia divina celebrare officia prohibuiſti; monachis raves, prout aſſerunt, injurias intuliſti, ulla eis pertinentia abſtuliſti. In his tanibus paterna tibi benignitate pepercirrectionem tuam, ſicut venerabilis frater HU. Lugdunenſis archiepiſcopus ad iens promiſerat, expectantes. Tu aut priùs, ſic & poſteà pertinaciter reſtiHanc ergo præſumtionem, & tantum icæ ſedis contemtum ferre diutiùs non s, licèt inviti, propter præteritæ dile& familiaritatis gratiam, ex rationabili n noſtrorum ſententia, epiſcopale tibi m auctoritate ſedis apoſtolicæ interdicidonec à Cluniacenſis monaſterii & cleri1, ſeu laïcorum, & ipſius capellæ infeſtadeſiſtas, & nobis de contemtu tuo ſatis-

.tum Lateranis v. Idus Januarii.

ISTOLA R. ABBATIS S. Amandi ad E. Cæſarienſem archiepiſcopum.

Sacras ab eo reliquias petit.

Mantiſſimo patri & domino ſuo E. venerabili Dei gratia pontifici metropolitaledis in Cæſarea frater (a) R. minimus ulantium Domino in eccleſiâ ſancti Amanræſentis vitæ felicitatem & futuræ beatinem.

.everende Pater, ne indignetur veſtra mals, quod ad veſtri præſentiam mitto quamque meæ parvitatis litteras. Ego corpouidem abſens, præſens autem ſpiritu, ge. veſtræ ſanctitatis ſupplex amplector, & meæ devotionis obſequium vobis non intum fore deſidero, videlicet quod Deo Paluminum, à quo deſcendit omne datum imum, gratias ago, quoniam ipſe præens, quod de vobis congruo tempore facus erat, cauſam dedit, ut in primis annis ram nativitatis veſtræ relinqueretis, & in ra in qua peregrinati ſunt patriarchæ vos niliter exſul & peregrinus habitaretis. Nec fuerunt exſultanti miſerationes Domini. Ilenim gallina quæ pullos Jeruſalem ſub alas as congregat & protegit, ſervavit vos ne in ıbylonem deſcenderetis, mater ſapientia in edio uberum ſuorum puerilis incrementi indolem ſuſcipiens, quia necdum ſolidum cibum poteratis, lacte doctrinæ congruentis educavit, & uſque ad virilem ætatem provexit. Sanè bivium Pithagoricæ litteræ pueritia creſcens necdum attigerat, & jam ſiniſtrum ramum, in quo præcipitium & lapſum timetur, animus veſter ingredi refugiebat, & per anguſtias dextri rami ad ſummum apicem præmii cœleſtis anhelabat. Propterea Excelſus qui in altis habitat & humilia reſpicit in cœlo & in terra, manum veſtram dextram tenens in voluntate ſua per gradus eccleſiaſtici ordinis deduxit, & tandem cum gloria aſſumtum cum principibus populi ſui ſedere vos fecit. Et in hoc gaudeo; ſed gaudebo, quoniam multam fiduciam habeo, quod de culmine honoris veſtri non infructuoſa per Dei gratiam mihi proveniet benedictio. Igitur animam meam coram dignitate qua præeminetis humilians, totuſque terræ inhærens, expoſtulo quatenus unguentum quod de capite deſcendit in barbam barbam Aaron, quod deſcendit in oram veſtimenti ejus, per veſtram benedictionem pia ſui unctione mei cordis infundat ariditatem. Sed & poſt datam in primis benedictionem, veſtræ majeſtati ſupplico, quatenus ob recordationem & honorem veſtri nominis, ad eccleſiam beati Amandi, in qua ego nepos veſtræ ſanctitatis Deo ſervitium ſpopondi de reliquiis Dominicæ paſſionis; de reliquiis etiam ſanctorum in locis veſtris apud vos dormientium aliquod munus per præſentium latorem, aut per alium fidelem nuncium mittere non differatis. Et quoniam in benedictionibus veſtram prudentiam ſeminare non diffido, petitioni petitionem adjungo quatenus ſecundum quod veſtram decet liberalitatem, ad prædictam eccleſiam aliquid inſigne in ſignum veſtri ad celebrandum miſſarum ſollemnia conveniens ſimiliter mittere non abnuatis; ut ſuper hoc ego, qui pauper & nudus ipſam eccleſiam ingreſſus ſum, inter ſanctos fratres noſtros alacrior & honoratior poſſim incedere & apparere. Vale & jam recedentem à veſtigiis veſtræ beatitudinis denuo benedicite. Percipiat iſte meus familiaris in quibus opportunum fuerit aliquod beneficium ex vobis.

CARTA GALTERII ABBATIS ſancti Amandi de theſauro eccleſiæ ſuæ à Bovone I. abbate dilapidato & quibuſdam prædiis à Bovone II. diſſipatis & monaſterio tandem reſtitutis.

IN nomine ſummæ & individuæ Trinitatis. Ego GALTERIUS licet indignus miniſter eccleſiæ ſancti Amandi hujus cartæ teſtimonio notum fieri volo meis ſucceſſoribus abbatibus & omnibus fidelibus, quod domnus Bovo ſenior abbas ejuſdem eccleſiæ, pro qua- *Poſt annum 1121. Ex cartario S. Amandi.*

(a) In ſerie abbatum S. Amandi nullus occurrit cujus no- .a à littera R. incipiat, nec facile divinare eſt quis hanc ſcriritt epiſtolam. Exiſtimo tamen a Galterio abbate ſcriptam, qui te binominis erat, perinde ac Foucaudus ejuſdem cœnobii ab-, qui & Lambertus dicebatur; quippe Galterius anno 1121. crucem auream fieri juſſit, in qua ſacras reliquias depoſuit, eas, ut autumo, quas ab avunculo Cæſarienſi archiepiſcopo impetraverat. Erit forte qui auctorem hujus epiſtolæ abbatem non fuiſſe exiſtimet, ſed ſolum monachum.

Digitized by Google

dam quam habuit neceſſitate, coronam argenteam ante crucifixum pendentem & tabulam argenteam altaris S. Cyrici, cum anaglypho opere ciborii, quo repoſitæ erant reliquiæ pretioſi martyris cum aliis pignoribus, contra voluntatem monachorum deſtruxit & diſtraxit; quæ omnia domnus VERRICUS abbas ad decorem domus Domini fabricari fecit ex expenſis SUSANNÆ reginæ, quæ propter nimiam quam habebat erga noſtram eccleſiam devotionem, poſt obitum mariti ſui ARNULFI videlicet marchionis Flandriæ, in aula regum Franciæ ante monaſterium manſit, multaque beneficia cum variis ornamentis eccleſiæ noſtræ contulit. Et ut ipſe domnus BOVO aliquos haberet fautores & coadjutores contra monachos ſibi reſiſtentes, quoſdam de ſæcularibus potentibus ſibi pecunia aſcivit. Quorum uni ſcilicet Amulrico ſeniori de *Landaſt* centum ſolidos denariorum ſe ſingulis annis daturum, calumniantibus etiam monachis, ſpondendo pepigit. Ipſis itaque indignè ferentibus theſaurum eccleſiæ abbatem deſtruxiſſe, & ad magnum detrimentum eccleſiæ contra eos centum illos ſolidos laïcali potentiæ ſingulis annis pepigiſſe, pars ſanioris conſilii ad tempus ceſſit ei, & Bariſiacum & Haltiacum cum Variniaco invito abbate obtinuit. Nec multo poſt ipſe abbas morbo cancri in facie graviter vexari cœpit, quo & tandem incurabili morbo ſerpente defunctus eſt. Cui cùm domnus HUGO vir ſagacis induſtriæ ſucceſſiſſet, illos centum ſolidos cum monachis ſuis multotiens calumniatus eſt: tamen nullo placito illos ab Amulrico extorquere potuit: Sed & ipſe & filius ſuus Amulricus in vita ſua, nolentibus monachis, violenter & injuſtè tenuerunt. Ad hoc malum acceſſit aliud. Sanè poſt obitum præſcripti abbatis HUGONIS cùm ſucceſſiſſet venerabilis BOVO junior, & ipſe ſimiliter pro quadam cauſa à Rabodo de ruina graviter inquietaretur, pro tuitione ſuæ partis fratribus non aſſentientibus conceſſit & addidit Amulrico filio Amulrici quoddam alnetum juxta Breliolum & terram cenſualem, quam tunc tenebant Radulphus & Guenebaldus, reddentes ſingulis annis IX. ſolidos & IV. denarios. Poſt hoc non multum tempus tranſit, & quod violentia & injuſtitia pravorum hominum eccleſiæ noſtræ ſurripuit, divina miſeratio reſtituit. (a) Defuncto enim ſecundo BOVONE cùm ego licet indignus in miniſterium eccleſiæ beati Amandi ſucceſſiſſem, Amulricus filius Amulrici diutina infirmitate tandem ad extrema ſe perductum ſenſit, me & aliquos de fratribus apud Landaſtum evocavit; ſe peccatorem & reum contra Deum & maximè contra eccleſiam ſancti Amandi in præſentia mea confeſſus eſt & recognovit, meoque hortatu, quod ſæpe etiam ante feceram & ammonitu amicorum meorum & ſuorum centum illos ſolidos patri ſuo antea non legitimè conceſſos cum præſcripto alneto & terra cenſuali ſibi ſimiliter non legitimè conceſſis eccleſiæ noſtræ præſentibus uxore & filiis reddidit, & à ſuo filiorum etiam jure, ipſis aſſentientibus, in perpetuum abdicavit. Deinde unctionem benedicti olei à nobis accepit, ſeque corpore & anima nobis & eccleſiæ noſtræ commendavit. Diviſis autem ſingulis filiorum ſuorum poſſeſſionibus ſuis, tandem nos humiliter deprecatus eſt, ut Geraldo filio ſuo, qui deſipuerat & impotens erat, miſereremur, & pro amore Dei & ſui gratia quamdiu viveret aliquid eleemoſynæ ab eccleſia noſtra impertiremur. Nos itaque tanti viri precibus compatientes, Geraldo filio ſuo, de quo poſtulabat, XL. ſolidos denariorum ſingulis annis in vita ſua nos daturos pro eleemoſyna conceſſimus. Deinde cùm vitam finiſſet, & ſequenti die cum corpus ejus ad eccleſiam noſtram eſſet delatum, antequam ſepulturæ traderetur, uxor ejus Ermentrudis, filii ejus Amulricus, Stephanus, Gerardus, Rogerus, Robertus, Hugo, omnia quæ ipſe Amulricus, ſicut præmiſſum eſt, eccleſiæ noſtræ reddiderat; & ipſi in præſentia fratrum & religioſorum laïcorum, (b) ceſpite & ramo ſuper altare poſitis reddiderunt: & à ſuo ſuorumque poſterorumque jure in perpetuum abdicaverunt. Ad hoc confirmandum aſſenſu & monitu uxoris & filiorum Amulrici ſententiam excommunicationis intorſimus in omnes tam præſentes quàm futuros, quicumque per violentiam vel ſubreptionem vel fraudem, quod eccleſiæ noſtræ ſic juſtè & ſpontaneè per Dei gratiam reſtitutum eſt iterum ſurripere tentaverint, & ſe inde non ſubtraxerint. Signum GALTERI abbatis, S. Fulquini prioris, S. Alardi, S. Alunoldi, S. Alberti, S. Heremfridi, S. Hugonis, S. Fulconis, S. Roberti, S. Theoderici, S. Egerici, S. Amulrici, S. Ermentrudis uxoris Amulrici, S. filiorum ejus Amulrici, Stephani Rogeri, Hugonis, Roberti, S. Gerulphi de Senghin, S. Gerardi de Donen, S. Amulrici Gerbalt, S. Borlandi de Nameng, S. Lietbaldi de Samion, S. Gileberti de Remelgies, S. Rodulphi Claret, S. Hermanni præpoſiti.

CARTA GAUFRIDI EPISCOPI Carnotenſis de eccleſia Belfordii.

Anno 1124. Ex archivis Majoris-monaſterii.

NOtum ſit univerſis, tam clericis, quàm laïcis, per temporum tempora ſucceſſuris, quod ego GAUFRIDUS, Dei gratiâ Carnotenſis eccleſiæ humilis miniſter, monachis eccleſiæ beati Martini Majoris-monaſterii, capellam de villa Belfordii, quæ anteà lignea erat, lapideam fieri permiſi; conceſſi etiam ut ibi tintinnabula haberentur, & proprii famuli illius domûs audirent ſervitium, ſalvo pontificali & parochiali jure. Et ut carta rata & in-

(a) Bovoni anno 1121. defuncto ſubrogatus eſt Galterius ex brevi chronico à nobis poſtea exhibendo.

(b) Ita veteres cùm donum aliquod aut reſtitutionem faciebant, per ceſpitem aut ramum, aut baculum, aut cultellum, aut chirotecam aut aliud hujuſmodi cartæ donationis innexum inveſtire ſolebant, ac cartam ipſam ſuper altare plerumque deferebant. Vidi in Turonenſi S. Martini cartophilacio innexos adhuc hujuſmodi cartis quibuſdam cultellos & quibuſdam chirothecas.

Digitized by Google

iſteret, hi teſtes affuere, GIRAR-
e Joſaphat, STEPHANUS abbas S.
ILLELMUS abbas de Tiron; ma-
dus, Hugo præpoſitus, Bernardus
Augerus arch. Hugo Vindocinii
gomarus monachus, Odo mona-
idus, qui tunc erat prior de Villa

TOLA ENCYCLICA
m S. Albini Andegavenſis, de obitu
epiſcopi Rhedonenſis, necnon &
ardi ejuſdem cœnobii monachi.

rſis unius ſacro-ſanctæ Eccleſiæ filiis,
lis congregatio beati Albini Andega-
iſcopi, plenam de hoſte victoriam,
oria coronam.

ica nos informat auctoritas, ut pro
rantes, alter alterius onera portemus,
npleбimus legem Chriſti. Legem igi-
ti nos ſervi Chriſti piâ ſollicitudine
e ſatagentes, denuntiamus vobis obi-
ni MARBODI venerabilis epiſcopi,
am laude memorandi, linguâ facundi,
præcipui, honeſtate præclari, littera-
ditione doctiſſimi, cujus ſermo ſale
onditus erat, & ex ore illius omni mel-
or ſemper fluebat oratio; & quamvis
empore variis ſtudiis tota Gallia reſo-
pſe tamen oratorum rex Gallicanæ ar-
oquentiæ ſpecialiter optinebat. Tertio
m Idus Septembris infirmatus carne,
itu fortior, excedens à ſæculo, vivens
ſto ſua nos viduavit præſentia, & amo-
aculo vulneratos intolerabili dolore con-
Qui poſt longa liberalium ſtudiorum lon-
que vernantium exercitia, quibus in
avenſi civitate, cui famoſiſſimus ac no-
ſſimus extitit magiſter, efficaciſſimè cla-
electus à reverendiſſimo papa URBANO
ronenſi concilio ſanctæ ſedis eccleſiæ Re-
ſis, annuente Domino, pontifex ordina-
. Quam ipſe dignitatem, immò onus ac-
is gladio Spiritûs-ſancti, licèt inter bar-
, & naturali quâdam armatos feritate, per
s viginti-octo fideliter prudenterque gu-
ns, ſuperborum colla juſtitiæ cenſura per-
it, arguendo, obſecrando, increpando,
lentia pacificavit. Tandemque longævo
ectus ſenio, plenus dierum in ſancta con-
one, ut præmiſſum eſt, in Domino requie-
Ingreſſurus itaque viam univerſæ carnis,
temque vicinam præſentiens, onere ponti-
li depoſito, ſanctiſſimi BENEDICTI habi-
humilitatemque ſuſcepit, monachumque
feſſus, beato ALBINO ſe tradidit; ac ſic
neratus, pauperem Chriſtum pauper & ip-
ecutus eſt. Ante quidem, ut Martha, ſolli-
us erat, & occupatus erga plurima; nunc
rò, velut altera Maria, unum eſſe neceſſa-
um recognoſcens, optimam partem elegit,
uæ non auferetur ab eo.

Commendamus etiam orationibus veſtris
A tranſitum domni GERARDI fratris noſtri, viri planè mirabilis, quem profectò temporibus noſtris prolixum vidimus traxiſſe martyrium. Rebus pauper, meritis dives, parcus ſibi, largus egenis: cujus honeſta converſatio in cœlis erat, dum angelicam in terris vitam gerebat: ubi enim erat theſaurus ejus, illic & animus; qui juxta Apoſtolum ſemetipſum exhibuit hoſtiam viventem, ſanctam, Deo placentem; cui jejunando, vigilando, & orando jugiter aſſiſtens, oneratus ferro, vinctuſque catenis, B rationabile reddidit indefeſſus obſequium; & ut magna breviter explicemus, mirabilem vitam mirabiliter inchoavit, & mirabilius conſummavit, bonis meliora, melioribuſque ſemper adjiciens optima. Obiit autem eodem anno pridie Nonas Novembris in ſenectute bona, virtutum floribus adornatus, cœloque ſpiritum reddens, terram terræ mandavit.

Ceterum quia corpus quod corrumpitur aggravat animam, & deprimit inhabitatio terrena ſenſum multa cogitantem, & nemo mundus à C ſorde, nec infans cujus eſt unius diei vita ſuper terram; dilectiſſimam nobis caritatem veſtram per viſcera miſericordiæ Dei noſtri petimus & rogamus, ut pro illis fundatis ad Dominum preces, & contra cuncta eis adverſantia orationum veſtrarum clypeos opponatis. Inſuper admonemus, ut vanitantium vanitates & nugarum nænias penitus recidatis, ne quod utiliter nimis inſtitutum eſt, notam habeat levitatis. Nos enim vota precum animabus profutura, non verborum phaleras poſtulamus, quæ defunctis nihil proficiunt, & vivis plurimum D ſolent obeſſe; cùm ſcriptum ſit de omni verbo otioſo reddituros nos rationem. Latori quoque præſentium pro amore Dei, & mirandi pontificis honore neceſſaria miniſtrate, ne ſi dimiſeritis vacuum (quod abſit) deficiat in via. Denique præſenti rotulo titulos veſtros apponite, defunctorum nomina breviter annotate, ut quod noſtris ſalubriter petimus, veſtris devotiſſimè perſolvamus. Et ne fortè de rotuli procraſtinatione miremini, ſciatis hoc indubitanter ob expectationem pontificalis eccleſiæ contigiſſe: ſed quia nullus extitit eorum qui hoc faceret, ma-E luimus nos eſſe, quàm neminem.

EPITAPHIUM S. GERARDI
monachi S. Albini.

TRanſiit è mundo vir magnæ relligionis
 Sacri Gerardus numinis hoſpitium,
Eloquio ſimplex, habitu deſpectus, honoris
 Impatiens, pacis manſio, verna crucis.
Cuncta caduca nihil, magni cœleſtia pendit,
F Subtraxit vitiis pectus, & ora dolis.
Bis geminos & tres ſine potu tranſiit annos,
 Et totidem panis uſibus abſtinuit:
Cujus longa fames, ſitis, algor, vincula, fletus,
 Aſſiduæque preces, promeruere Deum,
Clarus, inops, vernans; cruce, rebus, virginitate;
 Juſtè, ſacra, polum; vixit, amavit, habet.

Feſta dies obitu foret ejus quarta Novembris, A
Ad quæ tranſivit tantus ad aſtra pater.

ALIUD.

Floruit indutus corpus mortale Gerardus,
Nec minus exutus operum capiet quia fructus.
Huic fuerat panis recreatio ſpiritualis,
Poſthabitis variis quibus utimur hîc alimentis.
En tegit oſſa lapis hominis tantæ pietatis
Quæ meritò ſacris eſſent condenda ſub aris. B

VERSUS MAGISTRI ULGERII
Andegavenſis epiſcopi.

DE MARBODO.

Si quis quantus erat Marbodus noſcere quærat,
Poſtulat hoc quod ego dicere poſſe nego.
In toto mundo non invenietur eundo
Ullus compar ei nominis atque rei.
Omnes facundos ſibi vidimus eſſe ſecundos. C
Nullus in ingenio par, nec in eloquio.
Ceſſit ei Cicero, ceſſit Maro, jucundus Homero.
Ut dicam breviter, vicit eos pariter.
Per cunctas metas, per quas ſua ſe tulit ætas,
Nulla ſibi placuit res, niſi quæ decuit.
Curans ut fieret virtutem quod redoleret,
Tranſtulit huc ſtudium, tranſtulit ingenium.
Illi ſic noto dedit ejus, ſed ſine voto,
Chriſti judicium pontificum ſolium.
Hic præſul factus, nolens licèt, atque coactus, D
Effecit meliùs quæ bene cuncta priùs.
Æqua menſura menſurans omnia jura,
Lenis erat placidis, & rigidus tumidis.
Jugiter orabat, jejunabat, vigilabat,
Quodque ſibi minuit, pauperibus tribuit.
Hic tam laudari dignus, tam dignus amari,
Sorte cadens hominum, tranſiit ad Dominum.
Omnes perſonæ, quæ ſunt in relligione,
Ingemuere nimis planctibus & lacrymis. E
Nobilitas flevit, nec plebs à flendo quievit,
Tam gemit & plorat, quàm bona commemorat.
In cunctis annis nova mors erit iſta Britannis,
Quos vivens tenuit, quos aluit, docuit.
Præcipuè Redonis proprii quæ morte patroni
Eſt velut ægra jacens, factaque muta tacens.

ITEM DE EODEM.

Marbodi vita doctrinæ luce perita F
Enituit mundo, ſenſu fœcunda profundo.
Natus erat, quorum decus extitit, Andegavorum,
Poſt Redonum turbis & clero præfuit urbis.
Dum ſtudio vixit, quæ proſunt plurima dixit,
Occidit antiſtes; facit hæc occaſio triſtes.
Sed ſuccurrat ei Deus, & ſociet requiei.

VERSUS RIVALLONIS
Rhedonenſis archidiaconi.

DE MARBODO.

Reddidit ingenium ſapientem, lingua diſertum,
Mens memorem, vigilem ſollicitudo gregis.
Ætas longa ſenem, jucundum gratia moris,
Ordo pontificem, relligioque ſacrum.
Sobrietas parcum ſibi, munificentia largum
Pauperibus, rectum regula juſtitiæ.
Hic baſis Eccleſiæ pondus portabat, & idem
Manſuetudine bos, & feritate leo.

FULCONIS COMITIS ANDEGAVENSIS
ad Gaufridum abbatem & monachos Vindocinenſes.

Fundat anniverſarium ſuum in monaſterio Vindocinenſi, & in cella Andegavenſi ab eodem cœnobio dependente.

Anno 112[illegible]. Ex cartario Vindocinenſi.

Fulco Dei gratiâ Andegavorum comes, & Aremburgis comitiſſa ejus dilectiſſima uxor, filiuſque eorum major natu Gaufridus: Gaufrido abbati & univerſæ congregationi Vindocinenſis monaſterii, ſalutem.

Quotienſcumque homines ea quæ in hoc mundo poſſident Deo offerunt, non debent quaſi contriſtari de præſenti munere, ſed gaudere ex fideli redditione; reddunt enim ſuo Creatori temporalia, ut ab ipſo recipiant ſempiterna. Hac igitur conſideratione offerimus Patri & Filio, & Spiritui ſancto, ſanctæ & individuæ Trinitati, uni Deo, & vobis, veſtriſque ſucceſſoribus jure perpetuo poſſidendas aquas omnes & piſcationes fluvii Meduanæ à muro civitatis Andegavæ uſque ad rupem Canciacenſem. Ad ſupplementum victûs & veſtitûs, & aliarum neceſſitatum cellæ veſtræ quæ Andegavis in honore ſanctæ & individuæ Trinitatis ſita eſt. Conſtituimus itaque, & præcipimus, ut in eiſdem aquis nemo deinceps piſcare præſumat abſque veſtra licentia & voluntate; ſed ſint in veſtra poteſtate integræ & quietæ. Eo ſiquidem tenore, ut de piſcibus qui ibi capientur meliores in cotidianum generale fratribus ejuſdem cellæ ſufficienter eligantur; reliqui verò ad ceteros uſus eorumdem fratrum deputentur. Vos autem, veſtrique ſucceſſores in perpetuùm poſt obitus noſtros anniverſaria noſtra, tam in Andegavenſi cella, quàm in Vindocinenſi monaſterio facietis ſicut alicujus abbatum veſtrorum facitis. Et in ipſis anniverſariis habebit tota congregatio Vindocinenſis de reditu piſcationis ejuſdem pitantiam generalem. Præterea tumbam Fulconis comitis qui in monaſterio veſtro Andegavis ſepultus jacet, veſtro ſumtu talem facietis, ſi non meliorem, qualis eſt tumba Heliæ Cenomannen-

Digitized by Google

ui in monaſterio de Cultura ſe-
niverſaria quoque patrum noſtro-
um noſtrarum facietis. Et ut hæc
oſtra ſine cujuſque retractatione
mni tempore maneat, ſigillis no-
navimus.
ronus in Turre-comitis anno In-
Dominicæ MCXXIIII. indict. II.
Decembris. Et interfuerunt, ipſe
omes, AREMBURGIS comitiſſa,
s major filius eorum, GAUFRI-
Vindocinenſis, PAGANUS Alerici,
s prior Villæ-Dei, PETRONILLA
ontis-Ebraldi, & ALGARDIS prio-
ULFUS de Balgentiaco, & de ſuis
ILO & GERVASIUS dapifer,
MUS de Paſſavant, GERVASIUS
, GAUFRIDUS filius Garini,
le Monte-Seſberti, ADAM nutritius.

OLA PONTII ABBATIS
ſi ad Calmoſiacenſem abbatem.

*propoſitis quæſtionibus, de quotidiano
, de ſilentio continuo, de vini abſtinen-
, deque laneis veſtibus canonicorum
cœnobii Calmoſiacenſis.*

ectiſſimis fratribus Dei gratia Calmo-
cenſis eccleſiæ abbati cunctoque con-
. eccleſiæ ſancti Rufi humilis miniſter
otius congregationis cœtus, via regia
do ad dextram vel ad ſiniſtram nulla-
eclinare.

ctis dilectionis veſtræ litteris, Reveren-
res, quaſdam quæſtiones de regula no-
obis proponi cognovimus, quibus quam-
dentiæ veſtræ auctoritas certius reſpon-
tuiſſet, quantam parvitati noſtræ reve-
n * nos conſulendo percepimus. Hinc
contentioni ſcrupuloſæ vobis reſponderi
tibus occurrit quod non eſt aliud, qui
tur jugum cervicibus veſtris imponere,
nos neque patres noſtri portare potuimus,
r gratiam Dei credimus ſalvari, quemad-
m & illi. Quatuor igitur inductionum ra-
propenſius inſpecta, videlicet jejunii quo-
ni, continui ſilentii, abſtinentiæ à vino,
nenti lanei, illorum objectioni aggredie-
obviare, ſi poſſimus, ſubnixi utriuſque
menti eloquio: qua tantum auctoritate ſcri-
i illud dudum nobis notiſſimum regulam
Auguſtini aſtruant vehementer miramur,
in quibuſdam vitæ ipſius ejuſque inſti-
oni aliorumque patrum, qui hujus pro-
onis auctores extiterunt, plurimum videa-
eſſe contrarium, in plerîſque, & ita ſit in-
itum atque obſcurum, ut vix aut numquam
lligi valeat: in pluribus verò ita diverſum
ibique terrarum omnimodo inuſitatum fiat.
m itaque quotidianum aſſerit obſervandum
unium, ſacris canonibus videtur obviare,
ni in ſolemnitate Paſchali & diebus dominicis
ohibent jejunare, q. ia & menſa B. Augu-
ſtini, ut in vita ipſius legitur, propter hoſpi-
tes vel quoſque infirmiores carnes aliquando
habebat. Satis videtur abſurdum atque Judai-
cum carnes (non) comedere, & quotidie je-
junare: quod ſi quis contentiosè aſſerere vo-
luerit, quod propter hoſpites & infirmiores tan-
tum, & non propter ſe carnem habuerit, vi-
tam ipſius legat, & patenter inveniet quod
ſanctus vir numquam aliter docere potuit quàm
vivere. Quia verò aiunt continuum eſſe tenen-
dum ſilentium, cognoſcite quia omnia tempus
habent. Tempus eſt tacendi, & tempus loquen-
di. Si igitur tempus eſt loquendi, & tempus ta-
cendi, conſequens eſt ut oſtium circumſtan-
tiæ juxta prophetam congruo tempore agatur.
Eſt itaque tenendum ſilentium non continuum:
ſed ut ait beatus Auguſtinus in regula, ſi fra-
ter deliquerit, ſtatim admonete. Et alibi, ma-
gis quippe nocentes eſtis, ſi fratres veſtros quos
judicando corrigere poteſtis, tacendo perire
permittitis. Ab otioſis quippe fabulis continuum
obſervandum eſſe ſilentium, & nos vehemen-
ter approbamus. Quod verò abſtinentiam à
vino exceptis ſabbatis & dominicis inducunt,
vitæ atque inſtitutioni beati Auguſtini omni
modo reſiſtunt, cùm in vita ipſius legatur quod
menſa ejus ſemper vinum habebat, ore & Sa-
lomonis didicimus, quod vinum moderatè pota-
tum ſanitas ſit animæ & corporis. In regula quo-
que B. Auguſtini præcipitur, Carnem veſtram
domate jejuniis, & abſtinentia eſcæ & potus,
quantum valetudo permittit: Notate verba.
Non aquæ potus, ſed vini abſtinentia con-
gruens haberi præcipitur, licet panis deſide-
rium & aquæ concupiſcentia ſimili modo pro-
hibeantur. In vita etiam ipſius legitur, quia cum
ipſo ſemper clerici una etiam domo ac menſa
ſumtibuſque communibus alebantur & veſtie-
bantur: quibus etiam inſtituerat, ne quis ju-
raret, ne ad menſam quidem: quod ſi prola-
pſus fuiſſet, unam....... perdebat portionem.
Numerus enim erat clericis ſecum commoran-
tibus & convivantibus poculorum præfixus. Hi
autem quod de laneis veſtibus aſſerunt, dicentes
proprium eſſe fullonum officium non lineas, ſed
laneas veſtes abluere, videtur eſſe ridiculum,
cùm ubique & præcipuè in partibus noſtris
tam lineas quàm laneas fullones veſtes abluant.
Cum vero beatus Auguſtinus in regula ablui
jubebat indumenta ſecundum arbitrium præ-
poſiti, ſive à fullonibus ne interioris animæ ſor-
des contrahat mundæ veſtis nimiùs appetitus,
liquidò claret non eſſe lineam ſed laneam. Quis
enim appetitus in ablutione veſtis laneæ requi-
ritur, qui quo amplius lavatur eo magis fœdari
videtur, & numquam à ſua ſpecie, niſi dete-
riorando mutatur? Nullus igitur appetitus in
ablutione frequenti laneæ veſtis, ut candidior
appareat, monſtratur. Nos autem qui licet in-
digni apoſtolica vita vivere optamus, lineis uti
veſtibus evidentioribus teſtimoniis probare poſ-
ſumus. Jacobus enim frater Domini lineis ſem-
per uſus eſt veſtibus. In veteri quoque teſta-
mento pluribus modis habitus noſter eſt figu-
ratus. Duabus quippe tunicis lineis, exteriori

Digitized by Google

videlicet & interiori, Aaron ſacerdos, Domino A præcipiente, induitur. A femoralibus quoque uſque ad tyaram lineo candore refulget. Non hoc autem dicimus, quod jejunium, ſilentium, aſperitatem veſtium devitemus, quod pro modulo noſtræ infirmitatis ſecundum inſtituta regulæ noſtræ & ſanctorum patrum obſervamus, appetimus, approbamus, voſque obſervanda & appetenda monemus: ſed unuſquiſque proprium habet donum ex Deo. Si enim fratres illi ad altiora montis cacumina conſcendere diſponunt, nequaquam diſſuademus, tantum B ut qui ſtat videat ne cadat: Nobis autem parvula Segor ſufficiat: tantum ut ſalvemur in ea. Jam vero quid abſurdius, quidve enormius dici valeat, quàm illa diurni nocturnique officii diſcretio, qua nec Romanum, nec monachicum, nec eccleſiaſticum ſequitur uſum? Si quidem juxta Apoſtolum rationabile debet eſſe obſequium noſtrum. Idcirco niſi prolixitas nimia epiſtolarem excederet modum, dicendum erat qua ratione in eccleſiaſtico officio die Dominico XIX. pſalmi IX. lectiones IXque C reſponſoria: cur in hebdomada Paſchæ & Pentecoſte tres pſalmi treſque lectiones dicantur. Vos igitur fratres in ea vocatione in qua vocati eſtis, Domino cooperante, unanimiter perſiſtentes, & præcedentium patrum veſtigiis irretractabiliter inhærentes nequaquam moveamini à veſtro ſenſu, neque per ſermonem, neque per epiſtolam, neque fluctuemini omni vento doctrinæ: ſed quæ audiſtis & vidiſtis & didiciſtis firmiter retinete, & Deus pacis & dilectionis maneat ſemper cum omnibus vobis. D Amen.

BULLA HONORII PAPÆ II. ad Gaufridum abbatem Savignienſem.

Confirmat bona monaſterio Savignienſi conceſſa.

Ex mſ. Savignienſi.

HONORIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei: dilecto filio GAUFRIDO abbati S. Trinitatis de Savigneio, ejuſque ſucceſſoribus E regulariter ſubſtituendis in perpetuum.

Ad hoc nobis à Deo paſtoralis officii cura commiſſa eſt, ut & bene placentem Deo religionem laboremus ſtatuere, & ſtabilitam exactâ diligentiâ conſervare. Ea propter, dilecte in Domino fili GAUFRIDE abbas, venerabilis fratris noſtri TURSTINI Eboracenſis archiepiſcopi precibus inclinati, tuis rationabilibus poſtulationibus duximus annuendum. Statuimus enim, ut monaſterium B. Trinitatis de Savigneio, cui, Deo auctore, præeſſe cognoſceris, F quæcumque inpræſentiarum juſtè & legitimè poſſidet, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant: quæcumque prætereà in futurum, largiente Deo, conceſſione pontificum, liberalitate regum, largitione principum, poteritis adipiſci, firma vobis & integra conſerventur, ſalvâ nimirùm diœceſani epiſcopi juſtitiâ & reverentiâ. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum monaſterium temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablata retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; ſed & omnia integra conſerventur eorum, pro quorum ſuſtentatione & gubernatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Si quis autem huic noſtræ conſtitutioni ſciens temerario auſu contraire tentaverit, anathematis ſententiam ſe noverit incurſurum.

Datum Lateranis v. Idus Decembris.

EPISTOLA JOHANNIS Conſtantienſis ad Gaufridum abbatem, Richardum priorem, & monachos Savignienſis monaſterii; ſeu Præfatio in librum de Computo eccleſiaſtico.

Ex mſ. Savignienſi.

REverendiſſimo domino & Dei ſervo abbati Savignienſi GAUSFRIDO, necnon & ejuſdem cœnobii venerando priori RICHARDO, univerſoque conventui, JOHANNES Conſtantienſis ſic de virtute in virtutem proficere, ut Deum deorum mereantur in Sion videre.

Gratias & laudes divinæ miſericordiæ refero, quoniam olivæ fructiferæ domus Domini, necnon & altitudo cedrorum Libani, quin immò & montis Sion cypreſſi, me ſervum pigrum, arborem pene inutilem & ulmi ſimilitudine infructuoſam, ſaltem ad Domini vineam ſuſtendam invitare & ſupponere gratiâ ſuâ dignantur. Petitis etenim, Domini mei, ut de mari magno & ſpatioſo compotorum ea quæ neceſſariora ſunt ſuſtentationi regiminique ſanctæ Dei Eccleſiæ compendioſè decerpta vobis in unum conſcribam, & ſcribendo planiore vulgatiorique ſermone, ſicut introducendis pueris fieri ſolet, etiam nomina rerum & verba interpretando, vel ethymologias enucleando, cunctis patefaciam. Quamvis itaque multorum dentes & cachinnos, qui in multis aliter quàm ego ſentiunt, in me ſcienter commoveam; libenter tamen de Domini pietate confiſus veſtriſque meritis & orationibus adjutus, onus & opus expetitum ſubeo, & prout Deus dederit complebo. Si igitur aliquantiſper longiùs quàm putatis illud complere diſtulero, quæſo ſuppliciter ne tædeat Dominos meos; graviter namque mediæ hyemis algore & intemperie impedior & eccleſiaſtico ſervitio. Vos autem Domini mei beati & verè philoſophi, quorum vera philoſophia in humanis atque divinis jam longè latèque diffunditur, ſi quid inutile in hoc opuſculo videritis, illud corrigite, vel corrigendum mihi notificate, novi enim ſanctum venerandumque collegium veſtrum, multos honeſtos & eruditos viros habere: qui ſi placuiſſet vobis, hoc opuſculum potuiſſent ſufficientiùs explere, & ubi fuerit opus iidem poterunt emendare. Volo autem vos præmonere, ut prænoſcatis de veterum regulis & tabulis & laterculis in hoc opere me multa poſtponere, quia quandoque fallunt, & veritatis tramitem nequeunt conſervare; & quoniam de his quæ juvant eccleſiaſticum compotum tractabitur,

Digitized by Google

.as hujus operis erit: *Compotus eccleſiaſticus.* A ...atio verò tractare de eodem compoto ſe... ...um ſolis & lunæ curſus, & ea quæ ex his ...guntur. Utilitas quippe eſt, ut hoc compo... ...ctor edoctus, ſanctam paſchalem ſolemni... ...n ſolemnitatem, reliquaſque præcipuas ... feſtivitates, & natalitios dies ſanctorum ...ſiaſticâ ſanctione conſtitutos, propriis tem... ...us & diebus denuntiare ſciat & obſerva... ...urſum quoque temporum & ſtatum com... ...re, ſed & hæreticos, & quoſlibet devian... ...ad viam catholicæ veritatis auctoritate & B ...ne conſtringere. Orantem pro nobis cari... ...n veſtram miſericors Dominus exaudire ...etur.

...ONORII PAPÆ II. ad Cluniacenſes monachos.

...tias S. Ægidii, S. Bertini, & S. Benedicti ...per Padum Petro abbati reformandas confir... ...aſſe ſcribit, vetatque, ne ad Pontium olim ...batem, invito Petro, convertantur.

C HONORIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Cluniacenſibus mona..., ſalutem & apoſtolicam benedictionem. ...audes & gratiarum actiones divinæ miſe... ...ni perſolvimus, quoniam ſuâ protegente ...ite, in unitate concordiæ, veſtram perma... conſtantiam, & in vobis religionis obſer... ...iam ſplendere cognovimus. Rogamus au... ...ut in bono quod inchoaſtis principio fir... ...r perſiſtentes, pervigili ſtudio laboretis Deo placabilia ſunt efficaciter operari. Ve... ...tem ad nos cariſſimum filium noſtrum PE... D ...UM abbatem pro veſtra reverentia & ejus ...ctione paternâ benignitate ſuſcepimus, & ...ipſius, quàm veſtras poſtulationes diligen... ...dmiſimus. Abbatias ſiquidem S. Ægidii, & ...ertini, & S. Benedicti ſuper Padum, ad re... ...andam & conſervandam in eis religionem ... Cluniacenſi monaſterio, ſalvo jure ſan... Romanæ Eccleſiæ, reſtituimus. Ipſum igi... ...cum litterarum noſtrarum proſecutione ad ...remittentes, caritatem veſtram rogamus, ...um affectione præcipuâ diligatis, & tam... ...m patrem & à Deo conſtitutum anima- E ...i veſtrarum cuſtodem obedientiâ & humili ...ectione unanimiter honoretis. Obſecramus ...em in Domino ut & nos veſtris orationibus ...ivetis. Præcipimus autem, ut nullus Clunia... ...ſis profeſſionis monachus ad PONTIUM ...m abbatem ſine prædicti filii noſtri PETRI ...atis conſenſu ire præſumat. Si quis verò id ...re ſeu tentaverit, vel attentare præſumſe... ſententiam quam in eum præfatus abbas ...erit, ratam habebimus.

...ata Lateranis IV. Nonas Aprilis. F

...CIPIT PROLOGUS HONORII in expoſitione Cantici Canticorum.

...Onum ſapientiæ cum Salomone poſcenti ...Honorius à vero pacifico poſtulata conſe...

Quia prædeceſſori tuo beatæ memoriæ venerando abbati C. librum David utcumque explanavi, poſcis à me, immò jubendo exigis ſucceſſor ejus, librum Salomonis tibi explanari, juſtum aſſerens, ut qui patri patris opus magno ſudore elaboratum obtuli, tibi quaſi filio filii opus ſtylo elucidatum debeam offerre. Feci itaque quod juſſiſti, & librum Salomonis qui intitulatur *Cantica Canticorum*, multorum ore celebratum, paucorum intellectu reſeratum, plano ſtylo reſeravi, ac opus ſtudioſis obſcurum, omnibus ſtudioſis, Spiritu-ſancto illuſtrante elucidavi, nihil mihi præter ſolum laborem aſcribens, ſententias verò auctoritati ſanctorum relinquens.

CARTA EUSTACHII COMITIS Bononienſis, facti monachi Cluniacenſis.

Confirmat Cluniacenſi monaſterio donationem à ſe factam.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego EUSTACHIUS olim comes Bononienſis, nunc autem, diſponente Deo, monachus Cluniacenſis, quod in ultimis eccleſiæ Cluniacenſi dedi, præſenti cartulâ ſigillo meo munitâ corroboro & confirmo: videlicet ut de villa mea quæ eſt in Anglia, & vocatur *Sobiges*, annuatim, ſine ullius contradictione, vel diminutione, reddantur prædictæ eccleſiæ x. libræ eccleſiæ monetæ, & aliæ x. libræ eccleſiæ de Rumiliaco, quam MARIA uxor mea dedit monachis Cluniacenſibus. Hoc feci ego EUSTACHIUS in manu BERNARDI prioris Cluniacenſis publicè apud Romiliacum anno Verbi incarnati MCXXV. laudante, ſimulque confirmante STEPHANO comite Bononienſi, cui hereditatem meam cum MATHILDE filia mea dedi, quæ & hoc donum confirmavit, præſentibus multis, quorum nomina ſubnotata ſunt. S. EUSTACHII, qui hoc fecit. S. STEPHANI comitis Bolonienſis, qui laudavit. S. MATHILDIS comitiſſæ, quæ laudavit. S. Bernardi prioris, in cujus manu factum eſt. S. BALDUINI abbatis S. Wimari. S. Balduini de Chaiol. S. Willelmi de Heſdinolis. S. Clarembaldi de Timberona. S. Balduini conſtabularii. S. Haemfredi dapiferi. S. Wiffredi pincernæ. S. Euſtachii de Finles.

Anno 1125. Ex cartario Cluniac. Colbertino.

FULCHERII CARNOTENSIS Præfatio in Hiſtoriam Hieroſolymitanam.

INCIPIT PROLOGUS IN GESTIS FRANCORUM JERUSALEM PEREGRINANTIUM.

PLacet quidem vivis, prodeſt etiam mortuis, cùm geſta virorum fortium, præſertim Deo militantium, vel ſcripta leguntur, vel in mentis armariolo memoriter retenta, inter fideles ſobriè recitantur; nam qui vivunt in mundo, audita intentione piâ prædeceſſo...

Circa annum 1125. Ex mſ. S. Germani à Prat.

Digitized by Google

rum fidelium, quomodo mundi flore ſpreto, A Deo adhæſerunt, & parentes, uxoreſque ſuas, poſſeſſiones quoque quantaſlibet relinquentes, juxta præceptum evangelicum, Deum ſecuti ſunt, ad diligendum Deum ardentiùs compuncti, ipſo inſpirante, animantur. Mortuis ſiquidem in Domino valde prodeſt, cùm auditis operibus eorum bonis & devotis, fideles animam eorum proinde benedicunt, & eleemoſynas cum orationibus, tam cogniti, quàm ignoti, pro eis caritativè impendunt. Unde comparium meorum quorumdam pulſantibus, aliquotiens motus, B Francorum geſta in Domino clariſſima, qui Dei ordinatione cum armis Jeruſalem peregrinati ſunt, ſtylo ruſticano, tamen veraci, dignum ducens memoriæ commendandum, prout valui, & oculis meis in ipſo itinere perſpexi, diligenter digeſſi. Licèt autem, nec Iſraëliticæ plebis, nec Machabæorum, aut aliorum plurium prærogativæ, quos Deus tam crebris & magnificis miraculis illuſtravit, hoc opus prælibatum æquiparare non audeam, tamen haud longè ab illis geſtis inferiùs æſtimatum, quia Dei miracula in eo noſcuntur C multipliciter perpetrata, ſcriptis commendare curavi. Quin immò, in quo diſparantur hi poſtremi ab illis primis, vel Iſraëliticis, vel Machabæis, quos quidem vidimus in regionibus eorum ſæpe apud nos, aut audivimus, longè à nobis poſitos pro amore Chriſti demembrari, crucifigi, excoriari, ſagittari, ſecari, & diverſo martyrii genere conſummari, nec minis, nec blanditiis aliquibus poſſe ſuperari; quin potiùs ſi non deeſſet percuſſoris gladius, multi noſtrûm pro Chriſti amore perimi non recuſaſſent. D O quot millia martyrum in hac expeditione beatâ morte finierunt! Sed quis tam ſaxei eſt cordis, qui hæc Dei facta audiat, & pietatis ſuſpiriis commotus, in laudes Dei non erumpat? Quis poteſt non mirari quomodo nos exiguus populus inter tot hoſtium noſtrorum regna non reſiſtere, ſed etiam vivere poteramus? Quis audivit umquam talia? Hinc Ægyptus & Æthyopia; hinc Arabia & Chaldæa, atque Syria; hinc Aſſyria, & Media; hinc Parthia & Meſopotamia; hinc Perſidia & Scythia, mare etiam magnum à Chriſtianiſmo nos ex- E cludebat, & inter manus nos laniantum, ſi permitteret Deus, concludebat. Ipſe autem in brachio forti nos piè protegebat. Beata enim gens, cujus eſt Dominus Deus ejus. Modum autem hujus operis & incœptum, & quomodo ad tantum itiner agendum omnis populus occidentalis concuſſus, & mentes & manus in id extenderit voluntarius verba hiſtorica, quæ ſequuntur declarabunt.

Auctor à ſe viſa narrat.

(a) Is eſt Raynaldus frater Petri Venerabilis qui poſt modum ex abbate Vizeliacenſi factus eſt Lugdunenſis archiepiſcopus. F

EPISTOLA R. ABBATIS Vezeliacenſis ad Petrum abbatem Cluniacenſem.

Miſericordiam ab eo flagitat pro Philippo quodam monacho irreligioſo.

Reverendiſſimo Domino P. Cluniacenſi abbati frater (a) R. Vizeliacenſis abbas ſalutem & benedictionem.

Circa annum 1125. *Ex autographo in archivis ſancti Manſueti.*

Cùm apud Luperciacum hoſpitati fuiſſemus, in ipſa nocte quidam Philippus juvenis, quem à Caſtello-canino nuper illuc miſiſti, deſperatione cujuſdam pœnitentiæ ſibi per epiſtolam veſtram injunctæ ductus, turrem eccleſiæ aſcendit, & ſe quærentes fratres lapidibus obruere voluit. Tandem nos ad eccleſiam ivimus, & in fide eum vocavimus: aliter enim deſcendere nolebat, & quare hoc feciſſet inquiſivimus. Ille autem dixit ſe à domno ILSINO priore Caſtelli-canini de confeſſione ſua detectum, & pannos ſuos, quos ei dimiſit patruus ſuus prædeceſſor ejuſdem Ildini, in morte ſua ſibi ablatos ab Ildino conqueſtus eſt, cum ſui panni ſatis tenues & vetuſti ante nos allati fuerint: pro quibus miſericordiam veſtram flagitamus, ut & ipſum fratrem Philippum ab onere quod portare neſcit in tam parvo conventu allevietis, ſcilicet à cuſtodia & ab abſtinentia vini & generalis, & ut pannos ſuos ſibi dimiſſos recuperet obſecramus.

CARTA ADEFONSI REGIS Hiſpaniæ de duabus Meſchitis apud Molinam monaſterio Silvæ-Majoris ab eo conceſſis.

Sub Chriſti nomine & ejus divina clementia, ego quidem ADEFONSUS gratia Dei imperator (Hiſpaniarum) placuit mihi libenti animo & ſpontanea voluntate: dono Domino Deo & ſanctæ MARIÆ de Silva-Majore & ſuis monachis duas (b) meſchitas in Molina (c) cum jure hereditatis, ut habeant in perpetuo, inſuper promitto eis duas bonas villas in Hiſpania. Dono ſimiliter domno abbati prædicti monaſterii capellaniam & decimam de Molina cum omnibus terminis ſuis, ut habeat prædictam capellaniam per manum regis. Ego domno STEPHANO Oſcenſi epiſcopo teſte. Domnus PETRUS Cæſarauguſtanus epiſcopus teſtis. CENTULLO comes de Bigorra teſtis, Vicecomes GASTON teſte: Don AUGER de Miramont teſte, BARTHOLOMÆUS Aurelianenſis capicerius teſtis. † ADEFONSI ſignum. Facta carta in Martio menſe, in æra MCLXIII., in villa quæ vocatur Uno-caſtello, regnante me, Dei gratia, in Caſtella, & in Pompilone, & in Aragonia, in Superatiis vel in Ripacurza.

Anno 1125. *Ex cartario Silvæ-Majoris.*

(b) Meſchita ſeu Meſkita eſt templum Mahumetanorum vulgo *Moſquées*. Vide ſi lubet Cangii Gloſſarium.
(c) Diœceſis Seguntinæ in Caſtello veteri

THEOBALDI

Digitized by Google

›BALDI BLESENSIUM
ıgubranno Altivillarenſi abbati facul-
ı concedentis villam ædificandi
in terra de Alterani-fonte.

THEOBALDUS comes Carnotenſium Bleſenſium edoctus à Domino juſtum nctum eccleſias & monaſteria in ho-)ei fundare & conſtruere; ſed cum in ıdis anteceſſoribus noſtris æquari ne-; ſaltem ea quæ ipſi monaſterio ob-, nos tueri & augere decrevimus. No-ur facimus INGUBRANNUM Altivil-ı abbatem apud Sparnacum noſtram æſentiam: noſque ei petitionem quam nceſiſſe, quæ fuit namque ut terram rani-fonte, quam antiquitus eccleſia ırenſis in parochia Villæ-novæ juxta ſe caſtrum tenuerat, eidem concede-quatenus villam inibi poſſet reædifica-: deſtructa videbatur: Cujus petitioni centes, conceſſimus quatenus quod juſ-bat compleret. Villam idcirco reædifi-n ita quietam & ab omni oppreſſione tione, preſſe, talliis, juſtitia, banno, & quod dicitur juſtum & injuſtum, libe-ncedimus: ut neque ego, neque aliquis orum meorum aliquid eorum quæ præ-unt in villa eadem amodo exigamus, ſed 'olumus, ut caveatur ne in villa prædi-quis hominum meorum vel ſub juſtitia xiſtentium ad manendum recipiatur, & c firma permaneant coram principibus s annuimus, & ſigilli noſtri impreſſione boravimus. Actum anno Domini MCXXVI.

ꞆTTERÆ RAINALDI REMENSIS
epiſcopi de excommunicatione & abſolu-
tione Guiterii comitis Regiteſtenſis.

Go RAINALDUS Remenſis eccleſiæ licet, indignus miniſter, ſeriem cauſæ excom-ıicationis ſimul & abſolutionis GUITERII itis de Reïteſte ad poſterorum memoriam præſenti pagina pertractare dignum ſtu-Excommunicaveramus prædictum comi-pro injuſtis conſuetudinibus quibus villas Remigii, terras & homines opprimebat, & nem quæ ejus ditionis erat terram anathe-tis vinculo obligaveramus. Hac neceſſitate npulſus S. Remigii abbas ODO Romam ex-iit, HONORIO papæ mala intolerabilia, quæ nes ille eccleſiæ ſancti Remigii inferebat,)oſuit. Domnus papa malorum motus acer-ıte, excommunicationem in comitem no-ınatum factam confirmavit, & omnibus ſuf-aganeis Remenſis eccleſiæ epiſcopis, ut eam comitem promulgarent litteris ad eos directis andavit. Comes hujus ignominiæ opprobrium rre non prævalens præſentiam noſtram adiit : ſatis lacrymoſis precibus, ut concordiam in-:r eum & abbatem componeremus nos exo-

A ravit. Accito abbate prædicto, aliis etiam abbatibus convocatis & quibuſdam eccleſiæ noſtræ clericis, cauſam prædicti comitis diu ventilantes, hoc tandem fine terminavimus. Guerpivit & abjuravit ſæpe dictus comes in præſentia noſtra & totius curiæ quod nullam ulterius in villis ſancti Remigii; exceptis hominibus ſuis capitecenſis, exactionem faceret, quod vulgo tallias dicunt, nec miniſteriales ſui. Guerpivit etiam & abjuravit ſalvamentum quod à quatuor villis ſancti Remigii exigebat, videlicet à Salice S. Remigii, à Roiſiaco, à Baſi-
B lica-curte & Inſula. Guerpivit & abjuravit lethum, ſanguines, redhibitionem hominum ſancti Remigii, qui partes ſuas non accipiunt. Solitus erat idem comes hominibus ſuis dare homines S. Remigii, qui de advocatione ſua erat. Qui injuſtis conſuetudinibus eos veluti ſuos opprimebat, quod abjuravit ulterius ſe non facturum, nec defenſor inde alicui exiſteret, niſi quantum ad advocationem ſuam pertinet. Hæc omnia ſupradicta in præſentia noſtra & totius
C curiæ guerpivit & abjuravit prætaxatus comes, niſi fortè ſi ad eum præpoſitus S. Remigii clamorem fecerit. Tunc de juſtitia quam ei faciet, tertiam partem habebit. Juravit præterea quod pro his omnibus quæ dimiſit nullam malefacienti occaſionem adverſus villas & homines S. Remigii exercebit. Si vero aliquid ſupradictorum quæ juravit infregerit, commonitus, niſi infra quindecim dies emendaverit, abſque retractatione excommunicationi ſubjacebit. Præterea de immodicis hoſpitatio-
D nibus quas in villis S. Remigii nimis frequenter idem comes facere conſueverat, & de operibus & carroperariis, quibus homines eccleſiæ afficiebat, ſi clamor ad abbatem venerit, & commonitus in curia abbatis, ſi infra quindecim dies ad juſtitiam venire neglexerit, eidem excommunicationi, cui modo ſubjacet ſine dilatione ſubjacebit. Hanc igitur auctoritatis noſtræ paginam ratam eſſe volentes, impreſſione imaginis noſtræ idoneis etiam teſtibus ſubſcriptis roborari fecimus. Signum ODONIS
E abbatis S. Remigii; ſignum ENGUBRANNI abbatis Altivillarenſis, ſignum JORRANNI abbatis S. Nicaſii, ſignum URSIONIS abbatis S. Dionyſii, ſignum Hugonis archidiaconi, ſignum Joffridi decani, Signum Leonis cantoris, ſignum Adæ, ſignum Alberti, ſignum Odonis preſbyterorum, ſignum Gervaſii, ſignum Odonis, ſignum Drogonis, ſignum Boſonis, ſignum Johannis diaconorum, ſignum Albrici magiſtri, ſignum magiſtri Graphionis Andegavenſis de laïcis S. Hilarii de Monte-gaii S. Pagani de Calmiſiaco, S. Otranni.
F Actum Remis anno Incarnati Verbi MCXXVII indictione V. regnante venerabili rege Francorum LUDOVICO anno XXII. archiepiſcopatus domni Rainaldi anno III. Fulcradus cancellarius recognovit, ſcripſit & ſubſcripſit.

Digitized by Google

CARTA FULCONIS ANDEGAVENSIS comitis, de anniverſario Aremburgis uxoris ſuæ apud Fontem-Ebrardi celebrando.

Anno 1127. Ex cartario Fontis-Ebraldi.

BRevis eſt memoria hominis, quoniam memoria hominis eſt, ad hujus ſupplementum beneficio utimur litterarum. Igitur ego Fulco Andegavenſium comes, per præſentem cartam præſentibus atque futuris notum fieri volo, quòd Eremburgis uxor mea ad mortem veniens, rogavit me ut donarem ſanctimonialibus eccleſiæ Fontis-Ebraudi, pro ejus anima, & ut anniverſarium ejus in perpetuùm facerent, obolum quem in ponte Caïnonis-caſtri mihi retinueram, & excluſam quam Bertrea regina mater ſcilicet mea fecerat fieri in Vigenna. Cujus ego precibus adquieſcens, cum voluntate & aſſenſu filiorum noſtrorum, Gaufredi ſcilicet atque Heliæ, dono, & in perpetuùm liberè & quietè habere concedo Deo & B. Mariæ, & eccleſiæ Fontis-Ebraudi, obolum quem mihi in ponte Caïnonis caſtelli retinueram, & ſupradictam excluſam, eo ſcilicet intuitu, ut moniales ejuſdem eccleſiæ faciant annuatim anniverſarium prædictæ Eremburgis uxoris meæ. Si quis verò (quod futurum eſſe non credo) hoc donum meum & eleemoſynam, vel alia quæcumque eccleſiæ Fontis-Ebraudi donavi, ſeu conceſſi, impedire, ſeu perturbare, vel diminuere tentaverit; ſecundò, tertiòve commonitus, niſi reſipuerit, & dignâ ſatisfactione emendaverit, à liminibus eccleſiæ Dei ſanctæ, & à ſacratiſſimo Corpore Domini noſtri Jesu-Christi arceatur. Hoc donum factum eſt apud Baugeium caſtrum XVIII. Cal. Febr. in manu * P. primæ eccleſiæ Fontis-Ebraldi abbatiſſæ, in præſentia & audientia domni Johannis medici, abbatis monaſterii S. Nicolai, ſub his teſtibus, Willelmo Burello ipſius comitis capellano, Gaufredo de Ramaforti, Gervaſio de Trocia, Adam ſæpedicti nutricio, Roberto filio Reginaudi.

* Petronillæ

Acta carta anno ab Incarnatione Domini MCXXVII. Ludovico Francorum rege, Ildeberto Turonorum archipontifice, Honorio Romanum papatum agente.

NOTITIA DE SUFFRAGIIS pro his qui ad conſtructionem eccleſiæ Sancti Johannis apud Fontem-Ebraldi opem contulerunt.

Ex mſ. Fontis-Ebraldi. (a)

QUia plures ex vobis, fratres cariſſimi, Fontis-Evraudi non fuiſtis; quia etiam non omnes qui illic fuiſtis, ſancti (a) Johannis evangeliſtæ eccleſiam non petiiſtis, bonum nobis viſum eſt, & ad veſtram, & ad noſtram ſalutem pertinere, veſtræ pandere dilectioni, quòd cùm conventus ſacerdotum ac clericorum in eadem eccleſia die ac nocte deſervientium, eam magnæ devotionis ſtudio ædificare cœpiſſemus, & magna jam ex parte ædificaſſemus, etiam à neceſſariis victui & indumento, illius ſancti ædificii amore in pluribus abſtinentes, ingruente paupertate, ab ædificando coacti defecimus. Quod cùm dolentes & flentes penitùs deſeruiſſemus, divina nos gratia ſubitò reſpiciens, bonum nobis & vobis inſpiravit conſilium, ut ſcilicet paupertati noſtræ & fraternitati veſtræ bene providentes, beneficia magna pro ſalute vivorum, & requie defunctorum, in eccleſia noſtra in perpetuùm, eccleſiâ durante, duratura firmiter communis aſſenſu capituli ſtatuamus. Nos ſcilicet & ſucceſſores noſtros etiam, ædificatâ eccleſiâ, tres in hebdomada miſſas, unam pro ſalute vivorum, duas pro requie defunctorum, celebraturos, exceptis privatis miſſis, quæ ſæpe in eadem eccleſia celebrantur: in quibus, & etiam in omnibus quæ in generali conventu jugiter celebrantur, ad ædificandam eccleſiam, nos adjuvantium vivorum ac mortuorum memoria ſpecialiter habetur, & habebitur in perpetuùm. Præterea per omnes conventus eccleſiæ Fontis-Ebraudi participes facti ſunt omnis ſpiritalis beneficii, ſicut ceteri fratres eccleſiæ. Mortuorum quoque coadjuvantium nomina in martyrologio ſcribentur, & in ſingulorum obitus vigilia & miſſa in conventu cantatur, ac deinde ſeptenarium miſſarum & vigiliarum pro eo celebratur. Singulorum verò anniverſaria nominatim ſingulis annis in conventu memorabuntur, vigiliaque cum memoria celebrabitur. Si verò in cimiterio noſtro ſepultus confrater fuerit, ejus exequiæ cum conventu & proceſſione clericorum celebrabuntur. Quod autem de eccleſiæ noſtræ paupertate diximus, omnibus eccleſiæ Fontis-Ebraudi eſſe ſcientibus ſatis notum eſt, nec neceſſe eſt eos doceri. Quapropter vos, fratres cariſſimi, diligenter ammonemus, ut tantorum beneficiorum vos & amicos veſtros participes faciatis; ita ut per ſingulos annos unuſquiſque quod Deus inſpiraverit, pro ſe & ſuis perſolvat, & ſic de bonis tranſitoriis, quæ à Deo pro acquirendis æternis accepiſtis, facite vobis beatum & præcipuum evangeliſtam Johannem & ceteros ſanctos Dei amicos, ſicut vobis in evangelio præcipit Dominus: *ut cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula*; præcipuè illum qui inter ſummos amicos magis à Deo dilectus eſt, & cui virgini Dominus in dolore paſſionis & mortis Matrem Virginem commendavit, ut ipſe apud Deum tam potens in mortis articulo, ſummâ ſcilicet neceſſitate piè ac miſericorditer ſubveniat, & in ſinum Abrahæ animas veſtras & veſtrorum meritis & interceſſionibus ſuis transferri faciat, ipſo præſtante qui nihil ei negare poteſt, qui cum Patre & Spiritu-ſancto vivit & regnat per omnia ſæcula ſæculorum.

Luc. 16. 9.

Confratrum verò hìc deſcribuntur nomina & dona, ad hoc ſcilicet, ut cùm finis illorum auditus fuerit, dies mortis illorum in libro ſcribatur, & anniverſaria cum vigiliis & miſſis, ut prædictum eſt, agantur. Hæc verò ſunt nomina ordine poſita: Petrus prior Fontis-Evraudi, &c.

(a) S. Johannis evangeliſtæ eccleſia eſt monachorum monialibus addictorum monaſterium, dictum etiam monaſterium Habitus, feminarum cœnobio contiguum.

Digitized by Google

DIPLOMA LUDOVICI VI. REGIS Francorum, pro Pariſienſi S. Maglorii monaſterio.

Piſcationem in Sequana, à ſuperiori parte inſulæ ad magnum pontem concedit.

Anno 1128. Ex cartario ſancti Maglorii.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego LUDOVICUS Dei gratiâ Francorum rex. Juſtis petitionibus bonorum virorum locis divinis cultibus mancipatis famulantium decet nos præbere conſenſum: quia tantò à Domino noſtrum confidimus ſublimiùs extolli principatum, quantò humiliùs atque clementiùs erga moderamina egerimus eccleſiarum. Quapropter noverit poſteritas omnium ſanctæ matris Eccleſiæ fidelium & noſtrorum, quòd quidam PETRUS cœnobii S. Maglorii abbas noſtræ ſerenitatis adierit præſentiam, rogans ac humiliter poſtulans, quatenus piſcationem Sequanæ, à ſuperiore capite Inſulæ S. Mariæ, uſque ad magnum Pariſiorum pontem, monachis Deo in prædicto cœnobio ſervientibus benignè concederemus. Cujus petitioni, cum voluntate PHILIPPI filii noſtri, ipſo anno in regem coronati, aſſenſum præbentes, prædicti fluminis omnem piſcationem infra prædictos terminos, cunctorumque in ea piſcantium juſtitiam ſic concedimus, ut niſi permittentibus monachis aliquâ piſcatoriâ arte, excepto gurgite epiſcopi, nullus ibidem audeat piſcari. Et ut hujus donationis aſtipulatio rata haberetur in futurò, eam proprii ſigilli impreſſione inſigniri præcepimus, ac manibus optimatum fidelium noſtrorum corroborandum tradidimus. Signum PHILIPPI filii noſtri ipſo anno in regem coronati, S. LUDOVICI buticularii, S. HUGONIS conſtabularii, S. ALBERTI camerarii, dapifero nullo.

Nota.

Data per manum Simonis cancellarii anno incarnati Verbi MCXXVIII. regni verò noſtri XXI.

CARTA RADULFI DE HAYA heredis Anſgoti, de donis Sylvæ-majoris abbatiæ ab eo factis.

Circa annum 1128. Ex cartario Sylvæ-majoris.

NOtum ſit omnibus, quòd ego RADULFUS de Haïa vadens, orationis gratiâ ad ſanctum Jacobum, veni in monaſterium Sylvæ-majoris, & ſuſceptus ſum in beneficiis ipſius eccleſiæ à domno PETRO ſeptimo abbate, (*a*) & à conventu in capitulo. Conſiderans itaque quod dignum erat pro ſalute animæ meæ & uxoris meæ, & filiorum meorum, & animarum patris & matris meæ, conceſſi ſuper altare ſanctæ Genitricis Dei MARIÆ eleemoſynam, quam fecerant prædicto monaſterio anteceſſores mei apud Berovillam, in eccleſiis, in decimis & terris. Inſuper adauxi eleemoſynam de duabus bovatis terræ, quas ipſi monachi de me cenſualiter tenuerant, ut liberas & quietas poſſideant in æternum. Conceſſi ſimiliter eccleſiam de Moſquetone, de qua monachi ipſi conquerebantur, quod de illorum jure fuerat. Dedi eccleſiam prætereà de *Juigubi*, ſi eam liberare potuero; quod ſi non potuero, dabo eis de redditibus meis quod tantumdem valeat. Teſtes fuerunt GUILLELMUS de Ultimo-ponte, ROGERIUS de Toc, Galogabant, ROBERTUS Coſin, SOPEIRAS de Baïens, JOHAN de Cumbanis, UHO Ridel, ROGERIUS Triantona, SIMON Cocus.

(*a*) Anno 1126. electo.

GERLANDI CANONICI REGULARIS S. Pauli Biſuntini prologus in librum cui titulus Candela.

Anno circiter 1130. Ex ms. Claravallis.

INCIPIT PROLOGUS.

OMnibus in Chriſto degentibus JARLANDUS Chryſopolitanus S. Pauli ſcolarum præceptor & canonicus fidei doctrinam & ſtudii ſalutaris candelam.

Studiorum omnium theologia gubernatrix, & magiſtra reverenda, ſicut legis divinæ pediſſequos nutrit & ædificat, erudit & informat, morum lac & vitæ panem benevolis ſumminiſtrat: ità mundanæ pædagogos inſtitutionis diruit & damnat, pulſat & vituperat, cruciatum & animæ mortem malivolis minatur & propinat. Unde egregius ille Chriſticola fideliſque Chriſti imitator, aliis ſummus odor vitæ in vitam, aliis odor mortis in mortem. Auditor namque evangelii & factor vita vivet: contemtor autem ejus animæ mortem incurret. Quocirca quiſquis cupis gehennæ pœnas neſcire, laqueos tentatoris evitare, requiem ſpiritûs invenire, portui ſalutis appellere, per codicum divinorum campos ſpatiari ne tardes, floribus inde lectis animum recrees, frumento ſpiritus animam ſaties, quorum dulcedinem quiſquis ſemel guſtaverit, vix deinceps ab opere bono torpebit. Quiſquis ſemel ſatiatus inde fuerit, vix ad cœli palatium anhelare ceſſabit. Quis non videt, quis non perpendit inſaniæ ſpeciem eſſe, plus aliquem aliquid mundanum, quàm ſeipſum diligere? Quis non animadvertit hominem nihil aliud quàm corpus & ſpiritum eſſe? Cùm igitur laboras, ô homo, nec pro carne, nec pro ſpiritu, plus illud profectò diligere convinceris in quo ſtudes, quam corpus tuum & animam tuam. Quo tibi nugacitas auctorum? Quo eloquentia rhetorum? Quo ficta compoſitio philoſophorum? Ovidius Syren libidinoſa, Tullius cauſarum fori lingua, Plato animas de Galaxia eruit, & fortitas diverſa hoſpitia corporum, tandem eodem illas reducit: in quorum ſtudiis non ſolum nullus eſt animæ vel corporis fructus, verùm potius quidam carnis marcor & fluxus, &, quod miſerrimum eſt, animæ pernicies, & mortis ſecunda laqueus. Quapropter quicumque ſeipſum vel alios curare intendit, aut phyſicam legat, quæ circa corporis verſatur cognitionem, aut potius theologiam, quæ pa-

rit animarum ſalutem. Ceterum quantum anima præſtât corpori, ut pote immortalis mortali, ſolida fragili, Dei caracter terreno caracteri; tantum lectio divina lectioni præminet de phyſica. Iſta enim carnis ancillæ imbecillitatem: illa vero animæ dominæ declarat prærogativam. Iſta corporis fimum obſcænum, illa ſpiritûs ſublime privilegium. Iſta carnis ſpurcitiam, illa mentis intelligentiam: quod ego peccator miſerrimus tandem animadvertens, pro ingenio mihi à Deo dato, collegi multa à doctoribus multis, plurima vero à beato Hieronymo, Ambroſio, Auguſtino, Gregorio quæ in partes XXVI. digeſſi, corporique voluminis totius partium omnium CANDELÆ nomen impoſui: quia ſicut ardens candela tenebras pellit: ita pene in omnibus capitulis unde ſcriptum ſit quod dicitur, quaſi quadam tituli candela reperitur. Unde precor ut ſi labor iſte in alicujus manus aſcenderit, delictorum veniam à Patre miſericordiæ mihi petat, & oret ut anima mea ſanctæ reſurrectionis particeps fiat.

EPISTOLA ADELÆ BLESENSIS comitiſſæ & poſtea Marciniacenſis ſanctimonialis ad Gaufridum Carnotenſem epiſcopum.

Ut non permittat monachos Majoris-monaſterii moleſtari à canonicis S. Carileſi.

Circa annum 1130. *Ex archivis Majoris monaſterii.* (a)

CArissimo Domino & Patri G. Dei gratiâ Carnotenſi epiſcopo & ſanctæ Romanæ eccleſiæ legato (a) A Marciniacenſis monacha comitis T. mater, fidelium munus orationum.

Pervenit ad nos, quod canonici S. Carileſi decimam de dono eleemoſynæ de Francavilla, quam venerabilis ſcilicet comes & ſocius noſter & ego Majoris-monaſterii monachis dedimus, calumniantur. Unde noverit veſtra paternitas hanc calumniam in præſentia noſtra, cùm adhuc in ſæculo agerem, ſic ventilatam & omnino definitam eſſe, ut nullatenus ſuper hoc præfati monachi inquietari debeant. Quippe quia canonici illi nobis coram poſitis & pluribus legitimis teſtibus hanc querelam monachis eiſdem prorſus quiete dimiſerunt. Quocirca veſtræ ſanctitatis paternitatem exoro, ne ſuper hoc jam dictos Majoris-monaſterii monachos ulterius ullomodo fatigari permittatis. Vale.

EJUSDEM AD THEOBALDUM comitem Bleſenſem.

Ejuſdem argumenti.

CArissimo ſuo Bleſenſium comiti A. Marciniacenſis monacha maternæ dilectionis affectum.

Memor ſum quidem, fili cariſſime, quod cùm adhuc in ſæculari habitu degerem, canonicos ſancti Carileſi de decima ſuper dono eleemoſynæ de Francavillâ, quam ſocius noſter, comes ſcilicet, pater tuus, & ego Majoris-monaſterii monachis dedimus, conqueſtos fuiſſe. Super quo noverit dilectio tua, quod iidem canonici hanc querelam in præſentia noſtra dictis monachis ita prorſus dimiſerunt, ut eadem querimonia deinceps ſine reclamatione perpetuò ſopiretur. Ea propter te, dilectiſſime fili, exoro, ut eleemoſynam noſtram, quam liberè monachis dedimus, ſic illis liberè cuſtodias, ne ulterius aliqua controverſia ſuper hoc eccleſia Majoris-monaſterii fatigetur. Vale.

EPISTOLA LAURENTII abbatis S. Vitoni ad Albertum Moguntinum archiepiſcopum.

Laudato ejus pro reddenda eccleſiis pace zelo, conqueritur de Henrico Virdunenſi epiſcopo, adverſus quem ejus implorat auxilium.

Circa annum 1130. *Ex archivis S. Vitoni.*

ALBERTO amico ſuo Dei gratia Moguntino venerabili archiepiſcopo ſedis apoſtolicæ legato LAURENTIUS & congregatio eccleſiæ S. Vitoni in ſuburbio Virdunenſi devotam ſubjectionem & fideles in Deo orationes.

Novit terra & omne imperium devotionem fideliſſimam & amorem quem habetis erga Romanam eccleſiam, & quia illam ſuper aurum & topazion & ſuper omnem ſalutem dilexiſtis; pro ejus defenſione multos labores, & pericula multa, & adverſa ſuſtinuiſtis. Benedictus Deus, qui dedit vobis & velle & poſſe. Concordiam etiam inter regnum & ſacerdotium, quam afflicta diu deſiderando eccleſia expectavit, poſt tanta mala & ſeditiones per vos maximè recipere meruit, nec inconſulta tamen & inconſiderata eadem concordia proceſſit: quia inter ſalutaria quæ ibi determinaſtis, pietatis conſilio inventum & conſtitutum eſt, ut exſpoliatæ eccleſiæ vel omnes qui tempore ſeditionis occaſione illius diſcordiæ jura ſua & poſſeſſiones perdiderant, illibata reciperent. Et quia nos quoque quædam quæ ab anteceſſoribus Virdunenſium epiſcopis, fundatoribus ſcilicet eccleſiæ noſtræ, nobis collata ſunt, & privilegiis apoſtolorum & imperatorum olim roborata, pro eadem diſcordia nuper perdidimus, pace facta, voluimus reverti ad jura noſtra, & prolatis privilegiis convenimus domnum HENRICUM epiſcopum noſtrum, ut quia ſe amicum & obedientem Romanæ eccleſiæ profitebatur, nobis ablata pacificè reſtitueret; ſed nullo modo adquievit. Nobis ergo iterum atque iterum eadem repetentibus, illoque juſtitiam non recipiente, compulſi ſumus Romam adire & domno papæ (b) O. cauſam noſtram (b)

(a) Adela Guillelmi ſenioris Anglorum regis filia, Stephani inclyti comitis Palatini conjux, mortuo in ſacra expeditione Jeroſolimitana marito anno 1102 in obſidione Ramulæ, non ſtatim ſæculo nuncium remiſit, ſed multo ſerius, poſtquam ſcilicet filios ſuos ad ætatem perduxit adultam. Extat ad eam viduam Hildeberti epiſtola 31. & ad eam monacham Marciniacenſem epiſt. 63. Eſt autem Marciniacum inſigne feminarum cœnobium ordinis ſancti Benedicti in diœceſi Auguſtodunenſi ab Hugone abbate Cluniacenſi conſtructum.

(b) Honorio ſcilicet papæ II.

Digitized by Google

ſuggerere. Ille autem nobis compatiens querimoniam noſtram benignè recepit, & miſſis per nos litteris ſuis eidem, ut ablata nobis reſtitueret præcipiendo mandavit. Qua interpellatione cognita & præceptione audita, majorem in nos animoſitatem epiſcopus ſumſit, ut non ſolum ablata non reſtitueret, verum etiam & huc uſque à nobis poſſeſſa modò auferret. Nos autem per antiqua privilegia & per viventes teſtes & per litteras domni papæ parati eramus juſtitiam noſtram teſtificando defendere; ſed ipſe nihil horum recepit. Hac ergo neceſſitate, auribus quoque veſtræ excellentiæ moleſtiam inferre compellimur, rogantes eminentiſſimam pietatem veſtram, ut inter maximos honores veſtros humilitatem noſtram valde vobis devotam reſpicere dignemini, & pro ſalute animæ veſtræ nobis in cauſa noſtra ſubveniatis: quatenus qui tantorum honorum dignitatum & ordinationum prudentiſſimum judicem & potentiſſimum dominum interpellare præſumimus, non repulſam, ſed juſtitiæ miſericordiam nos inveniſſe gaudeamus. Et quidem nunc pro malis patriæ, nunc terræ continua ſterilitate ad tantam inopiam redacti ſumus, ut etiam panem vix cum diſcrimine eccleſiæ noſtræ habeamus. Cùm ergo ad vos iſdem dominus venerit, vel ſi non venerit, memores eſtote noſtri, & agite ut ſecundum præceptum domni papæ, cujus vices geritis, nobis ablata reſtituantur. Scimus quidem quia multas vobis prætendet occaſiones, ſed nos vobis non niſi veritatem ſecundum antiqua privilegia, & teſtimonium adhuc viventium teſtium loquimur. Memoriæ veſtræ & miſericordiæ totum attribuemus, ſi per auxilium gratiæ veſtræ ablata, quæ proclamamus, recipere meruerimus. Omnipotens Deus vitam veſtram ad deffenſionem eccleſiæ & imperii per tempora longa cuſtodiat.

SUPPLICATIO MONACHORUM S. Vitoni ad ſummum pontificem.

Conqueruntur de Gaufrido S. Medardi abbate, & aliis bonorum ſuorum uſurpatoribus.

Circa annum 1130. Ex cartario S. Vitoni. (a)

ORamus, Domine, Sanctitatem veſtram, quatenus (a) JOFFREDO abbati S. Medardi jubere dignemini; ut juſtitiam nobis de homine ſuo Drogone faciat. Aufert eccleſiæ noſtræ alodium, quod quidam nobiles in eleemoſynam dederunt. Remenſi etiam archiepiſcopo præcipiendo mandetis, ut toti parochiæ, cui ipſe immoratur, omnem chriſtianitatem, præter baptiſma & ultimam reconciliationem, prohibeat, quia duri & perverſi cordis eſt, nec ejus contumacia aliter ſuperari poteſt. Veſtra etiam ſententia feriatur, quam magis ipſe & vicini ex multo tempore verentur. Pari modo Balduinum de Bethelani-villa, & Willelmum de Amonzeivilla, qui auferunt alodium de villa ſuper Coſantiam ſita, Theodoricum de Claromonte pro alodio quod aufert de Alzeivilla, Heliam advocatum, & nepotem ſuum *Huardil*, qui propter juſtitiam ſibi conſtitutam, duris exactionibus pauperes noſtros affligunt, qua de cauſa eos ſæpe convenimus, nec eos aliquo modo corrigere valemus. Suggerimus Dominò noſtro omnium eccleſiarum defenſori & patrono anteceſſorem hujus domni abbatis noſtri, qui ad veſtigia veſtra venit, CONRADO comite de Luceburch, & ALBERTO comiti de Lonwi, quia amici fideles eccleſiæ noſtræ erant, & devotè ſe orationibus noſtris commendaverant, duas villas quæ caſtellis eorum adjacent, Fontagiam ſcilicet & Baylodium defenſioni & tutelæ eorum commiſiſſe, ut pro ſalute & remedio animarum ſuarum eas ab incurſu tyrannorum tuerentur. Nunc ergo ſucceſſores eorum, WILLELMUS ſcilicet prædicti CONRADI filius, & conjux ALBERTI comitis Namurcenſis comitiſſa, non ſolum eorum advocatias quaſi jus proprium retinent, ſine alicujus reſpectu, verùm hominibus ſuis, quibus placuit, ipſas advocatias in beneficium dederunt, qui eas inauditis afflictionum exactionibus deſtruunt. Ea propter, honorificentiſſime domine & pater piiſſime, lacrymoſis ſingultibus veſtigiis veſtris advolvimur; orantes per Chriſtum & beatos apoſtolos, quorum vicariam fidem ad hoc retinetis, ut oppreſſiones pauperum relevetis, quatenus ſententiam veſtram cunctis metuendam eis interminandò præcipiatis, ut ſecundum prædictam pactionem advocatias ipſas retineant, aut chriſtianitate careant. Domino etiam Trevirenſi archiepiſcopo mandate, ut vice veſtrâ inde juſtitiam faciat, & noſtra quæ ſub eo habemus univerſa pro poſſe defendat.

(a) Hic Gaufridus ex abbate S. Theoderici factus eſt Sueſſionenſis S. Medardi abbas, inde aſſumtus ad epiſcopatum, Catalaunenſem eccleſiam pie ac ſancte gubernavit.

EPISTOLA FREDERICI Colonienſis archiepiſcopi ad eccleſiam Leodienſem.

Mandat ne intruſum per ſimoniam nominatione regiâ in ſede Leodienſi recipiant.

Circa annum 1130. ex mſ. S. Trudonis.

F. Dei gratiâ ſanctæ Colonienſis eccleſiæ humilis miniſter: Leodienſis eccleſiæ archidiaconis, præpoſitis, decanis, ſcholaſticis, cantoribus, omnibuſque catholicis, à propoſito ſancto nullius neceſſitatis occaſione declinare.

Ex auctoritate evangelica, neceſſe eſt ut veniant ſcandala, ut dum revelatur filius perditionis, manifeſti fiant & probati, quotquot præordinati ſunt in ſortem ſupernæ retributionis. Unde fraternitatem veſtram præmonentes, piâ ſollicitudine monemus, obteſtamur & præcipimus ex debito ſanctæ obedientiæ, ne recipiatis regiæ intruſionis violentiâ, ſub nomine deſignati epiſcopi ad vos venientem: quia temeraria invaſione ſedem noſtram, quantum in ipſo fuit, privavit archiepiſcopali honore, voſque contemſit, quibus imponi vo-

luit ſine canonica electione, non veritus prævenire ſymoniaca ambitione inducias electionis veſtræ denominata die prærordinatas, quas & veſtra eccleſia expetiit, & ſedis noſtræ auctoritas conceſſit. Igitur in promtu habentes ulciſci omnem inobedientiam, in ipſum & in omnes ipſius ſequaces, vel eidem communicantes paravimus anathematis ſententiam, à qua liberari deſideramus fraternitatis veſtræ obedientiam.

EPISTOLA ABSALONIS abbatis & monachorum S. Amandi ad canonicos Trajectenſes.

Gratias agunt de obſequiis morienti fratri Roberto præſtitis, mutuamque cum eis ineunt ſocietatem.

Circa annum 1130. *Ex ms. codice S. Amandi.*

HOnorandis & in Chriſto diligendis dominis & fratribus ſuis canonicis S. Servatii Trajectenſis eccleſiæ frater (a) A. humilis miniſter monaſterii ſancti Amandi & tota fratrum congregatio quæcumque ſalutaria & quæcumque fidelia.

Gratias agimus Deo Patri luminum à quo deſcendit omne donum optimum, quoniam ille fons, qui in diebus patrum noſtrorum de domo veſtra egrediens, in ſolitudine noſtra torrentem ſpinarum irrigavit, etiam nunc in diebus filiorum ſimiliter à vobis ad nos cum multa benedictionis copia manavit. Dei enim gratia, à quo competens unicuique præſtatur gratia, vobis veſtrum ſervantem vos ſervans Servatium, cujus ſanctitate & virtutum eminentia in magno honore veſtra ſublimatur & gloriatur eccleſia, olim à vobis in partes noſtras veſtrum amabilem pontificem beatum miſit Amandum, qui noſter factus agricola evangelicus, ubi prius fuerat terror ſpinarum & veprium, videlicet pungentes aculei peccatorum, fecit germinare piarum ſemina virtutum; & cum dudum à vobis ad nos profluxerit gratia tantæ benedictionis, per Dei miſericordiam nuper refloruiſtis, & bonum opus in nos operati eſtis, atque ex unguento quo cum Maria pedes Domini fideliter unxiſtis, quando chariſſimo fratri noſtro apud vos infirmanti & morienti pium obſequium humanitatis impendiſtis, bono odore totam domum noſtram reſperſiſtis. Nos verò quod vos feciſtis cum multa gratiarum actione accepimus, & in generationem alteram ſcribere decrevimus, videlicet quod illi dilectiſſimo fratri noſtro domno Roberto in extremis laboranti benignè affuiſtis, quod unctionem ſacri olei, quo in remiſſionem peccatorum deliniretur, & in cœna agni Paſchalis qua tranſiens de Ægypto, adverſus Pharaonem ad veſperum corroboraretur, devotè amminiſtraſtis; quod pſalmorum & orationum ſuffragia, quibus deſerentes ſe filios pia mater proſequitur eccleſia, & vos il-

A li, Proh dolor! nos deſerenti miſericorditer exhibuiſtis; quod funus hujus officioſa pietate curaſtis, & ex more, oblatione ſalutaris hoſtiæ ſolemniter expleta, honorificæ ſepulturæ tradidiſtis. Quam liberaliter, quam ſtrenuè hoc peregeritis prior noſter, qui luctuoſis exequiis interfuit, nobis magnificè, ſicut res erat retulit; & in obſequium & amorem veſtri non parum animos noſtros accendit. Mors quidem quæ inter fratres dividit, quæ dulcem admo-
B dum & ſuavem à nobis fratrem diviſit, dilectionis affectum in nobis plurimum contriſtavit, ſed Dei miſericordia & mœror noſter ſanabilis & exitus aquarum quem plorantes deduxerunt oculi noſtri, licet nedum exſiccatus ſit, per caritatem veſtram factus eſt nobis conſolabilis. Dei enim ſapientia ſuaviter diſponens omnia, id, ut credimus, in lenimentum noſtri doloris, & in adjutorium ſive ſalutem prædicti fratris commodè & ſatis opportunè egit, ut Trajectenſis eccleſia Trajectenſis antiſtitis com-
C munis videlicet patris noſtri beati Amandi filia, fratrem noſtrum & ſuum ejuſdem patris amabilem filium gremio ſuo leniter exciperet, exceptum miſericorditer foveret, æſtuantem febribus refocillaret, cum David etiam pſalleret, cum Maria ſorore Moyſi tympanizaret, ut aliquatenus æger levius ferret & Pharao qui cum exercitu filios ſcilicet de Ægypto acrius inſequitur, nihil adverſus eum prævaleret. Si-
D quidem cùm nos à fratre migrante dividerent locorum ſpatia, quos tamen conjungebat caritas; vos præſentes vicem noſtram in prænominatis operibus miſericordiæ expleviſtis, non tantum ſecundum communem affectum pietatis, ſed etiam ſecundum ſpecialem amorem fraternitatis. Fratres enim noſtri eſtis, quoniam communis pater noſter beatus Amandus in Chriſto Jeſu nos & vos genuit: Sed nec illud
E poſteros noſtros latere volumus, quòd poſtquam circa funus prædicti fratris ſpeciale Tobiæ bonum peregiſtis, congregatis vobis in nomine Domini, per manum prioris noſtri nos in veſtram & vos in noſtram ſocietatem recipi voluiſtis: quatinus orationum odoramenta, quæ ſinguli in phialis ſuis donô Dei continent, deinceps pro communi ſalute in conſpectu divinitatis incendant, & ſacrificium boni operis quo ſinguli ſibi Deum propitium fieri volunt, ſimiliter in communem ſalutem Deo offerre
F intendant. Deus qui proſpexit de cœlo ſuper filios hominum viderit hanc veſtram humilem devotionem, & hanc in nobis & in vobis perficiat gratiam, ut & noſtra in præſenti vita ſancta ſit converſatio, & noſtra pro invicem fuſa ad thronum gratiæ ejus in odorem ſuavitatis aſcendat deprecatio. Nihilominus ſtatutum eſt, & ſic apud nos ſcriptum eſt, ut fratres noſtri qui ſingulis annis conſuetudinem habent
G ulteriores partes adire propter colligendos redditus noſtros, per vos tranſitum habentes, deferant ad vos nomina fratrum noſtrorum ipſo anno defunctorum, & euntes itidem referant ad nos nomina canonicorum veſtrorum ſimiliter apud vos eodem anno defunctorum;

(a) Abſalon hujus epiſtolæ ſcriptor anno 1123. creatus eſt abbas S. Amandi in concilio Belvacenſi, vita vero functus eſt anno 1145. ex brevi chronico Elnonenſi.

Digitized by Google

& utrobique uno die pro ipſis defunctis cum ſignorum pulſatione officia ſolemniter peragantur, & ipſo die una præbenda ad eleemoſynam detur. Obnixiùs autem veſtram dilectionem deprecamur, quatinus ad memoriam fratris noſtri apud vos ſepulti, ſæpiùs animo recurratis, & apud divinam majeſtatem medullam veſtræ caritatis pro ipſo piè fundatis, orantes quatinus per verum pontificem JESUM, peccatis ejus propitietur divina miſeratio, & interim dum agitur ſabbatum animarum, ſit illi in terra viventium hereditas & portio; & cùm octava illuxerit, donetur illi cum ſanctis beata reſurrectio. Volumus autem ut in conventu veſtro legatur hæc epiſtola, & quæ in ea ſcripta ſunt de gratia mutuæ caritatis, apud vos ſcripta ſerventur, quatinus & præſentes & futuri, de titulo veſtro cognoſcant, quàm ſincerum affectum ad vos habeamus, & quàm devotum obſequium vobis & veſtris impendere parati ſimus; & quoniam, ſecundum quod ſcriptum eſt, gloria patris eſt filius ſapiens, de augmento gloriæ B. Servatii gaudere vos credimus, ut ipſius vitam nobis tranſcribendam mittatis, devotè fraternitatem veſtram petimus.

DONUM CIMITERII S. PETRI prope Bellum-montem, ab Odone Juliacenſi factum monaſterio Cluniacenſi.

Anno 1131. Ex mſ. S. Vincentii Cenomanenſi.

ANno ab Incarnatione Domini milleſimo centeſimo triceſimo-primo, indictione nonâ, epactâ viceſimâ, concurrente tertio in die S. Sebaſtiani donatum eſt à domno ODONE Juliacenſi cimiterium beatorum apoſtolorum Petri & Pauli, quod eſt ſitum ſuper Sartam juxta caſtrum Belli-montis, Domino Deo & beatis apoſtolis Petro & Paulo, cum appendiciis jure perpetuo, ita ſcilicet ut omnes homines monachorum ibi accipiant omne ſervitium chriſtianitatis, tam in vita, quàm in morte: ibique non ſolùm iſti, ſed & omnes illi qui gratiam ſupradictorum apoſtolorum petierint, illiſque ibi ſe contulerint. Hujus rei teſtes ſunt ODO Juliacenſis, qui hoc donum fecit, & firmare præcepit. RADULFUS vicecomes. Witernus Riboda. Oliverius de Larre. Willelmus de Potheio. Radulfus de Piaciaco. Yvo de Moria. Drogo de Porta. Giraldus de Carenteio. Guillelmus de Valle-Gooth. Natalis de Curvione. Rainaudus Caput operis. Guillelmus frater ejus, Yſembartus de Viliaco, Guillelmus filius Pippini. Radulfus Piloſus. Robertus de Donnofrontone. Gaufridus Rufus.

Hoc donum datum eſt XIII. Calendas Februarii monachis Cluniacenſis eccleſiæ, per manum RADULFI vicecomitis, tempore BERNARDI primi prioris domûs, & Bernardi ſocii ejus; regnante LODOICO rege.

STATUTUM ECCLESIÆ Rothomagenſis, de privandis abſentibus certis retributionibus.

Anno 1131. Ex ſched. v. Petri Franciſci Peum meraye,

GAufridus Rothomagenſis eccleſiæ decanus, & totus ejuſdem eccleſiæ conventus, tam præſentibus, quàm futuris, in perpetuùm ſalutem.

Debent, juxta Apoſtolum, præmia reſpondere laboribus, ut viciſſitudine quâ devoti gaudent, deſides mordeantur; ſi enim ſtudioſis & negligentibus Eccleſiæ Chriſti ſtipendia pariter partiantur, contentiones, ſeditiones, diſſentiones, & ſcandala, ſæpenumero pullulabunt. Hujus igitur invidiæ & odii fomitem de noſtro medio ſubtrahentes, domni archiepiſcopi Hugonis, & fratrum noſtrorum conſilio generali decernimus, ut redditus noſtri de Anglia, & oblationes ſacrorum dierum Pentecoſtes, illis tantùm fratribus dividantur, qui in eccleſia noſtra communi capituli judicio aſſidui probabuntur: in reliquis autem redditibus foranei ſupervenientes, ita debitas portiones ſuſcipiant, ſi mora eorum & labor circa eccleſiam, fratrum arbitrio probabilis inveniatur. Hoc autem illis ex gratia potiùs quàm ex debito indulgemus, ne à conſortio noſtro, dum inter nos fuerint, ſe reputent alienos. Nulli ergo fratrum noſtrorum liceat hanc noſtri decreti paginam temerè infringere, vel quibuſlibet modis attentare; ſi quis autem hoc facere præſumſerit, indignationem Dei & B. Mariæ, & omnium ſanctorum ſe noverit incurſurum. Actum in capitulo anno 1131.

LITTERÆ HUGONIS ARCHIEPISCOPI Rothomagenſis, de abſolutione Guigonis Dalphini.

Circà annum 1132. Ex cartario Romanenſis.

HUGO Dei gratiâ Rothomagenſis eccleſiæ ſervus, ſedis apoſtolicæ legatus, venerabilibus clero & populo Romanenſibus in perpetuùm.

Eccleſiarum poſſeſſiones & privilegia quo ſtudio ſervanda pariter & tuenda ſanctorum patrum mandat auctoritas. Litteris igitur præſentibus notitiæ poſterorum aſſignamus, quia Romanenſem eccleſiam ſanctus Domini confeſſor BARNARDUS Viennenſis archiepiſcopus olim fundavit, eamque cum adjacenti ſibi oppido, Romanis nuncupato, Romano pontifici poſſidendam, ab omni poteſtate laïcali ſolutam ac liberam conceſſit, & ita privilegiis antiquis roborata, & multorum annorum curriculis inconcuſſe poſſeſſa, dies hodierna liquidò repræſentat. Cum enim, peccatis exigentibus, comes GUIGO Delphinus, animo ferus, armis validus, exercituum gravi multitudine conſtipatus, præfatum Romanenſe oppidum violenter intraſſet, & hoſtili crudelitate vaſtaſſet, nec tamen miſericors Deus Romanenſem eccleſiam dereliquit, quin ei libertatem priſtinam conſervaret, quam caſtigando percuſſit. Audiens autem B. INNOCENTIUS papa Romanus pontifex ſummus, Romanenſem eccleſiam per comitem G. Delphinum atrociter devaſtatam, me licèt minus idoneum à latere ſuo tranſmiſit, pro his & hujuſmodi exceſſibus corrigendis. Ea propter ad partes illas deſcendimus, & apoſtolicâ auctoritate convocavimus STEPHANUM

Viennenſem archiepiſcopum, & epiſcopos, HUMBERTUM Anicienſem, EUSTACHIUM Valentinum, GOCERANNUM Vivarienſem, HUGONEM Gratianopolitanum, AYRARDUM Maurianenſem, PONTIUM Tricaſtinum, JOHANNEM abbatem Bonæ-vallis, & quàmplures authenticos & religioſos viros. Horum conſilio & oratione præmuniti, comitem G. Dalphinum, aſpirante Domino, apoſtolicis juſſionibus, noſtriſque & coepiſcoporum monitis, tandem humiliatum & acquieſcentem ſuſcepimus, pacemque pro peccatis ſuis & ſatisfactionem pro ſacrilegio perpetrato promittentem abſolvimus, &c.

EPSTOLA HUGONIS EPISCOPI Gratianopolitani & Guigonis prioris Majoris Cartuſiæ ac fratrum ſuorum ad univerſos archiepiſcopos & epiſcopos &c.

Ut ſpiritali gladio mortem Thomæ prioris ſancti Victoris ulciſcantur.

Anno 1133. *Ex ms. Elmonenſi.*

DOminis & fratribus in Chriſto reverendiſſimis archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, & ceteris religioſis perſonis in præſentem locum defenſandæ juſtitiæ congregatis Hugo Gratiopolitanæ eccleſiæ vocatus epiſcopus & filii ejus Carthuſienſium pauperum ſervus inutilis * G. & qui cum eo ſunt fratres agenda cognoſcere & cognita viriliter adimplere per Chriſtum Dominum noſtrum.

* Guigo.

Quod homines ſumus ad naturam; quod juſti ad meritum; quod epiſcopi, vel presbyteri, vel archidiaconi, vel aliquid hujuſmodi, ad eccleſiaſticum ſpectat officium. In primo exiſtimus, in ſecundo ſalvamur, in tertio providendi aliis quæ ſunt utiliora poteſtatem accipimus. Duo igitur priora ad nos, tertium refertur ad proximos. Quod ſi manifeſtum fuerit, juxta illius evangelicæ ficulneæ exemplar, quæ tamdiu expectata fructum non attulit, officium nos inutiliter habere ſuſceptum, nulla juſta cur in eo relinquamur remanebit occaſio. Quod ſi non ſolum inutiles eccleſiæ, verum etiam pernitioſi vel verbis extiterimus vel exemplis; nonne non ſolum dejici, ſed etiam digni ſumus puniri? Et ſi igitur beati (a) Thomæ & (b) ceterorum qui recenter lotis in ſanguine ſtolis ſuis ad cœleſtia feliciter demigrarunt, in conſpectu Domini mors pretioſa mundana ultione non egeat, tamen quia periculoſum eſt, ſi eccleſia Dei, ſine qua nec publicæ res ſalvæ ſunt, nec privatæ, utilitate careat diſciplinæ: rogamus ſupplices & obſecramus, quatenus armatura fidei protecti & rectitudinis zelo ſuccenſi, & ſanctorum Moyſi, Finees, Mathathiæ, beatorum quoque apoſtolorum Petri & Pauli adverſus Simonem, Ananiam & Barieu piè deſævientium; maximèque ipſius Domini venditores de templo cædendo perturbantis exemplo animati, in ſacrilegos homicidas eccleſiaſtici rigoris intrepidè gladium extendatis; eoſque, ſi fieri poteſt, omnibus ſacrorum officiis perpetuo privetis ac beneficiis: quatenus omnis audiens Iſraël timeat, & nequaquam ultra ſimile faciat. Ipſi enim magis quam homicidæ, in quorum cruentas delicias vota complenda, & odia ſatianda ſanctorum ſunt corpora laniata. Qui niſi tantæ nequitiæ non ſolum fructu caruerint, ſed pœnam etiam ſenſerint omnibus apud nos juſtitiæ defenſoribus ſimilia ſunt metuenda. Valete, orate pro nobis, & ſacris elevatis dextris in partem mundi in qua ſiti ſumus benedictionem cum obſecratione perfundite. Iterum valete. Participes nos faciat Deus ſanctorum operum veſtrorum geſtorum. Valete tertiò. Amen.

(a) Is eſt haud dubium Thomas S. Victoris prior vir ſanctiſſimus, de cujus nece extat S. Bernardi ſub nomine Stephani Pariſienſis epiſcopi epiſtola ad Innocentium papam II. epiſt. 159.

(b) Hic innuit cædem Archembaldi Aurelianenſis ſubdecani de qua vide ſancti Bernardi epiſtolam 161. ad Innocentium papam, & Petri Venerabilis epiſtolam 17. lib. 1.

CARTA HENRICI REGIS ANGLORUM de centum marcis argenti monaſterio Cluniacenſi dandis.

Anno circiter 1134. *Ex cartario Cluniacenſi.*

HENRICUS rex Anglorum, archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, comitibus, baronibus Angliæ, & filiis ſanctæ Eccleſiæ ſalutem.

Sciatis quoniam dedi & conceſſi Deo & eccleſiæ beati Petri de Cluniaco, pro Dei amore, & ſalute animarum parentum meorum, & prolis meæ, & pro ſtatu & incolumitate regni mei, centum marchas redditûs ſingulis annis, ſcilicet LX. marcharum in firma & reditibus civitatis meæ Lundonienſis, & XL. marcharum in reditibus civitatis meæ Lincolnienſis: ita tamen quòd has centum marchas quoquo anno reddi faciam eccleſiæ Cluniacenſi de meo proprio theſauro in omnibus diebus meis. Poſt deceſſum autem meum ſtatuo, ut has centum marchas quoquo anno deferant miniſtri mei de prænominatis civitatibus cum aliis reditibus meis ad ſacrarium meum, ibique reddantur nuntio beati Petri. Si verò hæc non fecerint miniſtri, eadem fiat ſancto Petro de pecunia prædicta juſtitia quæ fiet de me firma propria. Hanc igitur donationem meam concedo, & regiâ auctoritate eccleſiæ beati Petri Cluniacenſis in perpetuum obtinendum corroboro. Confirmavit quoque eam precibus meis domnus papa INNOCENTIUS majeſtate litterarum & ſigilli ſui. Et ne quis temerè hoc imminuere, vel infringere præſumat, ſub anathemate prohibuit, teſtibus WILLELMO archiepiſcopo Cantuarienſi, T. archiepiſcopo Eboracenſi, R. epiſcopo Sarum, H. epiſcopo Wintonienſi, A. epiſcopo Lincolnienſi, G. epiſcopo Lundonienſi & canc. & R. de Sig. & R. com. Gloct. & R. ſimiliter com. & Hugone Biger. Dap. Milone Gloct. & P. ſimiliter Joh. apud Horhantonam.

COMMUTATIO

COMMUTATIO CENSUS centum marcharum pro Cluniaco.

REverentiſſimo Patri Dei gratiâ Cluniacenſi abbati P. & ſanctiſſimo conventui Cluniacenſi R. eâdem gratiâ dux Normannorum & comes Andegavorum, æternam in Domino ſalutem.

Felicis memoriæ prædeceſſor noſter HAINRICUS rex Anglorum, centum marchas argenti ſingulis annis Cluniacenſibus fratribus dabat. Eo autem decedente, pro prædictis centum marcis data eſt terra prædictis fratribus. Illam igitur terram Cluniacenſi eccleſiæ & fratribus ibidem Deo ſervientibus jure perpetuo poſſidendam concedimus. Donationem quoque de terra prædicta ab imperatrice factam laudamus & confirmamus. Teſtes ſunt, HUGO archiepiſcopus Turonenſis, Paganus de Claravalle, Guido de Sablolio.

CARTA GOSLENI SUESSIONENSIS epiſcopi, de altari de *Terny* conceſſo monaſterio Sylvæ-majoris.

Anno 1134. Ex autographo.

IN nomine Patris & Filii, & Spiritûs-ſancti. G. Dei patientiâ Sueſſorum epiſcopus vocatus, Petro ejuſdem gratiâ venerabili abbati monaſterii de Sylva-majori, omnibuſque ſucceſſoribus ejus canonicè ſubſtituendis, in perpetuum.

Cathedra cui auctore Deo præſidemus, plus ſollicitudinis gerit, quàm quietis; plus laboris ſecum trahit, quàm tranquillitatis. Quod enim bonus paſtor ſibi commiſſarum ovium vexationibus opponere ſe debeat, earumque injurias ſuiipſius interpoſitione refellere, divinum eſt oraculum. Bonus enim Paſtor Chriſtus & animam ſuam poſuit pro ovibus ſuis. Ea propter, frater in Deo cariſſime, injuriæ, ſeu vexationi quam RAINALDUS Sueſſionenſis comes monaſterio ſancti Pauli, quod juris eſt abbatiæ tuæ, ſuper altare de *Terny* faciebat, qualiter reſtiterimus, atque demum quomodo ad pacem revocaverimus præſentibus notum fieri volumus & futuris; ſicut enim ex carta bullata prædeceſſoris noſtri bonæ memoriæ LISIARDI epiſcopi comperimus, altare de *Terny* cum ſibi pertinentibus, à domno HUGONE quarto prædeceſſore noſtro, monaſterio ſancti Pauli collatum eſt. Cujus rei actio in eadem carta his verbis continetur: Noverit, tam futurorum, quàm præſentium prudentia, eccleſiæ ſancti Pauli, quæ pertinet ad eccleſiam ſanctæ MARIÆ Sylvæ-majoris datum eſſe altare de *Terny* ab HUGONE epiſcopo prædeceſſore noſtro, interveniente RAINAUDO TESCIONIS filio, qui idem altare ab INGERRANNO Cociacenſi in beneficio poſſidebat, admittente quoque & concedente eodem INGERRANNO, ut illius altaris conceſſio per manum præfati epiſcopi HUGONIS, de cujus beneficio deſcenderat, prædicto loco fieret, & facta eſt, & ſic illud altare cum capella Novæ-villæ & appendiciis ſuis, ab illa beati Pauli eccleſia multo tempore poſſeſſum eſt. Poſteà verò cùm prædictus RAINALDUS Jeroſolymam adiens, illa in terra inter bellatores Domini occubuiſſet, eſſetque ejus morte eccleſia ſancti Pauli benefactore & defenſore ſuo deſtituta, JOHANNES Sueſſionenſis comes altare illud de *Terny* monachis ſancti Pauli violenter abſtulit, ſuiſque uſibus mancipavit; ſed ejus violentam ablationem GUIDO caſtellanus prædicti RAINALDI nepos & heres moleſtè tulit, & patrui ſui clariſſimi eleemoſynam & donum mutari, vel minui, ferre non potuit. Frequenter igitur comitem illum per amicos & neceſſarios convenit, & hoc modo concordiam hujus rei obtinuit, ut comes prædictus JOHANNES in vita ſua tantùm altare illud habeat. Poſt mortem verò ejus, abſque mora & contradictione aliqua, ad monachos ſancti Pauli, quibus ſe illud injuſtè abſtuliſſe recognoſcebat, liberum & quietum rediret. Contigit non multò poſt, eumdem comitem morte deficere; poſt cujus mortem, antequam corpus ejus ſepulturæ daretur, uxor illius comitis, & filius ejus RAINAUDUS in manus meas altare reddiderunt flentes, & ſancto Paulo per me reſtitui petierunt, & peccatum quod pater auferendo contraxerat indulgeri, cum multis ſuſpiriis deprecati ſunt. Cui reſtitutioni & redditioni multi ex clericali & ſæculari ordine interfuerunt. Hæc de carta domni LISIARDI prædeceſſoris noſtri, ob rei geſtæ notitiam tranſtulimus. Poſtquàm verò RAINAUDUS comes JOHANNIS comitis filius in militem aptatus eſt, malorum inſtinctu idem altare ſeſivit, & in uſus proprios redegit, quamvis ſancti Pauli monachi idem altare poſt mortem JOHANNIS comitis multis annis quietè tenuiſſent. Quem, cùm ad rationem miſiſſemus, & ipſe juſtitiam ſubterfugeret, per duos annos fere eum extra eccleſiam fecimus. Denique cùm nullam à nobis inde relaxationem habere potuiſſet, in juſtitiam noſtram veniens, altare cum univerſis redditibus monaſterio S. Pauli per manum noſtram reddidit: eo ſcilicet pacto, ut nec ipſe, nec aliquis ſucceſſorum ejus aliquo ingenio, vel quâvis monachorum injuriâ laceſſitus, in ſupradictum altare, vel redditus ejus manum mitteret. ILGERUS verò ſancti Pauli prior promiſit ſe daturum ſingulis annis RAINAUDO comiti, quamdiu viveret, illi, inquam, tantùm, & nulli omnimodis heredum ſuorum, tres modios avenæ ad cumulatam menſuram, & ſeptem annonæ mediatæ, id eſt, quæ non eſſet minùs quàm media de frumento, undecumque prior vellet, non de redditibus altaris de *Terny*, ne fortaſſe ipſum altare comiti aliquando cenſuale videretur. Denique, ut monaſterium ſancti Pauli adverſus moleſtias & vexationes comitis, ſive heredum ejus firmiùs in poſterùm muniretur, ſolemni die Natalis Domini, cùm verbum facturi ad populum poſt evangelium, in pulpitum aſcendiſſemus, rei actionem præſente comite, clero

& populo qui ibi multus convenerat, expoſuimus. Comes verò omnia recognovit & conceſſit, & in præſentia totius eccleſiæ altare de *Terny* monaſterio S. Pauli quietum clamavit, adeo ut nec ipſe, nec heredes ejus in univerſis redditibus ad ipſum altare pertinentibus amplius manum mittant, nec ſibi aliquid inde uſurpent. BATILDIS quoque comitiſſa ejuſdem RAINAUDI comitis uxor, quantum ad ipſam pertinebat, altare ipſum cum pertinentiis ſuis refutavit, & refutationem mariti ſui conceſſit, & laudavit. Nos verò, ſicut indicti eramus, ad miſſæ celebrationem, in oculis totius eccleſiæ excommunicavimus, & anathematis ſententiam promulgavimus, tam in comitem, quàm in comitiſſam, ſive in quamlibet eccleſiaſticam ſæcularemve perſonam, quæ prædictum altare, ſive redditus ejus ſibi uſurparet, aut ab eccleſia ſancti Pauli alienaret, niſi ſecundò tertiòve ſubmonita, infra quindecim dies ablata reſtitueret & emendaret. Et ut hujus actionis memorialis carta inviolatum robur obtineat, ſigillo noſtro muniri eam præcepimus.

Actum eſt hoc anno Incarnationis Dominicæ MCXXXIII. epiſcopatûs autem noſtri nono, regnante in Francia LUDOVICO patre, & LUDOVICO filio inuncto in regem anno quarto, ſicut denotavimus, factum eſt hoc in oculis eccleſiæ. Placuit tamen paucos de multis teſtes apponere. Actioni comitis hii interfuerunt, ARCULFUS præpoſitus, ROARDUS decanus, NOVELO archidiaconus, ADALARDUS archidiaconus, TETBALDUS archidiaconus, EBALUS archidiaconus, JOHANNES ſacerdos, GAUTERIUS ſacerdos, THEOBALDUS ſacerdos, GAUFRIDUS diaconus, INGELBERTUS diaconus, YVO diaconus, INGENULFUS ſubdiaconus, RORIGO ſubdiaconus, ARDUINUS cancellarius, GUISLABERTUS de firmitate miles, GINARDUS de Caſtello miles, GARMUNDUS de Caſtello miles, ROTBERTUS de Foro miles, UGO de Veteri-foro miles, VIDO de Sancto Medardo miles, PETRUS filius Vaſtari miles, INGELRANNUS Matifart, dictus de Vallebodini, THEODORICUS de Novovico, ARNAUDUS de Catheno. Conceſſioni comitiſſæ hii interfuerunt, EBALUS archidiaconus, PETRUS miles filius GERVINI, ROTBERTUS de Foro ibidem recognovit donum quod fecerat eidem eccleſiæ de Guianagio.

CARTA ROGERII COMITIS Carcaſſonenſis de Caunenſis ſanctorum Petri & Pauli Narbonenſis diœceſis abbatiæ ſalvitate

Anno 1136. *Ex autographo.*

EGo ROGERIUS de Biterri comes Carcaſſenſis vel Redenſis, & vicecomes de Ambilet filius CECILIÆ feminæ propter amorem Dei & apoſtolorum ejus laudo & firmo immunitatem & ſalvitatem Caunenſis monaſterii, ſicut antiquitus conſtituta eſt, & ſicut cruces quæ in circuitu firmatæ ſunt, includunt. Et eam tenebo, nec illam infringam ullo modo, neque in ſupradicta ſalvitate, neque in ipſa turre, neque in ipſius cloqueriis eccleſiæ, neque in ipſius villæ fortaliciis quæ modo ibi ſunt, vel inantea erunt, revertar ad faciendam guerram alicui inimico meo. Neque faciam ibi vel inde egreſſum ſive regreſſum, neque ad prædandum vel malefaciendum; niſi pro defenſione ipſius monaſterii, vel ejus honoris; & hoc cum conſilio abbatis & monachorum ipſius loci, ſicut in hac charta ſcriptum eſt, & ibi legi & intelligi poteſt ſine enganno, ſic recognoſco ego ROGERIUS ſupraſcriptus: quod habeo juratum tibi cum toto meo ſenſu, & bona voluntate, ſuper quatuor evangelia. Et ita tenebo Deo, & beatis apoſtolis, & tibi PETRO abbati, per tuam recognitionem, & ſucceſſoribus tuis in omni vita mea; ſic Deus me adjuvet. De iſta ſecuritate & juramento ſunt teſtes & firmatores BERNARDUS de *Canet*, & ISARNUS JORDANUS de Saixiaco, & PETRUS de Laurano, & BERNALDUS de Treſmales vicarius Carcaſſenſis, & GUILLELMUS ROGERIUS Aragonenſis. Factum eſt hoc in monaſterio Caunenſi, in præſentia totius conventus & populi ipſius villæ feria II. VI. Kal. Martii, anno ab Incarnatione Domini MCXXXVI. regnante rege LUDOVICO. PETRUS levita & monachus ſcripſit.

BULLA INNOCENTII PAPÆ II. Ad Fromundum abbatem Vindocinenſem.

De concordia inita inter Vlgerium epiſcopum Andegavenſem & monachos Vindocinenſes.

Anno 1136. *Ex archivis monaſterii Vindocinenſis.*

INNOCENTIUS ſervus ſervorum Dei dilecto filio FROMUNDO Vindocinenſi abbati ejuſque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum.

Inter varias ſollicitudines curaſque multiplices, illa maximè nos urget anxietas, ſi inter perſonas religioſas de bonis ſpiritualibus ſive temporalibus controverſia oriatur. Summopere igitur occurrendum eſt, ut non creſcant jurgia, ſed juxta magiſtram bonorum omnium caritatem quæ nil ſapit extraneum, nil aſperum, nil confuſum, immo propria æquitate nutrit concordiam, diſſociata conjungit, inter ſervos Domini, quos non oportet litigare, pax & unanimitas conſervetur. Æquum enim eſt, ut qui Spiritu Dei aguntur, nulla ſectione mentium, nulla voluntate contraria dividantur: ne inde diſcordia ſumat initium unde pacis fœdera debent ſuſcipere incrementum. Ideoque, dilecte in Domino fili Fromunde abbas, controverſiam quæ inter te ac venerabilem fratrem noſtrum ULGERIUM Andegavenſem epiſcopum, tam de eccleſiis quam de oblationibus & aliis eſt hactenus agitata, ſecundum arbitrium fratrum noſtrorum tam tuo quam ejuſdem fratris noſtri annuente conſenſu, per concordiam duximus terminandam. Tu ſiquidem quoſdam cenſus in quibuſdam eccleſiis Andegavenſis parochiæ Vindocinenſi monaſterio vendicabas, quos utique idem

Digitized by Google

frater noſter appellabat Gyndragia, & tam A
ceos quam oblationes baptiſteriorum in noſtra
præſentia refutaſti. Deinde prædictus epiſcopus
omnem controverſiam quam de burgo de Brio-
leto & de aliis adverſum te & Vindocinenſe
monaſterium habuerat refutavit. Præfatum
itaque burgum & quæcumque in eccleſia ſan-
cti Clementis cum pertinentiis ſuis & in aliis
infra ſcriptis ante promotionem ejuſdem epiſ-
copi, vel querelam ab eo motam habuiſtis, aut
inantea juſtè acquirere poteritis, vobis in per-
petuum liberè habenda conceſſit. In quibus hæc B
propriis nominibus duximus exprimenda. Ec-
cleſiam videlicet de Atheis, eccleſiam de Capel-
la, eccleſiam de Cella, eccleſiam S. Saturnini,
eccleſiam de Congreto, eccleſiam Beluli-campi,
eccleſiam de Pomerolis, eccleſiam de Laignio,
eccleſiam de Avireo, eccleſiam de Jallia, ec-
cleſias de Meduanuillo, eccleſiam ſancti Satur-
nini ſuper Ligerim, & capellam de Braccoſac-
co, eccleſiam ſancti Petri de Maziaco, eccle-
ſiam ſancti Medardi de Caveriaco, eccleſiam
ſanctæ Mariæ de Broc, eccleſiam ſanctæ Ma-
riæ de Caſtellis, eccleſiam ſancti Simphoriani C
de Porcellis, eccleſiam ſanctæ Mariæ de Coſma,
eccleſiam ſancti Petri de Vileriis, eccleſiam S.
Ypoliti, eccleſiam ſancti Germani de Arethio.
Oblationes quoque purificationum, vel nup-
tiarum, & alias ſicut hactenus tenuiſtjs, pro
caritate noſtra & amabili reverentia ſanctæ
Romanæ eccleſiæ ad cujus jus & dominium
Vindocinenſe monaſterium pertinet, tibi &
ſucceſſoribus tuis conceſſit. Verumtamen pro
decima burgi de Brioleto, quæ ad capellam
ſancti Mauricii ſpectare cognoſcitur, unum
agripentum vinearum ſecundum arbitratum D
bonorum virorum magiſtro Guidoni capellano
habendum fruendum dumtaxat in vita ſua pa-
rabis, ſucceſſori verò ſuo dimidium. Redditum
vero tuum oblationum & primitiarum de cel-
la pro caritate ejuſdem epiſcopi preſbytero ip-
ſius loci qui confectus ſenio dicitur, in vita ſua
habendum & retinendum conceſſiſti: qui vi-
delicet ipſum à te recipiat, & à te recognoſ-
cat, poſt cujus obitum, tam oblationes quam
primitiæ ad jus & dominium Vindocinenſis mo-
naſterii, liberè revertantur. Quod ſi fatalitatis
urgente moleſtia idem preſbyter ante reditum E
epiſcopi diem obierit, præfatum redditum poſt
ejus obitum ad Vindocinenſe monaſterium re-
verſurum, jam dictus epiſcopus dum vixerit ob-
tineat. Interim verò ad indicium juris tui, in
quinque feſtivitatibus per annum ſingulas can-
delas de oblatione recipies, quæcumque ve-
ro eccleſiæ ſive eccleſiaſtica beneficia in Ande-
gavenſi epiſcopatu tibi vel ſucceſſoribus ad
opus Vindocinenſis cœnobii collata fuerint:
exceptis abbatiis & canonicis & eccleſiis illis in
quibus epiſcopus vel canonici ſancti Mauricii F
totum vel partem nominata habent, ab eodem
epiſcopo tibi tuiſque ſucceſſoribus & per nos
Vindocinenſi monaſterio ſunt conceſſa. Simili-
ter etiam epiſcopus & canonici ſancti Mauricii
eccleſias in quibus monaſterium Vindocinenſe
totum vel partem habet, acquirere ulterius non
attentent. De eccleſia verò ſancti Nicolai Cre-
donenſis ſtatutum eſt, ut præbendarum & ca-
nonicorum numerus ad ſenarium reducatur.
Tu verò & ſucceſſores tui liberè duas diſcre-
tas de ſex præbendis duobus honeſtis viris &
eorum ſucceſſoribus in perpetuum dabitis. Qui
nimirum poſt ſuſceptum à te beneficium epiſ-
copo Andegavenſi, remota omnis exactionis
moleſtatione, præſentari debebunt. Defuncto
verò altero eorum vel duobus, aliqua illarum
præbendarum in manu tua malo ſtudio mini-
nimè teneatur: ſed abſque fruſtratoria dila-
tione, à te honeſto clerico præbeatur. Quod
ſi dominus Credonenſis voluntati tuæ in hoc
contraire & de duarum datione præbendarum
te impedire tentaverit, epiſcopus ipſum ſecun-
dum ſuum officium & cenſuram eccleſiaſticam
cohercebit.

De quatuor verò præbendis quæ reſiduæ ſunt
regulares canonici de Rota tres, & epiſcopus ſi-
militer unam præbeant. Andegavenſis autem
epiſcopus niſi ſibi præbendam, quam habet in
eccleſia ſancti Nicolai retinuerit, aut canoni-
cis ſancti Mauricii dederit, nulli niſi Vindoci-
nenſi cœnobio dare poſſit. Et quoniam locus
idem ſancti Nicolai frequentationi religioſo-
rum virorum incongruus eſſe cognoſcitur, nec
monachi Vindocinenſes, nec canonici Roten-
ſes ibidem inhabitare præſumant: ſed pro ut
conſtitutum eſt, in eodem loco ſex canonici
ſtatuantur. Status autem matricis eccleſiæ ſan-
cti Clementis, tam in baptiſmo, quam in pro-
pria ſepultura, & in aliis illibatus & integer
conſervetur. Menſura olei quæ eccleſiæ ſan-
cti Nicolai à Rotenſibus canonicis annis ſingu-
lis parabatur, ulterius non detur. Supradicta
quoque quæ auctoritate epiſcopi Andegaven-
ſis indigent, proprii ſcripti munimine & at-
teſtatione canonicorum ſancti Mauricii robo-
rentur: ita videlicet, ut neque ſuo, neque
ſucceſſorum tempore, hujuſcemodi pax & con-
cordia quæ inter nos ſtatuta eſt, aliqua ma-
chinatione ſolvatur. Decernimus ergo ut nul-
li omnino hominum liceat eamdem concor-
diam infringere, ſeu aliqua occaſione convel-
lere; ſed omnia ita firma & illibata ab utra-
que parte in perpetuum conſerventur, quemad-
modum ſuperiùs legitur inſtitutum. Si quis au-
tem contra hæc temerè venire tentaverit, ſe-
cundò tertiòve commonitus, niſi reatum ſuum
congrua emendatione correxerit, excommu-
nicationis ſententiam ſe noverit incurſurum.

Ego INNOCENTIUS catholicæ eccleſiæ
epiſcopus. †

Ego WILLOTUS Preneſtinus epiſcopus.

Ego ULGERIUS dictus epiſcopus Andegaven-
ſis ſubſcripſi †.

Ego LITTIFREDUS preſbyter cardina-
lis tituli Veſtinæ †. Ego RODULFUS Ortanus
epiſcopus †.

Ego LUCAS preſbyter cardinalis tituli
Joannis & Pauli †. Ego GUIDO indignus
ſacerdos ſubſcripſi. †

Ego GREGORIUS diaconus cardinalis
ſanctorum Sergii & Bachi.

Digitized by Google

† Ego Guido cardinalis diaconus S. Adriani. A

† Ego Vassallius diaconus cardinalis S. Euſtachii.

† Ego Hybaldus diaconus cardinalis ſanctæ Mariæ in via lata.

† Ego Grisogonus diaconus cardinalis ſanctæ Mariæ in portica.

Data Piſis per manum Alberici ſanctæ Romanæ eccleſiæ diaconi cardinalis & cancellarii II. Id. Jan. indict. XIII. Incarnationis Dominicæ anno MCXXXVI. pontificatus verò domni Innocentii papæ II. anno VI. B

EPISTOLA INNOCENTII PAPÆ II. ad quoſdam abbates.

Laudat eorum congregationes pro ſtabilienda ordinis diſciplina.

Ex mſ. Elnonenſi.

INNOCENTIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei dilectis filiis N. Reſbacenſi, R. Latiniacenſi, S. Caſſiacenſi, H. S. Theoderici, A. S. Amandi, Jo. Aquicingenſi, W. Letienſi, Se. Lobienſi, Pa. S. Sepulchri Cameracenſis, S. Luciani Belvacenſis, S. Eligii Noviomenſis, J. S. Nicolai de Saltu, in unum in nomine Domini convenientibus, & ceteris abbatibus in eodem ſpiritu congregatis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. C

Evangelicæ inſtitutionis teſtatur auctoritas, quòd ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi ſit ipſe in medio eorum. Accedit quoque quod pſalmiſta cecinit, dicens: Ecce quàm bonum, & quàm jucundum, habitare fratres in unum: ſicut unguentum in capite quod deſcendit in barbam barbam Aaron. D Jocundamur itaque pro vobis in Domino, & debitâ exultatione replemur, quoniam tamquam beati Benedicti diſcipuli, monaſticæ diſciplinæ obſervantiis inhæretis, & de die in diem in eodem proficere cupientes, omnipotenti Deo magis ac magis placere contenditis. (*a*) Placet equidem nobis, & hoc ipſum apoſtolicâ auctoritate firmamus, quod videlicet ſingulis annis in uno monaſteriorum veſtrorum celebrare conventum communiter decreviſtis. Unde etiam E deſiderium noſtrum eſt, ut unguentum ſuavitatis quod de capite deſcendit in barbam, penetralia veſtri cordis infundat: & tam in ſacro conventu dicendi & exequendi quæ recta ſunt, vobis tribuat facultatem. Nec dubium, quin etiam hoc ipſo eorum vos imitatores fore monſtretis, quibus fuiſſe cor unum & animam unam in primitiva eccleſia legimus. Proinde quod veſtro communi decreto de ordine monaſtico conſervando & correctione fratrum ſecundum regulam beati Benedicti, & aliorum F ſanctorum Patrum regulas veſtra diſcretio conſtituet, nos, auctore Domino, ratum habebimus. Adjicimus ut nullus fratrum veſtrorum, poſt factam in ſuo monaſterio profeſſionem abſque prælati & aliorum fratrum licentia, ad alium locum audeat convolare, nec alicui liceat eum ſuſcipere vel tenere. De cetero univerſitati veſtræ debitæ ſalutationis & apoſtolicæ benedictionis alloquium perſolventes, hortamur in Domino, fraternitatem diligite, & caritatem mutuam inter vos ad honorem Dei irrefragabiliter conſervate. Omnipotens Dominus actiones veſtras aſpirando præveniat, & adjuvando miſericorditer proſequatur. Amen.

Data Piſis xv. Calendas Decembris.

VOTUM SULTZÆ.

Anno 1138. Communicavit R. P. domnus Albertus Chaſſignai.

NOtum ſit, tam præſentibus, quàm futuris, quòd ego DIETHELMUS rector & preſbyter in villa & in parochia Sultzæ, de rogatu, conſilio & conſenſu nobilium civium & univerſorum, tam in eccleſiis, quàm in capellis, ad parochiam, ſeu ad villam Sultzæ ſpectantium, non à coactu, immò voluntate vovimus, & ad hoc nos & noſtros pueros, & ſucceſſores noſtros, tam viros, quàm mulieres bonâ fide, ob reverentiam & honorem Domini noſtri JESU-CHRISTI, & genitricis ipſius Mariæ Virginis in clauſtro, ſeu eccleſia in *Dierenbach* Ordinis Cluniacenſis Baſilienſis diœceſis patrocinantis obligavimus, ut ipſa Virgo B. MARIA, & filius ejus JESUS-CHRISTUS, vineas noſtras & agros, tam vini, quàm frumenti, & nos & pueros noſtros, cum rebus, & ipſos tueantur, cuſtodiant & defendant. Quicumque autem fideliter & diligenter proceſſioni intererit, videlicet in Inventione ſanctæ Crucis, & oblationes ſuas ſuper altare B. Virginis Mariæ, ſcilicet unum denarium obtulerit prædictæ eccleſiæ omni anno ſemel, utpote promiſimus & vovimus, ſicut ſuperiùs eſt expreſſum, de qualibet domo, hereditatem æternam poſſidebit; quicumque verò ipſas oblationes dare recuſaverit (quod abſit) indignationem Dei & Genitricis ipſius Mariæ ſciat ſe graviùs incurriſſe.

Acta ſunt hæc anno Domini MCXXXVIII

CARTA LUDOVICI VII. Francorum regis, de anniverſario Ludovici patris, & ſuo, in monaſterio B. Mariæ de Caritate faciendo.

Anno 1138. Ex mſ. Caritatis.

IN nomine Domini, ego LUDOVICUS Dei gratiâ Francorum rex, & dux Aquitaniæ. Notum facimus univerſis fidelibus, tam futuris, quàm præſentibus, quòd nos pro remedio animæ patris noſtri piiſſimi LUDOVICI, & anteceſſorum noſtrorum, & noſtræ, ſanctiſſimæ eccleſiæ de Charitate nobis cariſſimæ donavimus, & in æternùm conceſſimus de frumento noſtro apud Bituriges ſingulis annis, ad ſupplendum victum monachorum, modios quatuordecim. Nos verò ab eiſdem monachis poſtulavimus, & ipſi nobis conceſſerunt per manum domni Petri prioris, ut anniverſarium

(*a*) Hujus approbationis meminere abbates provinciæ Remenſis in epiſtola ad Adrianum papam IV. inter epiſtolas S. Bernardi epiſt. 442. his verbis: *Collectionem noſtram quam beatæ memoriæ Innocentius papa privilegio apoſtolicæ auctoritatis confirmavit & vos per apoſtolicam benedictionem corroborate.* Hinc Mabillonius colligit Capitulorum generalium Ordinis S. Benedicti originem ad Innocentium papam referendam eſſe. Tametſi Capitula generalia in Majori-monaſterio tempore Alberti abbatis annis fere 100. ante hanc epiſtolam celebrata fuiſſe reperio. Verum his in capitulis ſoli ſuperiores Majori-monaſterio ſubditi inter erant.

diem obitûs patris noſtri, & noſtrum ſimiliter A in æternum in eadem eccleſia faciant, & pro nulla occupatione prætermittant. Quod ut perpetuæ ſtabilitatis obtineat munimentum, ſcripto commendavimus, & ſigilli noſtri auctoritate, & nominis noſtri caractere ſubterfirmavimus.

Actum publicè apud Bituricas in palatio noſtro anno Incarnationis Dominicæ MCXXXVIII. regni noſtri II. aſtantibus in palatio noſtro, quorum nomina ſubſtituta ſunt & ſigna. Dapifero nullo. Signum WILLELMI buticularii, Signum MATTHIÆ conſtabularii, Signum B MATTHÆI camerarii.

Data per manum Algrini cancellarii.

EPISTOLA GUARNERII ABBATIS & fratrum Majoris monaſterii ad fratres Cellæ-Brienſis.

Ne ſacriſtiæ aſſignata bona alio diſtrahant.

Circa annum 1138. Ex archivis Majoris monaſterii.

FRatres capituli Majoris monaſterii, & eorum C humilis miniſter frater G. dilectis filiis ſuis & fratribus capituli Cellæ-Brienſis, à regularis obſervantiæ tramite nuſquam declinare.

Sicut in earum adquiſitione rerum, quæ ad utilitatem & decus eccleſiæ ſpectant, indefeſſo nos convenit ſtudio laborare; ita nihilominus circa ea quæ ſunt adquiſita, ne cujuſlibet incuriâ dilapidentur, ſeu negligenter adminiſtrentur, diligentiori nos decet obſervantiâ vigilare. Proinde ſtatuendum, atque præſentis paginulæ auctoritate ſanciendum decrevimus, D quatenus univerſa quæ ſacriſtariæ veſtræ obedientia, tam in theſauro, quàm in ornamentis, ſeu aliis redhibitionibus, vel poſſeſſionibus, inpræſentiarum poſſidet, aut in futurum poterit adipiſci, eidem obedientiæ perpetuo jure inviolabiliter conſerventur. Interdicentes omnimodis, ac prohibentes, ne quiſlibet priorum, vel ſacriſtarum de prælibatis ſacriſtariæ rebus quippiam abſque capituli noſtri & noſtra permiſſione diſtrahere præſumat, aut ingadiare, ſeu quolibet ingenio alienare, vel prioratûs E uſibus applicare. Quod ut à vobis præſentibus atque futuris irrefragabiliter obſervetur, hujus cartulæ ſcripto mandare ſtuduimus, noſtrique ſigilli impreſſione munitum vobis ad monimentum tranſmittendum curavimus. Valete.

CARTA LUDOVICI VII. Francorum regis terram de Foſſato quam pater ſuus ad munitionem caſtelli ſui abſtulerat monaſterio Melodunenſi reſtituentis.

Anno 1139. Ex archivis S. Petri Melodunenſis.

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Amen. Ego LUDOVICUS Dei gratia rex Francorum & dux Aquitanorum univerſis ſanctæ Dei eccleſiæ cultoribus, & præcipuè miniſterialibus noſtris Milidunenſibus, F tam præſentibus, quàm futuris. Notum certumque fieri volumus, quod JOSCELINUS beati Petri Milidunenſis abbas & conventus ejuſdem eccleſiæ adiere ſerenitatis noſtræ præſentiam, humiliter obſecrantes, ut terram ſuam de Foſſato, quam pater meus ad munitionem ſui caſtelli faciendam eis abſtulerat, pro Dei amore redderemus. Nos itaque eccleſiaſticas poſſeſſiones potius augmentare, quam imminuere cupientes, ſanè petitioni locum benignè condeſcendimus, & quia ſui juris fuerat, quomodo terram illam tenueram ad burgenſes hoſpitandos, quietè & liberè reddimus. Quod ne cujuſlibet uſurpatoris invidia infirmari valeat vel repeti, litterarum memoriæ commendari & noſtri nominis caractere & ſigillo ſignari & corroborari præcipimus. Conventio itaque fuit ut in quantum hoſpitalitas domorum hoſpitium duraret, abbas prænominatus caſtrum Milidunum ibidem muro lapideo claudere.........

Actum Miliduni publicè anno Incarnationis Dominicæ milleſimo centeſimo trigeſimo nono, anno verò regni noſtri tertio. Aſtantibus in palatio noſtro quorum nomina ſubſtitulata ſunt & ſigna. Dapifero nullo, S. GUILLELMI buticularii, S. MATTHÆI camerarii, S. MATTH. conſtabularii.

Data per manum Augrini cancellarii.

EPISTOLA CAPITULI GENERALIS Ordinis Ciſtercienſis ad Innocentium II. papam.

Scribit in gratiam Humberti Æduenſis epiſcopi, cujus juridictionem non agnoſcebant monachi Virziliences.

Circa annum 1140. Ex ms. Alnenſis monaſterii.

REverendo patri ſummoque pontifici Domino noſtro INNOCENTIO RAINARDUS Ciſtercii dictus abbas & ejuſdem capituli generalis conventus fructum orationis juxta affectum devotionis.

Simplices ſimpliciter ſcribimus. Nam paterna viſcera non ſermone moventur, ſed devotione. Sanè quotiens ſanctitati veſtræ ſcribimus, ſpiritus repletur gaudio, mens deſiderio, ſed quando mens quod intus affectat, ſermo non æquat, fraudatur gaudium, ſed creſcit deſiderium. Suſcipe ergo, ſancte pater, ſervorum tuorum qualeſcumque litteras, qualemcumque ſermonem, ſed perfectam devotionem. Suſcipe commune votum, communes orationes. Suſcipe communes in unum omnium noſtrum gratias, quod humilitatem noſtræ parvitatis apoſtolicæ celſitudinis dignatione & paterna ſalutatione per coabbatem noſtrum S. Anaſtaſii (a) BERNARDUM, pater reverentiſſime, viſitaſti. Quanto gaudio, quanto zelo repleta eſt domus pauperum, ex quo facta eſt vox ſalutationis in auribus noſtris. Unum quod ante conſpectum apoſtolicæ majeſtatis cum reverentia & humilitate deferimus. Queritur enim nobilis & antiquæ dignitatis Æduenſis eccleſiæ, de qua nunc miſerabiliter ſe privatam eſſe deplorat. Queſtus eſt etiam in capitulo noſtro

(a) Is ſcilicet qui poſtea fuit Eugenius papa III.

Digitized by Google

nobilis ejuſdem eccleſiæ & venerabilis antiſtes HUMBERTUS: adeo ut deſcendens ad humilitatem precis humiliaverit ſe in conſpectu noſtro adverſus intolerabilem abbatis Virzilienſis injuriam Æduenſi eccleſiæ. Sanè cùm manifeſtum ſit Virziliacenſem eccleſiam Æduenſi eccleſiæ & epiſcopo de jure eccleſiaſtico per omnia hactenus fuiſſe ſubjectam, PONTIUS abbas cum gravi & generali ipſius terræ ſcandalo, non pro aliqua neceſſitate ſeu oppreſſione, ſed ſola ſubjectionis ut dicitur, impatientia omnino ſe ſubſtraxit. Aſcendant itaque preces humilitatis noſtræ ad aures veſtræ manſuetudinis, ut hujuſmodi querimoniis debita miſeratione, pro ut decet paternitatem veſtram, pacem congruam provideatis. Eſt enim non mediocre ſcandalum in partibus noſtris, tantam eccleſiam antiquo jure privati, præſertim cùm Æduenſis eccleſia retroactis temporibus inter Gallicanas eccleſias tantæ dignitatis extiterit, ut etiam præ ceteris familiaritatis apoſtolicæ prærogativam videatur obtinuiſſe.

EPISTOLA SIMONIS EPISCOPI Noviomenſis ad archipreſbyteros & preſbyteros ſuæ diœceſis.

Mandat ut Montis-ſancti Martini apoſtatas non retineant.

Circa annum 1140. *Ex cartario Montis-ſancti Martini.*

SIMON Dei gratia Noviomenſis & Tornacenſis epiſcopus, omnibus archipresbyteris, presbyteris ceteriſque ſanctæ matris eccleſiæ perſonis in utraque diœceſi conſtitutis, ad quos litteræ iſtæ pervenerint ſalutem & plurimam dilectionem in Domino.

Æquum eſt ut qui epiſcopali cathedræ præſidemus, vos quibus verbo & opere prodeſſe debemus, ad ſtudium boni operis frequentiùs invitemus. Unde fraternitatem veſtram ſummopere rogamus & præſentibus litteris commonemus, quatenus fratres de Monte-ſancti Martini & omnes alios Præmonſtratenſis ordinis, qui retro abeuntes ad ſæculum redeunt, apud vos nullatenus retineatis. Quod ſi vobis ignorantibus in locis veſtris manſerint, & ab abbatibus vel fratribus requiſiti fuerint, eos à conſortio veſtro exire, & ad locum unde exierint redire, cum rebus quas ipſi eccleſiis ſuis malè rapuerant, ſollicitè compellatis, aut de eis debitam & indilatam juſtitiam faciatis. Valete.

PRIVILEGIUM CONANI Ducis Britanniæ, de fundatione Buzeenſis Monaſterii Ordinis Ciſtercienſis in diœceſi Namnetenſi.

Anno 1141. *Ex archivis Buzeenſis monaſterii.*

QUoniam ſæpius contingit, ut quod à nobilibus viris retroactis temporibus benè geſtum eſſe conſtat, à ſenſu mortalium ſimul & memoria quantocius tranſit ac labitur, niſi litterarum apicibus cauta ac provida commendatione commendetur. Ego CONANUS, ALANI comitis filius, ac Britannorum dux, juſtum fore ſum ratus ac commodum, ut quod, juvante Deo, corde propoſui conſummare, præſentis membranulæ ſtylo poſteritatis pandam notitiæ. Dudum eſt quod ego & ERMENGARDIS mater mea pro ſalute animarum noſtrarum & omnium parentum noſtrorum abbatiam, quæ BUZEIUM vocatur, ædificare ſtatuimus: ſed propria negligentia, & quorumdam ſiniſtro decepti conſilio, cœptum opus, ut debuimus, ad effectum uſque non duximus: immo multa, quæ habitatoribus prædictæ abbatiæ prius dederamus, ſubſtraximus. Veniens igitur olim viſitationis gratia apud Britanniam domnus BERNARDUS abbas Claræyallis, ad cujus abbatiam Buzeenſe cœnobium ſpectat, conſiderans eumdem locum non juxta promiſſionem, quam feceramus, conſtructum & ædificatum; ſed pene deſolatum, ſupramodum vehementer doluit, & me quaſi perfidum & mendacem auſteriſſimis increpationibus redarguens, abbati ac fratribus qui ibidem morabantur, ut locum relinquerent, & apud Claramvallem unde advenerant, citius redire feſtinarent, imperavit. Quod ego audiens, vehementer triſtis effectus, ſimulque verecundia maxima repletus id omnimodis fieri prohibui, & me deinceps abbatiam ædificaturum, ac multa bona eidem largiturum, in prædicti abbatis Claræyallenſis multarumque aliarum perſonarum præſentia promiſi, & inſulam *de Caberon*, quam in principio apud Britanniam adventus Clarevallenſium monachorum liberè dederam, ſed poſtea abſtuleram, & quingentos nihilominus ſolidos, quos in redditibus Namnetenſis fori tamdiu prædictæ abbatiæ annuatim reddendos promiſeram, donec omnia ædificia conſummarentur, & hujuſmodi cenſu locus ipſe non indigere evidenter cognoſceretur, reddidi, & dona omnia quæ prius dederam, ipſam videlicet Buzei inſulam, &c. Verùm ſi quis quærat cur hoc ſecundum privilegium poſt primum ſcribi, noſtroque ſigillo muniri voluimus; ſciat me hoc feciſſe rogatu & interceſſione ERMENGARDIS cariſſimæ matris meæ, &c. Hujus donationis teſtes ſunt, ROTAUDUS venerrbilis Venetenſis epiſcopus, ALANUS Redonenſis epiſcopus, JOHANNES Maclovienſis epiſcopus, HESIUS Namnetenſis epiſcopus, RADULFUS Redonenſis archidiaconus, ROBERTUS GRIMIUM canonicus Namnetenſis, PETRUS abbas ejuſdem cœnobii, ANDRÆAS monachus, PAGANUS præpoſitus comitis, GUILLELMUS S. Albini.

CARTA HUGONIS CANDANAVENÆ comitis S. Pauli.

Confirmat jus abbatis Fiſcannenſis in Blangiacenſe monaſterium.

Anno 1141. *Ex archivis monaſterii Fiſcannenſis.*

NOtum ſit omnibus, tam præſentibus, quàm futuris, quòd ego HUGO Can-

Digitized by Google

davena comes S. Pauli domni HENRICI Fiſcanenſis abbatis, videlicet amici & cognati mei petitionibus ammonitus, eccleſiæ Fiſcannenſis in Blangiacenſi eccleſia jus antiquum & priſtinam dignitatem quam prædeceſſores ſui temporibus anteceſſorum meorum habuerunt recognovi & conceſſi, & ſigilli mei auctoritate perpetuò tenendam confirmavi. Hujus autem rei teſtes fuerunt ex parte præfati comitis, GODEFRIDUS cancellarius ſuus, ARNULFUS & HENRICUS S. Salvatoris canonici, HUGO de Eſtrut, ROBERTUS de Aſli, HENRICUS de Frevent, GAUTERUS Piſat. Ex parte abbatis, GILLEBERTUS abbas Blangiacenſis, GODESCAL abbas de Auceio, MILO Tarvanenſis archidiaconus, ALEXANDER canonicus, RAINAUDUS & ROGERIUS Fiſcannenſes monachi, ISAAC, & JOHANNES frater ejus, HUGO, & DROARDUS de Blangiaco, anno ab Incarnatione Domini MCXLI.

Actum eſt hoc apud Blangiacum, LUDOVICO rege Francorum, MILONE epiſcopo Tarvanenſi.

EPISTOLA PETRI ABBATIS Cluniacenſis ad Diethelmum preſbyterum.

Monaſterium de Thierbach diœceſis Baſileenſis Ordini Cluniacenſi aggregat.

Anno 1142. Communicavit R. P. domnus Albertus Chaſſignat.

VEnerabili preſbytero domno DIETHELMO, & omnibus in parochia de Sultza commorantibus, frater PETRUS Cluniacenſis abbas, ſalutem.

Quando primo novam plantationem de *Thierbach* inchoaſtis, & in ſubjectionem eſſe Cluniaci deſtinaſtis, vos ipſos omnium fratrum Cluniacenſium orationibus incorporaſtis. Quocirca nos eumdem locum ulteriùs permanere in dominio Cluniaci prædicti privilegio ſtabilimus, & nulli alteri eccleſiæ ſubjacere, nec aliud contra privilegium valere præcipimus. Omnes ergo eodem loco bona facientes, nos participes omnium bonorum omnium fratrum Cluniacenſium conſtituimus, & confratres noſtros facimus, & in morte & in vita pro eis orare decernimus, ut Deus eos ab omnibus peccatis abſolvat. Amen.

Datum Cluniaci anno milleſimo centeſimo quadrageſimo-ſecundo, tertio Nonas Martii.

VOTUM RUBEACI.

Anno 1142. Communicavit R. P. domnus Albertus Chaſſignat.

CUnctis futuri ævi hominibus præſenti ſcripto clareſcat, quòd nos univerſitas nobilium & civium utriuſque ſexûs oppidi Rubeaci maturo prævio conſilio, tribulatione incommodorum diverſorum anxiati, de ſcitu, voluntate & conſenſu curatoris animarum noſtrarum ſolemni & perenni voto promiſimus, & præſenti ſcripto promittimus ſub noſtra catholica fide, cui nos ſucceſſoreſque noſtros dicti noſtri oppidi incolas ſub pœna æternæ maledictionis aſtringimus, quòd cœnobium Dei Genitricis in *Dierembach* in proprio eccleſiæ Argentinenſis noviter fundatum Ordinis Cluniacenſis Baſileenſis diœceſis ſingulis annis die Mercurii in hebdomada Sancti Spiritûs cum devota proceſſione, humiliter & obedienter viſitabimus, cum pacto, ut de unaquaque domo unus homo adultus eat, & Reginæ cœli in ſuo altari unum denarium pro conſervandis ſuæ domûs ædificiis, devotâ mente offerat, ob id videlicet, ut ipſa Virgo glorioſa ex ſua mitiſſima miſericordia nos ab inſtantibus malis liberet, noſtroſque ſucceſſores à ſimilibus præſervet, noſtraque bona, tam in vineis, quàm in agris, noſtros etiam infantulos in ſuam protectionem ſuſcipiat, ſuâque piâ prece protegat & defendat, ac ad ſuperna cœlorum gaudia perducat. Amen. Cuſtodientibus prælibatum noſtrum votum ſit pax & lætitia. Amen. Violantibus & frivolè prætermittentibus ſit luctus & væ, maledictio æterna. Amen, amen, amen. Anno MCXXXXII. III. Idus Maii, feliciter, gubernante ſanctam Argentinenſem eccleſiam domno GEBEHARDO, qui prædictum noſtrum votum auctoritate pontificali confirmavit, & ſervandum in perpetuùm mandavit. Acceſſit etiam præmiſſis conſenſus pii patris domni ORTHEBI epiſcopi Baſilienſis, qui veluti diœceſanus, pro gloria Reginæ cœli votum prædictum autoriſavit, & in perpetuùm illibatè cuſtodiri voluit.

LUCII PAPÆ II. ad Henricum Fulgerienſem, & Juhellum de Meduana.

Commendat eis monachos Savignienſes.

Ex mſ. Savignienſi.

LUCIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei: nobilibus viris, HENRICO Fulgerienſi, & JUHELLO Meduanenſi, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Gratum nobis eſt, quòd religioſos fratres Savignienſis monaſterii, ſicut dilecto filio noſtro SERLONE abbate referente cognovimus, in terra poteſtatis à Deo vobis commiſſæ juvatis, & manutenetis, & de facultatibus vobis à Deo commiſſis optata eis ſolatia miniſtratis. Quia igitur non incœpiſſe, ſed perfeciſſe virtutis eſt; per apoſtolica ſcripta vobis mandamus, atque in peccatorum remiſſionem injungimus, quatenus juxta bonum initium locum & fratres ibidem Domino ſervientes, ab omnibus injuſtis calumniis & oppreſſionibus defendatis, & ad ejuſdem loci augmentum ſtudioſiùs intendatis. Sic enim & in futuro ſempiternam à Domino retributionem promereri poteritis, & in præſenti bonorum temporalium abundantiam, & incrementum honoris obtinere.

Datum Lateranis VII. Idus Decembris.

Digitized by Google

A

EPISTOLA STEPHANI VIENNENSIS archiepiſcopi ad Albericum Oſtienſem epiſcopum.

De variis criminibus accuſatus, ad concilium venire recuſat, appellatque ad ſedem apoſtolicam.

Circa annum 1145. Ex mſ. S. Martini Sagienſis.

A. Dei gratiâ Oſtienſi epiſcopo S. Viennenſis eccleſiæ miniſter indignus ſalutem. B Poſt Bellicenſe concilium, ubi archiepiſcopus Lugdunenſis adverſum me, Reverende Pater, tantâ impietate malignatus eſt, ad dominum papam humiliter veniens, noviſſimè obtinueram ut cauſa mea ante veſtram præſentiam diſcuſſa fine canonico terminaretur. Sperabam enim, ut quod furor debacchantis præcipitaverat, veſtræ diſcretionis manſuetudo ad modum & ordinem reduceret, & perſona mea ab æmulis malitioſè vexata, apud vos vel cum juſtitia requiem inveniret. Sed dum fugio arma ferrea, videor mihi incidiſſe in arcum æreum; C litteras enim magnitudinis veſtræ ſuſcepi terribiliter me non invitantes, ſed potiùs urgentes, ut infra quinque hebdomadas, omni occaſione ſublatâ, extra Viennenſem provinciam inter hoſtium laqueos ad remotiſſimas Lugdunenſis provinciæ partes veniam non judicari ut appareat, ſed iterum crucifigi. Illic mihi contra accuſatores meos conflictus indicitur, & adverſus eos quos nunc penitus ignoro defenſionis jubeor arma corripere. De numeroſo quoque LXXII. teſtium populo mihi ſermo non fit, quorum D examinatio licèt ubique difficilis ſit, & longam multorum dierum ſolemnitatem requirat, in externis tamen finibus multò mihi difficilior extat. Præterea in horum omnium defectu cùm canonicè & evangelicè abſolvi debeam, & audire: *Nemo te condemnavit, nec ego te condemnabo*; rurſus mihi novus & ſingularis modus purgationis ingeritur, & à ſacris canonibus penitus alienus, ut quæram ſcilicet religioſos & ſanctos epiſcopos, quorum major pars de Viennenſis eccleſiæ ſuffraganeis exiſtat. E Memento igitur, Pater, quoniam de religione & ſanctitate omnium decernere non meum, ſed illius tantum qui ſolus ſcrutatur renes & corda, & qui ſolus novit qui ſunt ejus. Multi enim in eccleſia Dei ſpecie tenus tantum in veſtimentis ovium veniunt, ſed teſtimonio ipſius JESU-CHRISTI reprobantur, quoniam intus mihi ſunt lupi rapaces. In Viennenſi quoque provincia cùm non ſint niſi tres epiſcopi habitu religionis induti, qualiter ex tribus, vel quinque ad purgationem meam aſſumere valeam prorſus ignoro; F & cum eorum quidam adverſum me ſcriptis ſuis dominum papam & eccleſiam meam ſollicitaverint, ut eos ſubitò partis meæ defenſores & perſonæ meæ purgatores efficiam, ſupra vires humanas fore intelligo. Ipſa etiam capitula nihil expreſſum, nihil determinatum habentia, quid certum, quid ſpeciale oculis meis oſtendunt, cum paſſim & indiffinitè dicatur de eccleſiarum venditione, de immunditia corporis mei, de perjurio militum meorum, de fide promiſſa & mentita, & falſificatione monetæ? nonne hæc omnia magis odium & ſimultatem æmulorum ſignificant, quàm alicujus canonici & legitimi examinis formam demonſtrant? ut cum magis ad omnia imparatus ſim, non dicitur quas eccleſias vendiderim; & cum incontinentia corporis multiformis ſit, cujus fuerim incontinentiæ reus; cum etiam multos habeam milites, quos vel qualiter ad pejerandum compulerim; & cum ſæpius habitum ſine culpa & nota deponere liceat, quando & qualiter, quem habitum depoſuerim; & monetarius cum non ſim, nec fuerim umquam, quando, vel qualiter, vel cum quibus monetam falſificaverim. Quòd ſi totam vitam meam ab ineunte ætate confusè & indeffinitè ſub hujuſmodi purgationis difficultate concluditis; ego quoque evangelicâ vos omnes alloquor ſententiâ: Qui ſine peccato eſt veſtrûm, primus in me lapidem mittat. Nunc igitur velut inobediens, & contemtor præceptorum domini papæ, Vizeliacum venire refugio, quoniam ſi omnia illa quæ prædiximus, eſſent portabilia mihi, domus tamen mea hoc tempore multipliciter afflicta, ad tot & tantos ſumtus non ſufficit, nec velle penitus debeo, ut reſiduum locuſtæ comedat bruchus. Omnis quippe obedientia poſſibilis debet eſſe & loco & tempori congruens; pro his itaque gravaminibus vocem appellationum exhibeo, & ne quid contra me ſtatuatis ex parte domini papæ liber interdico. Quòd ſi hæc apud vos locum non habuerint, pro certo ſcio quia pugnabit pro me contra vos ipſa conſcientia veſtra, & in conſpectu æterni judicis vos cauſa mea præcipites fuiſſe convincet. Mundus etiam, me tacente, clamabit, quia egreſſa eſt iniquitas de Babylone à ſenioribus judicibus, qui videbantur regere populum. Dan. 13. 5. Ego verò, etſi non fuero epiſcopus, ero tamen matris eccleſiæ humilis & obediens filius, & redeunti mihi de tenebris & anguſtiis hujus mundi, occidetur in domo (a) B. Rufi vitulus ſaginatus, ut accenſâ lucernâ comedamus ſimiliter, & epulemur poſt paululum per Dei miſericordiam ad æterni regis convivium intraturi. [a]

EPISTOLA ALBERICI OSTIENSIS epiſcopi ad Petrum S. Maxentii abbatem.

Providet quieti monachorum, quam turbabant capellani.

Circa annum 1145. Ex mſ. S. Albini Andegavenſis.

A. Dei gratia Oſtienſis epiſcopus, ſanctæ ſedis apoſtolicæ legatus: dilecto filio P. S. Maxentii abbati, & loci ejuſdem fratribus ibidem famulantibus, ſalutem in Chriſto.

Quia in regulari propoſito Deo militantibus quietem neceſſariam experti ſumus, veſtræ quieti modis omnibus providere deſideramus; & quia pro eccleſia ſancti Saturnini ab ejuſdem

(a) Hic colliges Stephanum ante epiſcopatum fuiſſe monaſterii S. Rufi religioſum.

eccleſiæ

eccleſiæ capellanis, & ab aliis multas perturbationes & moleſtias univerſitatem veſtram cognovimus pertuliſſe, ut de cetero talia non ſuſtineatis, auctoritate apoſtolica vobis præcipimus, quatinus decedente ejuſdem eccleſiæ capellano, & aliarum eccleſiarum in villa B. Maxentii conſiſtentium capellanis, tales deinceps capellanos eligere ſtudeatis, qui in eiſdem eccleſiis Deo ſervientes reſideant, & de ſibi commiſſis aſſiduam curam gerant. Capellanis verò qui à vobis beneficium temporale accipiunt, & altario crucis deſerviunt, eâdem auctoritate mandamus atque præcipimus, quatinus ita divina myſteria peragant ſecundum conſtitutionem veſtram, ne vobis in aliquo moleſti fiant. Illis verò obeuntibus, nec vos, nec veſtros deinceps ſucceſſores ibidem capellanum aliquem conſtituere volumus; ſed pro quiete veſtra modis omnibus conſervanda, beati Petri apoſtolorum principis auctoritate prohibemus.

EPISTOLA (a) MONACHORUM Clarevallenſium ad Henricum novitium germanum regis Ludovici.

Mittunt ei relationem ſignorum quæ S. Bernardus patraverat in Germania.

Anno 1146. Ex mſ. Alnenſi & Viconienſi.

DOmino deſiderantiſſimo & totis viſceribus caritatis amplectendo fratri HENRICO, vere regio principi, ſalutem optant qui cum abbate ſunt fratres.

Tibi ſpecialiter deſtinandum credidimus deſcriptionis hujus breviculum, ut & tibi ſit conſolatio, & per te ceteris innoteſcat, quibus judicaveris expedire. Moleſta tibi, moleſta & eis eſt patris mora; ſed & ipſius animam gladius iſte pertranſivit, ſicut nos ſcimus. Quidni deſideret ipſe filios tales, quid ni deſideretur talis pater à filiis? Utrum tamen ubicumque ille ſit, apud vos eſt ſpiritus ejus; & corpus ipſum, ſi vobiſcum non eſt, eſt pro vobis. Pater enim filiis theſaurizat. Accipite ergo gratum munus, & nobis qui verſamur in ſæculi fluctibus, orationis rependite beneficium. Agnoſcite quid à Deo datum ſit vobis, cum animabus veſtris tantum patrem paſtoremque providit.

Cùm in regno Teutonicorum verùs Crucis ſervus verbum Crucis annunciaret &c. *Sequitur relatio ſignorum quæ in Germania per ſervum ſuum Bernardum Clarevallenſem operatus eſt Deus.*

EPISTOLA MANUELIS Imperatoris Conſtantinopolitani ad Ludovicum Francorum regem.

Regi ad ſacram expeditionem ſe præparanti liberum per terras ſuas permittit tranſitum.

Anno 1146. Ex ms. ſancti Elgii Noviomenſis.

MANUEL in Chriſto fidelis Deo rex Porphirogenitus, celſſus, ſublimis, & imperator Romanorum, fortiſque ſemper Auguſtus ad præ nobiliſſimum regem Franciæ.

Nobiliſſime rex Franciæ, delata eſt imperio meo littera tuæ nobilitatis atque ſublecta, in qua ſcripſiſti imperio meo, quia diſpoſuiſti exire in viam Dei, & expetiſti imperium meum conceſſionem viæ tranſituſque ſimul & emtionem. Cùm audiſſet imperium meum veſtram motionem, gratam habuit hanc, & gaviſum eſt in hujuſce auditu. Crede namque, ſemper cupiebat hujuſmodi hominem videre qualis eſt tua nobilitas, & jungi & colloqui ei, & ſi eſt Dei voluntas, & veniat tua nobilitas, in magnam acceptionem erit hoc imperii mei. Cupit enim imperium meum, crede, nobilitatem tuam videre, cùm audierit qualis eſt Dei gratia. Scias igitur imperium meum reſcripturum nunc tuæ nobilitati quæ ſuæ voluntatis ſunt: Sed quoniam cauſa magna erat & egens conſideratione, duos quidem fratres templi detinuit hic imperium meum, quo mittat cum eis apocriſarium ad tuam nobilitatem, declaretque ei voluntatem imperii mei. Præſentes verò tuæ nobilitatis homines cum præſenti etiam imperii mei littera ad tuam nobilitatem miſit, ut adnuncient, quia cum magna lætitia & acceptione recepit, & eos & litteram tuæ nobilitatis, & millies millies utinam veniat nobilitas tua. Præſto enim eſt imperium meum ad cooperandum in his quæ per litteram tuam expetiſti. Novit autem nobilitas tua, quod adhuc imperii ſceptra gubernante ſemper memorabili imperatore & avo imperii mei, magna militiæ multitudo ab illis partibus tranſiit, & convenientiæ inter ambos pervenerunt. Futurum eſt ergo ſollicitum imperium meum de hoc, & apocriſiarium miſſurum ad tuam nobilitatem cum duobus fratribus templi, ſicut dictum eſt, & ſcripturam atque mandaturam ſingillatim de omnibus. Ne ſperet ergo tua nobilitas impedimentum quodlibet ab imperio meo reperire. Cum magna enim lætitia accepturum eſt tuam nobilitatem imperium meum, & opportunè viam tuam præparaturum, & tranſitus extructurum tuæ nobilitati & panegena i. conventus rerum venalium. Nobilitatis verò tuæ reſponſarii repererunt imperium meum in tua & contra Turcos motum. Quamvis enim non eſſet imperium paratum velut pacem cum eis habens, tamen quia repente pacem hi diſſolverunt, præſens repertum exercitum aſſumens imperium meum abiit cum Dei auxilio contra eos, & ſicut Deus adjuverit imperium meum Erroſon i. Vale. Miſſa à Deo ſalvata civitate menſe Aug. indict. ix.

(a) Hanc epiſtolam præmiſſam narrationi miraculorum, quæ S. Bernardus anno 1146. patravit in Germania, reperimus in duobus manuſcriptis codicibus, uno Alnenſis monaſterii, & altero, ni mea me non fallat memoria, Viconienſi. In editione tamen operum ſancti Bernardi, & in manuſcripto Clarimariſci eadem narratio Samſoni archiepiſcopo Remenſi inſcribitur. Hinc conjicio ſodales ſancti Bernardi, ſocioſque itineris hanc narrationem primo miſiſſe Henrico novitio Clarevallenſi Ludovici regis fratri, ut gratiam tanto principi præſtarent, & ſimul cum eo omnes fratres qui in cœnobio remanſerant, conſolarentur: eamdemque poſtea Samſoni Remenſi archiepiſcopo nuncupaſſe.

EPISTOLA G. AD S. BERNARDUM Clarevallenſem abbatem

Rogat eum ut regem avertat à propoſito ducendi ſecum in expeditione ſancta epiſcopum Ambianenſem.

Anno 1147. Ex ms. ſancti Eligii Noviomenſis

DIlectiſſimo patri & domino B. Clarevallenſium abbati frater G. quod patri filius. Quædam perlata ſunt ad aures domini noſtri (*) Ambianenſis epiſcopi, quæ admodum terruerunt eum. Homo humilis eſt & de ſe minima ſentit; ſed quod non credit humilitas, crebri rumores adduxerunt in dubium. Rex, ut dictum eſt ei, vult eum habere ſocium peregrinationis ſuæ, & ſuper hoc habere dicitur aſſenſum domni papæ. Magna dignitas ſatiſque jocunda, ſi non impoſſibilitas reclamaret. Pauper & infirmus eſt, ita ut nec corpus labori, nec pecunia ſufficiat neceſſitati. Quantum etiam neceſſarius ſit ad reprimendos raptores & protegendos pauperes Chriſti, qui in diœceſi ſua ſunt, norunt illi; novimus & ipſi qui rem didicimus. Cogimur itaque caritatis affectu veſtram interpellare pietatem, ut eum ſi fieri poteſt, ſuper hoc faciatis excuſatum, conſulens communi eccleſiarum utilitati, gravique compatiens qua vexatur infirmitati. Valete.

CARTA LUDOVICI VII. REGIS Francorum pro monaſterio Linhano abbatiæ Burdigalenſis S. Crucis ſubjecto.

Anno 1147. Ex cartario ſanctæ Crucis Burdigalenſis

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. LUDOVICUS Dei gratia rex Francorum, & dux Aquitanorum. Regalis officii magnificentia nos hortatur, ad amplificandum cultum divinitatis, novella loca fundare, & ea beneficiis regiæ largitatis amplificare. Hujus rei gratia pauperum fratrum religioſorum qui in terra de *Lainan* novellum locum Domino plantaverunt, devotam petitionem benigniùs attendentes, cum aſſenſu ALIENORDIS reginæ Aquitanorum duciſſæ, lateralis noſtræ, locum illum dedicari concedimus, & ſub noſtra protectione ſecurum & illibatum manere præcipimus. De terra autem illa quæ contigua eſt illi loco, de illa videlicet quæ propria noſtra eſt, quantum ad ædificia vel eccleſiæ vel officinarum, vel ad excolendum in uſus ipſorum, neceſſarium & ſufficiens fuerit opportunè, atque etiam de nemoribus noſtris quantum eorum uſibus neceſſe erit, paſcua quoque eorum animalibus ſufficientia, tam ipſis quàm eorum ſucceſſoribus, quæ ſub ordine religionis divinis inibi mancipabuntur obſequiis, liberè damus & concedimus, & per præſentis præcepti munimentum auctoritate regia perhenniter confirmamus. Ita verò noſtræ conſtitutionis donum ſtabilimus atque ſancimus, ut poſtquam locus ille, auxiliante Domino, in tantum excreverit, quod in abbatiam poterit promoveri, fratres loci, pro ſacræ religionis obtentu, ſeu canonicæ, ſeu monaſticæ regulæ ſe ſubjiciant, ut ejus ordinis quem elegerint, abbatem ſibi præponant. Quod ut ita in poſterum ratum permaneat, & inconcuſſum, ſcripto commendari, & ſigilli noſtri auctoritate muniri, noſtrique nominis ſubſtranſcripto karactere corroborari præcepimus. Actum Pariſius anno Incarnationis Domini MCXLVII. regni noſtri undecimo, aſtantibus in palatio noſtro quorum nomina ſubtitulata ſunt & ſigna. S. RADULFI Viromanduorum comitis dapiferi noſtri, S. GUILLELMI buticularii, S. MATTHÆI camerarii, S. MATTHÆI conſtabularii. Data per manum Cadurci cancellarii.

CARTA HUGONIS EPISCOPI Autiſſiodorenſis, de bonis quæ poſſidebat Hugo de Tilio.

Anno 1147. Ex ſchedis noſtri Georgii Viole.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego HUGO Antiſſiodorenſis epiſcopus, præſentibus & futuris notum fieri volo, quòd HUGO DE TILIO, dum eâ quâ mortuus eſt, decumberet infirmitate, coram nobis, aliiſque religioſis ſæcularibus perſonis proteſtatus eſt, quod GUILLELMUS avus GUILLELMI comitis Nivernenſis, qui ad Deo ſerviendum Cartuſiam ſe tranſtulit, poteſtatem Giriaci & caſtrum Luperciacum, cum his quæ pertinebant ad illud, præter Bolum, plures annos dum viveret poſſedit, morienſque ea prædicta nepoti ſuo GUILLELMO in pace dimiſit. Qui ipſa quoque in eadem pace poſſedit, donec præſcripto Hugoni de Tilio illa in hæreditate conceſſit, tam pro recompenſatione amoris & ſervitii ſui, quàm etiam pro terra de Forgiis & pecunia propter hoc data. Et ipſe eadem hæc uſque ad illam diem quâ hæc proteſtatus eſt, in pace poſſederat. Proteſtatus eſt etiam ſe multa alia ab Hugone Sajet, laudante uxore ſuâ Amelinâ, & liberis eorumdem, acquiſiviſſe, & poſt acquiſitionem, uſque ad diem ipſam, quietè poſſediſſe. Hæc omnia ſupraſcripta, præter Bolum, proteſtatus eſt, ſe taliter adquiſiſſe, quod uxori ſuæ Saræ quæ præſens erat, & liberis quos ex ea genuerat, hereditario jure poſſidenda juſtè dimittere poterat, & dimittebat. Huic rei interfuerunt mecum PONTIUS abbas Vizeliaci, PETRUS Boni-radii abbas, STEPHANUS Regniaci abbas, GAUFREDUS abbas de Rupibus, Itherius de Totiaco, Nargodus, & Seguinus de Crux, Gauterius de Monteſcot, Ernaudus Totiaci, Hugo de Prii, Rainaldus, Morellus, & quàmplures alii.

(*) Theoderici ſcilicet qui ex abbate ſancti Eligii Noviomenſis factus eſt epiſcopus Ambianenſis, cujus habemus ad Sugerium ſancti Dionyſii abbatem epiſtolam, qua ſe excuſat à peregrinatione ſancta.

Digitized by Google

BULLA EUGENII PAPÆ III. ad Yvonem abbatem & monachos Rothonenſes.

Confirmat eorum privilegia.

Anno 1147. Ex mſ. S. Michaëlis in periculo maris.

EUGENIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei dilectis filiis YVONI abbati Rothonenſis monaſterii, ejuſque fratribus, tam præſentibus, quàm futuris, regularem vitam profeſſis, in perpetuum.

Deſiderium quod ad religionis propoſitum, & animarum ſalutem pertinere monſtratur, auctore Deo, eſt ſine dilatione complendum. Ea propter, dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatum Rothonenſe monaſterium, quod S. Romanæ Eccleſiæ juris exiſtit, prædeceſſoris noſtri felicis memoriæ Gregorii VII. papæ veſtigiis inhærentes, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona idem monaſterium inpræſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, Deo propitio, poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. Obeunte verò te nunc ejuſdem loci abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi quâlibet ſubreptionis aſtutiâ, ſeu violentiâ, præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris, ſecundum Dei timorem, & beati BENEDICTI regulam, de eadem congregatione providerint eligendum. Quòd ſi talis qui huic regimini congruat, inter vos inveniri non poterit; cum conſilio Romani pontificis aliunde ſibi patrem & magiſtrum expetant. Porro in eccleſiis quas tenetis, ſtatuimus ut presbyteros eligatis, & epiſcopis præſentetis. Quòd ſi idonei fuerint, epiſcopi curam animarum committant, ut hujuſmodi ſacerdotes de plebis quidem cura eis reſpondeant, vobis autem pro rebus temporalibus debitam ſubjectionem exhibeant. Chriſma, oleum ſanctum, in conſecratione altarium, ſive baſilicarum, & ordinationes monachorum, ſeu clericorum, qui ad ſacros fuerint ordines promovendi, à diœceſanis accipietis epiſcopis; ſi quidem gratiam atque communionem apoſtolicæ ſedis habuerint, & ſi ea gratis & ſine pravitate voluerint exhibere: alioquin liceat vobis à quibus malueritis catholicis epiſcopis eadem ſacramenta ſuſcipere. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe concedimus, ut eorum qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, devotioni & extremæ voluntati, niſi fortè excommunicati, vel interdicti ſint, nullus obſiſtat (ſalvo tamen jure matris eccleſiæ.) Hoc quoque, præſente capitulo, ſubjungimus, ut ipſum monaſterium, & abbates ejus, vel monachi, ab omni ſæcularis ſervitii ſint infeſtatione ſecuri, omnique gravamine mundanæ oppreſſionis remoti, in ſanctæ religionis obſervatione ſeduli atque quieti, nulli alii, niſi Romanæ & apoſtolicæ ſedi, cujus juris eſt, aliquâ teneantur occaſione ſubjecti. Ad indicium autem quod cœnobium eorum juris ſit beati Petri & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſingulis annis tres aureos noſtro Lateranenſi palatio perſolvetis. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum monaſterium tenere, perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu aliquibus vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſerventur, eorum, pro quorum ſuſtentatione & gubernatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura (ſalvâ ſedis apoſtolicæ auctoritate.) Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſæculariſve perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temerè venire tentaverit, ſecundò, tertiòve commonita, ſi non ſatisfactione congruâ emendaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemtoris noſtri JESU-CHRISTI aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus, ſit pax Domini noſtri JESU-CHRISTI, quatenus & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

S. PETRUS. S. PAULUS EUGENIUS papa III. Fac mecum ſignum in bonum.

† Ego EUGENIUS, catholicæ Eccleſiæ epiſcopus, ſubſcripſi.

† Ego THEODEWINUS, S. Rufinæ epiſcopus, ſubſcripſi.

† Ego ALBERICUS, Oſtienſis epiſcopus, ſubſcripſi.

† Ego IMARUS, Tuſculanus epiſcopus, ſubſcripſi.

† Ego GUIDO, presbyter cardinalis tituli S. Chryſogoni, ſubſcripſi.

† Ego GISLEBERTUS, indignus ſacerdos tituli S. Martini, ſubſcripſi.

† Ego GREGORIUS, diaconus cardinalis S. Angeli, ſubſcripſi.

† Ego JACINTUS, diaconus cardinalis S. Mariæ in Coſmedim, ſubſcripſi.

Datum Meldis per manum GUIDONIS S. R. E. diaconi cardinalis & cancellarii VIII. Calendas Julii, indict. x. Incarnationis Dominicæ anno MCXLVII. pontificatus verò domni EUGENII III. papæ anno tertio.

EUGENII PAPÆ III. ad Serlonem abbatem Savignienſem.

Ut obſervantia Ciſtercienſis Ordinis in ejus monaſterio, & ab eo dependentibus teneatur.

Anno 1148. Ex mſ. Savignienſi.

EUGENIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei dilecto filio SERLONI Savignienſi

abbati, ejuſque ſucceſſoribus regulariter promovendis, in perpetuum.

Apoſtolicæ ſedis, cui divinâ gratiâ præſidemus, nos auctoritas admonet, beneplacentem Deo religionem ſtatuere, & ſtabilitam exactâ diligentiâ conſervare. Quocirca, dilecte in Domino fili Serlo abbas, tuis juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Savigneienſe monaſterium, cui præeſſe dignoſceris, ſcriptorum noſtrorum patrocinio communimus: ſtatuentes ut Ordo monaſticus ſecundum inſtitutionem Ciſtercienſium fratrum, tam in præfato monaſterio, quàm in his quæ ſub ejus poteſtate conſiſtunt, futuris temporibus inviolabiliter conſervetur, & ut abbatiæ quæ ad jus tui monaſterii pertinere noſcuntur, in tua, tuorumque ſucceſſorum obedientia & ſubjectione permaneant: quarum nomina duximus exprimenda: abbatia de Furum: abbatia de Buſert: abbatia de Biluwas: abbatia de Noth: abbatia de Carreïa: abbatia de Strafort: abbatia de Cogherhala: abbatia de Baſingwer: abbatia de Cumbremare: abbatia de Behelande: abbatia de Suineſhenad, abbatia del Caldrei: & abbatia Inſulæ de Man. Has itaque abbatias, cum omnibus earum pertinentiis, tibi, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum confirmamus. Nulli ergo hominum fas ſit ſuper hac noſtra conſtitutione veſtrum monaſterium perturbare, aut aliquam ei exinde contrarietatem inferre, ſed omnia in perpetuum ita intemerata ſerventur, quemadmodum præſentis ſcripti ſanctione noſcitur inſtitutum. Si quis ſanè hanc noſtri privilegii paginam ſciens, contra eam temerè venire tentaverit, ſecundò, tertiòve commonitus, niſi congruè ſatisfecerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reumque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo Corpore & Sanguine Dei & Domini noſtri Jesu-Christi alienus fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Conſervantes autem eidem loco quæ ſua ſunt, à remuneratore omnium bonorum Deo, intervenientibus beatorum Petri & Pauli meritis, æternæ vitæ præmia conſequantur. Amen. Amen. Amen.

† Fac mecum ſignum in bonum S. Petrus, S. Paulus. Eugenius papa III.

† Ego Eugenius, catholicæ Eccleſiæ epiſcopus, ſubſcripſi.

† Ego* Linarus, Tuſculanus epiſcopus, ſubſcripſi. *lege Yma-

† Ego Odo, diaconus cardinalis S. Georgii ad Velum aureum, ſubſcripſi.

† Ego Octavianus, diaconus cardinalis S. Nicolai in Carcere Tulliano, ſubſcripſi.

† Ego Johannes Paparo, diaconus cardinalis S. Mariæ-novæ, ſubſcripſi.

† Ego Guido, diaconus cardinalis S. Mariæ in porticu, ſubſcripſi.

† Ego Iacinctus, diaconus cardinalis S. Mariæ in Coſmedim, ſubſcripſi.

† Ego Frubaldus, preſbyter cardinalis titul SS. Johannis & Pauli, ſubſcripſi.

† Eg Aribertus, preſbyter cardinalis tituli ſanctæ Anaſtaſiæ, ſubſcripſi.

† Ego Julius, preſbyter cardinalis tituli S. Marcelli, ſubſcripſi.

† Ego Guido, preſbyter cardinalis tituli Paſtoris, ſubſcripſi.

† Ego Bernardus, preſbyter cardinalis tituli S. Clementis, ſubſcripſi.

Datum Remis per manum Guidonis S. R. E. diaconi cardinalis & cancellarii, iv. Idus Aprilis, indictione xi. Incarnationis Dominicæ anno mcxlviii. Pontificatûs verò domni Eugenii papæ III. anno quarto.

LITTERÆ BERMUNDI EPISCOPI Biterrenſis, eccleſiam S. Saturnini, certis ſub legibus Hoſpitali Hieroſolymitano concedentis.

Anno 1148. Ex ſchedis Colbertinis.

Anno milleſimo centeſimo quadrageſimo-octavo, v. Cal. Decembris, Lodoico rege Francorum regnante; in nomine Dei omnipotentis, ego Bermumdus Biterrenſis epiſcopus cum conſilio canonicorum S. Nazarii, videlicet Hugonis archidiaconi, & Maurini ſacriſtæ, & Pontii archidiaconi, & Deodati de Antenacio, & aliorum canonicorum omnium, dono & trado ſancto Domini hoſpitali Hieruſalym, in perpetuum unam capellam, eccleſiam ſcilicet S. Saturnini, quæ eſt extra villam Biterris, ſalvâ obedientiâ & reverentiâ eccleſiæ S. Nazarii ſedis Biterrenſis, ut fratres dictæ domûs decentiùs poſſint ibi * mandare, & honeſtiùs recipi, ac divinum officium audire; & quia cuique jus ſuum volumus ſalvari, antiquam conſuetudinem tenendo, alterius eccleſiæ parochianos non recipiant, ſine conſilio Biterrenſis epiſcopi, & canonicorum ſedis Biterrenſis, nec faciant ibi cimiterium, neque tribuant ibi pœnitentiam, nec Corpus Domini, niſi ſemetipſis, confratribus ſcilicet hoſpitalis Jeruſalem, vel eorum familiæ, nec faciant ibi ſepulturam, niſi illis qui in ſanitate ſua, relicto proprio prædictæ domui ſe contulerint, & crucem jam portaverint; nec dicant ibi miſſam majorem, niſi in feſto S. Saturnini, nec officium ibi fiat in die Paraſceve, nec crux ibi adoretur, nec baptiſmus ibi fiat, nec nubentes conjungantur, nec mulieribus poſt partum à lecto ſurgentibus miſſa cantetur; nec ſonent ſignum, donec ſonent ſigna beatæ Mariæ Magdalenæ; nec ſonent horas in quadrageſima, nec faciant aliquam petitionem de aliquibus ipſi eccleſiæ pertinentibus, niſi conſenſu & voluntate Biterrenſis epiſcopi & canonicorum S. Nazarii; nec committant umquam eccleſiam illam laïcæ perſonæ; nec ſi burgus, vel domus conſtrueretur circa eccleſiam illam in alodio hoſpitalis, laïca perſona aliquid ibi habeat, vel retineat in domibus videlicet, vel hominibus ibidem manentibus; nec recipiant excommunicatos aliquo modo, vel poſitos ſub interdicto Biterrenſis epiſcopi. Veniant ſimul omnes clerici qui manſerunt ibi, ad proceſſiones cum clericis S. Mariæ Magdalenæ, & comedant cum eis in

*f. manere

canonica. Signum BERMUNDI Biterrenſis epiſcopi. S. Hugonis archidiaconi. S. Deodati, S. Guillelmi de Marg. S. Bernardi Bonifacii, S. Guillelmi de Villa-nova, S. Guillelmi Troni, S. Guillelmi de S. Antonino, S. Boneti de Villa-nova, Johannes domni B. prædicti Biterrenſis epiſcopi notarius, ab ipſo juſſus ſcripſit.

DE NOVÆ BURDIGALENSIS ſancti Michaëlis eccleſiæ ædificatione.

Anno 1149. Ex cartario S. Crucis Burdigalenſi.

IN nomine Domini noſtri JESU-CHRITI & intemeratæ Virginis, omniumque cœleſtium Virtutum. Breve recordationis de conceſſione facta eccleſiæ S. Crucis regnante LUDOVICO rege Francorum & totius Aquitaniæ. Quoniam mundi contemtor à paradiſi gaudio & angelorum conſortio nos, inſidiando, cotidie invadere nititur, armis lucis illum ſuperando, videlicet orationibus ſanctorumque ammonitionibus penitus ſatagimus, ut vocem angelicam in die calamitatis audire mereamur, ut ſignum boni operis manifeſtetur, ſimilitudo nobis aperiatur. Sicut in tritura areæ à paleis grana ſeparantur, & in horreis purgata reconduntur, & puriſſimum aurum igne purgatum elucidius apparet: ita nos ſegregando à vitiis & à malignis ſpiritibus, properemus, ut cum electis angelis, cœleſtem manſionem fundando, coronari mereamur. Qua de cauſa benigniſſima mulier *Dozelons* nomine, volente Deo, poſt ſui primi viri obitum, cum ſecundo viro & filiis primi, tantum ſpatium terræ eccleſiæ ſanctæ Crucis, pro anima utriuſque viri & ſui ipſius, & filiorum ejus conceſſit; quantum conventui prædictæ eccleſiæ ad novum opus baſilicæ ſancti Michaëlis conſtituendum recipere libuit. Tali pacto ut in eodem cimiterio & privato loco, ubi vir ejus fuit reconditus, ipſa cum filiis ſuis & alio viro diligenter collocetur, & eorum beneficiorum omniumque orationum participetur, & hoc conceſſum firmiter teneatur. Alioquin, inſidiante diabolo, quicumque hoc donum invadere aut intentionare, ſive litigare voluerit, ſub eodem indiſſolubili vinculo & ſententia quam de aliis conceſſis donis noſtra eccleſia à Romana ſede poſſidet, & in noſtris privilegiis à BENEDICTO & URBANO habetur, in perpetuum teneatur. Actum anno MCXLVIIII. indictione XII. concurrente V. epacta nona. GAUFRIDO Burdegalenſi archiepiſcopo.

EPISTOLA PETRI VENERABILIS abbatis Cluniacenſis ad Hugonem abbatem de Tribus-fontibus.

Ad petitionem S. Bernardi donationem facit monaſterio Trium-fontium.

Anno 1150. Ex cartario Cluniacenſi.

DIlecto & venerabili fratri HUGONI abbati de Tribus-fontibus ejuſque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis frater P. humilis Cluniacenſis abbas in perpetuum.

Nihil magis convenit & perſonæ & eccleſiæ noſtræ, quàm quærere quæ ad pacem ſunt, & ſub caritatis concordia, reliquos ordines qui ubique terrarum nobis & noſtris junguntur, dulciter confovere. Præcipue autem illos qui de Ciſtercienſi ordine exierint, ſpecialiter domum Clarevallenſem, ſingulariter ejuſdem loci abbatem cariſſimum noſtrum, & quæ ad ipſum pertinent volumus omnimodis conſervare. Inde eſt quod eccleſiam de Tribus-fontibus primogenitam filiam Clarevallenſis monaſterii adverſus filios noſtros monachos ſanctæ Margaritæ & illos de Baudo-Villari, ne aliqua querela amplius de vicinitate terrarum inter eos oriatur, præſentis privilegii pagina communimus. Donamus enim prædicto monaſterio de Tribus-fontibus ad petitionem cariſſimi noſtri Clarevallenſis abbatis, & confirmamus quidquid habebamus à parte Trium-fontium uſque ad fontem qui dicitur Berar-Sarcum: ita ut à prædicto fonte ſit meta & linea via Roberti Hiſpaniæ, uſque ad Caladiam de Rocheriis, quæ eſt via ultra veterem capellam, & ultra viam Salmariam; & inde uſque ad territorium de Chanſeniaco: ita ut præfati monaſterii de Tribus-fontibus ſit, quidquid eſt infra terminos iſtos ſine omni coſtumia, ad annuum cenſum decem ſolidorum Pruvinenſis monetæ, qui reddentur ſingulis annis in die Aſcenſionis Domini domui de Baudo Villari. In hac autem terra monachi de Tribus-fontibus in plurimis locis habebant tertiam partem, qui & dederunt nobis quamdam partem quam habebant extra fontem Berar-Sarci, videlicet quicquid ibi habebant: ita tamen factum eſt hoc, quod monachi noſtri de Baudo Villari excolent ibi terram quam excolere ſolebant, vallem illam quæ eſt inter veterem capellam & pratum, & in longum uſque ad Caladiam, viam quam ſupradiximus, & nihil amplius. Quod ſi terram illam dimiſerint monachi, non poterunt eam dare, niſi monaſterio de Tribus-fontibus. Habebunt etiam ibi uſuarium nemoris in omnibus ad proprietatem domus ſuæ, & communem paſturam in omnibus finibus Trium-fontium, ad omnia pecora ſua; & monachi de Tribus-fontibus ſimiliter, in omnibus finibus eorum & ad omnia pecora ſua. Ne autem hoc aliqua temporum vetuſtate vel alicujus hominis perverſitate aut mutaretur aut deperiret ſigilli noſtri inpreſſione firmavimus. Actum eſt hoc anno ab Incar. Domini MCL.

(a) Trium-fontium inſigne monaſterium Ordinis Ciſtercienſis in diœceſi Catalaunenſi anno 1117. fundatum.

EPISTOLA PETRI VENERABILIS abbatis Cluniacenſis ad R. priorem S. Benedicti.

Permittit electionem abbatis.

Circa annum 11.. Ex cartario Cluniacenſi.

VEnerandis & dilectis fratribus noſtris R. priori & aliis apud S. (a) Benedictum

(a) In monaſterio ſcilicet S. Benedicti ad Padum, quod Cluniaco ſubjectum confirmavit Honorius papa II in epiſtola ad Cluniacenſes ſupra relata.

Deo ſervientibus, frater P. humilis Cluniacenſis abbas, ſalutem, & à Domino benedictionem.

Vidimus litteras dilectionis veſtræ, & nuntios audivimus, denuntiantes nobis obitum domni WILLELMI abbatis veſtri, in quibus & illud legimus, quòd videlicet licentiam, gratiam, & benedictionem, ad eligendum abbatem, expetitis à nobis, qui monaſterium veſtrum in honeſtate atque religione regere valeat, & in temporalibus atque ſpiritualibus, opitulante Domino, ad meliora provehere. Ad quod reſcribimus, quòd venerunt cum domno Honeſto abbate, & ejus ſocio, quos nobis miſiſtis: quorumdam Romanorum pontificum privilegia oſtendimus, eaque coram ipſis ex parte legimus, ſcilicet Gregorii papæ VII. Urbani II. Paſchalis II. Gelaſii II. Calixti II. Honorii II. Lucii II. in quibus apertè continetur modus, quo obeunte abbate veſtro, ad abbatis alterius electionem procedere debeatis: quem ſi in veſtra electione, ut decet, ſervaveritis, nos id ſicuti & juſtum eſt, libenti animo vobis concedimus. Et ut ad hujuſmodi electionem faciendam, in nomine Domini procedatis, non ſolùm volumus, ſed etiam prorſus hortamur. Quòd ſi fortè, juxta quod à jam dictis legatis veſtris accepimus, reverendi patris noſtri domni EUGENII papæ mandatum, vel decretum aliud continens, quod nos tamen numquam vidimus, vel accepimus, habetis; nos voluntati ejus, mandato, vel decreto, in nullo contraïmus, neque vos ab implendo ejus præcepto, vel juſſione, in aliquo impedimus. Spiritus conſilii & timoris Domini ſit & nunc & ſemper vobiſcum. Amen.

EPISTOLA PETRI ABBATIS Cluniacenſis ad R. abbatem Moiſiaci.

Mandat ut fratres Beatæ Mariæ Deauratæ juſtitiam faciant canonicis S. Stephani Toloſani.

Ex cartario S. Stephani Toloſani.

VEnerabili & dilecto fratri domno R. abbati Moiſiacenſi, frater P. abbas Cluniacenſis ſalutem & dilectionem.

Præpoſitus S. Stephani Toloſanæ ſedis, de fratribus S. Mariæ Deauratæ querimoniam in concilio feciſſet, ſi non illum compeſcuiſſemus, promittentes eidem juſtitiam de prædicti loci fratribus. Mandamus itaque vobis, ut fratres ipſos cum canonicis judicium juſtitiæ faciatis ſubire, & quod æquitas judicii dictaverit, ita teneri ac proſequi, ut non ſit unde meritò querimoniam debeant facere; ſic enim illis promiſimus, & ſic fieri volumus, ac præcipimus.

LITTERÆ PETRI ABBATIS Cluniacenſis, de ſocietate inita inter Cluniacenſes & Reſbacenſes monachos.

Ex mſ. Reſbacenſi.

UNiverſis ſanctæ Cluniacenſis eccleſiæ fratribus ubique terrarum conſtitutis, frater PETRUS Cluniacenſis abbas, ſalutem, gratiam, & benedictionem.

Pia & cognita opinio probatæ religionis domni NATALIS Reſbacenſis abbatis nobis perſuaſit, quatenus cum ejuſque congregationem noſtræ, id eſt Cluniacenſi congregationi, noſtramque Reſbacenſi, quodam familiarium orationum vinculo viſceribus Chriſti incorporaremus. Noveritis ergo nos ei ejuſque fratribus per omnia loca noſtra conceſſiſſe capitulum, & cum brevis alicujus defuncti Reſbacenſium fratrum ad nos venerit, generalem miſſam in conventu & officium habebit. Ipſe verò domnus NATALIS, ejuſque ſucceſſores in locis noſtris capitulum tenebit, in refectorio ad ſcillam ſedebit, poſt obitum ſuum in Cluniaco tricenarium habebit. Hoc ita obſervandum ſtatuimus.

TESTAMENTUM ROGERII vicecomitis Biterri.

Anno 1150. Ex autographo.

ANno MCL. Incarnationis Dominicæ, ego ROGERIUS de Biterri, in extremitate dierum meorum poſitus, omnia quæ habeo & habere debeo, diſponere volo. Meipſum primitùs dono & auctoriſo Domino Deo & beatæ Mariæ, ac militiæ templi Hieroſolymitani, ad ſepeliendum. Deinde dono & laudo, & cum omni integritate dimitto ROGERIO TRENCAVEL fratri meo, totum honorem meum, civitates videlicet, atque burgos, caſtra, villas, atque dominia, feudos, alodios, acapites, pignoras & acquiſitiones, omneſque rectitudines meas, ubicumque illas à BERNARDO ATONE vicecomite patre meo, ſive ab alio aliquo homine habeo, & habere debeo, excepto hoc quod reddo, ſeu hominibus meis, aut pro anima mea tribuo. Villam verò de Caſiliaco, quam filii GUILLELMI comitis tenent per proprietatem & dominicaturam beatæ Mariæ Craſſæ laudo & recognoſco, & ipſam villam cum hominibus, quæ in terminio ipſius eadem Domina noſtra beata Maria habet, & habere debet, ei, omnique conventui Craſſæ, omni malâ occaſione remotâ, reddo atque dimitto. Filiis autem GUILLELMI comitis, GUILLELMO ſcilicet atque BERNARDO, dono & emendo per præfatam villam de Caſiliaco, villam de Leuco, ut ipſi, ac tota illorum poſteritas, eam habeant & teneant, ſicut pater eorum ipſam habuit & tenuit, & RAYMUNDUS TRENCAVELLUS illam deliberet eis. Inſuper dono eis meam albergam quam habeo in villa de Aiaderno, & in villâ de Virziliano. Leddam, quam injuſtè ſancto Nazario de Carcaſſona, & epiſcopo ac canonicis ejuſdem beatiſſimi Nazarii auferebam, illis reddo, & abſque ulla occaſione malâ definio. Sanctæ Mariæ ſancti Salvatoris Carcaſſonæ, omnibuſque canonicis ejuſdem loci relinquo atque definio totum ipſum honorem, quem illis in Carcaſſona, & in terminiis ejus amparabam, videlicet ipſum honorem qui fuit Raymundi Guillelmi, & om-

Digitized by Google

nia alia quæ eis auferebam. Totum illum honorem, quem Guillelmus mancipii dedit hoſpitali Beatæ Mariæ S. Salvatoris Carcaſſonæ; pauperibuſque ejuſdem hoſpitalis abſque omni inganno eis dono & auctoriſo. Salmum verò, & totos uſaticos noviter miſſos, videlicet illos, quos ego ſive domnus BERNARDUS ATONIS pater meus male impoſuimus, pro remiſſione peccatorum meorum dimitto & abſolvo. De comite de Fuxo habeo & teneo villas & honorem per pignoram ſeptem millia ſolidorum Toloſanorum; & ſi RAYMUNDO TRENCAVELLO ipſos ſeptem millia ſolidos reddiderit, aut cui ille voluerit, ipſam pignoram recuperet. Si autem comes de Fuxo de pignora prædicta male conqueſtus fuerit, & ſine contentione & placito præfatum aver reddere noluerit, RAYMUNDUS TRENCAVEL adſit ei in juſtâ ratione & judicio, propter ipſam pignoram; & comes jam dictus de Fuxo teneat & faciat juſtam rationem & judicium Raymundo Trencavello de Mirapeis, quod nobis injuſtè aufert, ſicut ſuperiùs ſcriptum eſt. Sic ego PONTIUS Carcaſſonæ epiſcopus, vidi & audivi prædictum ROGERIUM de Biterri in ultima voluntate hæc ſupradicta diſponentem in caſtro de Fano-Jovis in domo domnæ Galaræ & filiorum ejus, in die Veneris circa meridiem. Alterâ die poſt feſtum beati Laurentii, proximâ die ſabbati ſequenti, fuit mortuus in præſentia Pontii de Rivo honoris beatæ Mariæ Carcaſſonæ prioris; & Guillelmi de S. Felice, & Bertrandi de S. Paulo, & Guillelmi Rigaldi de Beſceda, & Galardi de Fano-Jovis, & Arnaldi de Clairano, & Raymundi de Brugueira eccleſiæ de Podio ſuperiori miniſtri, & Gaucelmi fratris hoſpitalis Hieroſolymitani. Qui omnes rogati & adhibiti fuimus teſtes hujus ultimæ voluntatis. Et hoc verum eſt. Juravimus in palatio Carcaſſonæ, multis hominibus præſentibus, XVI. Calendas Septembris.

LITTERÆ COMITIS HENRICI Trecenſis ſuper libertate burgi Sancti Dionyſii.

Circa annum 1150.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. HENRICUS divinâ miſeratione comes Trecenſis, tam præſentibus, quàm futuris, in perpetuùm.

Notum fieri volo chriſtianis omnibus, tam clericis, quàm laïcis, ſuburbium quoddam Trecis haberi, quod vulgariter S. Dionyſii burgus appellatur. Porro prædeceſſores mei comites Trecaſſini, canonicis beati Petri majoris eccleſiæ præfatum burgum à temporibus antiquis liberum donaverunt, & immune ab omni juſtitia & exactione, vel conſuetudine, tam ipſorum, quàm & ipſorum miniſterialium ſuorum. Pater verò meus bonæ memoriæ excellentiſſimus comes THEOBALDUS, quod alii comites donum fecerant, piè laudavit, & proprio ſigillo firmavit. Ego & poſt ejus deceſſum, quod ipſe laudaverat, ſatis benignè conceſſi. Sed poſt aliquantum tempus in ira & impetu indignationis propriæ, burgo infracto pro captione cujuſdam Otranni, qui erat epiſcopi, tandem pœnitentiâ ductus, ad vocem & concilium domni BERNARDI abbatis reverendi de Claravalle, veni in capitulum S. Petri, ubi in præſentia domni HENRICI epiſcopi, abbatum & clericorum, & militum meorum, foris factum meum humiliter recognovi, & in manu Odonis præpoſiti ejuſdem eccleſiæ manu propriâ rectum faciendo, totum emendavi, & pro lege quam debebam, Guirrico archidiacono & camerario pileum meum in hujus facti memoriam reſervandum obtuli & donavi; recognitâ ad plenum, & ore meo prorſus approbatâ præfati burgi libertate, immunitate antiqua. Quod ut ratum, &c.

EUGENII PAPÆ III. ad Bermundum Biterrenſem antiſtitem.

Mandat ut Trencavello vicecomiti Biterrenſi permittat capellam ſuo in palatio conſtruere.

Circa annum 1150. Ex ſchedis Colbertinis.

EUGENIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri B. Biterris epiſcopo S. & A. B.

Nobilis vir T. à Jeroſolymis rediens, & per nos tranſitum faciens, à nobis ſuppliciter poſtulavit, quatenus capellam in ſuo palatio ſtrui eo tenore concederemus, ubi ipſe capellanum idoneum debeat invenire, & tibi poſtmodum, ut ei animarum curam tribuas repræſentet, & in vita ſua non interdicatur à divinis officiis, niſi fortè ipſe, vel aliquis de familia ejus culpam commiſerit. Et quoniam petitio ejus toleranda eſt, ut eccleſiæ tuæ, propter hoc detrimentum, non poſſit in poſterùm provenire, per præſentia tibi ſcripta mandamus, quatenus capellam eo tenore quo diximus ædificare permittas; & cùm ab eodem T. invitatus fueris, ipſam capellam conſecrare non renuas, ſalvâ nimirùm in aliis tuâ, & eccleſiæ tuæ integrâ juſtitiâ.

Datum Tuſculani VI. Idus Octobris.

RAYMUNDI COMITIS TOLOSANI, ducis Narbonæ, & marchionis Provinciæ, ad Guillelmum epiſcopum Biterrenſem.

Hortatur ut prohibeat Trencavellum vicecomitem Biterrenſem bona eccleſiaſtica uſurpantem, eique ſuum promittit auxilium.

Circa annum 1150. Ex ſchedis Colbertinis.

G venerabili ac reverendo patri & domino, divinâ diſpenſante gratiâ, Biterrenſi epiſcopo, R. comes Tholoſæ, dux Narbonæ, & marchio Provinciæ, ſic tranſire per bona temporalia, ut non amittat æterna.

Quoniam omnipotens Deus per gratiam ſuam vos vineæ ſuæ diligentem diſpoſuit cultorem, ille benedicatur, cujus ſacerdotium in æternùm manet; deinde diſcretionem veſtram

Digitized by Google

obnixè exoro, ut res eccleſiæ minuere non dimittatis Trencavello, nec aliis, quia in eadem amicitia quâ prædeceſſores mei cum prædeceſſoribus veſtris permanſerunt permanere cupio, & in majori, ſi potero, ſalvandi & defendendi res eccleſiæ, & opus eccleſiæ, cùm neceſſe fuerit, mihi mandare non dubitetis. Valete, & pro nobis, ſi placet, orate.

REVELATIO QUAM TRANSMISIT Domnus Rogerus abbas eccleſiæ B. Evurtii Aurelianenſis ad monachos ſancti Audoëni Rothomagi de Inventione ejuſdem ſanctiſſimi pontificis Evurtii.

Circa annum 1150. Ex mſ. ſancti Audoëni Rotomagenſis.

Dilectis in Chriſto Dominis & amicis F. (a) abbati beati Audoëni, omnique ſanctæ illi congregationi, frater ROGERIUS (b) cœnobii beati Evurtii dictus abbas, totuſque pauperum juſdem loci conventus, ſalutem & dilectionem.

Quod beatum & glorioſum patrem & patronum noſtrum Evurtium debito venerationis affectu honoratis, nos quidem gratias vobis pro noſtra poſſibilitate agimus: ipſe autem pius Dei famulus devotioni veſtræ præmia condigna pro ſua benignitate impetrabit. Nunc quia de ejus ſacratiſſima inventione nobis congaudetis, modumque ejus, & diem ſtudioſè à nobis requiritis, brevitate congrua paucis accipite. Prædeceſſores noſtri ſæculares canonici, qui fermè ante hoc quinquennium in ſancta beati confeſſoris eccleſia ſerviebant, hoc ſæpenumero in propoſito ſuo habuerunt, ut anguſtum adhuc ædificium eccleſiæ dilatarent: qui etiam in hoc rei progreſſi ſunt, ut etiam rogum facerent de cujus calce parietes ſacros conſtruerent, quam ipſam calcem apud nos habemus. Repente autem Dei nutu mutaverunt conſilium, timentes ſcilicet, ne, ſi fortè ſanctum illum theſaurum in agro ſuo invenirent, ab eccleſia pellerentur, & locus ipſe monachis vel regularibus canonicis, qui devotiorem cultum tanto patri impenderent, traderetur. Cùm autem placuit divinæ miſericordiæ nos famulos ſuos ſub regulari habitu degentes in ſancta illa eccleſia ponere, continuò non adquievimus carni & ſanguini; non timentes ſcilicet ubi non erat timor, ſed de Dei miſericordia confidentes, hoc crebro & diu habuimus in precibus noſtris, hoc in deſideriis noſtris, hoc in jejuniis & noſtris afflictionibus, ut benigna Dei pietas glorioſum corpus pii patris Evurtii famulis ſuis revelaret his temporibus noſtris. Miſertus eſt noſtri Dominus, & deſiderium pauperum ſuorum exaudivit. Nam quod petebamus accepimus, quod quærebamus invenimus, apertum eſt nobis ubi pulſabamus. Sæpe quidem domini & patres noſtri quicumque pene tam epiſcopi quàm abbates orandi gratia, ſeu nos viſendi, ut aſſolet, ad nos divertebant, ſummonebant & incitabant pravitatem noſtram, ut ſine cunctatione illud ſingulare gaudium noſtrum quæreremus. Sed & dominus SUGERUS abbas ſancti Dionyſii, vir alti conſilii & prudentiæ excellentis, cum die quadam Aurelianis veniſſet, ductus eſt à nobis in ſecretarium quoddam eccleſiæ noſtræ, quod poſt altare glorioſi patris Evurtii quadam parietis interclusione ab acceſſu publico erat ſeclusum. Oſtendimus ei thecam quamdam magnam ligneam, quæ deinceps ſuper ipſius ſancti venerabile ſepulcrum ab antiquo ſita eſt, in cujus fundo longus quidam & ſubniger lapis, quem aclheſiam vocant, qui ad nihil aliud quàm ad clauſuram ſepulcri videtur præparatus, magnum magni theſauri abſconditi indicium præſtabat intuenti. Tum ille, hic eſt, inquit; hic quærite, quia hîc invenietis. Et adjecit; nolite differre. Exaltate Deum, & exaltatus exaltabit vos. Collegimus audaciam non ſolum de tanti patris oraculo, ſed & de revelationibus ad fratres noſtros factis, necnon & de miraculis apertè in conſpectu noſtro patratis: & ad ſacræ pauſationis locum præmiſſo jejunio & oratione generali, feria ſexta hebdomadæ tertiæ adventus Domini, nocte imminente, cum paucis fratribus acceſſimus: dehinc fodientes, duos ſarcofagos non longo à ſe intervallo alterum ſuper alterum invenimus, qui & ipſi erant intra quatuor parietes altrinſecus ſibi oppoſitos, pulcherrimos quidem, & ex laterculis pictis compoſitos cemento optimo plano & rubeo litos. Primo ſarcophagorum vigilia natalis Domini poſt miſſam ſecretè aperto, nihil prorſus in eo invenimus. In inferiori autem die natalis Innocentium poſt matutinas quod quærebatur inventum eſt. Porro à religioſis perſonis id ſani conſilii accepimus, ut celebris illa tam ſancti corporis exaltatio, ſeu de loco in locum tranſlatio uſque ad adventum Domini regis differretur.

(a) Freherius qui ab anno circiter 1142. ad 1157. abbatiam ſancti Audoëni adminiſtravit.

(b) Quem Sanmarthani anno 1163. primum S. Evurtii abbatem inſtitutum fuiſſe tradunt, ad quem etiam annum regularis vitæ primordia in monaſterio S. Evurtii referunt. Verùm Froherius ad quem Rogerius ſcribit anno 1157. abbatialem dimiſerat dignitatem. Immo Sugerius abbas ſancti Dionyſii cujus hic fit mentio anno 1151. jam obierat.

EPISTOLA GAUFRIDI COMITIS Andegavenſis ad Sugerium abbatem Sancti Dionyſii.

Gratias agit, quod reſtituendæ paci inter regem & ſeipſum operam præbeat.

Ex mſ. Criſtiniana bibliotheca.

SUGERIO Dei gratiâ venerando abbati dilecto ſibi amico G. Andegavenſis comes, ſalutem & dilectionem.

Magnas veſtræ ſublimitati refero gratias, quòd ira & diſcordia quæ inter regem Francorum & me mota eſt, nec veſtro inſtinctu exorta eſt, nec veſtro conſilio habuit incrementum. Magnas etiam ſuper his vobis gratias refero, quòd paci inter nos reſtituendæ operam præbere curetis: quæ ego plurium relatione, & maximè * AR. Lexovienſis epiſcopi amici noſtri ammonitione accepi. At in præſenti

* Arnulſi.

ſenti nullam habeo licentiam tractandi verba illa, quæ mihi per eumdem epiſcopum mandaſtis. Terminus enim negotii regis adeo propinquus eſt, quòd intentè oportet negotia mea præparare, ut exercitui regis advenienti, viribus meis collectis, poſſim obſiſtere. At ſi negotium regis differretur, vel remaneret, ſeu etiam jam tranſactum foret; tunc ego, juxta conſilium veſtrum, & RUDULFI Viromandenſis comitis, de his quæ mihi mandaſtis diligenter tractarem, & quicquid inde facere poſſem, ſalvo honore meo, libenti animo facerem, ſecundum veſtrum & Radulfi comitis conſilium.

EPISTOLA SUGERII ABBATIS Sancti Dionyſii ad Gaufridum comitem Andegavenſem.

Reſpondet ad præcedentem.

Ex mſ. Colſliniana Bibliotheca.

EGregio Dei gratiâ comiti Andegavenſi G. SUGERIUS Beati Dionyſii abbas, ſalutem & dilectionem.

Cùm de negotio veſtro, ſicut nos & epiſcopus Luxovienſis contuleramus, loqueremur; inopinatè venit comes Flandriæ, qui per ſe, ac per quoſcumque potuit, nobis etiam inſiſtentibus, multâ prece vix apud dominum regem obtinuit, ut ſubmonitus exercitus differretur, & trevia inter vos eſſet, & de trevia ad pacem tractaretur. Ejuſdem comitis nuntios vos habuiſſe, & diffuſius veſtræ nobilitati rem aperuiſſe non ambigimus. Serenitatem ſi quidem veſtram proculdubio ſcire volumus, quòd in compoſitione pacis veſtræ, & in quibuſcumque poterimus, amicitiam veſtram & veſtrorum promereri ſatagemus. Novit enim Luxovienſis epiſcopus, quòd fideliter in negotio veſtro laboravimus & elaboramus.

EPISTOLA PETRI BITURICENSIS archiepiſcopi ad Sugerium abbatem Sancti Dionyſii.

Petit excuſari apud regem, quod accedere Meduntam ad eum non poſſit.

Ex mſ. Colſliniana Bibliotheca.

REverendo patri & domino SUGERIO Dei gratiâ Sancti Dionyſii abbati P. Bituricenſis eccleſiæ humilis miniſter, ſalutem, & ſinceram in Domino dilectionem.

A liminibus apoſtolorum, divinâ propitiante clementiâ, cum incolumitate & proſperitate reverſi ſumus: præter hoc quod de ſociis noſtris quoſdam amiſimus, pro quibus gravi mœrore afficimur; nos autem ſupra modum fatigati ſumus, & qui nobiſcum nimios Italiæ calores, & immenſam terræ infirmitatem evadere potuerunt. Inſuper & equi noſtri penitus defecerunt. Quia ergo domni regis vocationem accepimus, ut ei apud Meduntam occurreremus, & hoc impoſſibile nobis eſt; rogamus benignitatem veſtram, quam in multis promptiſſimam adjutricem experti ſumus, de hac re apud domnum regem excuſatos nos habeatis; ne ſit ei grave, cùm propter tot impedimenta, ad ipſum ire non poſſimus. Feſtinare enim ad videndam ejus faciem etiam ſine vocatione vellemus.

EUGENII PAPÆ III. ad Sugerium abbatem.

Commendat ipſi Mo. ſubdiaconum.

Ex mſ. Colſliniana Bibliotheca.

EUGENIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei dilecto filio SUGERIO abbati S. Dionyſii, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Dilectionis tuæ prudentia & devotio, quam erga nos te habere cognoſcimus, hortatur nos tibi frequentiùs ſcribere, & honorando te ſæpiùs onerare. Dilectus filius & ſubdiaconus noſter Mo. quem tibi commendavimus, aliquandiu eſt beneficiorum tuorum ſolatio ſuſtentatus; ſed quoniam debiti onere neceſſaria ope ceſſante gravatur, tuum adhuc auxilium implorare compellitur. Sicut ergo per alia tibi ſcripta mandavimus, ita per præſentia rogando mandamus, quatenus tuæ liberalitatis manum ei non ſubtrahas, ſed eum à debito quo gravatur abſolvas, & ſic inchoatæ largitatis adhuc beneficium largiaris, ut & ipſe ſtudio litterarum valeat, te auxiliante, proficere, & tua largitas nos pro eo tibi faciat ampliùs debitores.

EUGENII PAPÆ III. ad Sugerium abbatem.

De violentia comitis Andegavenſis erga fratrem ſuum Robertum.

Ex mſ. Colſliniana Bibliotheca.

EUGENIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei dilecto filio SUGERIO abbati S. Dionyſii, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Sicut in litteris cariſſimi filii noſtri B. Clarevallis abbatis inſpeximus, ſcripta regis Francorum nuper accepit, in quibus continebatur, quòd comes Andegavenſis terram fratris ſui ROBERTI cum exercitu & violentia intrare diſponit. Tuæ itaque dilectioni mandamus, quatinus ſi neceſſarium eſſe cognoveris, nobis cum feſtinatione ſignifices, & nos pravitatis ſuæ propoſito cum Dei auxilio curabimus obviare.

PETRI ABBATIS CLUNIACENSIS ad Sugerium abbatem.

De mutua inter utrumque amicitia.

Ex mſ. Colſliniana Bibliotheca.

VEnerando, præcordiali, & intimo noſtro domno SUGERIO abbati Sancti Diony-

ſii, frater P. humilis Cluniacenſium abbas ſa- A lutem, & quicquid poteſt.

Si aliud lingua diceret, & aliud lingua retineret, eſſem de illis qui in corde & corde loquuntur, & de quibus verax ſcriptura ait: *Perdes omnes qui loquuntur mendacium.* Quod quia incurrere caveo, à longo tempore non ſolùm vobis, ſed & univerſis qui ſub cœlo ſunt hominibus, falſa loqui perhorreſco. Unde fidem dictis meis non ſolùm nunc, ſed & ſemper ſecurè adhibete. Quia qui nec inimicum mentiendo fallere vellem, amico & intimo nullatenus mentiri poſſem. B Affectus meus erga vos tantus eſt, nec nunc ſolùm eſt, ſed antè plurima tempora fuit, ut non dicam quoſlibet alios, ſed nec ipſos carnis germanos vobis ſe in diligendo præferre, ſollicitè ac ſæpe conſcientia interrogata reſponderit hoc vel ſimile, quia ſæpe reverentiæ veſtræ ſubdere ſuperfluum videtur, niſi etiam ad hæc millies ſcribenda multo quo erga vos fervet amore, amicus animus cogeretur: & jure; expertus ſum enim frequenter amicitiam veſtram, & utinam ſalvo honore & commodo veſtro, C & vos quandoque experiamini meam. Mittimus ad partes veſtras cariſſimum filium noſtrum G. adjutorem Cluniacenſis ordinis, pro quibuſdam negotiis noſtris, quem etiam reverentiæ veſtræ direximus, rogantes ut his quæ ex parte noſtra vobis dixerit, ut nobis credatis, & aut per ipſum, aut per litteras velle noſtrum & reſponſum aut renuntietis, aut reſcribatis.

HUGONIS ARCHIEPISCOPI Rothomagenſis ad Sugerium abbatem.

Scribit ei pro ſuis eccleſiis Pontiſaræ, Calvimontis, & Giſortii, quas rex uſurpatas retinebat.

Ex mſ. Coiſliniana Bibliotheca.

CAriſſimo patri & domino Sugerio abbati S. Dionyſii, Hugo Rothomagenſis archiepiſcopus ſalutem & pacem.

Ex parte mihi veſtra benignitas auſum præſtat, ut vobis exponam quod mea requirit humilitas. Si quidem eccleſiæ de Pontiſare, & Calvomonte, & Gizors, de jure & poſſeſſione Rothomagenſis archiepiſcopi retroactis temporibus extiterunt. Rex eas tenet. Reclamamus, nec pro miſericordia reſpicimur, nec pro juſtitia reveſtimur. Tandem conſilio accepto, per vos tamquam per fideliſſimum regni amatorem pro eccleſiis præfatis regem adhuc requirere volumus, & pro his de paupertate noſtra, ſicut vobis viſum fuerit, ei Domino noſtro ſervire conabimur, ne peccatum hoc jam diu inolitum judex omnipotens aliquando videat ulciſcendum, & ne illis qui eccleſias illas per regem occupant fiat in ſcandalum. Precamur igitur, & humiliter obſecramus, ut ſuper hoc cum domino noſtro rege pro ſalute animæ veſtræ & regis ſtrenua ſatagatis, & per iſtum latorem præſentium, ſeu per alium, prout veſtra gratia viderit exequendum, nobis reſcribere feſtinetis, dum adhuc Cluniaci remoramur, ut pro re cognita ſciamus quid agere debeamus. De Giſors dedit nobis rex ipſe reſponſum, ſe erga nos ita facturum, quòd non habebit in peccatum. Nos expectavimus, & nihil accepimus. Scio vos quàm multis & magnis occupari negotiis, ſed pro liberalitate veſtra inter tam multa, locum inveniat petitio noſtra, cariſſime pater, & domine.

EPISTOLA HUGONIS archiepiſcopi Rothomagenſis ad Sugerium abbatem ſancti Dionyſii.

Iterum ſcribit ei pro eccleſia Giſortii.

Ex mſ. Coiſliniana Bibliotheca.

REverendo patri & domino ſuo Sugerio abbati ſancti Dionyſii Hugo Rothomagenſis ſacerdos ſalutem & gratiæ benevolentiam.

De ſynodo eccleſiæ de Monte-Girol de quo ſcripſiſtis nobis per ejuſdem eccleſiæ presbyterum, ut pro paupertate loci quietum clamaremus, ponimus in reſpectum quouſque vobiſcum loquamur: quia enim ſacrorum canonum inſtituta vobis incognita non ſunt, & noſtra erga vos benevolentia nequaquam vobis eſt incognita, ſecundum beneplacitum veſtrum huic petitioni veſtræ & ceteris obtemperabimus, cum præſentes vobis colloquemur. Scitis quidem quia dum jus debitum patribus ſpiritualibus redditur, pars reſidua divina benedictione ampliatur. De Giſortio conſilium D veſtrum requirimus. Clamat enim Rothomagenſis eccleſia ſe diebus noſtris feodo ſuo exſpoliatam. Inſuper nos taciturnitatis arguit, & quod juſtitiam diſtrictam pro poſſe noſtro non facimus, quouſque Giſors vel æque valens nobis reſtituatur, ammirando conquiritur. Quia vero regi vos fideliſſimum novimus, quem & nos diligimus & diligere volumus, benignè ei ſuggerite, ut ſapienter ſibi provideat, ne pro hac re pœnam excommunicationis incurrat. Singulis enim dominicis diebus illos ſub ana- E themate ponit eccleſia Rotomagenſis, qui bona ſua diripiunt, & minuunt, niſi emendaverint & reſtituant injuſtè occupata. Benè valeat ſancta diſcretio veſtra.

EPISTOLA ARNULFI Lexovienſis epiſcopi ad Sugerium abbatem ſancti Dionyſii.

De quibuſdam negotiis inter ducem Normanniæ & comitem Andegaviæ. F

Ex mſ. Coiſliniana Bibliotheca.

VEnerabili & dilecto patri & domino Sugerio Dei gratia abbati ſancti Dionyſii Arnulfus Lexovienſis eccleſiæ humilis miniſter ſalutem.

Apud dominam imperatricem & filium ejus ducem Normanniæ de negotio de quo vobiſcum tractavi, quantum ad Normanniam pertinet, bonam ſpem, Domino volente, concepi, nun-

Digitized by Google

cioſque ſtatim ad comitem Andegavenſem pro altero verbo, quod ad partem illam ſpectat cum feſtinatione miſerunt: ſupplicantes, ut ipſe verbum illud ad pacem temperet, & illi quoque verbo quod ad Normanniam pertinet benignum conſilium pariter commodet & aſſenſum. Conſilio quoque veſtro plurimum adquieſcere decernentes, benevolentiæ veſtræ non ingratos ſe fore multa hilaritate promittunt. Agat itaque veſtra ſanctitas quod nobis tam ſanctè benignèque promiſit, diemque in quem regia reſponſa poſtulationibus Anglorum veſtro ſtudio dilata fuerunt, per curſorem iſtum litteris familiaribus non gravemini indicare.

EPISTOLA HENRICI Winthonienſis epiſcopi ad Sugerium abbatem ſancti Dionyſii.

Rogat ut nuntium ad Flandriæ comitiſſam dirigat, ſalvum pro ſe conductum ab ea petiturum.

Ex mſ. Coiſliniana bibliotheca.

HENRICUS Dei gratia Winthonienſis eccleſiæ miniſter venerabili fratri & amico cariſſimo SUGERIO abbati ſancti Dionyſii ſalutem.

Super his quæ nobis per Henricum cancellarium noſtrum & fratrem Savarum mandaſtis grates vobis referimus, & rogamus vos, ut cum neceſſe fuerit, & nuntium noſtrum habueritis, mandatum veſtrum effectui mancipetis. Et quia abundans cautela non nocet, & totius Flandriæ poteſtas uſque ad mare, abſente comite, in manu comitiſſæ eſt, videretur nobis conſilium, ut nuncium veſtrum & nuncium comitis RODULFI unà cum litteris veſtris & nuncio noſtro ad comitiſſam Flandrenſem mitteretis, & rogaretis eam, ut quando neceſſe fuerit ad partes illas tranſire, pro amore veſtro tranſeundi per terram & poteſtatem ſuam ſalvum conductum nobis & noſtris donet, & in eundo & redeundo, & ſi quos de ſuis qui nos conducant ab ea poſtulaverimus, illos nobis mittat, & ſuper his omnibus litteras ſuas extra ſigillum ſuum pendentes nobis mittat, in quibus hæc contineantur. De cetero vos rogamus, ut mandetis nobis ſi quid de domino noſtro rege Francorum vel ſuis accepiſtis: & ſi litteras ipſius recepiſtis, litteras ipſas vel earum exemplar nobis, ſi placet, mittatis. Valete, & ita per litteras veſtras & nuncium veſtrum erga comitiſſam agite, ut conductum mihi firmiter donet.

EPISTOLA THEOBALDI archidiaconi Meldenſis ad Sugerium abbatem ſancti Dionyſii.

Commendat ei pauperes moniales de Fontanis.

Ex mſ. Coiſliniana Bibliotheca.

CARISSIMO patri ſuo SUGERIO Dei gratia beati Dionyſii pluſquam abbati reverentiſſimo Theobaldus dictus Meldenſium archidiaconus æternæ cornu ſalutis & obſequium ſinceræ dilectionis.

Notum & divulgatum quod omnium bonorum vos participem libenter facitis, & de die in diem bonis operibus ſtudium veſtrum adhibere ſatagitis, non oblitus, immo diligenter recolens illud Apoſtoli, *Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes, maxime ad domeſticos fidei.* (Gal. 6. 10.) Hac itaque ſecuritate filiæ veſtræ ſanctimoniales de Fontanis ſuæ paupertatis neceſſitate compulſæ, ad vos ſicut ad pium patrem recurrunt, ſupplicantes & obſecrantes, ut manum ſolitæ caritatis ad caput eccleſiæ ſuæ quod modo fabricatur, extendere dignemini: ut bonum quod à principio earum incœpiſtis, effectui mancipare curetis. Vos autem à ſponſo earum menſuram bonam & confertam & coagitatam & ſupereffluentem in ſinum veſtrum recipietis, intrans in gaudium Domini tui. Fiat, fiat. Valeat ſanctitas veſtra, quam incolumem cuſtodiat Deus eccleſiæ ſuæ & regno Franciæ.

EPISTOLA G. PRIORIS DE CARITATE ad Sugerium abbatem Sancti Dionyſii.

Ut favore abbatis Claravallenſis compeſcat oppreſſiones ſibi ab epiſcopo Autiſſiodorenſi illatas.

Ex mſ. Coiſliniana Bibliotheca.

REverendiſſimo domino ſuo SUGERIO Dei gratiâ abbati S. Dionyſii, frater G. fratrum de Caritate humilis miniſter, totuſque ejuſdem eccleſiæ conventus devotas orationes in Domino.

In quanta apud nos memoria veſtræ paternitatis eminentia vigeat, cordis veſtri ſecretum requirite, & ex eo quem circa nos habetis amorem penſate. Et quoniam ſinceræ dilectionis eſt proprium, nec loco abſentari, nec tempore cedere oblivioni, præſentiâ veſtrâ mens noſtra refecta, & de devotione veſtra non mediocriter confidens, multa animis noſtris in tribulatione poſitis de ſollicitudine veſtra promittit; & licèt paternitatem veſtram ſuſcepti officii cura commoneat, ut pauperibus Chriſti, & præcipuè in adverſitate laborantibus, omni debeat anniſu ſuccurrere, non tamen ab re eſt, ſi ſollicitudinem veſtram litterarum noſtrarum ſermo pulſaverit; ſic enim ignis, aurâ flante, fit grandior, ita bonæ mentis ſtudia proficiunt. Quia igitur dominus Autiſſiodorenſis, nec noſtrâ patientiâ frangitur, nec aliquâ pietate ab irrogandis nobis injuriis revocatur, neque pro die compoſitionis inter nos data vel accepta, vel interim uſquequo teneatur, (inquietare nos) ceſſat, nobis etiam ſilentibus, vos veritatis filium & æquitatis amicum ipſa juſtitia & æquitas nobis injuſtè oppreſſis compati compellunt. Si autem juſtitiam renuerimus, & ille vi cogeret, & ipſe quod ſuum eſſet faceret, & nos, ſi ultra vellemus conqueri, non deberemus audiri. Verùm nobis non ſolùm non prohibentibus, ſed & offerentibus ſemper omnem juſtitiam, ille omnia noſtra, & in decimis, & in

Digitized by Google

eccleſiis quæ in ſua poteſtate ſunt, nobis aufert. A Boves verò noſtros non ſolùm cepit, ſed etiam vendidit. Nunc verò poſt diem de pace facienda conſtitutum, quem & ipſe per manum abbatis Clarevallis dedit, non modò non mitigatur, verùm etiam, ut nullam ſpem de compoſitione pacis nobis relinquat, moleſtior modò fit & ſeverior quàm ſolebat. Nunc enim non ſolùm aufert quæ ſub ſe ſunt, ſed & dominum Nivernenſem, & dominum de Danziaco, & alios etiam quoſcumque poteſt, ad auferenda ea quæ ſub eis tenemus, quaſi ex pontificii jure compellit. B Tantis igitur oppreſſionibus vexati, veſtris genibus miſericorditer obvoluti, rogamus ut domni abbatis Clarevallis favorem ad illum nobis mitigandum, veſtrarum precum obtentu habere mereamur, quatinus noſtræ parvitatis memoriam apud vos vigere hujus rei documento ſentiamus.

EPSTOLA STEPHANI REGIS ANGLIÆ ad Sugerium abbatem S. Dionyſii.

Gratias agit pro amicitia & exhibitis ſibi apud regem Francorum beneficiis. C

Ex mſ. Coiſliniana Bibliotheca.

STEPHANUS rex Angliæ, SUGERIO abbati S. Dionyſii, dilecto amico ſuo ſalutem. Multas vobis grates reddo, quòd aſſiduam & indeſinentem dilectionem mihi exhibetis, & ad omnia agenda mea quæ apud regem Francorum experiri vellem, ſemper præſto & interceſſor eſſe curaſtis, ſicut ab eis accepi, qui inde ad me redierunt. Et ſciatis quòd multùm D vobis ſum obnoxius, & libentiſſimè vobis & veſtris benignitatem quam mihi totiens impendiſtis retribuam, & terras veſtras quæ in parte mea ſunt cuſtodiri & defendi faciam, & ex quo potero, illam vobis terram reddam quam vobis dedi, quæ adhuc eſt in poteſtate inimicorum meorum.

EPISTOLA HENRICI EPISCOPI Wintonienſis ad Sugerium abbatem Sancti Dionyſii.

Commendat ei regis Angliæ negotia. E

Ex mſ. Coiſliniana Bibliotheca.

HENRICUS Dei gratiâ Wintonienſis eccleſiæ miniſter, venerabili fratri & amico SUGERIO abbati S. Dionyſii ſalutem.

Negotium regis fratris mei dilectioni veſtræ attentius committo, poſtulans ut illud more ſolito foveatis, & prout ei expedire noveritis, ad effectum perducere non differatis. Quòd au- F tem majores nuntios, nec regi, nec vobis direxi, hoc in cauſa fuit, quòd vix tutò redire potui, & vix aliquis ex parte noſtra ad vos ſecurè tranſire poteſt. Quare iſtum qui fidelis regis & meus eſt, regi & vobis tranſmitto, & quæ verbis ex parte noſtra vobis dixerit, quæ ſcripto non continentur, fidem habete.

EPISTOLA BALDUINI EPISCOPI Noviomenſis ad Sugerium abbatem Sancti Dionyſii.

Excuſat ſe, quod vocatus, ad eum non acceſſerit.

Ex mſ. Coiſliniana Bibliotheca.

DOmino & amico venerabili SUGERIO B. Dionyſii abbati B. Noviomenſis eccleſiæ miniſter indignus Spiritum fortitudinis.

Quòd ad feſtivitatem & veſtram ſubmonitionem non venimus, cariſſimi fratris & coepiſcopi noſtri domini Catalaunenſis preces multiplicatæ quæ præceſſerant, nos urgebant; non hoc ad excuſationem prætendimus, ſed amico veritatem inſinuamus. Quòd ſubſecutæ ſunt litteræ, in quibus de veſtra infirmitate verbum accepimus, novit Deus quàm duri nuntii bajulæ fuerunt, ſed Catalauni eas primùm vidimus, cùm jam in itinere eſſemus, & uſquequo incœptum terminaretur negotium, recedere ab epiſcopo non potuimus. Confidimus autem in Domino, qui non deſeruit ſperantes in ſe. Quis enim ſperavit in illo, & confuſus eſt? quòd non patietur parvitatem noſtram abs ſpe ſua fruſtrari, ſed etſi ad horam de verbere veſtro contriſtavit nos, multò magis de celeri recuperatione ſalutis lætificabit. Credimus autem, Deo volente, videre vos in brevi, & hoc petimus. Hoc votis omnibus deſideramus, ut Dominus JESUS, ſicut eccleſiæ ſuæ novit expedire & regno, ſanum vos & jocundum celeriter reſtituat, tam nobis, quàm ceteris familiaribus & amicis veſtris. Valete.

EPISTOLA SUGERII ABBATIS Sancti Dionyſii ad Henricum epiſcopum, & capitulum, clerum & populum Belvacenſem.

Eos revocat à ſeditione in regem meditata.

Ex mſ. Coiſliniana Bibliotheca.

VEnerabili epiſcopo H. & nobilis eccleſiæ B. Petri Belvacenſis capitulo, clero ſimul & populo, SUGERIUS Dei gratiâ beati Dionyſii abbas pacem ſuperiorem & inferiorem à Rege regum & rege Francorum.

Ex ea familiaritate quam & hujus domini regis & patris ipſius temporibus, querelis emergentibus, pro pace veſtra ab omni munere manus continens fideliter, ut meliùs noſtis, laborare conſuevi, nunc quoque, gravi licèt detentus infirmitate, rogo, perſuadeo, & modis omnibus laudans conſulo, ne contra dominum regem & coronam, cui omnes archiepiſcopi, epiſcopi & barones innitimur, & jure fidelitatis debitores exiſtimus, contumaciter, quod vobis non expedit, calcaneum elevetis. Novus eſt enim, & ſæculo inauditus hujuſmodi auſus, nec diutius abſque civitatis & eccleſiæ deſtructione poteritis ſuſtinere. Moveri enim arma ab epiſcopo, vel commiſſo ſibi populo adverſus communem dominum, præſertim inconſulto ſummo pontifice, & regni epiſcopis, atque pro-

Digitized by Google

ceribus, quàm pernitioſum & periculoſum ſit, ipſi facilè cognoſcetis. Unum eſt quod vos maximè ab hac debeat præſumtione revocare: quia uſque ad hoc tempus anteceſſores veſtros tale aliquid attentaſſe nuſquam audiſtis, nec tam nefandi operis exemplum in geſtis, vel relationibus antiquorum invenire poteritis. Quid eſt quod contra dominum regem, videlicet pium eccleſiarum amicum, ac totius boni æmulatorem intentiſſimum calcaneum extuliſtis, quippe cùm voluntatem prorſus non habeat, ut vel vobis, vel aliis quicquam injuſtè auferat, qui ſi malorum perſuaſione, aliquid fortè minùs bene adverſum vos egiſſet; conveniendus utique priùs erat per regni epiſcopos & proceres, ſive potiùs per dominum papam, qui caput eſt eccleſiarum, quique omnia facilè pacificare potuiſſet. Redeat igitur ad cor novi epiſcopi nobilitas, qui, quamvis plebeio tectus amictu, indocilis privata loqui, regem dominum & fratrem magis placandum graviter commovit. Si ex amore eccleſiæ ſuæ hoc facit, habeat zelum ſecundum ſcientiam. Si bene offerre nititur, rectiùs dividat. Regiam clementiam blandiendo, & ſe voluntati illius exponendo, tam ſibi, quàm eccleſiæ ſuæ & civibus reconciliet, ne diabolica aſtutia, aut proditionis coronæ, aut fratricidii infamis ignominia, vel tale aliquid emergat. Et quid de vobis dicam cariſſimis amicis noſtris, decano & archidiaconis, & nobili clero capituli, ſi audiero nobilem ſtatum eccleſiæ veſtræ ſubverti, eccleſiarum Dei copiam hac occaſione igne conflagrari? Novit qui omnia novit, quòd graviter infirmus, & quartano typo laborans, graviùs hoc languore ad præſens affligor, & meipſum libenter pro ſedatione hujus ſeditionis contraderem. Quid autem vobis dicam, cives miſerrimi, quos valde abſque cupiditate aliqua diligere conſuevi (neque enim recordor me aliquando vel unum nummum à vobis accepiſſe) ſi audiero civitatis ſubverſionem, filiorum veſtrorum & uxorum exulem deprædationem, virorum multorum detruncationem? Quæ ſi modò fiat; tantò citiùs, ſi quâcumque occaſione differantur, tantò ardentiùs, crudeliùs, & miſerabiliùs fient; creſcit enim odium ex ultionis dilatione. Miſeremini veſtri, miſereatur ſibi nobilis pontifex, miſereatur clerus ſuiipſius, quia ſicut non poterit formica currum trahere, ſic nullomodo poterunt civitatis Belvacenſis ſubverſionem à fortitudine coronæ & ſceptri defendere. Si quid ſcire poſſum, ſi quid retinui, qui jam in his conſenui, veſtra longo labore parta raptoribus & furibus expendetis, iram domini regis, immo omnium ſuccedentium vobis accumulabitis, odium ſempiternum veſtris generationibus generabitis, univerſis per totum regnum eccleſiis regiam devotionem & miram liberalitatem, quâ hanc & alias ditaverunt, in ſempiternum peſſimi hujus facti memoria ſubmovebitis. Videte, videte, viri diſcreti, ne & aliâ vice reſcribatur, quod ſemel inventum eſt in marmorea columna hujus civitatis ore imperatoris dictum: *Villam Pontium refici jubemus.*

EPISTOLA (a) SUGERII ABBATIS S. Dionyſii ad S. Bernardum abbatem Clarevallis.

Gratias agit de conſolatione ſibi in extremis agenti data, ſeque ipſius commendat orationibus.

Ex mſ. Coiſliniana Bibliotheca.

AMantiſſimo domino & patri venerabili, Dei gratiâ Clarevallis abbati BERNARDO, SUGERIUS adhuc B. Dionyſii humilis miniſter ſalutem & ſinceræ dilectionis affectum.

Viſitaſti nos litteris veſtris, viſitet vos Oriens ex alto. Munuſcula veſtra, immo munera maxima, mappulam pretioſam, panem benedictionis veſtræ, litteras conſolationis, in quibus continentur verba bona, verba ſancta, melle & lacte redundantia, mihi miſero peccatori delegaſtis, & in extremis poſito conſolationem maximam præbuiſtis. Si enim angelicam faciem veſtram vel ſemel ante deceſſum meum videre potuiſſem, ab hoc miſerrimo ſæculo ſecuriùs exirem. Sciatis autem pro certo, quia ſi mille anni, aut ultra, vivere meruiſſem, niſi in beneplacito Dei remanere non curarem. Nec enim ex operibus juſtitiæ, ſed in ſola Dei miſericordia confidens, quam ſemper in ſe ſperantibus exhibet, ad eum redire, totâ cordis intentione deſidero; unde & animam meam in ſanctas manus veſtras devotè commendo, & ut veſtris & ſanctarum congregationum veſtrarum orationibus, divinam propitiationem animæ meæ concilietis, genibus veſtræ ſanctitatis provolutus efflagito.

EPISTOLA JOSLENI EPISCOPI Sueſſionenſis ad Sugerium abbatem S. Dionyſii.

De deſiderio ipſum videndi.

Ex mſ. Coiſliniana Bibliotheca.

DOmino & dignè reverendo SUGERIO, Dei gratiâ B. Dionyſii abbati G. ejuſdem patientiâ Sueſſorum vocatus epiſcopus, ſalutem in Domino.

Non eſt majus deſiderium in terra, quàm videre vos; verumtamen adeo imbecillis ſum, ut nec eques, nec pedes ire ſufficiam. Attamen Deo volente, quibus dietis potero, ad vos venire feſtinabo; nec tamen poſt vos me diu ſuperſtitem fore exiſtimo. Valete in Domino.

EPISTOLA SUGERII ABBATIS S. Dionyſii ad Goſlenum epiſcopum Sueſſionenſem.

Reſpondet ad præcedentem.

Ex mſ. Coiſliniana Bibliotheca.

AMantiſſimo domino & amico, venerabili Dei gratiâ Sueſſionenſi epiſcopo G. SUGE-

(a) Hanc epiſtolam ſcripſit Sugerius morti proximus, acceptâ ſancti Bernardi epiſtolâ 266. quâ ſanctus abbas eum animat, ut mortem intrepidus excipiat, his verbis: *Homo Dei, ne trepides exuere hominem illum qui de terra eſt.... Quid tibi & terrenis exuviis, qui ad cœlum iturus, ſtolâ gloriæ mox indui habes?*

RIUS, & adhuc B. Dionyſii qualiſcumque abbas omnipotenti Deo inter felices epiſcopos JESU-CHRISTI feliciter epiſcopari.

Æque ut vos amicum veſtrum, aut plus ſi poſſum, vos videre deſidero; ſed quia per me non valeo, omnipotenti Deo ut ante deceſſum meum vos videre merear, quâ poſſum prece ſupplico. Quod autem mihi mandaſtis vos poſt me non eſſe diutiùs ſuperſtitem, ut Deus & vitam & proſperitatem vobis conſervet, quia mihi utillimum eſſet, totâ cordis intentione deſidero, & divinam pietatem attentiùs exoro. Faciem autem veſtram videre expecto, & de tanti amici expectatione gratulor.

EPISTOLA GOSLENI EPISCOPI Sueſſionenſis ad Sugerium abbatem S. Dionyſii.

Reſpondet ad præcedentem.

Ex mſ. Coiſliniana Bibliotheca.

DOmino & dignè reverendo S. Dei gratiâ B. Dionyſii abbati, G. ejuſdem patientiâ Sueſſorum vocatus epiſcopus, ſalutem in Domino, & diuturnioris vitæ beneficium.

Ecce venio plus deſiderio veſtræ viſitationis evectus, quàm corporis mei poſſibilitate. Orate ergo B. Dionyſium, cui nihil negari poteſt, ut apud Deum obtineat, quatinus vivum vos inveniam. Bonam valetudinem Dominus vobis conferat, donec ad vos veniam, & ultra.

EPISTOLA SUGERII ABBATIS S. Dionyſii ad Ludovicum regem.

Regem regnumque Deo commendat, regi eccleſiam Sancti Dionyſii.

Ex mſ. Coiſliniana Bibliotheca.

GLorioſo Dei gratiâ regi Francorum & duci Aquitaniæ L. cariſſimo domino noſtro, SUGERIUS, omnium abbatum B. Dionyſii minimus, devotas in CHRISTO orationes & fidele ſervitium.

Graviſſimi languoris longâ attritione conſumtus, diſſolutionem meam imminere, excellentiæ veſtræ ſignificare dignum duxi, in bona ſpe & bona fide Dei miſericordiam, quam numquam in ſe ſperantibus denegat, totâ cordis intentione præſtolando. Mirantur ſi quidem omnes, quòd tanto, tam longo dolore attritus ſupervixerim, exiſtimantes hoc ex divinæ pietatis largitione meæ parvitati impertitum eſſe, ut cùm tantum pœnitendi ſpatium habuerim, annos meos in amaritudine animæ meæ recogitem, & mihi provideam. In tanto etenim honore poſitus, abſque multis vivere non potui. Perſonam autem veſtram, & perſonæ proſperitatem, & regni ſtatum Domino Deo attentiùs commendo; & ut inter felices reges coronam gloriæ æternæ immarceſſibilem obtineatis, quâ poſſum prece divinæ pietati ſupplico. In omnibus verò, & inter omnia, & ante omnia, pro nobili eccleſia beati Dionyſii, quæ maxima regni & coronæ veſtræ portio eſt, nobilitatem veſtram attentiùs deprecor, ut eam tamquam bonus dominus & pius foveatis, & manu teneatis, & ei conſilii & auxilii manum porrigatis. Meminerit regiæ majeſtatis celſitudo quomodo juvenis de terra veſtra exiſtis, nobile regnum Francorum in manu eccleſiæ dimiſiſtis, per tot pericula & mortes eccleſiam orientalem viſitaſtis: videte, penſate, ne tantum laborem amittatis. Diligite Eccleſiam Dei, pupillos & viduas defendite, & ſic contra omnem poteſtatem, tam aëream, quàm mundanam, & contra æmulorum inſidias, quos multos habetis, Deo auxiliante, poteritis reſiſtere. Hoc enim eſt meum conſilium. Hanc epiſtolam, quia me non poteſtis, vobiſcum ſemper retinete, & quod in ea ſcriptum eſt adimplere ſatagite; pro vobis enim vobis loquor. Valeat celſitudo veſtra.

EPISTOLA NUNCUPATORIA Georgii monachi Britulienſis in ſuam ſuper Exodum expoſitionem.

Ex mſ. Prulliacenſis monaſterii (a)

REverendis patribus (a) & dominis de Karoli-loco, de ſancto Luciano Belvacenſe, de ſancta Genovepha Pariſienſe, & de ſancto Petro Selincurtenſe abbatibus & capitulis minimus fratrum Britulienſium Georgius in Domino delectari.

Scriptum eſt delectare in Domino; & dabit tibi petitiones cordis tui, ſi tamen ipſæ petitiones concordent delectationi. Prius eſt ergo delectari, poſtea petere: ut & tu in Domino delecteris; & Dominus in te. Nil in mundo dulcius Dei delectatione. Hanc frequenter experiuntur non quicumque, ſed illi ſolummodo qui largitorem ſecuræ hujus delectationis & dictatorem petitionis Spiritum-ſanctum digni ſunt inviſcerare: ad quem tamen inviſcerandum oportet effugere turbas, & eſſe ſolum: unde ad Ezechielem prophetam legimus dictum, *Fili hominis ſurgens egredere in campum, & ibi loquar tecum.* Campus eſt divina ſcriptura, ibi ſunt flores ſententiarum, ibi violæ caſtitatis, ibi manſio ſatis honeſta. Hic eſt igitur ager, in quo loquitur Deus cum anima ſancta. In hoc etiam agro legimus Iſaac circa veſperam egreſſum fuiſſe ad meditandum: quoniam ſolitariam lectionem ſignificat ager iſte, & ibi linguâ carnis tacente, ſecreta colloquia miſcentur inter Deum & ſpiritum humanum. Quoniam igitur clauſtrales viros in hoc agro non ignoro converſari, rogo quatinus in labore pauperis & illitterati dignentur occupari, nec dedignentur Exodi floſculos in ſolitudine veteris teſtamenti collectos ruminare, quibus ad audiendum Dei verbum datum eſt ad pedes JESU cum Maria ſedere. De fonte ſiquidem pietatis naſcitur ordo veſter, veſtrarum orationum pro Deo nos manu levetis: quoniam adhæſit in terra venter noſter. Lapideus etenim eſt ca-

Ezech. 3. 22.

(a) Quatuor abbatibus ordinum diverſorum hanc inſcripſit epiſtolam, ſcilicet Ciſtercienſis, S. Benedicti, Canonicorum regularicum, & Præmonſtratenſium propter rationem quam affert infra.

Digitized by Google

s iſte, per quem Dominus tranſmittit aquas
areolas veſtras, ne miremini vel indignemi-
uper hoc: quoniam illius eſt hoc facere;
ſubeſt juxta ſcripturam cùm vult poſſe;
ui humilia reſpicit in cœlo & in terra. Me-
itibus igitur vobis, legantur hæc in clau-
, quadripartitæ veſtræ profeſſionis, nec
pter paupertatem illius, quæ nullius mo-
iti vel auctoritatis eſt, perſonæ meæ opuſ-
m iſtud contemnendum ducatis: ſed tam
vos quàm per amicos veſtros magiſtros Pa-
nſes, illorum ſcilicet quorum litteris con-
unt mores, illud diligenter examinari &
igi faciatis. Vincat nos in hac parte erga
m veſtrum virtus pietatis: quatinus, ea-
pietate mediante, poſſit pectus veſtrum
us eſſe virtutis, quod juxta beatum Gre-
um virtutis pectus non erit, ſi illud pietas
vicerit. Idcirco enim ad hoc agendum IIII.
i abbates, & congregationes quatuor ordi-
, quoniam per quatuor ordines vel potius
itutiones monachorum & regularium ca-
icorum intelliguntur quatuor rotæ currus
is ignei, per quem Helias ſubvectus eſt in cœ-
. Igneus revera eſt currus ille, quoniam ibi
nmam amoris in cordibus Deo conjunctis
endit ille Spiritus, qui & ſuper Dominum
tizatum in columba, & ſuper diſcipulos
aruit in igne. Vos igitur quos ad cœlum
n Helia vehit hic currus in hora illa qua
tatis & videtis quoniam ſuavis eſt Dominus,
etis eum quatinus ad aliquid dignè dicen-
m ſuper Exodum, ille qui littera & ſenſu
igat meus ab eo clarificetur intellectus, ut
cibus veſtris adjutus, ad Chriſtum clama-
poſſim illud quod olim ad Heliam Eliſeus,
ter mi, Pater mi, currus Iſraël & auriga ejus.

(a) EPISTOLA GILBERTI
piſcopi Pictavenſis ad Mathæum abbatem ſancti Florentii.

*aliter puniatur ſacerdos in ſolo pane ſine vino
crificans & de quibuſdam aliis quæſtionibus.*

GISLEBERTUS Dei gratia Pictavorum
epiſcopus dilecto in Chriſto fratri (b)
ATHÆO eadem gratia abbati ſancti Flo-
tii ſalutem in Chriſto.

Placuit vobis noſtram conſulere parvitatem
er cujuſdam oblivionis caſu, qui nuper in
leſia veſtra dicitur contigiſſe: quod vide-
t ſuper altare pane poſito in euchariſtiam
ſecrando, & calice vacuo, preſbyter om-
verba quæ ſacramento panis & vini perti-
nt uſque ad panis infractionem dixerit, quan-
diſcooperto calice ſe cognoſcens erraſſe, po-
s in calice vino & aquâ, non modo ſuper
licem, verùm etiam ſuper panis hoſtiam con-
ratam ſacra conſecrationis verba iteravit:

A pro quo facto, quid vobis, quid illi preſbytero, quid de illa hoſtia faciendum ſit quæritis. Nos autem non ex ſenſu noſtro novum aliquid, ſed quod à prudentibus viris ſuper ſimili caſu conſilium olim audivimus, hac à vobis quæſita reſponſione commemoramus. Cum enim ſimile factum ad aures quorumdam prudentium perveniſſet, preſbyterum de negligentia corripiendum judicaverunt, & conventum pro ipſo oraturum providerunt. Hoc igitur exemplum ſecuti conſulimus, ut preſbyter ille veſter ad tempus oblationis hoſtia abſtineat, &
B interim quibus providebitis, ſive jejuniorum, ſive aliis corporis caſtigationibus & non modo ſuis, verùm etiam veſtris totiuſque conventûs orationibus expiatus mereatur offerre: cui tamen non de erroris conſcientia, quæ cùm eſt contumax, hæreſis dicitur; ſed ex illuſionibus quæ ſæpe rectè credentium lumbos replent, hujus oblivionis contingit caſus, brevior tempore, mitior paſſione, caſtigationis hujus pœna poterit eſſe. Quoniam vero in al-
C tero ſive panis ſive calicis ſacramento, poſt illas quæ ex more fiunt per preſbyterum conſignationes, totus eſt Chriſtus, à jam conſecrati panis reconſignatione omnino debuit & à vini & aquæ in calice prius vacuo infuſione ſatis potuit abſtinuiſſe; & ſine illa ſacrorum verborum iteratione in ſacramento panis Chriſto communicaſſe. Quoniam & pueri baptizati in ſolius calicis, & infirmi in ſolius panis ſacramento ſæpe communicant; & nihil minus quantum ad rem ipſam & ad incorrup-
D tionis futuræ ſacramentum accipiunt, quam illi à quibus in utroque panis ſcilicet & calicis ſacramento in eccleſia de ipſa menſa Dominica Chriſtus aſſumitur. Hæc ad inquiſitionem veſtram & ſi minus plene, tamen fideliter reſpondemus, de veſtra caritate confiſi, quæ quod parum eſt reputat multum, & quod mutilatum perfectum. Addentes quod nos ipſi ne hujuſmodi oblivionibus ſive miniſtrorum noſtrorum, ſive noſtris poſſimus decipi facere conſuevimus. Cùm enim miniſtri noſtri vinum in
E calicem oblaturi infuderint, de miſcenda vino aqua non eis credimus, niſi jam oblato nobis pane & offerendo calice vel ipſi præ oculis noſtris aquam infundant, vel nobis aquamanili tradita, eam calici miſceamus. Sic enim & miniſter & ſacerdos manet indubius, & ſine oblivionis cujuſlibet caſu indemnis.

De naturali pollutione.

F Quæritur ſi poſt nocturnalem pollutionem debeat ab aliquo corpus Chriſti conſecrari vel accipi. Ad quod dicimus, quod nocturnalium pollutionum tria ſunt genera. Eſt enim quædam pollutio ex aſſiduitate cogitationum, alia ex crapula, alia ex natura. Si per aſſiduam cogitationem quam de aliqua muliere habue-

(a) Hanc Gilberti epiſcopi Pictavenſis epiſtolam ad Ma-
um abbatem S. Florentii Salmurienſis, in quo variis quæſtio
sibi propoſitis reſpondet, reperimus in veteri codice Grandi-
ntenſis monaſterii in Lemovicenſi pago. Reſponſionem ad pri-
mam queſtionem edidit in notis ad Guibertum noſter Acherius omiſſis aliis tribus quæ deerant in ejus ms. integram hic damus.

(b) Matthæus Salmurienſis, S. Florentii abbas anno 1156. factus eſt epiſcopus Andegavenſis.

rit in die aliquis polluatur in nocte, illi prohibetur conſecrare, vel accipere corpus Chriſti. Si ex crapula aliquis polluatur in nocte, illi prohibetur ſimiliter. Si verò receptacula alicujus plena ſunt, & ex illa ſuperfluitate naturaliter contingat nocturnalis pollutio, injuncta ſibi pœnitentia, abluto corpore, mutatis veſtibus, poteſt conſecrare vel accipere corpus. Explicit.

Item quæſtio.

Quæritur de illis qui peregerunt aliquod criminale conſciente ſacerdote, ſi poſtulent ipſum ſacerdotem corpus Chriſti, ſi debeat illi, denegari an non. Ad quod dicimus, teſte Auguſtino, quod ammoneri debent, non arceri. Ex quo habemus exemplum Chriſti qui Judæ proditori corpus & ſanguinem ſuum tradidit, ſciens eum immundum & ſe traditurum, nondum enim publicanus erat, nec extra communionem eccleſiæ poſitus. Et ideò quamvis ſciamus aliquem in aliquo criminali manentem, non debemus ei denegare corpus Chriſti, ſi quærat, niſi ſit excommunicatus, & extra communionem eccleſiæ poſitus.

Item quæſtio magiſtri Gileberti.

Quæritur ſi aliquis latro ducatur ad ſuſpendendum, & cauſa evadendi poſtulet corpus Chriſti, ſi debeat ei dari. Ad quod dicimus, quòd propter reverentiam corporis & ſanguinis Chriſti non debet ei tradi: quia turpe eſſet, ſi poſt communionem ſuſpenderetur, ſed injuncta ſibi pœnitentia, ſi ex toto corde pœniteat & confiteatur peccata ſua, debemus confidere de ipſius ſalute.

LITTERÆ GERALDI TORNACENSIS epiſcopi pro monaſterio Elnonenſi.

De injuriis Elnonenſi monaſterio à quibuſdam miniſterialibus illatis, de depoſitis ad terram SS. reliquiis, & de pacto coram electis judicibus ab eis inito.

Anno 1152. Ex cartario S. Amandi.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Patris & Filii, & Spiritûs ſancti. Ego GERALDUS, divinâ ordinante providentiâ Tornacenſium epiſcopus, univerſis ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, tam futuris, quàm præſentibus, in perpetuùm.

Sicut omnis controverſiæ finis eſt juramentum, ſic in rebus, tam eccleſiaſticis, quàm ſæcularibus, cùm ſcribitur quod dicitur, præceptum, ſive privilegium, aut teſtamentum, rebus legitimè conceſſis, vel attributis, affert firmamentum, & adverſus circumventiones calumniantium in ratione dati & accepti facit munimentum. Quocirca ad petitionem venerabilis abbatis HUGONIS ſecundi, ſed & fratrum ſub ejus regimine Deo devotè ac regulariter ſervientium, quam plenæ libertatis, atque immunitatis culmen, atque dignitatem obtineat eccleſia Elnonenſis, cui, Deo auctore, prædictus abbas præſidet, eccleſia videlicet conſtructa in honore glorioſiſſimi protomartyris ac levitæ Stephani, necnon & amantiſſimi confeſſoris atque pontificis Amandi notitiæ fidelium tradere diſponimus, & contra malignantium oppreſſiones pontificalis officii dignitate, quâ, Dei gratiâ, præeminemus, ac præſentis cartæ teſtimonio confirmamus. Servantur ſi quidem hactenus in ipſa eccleſia imperatoria & regia ſcripta, ſive præcepta, quibus ſatis claret quàm liberè & ab omni oppreſſione, & ſæcularium dominio immunes, ſub jure & arbitrio abbatis & fratrum debeant eſſe villæ & poſſeſſiones quas beato Amando, ad uſus ſervorum Dei contulit, magnorum principum & virorum illuſtrium liberalis & devota munificentia. Sed neque deſunt Romanæ, ſeu metropolitanæ ſedis privilegia, quæ ſub terribili anathemate confirmant in perpetuùm B. Amando oblatione fidelium collata beneficia. Satis erant, ſecundum evangelium, ad arcendas pravorum malitias, hii duo gladii: regia videlicet poteſtas, & pontificalis dignitas, ſub quorum protectione, divinâ gubernante clementiâ, pacem, tam interiùs, quàm exteriùs, cum quiete & ſecuritate, multo tempore Elnonenſis habuit eccleſia. Proceſſu verò temporis, miniſterialis villæ ſancti Amandi Almannus quædam pertinentia ſub jure & dominio abbatis & fratrum ſibi uſurpavit, & quæ erant regiâ liberalitate inſtituta, tyrannicâ dominatione depravavit. Sed ejus inſolentiam ſub abbate venerabilis memoriæ BOVONE ſecundo, comes Flandrenſis BALDUINUS filius Roberti ſecundi marchionis, & CLEMENTIÆ nobilis comitiſſæ, ad ipſam villam veniens, viriliter repreſſit, & ad antiquas libertates ab excellentia regia deſcendente, ſecundum quod continet carta, quam ſuper hoc ipſe fieri mandavit, bona quæ ille depravaverat, ſub jure & dominio abbatis & fratrum reformavit. Hac ratione deinceps eccleſia beati Amandi ſua tenuit liberiùs & ſecuriùs, videlicet dum ſupervixit Almannus; & qui ſucceſſit in miniſterium filius ejus Herimannus; quo defuncto, uxor ejus Giſla, cognomento *Troſels*, & filius ejus Stephanus in ipſa eccleſia, cui fidelitatem juraverant, graviora & ſceleratiora quàm Almannus operati ſunt; nam per ſervientes ſuos etiam monachos fuſtibus verberabant, & de equis ad terram turpiter impellentes, equos auferebant, in conductu monachorum homines capiebant; ſylvam nihilominus villæ contiguam, de qua ſcriptum eſt, quòd eam princeps Dagobertus in poſſeſſionem liberam ſancto Amando dederit, violenter occupantes, & ſui juris eſſe dicentes, quercum & cetera ligna quæ ad ſolum dominium ſylvæ maximè pertinent ſuccidebant, incendebant, & quibus volebant dabant & vendebant, homines etiam villæ in multis opprimebant. Pro talibus forifactis cùm ſæpiùs à præfato abbate HUGONE corriperentur, nec emendarent, immò deteriora facerent: abbas & fratres temerariam & nefariam eorum præſumtionem ultrà non ferentes, ad incutiendum eis terrorem cœleſtis vindictæ, thecam in qua continentur reliquiæ glorioſiſſimi protomartyris

ni, & non modica portio membro-
oſi martyris infantis Cyrici, fere-
n in quo repoſitum adoratur hono-
itque omni reverentiâ amplectendum
ati Amandi, de ſublimi & honorabili
loco (*a*) deponentes, non ſine magno
ordis, nec ſine pia lacrymarum effu-
acie altaris ad terram humiliaverunt,
i humiliantes in pulvere animas ſuas,
lenas odoramentorum in conſpectu
najeſtatis orantes effuderunt; unde,
Deo, factum eſt ut prædicti malefacto-
entur, & confunderentur, & ad quæ-
miſericordiam converterentur. Deni-
ctione cauſæ, cum præfata matrona
im filio Stephano, judicium hominum
nandi ſibi fieri poſtularet, abbas verò
tribus cartam præfati comitis Bal-
factam judicio præferret, tandem aſ-
riuſque partis, ad terminandam cau-
ti ſunt octo de monachis & octo de
a ut plures ex his eſſent homines ſancti
i, & ratâ ſanctione decretum eſt, ut
i dicerent, ad utriuſque jus debere per-
omnimodis teneretur, & irrefragabili-
ceps obſervaretur. Adjunctum eſt etiam
cti diviſores de libertate eccleſiæ minùs
t, quàm carta comitis continebat, car-
edium proferretur, & ſecundum eam
erminaretur. Die conſtitutâ cum cleri-
ris affuimus; affuerunt etiam abbates
i & honeſtæ famæ laïci, & hæc coram
aſtantibus ab electis diviſoribus cognitio
ſt. Sylva adjacens villæ ex regia munifi-
libera poſſeſſio eſt eccleſiæ beati Aman-
ercus, malus fagus, neſpilus, & lignum
vocatur paſchale, tali lege ſub poteſtate
s conſiſtunt, ut neque miniſteriali, neque
liceat illa excidere, vel dare, aut ven-
ſolus enim abbas hoc poteſt. Si quis verò
m de prænominatis arboribus excidens,
nte miniſteriali, quem vocant præpoſitum,
i per legem reddiderit, ipſe miniſterialis
habebit, excepto III. den. de Froith.
dum autem quòd piæ memoriæ domnus
Absalon inſtituit, non tamen in per-
m, ne regia largitio deperiret; ſed ad
us, quamdiu vellet, ut quando propter
dationem exciſæ quercus XIV. ſolidi
bantur, præfatus Herimannus, ob dili-
iorem ſylvæ cuſtodiam, tertiam partem
eret. In ſylva non erunt foreſtarii, aut cu-
es, niſi quos abbas juſſerit, aut permiſe-
Miniſterialis in ſylva nihil juris habebit,
epto herbegage, & uſu ignis neceſſarii. De
ario quod prædictus abbas Hugo magno
itu fecit, quoniam pars quædam ſuper ter-
a cellerarii facta eſt, pars autem ſuper ter-
a quæ de communi erat; in illa quæ de cel-
arii eſt, nihil omnino pro foriſfacto juris ha-
bit: in illa verò quæ eſt de communi ſuum
tium, & hujus tertii villicus villæ tertium.

(*a*) De reliquiis ad terram deponendis, aut cilicio, vel ſpi-
obtegendis, cùm aliquam à laïcis injuriam patiebantur eccle-
, vide quæ diximus lib. 3 de antiq. Eccl. Ritibus, cap. 3.

A In curte ſancti Amandi, & in atrio, nil juris habet, neque in dominicis curtibus, quæ in procinctu villæ ſunt. Si cui abbas terram vendiderit, miniſterialis nihil habebit, exceptâ rectitudine ſuâ, ſcilicet uno ſextario vini. De juſtitia pontis ſe non intromittet, neque ſubtus, neque ſupra, neque de juſtitia molendini, quamdiu celerarius per ſe rectum habere poterit. De ſanguine & ictibus, & letho, & manumiſſura nullomodo ſe intromittet, & nihil habebit, quamdiu cuſtos eccleſiæ per ſe juſtitiam habere poterit, neque manſuarios juſtificabit de his quæ
B ad manſos pertinent. De terris cenſualibus quas tenet, cenſum unoquoque anno dabit, neque exinde alicui dare in feodum ei licebit, neque terram ab aliquo emere, neque aliqua terrâ ſine voluntate abbatis inveſtiri poterit, aut aliquem inveſtiri; nullomodo placitabit, niſi in camera abbatis, aut in porticu, vel in hoſpitio, & hoc præſente abbate, vel præpoſito monacho. De omnibus placitis quæ fiunt per ſcabinos, ſuum tertium habebit, & villicus villæ hujus tertii tertium. Poſtquam alicui ruſtico-
C rum diem, vel horam conſtituerit placitandi, non poteſt concordiam accipere, niſi per abbatem, aut ejus præpoſitum monachum. Nullus umquam ab eo accipiet licentiam maritandi. Ab adventitiis, quos ſe in feodum ab advocato dicit habere, nihil accipiet, niſi ſex deneratas panum, & duos capones. Vadium ſi pro foriſfacto ab aliquo acceperit, non alibi quàm intra curtem ſancti Amandi commendabit. Latro ab eo captus in curte ſancti Amandi, cuſtodiendus adducetur. Ad cambas ſancti Amandi nihil accipiet. Non exiget creditionem, unde
D damnum homines ſancti Amandi ſuſtineant, neque exactionem quam vulgò *Toſpri* vocant, neque herban, aut corwedas, inconſulto abbate, exiget; neque jumenta violenter mutare, aut tollere alicujus operis occaſione audebit. Si quid adverſus eum in aliquo delinquerit, non percutiendo, vel de villa expellendo ſe vindicabit; ſed judicio ſcabinorum emendationem accipiet. Si tumultus, vel ſeditio in villa exarſerit, tumultuantes, vel ſeditioſos, ſi opus eſt, cum baculo opprimere poterit. Poſtquàm hæc omnia de libertate eccleſiæ unus de electis pero-
E ravit, ceteri omnes qui erant electi, dictis ejus conſenſerunt, & nos ſimiliter conſenſimus, quoniam huic aſſertioni per omnia conſentiebat etiam carta prædicti comitis Balduini, quam præ manibus habebamus. Tunc præfata matrona *Troſels*, & filius ejus Stephanus datâ fide firmaverunt, & ponentes manus ſuper feretrum ſancti Amandi, ſacramento terribili ſe aſtrinxerunt, quòd ea quæ prædicta ſunt, omnimodis obſervarent, & ſi fortè minùs cauti in aliquo delinquerent, poſt ſummationem ſibi
F factam, infra XV. dies abbati emendarent. Nos ea quæ in hunc modum geſta, vel dicta ſunt præſentes & vidimus & audivimus, & pontificali auctoritate, ut inconvulſa maneant, confirmavimus, in omnes etiam qui jam dictas libertates, vel immunitates eccleſiæ infregerint, nec reſipuerint, & emendaverint, ſententiam

Digitized by Google

excommunicationis intorſimus. His ita dicendi fine completis, abbas & fratres thecam in qua repoſitæ erant reliquiæ protomartyris Stephani & infantis Cyrici, feretrum quoque B. Amandi, quæ ſuperiùs diximus ad terram depoſita, in voce exultationis & laudis, à terra levaverunt, & cum honore ac reverentia in ſecretis oraculis repoſuerunt. Igitur quoniam funiculus triplex difficilè rumpitur, ad confirmationem omnium quæ præmiſſa ſunt, & ad notitiam fidelium, præſens privilegium pontificalis auctoritatis ſcribi voluimus, ſcriptum impreſſione ſigilli noſtri ſignavimus, ſignatum teſtibus inferiùs annotatis roboravimus. Signum GUALTERI abbatis ſancti Martini. S. HUGONIS abbatis Marcenienſis. S. Balduini prioris. S. Gualteri de Corda. S. Fulconis. S. Heribrandi præpoſiti. S. Almandi Bruni. S. Alulfi de Remelgiis.

Actum Elnone anno Domini MCLII.

ANASTASII PAPÆ IIII.
Ad Richardum abbatem Savignienſem.

Confirmat ei abbatias Savignienſi monaſterio ſubjectas.

Anno 1154. Ex ms. Savignienſi.

ANASTASIUS epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio RICHARDO Savignienſi abbati ejuſque ſucceſſoribus regulariter promovendis in perpetuum.

Apoſtolicæ ſedis, cui divina gratia præſidemus, nos auctoritas admonet, beneplacentem Deo religionem ſtatuere, & ſtabilitam exacta diligentia conſervare. Quocirca, dilecte in Domino fili RICHARDE abbas, tuis juſtis petitionibus clementer annuimus: & Savignienſe monaſterium, cui Deo auctore præeſſe dignoſceris, ſcriptorum noſtrorum patrociniis communimus: ſtatuentes ut ordo monaſticus ſecundum ordinem Ciſtercienſium fratrum tam in præfato monaſterio, quàm in his quæ ſub ipſius poteſtate & diſciplina conſiſtunt, futuris temporibus inviolabiliter conſervetur, & ut abbatiæ, quæ ad jus tui monaſterii pertinere noſcuntur, in tua tuorumque ſucceſſorum obedientia & ſubjectione permaneant; quarum nomina ſubduximus exprimenda. Abbatia de Belbreh, & abbatia de Brioſtel cum pertinentiis earum, abbatia de Sarnago, abbatia de Brollio, & abbatia de Trappe cum appendititiis earum, abbatia de ſancto Andrea de Goffert, & abbatia de ſancto Clemente de Tyrunhel cum appendititiis earum, abbatia de Falcardi-monte cum appendititiis ſuis, abbatia de Luncuiler cum pertinentiis ſuis, abbatia de Chalocheio cum pertinentiis ſuis, abbatia de Buſſeria cum pertinentiis ſuis, abbatia de Fontibus cum pertinentiis ſuis, abbatia de Veteri-villa cum pertinentiis ſuis, abbatia de Alneto cum pertinentiis ſuis, abbatia de Fuaneſio, abbatia de Holanda, abbatia de Caldra, & abbatia de Man cum pertinentiis earum, abbatia de Bella-Lauda, & abbatia de Joreval cum pertinentiis earum abbatia de Cumbra-mara, abbatia de Baſinwerch, abbatia ſanctæ Mariæ de Durelina, & abbatia de Pultuna cum pertinentiis earum, abbatia de Bildwas cum pertinentiis ſuis, abbatia de Neth cum pertinentiis ſuis, abbatia de Buffeſtren cum pertinentiis ſuis, abbatia de Quarraria, & abbatia de Drogonis-fonte cum pertinentiis earum, abbatia de Straforth cum pertinentiis ſuis, abbatia de Quoquoſala cum pertinentiis ſuis. Has igitur abbatias cum omnibus pertinentiis ad exemplar prædeceſſoris noſtri ſanctæ memoriæ papæ EUGENII tibi tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum confirmamus. Nulli ergo hominum fas ſit ſuper hac noſtra confirmatione veſtrum monaſterium perturbare, aut aliquam ei exinde contrarietatem inferre; ſed omnia in perpetuum ita intemerata ſerventur, quemadmodum prædicti prædeceſſoris noſtri pagina noſcitur inſtitutum, ſalvâ in omnibus apoſtolicæ ſedis auctoritate. Si quis ſane hanc noſtri privilegii paginam ſciens contra eam temerè venire tentaverit; ſecundò tertiòve commonitus, niſi congruè ſatisfecerit; poteſtatis honoriſque dignitate careat: reumque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini Redemtoris noſtri JESU-CHRISTI alienus fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat, conſervantes autem eidem loco quæ ſua ſunt à remuneratore omnium bonorum Domino intervenientibus beatorum Petri & Pauli meritis æternæ vitæ præmia conſequamur. Amen, amen, amen. † Cuſtodi me Domine ut pupillam oculi. S. PETRUS. † S. PAULUS. ANASTASIUS papa IIII.

Ego ANASTASIUS catholicæ eccleſiæ epiſcopus SS.

† Ego YMARUS Tuſculanus epiſcopus SS.

† Ego ODDO diaconus cardinalis S. Georgii ad Velum aureum SS.

† Ego GREGORIUS presbyter cardinalis tituli S. Calliſti SS.

† Ego HUGO Oſtienſis epiſcopus SS.

† Ego CENCIUS Portuenſis epiſcopus & Silvæ candidæ SS.

† Ego GUIDO diaconus cardinalis ſanctæ Mariæ in Porticu SS.

† FRUBALDUS presbyter cardinalis tituli S. Praxedis SS.

† Ego GREGORIUS diaconus cardinalis & Sabinienſis electus SS.

Ego JOHANNES diaconus cardinalis ſanctorum Sergii & Bacchi SS.

† Ego JULIUS presbyter cardinalis tituli ſancti Marcelli ſubſcripſi.

† Ego ODO diaconus cardinalis ſancti Nicolai in carcere Tulliano ſubſcripſi.

† Ego WIDO presbyter cardinalis tituli Paſtoris ſubſcripſi.

† Ego ASTALDUS presbyter cardinalis tituli ſanctæ Priſcæ ſubſcripſi.

† Ego HENRICUS presbyter cardinalis tituli ſanctorum Nerei & Achillei ſubſcripſi.

Datum Lateranis per manum ROLANDI ſanctæ Romanæ eccleſiæ presbyteri cardinalis & cancellarii XII. Calend. Mad. indictione II.

Digitized by Google

Incarnationis Dominicæ anno MCLIIII. pontificatus verò domni ANASTASII papæ IIII. anno primo.

EPISTOLA PETRI RUTHENENSIS epiſcopi ad Raymundum abbatem Gellonenſem.

Concedit ei eccleſias de Creiſſel.

Anno 1154. Ex cartario Gellonenſi.

PETRUS Dei gratiâ Ruthenenſis epiſcopus: venerabili fratri RAYMUNDO abbati monaſterii ſancti Guillelmi, & ſucceſſoribus ejus, & fratribus ejuſdem loci præſentibus & futuris, in perpetuùm.

Quod piâ videtur devotione depoſci, effectu debet proſequente compleri, quatenus & pro ſusceptione voti augeatur religio poſtulantium, & pro benignitate facti remuneretur liberalitas concedentium. Quia igitur vos, fratres in Chriſto cariſſimi, poſtulaſtis locum veſtrum & eccleſiam in qua ſalutaris ligni Dominici portio, & ſanctiſſimi confeſſoris Guillelmi corpus venerabile continetur, aliquo noſtræ munificentiæ dono honorari, juſtis veſtris petitionibus pio favore annuimus, & eccleſias de *Creiſſel*, quas ad ſuſtentationem veſtram dari petiſtis, videlicet parochialem eccleſiam, & capellam oppidi, cum omnibus ad eas pertinentibus, quæ in præſentiarum poſſident, & quæ in futurum juſtè & canonicè adquirere poteritis, vobis tradimus & concedimus, & auctoritatis noſtræ privilegio in perpetuùm poſſidendas ſancimus. Ita nimirùm ut de eiſdem eccleſiis per ſingulos annos plena libra incenſi albi Ruthenenſi matri eccleſiæ perſolvatur, & debita epiſcopali dignitati reverentia ſalva cuſtodiatur. Hujus donationis conceſſio & traditio facta eſt cum voluntate & conſilio clericorum noſtrorum Ruthenenſium, videlicet RAYMUNDI præpoſiti, & archidiaconorum VIVIANI, ARNALDI, & ADEMARI, & BERNARDI archipreſbyteri, & canonicorum GERALDI de Valle, & HUGONIS, RAYMUNDI, & RAYMUNDI, GUILLELMI & GUILLELMI de Vaureliis, & totius capituli.

Datum Rutæ per manum W. notarii, x. Kalend. Junii, anno ab Incarnatione Domini MCLIV.

RUTHENENSIS COMITIS CESSIO facta Gellonenſi cœnobio.

Anno 1154. Ex cartario Gellonenſi.

UGo Ruthenenſium comes, & ERMERGARDIS ejus uxor, cum conſilio & voluntate UGONIS filii noſtri, ſolvimus & guirpimus Domino Deo, & ſancto Salvatori, & confeſſori Chriſti Guillelmo, & abbati monaſterii ſancti Guillelmi RAYMUNDO, & monachis ejuſdem monaſterii, totum illud quod habebamus in eccleſia ſancti Saturnini de caſtro Creiſſel, & in capella ſancti Juliani ejuſdem caſtri, cum omni honore ad eaſdem eccleſias pertinente. Signum P. Rhutenenſis epiſcopi. Signum P. Lodovenſis epiſcopi. Signum R. abbatis Nantenſis. Signum EMENONIS de Cabreria.

Actum anno Incarnat. Domini MCLIIII.

STATUTA LUDOVICI REGIS Francorum anno MCLIV. edita.

Anno 1154. Ex ms. Cl. V. Petri Menard præfecti urbis Turonenſis.

LUDOVICUS Dei gratia Francorum rex univerſis præſentem paginam inſpecturis ſalutem.

Ex debito regiæ poteſtatis pacem & quietem ſubjectorum noſtrorum, in quorum quiete quieſcimus, præcordialiter affectantes, ac adverſus injurioſos & improbos, qui tranquillitati eorum invident & quieti zelum indignationis habentes, ad hujuſmodi propulſandas injurias & ſtatum regni reformandum in melius, ad præſens aliqua duximus ordinanda quæ inferiùs continentur.

Quæſtus quidem illicitos quantum poſſibile fuerit in baillivis & aliis curialibus reprimere cupientes, baillivos, præpoſitos, vicecomites, & villarum majores, foreſtarios, ſeneſcallos, & alios officiarios noſtros juramento ſubſcripto duximus adſtringendos: cujus ſi ipſi ſeneſcalli & alii officiarii noſtri, & baillivi fuerint tranſgreſſores, pœnas debitas in bona ipſorum, vel, ſi res exigat, in perſonas, noſtræ voluntatis vel deputatorum à nobis arbitrio reſervamus.

Si verò minor bajulus vel officiarius dejerare contigerit in hac parte: à ſeneſcallo ſub bonarum perſonarum teſtimonio & cum eorumdem conſilio puniantur.

Jurabunt igitur omnes & ſinguli quod quamdiu ſibi commiſſam tenebunt ſeneſcalliam, baillivam, vel præpoſituram, vel aliud quodcumque officium ſupradictum, tam majoribus quàm mediocribus, tam minoribus quàm advenis, tam indigenis, quàm ſubjectis, ſine nationum & perſonarum acceptione jus reddent, ſervantes tamen in locis ſuis jura, uſus, & conſuetudines approbatas.

Jurabunt inſuper jura noſtra bona fide requirere & ſalvare, & aliorum jura ſcienter nec auferre nec diminuere, nec etiam impedire.

Jurabunt etiam donum ſeu munus quodlibet à quacumque perſona, vel per ſe vel per alium non recipere in pecunia, argento, vel auro, vel rebus aliis quibuſcumque vel mobilibus, vel immobilibus, vel ſe moventibus, vel beneficiis perſonalibus vel perpetuis, præter eſculenta, potulenta, quorum valor in una hebdomada ſummam decem ſolidorum Pariſienſium non excedat. Et quod dicta dona ſeu beneficia dari uxoribus ſuis, liberis, fratribus, vel ſororibus, nepotibus, neptibus, vel conſanguineis, vel conſiliariis, vel ſuis domeſticis minime procurabunt. Immo bona fide diligentiam adhibebunt, ne uxores eorum, vel aliæ perſonæ proximò nominatæ dona vel munera

Digitized by Google

accipiant: quodſi fecerint, ex quo id ſciverint, eos ad reſtitutionem bona fide compellent, ſub debito juramento.

Jurabunt etiam quòd ab illis de ſua ſeneſcalia vel bailliva, nec ab aliis qui cauſam habeant coram ipſis, vel ſcient in proximo habituros litigare, mutuum non recipient per ſe, nec per alium ultra ſummam xx. librarum: quas reddent à die contracti mutui infra duos menſes, licet etiam creditor velit terminum prorogare.

Additur etiam juramento eorum, quod nihil dabunt vel mittent alicui de noſtro conſilio, vel uxoribus eorumdem, liberis aut domeſticis, vel illis qui compotum eorum recipient, vel illis quos ad viſitandam terram vel facta eorum inquirenda mittemus: quod etiam in venditionibus bailliviarum vel aliarum rerum noſtrarum partem non habebunt, nec etiam in moneta. Quod etiam baillivos infideles ſeu etiam injurioſos, vel exactores, vel de uſuris ſuſpectos, vel turpem vitam apertè ducentes, in ſuo non ſuſtinebunt errore, immo eorum exceſſus corrigent bona fide.

Jurabunt etiam præpoſiti, vicecomites, majores villarum, foreſtarii, judices, & locorum vicarii ſingulorum, & alii in officiis conſtituti, quod ſuperioribus ſuis, nec uxoribus eorum liberis vel propinquis ſuis, vel domeſticis quicquam dabunt, & in fine juramenti concludent quod univerſa & ſingula ſupradicta bona fide ſervabunt, niſi illud quod duxerimus relaxandum nec quicquam per ſe vel per alium in fraudem facere prædictorum.

Vicarios autem, quos baillivi pro ſe quandoquo ſubſtituunt, nolumus ab ipſis inſtitui, niſi prius ſub forma prædicta præſtiterint juramentum: niſi verò hæc juramenta firmiter obſerventur, volumus quod in publica aſſiſia fiant coram laïcis ac clericis ab omnibus & ſingulis ſupradictis, etiamſi antea facta fuerint coram nobis: ut non ſolum metu divinæ indignationis & noſtræ, ſed etiam confuſionis & erubeſcentiæ apud homines perjurium manifeſtum incurrere mereantur.

Volumus autem & præcipimus quòd baillivi noſtri & alii quodcumque officium tenentes ſub ipſis, necnon & omnes qui vadia noſtra recipiunt, abſtinere debeant ab omni verbo quodv ergat in contumeliam vel contemtum Dei, vel matris ſuæ, vel ſanctorum ipſius. A ludo etiam cum taxillis, ſive aleis, vel ſcacis, & à fornicatione & tabernis.

Inhibemus verò diſtrictè ſeneſcallis, & baillivis noſtris poſſeſſiones aliquas per ſe vel per alium emere, adminiſtratione ſua durante, ſeneſcallia vel bailliva ſua, vel fraudulenter in alia, ſine noſtra licentia præcedente. Quod ſi fecerint, emtionem irritam eſſe & poſſeſſiones ſic emtas fiſco noſtro, ſi nobis placuerit, volumus applicari.

Prohibentes inſuper ſeneſcallis, & baillivis nominatis, ne, quamdiu baillivi fuerint & ſeneſcalli; ſibi vel ſuis liberis, fratribus, vel ſororibus, nepotibus, neptibus, conſanguineis, vel cuicumque de familia ſua matrimonia copulent cum perſonis ſeneſcalliæ, vel bailliviæ ſuæ ſine noſtro ſpeciali conſenſu, nec prædictos in religionibus ponant, nec beneficia eccleſiaſtica vel poſſeſſiones eis acquirant.

Prohibitionem autem quam facimus de matrimoniis non copulandis, & poſſeſſionibus non acquirendis, non extendimus ad præpoſitos, majores, & alios officiales minores, qui majorias præpoſituras, & alia officia tenebunt in locis manſionum ſuarum, dum tamen hæc faciant ſine noſtra & alterius læſione.

Seneſcalli autem & baillivi noſtri, & alii officiales, caveant à multitudine bedellorum, & quantò paucioribus poterunt contenti ſint ad curiarum exequendum præcepta, & illos nominent in aſſiſia publica; aliter verò pro bedellis non habeantur.

Ubi autem bedelli, vel ſervientes ad remota loca mittuntur, eis ſine ſuperioris litteris non credatur; & ſi aliter inventi fuerint, facientes executionem, vel mandata, denuntientur baillivo, qui eos puniat competenter.

Ne verò baillivi noſtri, vel inferiores officiales, contra juſtitiam ſubditos noſtros gravent, inhibemus eiſdem ne pro quocumque debito, præter noſtrum, capiant, vel captum detineant aliquem ſubditorum.

Emendas autem pro maleficiis, ſeu delictis, à baillivis noſtris levari nolumus, niſi in foro judiciali publicè de bonorum conſilio fuerint judicatæ, vel æſtimatæ, quamquam anteà fuerint gagiatæ.

Si tamen ille cui crimen imponitur, curiâ ſibi offerente judicium, illud noluerit expectare, ſed pecuniam certam offerat pro emenda, & tale ſit crimen de quo emenda pecuniaria recipi conſuevit, liceat curiæ eam recipere, ſi ſibi competens videatur; alioquin emendam faciat judicari, vel æſtimari, ſecundum quod ſuperiùs eſt expreſſum, licèt reus ſe vellet ſubjicere omnino curiæ voluntati.

Caveant tamen baillivi & alii officiales jam dicti, ne minis, vel terroribus, vel machinationibus callidis, clam, vel palam, aliquem ad emendam offerendam inducant, vel ſine cauſa rationabili accuſent eos.

Sanè qui præpoſituras noſtras, vel vicecomitatus, vel alias baillivias tenuerint, aliis eaſdem revendere prohibemus.

Sed etſi plures emtores fuerint, unus tamen juriſdictionem exerceat, & immunitate gaudeat in cavalcatis, talliis, ſeu collectis, & aliis oneribus publicis, quâ alii conſueverunt gaudere; vendi autem eas filiis, fratribus, nepotibus, neptibus, aut conſanguineis, aut domeſticis baillivorum prohibemus eiſdem.

Emtores autem ipſarum præpoſiturarum, vel aliarum bailliviarum debita propria, ſcilicet quæ debentur eiſdem, non ex præpoſituris, vel aliis prædictis bailliviis, aut eorum ſociis auctoritate propriâ non coërceant, ſed per manum baillivi, aut ſuperioris judicis ea repetent, ſicut facerent, ſi præpoſituram, vel bailliviam non tenerent.

Digitized by Google

Porrò viam maleficiis volentes præcludere, quantùm poſſumus, firmiter inhibemus, ne ſeneſcalli, baillivi, aut alii officiales prædicti, in cauſis & negotiis quibuſcumque ſubditos noſtros locorum immutatione fatigent ſine cauſa rationali, ſed ſingulos in locis illis audiant, ubi ordinariè conſueverunt audiri, ne gravati laboribus & expenſis, cogantur cedere juri ſuo.

Quia verò nemo ſine culpa, vel cauſa, privandus eſt jure ſuo, baillivis noſtris, & aliis prædictis omnibus inhibemus ne deſeſiant aliquem ſine cauſæ cognitione, vel noſtro ſpeciali mandato. Subditos etiam noſtros novis exactionibus, conſuetudinibus, vel oneribus non affligant. Calvacatas extorquendæ pecuniæ causâ non mandent, ſed ex cauſa tantummodò neceſſaria; & tunc volentes perſonalem facere calvacatam, ad eam redimendam, datâ pecuniâ, non compellant.

Deffenſum autem bladi, vel vini, vel meſſium aliarum extrahendarum de terra ſine cauſa urgente non faciant, & tunc cum bono & maturo conſilio non ſuſpecto, & factum cum conſilio, ſine conſilio non diſſolvant, nec eo durante, cuiquam gratiam faciant ſpecialem.

Omnes autem baillivos noſtros majores & minores remanere, finito officio, volumus, vel ſaltem procuratorem ſufficientem dimittere in ipſa baillivia per quinquaginta dies, ut de ſe conquerentibus coram illis reſpondeant, quibus hoc committemus.

Ceterùm ordinationem factam nuperrimè de Judæis obſervari diſtrictè præcipimus, quæ talis eſt: Judæi ceſſent ab uſuris & blaſphemiis, ſortilegiis, lateribus; & tam Talemut, quàm alii libri in quibus inveniuntur blaſphemiæ, comburantur; & Judæi qui hoc ſervare noluerint, expellantur, & tranſgreſſores legitimè puniantur, & vivant omnes Judæi de laboribus manuum ſuarum, vel de negotiationibus, ſine terris, vel uſuris.

Expellantur autem meretrices publicæ, tam de campis, quàm de villis, & factis monitionibus, ſeu prohibitionibus, bona earum per locorum judices capiantur, vel eorum auctoritate à quocumque occupentur, etiam uſque ad tunicam, vel pelliceum.

Qui verò domum meretrici publicæ ſcienter locavit, quantùm valet penſio domûs uno anno baillivo loci, vel præpoſito, vel judici ſolvere teneatur.

Præterea inhibemus diſtrictè, ut nullus omnino ad taxillos ludat, ſive aleis, aut ſcacis. Scholas etiam deciorum prohibemus, & prohiberi volumus omnino, & tenentes eas diſtrictiùs puniantur, fabrica etiam deciorum prohibeatur.

Nullus præterea, ad moram faciendam, in tabernis recipiatur, niſi ſit tranſiens, vel viator, vel in ipſa villa non habeat aliquam manſionem.

Inhibemus autem ne aliquis in terra noſtra capiat aliquem equum contra voluntatem illius cujus equus erit, niſi ſit pro proprio negotio noſtro; & tunc per baillivos noſtros, aut eos qui in loco ipſorum erunt, & de equis conductitiis capiatur: & ſi equi conductitii ſufficere nequeant pro noſtro ſervitio faciendo, baillivi vel præpoſiti, aut aliæ perſonæ ſuperiùs nominatæ, non capiant equos mercatorum tranſeuntium, vel pauperum, ſed divitum tantùm, ſi ſufficere poſſint ad noſtrum proprium negotium faciendum.

Inhibemus autem, ne pro ſervitio noſtro, vel alio capiantur equi perſonarum eccleſiaſticarum, niſi de noſtro ſpeciali mandato.

Nec capiant baillivi, & alii prædicti, equos pluſquàm fuerit nobis opus; illos autem equos quos ceperint, pro pecunia non relaxent.

Hæc autem, quæ de equis capiendis diximus, volumus obſervari, quamdiu nobis placuerit; ſalvis ſervitiis nobis debitis, & juribus noſtris & alienis.

Omnia ergo & ſingula ſupradicta quæ ad præſens pro ſubditorum quiete duximus ordinanda, retentâ nobis plenitudine regiæ poteſtatis declarandi, mutandi, vel etiam corrigendi, addendi, vel minuendi, à baillivis noſtris, vel ſubditis diſtrictè volumus obſervari.

Actum Pariſius anno Domini MCLIV. menſe Decembris.

Hæc ordinatio confirmata fuit à Ludovico Hutino apud Vincenas anno Domini MCCCXV. *menſe Decembri.*

BULLA ADRIANI IV. PAPÆ ad Autiſſiodorenſes S. Euſebii canonicos.

De confirmatione donationis reditûs primi anni præbendarum eccleſiæ cathedralis Autiſſiodorenſis.

Circa annum 1155. *Ex ſchedis noſtri Georgii Violé.*

ADRIANUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei dilectis filiis canonicis S. Euſebii, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Quotiens à viris religioſis ſuper his quæ juſtè ac legitimè poſſident, noſtra confirmatio imploratur, animo nos decet libenti concedere, & petentium deſideriis congruum ſuffragium impertiri, ut quantò à perturbatione aliorum ſecuriores extiterint, & bona ſua in majori pace poſſederint, tantò attentiùs profeſſioni ſuæ inſiſtere, ac divinis officiis valeant propenſiùs incumbere. Ea propter, dilecti in Domino filii, paci & quieti veſtræ benignum impertimur aſſenſum, & beneficium præbendarum, quod venerabilis frater noſter ALANUS Autiſſiodorenſis epiſcopus eccleſiæ veſtræ conceſſit, & ſcripti ſui paginâ confirmavit, juxta canonicam conceſſionem ipſius, vobis, & per vos eccleſiæ veſtræ auctoritate apoſtolicâ confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei aliquo modo contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum apoſtolorum ejus Petri & Pauli ſe noverit incurſurum.

Datum Lateran. Kal. Junii.

ODONIS CARDINALIS EPISTOLA ad Johannem epiſcopum Maclovienſem.

Arguit eum, quod monachis Majoris-monaſterii infeſtus ſit.

Ex archivis Majoris monaſterii.

ODo Dei gratiâ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ diaconus cardinalis, ſedis apoſtolicæ legatus, venerabili & dilecto fratri J. Aletenſi epiſcopo ſalutem & dilectionem in Domino.

Præter alias oppreſſiones, quas eccleſiæ Majoris monaſterii contra prohibitionem ſedis apoſtolicæ irrogatis, in oratorio *de Becherel*, quod in oratorio de Ploaſno conſtructum eſt, fratres prædictæ eccleſiæ ſub interminatione excommunicationis, licèt vobis, aut alii epiſcopo id non liceat, divina officia celebrare prohibetis. Quia verò privilegia eidem eccleſiæ indulta conſervari volumus, auctoritate apoſtolicâ & noſtrâ, in jam dicto oratorio fratribus, qui apud *Becherel* converſantur, divina officia peragere conceſſimus & præcepimus. Vobis quoque mandamus, ut aquam benedictam ad aſpergendum in eodem oratorio donetis, quam ſi dare nolueritis, à quolibet epiſcoporum eam auctoritate apoſtolicâ & noſtrâ accipiant.

EPISTOLA WILLELMI MONACHI S. Dionyſii ad quoſdam ex ſuis commonachis.

Laudat ſolitariam quam in Aquitania elegerat manſionem, excuſatque ſe à reditu ad priſtinos quos dimiſerat honores.

Circa annum 1155. Ex ms. Coiſliniano.

DOminis & dignè venerandis fratribus Willelmo præcentori, Willelmo cellerario; Willelmo notario, Willelmo medico domini mei collateralibus frater itidem (a) Willelmus.

Pauca vobis erant in Galliis æquivoca, niſi & ex Aquitania unum adderetur. Quid domino meo abbati, quid veſtræ viſum eſt unanimitati, ut tam crebris me nuntiis ſollicitetis & litteris; atque locum moneatis deſerere, ubi melior eſt dies una ſupra millia, ubi quantulamcumque nactus mihi videor libertatem & pene fera gaudia? Aut ego deceptus ſum in eligendo loco, aut demens ſi deſeruero: & peream ſi non ipſe locus invitat ut ſcribam, cujus meritum ſcribendi ſubminiſtrat materiam. Peream ſi non poſt exactum in eo annum hoc mihi perſuaſi, ut hunc ultra mutare non cupiam. Nam vallis eſt vallata delitiis, vallis naturæ dotata divitiis. Quidquid ferè ubique terrarum eſt fructuum, hìc à natura videtur eſſe congeſtum. Hic qui vacare voluerit & ſapientiæ, neque tumultu pulſatur, neque turba impeditur. Nullus hìc ſonus, nullus auditur ſtrepitus, niſi quem vel cantus avium fecerit, vel auræ flatus excitaverit. Hoc tamen luæ ſolitudinis habet ſolatium, quòd trans flumen habet oppidum, cujus commodis fruitur, caret incommodis. Locus hilaris & amœnus, ſylvis clauſus & collibus, ut tamen nec nimium ſit humilis vel depreſſus, nec ventorum pateat importunis flatibus. Tellus fertilis & in commiſſo fidelis; quæ quidquid ſibi creditum fuerit, centuplicato fœnore cultori reſtituit. Hìc quævis ſeges; hìc omnis fructuum ſpecies uberiòr provenit, celerius matureſcit. Hìc tantam pomorum vidi copiam, ut videntibus eſſent faſtidio, collecturis tædio. Et ne quis exiſtimet fructus eſſe degeneres; alia ex his inſtar mellis ſunt dulcia, alia ſuaviter aſpera; pleraque in annum duratura. Nullum eſt opus ruſticum, cui non ſe ſolum ferax accommodet & fideliter reſpondeat. Præter alia unum hìc provenit præcipuum, quod urbibus & oppidis invidiam faciat, quod falerno putetur pretioſius. Siquidem guſtu delectat, odore demulcet. Hìc mirum in modum ex albis botrionibus vinum vidi rubeum, & ex nigris è converſo hìc conficitur album. Quod purum tale eſt, ut frugalitatem profeſſo minus conveniat: adeo ut qui biberint, ligari oporteat; niſi quod ipſo fortius aſtringuntur. Hìc inter ceteras arbores pinus ſe in tantam attollunt celſitudinem, ut Libani, quod dicitur, cedros æquiparent: ex quibus tanta nucum colligitur abundantia, ut in uſus infirmantium non quærantur amigdala. Ceterum locus hic earum nucum quæ juglandes dicuntur, videtur eſſe proprius: in tantum ut colligendis plerumque qui legant, & reponendis apothecæ deficiant. Non hìc deſunt pyra, non ficus, non coctana, caſtaneæ que nuces, & quidquid ſponte profert natura, vel procurare conſuevit induſtria, in hoc breviſſimo terræ continetur angulo. Denique quidquid in hortis ſeri, quod in virgultis ſolet vel inſeri vel naſci, profert vallis amœniſſima, ſi tamen cultoris inſtet ſolertia. Neque aqua hìc pecunia bibitur, nec pretio ligna comparantur. Nam in januis eſt lucus, in ipſis penetralibus fons ebullit placidus, guſtu ſuavis, hauſtu ſalubris, hyberno tempore tepidus, æſtivo gelidiſſimus. Qui primum quidem habitatorum ſatisfacit uſibus, diligenti ſtudio ita munitus, ut ante omnia non deſit grata ſolitudo, & ad hauriendum ſicco liceat veſtigio venire. Deinde à plebe promiſcua avidiſſimè excipitur extrinſecus, ſed prius in duos derivatur rivulos, qui & virgulta irrigant, & hortos humectant, ſicque leniter fluens colligitur in piſcinam proximam, quæ piſcium conſtructa eſt alendæ multitudini. Illic pratum ſubjacet, in longitudinem porrectum, amœnum, fœcundum, atque adeo famoſum, cui ex ſua longitudine in-

(a) Vvillelmus hujus epiſtolæ ſcriptor is eſſe videtur Vvillelmus monachus ſancti Dionyſii Sugerio abbati familiaris & vitæ ipſius auctor, uti & epiſtolæ encicliçæ de obitu ejuſdem Sugerii, quæ quidem olim in ipſius anniverſario legebatur, uti diſcimus ex codice Coiſliniano unde hanc epiſtolam quæ encicliçam ſequitur eruimus. Nam inter varios inſignis ſancti Dionyſii abbatiæ ritus ſingulares antiquos, notandus in primis venit ille quo vita Dagoberti & Sugerii abbatis virtutes eorum in anniverſario publice legebantur in eccleſia, quatenus eorum auditis benefactis, monachi ad divinum pro eis numen exorandum amplius animarentur. Qui quidem ritus ſaltem quo ad Vitam Dagoberti legendam perſeveravit ad annum 1633. quo introducta in præfato ſancti Dionyſii monaſterio reformata S. Mauri congregatio judicio doctorum illum ſuſtulit.

Digitized by Google

ditum crede vocabulum. Cujus utrumque latus ex piſcoſis ſtagnis diſtillantes rivuli affluenter allambunt: unde fit ut lætum omni tempore gramen in mediis æſtibus aquam cœleſtem non deſideret. In hoc poſt collectionem menſis Junii vidi in Auguſto tanta ubertate fenum colligi, ut vix ſcire quis poſſit, utrum primi temporis an ſerotina major eſſet copia. Nec longè hinc; hoc eſt, quantum poteſt arcus bis jacere, præterlabitur Vigenna fluvius, qui varias piſcium monſtrat delicias, ut rarò nobis opus ſit ad piſcinas recurrere, niſi cùm fortè ſeriùs hoſpes ſupervenerit, aut tempeſtas à flumine piſcatores abegerit. Habet præterea vallis noſtra ex rupibus exciſas ſpecus, in quibus incolæ ſe ſuaque mediis nivibus tuentur à frigore, æſtivis menſibus à calore. In his nec vinum corrumpitur, nec granum infatuatur, non putreſcit fructus, nec timetur effractarius. Oratorium denique ejuſmodi eſt, ut levi lapide cameratum, nec rigores capricorni, nec cancri æſtus ſentiri permittat: in quo nec incolumes impune, nec ægri ſine ſalutis ſpe dormire conſueverunt. Illuc, ut teſtantur incolæ, quiſquis ingreditur ad furandum, aut cœcitate, aut graviori mulctatur ultione. Tot certè, tantæque, præter has, ſunt loci dotes, ut vix alicui qui non viderit perſuaderi valeat, vix aliquis qui hîc ſemel applicuerit, niſi invitus recedat. Hunc igitur locum vultis ut deſeram, monetis ut mutem? Hinc ego exeam, illuc revertar, ut me mille ſcandalorum periculis immergam? Monet Epicurus Idomeneum, ut quantum poteſt fugiat, & properet antequam aliqua vis major interveniat, & auferat libertatem recedendi. Idem tamen ſubjicit nihil eſſe tentandum, niſi cum apte potuerit tempeſtivèque tentari. Sed cùm illud tempus diu captatum venerit, exiliendum ait, ſperatque ſalutarem etiam ex difficillimis exitum, ſi nec properemus ante tempus, nec ceſſemus in tempore. Scio quia nimio mei deſiderio laboratis, quia cupitis me veſtris intereſſe gaudiis, veſtræque gloriæ amorem amplector, affectui gratulor, nec ignoro quam benigno me vocetis animo. Verùm aſſuevi paupertati meæ, quæ mihi non minus jam ſufficit, quàm Crœſo opes ſuæ. Jam quippe rudis effectus honoribus deſuevi, quibus Dominus meus amicos beat, & bene de ſe meritos honorificè remunerat. Ut verum fatear, ut vobis in aurem loquar, non eſt mihi tibia tanti, loco ceſſi, officio renuntiavi, fortunam metuens, ne ſi quid acciderit imputetur mihi.

EPISTOLA HUGONIS ABBATIS S. Amandi ad priorem & fratres Humolarienſis monaſterii.

Conſolatur eos ſuper amiſſione abbatis, excuſatque ſe quod eos convenire non poſſit.

Anno circiter 1155. Ex mſ. ſancti Amandi.

FRater H. humilis miniſter eccleſiæ ſancti Amandi cariſſimo priori H. etiam fratribus (a) Humolarienſis monaſterii puſillis cum majoribus Spiritum conſilii cum Spiritu conſolationis.

Veriſſima eſt illa beati Apoſtoli ſententia, quoniam cùm patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra, ſiquidem quoniam ſumus invicem membra, quadam ſpeciali ſubminiſtratione per gratiam Dei connexa non poſſum mihi imperare quin doleam, cùm angelicum veſtrum conventum dolere ſcio, non poſſum ab animo meo avertere dolorem: quin mei deſolationem lugeam, cùm veſtri deſolationem audio. Nec poſſum diſſimulare, quin mihi ſit dulcior affectus & ſincerior ad vos dilectio, quibus olim etſi indignus ſervus ordinatus ſum paſtoralis regiminis ſollicitudinem exhibere: qui etiam fuiſtis gaudium & corona mea, cùm eſſem in medio veſtrum ſicut qui miniſtrat. Et ego audito nuntio, quod cordi meo grave vulnus inflixit, de obitu mihi admodum cariſſimi & jam non ſine lacrymis memorandi domni abbatis G. laborioſas actiones & anxias occupationes, quas Lia lippiens mihi pro Rachel ſervienti importunè ſuggerit, omnimodis abjeceram, & ad veſtrum religioſum conventum, ſi quomodo poſſem conſolandum ire diſpoſueram, cùm ecce domnus noſter Tornacenſium epiſcopus moleſtia corporali ad mortis uſque exitum, ut putatur, laborans non equo, ſed navi ad eccleſiam noſtram adductus eſt. Intelligit autem prudentia veſtra, quod nulla ratione ſubterfugiendum: ſed omnimodis congruum & dignum fuit, ut eum præſentes exciperemus, & ei neceſſaria tamquam epiſcopo noſtro & excellentiſſimæ religionis monacho diligenter provideremus. Porro nos & fratres noſtri pro vobis divinæ majeſtati orationum odoramenta adolere curabimus, & ut in eligendo vobis paſtore, cooperante Spiritusſancti gratiâ, recta ſapiatis & recta faciatis obnixius deprecabimur. Quod ſi ipſam electionem opportuniori tempore reſervare volueritis, tranſacta proxima feria quarta, Deo propitio humilitatem noſtram præſentem habebitis. Valete.

(a) Humolaria monaſterium ordinis ſancti Benedicti in diœceſi Noviomenſi, haud procul ab Auguſta Viromanduorum, pro virginibus fundatum à multis jam retro ſæculis à monachis occupatur, quorum abbas Hugo anno 1150. factus abbas ſancti Amandi, ſucceſſorem habuit Garinum anno milleſimo centeſimo quinquageſimo-ſexto jam defunctum.

BERTOLDI BURGUNDIÆ DUCIS ad Guigonem Dalphinum.

Concedit ei quidquid juris habebat in civitate Viennenſi.

Anno 1156. Ex chartario Romanenſi.

BERTOLDUS divinâ favente clementiâ, dux Burgundiæ, dilecto ſuo GUIGONI Dalphino Albionenſi comiti ſalutem.

Quoniam nihil tam conveniens naturali æquitati, quàm voluntatem Domini rem ſuam in alium transferentis ratam haberi, & de virtute animi tui ac corporis viribus ſuper omnia de tuæ fidelitatis affectu plurimum mihi ſperandum eſt, quicquid juris ex prædeceſſorum meorum ſucceſſione, ſeu regum conceſſione in civitate Viennæ habere videor, tibi, tuiſque

heredibus donavi, & in perpetuùm habere conceſſi. Pepigi etiam firmiter quòd ſi GUILLELMUS comes ſuper hoc te in aliquo lædere attentaverit, me uſque adeo cum eo guerram habiturum, donec prædictam civitatem in pace te habere liberè & abſolutè faciam. Tu verò mihi hominium faciens verſâ vice promiſiſti, quòd quotienſcumque mihi neceſſitas incubuerit, in eadem me civitate decenter recipias. Hæc donatio apud Rivarolum coram domno FREDERICO Romanorum rege, & coram principibus ſuis, eodem aſſenſum præbente & confirmante, facta eſt. Affuerunt huic donationi, (a) ORCHLINUS Baſileenſis epiſcopus, HERMIANUS Conſtantienſis epiſcopus, EVERHARDUS Bavembergenſis epiſcopus, UMBOLDUS Stabulenſis & Corbeienſis abbas, ALBERTUS Virdunenſis primicerius, PETRUS Metenſis præpoſitus, Guigo de Domina, Guillelmus Ruitibrelli, Boſo de Arenis, Radulfus de Sala, Alamannus paganus, & Guigo frater ejus, Petrus Gaufredi, Auſtachius Almandi de Riva, Cabertus de Turana; inſuper etiam dux Saxoniæ HENRICUS interfuit, & laudavit hoc donum Odacer de Sara.

Actum eſt hoc anno Dominicæ Incarnationis MCLV. indict v. regnante domno FREDERICO Romanorum rege glorioſo, anno imperii ejus III.

(a) Dictus Othlierus in brevi chronico Monaſterienſi.

ROBERTI ABBATIS VINDOCINENSIS decretum pro Bibliotheca.

Anno 1156 Ex mſ. Vindocinenſi.

QUoniam humanus animus in diverſa diſtrahitur, præteritorum obliviſcens, præſentium etiam plerumque non recordatur; ideo neceſſarium atque opportunum duximus ſucceſſorum noſtrorum memoriæ litteris commendare, quod a domno ROBERTO abbate ſtatutum eſt atque decretum pari conſenſu cunctorum fratrum tunc in capitulo Vindocinenſi conſiſtentium. In hoc Vindocinenſi cœnobio hactenus fuit conſuetudo, quod quando aliquem librorum ligari oportebat, cellerarius & camerarius expenſas tribuebant; ſed quia inter eos contentio oriebatur quantùm quiſque præbere deberet, librorum ordo negligebatur, nec novi fiebant, nec, ut decebat, veteres corrigebantur. Unde auctoritate Dei & ſuâ domnus abbas ROBERTUS præcepit atque conſtituit, ut omnes priores obedientiarum ad jus Vindocinenſis eccleſiæ pertinentium, exceptâ cellâ Andegavenſi & Credonenſi, annuum cenſum armario præbeant. Quid verò de unaquaque domo habere debeat, ne de hoc quod volumus, iterum contentio fiat, præſentibus & futuris litteris breviter intimare aggredimur.

De S. Georgio V. ſolidos. De S. Nicolao II. ſolidos. De S. Amano IV. ſolidos. De Podio Rebelli III. ſolidos. De Surgeriis III. ſolidos. De Avallia XII. denarios. De Olona II. ſolidos. De Lateio XII. denarios. De S. Saturnino II. ſolidos. De Mediavillo II. ſolidos. De Chiviriaco II. ſolidos. De Broe XII. denarios. De Caſtell. II. ſolidos. De Porcellis XII. denarios. De Villeriis XII. denarios. De S. Hyppolito XII. denarios. De Gaſtinello XII. denarios. De Villa-Dei V. ſolidos. De Cormano XII. denarios. De Savineio II. ſolidos. De Villa-Odonis XII. denarios. De Balgentiaco III. ſolidos. De Andreio II. ſolidos. De Carcere II. ſolidos. De Columbariis unum ſextarium frumenti. De Balneolis I. ſextarium frumenti. De Buxello I. ſextarium frumenti. De Capella Ancherii I. ſextarium frumenti. De Piſoto I. ſextarium frumenti. De Danzeio I. ſextarium frumenti. De Cortozeio I. ſextarium frumenti. De Hulſeto I. ſextarium frumenti. De Pruneto I. ſextarium frumenti. De Villa-Gumbergia I ſextarium frumenti. De Longa-Ulmo I. ſextarium frumenti. De Villa Marzini I. ſextarium frumenti. De Monte Odonis I. ſextarium frumenti. De Buſlo I. ſextarium ſiliginis.

Actum eſt hoc atque ſancitum in capitulo Vindocinenſi feriâ II. VI. Cal. junii, præ feſtivitate ſanctæ Trinitatis. Scriptum per manum Guillermi tunc temporis armarii, anno ab Incarnatione MCLVI.

CARTA FUNDATIONIS monaſterii de Haya Andegavenſi Ordinis Grandimontenſis.

Anno 1158. Ex mſſ annalibus Grandimontis Joannis Leveſque.

HENRICUS Dei gratiâ rex Angliæ, dux Normanniæ & Aquitaniæ, & comes Andegaviæ, archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, juſtitiariis, ſeneſcallis, præpoſitis, ballivis, & omnibus fidelibus ſuis ſalutem.

Sciatis me Dei amore, & pro ſalute animæ meæ, & animarum anteceſſorum meorum, dediſſe & conceſſiſſe in puram & perpetuam eleemoſynam Deo & priori, & fratribus Grandimontis ordinis, locum de Haya Andegavenſi, & totum nemus liberum & quietum, ad omnes voluntates ſuas faciendum, ſicut muris clauditur, & per totas foreſtas meas, omnia neceſſaria ad ædificationem & uſus ejuſdem domûs & aliarum domorum ejuſdem ordinis de tota terra mea. Dedi etiam & conceſſi eiſdem fratribus duos ſolidos ſingulis diebus in vinagiis Andegavi in feſto S. Michaëlis annuatim percipiendos, & totum vinagium meum de omnibus vineis quas habent vel habebunt. Dedi etiam, ad ſerviendum eiſdem fratribus, tam ſanis, quàm leproſis, quatuor homines apud Andegavum, & unum in Valleia, apud locum qui dicitur *Lemou*, liberos & quietos, cum rebus ſuis & rebus fratrum in terra & aqua ab omni ſervitio, & tallagio, pontagio, teloneo, paſſagio, exercitu, & omni conſuetudine, & de omnibus rebus & occaſionibus ad me pertinentibus. Quare volo & firmiter præcipio, quòd prædicti (a) Boni homines omnes prædictas eleemoſynas meas habeant bene & in

(a) Grandimontenſes, ob ſingularem pietatem & mirandam ſimplicitatem, Boni homines dicti ſunt, ut patet ex hoc loco & aliis plurimis.

pace

Digitized by Google

pace, liberè & integrè; ſicut eas illis dedi, & præſenti cartâ confirmavi. Teſtibus BARTHOLOMÆO Turonenſi archiepiſcopo, R. Andegavenſi epiſcopo, Gaulterò de Conſtant meo cancellario.... S. de Miſay ſeneſcallo Andegaviæ, &c.

Datum Andegavi ſub ſigillo ſerico flaveo & albo.

CARTA HENRICI COMITIS Trecenſis abbati Latiniacenſi obligationem turris conſtruendæ remittentis.

Anno 1159. Ex cartario Latiniacenſi.

EGo HENRICUS Trecenſium comes palatinus, per præſens ſcriptum notum facio, quod abbas Latiniacenſis ex promiſſo debebat mihi facere turrim apud Latiniacum; ſed ipſe abbas apoſtolicâ defenſione prohibitus & coactus, jam dictam turrim facere nec voluit, nec auſus fuit. Ea propter in abbatem plurimùm offenſus fui; ipſumque ab amore & favore meo penitus elongavi. Videns autem præſcriptus abbas, quòd iram & offenſam meam pro jure meo ſuſtinere, nec deberet, nec poſſet, ad velle meum & meam ſatisfactionem ita pervenit; quòd iram meam & conventionem turris ei & eccleſiæ omnino condonavi, & obſides, tàm milites, quàm ſervientes, quos pro turre acceperam, ex toto quietos in perpetuùm clamavi. Prætereà conceſſi ut quidquid præſcripta eccleſia ex tempore comitis THEOBALDI patris mei & anteceſſorum meorum tenuit; tempore etiam meo quietè & liberè teneat & poſſideat; cum illis quæ ego ipſe tempore meo eidem eccleſiæ in eleemoſynam donavi, quæ alibi ſcripto & ſigillo meo confirmata ſunt. Ut verò hæc omnia rata & inconcuſſa permaneant, ſigilli mei impreſſione confirmare præcepi. Hujus autem rei & confirmationis teſtes ſunt, Richardus ejuſdem eccleſiæ monachus & eleemoſynarius, Conſtantius capellanus abbatis; domnus Matthæus decanus Pruvini, Rainaldus theſaurarius, Droco de Pruvino, Petrus Briſtandus frater ejus, Manaſſes de Latiniaco, Simon orphanus, Gualterius de Pruvino qui fuit mareſcallus, Garnerius cocus, Theobaldus de Fimis, qui cartam fecit.

Actum eſt hoc anno incarnati Verbi MCLIX. LUDOVICO rege Francorum regnante, HUGONE Senonenſi archiepiſcopo exiſtente. Traditum fuit apud Pruvinum per manum Guillelmi cancellarii.

EPISTOLA (a) EPISCOPORUM Schiſmaticorum in conciliabulo Papienſi congregatorum de electione Victoris IV. antipapæ.

Anno 1160. Ex ms. Elnonenſi.

J. Dei gratia Aquilegienſis patriarcha, Ar. Maguntinus, R. Colonienſis, W. Magdeburgenſis, & H. Bremenſis archiepiſcopi & univerſi epiſcopi & abbates & viri religioſi in concilio Papiæ congregati, regibus, archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, ducibus, comitibus, marchionibus & omnibus Chriſti fidelibus, ad quos litteræ iſtæ perveniunt, ſalutem & orationes in Chriſto.

Quia ſedis apoſtolicæ turbatio chriſtianorum animos admodum ſauciavit, nos qui ad reſecanda ſchiſmata Papiæ fuimus congregati; qualitatem cauſæ modumque negotii & ſacri concilii ſtatutum univerſitati veſtræ plenariè duximus intimandum; quatenus per ſcripta præſentia mera veritate monſtrata, auditorum animi falſitatem quam fortè conceperunt, vehementer expellant, & amodo per ſcripta ſchiſmata non ſeducantur. Cùm igitur orthodoxorum Papiæ congregatorum univerſitas conſediſſet, cauſa per ſeptem continuos dies, remoto omni ſæculari judicio, legitimè & canonicè agitata, ac diligenter inſpecta, ſufficienter & canonicè in conſpectu concilii per teſtes idoneos eſt comprobatum, dominum papam Victorem & nullum alium in baſilica B. Petri à ſaniori parte cardinalium, petitione populi, conſenſu & deſiderio cleri Romani fuiſſe electum; & ſolemniter immantatum, & quia præſente & non contradicente ROLLANDO quondam cancellario, in cathedra beati Petri fuerit collocatus, & quod ei à cardinalibus & clero Romano *Te Deum laudamus* glorioſè eſt decantatum, & inde ad palatium cum bandis & aliis papalibus inſignibus eſt eductus.

Probatum quod eo tempore quo electio Romæ celebrabatur erant in urbe tantummodo XXII. cardinales, ex quibus cum dominus VICTOR tunc Octavianus & ROLLANDUS ſegregati fuiſſent, remanſerunt tantummodo XX. electores, ex quibus IX. ſanioris conſilii & nulla conjuratione fœderati, quorum vox prima erat in electione unà cum capitulo beati Petri, petitione populi, conſenſu & deſiderio cleri, annuente ordine ſenatorum & nobilioribus Romanis, dominum elegerunt VICTOREM. Et clerus & populus ſecundum conſuetudinem interrogatus per ſcrinarium, ſi placeret: tribus vicibus clara voce reſponderunt *Placet*.

Probatum eſt etiam quòd ROLLANDUS poſt domini VICTORIS promotionem tertio die ab Urbe egreſſus apud Ciſternam in finibus terræ Sicilii in loco non celebri primo eſt immantatus.

Probatum eſt quòd in ſecunda die poſt promotionem domini VICTORIS, ROLLANDUS interrogatus à rectoribus cleri Romani & à clericis de ſua cardinalitate, ſi domino VICTORI eſſet obediendum, expreſſè confeſſus eſt ſe numquam fuiſſe immantatum, & expreſsè dixit: ita obedite ei, quem immantatum eſſe videtis. Super his capitulis fuerunt teſtes, & ſub ſtola tactis ſacro-ſanctis evangeliis juraverunt dominus PETRUS CHRIS-

(a) Hanc epiſtolam magna ex parte truncatam edidit Goldaſtus Conſtitutionum Imperialium tomo primo pagina 273. maxime vero locum ubi Romana ſancti Petri eccleſia dicitur *Mater & caput omnium eccleſiarum* hæreticus ſuppreſſit. Nos integram hic damus ex manuſcripto Elnonenſi.

TIANUS decanus baſilicæ ſancti Petri, cum duobus fratribus ſuis in perſona ſua, & totius capituli beatri Petri, ubi corpus ipſius apoſtolorum principis requieſcit, quæ eſt mater noſtra & caput omnium eccleſiarum: cujus etiam plenum teſtimonium habebamus, ſimiliter juraverunt religioſi & honeſtiſſimi rectores & prælati cleri Romanæ urbis, qui omnia viderunt & tractaverunt quorum nomina ſunt hæc: dominus BASILIUS archipresbyter, dominus MAIMUS archipresbyter, J. archipresbyter, AIMERARDUS archipresbyter, BERNARDUS archipresbyter, item J. archipresbyter, GENTILIS presbyter, THOLOMEUS archipresbyter, BENEDICTUS decanus, magiſter GERARDUS, NICOLAUS & alii religioſi, & honeſti clerici Romani. Præterea P. illuſtris Urbis præfectus, STEPHANUS de TEBALDO, STEPHANUS NORMANNUS, GUIMUNDUS filius Petri Leonis, J. DE STEPHANO, & alii principes & nobiles Romani, qui ad vocationem ſereniſſimi imperatoris venerant, in conſpectu concilii ſuper jam dictis capitulis omnes pariter teſtimonium perhibuerunt & jurare voluerunt. Sed nos quia religioſorum archipresbyterorum multorum & capituli beati Petri teſtimonium ſufficiens habebamus, & abundantiſſimum, duximus laïcis in hac parte parcendum. Deinde venerabiles epiſcopi HER Verdenſis, DANIEL Pragenſis, O. Palatinus comes, & HERBERTUS præpoſitus, quos dominus imperator ex conſilio duodecim epiſcoporum & multorum religioſorum abbatum aliorumque religioſorum tunc præſentium Romam delegaverat, ut partes ante concilii præſentiam Papiam revocarent, teſtimonium perhibuerunt, quod R. cancellarium & partem ejus ternis edictis per intervalla temporum peremtoriè & ſolemniter ad præſentiam Eccleſiæ Papiæ tunc congregandæ, remoto omni ſæculari judicio, vocaverunt; & quod R. & ſui cardinales viva voce & ore proprio judicium vel examen aliquod eccleſiæ ſe nolle recipere manifeſtè dixerunt. Oſtenſum eſt quod iidem legati R. ſuiſque ſequacibus ſecuriſſimum conductum, ſub fide ſacramenti in eundo ad concilium & redeundo præſtare voluerunt. Ad majoris quoque ſecuritatis plenitudinem dominus papa VICTOR arces & caſtella & fratres ac nepotes ſuos obſides eis obtulit, ſi in facie eccleſiæ ſecum in judicio ſiſtere voluiſſent. ROLLANDUS verò, qui ante hujuſmodi vocationem per litteras & per legatos ſuos judicium multoties poſtulaverat, has omnes vocationes & ſecuritatis promiſſiones contumaciter & ſuperbè contemſit. Præterea conjurationem inter hæc & ſuos ſequaces cardinales cum Mediolanenſibus & Siculo nefandiſſimè perpetratam, & per ipſos conjuratotores, & per litteras ROLLANDI Mediolanenſibus directas, & aliis manifeſtiſſimis argumentis deprehendimus & cognovimus. Cujus conjurationis tenor & continentia talis erat, ut numquam alter ſine altero cum Romano imperio pacem teneret; & ſi interim papam Adrianum mori contingeret, unum de illis cardinalibus & non alium in papam eligerent, qui eadem conjuratione teneretur. Per ſcripta etiam ROLLANDI ſuo ſigillo bullata & in orbe tranſmiſſa & in conſpectu concilii recitata, mendacia manifeſtiſſima & deteſtabilia deprehendimus in hæc verba: Teſtamur Deum, quem nullum latet ſecretum, quòd non mendacium fingimus, ſed meram ſicut eſt loquimur veritatem, quia duo tantum elegerunt Octavianum JOHANNES ſancti Martini & G. Cremenſis cardinales, ceteri verò in noſtram perſonam convenerunt. In his itaque verbis venerabile concilium non ſolùm mendacia manifeſtiſſimè deprehendit, ſed etiam deteſtabile perjurium recognovit. Præter eos namque cardinales quos dominum VICTOREM elegiſſe ROLLANDUS aſſeruit, habuimus in facie concilii electorem & conſecratorem domini papæ VICTORIS domnum Y. Venuſcii ſcilicet epiſcopum omnium cardinalium priorem & antiquiorem, cujus erat prima vox in electione pontificis. Habuimus & præſentem domnum W. cardinalem ſancti Petri ad Vincula, quem advocati domni papæ Victoris in præſentia omnium domnum Victorem ſe elegiſſe affirmaverunt, & ipſe W. in medio concilii hoc audivit & non negavit. Nam domnus C. cardinalis ſancti Adriani infirmitate detentus per cyrographum nobis voluntatem ſuam expoſuit, & per nuncium jurare præcepit domnum Victorem ſe elegiſſe, & ei obediſſe, & eum & non alium in dominum & papam velle ſe habere. Magiſter Ro. cardinalis ſanctæ Mariæ in Via lata, ſicut pro certo cognovimus, eum elegit, & ei obedivit. Propter quod etiam dum ad concilium tenderet, à fautoribus ROLLANDI Piſis captus eſt, & crudeliſſimè verberatus, & in carcerem truſus. G. Sabinienſis epiſcopus, & AR. cardinalis & alii multi obedierunt domino Victori, qui ut accepimus varia ſpe pecuniarum ſeducti, poſtea abierunt retrorſum. Præterea nos antiquorum veſtigia & Romanæ eccleſiæ conſuetudinem imitantes, librum de vita & ordinatione Romanorum pontificum ſuper ſimilibus cauſis in medio concilio fecimus recitari, ubi manifeſtiſſimè comperimus, quòd in hujuſmodi negotiis, illum ſemper ſancta ſtatuit Eccleſia præferendum, qui petitione populi, conſenſu & deſiderio cleri, à cardinalibus prior eſt in cathedra beati Petri collocatus. Illud etiam quod de ANACLETO & domino INNOCENTIO noſtris temporibus accidiſſe recolimus, ad memoriam concilii nihilominus eſt revocatum, quod licet una & eadem die ambo immantati fuiſſent, ille potius eſt ab eccleſia approbatus, cujus immantatio aliqua diei parte præceſſit. A ſæculo non eſt auditum, quòd poſt unius immantationem die tranſacta, alius poſtea fuerit immantatus. ROLLANDUS autem non una tantum, ſed undecima tranſacta die poſt immantationem domini Victoris fuit immantatus. Præterea vidimus ſcripta HEN. Piſani cardinalis ad dominum impe-

Digitized by Google

ratorem directa, in quibus expreſſè continea-A tubr, quod nullum vellent eccleſiæ ſubire judicium & examen. Super hæc omnia HEN. & O. cardinalem ſancti Nicolai in carcerem truſit, qui tempore concilii & ante apud Januas morabantur. Et J Anagninus, & J. Pitutus, qui à ROLLANDO tranſmiſſi tunc apud Placentiam morabantur, per octo continuos dies à toto concilio ſunt expectati, & per litteras & nuncios concilii ſunt vocati, & contemſerunt venire. Ex his igitur nobis ſufficienter inſtructis, & veritate hinc inde plenariè B declaratâ, placuit reverendo concilio, ut electio domini Victoris, qui tamquam manſuetus & innocens eccleſiæ judicium venerat ſuſcepturus, approbaretur & confirmaretur: & electio Rollandi penitus ceſſaretur. Et factum eſt ita. Electione itaque domini Victoris, remoto omni ſæculari judicio, Sancti Spiritus gratiâ invocatâ, confirmatâ & receptâ, chriſtianiſſimus imperator noſter poſt omnes epiſcopos & poſt omnem clerum ultimus ex concilio & petitione concilii electionem domini Victoris recepit & approbavit, & poſt eum omnes princi- C pes ejus, & innumerabilis hominum multitudo, quæ præſens erat, interrogata tribus vicibus, ſi ei placeret, reſpondit cum gaudio: Placet. Sequenti die proxima, id eſt prima ſexta feria quadrageſimæ domnus VICTOR cum proceſſione ab eccleſia ſancti Salvatoris extra civitatem, in qua fuerat hoſpitatus, ad cathedralem eccleſiam glorioſè deductus eſt. Ibi religioſiſſimus imperator ante januas eccleſiæ eum ſuſcepit, & deſcendenti de equo ſtrepam humiliter tenuit: & apprehenſum per D manum uſque ad altare conduxit, & pedes ejus eſt oſculatus, & nos omnes, patriarcha, archiepiſcopi, epiſcopi & abbates, & omnes principes, cum univerſa multitudine quæ præſens erat, pedes apoſtolicos oſculati ſumus. Proxima autem die ſequenti, id eſt ſabbato, habito generali concilio, domnus papa & nos cum illo ROLLANDUM olim cancellarium, nunc ſchiſmaticum, & principales ejus fautores, accenſis candelis anathematizavimus, & tradidimus eum ſatanæ in interitum carnis, E ut ſpiritus ſalvus ſit in die Domini. De cetero ex parte Dei omnipotentis & beatorum apoſtolorum Petri & Pauli & omnium Sanctorum, & virorum orthodoxorum, qui divino intuitu ad reſecanda ſchiſmata convenerunt, univerſitatem veſtram imploramus, & monemus in Chriſto, ut ea quæ eccleſia Papiæ congregata ad honorem Creatoris & Sponſæ ſuæ matris veſtræ ſanctæ Romanæ eccleſiæ tranquillitatem & ad ſalutem omnium chriſtianorum fideliter ordinavit, vos omni dubio & ambi- F guitate remota, irrefragabiliter ratum firmumque teneatis, orantes ut redemtor noſter JESUS-CHRISTUS univerſalem pontificem & papam Victorem, de cujus ſanctitate & religione omnimodo confidimus, per tempora longa conſervet, & præſtet ei omnimodam tranquillitatem & pacem: ita quod per eum Dominus honoretur, & eccleſia Romana, & omnis religio gratum Domino accipiat incrementum. Ut autem omnis actio plenius eluceſcat, dignum duximus, ut omnium conſenſus noſtrum & nomina ſubſcribantur.

Ego PEREGRINUS Aquileienſis patriarcha, cum fratribus ſuffraganeis interfui & conſenſi.

Ego ARNOLDUS Moguntinus.

Ego REINOLDUS Colonienſis.

Ego WIMANNUS Magdeburgenſis.

Ego ARDWICUS Bremenſis archipiſcopi interfuimus & cum omnibus ſuffraganeis noſtris conſenſimus.

* BELUINUS Trevirenſis archiepiſcopus. (* l. Hellinus.)

EBRARDUS Salzburgenſis archiepiſcopus.

Arelatenſis archiepiſcopus,

Viennæ archiepiſcopus.

G. electus Ravennas, omnes per legatos ſuos & litteras ſuas conceſſerunt.

Rex Hungarorum.

Rex Danorum.

Rex Pohemiæ per legatos ſuos & litteras ſuas conſenſerunt.

Archiepiſcopus & dux Poloniæ per legatos & litteras ſuas conſenſerunt.

Epiſcopus Ripenſis.

Epiſcopus Auguſtidunenſis.

Epiſcopus Tridentinus.

Epiſcopus Paduanus.

E. Flectrenſis, E. Telguſinus, E. Mantuanus, Faventinus, Verogenſis, Pergamenus, Imolenſis, Mutinus, Laudenſis, Firmanus, Ferentinus, Terdonenſis, Aquenſis, Aſtenſis, Taurinus, Vercellenſis, Iporenſis, Cumanus, Novarienſis, Germonenſis, Gebentinus, Tullenſis, Virdunenſis, Baſileenſis, Argentinus, Warmacenſis, Trajectenſis, Verdenſis, Abelenburgenſis, Pragenſis, Ratiſbonenſis, Patavienſis. Item Auguſtenſis, Bambergenſis, Melfitanus. Hi omnes interfuerunt & conſenſerunt Eſt autem numerus archiepiſcoporum & epiſcoporum qui præſentes fuerunt, & qui litteris ſuis conſenſum ſuum præbuerunt centum quinquaginta tres. Abbatum verò & archidiaconorum & præpoſitorum multorum regnorum inæſtimabilis multitudo interfuit, & cum deſiderio conſenſit. Interfuit etiam dux Saxoniæ & Bawariæ, dux WLFO, dux Zaringiæ, dux Suevorum, comes Palatinus de Rheno, Palatinus de Saxonia, de Bawaria, & alii marchiones & comites, quorum nomina ignoramus.

EPISTOLA EBRARDI SALSBURGENSIS archiepiſcopi ad Alexandrum papam III.

Ab Eccleſiæ unitate ſe numquam diſceſſurum promittit.

(Circa annum 1160. Ex m[...])

A. ſummo pontifici E. Saliſburgenſis obedientiæ, orationis & obſequii devotiſſimum affectum.

Glorioſus Deus, qui ſicut ſemper mirabilis, ita & potentiſſimus in operibus ſemper apparet; deponit enim potentes de ſede, & exaltat humiles, & vocat ea quæ non ſunt, tamquam ea quæ ſunt, & cui nem[...]t dicere: Cur ita

facis? quamvis multi tentent reſultare his quæ A ipſe facit. Inde eſt quòd mirabiles elationes maris quæ putabant elidere naviculam Petri, ſanctam videlicet catholicam Eccleſiam, nutu ſuæ potentiæ fecit detumeſcere, & portum tranquillitatis ibi conſtituit, unde gravior tempeſtas timebatur. Videmus enim ſtatuam illam Babylonicam à filiis captivitatis non ſolùm non adorari, ſed etiam derideri, & minarum incendia rore divinæ conſolationis tribus pueris temperari. Hæc, Pater ſanctiſſime, ſcripſimus pro tempore; paternitatem veſtram ſcire cu- B pientes, quia nos & alii plures, quibus ſanior mens eſt, ab unitate Eccleſiæ, cui vos Deus Caput conſtituit, præveniente nos & ſubſequente gratiâ Dei, non diſcedemus. Dominus ſanctitatem veſtram diu conſervet incolumem.

EPISTOLA HERIBERTI MONACHI de hæreticis Petragoricis.

Ex mſ. Elnonenſi.

OMnibus chriſtianis notum eſſe cupio ego C HERIBERTUS monachus, ut ſe cautè agant à pſeudoprophetis, qui chriſtianitatem pervertere nituntur. Surrexerunt enim in Petragorienſi regione quamplures hæretici, qui ſe dicunt apoſtolicam vitam ducere, carnes non comedunt, vinum non bibunt, niſi permodicum tertiâ die; centies in die flectunt genua, pecuniam non recipiunt. Illorum autem ſecta valde perverſa eſt; *Gloria Patri* non dicunt, ſed pro Gloria Patri, *Quoniam regnum tuum*, & *Tu dominaris univerſæ creaturæ in ſæcula ſæculorum. Amen.* Eleemoſynam nihil eſſe, quia unde D fieri poſſit, nihil debere poſſideri. Miſſam pro nihilo ducunt, neque communionem percipi debere dicunt, ſed fragmen panis. Miſſam ſi quis cantaverit, ſeductionis causâ, nec canonem dicit, nec communionem percipit, ſed hoſtiam juxta, aut retro altare, aut in miſſalem projicit. Crucem, ſeu vultum Domini non adorant, ſed adorantès prohibent; ita ut ante vultum Domini dicant: *O quàm miſeri ſunt, qui te adorant!* pſalmo dicente, *ſimulacra gentium*, &c. In hac ſeductione quamplures jam non ſolùm nobiles, propria relinquentes, ſed & cle- E rici, preſbyteri, monachi & monachæ pervenerunt. Nullus enim tam ruſticus eſt, ſi ſe eis conjunxerit, quin infra octo dies tam ſapiens ſit litteris, ut nec verbis, nec exemplis ampliùs ſuperari poſſit. Nullomodo detineri poſſunt, quia ſi capiuntur, nullâ vinctione poſſunt ſervari, diabolo eos liberante, & ita univerſi, ut ſperent & velint invenire eos qui ſe crucient & morti tradant. Faciunt quoque multa ſigna; nam ſicubi ferreis catenis, vel compedibus vincti miſſi fuerint in tonnam vinariam, ita ut F fundus ſurſum vertatur, & cuſtodes fortiſſimi adhibeantur, in craſtino non inveniunt, quoad uſque ſe voluntarie repræſentaverint, vas vini vacuum ex ſuo vino parumper immiſſo in craſtino plenum invertitur. Alia quoque permulta & mira faciunt. Princeps eorum PONNUS vocatur.

EPISTOLA PETRI BERNARDI electi prioris Grandimontenſis ad Henricum Anglorum regem.

Significat ei ſuam electionem, cui invitus conſenſit.

Anno 1160. Ex mſ. Grandimontenſi.

PRæcellentiſſimo principi D. HENRICO Dei gratiâ Anglorum regi, duci noſtro Aquitanico, magnificentiſſimo pauperum Grandimontenſium nutritio, frater PETRUS BERNARDI electus prior Grandimontenſis, ſed peccator, quidquid valet oratio peccatoris.

Sanctus Spiritus, qui ubi vult ſpirat, non ex operibus juſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundum miſericordiam ſuam magnam nos, licèt indignos, elegit in viſibilem famulorum ſuorum Grandimontenſium ductorem. Ingenuè fateor, non abſque contradictione, electioni huic, quamquam canonicæ, me ſubſcripſiſſe, & adhuc propter duo repugnarem. Primò, niſi in Domino confiſus, & in potentia majeſtatis ejus, ſperarem eumdem principalem, qui cœpit in nobis opus bonum, profecturum; ita ut bonas faciam inchoatæ perfectionis vias meas & ſtudia mea, meliorèm eſſe me delectando, quàm altiorem. Secundò, niſi eamdem electionem Deo & regiæ veſtræ celſitudini gratam declaraſſent fratres mei, numquam tanti officii habenas excepiſſem. Domine mi rex, factum eſt, ut imperavit Deus; confirmet in omni opere bono ille qui Pater noſter eſt & nos opera manuum ejus. Utinam ſicut cartam nunc præſentem, ita & meam tibi mentem poſſem exponere! O ſi legere poſſes in corde meo, quod tibi de amore tuo ſuo digito Deus inſcribere dignatus eſt! Profectò cognoſceres quod nulla lingua, licèt erudita, ſed nec ſtylus ſufficiat exprimere quæ in tabulis cordis carnalibus, Dei Spiritus placuit imprimere. Memoriâ memores ſumus beneficiorum veſtrorum inenarrabilium, ſed & ubique prædicabo quòd multam invenerimus ſemper in oculis veſtræ majeſtatis familiaritatem, cum familiaritate gratiam, cum gratia ſuavitatis abundantiam, de quibus ſine dubio merces veſtra multa eſt in cœlis, illo in evangelio promittente, qui fidelis in omnibus verbis ſuis, & judicante ſibi factum, quod uni ex minimis ſuis factum invenitur. Ergo erga ſceptrum regni tui voluntatem bonam ex debito conſervantes, parem à ſacra veſtra celſitudine ſuppliciter repoſcimus. Nihil, fateor, in deſerto poſſumus, at modicum hoc quod valemus coram Deo præpotenti, in cujus manu ſunt omnium poteſtates, pro vobis regioque ſanguine veſtro impendimus, ut virtutum omnium percipias incrementa, & ad eum qui via, veritas, & vita eſt, gratioſus valeas pervenire, hanc pro vobis proſequemur obſecrationem in veſtro Grandimonte, ab hoc primo menſe electionis noſtræ, ut latores præſentium notum facient.

Datum in Grandimonte menſe Februario.

Digitized by Google

PISTOLA HENRICI II. ANGLORUM regis ad Petrum Bernardi priorem Grandimontenſem.

ratam habet ejus electionem, ejuſque ſe precibus commendat.

REligioſo ſacerdoti, & excelſo in verbo gloriæ, P. PETRO BERNARDI priori atrum noſtrorum de Grandimonte, juſta de- deria principis chriſtiani, HENRICUS Dei ratiâ Anglorum rex, filius & frater.

Bonus homo de bono cordis ſui theſauro duo rotulit bona. Primum, quando aſſenſum præ- uiſti tuæ electioni, quam credimus factam eſſe Deo, quia tanto (*a*) correctorum & curioſo- um conſenſu, uti conceſſu celebratam fuiſſe ccepimus, ſicut veſtri retulere. Secundum, ùm memoriam in tuis precibus continuam re- romiſiſti. Satis eſt, ſi fiat; fiet, credo. At con- inuetur per orationes veſtras multum ſpera- nus in Domino, & in potentia majeſtatis ejus; iec parvipendimus orationes veſtras; fiant, recor, ſine intermiſſione in eccleſia veſtra ad Deum pro nobis, ad ſolatium veſtrum, & ju- undum diem adventûs veſtri in ſedem prioris eneralis. Hiſce patentibus notum vobis faci- nus, nos recordari adhuc hodie, quòd hoſtiæ auda & caput Deo debebatur; non incipimus obis benefacere, ut vos de nobis bene meri- os abjiceremus; tunicam Eccleſiæ, Dei gra- iâ jam polimitam, curamus facere & talarem; antummodò pro me orate; & de temporali- us nihil ſolliciti, Dominus providebit per ma- us noſtras. Regium atteſtor pectus, provideo n conſpectu, & utinam ſemper, Regem cœli c terræ immortalem, regnum nobis in terra lonaſſe, donaturum & in cœlo, ſi quod de doranda dextera ejus accepimus, juſtè & ſa- ienter adminiſtraverimus. At quis putas eſt idelis ſervus & prudens? Utinam ſic appaream n conſpectu ejus, ut & hîc fideliter, & ibi fe- iciter regnare poſſimus. Sed & hoc ſperamus, i bonorum veſtrorum ſpiritualium participes ios efficientes, inclinaveritis ad nos magnam niſericordiam Regis regum & Domini domi- iantium.

Datum Londini per manus magiſtri (*b*) THOMÆ cancellarii noſtri, menſe Martio, egni noſtri VII.

ALEXANDRI PAPÆ III. ad Cononem S. Vitoni abbatem.

Laudat eum de zelo pro ſede apoſtolica, hortaturque ut devotus ei ſemper adhæreat.

ALEXANDER epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio abbati eccleſiæ S. Vitoni Virdunenſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Ex tenore litterarum tuarum comperimus, quòd tu tamquam vir catholicus, & Eccleſiæ laudabilis defenſator, devotionem nobis & conſtantiam viriliter obſervaſti, & illi quondam ſchiſmatico Virdunenſi epiſcopo magnanimiter reſiſtens, numquam in errorem & malitiam OCTAVIANI ſchiſmatici voluiſti ullatenus declinare. Quod ſiquidem tantò gratiùs gerimus & magis acceptum, quantò in medio pravæ nationis poſitus, virtutis tuæ conſtantiam in unitate Eccleſiæ validiùs roboraſti, & nihil umquam nobis potuiſſes offerre quod Deo magis placeat, & in animo noſtro cariùs, aut pretioſiùs haberemus. Unde prudentiam tuam, ſicut dignum eſt, in Domino commendantes, & ex hoc dignis laudibus extollentes, rogamus dilectionem tuam, monemus & exhortamur in Domino, quatinus ſicut bene & laudabiliter incepiſti in devotione beati Petri & noſtrâ uſque in finem firmiter perſeveres, & eccleſiam Virdunenſem ad hoc idem reducere ſtudeas propenſiùs & hortari. Nos enim intuitu devotionis & honeſtatis quam circa nos geris, te ſpecialem filium noſtrum diligere volumus, multipliciter & honorare, & in tuis petitionibus libenti animo exaudire.

Datum Pariſius v. Idus Aprilis.

ALEXANDRI PAPÆ III. ad epiſcopum Caturcenſem.

De ſublevando à debitis Moiſacenſi cœnobio.

ALEXANDER epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Caturcenſi epiſcopo ſalutem & apoſtolicam benedictionem. *Ex ſchedis Colbertinis*

Quantùm ſit onere debitorum monaſterium Moiſiacenſe gravatum, & qualiter inopiæ & egeſtati ſubjaceat, tua diſcretio non debet aliquatenus ignorare; quia verò ad onera & neceſſitates monaſterii alleviandas toto ſtudio debemus intendere, & ejus gravamina, in quantum poſſumus, alleviare, diſcretioni tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus burgenſes Moiſiacenſes monere ſtudeas, & attentiùs exhortari, ut terras, reditus, & honores præfati monaſterii, quos nomine pignoris detinent, ſi de fructibus perceptis ſortem ſuam in duplum receperunt, eidem occaſione poſtpoſitâ reſignent, & deinceps ſine communi conſenſu abbatis & capituli, & ſanioris partis, theſaurum, vel poſſeſſiones, aut honores, aut reditus monaſterii, in pignus recipere nullâ ratione attentent. Terras verò & reditus quos occupaverunt, eiſdem fratribus reſtituere non morentur, vel in præſentia tua plenam exinde juſtitiam exhibere. Si autem monitis tuis acquieſcere fortè noluerint, tu eos, ad hoc efficiendum, auctoritate noſtrâ compellas, & etiam eccleſiaſticâ cenſurâ percellas, & terram interdicto ſupponas.

Datum Benevent. XII. Cal. Februarii.

(*a*) Correctores in ordine Grandimontenſi dicebantur ſuperiores monaſteriorum ad diſtinctionem prioris Grandimontenſis, qui ſolus prior dicebatur: poſtquam vero abbatis titulo inſignitus eſt, non amplius correctores, ſed priores appellati ſunt.

(*b*) Is eſt Thomas, qui poſteà archiepiſcopus Cantuarienſis & martyr extitit.

ALIA EJUSDEM
ad priorem & fratres monaſterii S. Savini.

Ut abbati ſint obedientes, eique proprium reſignent.

Ex archivis S. Savini, Tarbienſis diœceſis.

ALEXANDER epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis, priori & fratribus S. Savini, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Non vos credimus aliquatenus ignorare in quanta humilitate & devotione debeatis dilecto filio noſtro abbati veſtro obedientes exiſtere, cùm fruſtrà religionis habitum videremini gerere, ſi religionis opera non ſtuderetis votivis cordis affectibus imitari. Sanè ſicut accepimus, quidam ex vobis in præfatum abbatem ſuperbiæ calcaneum erigunt, & qui ſæcularia deſideria abnegaſſe, & propria reliquiſſe videntur, contra profeſſionem ordinis, & doctrinam magiſtri ſui, proprium retinere præſumunt. Quoniam igitur hujuſmodi exceſſus, nec volumus, C nec debemus impunitos relinquere, univerſitati veſtræ per apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus quatinus præfato abbati obedientiam & reverentiam devotè & .... exhibeatis, & proprium, cùm ab eo fueritis requiſiti, in manibus ipſius reſignetis, & tales vos circa ea quæ ad cuſtodiam clauſtri, & obſervantiam religionis & ordinis pertinere noſcuntur, celerius exhibere curetis, quòd bonæ opinionis fama valeat proximos veſtros laudabiliter ædificare, & vos de humilitate & obedientiæ virtute poſſitis non immeritò commendari, & gratiam Altiſſimi feliciter promereri; alioquin ſententiam quam in vos tamquam contumaces & rebelles, propter hoc, prælibatus abbas canonicè tulerit, nos, auctore Domino, ratam & firmam habebimus.

Datum Anagniæ III. Cal. Julii.

ALIA EJUSDEM
ad monachos S. Savini.

Ut obedientes ſint abbati.

Ex archivis S. Savini.

ALEXANDER epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis univerſo capitulo ſancti Savini ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Quanta ſit obedientiæ virtus, primi hominis lapſus declarat, qui cùm eſſet in ſuprema beatitudine poſitus, per inobedientiæ vitium, de gloria cecidit in miſeriam, & de incomparabili bono, in vallem dejectus eſt lacrymarum. Ne autem de inobedientiæ poſſitis vitio argui, aut meritò reprehendi, qui obedientiæ debetis virtute eſſe ornati, univerſitati veſtræ per apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatinus dilecto filio noſtro abbati veſtro, tamquam ſpirituali patri, & animarum veſtrarum rectori, A debitam in omnibus obedientiam & reverentiam impendatis, & in his quæ de ſu....monitis, & mandatis ejus humiliter & devotè parentes, ad cultum religionis, cuſtodiam clauſtri, & obſervantiam ordinis, ferventer & unanimiter intendatis; ita quòd de obedientiæ virtute, apud Deum & homines poſſitis commendabiles apparere, & Conditori veſtro dignum & acceptum ſacrificium laudis & orationis offerre. Si qui autem veſtrûm eidem abbati rebelles & inobedientes extiterint, ſententiam quam ipſe B in eos propter hoc canonicè tulerit, auctore Domino, ratam & firmam habebimus.

Datum Tuſcul. v. Cal. Aug.

EPISTOLA ALEXANDRI III.
ad archiepiſcopum Auxitanum, & abbatem Maſſilienſem.

Ut monachis inobedientibus pœnitentiam congruam imponant.

Ex archivis S. Savini.

ALEXANDER epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Auxitano archiepiſcopo, apoſtolicæ ſedis legato, & dilecto filio abbati Maſſilienſi, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Ad audientiam apoſtolatûs noſtri pervenit, quòd cùm monachos ſancti Savini excommunicationi decreverimus ſubjacere, pro reſtitutione quartarum illarum eccleſiarum, quæ venerabili fratri noſtro Bigorritano epiſcopo, contra monaſterium eorum fuerant auctoritate D felicis memoriæ Eugenii papæ adjudicatæ, ipſi poſt excommunicationem divina celebrare officia præſumſerant, & indeſinenter præſumunt, non attendentes quomodo inſtar ſacrilegii eſt apoſtolicis contraire ſtatutis; ideoque vobis per apoſtolica ſcripta mandamus atque præcipimus, quatinus ſi res ita ſe habet, qui magis culpabiles ſunt, ad monaſterium Maſſilienſe, ut ibi pœnitentiam agant de tanto exceſſu, occaſione & appellatione ceſſante, mittatis, aliis verò qui magis idonei ſunt, pœnitentiam congruam imponentes, ipſos tamdiu E faciatis à celebratione miſſarum ceſſare, quamdiu excommunicati cantaſſe noſcuntur.

Datum Tuſcul. x. Cal. Octob.

EPISTOLA ALEXANDRI
papæ III. ad canonicos Remenſes.

Hortatur eos ad reſumendam quam dimiſerant vitam communem.

Ex ms. Igniacenſis monaſterii. (a)

F A. epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis (a) FULCONI decano & canonicis Remenſis eccleſiæ ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Quantò plures in vos eccleſiæ ſuos inten-

(a) Hanc ſub nomine Alexandri IV. editam à Marloto tomo ſecundo Hiſtoriæ Remenſis iterum recudimus, tum quia neceſſariam habet connexionem cum ſequenti, ſcripta ad Henricum archiepiſcopum, qui non quarti, ſed Alexandri tertii tempore vivebat, tum ut ſuo reſtituatur auctori.

Digitized by Google

dunt oculos & doctrina & exemplo veſtro viam ſalutis ſperant diſcere ac tenere, tantò amplius vos in mandatis Dei exerceri oportet, conſequentibus in vobis ipſis oſtendere qua virtute atque cautela per viam vitæ debent ambulare. Sanè his retroactis temporibus, ſicut celebris ſe relatio multorum habebat, & ab anteceſſoribus veſtris laudabiliter ſervabatur, qui id ſtudii videbantur habere, ubi ſicut adjacentibus eccleſiis dignitatis ordine præeminebant: ita etiam eas & honeſtatis forma & virtute operis anteirent, & ſicut erant in vertice per officium; ita nihilominus primi eſſent per virtutis exemplum: lucebat inter eos forma honeſtatis in habitu, & de communi refectorio juxta traditionem canonicam quotidianam refectionem cum gratiarum actione ſumebant. Proveniebant ex hoc ſubſidia non parva pauperibus, & in minori ſubſtantia major erat providentia egenorum. Hoc autem ideo quia pluris res communis quàm propria pendebatur, & non tam de faſtu ſæculi & divitiis quàm de compoſitione morum, quàm de rectitudine vitæ fiebat æmulatio inter eos. Nunc autem quod ſine animi dolore non dicimus, paulatim moribus ex abundantia depravatis & communi utilitate per ſtudia privata conſumta, receſſiſtis ſinguli ad cœnacula veſtra, & communem menſam, & ſuſceptionem hoſpitum, & proviſionem pauperum omiſiſtis, in quo plurimum formidamus, ne cum diſceſſione corporum diſceſſio ſecuta ſit vel præceſſerit animorum, & ſicut non probaviſtis, in loco uno refectionem accipere: ita etiam nec in una voluntatum concordia incedatis, & contingat vobis, quod dicit Dominus per prophetam *Olivam fructiferam ſpecioſam vocavi nomen tuum, ad vocem loquelæ grandis exarſit ignis in ea, & combuſta ſunt fruteta ejus.* Illud & timemus dici poſſe quod legitur: *Quomodo obſcuratum eſt aurum mutatus eſt color optimus. Lapides ſanctuarii diſperſi ſunt in capite omnium platearum.* Unde ne propter hoc nos ipſi vobiſcum in die judicii ſi tacuerimus addicamur, univerſitatem veſtram exhortatione noſtra duximus excitandam per apoſtolica ſcripta monentes, & ſub divini judicii comminatione mandantes atque præcipientes, quatinus ad antiquitatem veſtram reſumto ſpiritu redeatis, & quod in communione menſæ, proviſione pauperum, compoſitione veſtium, ſedulitate officii, atque aliis honeſtis operibus, inter vos noſcitur vanitate ſubrepente dilapſum, ad honeſtatis formam & ſtatum priſtinum reducatis. Cogitetis quod labenti eccleſiæ in Apocalypſi præcipitur: *Memor eſto unde excideris, & prima opera fac: alioquin veniam tibi cito, & movebo candelabrum tuum de loco ſuo.* Cogitate itaque quot ſint illi quorum cura vos reſpicit, & qui ſive in bonum, ſive in malum, veſtra opera æmulantur: & videte ne quibus debetis eſſe odor vitæ in vitam, eiſdem potius odor mortis in mortem, quod avertat Dominus, exiſtatis. Non differatis de die in diem nec trahamini multitudine delinquentium, ſed reflorete in gratiam & talem fructum afferre, qui non cum carne intereat, ſed cum ſpiritu Dei vivat & maneat in æternum. Datum Anagniæ III. Idus Junii.

Jerem. 11. 16.

Thren. 4. 1.

Apoc. 2. 5.

ALEXANDRI PAPÆ III. ad Henricum Remenſem archiepiſcopum.

Ut canonicos ſuos ad vitam communem revocet ac ſolitas faciant eleemoſynas.

ALEXANDER epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectiſſimo fratri HENRICO Remenſi archiepiſcopo, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Si, juxta verbum ſacræ ſcripturæ, cui plus commiſſum eſt, plus exigetur ab eo: multùm à te, fili cariſſime, in die meſſionis extremæ, non ambigis exigendum, cùm multam in curſu temporis ad profectum Eccleſiæ collatam tibi videas poteſtatem. Licèt autem ex auctoritate officii multis habeas providere, ſollicitius tamen hiis qui tibi ſpecialiter commiſſi ſunt, debes ſemper intendere, atque ad reddendam de ipſis in die judicii rationem, in timore ac tremore te quotidie præparare. Quantùm ſanè commiſſa gubernationi tuæ Remenſis eccleſia honeſtate vitæ olim & morum compoſitione floruerit, crebra filiorum tuorum relatio te non patitur ignorare. Cùm autem multùm proficere ſub tua gubernatione debuerit, cùm & poteſtas quâ præeminere dinoſceris, & exercitium diſciplinæ ſub quo diutiùs laboraveras, monuerit hoc ſperandum; nunc ſive pro multis occupationibus tuis, ſive pro ipſorum duritia ſubditorum, non ita cernitur eveniſſe. Cùm enim multùm in temporalibus ſtudio & auctoritate tuâ profecerit, ſpiritaliter tamen quamplurimùm à ſtatu ſuo, unde dolemus, dicitur inclinata: ita ut in augmento temporalium jactura morum non modica ſit ſecuta. Cùm enim olim canonici tui communem menſam habuerint, & non ſolùm ſibi ad honeſtatem, ſed & pauperibus ad ſuſtentationem liberaliter providerent: cùm etiam honeſtè ſatis in habitu & vitæ ordine ſe haberent, & timoratè in ſacris officiis ad eccleſiam convenirent, nunc ad ſtudia privata converſi, & communis menſæ conſuetudinem, ſicut dicitur, omiſerunt; & ſubventione pauperum intermiſſâ, approbatam gravitatem in moribus non obſervant, ſed declinaverunt ex magna parte in animas ſuas, & ita juniores impatientes facti ſunt diſciplinæ; ita ſeniores habenas magiſterii remiſerunt, ut quæ olim inter eccleſias Gallicanas & ſubjectis & aliis eccleſiis erat forma vivendi, quæ longè latèque honeſtatis ſuæ ſpargebat odorem, defeciſſe nunc ab antiquo præconio.........
& nunc in ſe, nunc in aliis obtatum..........
afferre............... quod in eccleſia plures
perſonæ........ graves, ſed quod ita facilitas
in........ animarum...... multitudine........
lectionis verbum vix aliquem in eis locum.....
quod non parùm ex eo timemus accidere, quod fraternitas tua exterioribus occupata, admini-

Digitized by Google

ſtrationem iſtorum, non ea fortè inſtantia quâ oportet intendit. Quocirca ne in iſtis omnino extinguatur ignis altaris, ſi non fuerit qui per ſingulos dies ligna ſubjiciat, & à tua fraternitate in die judicii requiratur, quod in filiis tuis minus fuerit virtutis inventum; caritatem tuam per apoſtolica ſcripta monemus, atque præcipimus quatinus circa profectum ſpiritalem filiorum tuorum magis invigiles, & quod in communionem menſæ, & ſubventionem pauperum, aliiſque pietatis operibus, aut negligentiâ ſubrepente, aut invaleſcente malitiâ, videtur abolitum ad priſtinum ſtatum & honeſtatis formam ſtudeas revocare, ut ſecundum nomen tuum, ita ſit & laus tua; & quantò majorem habes in Eccleſia poteſtatem, tantò in opere perfectus appareas & virtute. Et quia juxta verbum Salomonis dicentis: *Da partem ſeptem, da partem & octo*; ad uſum vitæ præſentis plurima jam paraſti, quæ ad ſtatum vitæ perennis ampliùs valere debeant, in extremo inveniaris tempore præparaſſe, bona que ſuſceptæ adminiſtrationis redditâ ratione ab eo qui exacturus eſt, rationem merearis audire: *Date ei de fructu manuum ſuarum, & laudent eum in portis opera ejus.*

Eccle. 11.2.

EPISTOLA ABBATUM provinciæ Remenſis ad Alexandrum papam III.

Ut indignum dignitate abbatem Latiniacenſem amoveat.

Circa annum 1160. Ex ms. Elno-[illegible]

AMantiſſimo patri & domino ALEXANDRO ſanctæ Romanæ ſedis ſummo pontifici humilis conventus abbatum ſub Remenſi archiepiſcopatu in uno ſpiritu ad honorem Dei congregatus ſinceræ caritatis obſequium & debitam cum ſubjectione reverentiam.

Confiteantur Domino miſericordiæ ejus, quoniam cùm in initio veſtræ electionis ſive conſecrationis, navis ſanctæ univerſalis eccleſiæ, quæ ſoli beato Petro ſpecialiter commiſſa eſt, certam non habens ſtationem, hinc inde adverſis fluctibus concuteretur, & adeo periclitaretur, ut præ magnitudine periculi Salvatorem quaſi dormientem ſuſcitaremus clamantes cum beatis diſcipulis *Domine ſalva nos perimus.* Clamor noſter introivit in aures ejus, qui ſalvat à puſillanimitate ſpiritus & tempeſtate, & ſtatuit procellam in auram, & deduxit nos in portum quem volebamus. Hoc autem volebamus, & ad hoc anxii ſuſpirabamus, ut jam non eſſet diſſidium, ſed extincto errore pernitioſo, ad ſerviendum Domino, & ad ſolam veſtram beatitudinem honorandam, ſedentem utique in cathedra principis apoſtolorum, reges & populi congregarentur & convenirent in unum. Quoniam igitur jam nequaquam omni vento doctrinæ circumferimur, nec audimus ſeductores dicentes, ecce hìc aut ecce illic, ſed illi firmiſſimæ petræ, ſuper quam pontifex pontificum ſuam fundavit eccleſiam, immobiliter adhæremus, in noſtris neceſſitatibus, ſub tutela veſtri apoſtolatus confidenter confugimus; poſtulantes humiliter, ut ſi qua ſunt in domo Dei ſalubria, clavibus beati Petri confirmetis; ſi qua noxia, repellatis. Et ut de multis taceamus unum eſt quod nos præcipuè diſcipulos beati Benedicti in illa quiete, quam ſub veſtra ſublimitate habemus, non parum perturbat: videlicet quod (*a*) Latiniacenſem eccleſiam olim in ſanctitate & religione florentem, & copia rerum affluentem modo non ſine lacrymabili mœrore aſpicimus ab illo ſtatu dejici, & in porcorum cuſtodiam redigi. Homo enim ille qui ſub nomine paſtoris eccleſiæ prænominatæ præeſſe videtur, non ſolùm non prodeſſe, immo plurimum obeſſe probatur; quoniam ſubditos ad normam religionis non informat, verùm etiam ignominioſam & infamem gerens vitam miſerabiliter ſcandalizat, & ſecum in perditionem præcipitat. Et quia non eſt qui reclamet, in tantam impudentiam jam erupit, ut quemdam ex fratribus ſui ſceleris complicem & conſcium aliis præfecerit, & priorem domus conſtituerit. Exinde quàm immanis lues gregem Dei corrumpat & interimat, nos ſcribere ſuperſedimus: id enim veſtra prudentia meliùs novit. Denique ſuper his malis dudum (*b*) ſcribentes apud prædeceſſorem veſtrum felicis memoriæ papam ADRIANUM lacrymabilem querimoniam expoſuimus, & ut lamentabili ruinæ prædicti monaſterii finem imponeret devotè ſuggeſſimus. Qui prudenter intelligens, quia ita oportet fieri; miſſis litteris ad venerabiles epiſcopos ALANUM Autiſſiodorenſem & THEOBALDUM Pariſienſem, præceptum fecit eis, ut in præſentia religioſorum abbatum rem diligenter diſcuterent, & ſecundum quod dignum eſſet apoſtolica auctoritate determinarent. Cùmque die præfixo Latiniaci juſſioni domini papæ parati eſſent obtemperare; ille nec abbas dicendus, non ſatis conſcientiæ fidens, & judicium ſubterfugiens, protulit in medium litteras, neſcimus qua calliditate aut ſurreptione emendicatas, in quibus auctoritas domini papæ prædicti ADRIANI videbatur interminari, ne ipſe abbas, utpote filius Romanæ eccleſiæ, à prædictis epiſcopis aliqua ratione ſive judicio fatigaretur ſive gravaretur. Ita negotium extunc indiſcuſſum remanſit. Propterea, venerabilis pater, adhuc viperea peſtis ut cancer ſerpit, & fama mali veloci mobilitate vigens per urbes Franciæ crebreſcit. Quoniam igitur videntes legem ordinis prævaricantes mœrore tabeſcimus, & tamen in alienam meſſem falcem mittere prohibemur, veſtrum eſt autem arborem infructuoſam, immo malos fructus facientem ſuccidere, & eam quæ fructum bonum ferat inſerere; precamur exhortantes, quatenus ſecundum

Math. 8.25.

(*a*) Abbatia ordinis S. Benedicti in diœceſi Pariſienſi ad Matronam fluvium à S. Furſeo fundata & ab Herberto comite reſtaurata.

(*b*) Hanc epiſtolam habes inter Bernardi epiſtolas ultimæ editionis epiſt. 142.

Digitized by Google

dum potentiam qua præeminetis, & ſecundum ſapientiam qua polletis, adverſus imminentem pernitiem ſententiam proferatis; adverſus quam non prævaleant portæ inferi, & per quam repreſſis blaſphemantium linguis, ora laudantium nomen Domini in hoc opere veſtro aperiantur. Valete & in benedictionibus dulcedinis dexteram apoſtolicæ majeſtatis ſuper nos extendite.

ALEXANDRI PAPÆ III. ad Narbonenſem, Helenenſem, & Carcaſſonenſem antiſtites.

Arguit eos, quod injuſtis exactionibus Craſſenſe monaſterium vexent.

Anno 1163. Ex autographo.

ALEXANDER epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus, Narbonenſi archiepiſcopo, Helenenſi & Carcaſſonenſi epiſcopis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Relatum eſt auribus noſtris, quòd vos eccleſias ad jus Craſſenſis monaſterii pertinentes, contra tenorem privilegiorum Romanæ eccleſiæ, indebitis exactionibus fatigatis. Chriſma quoque & oleum ſanctum, & cetera eccleſiaſtica ſacramenta, ſine pretii interventu, eidem monaſterio concedere recuſatis. Unde quoniam inhoneſtum eſt id, & ab officio pontificali alienum, fraternitati veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus, ſi ita eſt, eccleſias ſupradicti monaſterii Craſſenſis nullâ ratione ulteriùs indebitè moleſtetis, nec pro chriſmate, vel aliis ſacramentis eccleſiaſticis, aliquid ab eodem monaſterio exigere præſumatis.

Datum Turonis xv. Calendas Julii.

CARTA FUNDATIONIS monaſterii de Vincenis, Ordinis Grandimontenſis.

Anno 1164. Ex mſ. Annalibus Grandimontis Johannis Leveſque.

LUDOVICUS Dei gratiâ Francorum rex. Noverint univerſi præſentes pariter & futuri, quòd nos amore Dei, & animæ noſtræ ſalutis intuitu, dedimus & conceſſimus Bonis hominibus de ordine Grandimontis locum ad habitandum in nemore de Vincenis, & totum nemus cum fundo terræ, ſicut foſſatis undique cingitur, liberè & quietè, & pacificè in perpetuum poſſidendum, & ad faciendum quidquid voluerint de prædictis. Sciendum verò eſt, quòd ad preces noſtras abbas & conventus Foſſatenſis, prior & conventus ſancti Martini de Campis, prior & conventus ſancti Lazari Pariſienſis, omne jus & uſagium quod habebant in dicto nemore, quod infrà prædicta foſſata continetur, ſupradictis Bonis hominibus penitus quittaverunt. Dedimus etiam & conceſſimus in perpetuam eleemoſynam ſupradictis Bonis hominibus ſex modios & dimidium frumenti recipiendos annuatim in grangia noſtra Goneſſæ. Et ut hoc ratum permaneat, ſcripto commendari, & ſigilli noſtri auctoritate confirmari præcepimus.

Actum Pariſius anno Verbi incarnati MCLXIV. aſtantibus in palatio, quorum nomina ſuppoſita ſunt & ſigna. Signum comitis THEOBALDI, ſignum MATTHÆI camerarii, ſignum GUIDONIS buticularii.

Data per manum HUGONIS cancellarii, epiſcopi Sueſſionenſis.

CARTA STEPHANI COMITIS Sacricæſaris, pro monachis Caritatis.

Urbem Caritatis munitionibus cingere eis permittit.

Anno 1164. Ex mſ. Caritatis.

APprobatæ conſuetudinis eſt, ea quæ inter eccleſiaſticas, ſæculareſve perſonas ſolemniter acta ſunt, ne prolixitate temporis in oblivionem deveniant, fidei committere litterarum. Ea propter ego STEPHANUS Sacrocæſaris dominus, exiſtentium præſentiæ, & futurorum poſteritati notum facio, me eccleſiæ de Caritate in perpetuùm conceſſiſſe, quòd villam de Caritate monachis ibidem commorantibus, quantis voluerint munitionibus pro ſuæ voluntatis arbitrio firmare liceat. Quod ut memoriter & ratum teneatur, ſigilli mei auctoritate confirmare curavi, ſub teſtibus iſtis, quorum appoſita ſunt nomina. Ex parte monachorum, WILLELMUS Nivernenſis comes, Guarnerius de Triangulo, Ebraudus de Carentone, Hugo de Pateveregiis, Umbertus Bertelais, Raynaldus Buchardus. Ex parte mea, Hugo de Venra, Soctanus de Feins, Arnulfus Roches, Johannes Buccha, Hugo Primus, & quàmplures alii.

Actum publicè in capitulo de Caritate anno incarnati Verbi MCLXIV.

Data Pariſius per manum Odonis clerici mei.

EPISTOLA STEPHANI ABBATIS Cluniacenſis ad monachos Moiſiacenſes.

Eorum calamitatibus compatitur; eiſque mittit abbatem R. de Albarupe.

Circa annum 1164. Ex mſ. Colbertino.

CAriſſimis fratribus noſtris in CHRISTO apud Moyſiacum Deo ſervientibus, frater S. humilis Cluniacenſis abbas, ſalutem, gratiam, benedictionem.

Non facilè poteſt explicari ſermone quam pio affectu veſtræ calamitati compatiamur, quamque benigno animo veſtram miſeriam noſtram ducamus; ſed in die malorum, fratres mei, nequaquam bonorum eſſe debetis immemores, ſed in illo ſpem veſtram fixam habere, qui flagellat omnem quem recipit filium, cujus ſecundum dolorum multitudinem, conſolationes piorum animas lætificare conſueverunt. Satis per hæc & ſimilia de ſtatu rerum, quàm inſtabiles ſint nobis inſinuatur & vobis. Multa ad conſolationem veſtram dicere dulce nobis erat, ſi & tempus & inſtantia negotia permitterent.

Digitized by Google

Omnis ſiquidem locus habet ſuum væ. Confidimus autem quòd conſolator dolentis & languentis animæ Deus, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra, conſolabitur & vos in præſenti anguſtia, nec deeſſe vobis poterit, dummodò vos gratiæ ejus adeſſe ſtudeatis; de cetero quoniam ad præſens neminem invenire potuimus, qui deſolationi veſtræ meliùs compati poſſit aut debeat, in paſtorem vobis & abbatem dominum R. de Albarupè mittimus, cujus probitas & prudentia nobis & vobis experta & cognita eſt; qui quantò vobis notior, tantò, ſi B ſapiatis, poterit eſſe utilior. Adeatis ergo eum pari voto, & conſenſu unanimi, & in eccleſiam votis paribus tamquam dominum & patrem recipiatis, devotam in omnibus tamquam ipſi Chriſto exhibentes obedientiam.

EJUSDEM AD R. DE ALBARUPE.

Ut deſolatæ Moiſiacenſi eccleſiæ compatiatur, & ut paſtorale onus etiam invitus ſubeat.

VEnerabili & cariſſimo ſuo domino R. de Albarupe, Fr. S. humilis Cluniacenſis abbas, gratiam & benedictionem.

Deſolationi Moiſiacenſis eccleſiæ, & nos, & quicumque ſe viſcera pietatis habere ſentiunt, lacrymabiliter condolere & compati debemus. Mirum eſt autem quomodo eccleſiæ ejuſdem filii uterini tantam ejus calamitatem ſiccis oculis ſuſtinent intueri. Abſit autem vos de illorum eſſe numero, quem præ ceteris dulcius hactenus fovit, & amplexata eſt: qui maternæ pietati, ſicuti unde jam uſque modò opera prodiderunt, filiali devotione optimè reſpondiſſe comprobamini. Quocirca quoniam nullus ita nobis videtur idoneus, qui tantæ illius neceſſitati poſſit occurrere, qui ſimili ut vos ei compati affectu poſſit, aut debeat; rogamus & obſecramus in Domino, ut privatis poſtpoſitis negotiis, communia amplectamini, nec quæ veſtra ſunt quærendo, ſed quæ JESU-CHRISTI, laſſitudinem matris benigno & filiali humero ſuſtenteris, & hoc quoque pio Patri morem geratis, qui ait: *Non eſt opus ſanis medicus, ſed male habentibus.* Ne diſſimulaveritis, ne maledictum, quod abſit, incurratis æternaliter, pro non exhibito honore parenti. Quia verò virtus obedientiæ plurimùm valet ad talia, in illa quam patiens Chriſtus pro nobis exhibuit, & quia pro Chriſto nobis exhibere debetis obedientiam, onus prædictæ eccleſiæ vobis in remiſſionem peccatorum injungimus, præcipientes ut ad illam, ne dilatio detrimentum aliquod pariat, celeriter accedatis, & de Chriſti adjutorio confiſus ac gratia, officium abbatiæ invictum ſubeatis intrepidè.

EPISTOLA CONONIS ABBATIS S. Vitoni ad B. duciſſam Lotharingiæ.

Pro cella Flaviniacenſi in qua ſepulta erat filia duciſſe.

Ex archivis S. Vitoni.

CONO Dei gratiâ abbas, ceterique fratres eccleſiæ S. Vitoni univerſi, cariſſimæ do- A minæ ſuæ B. duciſſæ Lotharingiæ, devotam reverentiam, & fidelium precum inſtantiam.

Pro ſtatu & incolumitate veſtra & filiorum veſtrorum ſemper omnipotenti Deo preces fundimus, & filiam veſtram, quam Deus de hoc ſæculo innocentem vocare voluit, in eccleſia S. Firmini apud Flaviniacum pro magno pignore ſepultam habemus, & ideo fiducialiùs preces vobis porrigimus, ut non indignetur nobis magnitudo veſtra, quòd eccleſiam de Vadinivilla, cujus fundus noſter eſt, aſſenſu domini Tullenſis epiſcopi retinemus in poſſeſſionem & ſuſtentationem fratrum eccleſiæ veſtræ de Flaviniaco. Veſtra enim in hoc eſt, quia ſemper orat pro vobis. Eamdem etiam eccleſiam in æternum nobis retinebimus. & ſic cuilibet perſonæ, ſecundum diffinitionem noſtram, quod debuiſſet ad petitionem veſtram, eam dediſſemus.

INCIPIT EPISTOLA MAGISTRI (a) Hugonis Francigenæ ad dominum Gaucelmum epiſcopum Lodovenſem.

C *Quaſdam ei de ſcripturis quæſtiones ſolvendas proponit.*

VEnerabili atque ſanctiſſimo G. Dei gratia Lodovenſi epiſcopo omnium qui in Salvanienſi eremo habitant HUGO minimus monachorum ſui memor, memorem eſſe in Chriſto.

Circa annum 1165. Ex mſ. Salvanſi.

Ex benignitatis & humilitatis, liberalitatis atque caritatis, manſuetudinis quoque veſtræ ſublimitatibus, tamquam de montibus Orientis delapſa eſt ad nos iſta fiducia, quâ non ſolùm vobiſcum loqui, verùm etiam ſcribere vobis D præſumſimus; ſi tamen præſumtioni deputandum eſt, non amori, quòd amor ſuggerit & permittit data licentia. Quamvis amor ipſe præſumtuoſus aliquando dici poſſit abſque injuria, ipſe enim ſicut aliquando à celſitudinis ſuæ ſtatu magnos inclinat, ita etiam parvos ab humilitate quandoque ſublevat, & quaſi in linea una conſtituit, quos uno caritatis vinculo jungit, dicente poëtâ:

Non bene conveniunt, nec in una ſede morantur
E Majeſtas & amor.

Et beatus Ambroſius in libro de Officiis III. *Pietatis cuſtos amicitia eſt, & æqualitatis magiſtra, ut ſuperior inferiori; inter diſpares enim mores non poteſt eſſe amicitia, & ideo convenire ſibi utriuſque debet gratia, ut nec auctoritas deſit inferiori, ſi res popoſcerit, nec humilitas ſuperiori.* Inde eſt quòd magni plerùmque magnos ſe eſſe neſciunt, cùm per amorem parvulis condeſcendunt, ſed & minores cum majoribus per amorem ſe ſociant, fit aliquando ut ſuæ parvitatis metas excedant, & loquendi auſum accipiunt, F dum de amore fiduciam aſſumunt. Inde eſt, quòd pontifici ſummo & Eccleſiæ paranympho loqui audemus, quod volumus dicere non timemus, tantum de eo præſumimus, quem præ ceteris amamus, de cujus erga nos benevolentia minimè dubitamus. Igitur antequam cor-

(a) Is eſſe videtur Hugo monachus Salvanienſis, qui Narrationem converſionis Pontii de Larazio ſcripſit editam à Baluzio Miſcell. tom. 3. & tribus ſequentibus epiſtolis præmiſſam in mſ. Salvanenſi.

poralem veſtram præſentiam corporeis oculis A vidiſſemus, virtutum veſtrarum famam tamquam aromatum fragrantiam ſenſeramus, referentibus nobis de vobis qui gratiæ veſtræ lumen aſpexerant. Erat igitur nobis videndi vos ſitis non modica; cùm autem placuit vobis domino noſtro viſitare nos pauperes, amicos veſtros, gaviſi ſumus in adventu veſtro, tamquam diſcipuli viſo Domino. Tunc, ſicut audieramus, ita & vidimus, & cognovimus, quia dimidia pars nobis nuntiata non fuerat. Facile B enim erat videre in aſpectu veſtro hoc quod
Eccle. 8. 1. ait Salomon: *Sapientia hominis lucet in vultu ejus*; ſed & in verbis gratiæ quæ procedebant de ore veſtro, ſenſimus mellis dulcedinem. O ſi nobis eis daretur aſſiduè frui, deſertum noſtrum putaremus eſſe delitias, & ſolitudo noſtra nobis fieret paradiſus! ſed quoniam, urgentibus negotiis eccleſiaſticæ curæ, præſentiam veſtram à nobis citiùs abſtuliſtis, illud ſapientiæ cordibus noſtris affixum, quaſi amoris jaculum reliquiſtis: Qui edunt me, adhuc eſuriunt, & qui bibunt me, adhuc ſitiunt. Quem C igitur præſentem habere non poſſumus, requirimus abſentem, & quæ locutione mutuâ, interrogando, vel reſpondendo, diſcere non valemus, abſentes litteris ſciſcitamur; interrogantes prudentiam veſtram quæſtiunculis quibuſdam ex ſermonibus ſcripturarum ſuper quarum obſcuritatibus declaratio ſermonum veſtrorum nobis illuminet, & intellectum det par-
Iſa. 60. 19. vulis. Igitur cùm Iſaïas dicat: *Non erit tibi amplius ſol ad lucendum per diem, neque ſplendor lunæ illuminabit te; ſed erit tibi Dominus in lu-* D *cem ſempiternam*; & Johannes in Apocalypſi:
Apoc. 21. 23. *Civitas illa non egebit lumine ſolis & lunæ; ſed Deus illuminabit eam, & lucerna ejus eſt agnus*; quid eſt quod in alio loco dicit idem propheta:
Iſa. 30. 26. *Erit lux lunæ ſicut lux ſolis, & lux ſolis ſeptempliciter ſicut lux ſeptem dierum*, &c. quæ de cœlo novo & terra nova, & de immutatione viſibilium iſtorum, ſcripta inveniuntur. Et cùm ſancti in cœlo cum Chriſto regnaturi ſint, quid proderit pulchritudo illa viſibilium, ſi careat habitatoribus, ſed & de paradiſo illo, E in quo poſitus eſt Adam, eadem quærimus, ſi poſtquam Adam ejectus eſt ex eo, tam pulchra, tam delectabilis habitatio deſerta remanſit abſque incolis, & illæ beatæ arbores incaſſum fructificaverunt? Illud etiam quod Dominus la-
Luc. 23. 43. troni dixit in cruce: *Hodie mecum eris in paradiſo*, de quo paradiſo intelligendum ſit, cùm Dominus eâdem ferè horâ ad inferos deſcenderit, quærendum eſſe judicavimus. De illis etiam quos ab inferis liberavit, & illis qui, eo reſurgente, reſurrexerunt, ſi eos ante aſcen- F ſionem ſuam ad cœlos præmiſerit, aut ſi eum aſcenſurum expectaverint, & cum eo aſcenderint, aut in quo loco eum expectaverint, aut ſi in terra remanſerint, quærere placuit. Hæc de multis pauca poſuimus, ne nimietas ingeſta foret faſtidium, & aliquid reſcriptum à vobis mereatur mea devotio. Valeat ſanctitas veſtra, memor ſemper noſtri, domine, ſanctiſſime ac beatiſſime pater.

EPISTOLA DOMINI GAUCELMI ad magiſtrum Hugonem.

Reſpondet propoſitis quæſtionibus.

G. Lodovenſis eccleſiæ miniſter indignus, dilecto fratri HUGONI monacho Salvanienſi, æternam in Domino ſalutem.

Dilectus meus miſit manum ſuam per foramen, & mei torpentis venter intremuit ad tactum ejus. Surrexi itaque velociùs, ut aperirem dilecto pulſanti, & excutienti mentis meæ torporem, ne fortè dum ſedulus expectaret ad oſtium, cincinni ejus implerentur guttis noctium. Aperto itaque oſtio, vulneravit cor meum in uno oculorum ſuorum columbino, oculo me intuens, geniſque roſeis atque purpureis ac formoſis labiis me ſollicitans, & poſt ſe trahens, miraque odoris fragrantia vultum meum perfundens. Ruimus itaque in amplexus & oſcula, & grata amantium colloquia. Ut ergo dilectus meus locutus eſt, anima mea liquefacta eſt, & ultra non habebam ſpiritum. Cœpit enim quærere de ſtatu novæ Jeruſalem, & civitatis futuræ, & de uſu ſolis & lunæ, aliorumque ſyderum & elementorum quæ erunt in futuro: quia non habet hîc manentem civitatem, ſed futuram inquirit, ea quæ retrò ſunt obliviſcens, & inanteà ſe extendens, eo quod ejus converſatio in cœlis ſit. Ut autem compendioſo utar eloquio, ſciſcitatur à me
quid eſt quod ait Iſaïas: *Quia cùm factum fue-* Iſa. 30. 26.
rit cœlum novum & terra nova, tunc erit lux lunæ ſicut lux ſolis, & lux ſolis lucebit ſeptempliciter. Id eſt ſicut lux ſeptem dierum, quia quantùm luxit ſol in prima conditione ſeptem dierum ante peccatum primi hominis, tantùm lucebit poſt judicium. Minorata enim fuit lux ſolis & lunæ, aliorumque ſyderum per peccatum primi hominis; ſed recipiet ſol mercedem ſui laboris, quia ſeptempliciter lucebit: & tunc non erit viciſſitudo diei & noctis, ſed tantùm
dies. Unde Zacharias: *Et erit dies una, quæ* Zach. 14. 7.
nota eſt Domino; non dies, neque nox, & in tempore veſperi erit lux. Non enim erit varietas diei & noctis quæ modò eſt, ſed continua
dies; unde pſalmiſta: *Erit dies una in atriis tuis* Pſal. 83. 11.
ſuper millia. Ipſe tamen Iſaïas videtur dicere contrarium, ſcilicet quòd tunc non lucebit ſol,
loquens congregationi beatorum: *Non erit*, in- Iſa. 60. 19.
quit, *tibi amplius ſol, ad lucendum per diem, nec ſplendor lunæ illuminabit te; ſed erit tibi Dominus in lucem ſempiternam.* Et Johannes in Apo-
calypſi: *Civitas illa non eget ſole & lunâ, ut lu-* Apoc. 21. 23.
ceant in ea. His tamen verbis non negatur ſolem & lunam tunc lucere, ſed ſignificatur his qui erunt in æterna beatitudine nullum lucis uſum præſtare. Unde Jeronymus ſuper hunc locum, cœli terræque ſolis atque lunæ ceſſabit officium, & erit ipſe Dominus lumen ſuis in perpetuum. Hîc enim egent homines ſole & lunâ ad ſervitium Dei: ibi non, ubi Deus erit omnia in omnibus illuminans electos, ut uſu ſolis

Digitized by Google

non indigeant. Unde dicitur: Civitas non eget ſole & lunâ, ut luceant in ea; vel aliter: non erit ſol ad lucendum per diem, & luna per noctem; id eſt, non habebunt ortum & occaſum, ſicut nunc, ſed in eo ordine ſtabunt, in quo
Habac. 3. 11. creata ſunt. Unde Habacuch: *Sol & luna ſteterunt in ordine ſuo*; ſed quis ſit uſus ſolis & lunæ, & elementorum, arborumque in paradiſo fructificantium, fateor me ignorare, quia non legi, nec poſſumus ſcire, donec videamus Deum facie ad faciem. Si verò quæratur quid proderit tanta pulchritudo viſibilium iſtorum, cùm nullus ſit qui inhabitet ſanctis cum Chriſto regnantibus in cœlo? Breviter reſpondeo, quòd iſta ſuâ pulchritudine Dominum laudabunt, ſicut opus mirabile commendat ſuum artificem, & iſta quidem in meliorem ſtatum commutata, non erunt ad uſûs neceſſitatem, ſed laudem & gloriam & amœnitatem. Cùm enim Deus omnia bene fecerit, noluit illa perdere, ſed in meliorem ſtatum commutare, ut illis frui ſit poſſibile, non neceſſe. Unde Chriſtus immortalis jam factus, piſcem & favum mellis comedit, non ad indigentiæ ſupplementum, ſed ad probandam Reſurrectionis ſuæ veritatem, & ejus poſſibilitatem requirit. Etiam quid eſt
Pſal. 26.13. quod ait propheta: *Credo videre bona Domini in*
Matth. 5. 4. *terra viventium?* Et Dominus: *Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram*; cùm ſancti in cœlo cum Chriſto ſint regnaturi? Ad hujus quæſtionis evidentiam faciendam, eſt terræ triplex diviſio; eſt enim triplex terra: terra ſcilicet quæ eſt ſub homine, terra quæ eſt homo, terra quæ eſt ſuper hominem. Prima terra eſt ele-
Geneſ. 3. 17. mentum viſibile, de qua dicitur, *maledicta terra in opere tuo*, hanc homo calcat. Secunda terra eſt corpus mortale; hanc homo portat, de qua peccatori dicitur: *terra es, & in terram ibis.* Tertia terra eſt cœlum ſpirituale; hanc homo deſiderat, de qua dicitur: *Si feceritis quæ præcipio vobis, bona terræ comedetis.* Prima ergo terra eſt mortuorum; ſecunda mortalium, vel morientium; terra viventium, de qua dicitur:
Pſal. 26.30. *Credo videre bona Domini in terra viventium.* Et
Iſa. 61. 7. item de electis: *In terra ſua duplicia poſſidebunt*; id eſt, geminam ſtolam. Hanc terram juſti in perpetuum habitant; unde dicitur: *Juſti hereditabunt terram, & inhabitabunt in ſæculum ſæculi ſuper eam.* Secunda itaque terra revertitur ad primam per pœnam mortis, ſed de prima revertitur ad tertiam per gloriam reſurrectionis. A prima itaque terra egredi præcipimur, cùm
Geneſ. 12. 1. dicitur: *Egredere de terra tua*; & à ſecunda, cùm ſubjungitur: *& de cognatione tua, & de domo patris tui*; & in tertiam ingredi admonemur, cùm ſubinfertur: *& veni in terram quam monſtravero tibi.* Mortificanda ergo ſunt membra noſtra quæ ſunt ſuper terram; primam calcando, ſecundam vincendo, tertiam optando. Sunt itaque in terra prima infirmi, tamquam
Pſal. 68. 3. limo infixi, unde dicitur: *Infixus ſum in limo profundi.* Activi verò ſunt ab ea elati, qui eam calcant. Contemplativi autem ſunt in ſuprema terra, id eſt, cœlo; unde legitur quòd cacumen ſcalæ Jacob cœlos tangebat, per quod in-

A telliguntur contemplativi. Inferior verò pars ſcalæ nitebatur ſuper terram, non in terra, id eſt, activi; infirmi enim terram comedunt, & infirmantur; activi faſtidiunt, & curantur; contemplativi verò rore cœli veſcuntur, & ſaturantur. Per hanc ſcalam angeli aſcendunt, & deſcendunt; activi enim infirmis compatiuntur, & ita deſcendunt; contemplativi congratulantur cum ſponſo, & ita aſcendunt: deſcendere quidem eſt, compaſſione miſericordiæ in-
B firmis compati: aſcendere verò eſt, in ſupernorum contemplatione ſuſtolli. Adnectis etiam, ſi tam delectabilis paradiſi habitatio poſt peccatum hominis caruit habitatore; ſed eadem quæſtio eſt, ſi paradiſus caruerit habitatore, antequam homo formaretur, quæ quidem paradiſus à principio condita eſt; unde in Ge-
neſi: *Plantaverat autem Dominus Deus paradiſum voluptatis à principio.* Gen. 2. 8.
Potuit autem eſſe, ſicut ait Auguſtinus, ut angelorum cuſtodia mu-
C niretur, adque cuſtodiendam poſitus eſt cherubim cum gladio verſatili: qui quidem gladius ideo dicitur verſatilis, quia converſus eſt, & remotus oblatâ hoſtiâ, quando Helias & Enoch, & latronis anima eſt ingreſſa, de qua quæris an tum anima Domini ingreſſa ſit paradiſum, cùm anima Chriſti mox deſcenderit ad inferos, melius eſt de occultis dubitare, quàm de incertis litigare: vel poſſumus dicere,
quòd non de paradiſo terreſtri dictum ſit: *Hodie mecum eris in paradiſo*; Luc. 23. 43.
ſed de vita & requie
D beatorum: quomodo etiam anima latronis cum anima Chriſti ſimul venit in paradiſum terreſtrem, cùm Chriſtus ante emiſerit animam, quàm latro; unde dicitur in paſſione, quòd primi & alterius latronis crura fregerunt, æſtimantes eos vivere, ſed oſſa JESU non fregerunt, videntes illum mortuum. Sic itaque intelligendum eſt: *Hodie mecum eris in paradiſo*; id eſt, in requie, vel in vita beata; eſt enim vita, eſſe cum Chriſto. Et ſciendum eâ die latronis anima non fuit in paradiſo, eſt anima
E Chriſti; tamen tanta fuit unio divinitatis & humanitatis, ut cùm anima Chriſti fuit ſeparata
à corpore, de qua dicitur: *Dominus Deus Deus* Matth. 27. 46.
meus, ut quid dereliquiſti me? tamen non fuit ſeparata divinitas ab humanitate, id eſt, ab anima, vel carne, ut Chriſtus totus fuerit in cruce, totus in ſepulchro, totus in inferno, totus in regno, id eſt paradiſo, ſicut reſponſio
congruit optioni, dum optans dicit: *Memento* Luc. 23. 42.
mei, dum veneris in regnum; & promittens, dicit: *Hodie mecum eris in paradiſo*; id eſt, in re-
F gno, in quo ſui memorem eſſe precabatur latro. Quæris etiam de illis, qui, reſurgente illo, ſurrexerunt, ſi eos, ante aſcenſionem ſuam, præmiſerit, aut ſi eum aſcenſurum expectaverunt, vel quo in loco, vel ſi cum eo aſcenderunt, aut in terra remanſerunt. Sciendum itaque, quia quamvis monumenta ſint aperta in morte Chriſti, & antequam Chriſtus reſurgeret, non tamen ſurrexerunt, antequam Chriſtus reſurgeret, ut eſſet primogenitus ex mortuis; unde di-
citur in Matthæo: *Exeuntes de monumentis, poſt* Matth. 27. 53.
reſurrectionem ejus, venerunt in ſanctam civita-

Digitized by Google

tem & apparuerunt multis. Iſti autem credendi ſunt cum Domino aſcendente aſcendiſſe & remanſiſſe, nec præmiſſi fuiſſe. Si autem quæras quo in loco habitaverunt, idem reſpondeo quod de Domino dicitur, ſuper illum locum pſalmi : *Si habitavero in extremis maris.* (Pſal. 138. 9.) ibi enim dicitur, quod Chriſtus habitavit ſuper ſæculi ampliſſimum finem, idemque intelligo de aliis ſanctis qui cum eo ſurrexerunt. nihil tamen contentioſè affirmo. Hæc enim ſcit ſecretorum abſconditor.

ALIA EPISTOLA MAGISTRI Hugonis ad dominum Gaucelmum.

Gratias agit de ſcripta ſuperiùs epiſtola, novaſque ei proponit quæſtiones.

DOmino & venerabili atque ſanctiſſimo patri GAUCELMO Dei gratia Lodovenſi epiſcopo V. qualiſcumque monachus divinorum talentorum lucris ita inſiſtere quatinus dives meritis referto .... is marſupio ad felix Euge valeat pervenire.

Ex verbis Abrahæ patriarchæ ſumens exordium, quod cœpi, *Loquar ad Dominum meum.* (Gen. 17. 31) Quoniam ſummus paſtor gregi ſuo ſanctitatem veſtram præeſſe voluit, ut vice illius fungendo ſpiritualia animalia verbi fiſtula demulcendo ad æternæ viriditatis paſcua deducatis, cum de omnibus cura vobis immineat, ut habeant cibum in tempore; maximam tamen, ut arbitror, ſolicitudinem gerere debetis, atque præcipuam pro illis quæ ruminant, & ungulam findunt. Munda enim hæc eſſe divina lex dicit: quamvis nullum immundum dicere audeamus, qui in ſacro fonte vellus intinxerit: quod neceſſario argumento probare conatus eſt quidam ita dicens:

Fonte ſacro lotum aut mundat gratia totum
Aut non eſt ſacri mundatio plena lavacri.

Aperite igitur nobis arcam pectoris veſtri & ex urna aurea manna cœleſte nobis effundite: ut diſcant filii quo cibo patres Deus aluit in deſerto, & ex tabulis cordis veſtri quas divinæ dextræ digitus exaravit, divini juris nobis referentur arcana. Sed & de ſacerdotali virga flores & folia fructuſque pariter nobis oſtendite; & ne ſterilis ſulcis & infecundo ceſpiti mandaſſe ſemina vos credatis; ſcitote quia ex bono ſemine quod ſeminatis, jam germinaverunt campi heremi, & flores apparuerunt in terra noſtra. Inſuper & flores fructum parturiunt, illum videlicet de quo Salvator in (Joh. 15. 16.) evangelio diſcipulis dicit, *Poſui vos ut eatis & fructum afferatis, & fructus veſter maneat.* Et (Gal. 5. 22.) Apoſtolus : *Fructus ſpiritus eſt caritas, pax, patientia &c.* Ut qui hæc & ſeminat ſimul gaudeat, & qui metit. De epiſtola quam miſiſtis nobis quo gaudio, quanta lætitia, quanta devotione & exultatione mentis à fratribus ſuſcepta ſit; poſſibilitatis meæ non eſt ediſcere, nec

ſi mihi murmura centum
Det boreas totidemque animas centumque per ora
Linguarigens adamante fremat, memorare valebo.

quò legendi ſtudio, quò videndi deſiderio rapiebatur ab omnibus, furabatur, tollebatur, & quicumque eam habere poterat, in angulum clauſtri ſecedens, ſemotus à ceteris legebat atque relegebat, aperiens os ſuum quaſi pauper edens in occulto, quæ vix tandem ad me perveniens in primo limine mihi obtulit nomen meum, amicitiarum floribus decoratum, ſalutatione veſtra ſpeciali diligentius inſignitum, B & honorabilius poſitum, quam ſi in albo Romani capitolii in Centumvirali numero litteris aureis videretur expreſſum. Quam ſalutationem veſtram inclinato corde & corpore pariter monaſtico more lætus ſuſcipiens, cum ſilentii clauſtra egredi non auderem, jubilare cœpi præ gaudio: quippe qui vobis eram notus & nomine, & per epiſtolam didici, quod in epiſtola ſcriptum minimè fuerat, videlicet quid eſſet jubilus. Jam prope erat ut me ſuper me raperet gaudii magnitudo, & aliquid me C eſſe credens, quem amicum dicebatis, qui ſervare dignus non fueram, & cui oſtendatis ſapientiæ & ſcientiæ theſauros ad arcanum pectoris intromiſſo, cum Paulus apparuit virgam auream manu bajulans, quam contra me regalis ſcripti more concutiens ita dixit; *Qui ſe exiſtimat aliquid eſſe cùm nihil ſit, ipſe ſe ſeducit.* (Gal. 6. 3.) Ad cujus vocem verecundo rubore percitus, pavenſque, inferius repetii mentis cubiculum: in quo epiſtolam illam legens & relegens, quaſi quamdam ſapientiæ fabricam intuebar D aureis undique circumceptam columnis vermiculatis argento: inter quas duæ eminebant, quibus innitebatur totum opus: ratio videlicet atque auctoritas. Videbantur in ea nova quædam, & uſque nunc nobis incognita, quæ intuentium oculos in amorem artificis facilè rapiebant. Sed de his hactenus: de cetero ne foliis multis exuberans fructu .... male læta ſeges excreſcat, jam quærendum eſt & agendum, quid utile nobis vobiſque honorificum; ſed ſi de cœleſtibus & æternis inviſibi- E libuſque diſcere quicquam voluero, timeo ne dicatur mihi: *Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris*, (Eccli 3. 22.) ſed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita ſemper. Quid neceſſe eſt homini majora ſe quærere? Vacat iſta correctio illis qui curioſitate potius quam amore cœleſtia perſcrutantur; eiſque ſilentium imponat quibus etiam poëta conſuluit dicens

Mitte arcana Dei cœlumque inquirere quid ſit.

Nobis verò liceat de cœleſtibus quærere, de inviſibilibus & æternis cogitare, quibus dici- F tur : *Quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram*; (Coloſ. 3. 2.) & : *Quærite Dominum dum inveniri poteſt*, (Iſa. 55. 6.) & *Quærite faciem ejus ſemper*: (Pſal. 104. 4.) quibus tota intentio eſt illum oculum emundare, quo videri valeat Deus deorum in Sion. Primum igitur doceri cupio quid Johannes Theologus in epiſtola ſua dicit: *Deus caritas eſt, & qui manet in caritate, in Deo manet, & Deus in eo.* (1. Joh. 3. 17.) Quod quidem tam planum atque perſpicuum ceteris videtur, ut in ſcirpo me nodum quæ-

rere reprehendant, mihi tamen ita non lucet. Novi quidem quia amor ille, quo Deum proximumque diligimus caritas dicatur, ſed numquid amor iſte dicendus eſt Deus, ut qui in eo manet, in Deo manere dicatur, & Deus in eo. Similiter de Sapientia, Veritate atque Juſtitia dici poteſt, quoniam Deus Sapientia, Veritas, & Juſtitia appellatur. Sed ego magis dona Dei hæc eſſe, quam Deum æſtimo. Sed & illud quod Deus in evangelio ait: quod *in reſurrectione erunt homines ſimiles angelis Dei*, ſicut poſſum credere, ſic vellem intelligere. Movet tamen me quæ ſimilitudo eſſe valeat inter eos qui ſpiritus ſunt, & eos qui corpora ſunt habituri, ſed & de illis qui dæmones appellantur movet me, quod aërem inhabitare dicantur: unde poteſtates aëriæ nuncupantur. Quod ſi ita eſt, numquid in inferno dæmones non ſunt? aut ſi quidam in inferno, quidam in aëre ſint, quid amplius peccaverunt illi qui in igne cruciantur, quàm illi qui per aëra vagantur? Sed ſi in inferno dæmones non ſunt, ſed in aëre demorantur uſque ad judicium, in infernum tunc demergendi, ſecundum illud, *Veniſti ante tempus perdere nos*, à quibus ſepultus eſt in inferno dives ille evangelicus, aut qui ſunt illi qui torquent animas & ſuccendunt ollas? Illud etiam quod dicitur, quia conſcientia ſervi Dei ſemper debet eſſe triſtis & humilis, & iis ſimilia multa, quæ continuum nobis dolorem inducunt, quomodo convenire poteſt illi quod Apoſtolus dicit, *Gaudete in Domino ſemper, iterum dico gaudete.*? Numquid uno & eodem duo contraria ſimul conveniunt? Sed jam cartula finem expoſtulat. Valete.

Matth. 22. 30.

Phil. 4. 4.

EPISTOLA FREDERICI Imperatoris ad J. comitem Sueſſionenſem.

Annuntiat ipſi victoriam de Mediolanenſibus à ſe reportatam.

Circa 1165. *Ex ms. Elnonenſi.*

FREDERICUS Dei gratia Romanorum imperator & ſemper auguſtus J. comiti Sueſſionenſi dilecto ſuo ſalutem cum intima dilectione.

Dilectioni tuæ uberrimas grates agimus, quod ſicut multorum relatione didicimus, circa honorem imperii promovendum fervens deſiderium ſemper habuiſti. Inde eſt quod inter principales amicos noſtros te connumerantes feliciſſimis eventibus & glorioſiſſimis triumphis noſtris, quos nulli anteceſſorum noſtrorum conceſſos eſſe credimus, tamquam cariſſimum noſtrum participare volumus. Tuæ igitur dilectioni, quam honorem noſtrum ſitibundo pectore anhelare luce clarius conſtat, ſignificandum duximus, quod in virtute Dei per quem reges regnant, & potentes faciunt juſtitiam, felicem & glorioſam de Mediolanenſibus victoriam cum omni plenitudine honoris adquiſivimus. In Cal. enim Martii, prima videlicet die menſis, hoſtes imperii Mediolanenſes, ſummotâ omni ſimulatione fraudis, qua in prima deditione nos circumvenerant, ſumma neceſſitate famis & inediæ coacti, ad curiam noſtram apud Laudam venerunt, & nudos gladios in cervicibus ſuis deferentes, & majeſtati noſtræ ſe reos fore profitentes, perſonas, res, ipſamque civitatem abſque ullo tenore, & ſine aliqua conditione interpoſita, in noſtram poteſtatem cum plena deditione reddiderunt. Præterea IIII. Nonas ejuſdem menſis, Mediolanenſes cum omni militia & viribus civitatis ad nos redeuntes, vexilla & univerſa ſigna bellica claveſque civitatis & conſulatûs dignitates majeſtati noſtræ reſignaverunt, refutantes omnia genera armorum, omnemque poteſtatem, niſi quam cum gratia & permiſſione noſtra poſſent obtinere. Juraverunt inſuper quæcumque eos jurare fecimus, ſcilicet quod mandata noſtra bona fide & ſine fraude obſervarent, & de his omnibus obſervandis CCCC. obſides meliores & majores de civitate nobis dederunt. Sanè ne quid deeſſe poſſet ad complementum imperialis gloriæ, vel omnimodam deditionem inimicorum, pridie Nonas prædicti menſis univerſus populus civitatis cum vexillo ſancti Ambroſii, quod miro artificio egregiæ molis & altitudinis ferebant in Kanrotio, quem juga boum non pauca trahebant, necnon cum univerſis vexillis ſuis, eo ordine quo ad bellum procedere ſolebat, ad curiam noſtram venit, non judicium vel juſtitiam poſtulantes, ſed quia crucem meruerant, per crucem quam quiſque manu geſtabat, miſericordiam ſuppliciter implorabant. Ex indultu igitur imperialis clementiæ, quæ nullum magis quàm imperatorem & principem decet, univerſos Mediolanenſes vitæ munere donavimus, à vinculo imperialis banni abſolvimus, deputatis in exilium patriam conceſſimus, rebus omnibus & libertate privatis allodia quæ juſtè videbantur contraxiſſe reſtituimus, & univerſa regalia noſtra, quæ ipſi hactenus per rapinam poſſederant, fiſco noſtro applicuimus. Porro ex ſententia divina, cujus judicia abyſſus multa, qui frangit omne ſuperbum, ne de cetero prædictis hoſtibus occaſio malignandi vel facultas rebellandi præſtetur, foſſata complanamus, muros ſubvertimus, turres omnes deſtruimus, & totam civitatem in ruinam & deſolationem ponimus: ſicque ad promovenda alia negotia, & ad plenariam imperii reformationem, exercitum noſtrum & victrices Aquilas feliciter convertemus.

EPISTOLA PRIORIS ET CONVENTUS S. Milburgis de Venelot in Anglia ad priorem de Caritate.

Implorant ejus auxilium, ad repellendas injurias ſibi à ruſticis illatas.

HOnorabili domino & patri in Chriſto cariſſimo, domno H. priori de Caritate, & ejuſdem loci ſacro conventui, frater HUMBERTUS humilis fratrum de *Venelot* miniſter,

Circa annum 1166. *Ex mſ. Caritatis ſupra Ligerim.*

& ejuſdem loci humilis conventûs; tam devotam, quàm debitam ſanctæ obedientiæ reverentiam.

Diſtantiâ locorum invidente, vobis, ſanctiſſimi patres & domini, loqui præſentialiter prohibemur, neceſſe eſt tamen eccleſiæ noſtræ gravamen, dedecus noſtrum commune paulatim vobis plangere. Juſtum eſt quidem, ut membrorum infirmitati condoleat ſanitas. Quòd ſi aliquod verbum minùs cautum abundantia cordis & vehementia doloris eliciat (dolor enim non multùm differt ab inſania, dum eſt in impetu ſuæ acceſſionis) veſtræ caritatis, ſi placet, ignoſcat devotio. Veſtræ igitur ſanctitatis paginam debitâ quâ decuit reverentiâ ſuſcipientes, ex ejus tenore vera & falſa vobis eſſe intimata perpendimus. Et quid mirum, ſi falſa veris miſceantur? In omni nempè profeſſione zizanium mixtum eſt tritico, ſed veſtra novit diſcretio triticum in horrea congregare, zizanium verò igni tradere comburendum. Meminimus, ſancti patres & domini, nos in Natali Domini litteras * veſtræ voluntatis interpretes; ex omni conſilio capituli noſtri, domno priore noſtro tunc temporis in capitulo non reſidente, nec aliquo, novit Dominus, ad litteras impetrandas properante, vobis deſtinaſſe. Hæc ideo ad memoriam reducimus quæ in litteris nobis tranſmiſſis admiramini, quod cùm tunc de domno priore noſtro, & de melioratione domûs noſtræ per induſtriam ejus, & de ordinis integritate laudabile & fidele perhibemus teſtimonium, cur de tam prædicabili gaudio ad tam repentinam ſubverſionem, ut ſcribitis, perventi, vos teſtificare diſtulimus. Quamobrem ſanctitatem veſtram latere nolumus, quòd erga nos ſanctæ religionis florent inſtituta, pax ſumma & paries integer, ſine dubietate, ſcientes quòd minùs quàm meruerit, laudes ipſius & fidelitatem erga eccleſiam Charitatenſem & piam ejus eccleſiam Venlocenſem ſollicitudinem extulimus. Immò in tantùm erga eamdem crevit devotio noſtra, videntes eum modis omnibus utilitati noſtræ eccleſiæ intendentem, nec in adverſis deprimi, nec in proſperis extolli, quòd pro eo in carcerem & in mortem ire parati ſumus. Nocent tamen quædam adverſa, quòd ruſtici noſtri minùs conſultè contra nos elevaverunt calcaneum ſuum, volentes ad arbitrium ſuum priorem deponere, & alium ſubrogare, quod avertat Deus. Nos ſiquidem omnia opera noſtra in lapide adjutorii fundamus, in quo obſtruetur os loquentium iniqua. Ortâ igitur tali diſſenſione in confuſionem eccleſiæ noſtræ, curiam regis adierunt, ſed à curialibus immiſericorditer ſalutati, ſine honore, ut juſtum fuit, receſſerunt. Litteras tamen, ut moris eſt, in curia regis ſecum, ad vicecomitem de *Salopeſchir* portantes, ad vos tandem recurrentes, & falſa ſuggerentes, literas quales voluerunt ſanctitati veſtræ præmiſerunt. Dum vero hæc agerentur, dies quamplures eis ſtatuimus, mandantes ut apud Venelot venirent, & ſi quid foret emendandum, per viſum baronum vicecomitis de *Salopeſchir*, & proborum hominum de nobis liberè tenentium, emendaretur. Tandem de errore ſuo compuncti, ſuper corpus ſanctæ Milburgæ ſacramentum præſtiterunt, quod de cetero nobis & eccleſiæ noſtræ fideles in omnibus exiſterent. Sed hæc omnia in craſtino in irritum revocantes, erat eis noviſſimus error pejor priore. Unde cultros & carrucarum ferramenta nobis projecerunt. Ad hæc horribile quid & à ſæculo inauditum, unde veſtra inconſolabiliter debent concuti corda, ſanctitati veſtræ intimabimus. Die Martis infra Pentecoſten, quæ dies nobis verè erat dies Martis, immò ferè mortis, egrediente conventu cum * feretro, comitante innumerabili multitudine hominum utriuſque ſexûs, ad proceſſionem faciendam; ut moris eſt eccleſiæ noſtræ, & completo jam ſermone ad populum; propoſueramus malefactores eccleſiæ ſententiâ excommunicationis innodare. Quo audito, inſurrexerunt in nos ruſtici noſtri, qui præeuntes Venelochiam venerunt, & valvas eccleſiæ noſtræ in tribus locis obſederunt. Tandem nobis venientibus, viam occupaverunt, clamantes: Comprehendite virum injuſtum, & occidite. Sed gratiâ Dei, & militum auxilio defenſi, illaſi evaſimus; ſed poſt nos lapides & baculos indevotè jaciebant: ita quòd aliqui monachorum & ſervientium ictus graves ſuſceperunt. Poſt talem & tam enormem exceſſum, miſerunt ſe ruſtici ſuper ſex monachos & quatuor milites, ut ipſi gravamen eorum, & excuſationem prioris audirent. Et auditis hinc inde propoſitis, ipſi aſſeſſores, quod juſtum foret ſtatuerent, ut prior & ruſtici ſine aliqua reclamatione judicium ſubirent. Quod, annuente Domino, eâ die factum eſt, & ſe in miſericordiam domni prioris obligaverunt, & in craſtino terris ſuis colendis intenderunt. Porro venientes nuntii eorum, à veſtræ ſanctitatis amplexu, à pace formata reſilierunt, ſibi per litteras eiſdem tranſmiſſas addentes cornua. Quod, ſalvâ reverentiâ veſtrâ, minùs cautè actum fuit, quia in abſentes non eſt ferenda ſententia. Si quæ ergo in vobis miſeratio, ſi quæ virtus caritatis, ſi quæ compaſſionis viſcera, luporum rabiem tempeſtivius, ſi placet, coërceatis, & poteſtativâ auctoritate veſtrâ præſumtionem malignantium cohibeatis. Unum ſiquidem noveritis, quòd niſi huic peſti occurratur, opprimet honorem Caritatis præſumtio laïcalis. Nos ſiquidem in hac cauſa facilius poſſumus mori, quàm vinci.

* l. noſtræ

* id eſt capſa reliquiarum.

EPISTOLA LUDOVICI VII. REGIS ad Stephanum Æduenſem epiſcopum.

Commendat ei monaſterium Caritatis, & mandat ut de eccleſia de Ulmo illud inveſtiat.

LUDOVICUS Dei gratiâ Francorum rex, STEPHANO venerabili eâdem gratiâ Æduenſium epiſcopo, amico & fideli noſtro, & univerſo eccleſiæ capitulo, ſalutem & gratiam noſtram.

Anno 1170. Ex mſ. Caritatis.

Scitote quoniam eccleſia de Caritate de

prædeceſſorum noſtrorum beneficiis eſt fundata, & à nobis præcipuè debet eſſe ſuſtentata: unde diſcretionem veſtram rogamus in Domino, ut & vos eam diligere ſtudeatis & honorare, neque in aliquo detrimentum pati permittatis, neque minuere. Præterea vobis mandamus & obnixè rogamus, ut quod etiam dominus papa dignatus eſt vobis injungere, ipſius & noſtri gratia minimè differatis ad effectum perducere, videlicet quod eam de eccleſia de Ulmo inveſtiatis, de qua ſine judicio ſpoliata eſt. Sicut etiam nos & vos ipſi cognoſcitis & ejuſdem eccleſiæ ſcripta teſtificantur & confirmant teſtimonia. Valete.

ARNULFI CANONICI regularis Montis Sancti Eligii præfatio in Expoſitionem canonis miſſæ.

Circa 1170. *Ex ms. Clarimariſci.*

REverendo Attrebatenſium epiſcopo FRUMALDO domino ſuo ARNULFUS de Monte ſancti Eligii canonicus clericus ſemper tuus & dudum fortaſſis non ultimus inter amicos, ita miſericordia abundare, ut per ipſam conſequatur ipſam.

Sacri canonis expoſitionem ſummus quidam ac venerabilis doctor ex diverſis ſparſim ſcripturæ auctoribus, opus ſcilicet ſpacioſum ac ſpecioſum collegit, poſt quem multi opus idem abbreviare conati ſunt: quibus & ego ultimus abbreviator ſucceſſi. Pauca verò præfatus doctor ultro tamquam patentiora omiſit. Ego igitur ea, Deo providente, mihi reſervata ſententiis ab eodem auctore collectis annectere tentavi: ut quod ejus minus habebat lectio, noſtra integraret abjectio. Ego Arnulfus ea quæ ſequuntur excerpere curavi ex ſcriptis Ambroſii, Auguſtini, Hieronymi, Gregorii, Iſidori, Vigilii, atque Fulgentii: quæ licet à multis aliter & aliter abbreviata inveniantur: tamen eadem rurſus verbatim abbreviare experiar: tantò fortaſſis utilius, quantò & ordinatius: ita ſcilicet ut lectoris animum jucundius oblectet, & dilucida brevitas, & expoſitionis integritas, & myſticorum verborum patefacta profunditas.

R. COMITIS LEGERCESTRENSIS ad ſummum pontificem.

Petit ipſius protectionem pro monaſterio Lyrenſi.

Ex ms. Lyrenſi. (a) (b)

REverendiſſimo domino & patri (a) A. Dei gratia ſummo pontifici (b) R. comes Legerceſtriæ humilis ſanctitatis ſuæ filius ſalutem & benedictionem.

Non arbitror, pater ſanctiſſime, à veſtra memoria excidiſſe quoniam fideliter bonæ memoriæ pater meus R. comes Leger. quoad A viveret vobis adhæſerit, quoniam ſincera devotione veſtram ſublimitatem dilexerit, unde ſanctitatis veſtræ litteras omni plenas paternæ ſuavitatis affectione recipere meruit: quas ego adhuc in memoriam ejuſdem dilectionis ſimul & promiſſionis veſtræ diligenter reſervo. Promiſſum eſt enim quod dilectio hæc & benignitas ad heredes ejus tranſmitteretur. Qua promiſſione animatus flexis genibus cordis veſtræ pietati ſupplico, quatenus ego, qui terrenarum B poſſeſſionum ejus heres eſſe videor, veſtræ ſanctitatis interventu virtutum ipſius imitator exiſtam. Super cauſa pro qua præſens lator ad vos tranſmiſſus eſt, hoc veſtræ paternitati, cui non eſt tutum mentiri, ſignifico quod Johannes Cn... injuſtè vexat monachos de Lyra ſuper decimis de dominiis meis de *Sapevvich* & de *Ringeſton*. Ex quo enim Normanni Angliam ſibi ſubjugaverunt, ſemper anteceſſores mei cuicumque volebant prædictas decimas da- C re ſolebant. R. comes de *Mellent* avus meus memoratas decimas monachis de Pratellis quondam dederat, quas cùm diu tenuiſſent, vexatione præpoſitorum qui eas villas tenuerunt graviter oppreſſi, quæſti ſunt comiti de *Mellent* avo meo, quod in collectione decimarum per miniſtrorum ſuorum protervitatem adeo vexabantur, ut parum utilitatis inde perciperent; ſicque crebro conqueſti ſunt monachi, donec avus meus decimas in dominium ſuum vertens, D monachis de Pratellis quamdam villam quæ *Expectesberi* dicitur in repræſentationem earumdem decimarum donavit, quam adhuc tenent. Vir bonæ memoriæ ROB. comes pater meus quandoque eaſdem decimas præpoſitis ſuis cum alia firma ſua tradidit. Tandem pro ut erat vir juſtus & timoratus, ſaniori uſus conſilio, tractans ſecum quòd aliquando decimæ extiterant, licet per præfatam villam commutatione poſtea factâ in dominium ſuum jam verſæ E fuiſſent, ad proprios uſus eas amplius retinere noluit, ſed clericis ſuis eas donavit, primùm Petro medico, deinde Adæ de *Ely*. Circa noviſſima verò agens, volens eas certò aſſignare, me præſente cum multis aliis, petitione etiam mea, ſupradictas decimas monaſterio Lyrenſi & fratribus ibidem Deo ſervientibus in perpetuam eleemoſynam dedit, & ſcripto & ſigillo ſuo eis confirmavit. Porro tantus vir, tam diſcretus & timens Deum nequaquam creden- F dus eſt, præſertim in extremis poſitus, eas loco venerabili & religioſo legare voluiſſe, niſi certus eſſet, nulli antea aſſignatas fuiſſe. Inde eſt quod paternitati veſtræ obnixè ſupplico, quatenus intuitu pietatis & juſtitiæ aures miſericordiæ veſtræ juſtæ petitioni monachorum Lyrenſium aperire dignemini, & audito religioſorum & bonorum virorum teſtimonio, veſtra ſe gaudeant protectione ab injuſtis calumniatoribus illius vexationibus liberari. Valete in Chriſto.

Robertus. (margin, beside "R. comes de Mellent")

(a) *Adriano* vel *Anaſtaſio* vel *Alexandro* qui ſucceſſive poſt annum 1153. ſedem apoſtolicam obtinuerunt. Alexandro tamen credimus eſſe directum.

(b) Robertus filius Roberti de Mellento, de quo Vvillelmus Gemmeticenſis libro octavo Hiſtoriæ Normannorum cap. 41.

EPISTOLA

A

EPISTOLA HUGONIS ETHERIANI ad Aimericum Anthiochenum patriarcham.

Mittit ei librum ſuum de proceſſione Spiritus-Sancti.

AIMERICO amantiſſimo domino ſuo, Dei nutu & providentia ſanctæ apoſto-
cæ ſedis Antiochenæ reverendo per omnia B
atriarchæ HUGO ETHERIANUS fidelis
mici obſequium, illumque animo complecti,
ui ſolus eſt abſque mutatione.

Florilegarum apum corpora ſeras quidem ſumunt pennas, aſſumtis autem, interdum hyeſteis aſſeſſuræ menſis, & undam potaturæ egetundida, volitant ad exteras nationes, ſer-ones non intelligunt & omnia faciunt ſine im-rio, ſingulis quærunt in floribus, ſed non omnibus ſumunt, at nullum alicui florum ferunt detrimentum, egrediuntur vacuæ, C
uſtæ redeunt. Poli & quod ſub illo vaſti mo-minis opifex, tabularia quoque inconcuſſæ ſpoſitionis me typum geſtitantem mellifera-m avicularum trans Hebrum, Xanthum & meonta uſque ad fauces Pontici æquoris ve-ere; ibique frondeis in nemoribus centum a centumque voces depoſcendo per ramoſa ompita, verùm ad commodum indagavi, ut pinor, quam plurimorum. Porro ſol & luna ſumque firmamentum non tantum ſua cau- diſcurrunt citatiſſima velocitate; ſed causa D
onſervandæ rerum univerſitatis. Collegi Ce-opium thymum, & galactitem calculum pera nutrientium fœcunditatem, quibus cal-da interpretatio loquacis Græciæ galbaneum dorem intermiſcere cupiens, ſilentibus & quoſis piſcibus ea deſtinare voluit. Sed im-eratoria vox ſcientiſſimi & intelligentiſſimi ıtocratoris MANUELIS venenatum con-ium toxicumque livoris diſſipavit, palam aſ-rendo vitam qua nihil melius partui meo ne-E
uaquam poſſe adimi. Et quoniam hoc inter ræcorum fontes hauſtum eſt, dum in ſuper-rum rerum cognitione verſor Conſtantino-oli, docticanæ inveſtigationi veſtræ miſi ad ancifcendum tertiam defenſionem, quod nul- concremandum eſt incendio, nec deſciſcen-um periculo deſinendi. Ejus intentionem per tulum cognoſcetis & iteratam crebro lectio-em. Igitur ne ſermo epiſtolæ prolixior quam pediat culturam diutius moretur, & meſ-m neget, æquis animis editum à me utraque F
ngua librum accipite per manum glorioſiſſimi rincipis RAINALDI jam offerendum rofundæ inquiſitioni veſtræ, ac ſi creditis ti-ılo, voluminibus præſtate aures, qui num-uam noviſtis audiendo bona ſaturari.

AIMERICI PATRIARCHÆ Antiocheni ad Hugonem Etherianum.

Librum ejus de Spiritus-ſancti proceſſione laudat, alios ab eo poſtulat libros, mittitque ei argenteam cuppam.

AIMERICUS Dei gratia ſanctæ & apoſto-licæ ſedis Anthiochenæ patriarcha ma-giſtro HUGONI ETHERIANO dilecto filio in Chriſto ſalutem & patriarchalem benedictio-nem. *Ex ms Clarevallenſi.*

Pro eo quod ſcientiæ veſtræ ſplendor jam prope toti mundo ſerenus irradiavit, non im-merito nobis præ ceteris latinis cenſemus eſſe gaudendum. Quanto enim Græcis viciniores ſumus, tanto ſub veſtræ protectionis elimata ſcientia reddimur ſecuriores. Propterea libros de proceſſione Spiritûs-Sancti, quos tam Græcè quàm Latinè ſcriptos miſiſtis, cum magna ſuſ-cipimus cordis alacritate, & mox ut in per-legendis illis ſtudii noſtri curam potuimus ad-hibere, veſtrum ingenium & facundiam & modum loquendi, plurimum ſumus admirati. Quare vos antiquis gentilium philoſophis præ-ferimus, & magnis eccleſiæ magiſtris, ſi veſ-træ dilectionis majeſtas in hoc non læditur, æquiparamus, frequenterque optavimus ut veniretis ad nos, & adhuc perſeveramus in hoc ipſo propoſito, ſed quemadmodum pro veſtro gaudemus adventu: ita bonum eſt no-bis quòd remanſiſtis. Non ſolùm autem vivi-tis vobis, ſed nobis & univerſali eccleſiæ, pro que tota latinitate vos antemurale fortiſſimum oppoſuiſtis, unde non immerito, ſicut diximus, nobis gaudendum eſt, utpote qui talem ha-bemus mediatorem, cui nec docta Græcia re-ſiſtere, nec fabricatis ſophiſmatum objectioni-bus poteſt obviari. Tria ſunt denique, pro qui-bus veſtram poſtulatum accedimus dilectionem, quaſi dederitis operam qualiter habeamus & toti latinitati proficuum, & hoc ipſum vobis erit in præconium veſtræ laudis monimentum ære perennius; in primis pro Tractatu ſancti Johannis Chryſoſtomi ſuper Epiſtolas Pauli, de quo ſibi non auctori plurima quidam adſcri-bentes, furtim ſubtraxerunt, quorum præſum-tio, ſi labor veſter in hoc deſudarit, riſu eſſet digna, & furtum detegeretur, & aſſertio frau-dulenta majori cederet auctoritati. Secundò, pro chronicis quæ habentur apud .... ex illo tem-pore quo imperatores eorum à Romano diviſi ſunt imperio, uſque ad noſtra tempora. Tertiò, pro practica Nicæni concilii, quam audivimus eſſe penes dominum imperatorem. Iſta tria, ſi veſtræ placeret dilectioni, pro magno munere ſuſciperemus; labori quoque veſtro duplicatas redderemus expenſas, & vobis pro tanto opere noſtris precibus expedito, condignas gratiarum actiones: nec taceamus de tempore præterito, in quo vos pro communi utilitate efficaciter labo-raſſe novimus. Mittimus vobis cuppam unam argenteam, in qua pro noſtro amore pariter &

honore volumus ut bibatis, & alia quædam A vobis miſiſſe mus; ſed nuntii noſtri ſic ex inſperato iter ſuum arripuerunt, quòd in brevi ſpatio temporis pro noſtræ voluntatis arbitrio non potuimus ea præ- parare.

EPISTOLA HUGONIS RIBODIMONTIS ad G. Andegavenſem.

Reſpondet propoſitæ quæſtioni, An anima primi hominis facta fuerit ex nihilo; & quomodo contrahatur peccatum.

Ex mſ. Claromariſci.

HUGO Ribodimontenſis G. Andegavenſi. Quæſtioni tuæ reſcribere, amor imperat, imperitia denegat; dilectio jubet, negligentia prohibet; benevolentia ſuggerit, difficultas negat: ſed qui verè diligit, toto affectu ſe totum ei quem diligit totus impendit, difficultatem pro amico ſpernit, negligentiam abjicit, imperitiam non prætendit. Quærenti itaque tibi non ut debeo, ſed pro captu meo, reſpondeo. Quæris à me utrùm anima primo homini data, de nihilo facta ſit, an de præjacenti materia? Dicimus autem ſi ex materia: vel corporea? vel incorporea. Si ex corporea facta dicitur, videtur quidem ex corpore poſſe fieri corpus, non autem ex corpore ſpiritus. Quomodo enim ex corporea materia poteſt fieri rationalis eſſentiæ intellectualis vita? Si verò dicis ex incorporea, quæ eſt illa? Si rationalis erat illa materia, quem uſum rationis habebat? Si ſine peccato erat, videtur quidem non in animam eſſe formata, ſed deformata, cùm totiens anima peccatum incurrat. Si verò rationalis erat, quomodo irrationale rationalis animæ erit materia? Si autem vivebat, utrùm beata, vel miſera? Si beata, ibi quidem meliùs erat; hìc enim per animam plures incurrit moleſtias: ſi verò miſera, quæ mala præceſſerant merita? Errant quidem qui credunt animam eſſe partem divinæ ſubſtantiæ, cùm anima & mutabilis exiſtat, & peccatum incurrat, & pro peccatis Domino pœnas luat. Errant etiam qui animam dicunt eſſe corpus, cùm ipſa ſit ſpiritus, non creator, ſed creatus. Errant quoque, qui animas pro malo vitæ merito dicunt in corpore pœnaliter infuſas, cùm nondum natos Jacob & Eſaü nihil egiſſe boni, aut mali dicat Apoſtolus. Quæris etiam unde ſingulorum ſingulæ fiunt animæ? Reſpondemus, à diverſis diverſa ſentiuntur; ſed manifeſtò ſanctæ ſcripturæ diffinitum non legimus, utrùm ex anima prima, primo homini data, ceteræ traducantur, an novæ ſingulis increentur, an ab initio jam exiſtentes, vel à Domino miſſæ, vel ſpontaneâ voluntate corporibus illabantur. Si ergo animæ, niſi ex traduce veniunt, & ſine peccato ſunt, cùm in corpora veniunt, unde originale peccatum incurrunt? carni namque ſoli ex Adam venienti, cùm ſine ratione ſit, quis ei peccatum imputabit? Quomodo autem qui peccatum non fecit, in debitam peccati alterius pœnam incurrit? Scimus autem quia poſtquam Adam peccavit, corpus ejus motum concupiſcentiæ, & fomitem peccati contraxit. Anima itaque, cùm unitur carni peccati fomitem habenti, non eam peccatricem, ſed ad peccandum habilem invenit; huic unita conſentit, hanc vivificat, hanc diligit: unde & rationem aliquando poſtponit, & corporeis ſenſibus primò ſe totam impendit. Dum autem fomiti peccati conſentit, & conſentiendo contrahit. Peccat itaque voluntate, non neceſſitate; ſed quæ peccat, peccati pœnam juſtè tolerat: juſtè ergo damnatur, niſi B per eccleſiam ei ſubveniatur. Sed dicimus: Si peccat voluntate, poteſt non peccare, poteſt ſine peccato eſſe; non igitur neceſſariò peccat, non ergo neceſſaria eſt noſtræ redemtionis hoſtia. Sed quorſum iſta? ſiquidem fides Eccleſiæ atteſtatur, quia neceſſarius eſt Chriſtus; quia neceſſaria baptiſmi gratia, neceſſaria eſt redemtio noſtra. Quare neceſſaria eſt & culpa? Si autem neceſſaria, quomodo voluntaria? ſed omne peccatum eſt ex voluntate. Auguſtinus quippe dicit: Certus ſum animam nullâ Dei C culpâ, nullâ Dei neceſſitate, vel ſuâ, ſed propriâ voluntate, in culpam eſſe collapſam. Quid ergo? Attende diligentiùs quæ jam præmiſimus: Omnis namque anima inviſibilibus nexibus unita carni peccati fomitem habenti, conſentit quidem carni motum concupiſcentiæ contrahenti. Omnis ergo peccat. Si omnis peccat, quantùm ad actum, neceſſaria eſt culpa: quare neceſſaria & redemptio noſtra; ſic & quibuſque fidelibus in hac vita viventibus pœnitentiam neceſſariam eſſe dicimus: neceſſariam quidem, non quia boni per gratiam re- D parati, adjutrice gratiâ, ſine peccato eſſe poſſint, ſed quia fomes peccati & lex membrorum ad agonem in hac vita ſemper relinquitur. Unde ſemper cadimus, ſemperque à Domino debitam noſtram dimitti petimus; ſemper ergo, dum vivimus, neceſſariò veniam rogamus, quia, quantùm ad actum, neceſſariò peccamus. Quæris etiam: ſi de nihilo quotidie novæ fiunt animæ, quomodo verum quod ſcriptum eſt: Qui vivit in æternùm, creavit omnia ſimul? Dicimus autem, quia verè ſimul omnia facta ſunt; tunc enim, vel in actu proprio, vel E in materia, facta ſunt ſingula. Animæ ergo quæ modò, ut quidam volunt, de nihilo fiunt novæ, per conſimilitudinem ibi quoque ſunt factæ. Prima enim anima ad imaginem & ſimilitudinem Dei facta eſt; hæc verò natura in ſingulis animabus ipſa eſt. Quæris quoque ſi anima non ex traduce propagatur, quando corpori infunditur, utrùm quando ſemen emittitur: an emiſſum, quando concipitur: an conceptum, quando formatur? Legimus quidem in Moyſe: Qui percuſſerit mulierem prægnantem, & illa F abortierit; ſi formatus fuerit, reddat animam pro anima; ſi formatus non fuerit, mulctetur pecuniâ. Per hæc igitur volumus intelligi priùs formato corpori numquam animam infundi: quia priùs convenit domum præparari, & ſic habitatorem ingredi. In Adam quippe priùs formatum eſt corpus, deinde ſpiritus inſufflatus. Sed forſitan ſecundum ſpontaneum motum

Digitized by Google

ormatò jam corpore, incipit anima vigere, |uæ quieto motu ibi & anteà potuit ineſſe. ʖuomodo enim concreſcere & coagulari, & d formam uſque provehi potuit, ſi priùs inaiimatum fuerit? Qui autem animam ex paente cùm ſemine carnis infundi aſſerunt; ſi nimam ex anima corporeo ſemine trahunt, |uid aliud animam, quàm corpus eſſe convinunt? Si autem ex incorporea incorpoream rahunt, quid dicunt? an pars ex anima infunlitur quæ concreſcat in animam quæ formetur? ;ed extendi atque concreſcere, & in partes diidi, nec animæ quidem convenit, ſed corpori. ʖuòd ſi patris anima ſe totam in filium tranſ:rat, ut & in filio ſine ſui detrimento animam aciat: quid eſt aliud dicere, quàm non mulas animas, ſed unam omnium animam eſſe? uguſtinus quidem dicit: Mirum, ſi ullus ſenis humanus comprehendit, quonam modo ımquam lucerna de lucerna accendatur, & ne detrimento alterius alter ignis exiſtat, ſic nima de anima parentis fiat in prole, vel traucatur in prole, utrùm incorporeum ſemen nimæ ſuâ quâdam occultâ & inviſibili viâ ſeorım ex patre in matrem fluat, cùm fit concetus in femina; aut, quod eſt incredibilius, in :mine corporis lateat. Cùm autem fluunt irita ſine ullis conceptis ſemina, utrùm ſemen nimæ non ſimul exeat, an ſummâ celeritate, tque atomo temporis unde exierat recurrat, n pereat; & ſi perit, quomodo ipſa, cujus ſeıen mortale eſt, immortalis eſt anima; an imıortalitatem tunc accipit quando formatur, t vivat. Item, ſi origo animæ lateat, dum taıen redemtio clareat, periculum non eſt. Neue in Chriſtum credimus, ut naſcamur, ſed t renaſcamur, quomodocumque nati fuerinus. Item, etſi utrùm anima ex traduce deſendat, vel non, quemadmodum explicari poſit ignorem, illud tamen credo quod & hinc livinorum eloquiorum clariſſima auctoritas eſet, ſi homo id ſine diſpendio promiſſæ ſalutis gnorare non poſſet. Item, Mediatoris animam ıullum ex Adam traxiſſe dubitare fas non eſt. ;i enim nulla propagatur ex altera, ubi omnes enentur propagatæ carne peccati, quantò miıus credendum eſt ex propagine peccati eis nimam Chriſti venire potuiſſe, cujus caro vert ex Virgine, non libidine conceptâ, ſed fide? ;i autem peccato primæ animæ peccatricis ideo eteræ tenentur obnoxiæ, quia ex illa ſunt proagatæ, profectò illa quam ſibi Unigenitus oaptavit, aut peccatum inde non traxit, aut mnino inde non tracta eſt. Neque enim non otuit animam ſibi trahere ſine peccato, qui olvit noſtra peccata, aut qui novam creavit nimam ei carni quam ſine parente fecit, ex erra non potuit novam creare carni, quam ſie viro ſumſit ex femina. Iſta dilectioni tuæ cribere volui, qui tibi nihil omnino negare pouí. Si ex his ergo dubitare incipias, à ſapienibus dubitata requiras. Si qua verò meliora, Deo volente, ſuper his invenire poteris, amois debito mihi quoque reſcribere non graves. Vale, cariſſime.

EPISTOLA MONACHI CUJUSDAM Wigornienſis ad magiſtrum S.

De utilitate canonum evangelicorum.

DIlecto amico ſuo & ſocio magiſtro S. ſenatûs Wigornienſis eccleſiæ filius ſalutem, & ſi quid in obſequio poteſt. *Ex mſ. Conchenſis monaſterii in Neuſtria.*

Inter pretioſa majorum munera quæ effudit copia abundantior in tabernaculo Domini, etiam caprarum pilos novimus obtuliſſe, ex quibus vela capillacia contexta feruntur, quorum uſus etſi videbatur abjectior, tabernaculo tamen præſtabat tectum, & arcebat aëris ſpiritus procellarum. Inde eſt quòd inter lautiora fercula quæ tibi per ſingulos dies de theſauris Domini tui delibanda ponuntur, panem cibarium, quem decoxit dilectio, præparavit noſtræ parvitatis devotio, diximus ſimul ingerendum, quatenus cùm remiſeris animum à ſublimi, habeas quò delecteris in humili. Interdum enim juvat vilioribus refici, ut ſic alterâ vice animus ad accuratiora denuò convaleſcat. Noſti cujus menſæ te convivam effeceris, theologiam loquor, ubi & delicatus puer reficitur lautiùs; & qui infirmus eſt, manducat olus. Hinc enim relaxat ſinus allegoricæ ſuavitatis, ubi refectio perfectorum: hinc litteralis fructus exuberat, ubi lactatur infantia parvulorum. Unde Theologiæ duæ fuerunt poſitiones, inſpectiva ſcilicet & actualis: inſpectiva, quâ contemplamur cœleſtia in mentis exceſſu: actualis, quâ planities hiſtoriæ primitias fovet frugum novellarum, & primordia neophytorum. Nec tamen hanc per oppoſitionem diſtributio, quoniam de una tranſitur in aliam, de actuali in inſpectivam, de inſpectiva in contemplativam, utrimque perfecta, quia rota in rota, & ſpiritus vitæ erat in rotis. Igitur ne præpoſterè quid geratur, diſcutienda prior eſt hiſtoriæ veritas, obliquario coërcenda compendio, ſocordia ſtudio avertenda, quia ſicut abſque opere non proceditur ad meritum, ita abſque litterali fundamento ſtructura myſtica non conſurgit. Primum opus quod veſtra nobis imperavit dilectio, videlicet canonum evangeliorum ad integritatem ſui & correctionem reductio hanc utilitatis conſiderationem habere primâ fronte dignoſcitur, ut ejuſdem textum hiſtoriæ diverſorum ſtylo exaratæ canonum inſpectione in conſonam ſui formam liqueat convenire, ne ſimplex lector contrarium ineſſe ſuſpicetur, ubi Veritas ipſa templum juſtitiæ ſuæ portum ſalutis noſtræ in digito ſuo fabricavit, & erexit in titulum filiis promiſſionis & regni. Hac itaque utilitate AMMONIUS quidam Alexandrinus diſtinctiones canonum adinvenit, & poſt eum EUSEBIUS Cæſarienſis ampliavit, quatenus eorum præſcripto manifeſtiùs cogniti, ſtatim intuentis animo innoteſcat, qui evangeliſtæ, quæ eadem, quæ ſimilia, & quæ propria dixerunt. Unde adhibenda conſideratio cauta, ne ſimilia eadem reputentur, & ſimilibus aggre-

gentur propria. Verbi gratiâ, poſt miraculum puellæ in domo reſuſcitatæ, & de duobus cæcis, & de muto dæmoniaco curato, conſequenter Matthæus adnexuit & Phariſæorum blaſphemiam in JESUM, quòd in Belſebuth ejiceret dæmonium; quod factum referre videtur Lucas capitulo CXXVI. quod incipit: *Erat* JESUS *ejiciens dæmonium, & illud erat mutum.* Sicque æſtimari poſſet idem quod prorſus aliud eſt. Neque enim quod Matthæus refert, illud eſt, licèt ſimile factum: quoniam illius dæmoniaci miraculum ſolius Matthæi textus habet canone x. quòd x. littera ejuſdem capituli fronti adfixa dederat. Prædictum autem capitulum Lucæ canone v. adnotatur, in quo cum Matthæo Lucas comitatur capitulo CXIX. Igitur ſatis elucet Matthæum egiſſe de duobus dæmoniacis, & unum propriè alterumque communiter retuliſſe cum Luca, quod diverſitas canonum, & utriuſque miraculi ab eodem evangeliſta docet relatio. Refert etiam Matthæus alios à prædictis duos cæcos curatos à Domino, quod capitulum in II. canone, in quo Matthæus, Marcus, & Lucas, conveniunt. Et tamen Marcus & Lucas unum cæcum in eodem miraculo curatum commemorant, & Matthæus duos, per quod diverſitas miraculi & canonis poſſet induci, adeo quòd Marcus nomen ejus exprimit & patris ejus, Timeum, ſcilicet Barchimei filium. Sed hoc ideo factum eſt, quòd unius fama celebrior miraculum ſibi vindicavit: unde Marcus & Lucas. Series autem facti duobus curam contulit, de quibus Matthæus agit. Recole & piſcaturam Johannis, quâ JESUS poſt reſurrectionem manifeſtavit ſe ad mare Tyberiadis: quæ quidem manifeſtatio propria Johannis eſt, ſed in multitudine piſcium copioſa ſimilitudinem gerit cum Luca, unde pars ea nono canoni adſcribitur, ultima decimo. Perpendis itaque utilitatem canonum, quibus ab eiſdem ſimilia, & propria à ſimilibus diſtinguntur mirâ concordiâ, quæ & concors eſt & diſcreta. Hujus expers diſciplinæ filius ille perditionis, ſcilicet JULIANUS imperator ſacrarium fidei noſtræ in offenſionem & ſcandalum adducere ſatagebat, aſſerens evangelium eo in loco diſſonantiæ querela laboraſſe, ubi Joſeph à Matthæo filius Jacob, & à Luca filius Levi fuiſſe perhibetur. Ita doli artifex auctori ſuo laqueum procuravit, ut ubi attendere debuiſſet ſimilitudinem, excogitavit pro ſimili contrarietatem. Ipſe enim contextus litteræ concordiam parat, quoniam Lucas agens de legali adoptione quâ ſemen defuncto fratri ſuſcitatur à ſuperſtite, non ait: Joſeph quem genuit Levi, ſed qui fuit Levi, ut daretur intelligi, non ſecundum naturam, ut in Matthæo, ſed ſecundum adoptionem ſeriem dicti proceſſiſſe, quæ convenientia verum locum tertio canoni aſſignavit. Noveris autem non modicam difficultatem mihi ex diſſonantia librorum emerſiſſe, & aliquando impedimento fuiſſe exequendi quod miſiſti, quia vix eſt ut aliqui codices ſe ſe æquis paſſibus reſpiciant circa aſſignationem canonum, adeo omnes denigravit imperitia ſcripturæ. Tandem revolvens biliothecam* quam Romæ conſcriptam beatæ memoriæ rex OFFA eccleſiæ noſtræ contuliſſe dicitur, per ſingula capitula diſcurrens probavi traditam vetuſtatem, & inveni ad nutum mihi omnia miniſtrantem: in qua cum diligentius ejus canones cum reliquis inſpexiſſem, impegi in evangelium illud: *Si quis vult poſt me venire*; in cujus fine ſic ſcriptum habent codices veſtri: *Qui me confeſſus fuerit, & verba mea*, &c. *& Filius hominis confitebitur eum, cùm venerit in gloria Patris ſui.* Sed prædicta bibliotheca longè aliam litteram & valde diſſonantem mihi prætendit, quam cum vidi & probavi, vehementer obſtupui quomodo tantus error, tanto tempore, tot intuentium oculos effugerit, per tot magiſtrorum manus tranſiens, inſederit incorrectus. Ita enim ſcriptum legi: *Qui me confeſſus fuerit, & verba mea in generatione iſta adultera & peccatrice; & filius hominis confundetur eum, cùm venerit in gloria Patris ſui cum angelis ſuis.* Etſi enim minus grammaticè dicatur confundetur eum, recta tamen littera ejuſmodi eſt, nec abjicienda. Abſit enim, ut ait beatus Gregorius, ut verba ſacri oraculi ſubjaceant regulis Donati. Ut autem & tu probes mecum quod dico, ſic animadverte: capitulum illud Marci eſt octogeſimum ſextum, & in ſecundo canone, in quo Marcus cum Matthæo comitatur & Luca. Fiat ergo hujus capituli ad nonageſimum-quartum Matthæi.... Lucæ, & conſonabunt univerſa. In Matthæo ſic: *Qui autem negaverit me coram hominibus*, &c. In Luca: *Nam qui me erubuerit & ſermones meos, hunc erubeſcet Filius hominis*, &c. Ut ergo convenientia non deſit, in tertio Marcus ſic: *Qui me confeſſus fuerit*, id eſt, erubuerit, ut ait Lucas, neque enim *confeſſus fuerit*, cum *erubuerit*, conſequentiam habere videtur. Quod autem in Matthæo legitur: *Omnis qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum*, &c. cum præſenti loco Marci non congruit, quia illud in quinto canone eſt, in quo Matthæus & Lucas: iſtud autem in ſecundo, ut dictum eſt, in quo tres. Ceterum quid canon, & quot, & qualiter diſtincti ſequentia declarabunt; hæc enim ex conſideratione duximus prælibanda, ut innoteſceret vobis auctor operis & intentio auctoris, & utilitas multiformis. Vale.

Eſt igitur canon, regula, ſeu inſtitutio, &c.

[Luc. 11. 14.] [* Id eſt, librum Bibliorum.] [Matth. 16. 24.] [Luc. 12. 8.] [Matth. 10. 33.] [Luc. 9.] [Matth. 10. 33.]

EPISTOLA ANONYMI, ad Hugonem amicum ſuum.

De modo & ordine legendi ſacram ſcripturam.

[Circa annum 1170. *Ex mſ. B. Mariæ de Joſaphat.*]

DE modo & ordine legendi ſacræ paginæ libros, HUGO mi dilecte frater in Domino, ſtylo compendioſo mediocri aliqua tibi ſcribere lege promiſſionis coarctor: quod diſtuli, occupationibus meis; quod vel tandem perſcripſi, caritati tuæ, quæ me torpentem excitavit, imputandum eſt. Malui enim vel ſerò promiſſum perſolvere, quàm petenti amico diutius inexorabilis & inofficioſus videri. Mo-

Digitized by Google

um autem & ordinem quo in ſcholis ſacra pa- A ina doceatur, nunc explicare propoſitum non .t: ſed ex dicendis id attendendum eſt, quo iodo vel ordine divina legenda ſunt eloquia, : perſcrutanda, illis præſertim, qui arrepto roſeſſionis vinculo alienæ alligati ſunt obe-ientiæ. Sed & hîc diſtinctio adhibenda eſt; lii enim ſunt, qui ante converſionem utriuſ-ue paginæ lectione plenè imbuti ſunt; alii ınt qui in alterutrum pagina tantum lauda-iliter ſunt promoti, antequàm ſæcularibus brenuntient; alii vix primis artis grammaticæ B udimentis cognitis, ut Deo militent clauſtris : includunt. Præſentis igitur negotii erit doce-e, quâ viâ, quibus gradibus, ad plenum ſa-ræ paginæ intellectum illi pene rudes, pene mnis litteraturæ inſcii conſcendere poſſint. attendant etenim hi tales cum aliis quid dici-ur: *Scrutamini ſcripturas*; & illud: *Beati qui crutantur teſtimonia ejus, in toto corde exqui-unt eum*; & illud: *Beatus qui in lege Domini nedıtatur nocte & die*; & illud: *Erratis neſcien-es ſcripturas*; neque virtutem ejus, & confi-lentia ab eo accepta qui dicit: *Confiteor tibi, C Pater, quoniam abſcondiſti hæc à ſapientibus, & evelaſti ea parvulis*; ardentibus divinam rumi-entur faucibus diſciplinam, donec fiant pen-iæ columbæ deargentatæ, & poſteriora dorſi :jus in pallore auri, id eſt, donec ipſi fiant do-tores eccleſiæ cum nitore eloquii, caritate eo-um in vera ſapientia fundatâ. Primò igitur iumerus librorum, tam veteris, quàm noui te-tamenti diſtinguatur, & eorum ponantur no-nina, & deinceps qui & quo ordine, & qua-iter legi debeant demonſtretur. Sunt autem li-D ori veteris teſtamenti ſecundum unam conſide-ationem XXII. ſecundum aliam XXIV. & iſti ibri trifariè dividuntur; alii enim ſunt libri egis, alii prophetici, alii agiographi, id eſt, ancta ſcriptura ſimpliciter appellati. Libri le-gis quinque ſunt, liber Geneſeos, Exodus, Le-viticus, liber Numerorum, Deuteronomium. Libri prophetici octo ſunt: liber Joſue Bennum, iber Judicum, liber Samuel, qui prima pars ibri Regum, & liber Regum, qui hebraïcè ab aliis Malachim, ab aliis Malachot appella- E ur, liber Iſaïæ, liber Jeremiæ, liber Ezechiel, iber XII. prophetarum, qui hebraïcè Tha-raaſra dicitur. Libri agiographi ſunt novem, iber Job, Pſalterium, liber Proverbiorum, Eccleſiaſtes, Canticum Canticorum, liber Da-iiel, Paralippomenon, Eſdras, Eſther. Connu-nerentur nunc iſti quinque, octo, & novem, & erunt XXII. Novem autem agiographis qui-dam adjiciunt librum Ruth, librum Lamenta-ionum Jeremiæ. Libri novi Teſtamenti octo tantum ſunt: quatuor evangelia, Matthæus, F Marcus, Lucas, Johannes. Alii quatuor libri qui apoſtolica ſcriptura appellantur, ſunt liber Epiſtolarum Pauli, canonicæ Epiſtolæ, Actus apoſtolorum, & Apocalypſis. Iſti libri primæ & principalis auctoritatis in Eccleſia ſunt. Præ-ter diſtinctos libros, quinque ſunt qui apud Hebræos apocryphi dicuntur, id eſt, abſconditi & dubii; Eccleſia tamen honorat & ſuſcipit.

Primus eſt liber Sapientiæ, ſecundus eſt Eccle-ſiaſticus, tertius Tobi, quartus Judith, quin-tus liber Machabæorum. Præter omnes prædi-ſtinctos libros, ſunt beatorum Patrum ſcripta, Hieroymi, Auguſtini, & aliorum, quorum multitudinem enumerare ſuperfluum eſt. Eorum tamen in ſequentibus fiet mentio, qui præ aliis videbuntur ad prædictorum librorum intelle-ctum neceſſaria. De numero librorum & eo-rumdem nominibus ita dictum ſit, quo ordine & qualiter legi debeant nunc dicatur. Ad cu-jus rei notitiam intelligendum eſt quod utriuſ-que teſtamenti tripartita eſt lectio. Prima eſt ſecundum hiſtoriam, ſecunda ſecundum alle-goriam, tertia ſecundum moralem inſtructio-nem, ſeu magis dicendum, tropologiam. Uni-verſa autem ſacræ paginæ ſeries ſecundum hi-ſtoriam primo, ter, aut quater perſcrutanda & pertranſeunda. Hoc diligenter in ſingulis notato quæ nullomodo ad litteram poſſunt in-telligi, quæ etiam falſa ſecundum litteralem in-tellectum, quæ inepta ad litteram intellecta, quæ inutilia, quæ indifferentia, quæ impedi-tiva ad vitam æternam, ut per talium exem-pla quivis, licèt invitus, ad allegoriam intelle-ctum ſuſcipiendum cogatur. Hoc autem modo & ordine libri veteris Teſtamenti ſecundum litteram legendi ſunt: primò libri Legis; ſecun-dò liber Joſue & liber Judicum; tertiò liber Sa-muel, & liber Regum, & Paralipomenon, & ex latere Joſephus & Egeſippus. Si autem in ta-libus ignotæ ſignificationis dictio occurrat, ne à lectionis impediamur progreſſu, habeantur tamquam inſtrumenta quædam ad prædicto-rum librorum faciliorem intellectum, libri Iſi-dori Ethymologiarum, & liber Hieronymi de Expoſitionibus hebraïcorum nominum, & li-ber Derivationum, qui in copioſis armariis in-venitur, & liber qui Partionarius, vel Gloſſarius appellatur, qui quantò antiquior invenitur, tantò plurium ignotarum dictionum contine-bit expoſitionem. In iſtis ignotæ dictionis tam origine, quàm ſignificatione reperta, facilior & intelligibilior in legendo fiet progreſſus. Ex omnibus prædictis colligenda eſt ſumma & me-moriter retinenda, ut de operibus ſex dierum, de conſtructione arcæ & manſionibus ejus, de promiſſione facta Abrahæ, de nominibus & nu-mero patriarcharum, & ſponſis, & concubi-nis, & filiis eorumdem; de numero annorum ſervitutis populi Iſraël in Ægypto; de numero ſignorum & plagarum, introductione populi; de lege data & accepta in monte Sina; de con-ſtructione tabernaculi & poſitione; de duode-cim Tribubus; quomodo circa tabernaculum in gyrum caſtra poſuerunt; de ornamentis ſa-cerdotalibus; de numero & ordine ſacerdotum & levitarum, & de generibus ſacrificiorum; de numero manſionum, & bellis à populo Iſ-raël peractis antequam intrarent in terram promiſſionis; de civitatibus deſtructis, retentis, reparatis, priuſquam intrarent terram promiſ-ſionis; de regibus ibi repertis; qui & quot eſ-ſent, & de nominibus & numero ducum, & factis eorumdem uſque ad tempus regum; de

Digitized by Google

nominibus, numero & ordine regum, & factis eorumdem, vel eximiis, vel egregiè turpibus; de conſtructione templi & vaſis; de numero & ordine ſacerdotum, levitarum, pſallentium. In omnibus iſtis neceſſarius erit & perutilis liber Auguſtini de Quæſtionibus veteris Teſtamenti. His diligenter notatis, cum plena confidentia accedat quivis ad libros prophetarum, Iſaïæ, Jeremiæ, Ezechielis, & XII. prophetarum, Danielis, in quibus notandum quæ prophetia ad litteram completa, & quæ reſervetur ad litteram complenda, & quis propheta, ſub quo rege prophetaverit: quod ſolertiâ quorumdam in fine bibliothecæ interdum inveniri ſolet. Poſt hos libros leguntur Eſther & Eſdras, & liber Machabæorum, & liber Judith, & liber Tobi. Poſt illos, Proverbia Salomonis, & liber Sapientiæ, & liber Eccleſiaſticus & Eccleſiaſtes; ad ultimùm Pſalterium, & Job, & Cantica Canticorum: in quibus, quia nullus intellectus ad litteram utilis eſt de Chriſto & Eccleſia, ſtatim primò legantur. Libri autem novi Teſtamenti hoc modo & hoc ordine legantur: Matthæus primò, Marcus ejus pediſſequus ſecundò; tertiò Lucas, quartò Johannes, in quibus diligenter & numerus ſermonum & miraculorum notetur, & quid, ubi, & quando, & coram quibus à Domino factum dictumve ſit. In his erit tibi neceſſarius liber Hieronymi de deſcriptione locorum Palæſtinæ, liber de Concordia evangeliorum; deinceps Actus apoſtolorum legendi; poſteà canonicæ Epiſtolæ & Epiſtolæ Pauli; ad ultimùm liber Apocalypſis. Totâ autem utriuſque Teſtamenti ſerie ſic perſpectâ & intellectâ, conſequens eſt ſacramentis Eccleſiæ imbui, quæ in libris magiſtri Hugonis plenè inveniuntur; deinde natura cardinalium virtutum & vitiorum quæ virtutibus opponuntur, undecumque haberi poterit, perquirenda & inveſtiganda. Rationes autem ſingulorum quæ per anni curriculum fiunt in Eccleſia, qui ſcire deſiderat, librum qui appellatur (a) Candela Gerlandi, librum magiſtri Simonis, qui appellatur, *Quare*, inſpiciat. Poſt iſta, liber Auguſtini de Doctrina Chriſtiana, & liber ejuſdem de Civitate Dei, cum omni diligentia & ſtudio legantur. Cùmque in arca ſacræ paginæ diligenter & ſtudioſè ſe ſe prædicto modo diligens animus exercuerit, intrepidè tam ad allegoricam, quàm ad moralem lectionem ſe convertat, & paſſim ad arbitrium, quo ordine libuerit, tam veteris, quàm novi Teſtamenti libros, ſecundum hanc bipertitam lectionem relegat, & quicquid allegoricè ſignificatum, vel ſignificandum, vel moraliter notatum, vel notandum occurret, ſine omni labore incunctanter hauriet. Sicque demùm felici & delectabili proventu animus exultanter exhilaratus, novis allegoriis ſtudendis, & novis inſtructionibus morum meditandis vacabit. Nonnumquam tamen ad opera Origenis, & alia conſimilia, in quibus interdum Ceraſtes in ſemita tamquam explorator accedat, & ibi margaritas in lecto, & uvas in labruſcis, & roſas inter ſpineta quærere diſcat, ut impleatur quod dictum eſt: *Etſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit.* Marc. 16. 18. Si quis autem, vel lectionum hîc diſtinctarum varietate, vel librorum multitudine turbetur, attendat quid Hieronymus de modo & ordine ſacram paginam legendi in Epiſtola ad Alletam de inſtitutione filiæ dicat. Ait autem: Diſcat primùm Pſalterium; his ſe canticis ſanctam vocet, & in Proverbiis Salomonis erudiatur ad vitam. In Eccleſiaſten conſueſcat quæ mundi ſunt calcare. In Job virtutis & patientiæ exempla ſectetur. Ad evangelia tranſeat: Numquam ea poſitura de manibus, apoſtolorum Acta & Epiſtolas totâ cordis voluntate imbuat. Cùmque pectoris ſui cellarium opibus locupletaverit, mandet memoriæ Prophetas, Eptateucum, & Regum ac Paralipomenon libros. Eſdræ quoque & Eſther volumina; ultimò ſine periculo diſcat Canticum Canticorum; quòd ſi in exordio legerit, ſub carnalibus verbis ſpiritualium nuptiarum epithalamium non intelligens vulneretur. Caveat omnia apocrypha; & ſi quando ea, non ad dogmatum veritatem, ſed ad ſingulorum reverentiam legere voluerit, ſciat non eorum eſſe, quorum titulis prænotantur, multaque in his admixta eſſe vitioſa, & grandis eſſe prudentiæ aurum in luto quærere. Cypriani Opuſcula ſemper in manu teneat. Athanaſii Epiſtolas & Hilarii libros inoffenſo currat pede. Illorum tractatibus, illorum delectetur ingeniis, in quorum libris pietas fidei non vacillet. Ceteros ſic legat, ut magis judicet, quàm ſequatur. Vale.

Nutriunt hi ſortem Chriſto perſæpe placentem,
Hoc meritum ſit eis cœleſtis Dindima jugis.

(a) Hujus libri præfationem ex ms. Claravallenſi ſupra retuli pagina 371.

MARCI EPISTOLA AD G. devotam feminam.

De viſione Tungdali militis Hybernienſis à ſe in Latinum converſa.

Ex mſ. ædis Carthuſiæ Vallis-Dei.

VEnerabili ac devotæ dominæ G. frater MARCUS ſibi devotus famulus, utinam tam validum, quàm paratum ſervitium.

Cùm multi ſint vocati, pauci verò electi; non eſt magnum argumentum ad probandam rei dubiæ fidem, hanc eſſe laudabilem, quæ à multis. Nam quoniam, ſecundum prophetæ ſententiam, humanum genus à principio proclivius eſt ad peccandum, ei arbitramur conſultiſſimum ac decentiſſimum præ ceteris eſſe parendum, quam cuſtoditis bonæ famæ floſculis à nullo reprehenſibilem fore reperimus, quæ videtur dicere cum Apoſtolo: *Bonus odor ſumus Deo.* Ea propter, ſacra virgo & domina G. caritativam & Deo devotam bonæ petitionis veſtræ petitiunculam vobis negare nequaquam poſſumus, licèt eulogiis præſentiæ veſtræ dignis eam interpolare poſſimus. Sicut enim ait ortodoxorum quidam eruditus: vires quas imperitia denegat, caritas miniſtrat. Nos ejus veſtigia ſectantes, ſimul & in veſtris ſanctis orationibus confidentes, ipſam verecundiam poſtpo-

Digitized by Google

nimus, & noſtram inſipientiam vobis oſtendere non erubeſcimus; melior eſt enim obedientia, quàm victimæ, ea maximè quæ majoribus impenditur. Et nos confidimus, quia compati potiùs, quàm inſultare velit veſtra prudentia noſtræ inſipientiæ. Placuit namque veſtræ providentiæ, quod myſterium, quod oſtenſum fuerat TUNGDALO cuidam Hybernigeno, noſter ſtylus, licèt ineruditus, de barbarico in latinum transferret eloquium, veſtræque diligentiæ mitteremus tranſcribendum; opus quidem utile, licèt breve. Ego autem inops, & latinæ eloquentiæ pene ignarus, vobis tamen devotiſſimus, ipſam materiam, prout mei ingenioli parvitas replicare potuit, offerre non piguit; hilarem enim datorem diligit Deus: rogans tamen, ut ſi qua ibi fuerit minùs compendioſè interpoſita ſententia, emendare, & competenter cudere, veſtra erudita non erubeſcat ſollertia. Accipite ergo breve munuſculum ſimplicis ſtyli & indoctæ linguæ, cum devotis precibus; & ſi quid ibi videritis minùs correctum, hoc noſtræ imputetis imperitiæ. Sin autem aliquid in ea veſtræ placuerit prudentiæ, divinæ gratiæ & veſtris orationibus attribuite, & nolite bonam certamque materiam contemnere, licèt ei dictamen minimè videritis convenire; noſter enim ſtylus, ſed Chriſti eſt opus. Ergo, ſapiens & felix domina, memoramini proverbii: Amici vitia ſi non ſufferas, facias tua. Vos igitur, qui libenter ſuffertis inſipientes, cùm ſitis ipſa ſapiens, ſuſtinete hîc etiam modicum quid inſipientiæ meæ. Scripſimus autem vobis fideliter, prout nobis eamdem viſionem retulit. Viſa eſt namque ipſa viſio MCXLIX. ab Incarnatione Domini anno, qui eſt annus ſecundus CHONRADI regis Romanorum, expeditionis Jeroſolymorum, qui eſt quartus annus EUGENII papæ III. apoſtolatûs; quo anno de Galliarum partibus Romam eſt reverſus. Ipſo etiam eodem anno MALACHIAS Dunenſis epiſcopus, Hybernienſium legatus, cujus vitâ & doctrinâ tota occidentalis fulſit Eccleſia; Romam veniens, in Claravalle defunctus eſt, cujus vitam miraculis plenam BERNARDUS Clarevallenſis abbas ſatis luculento ſermone tranſcribit; de quo mentionem ſuo loco, Domino concedente, facturi ſumus. NEMIAS etiam Chienenſis epiſcopus, vir ſapientiâ & genere, & ſanctitate præclarus, ſanctus ac venerabilis ſenex annorum.... in propria cathedra eodem anno de laborioſo hujus vitæ certamine, ad gaudia migravit vitæ perpetuæ; de cujus vita & miraculis, quia vos novimus ſanctorum exempla deſideraſſe, ad veſtram ædificationem aliqua dicemus. Sed quia non eſt noſtri propoſiti modò tragœdias texere, ad commiſſum nobis opuſculum, Deo adjuvante, properemus. *Sequitur viſio cujuſdam militis Hybernienſis.*

RADULFI EPISCOPI LEODIENSIS decreta adverſus incendiarios, & rerum eccleſiaſticarum deprædatores.

Circa annum 1170. Ex mſ. Alnenſis monaſterii.

RADULPHUS Dei gratiâ Leodienſis epiſcopus, omnibus prælatis & ſubditis in Leodienſi epiſcopatu conſtitutis, ſalutem & paternam dilectionem in Domino.

Cùm mundus ipſe in maligno ſit poſitus, & ubique terrarum ſufficiat diei malitia ſua, nos tamen in quos fines Marchiæ imperialis devenerunt, præ ceteris ampliora & graviora ſuſtinemus. Confluentibus præteritorum & præſentium ex impunitate, ſicut nobis videtur, cauſis, nulli ordini, nulli religioni, nulli honeſtati, nulli inopiæ, nulli ætati in aliquo defertur; bona eccleſiarum in præda omnibus ſunt eò majori audaciâ, quò majori licentiâ. Villas & ſepta earum violenti irrumpunt, & his prædâ, vel incendio conſumtis, ad atrium migrant, & timore Dei, & reverentiâ legum longè à ſe poſita, munitates atrii frangunt, & inſuper domiciliis ob refugium, in atrio conſtitutis, igne injecto, quem ſciunt de proximis ad ſacras ædes migraturum, quando vident flammas ignis parietes eccleſiarum lambere, in fraudem juris tunc demum incipiunt conclamare: Succurrite, ſuccurrite, quaſi nolint eccleſias Dei ob ſacras munitates ardere: quarum ipſi vicinis domibus flammas de facili ad proxima quæque volatiles libenter injecere. Et quod deterius eſt: quando de his omnibus enormitatibus, ternis, vel quaternis citationibus, ad ſatisfactionem vocantur, diductis attinentis fatigationis, & expenſis quæ publicæ cognitioni ſubjacent, ipſi impudenter negant; & quod impiè geſſerunt, perjurio expiare contendunt: aut ſi de facto fatentur, aliquâ honeſtatis ſpecie redditionem ablatorum, precibus, vel interventu amicorum ſuorum, vel nobilium civitatis ſuæ, promiſſâ remiſſione conantur ſubripere. Horum omnium intuitu, conſtituimus ut de omnibus quocumque modo violenter ablatis, de C. ſolidis non pluſquam II. remitti poſſint, quod tamen, non niſi bonæ diſpenſationis providentiâ eſt fiendum; ablata enim reſtituenda ſunt in quadruplum.

I. Qui prædam, vel incendium fecerit, ille principalis auctor, ſecundum decretum à papa EUGENIO de incendiis promulgatum, ipſo ſuo facto cum tota terra ſua ſtatim interdicto ſubjacebit.

II. Si eccleſiam in fundo, vel de feodo ſuo habuerit, in ea miſſas celebrare nulli licebit. Omne ſolatium chriſtiani cultus in ea ceſſabit, abſque baptiſmate parvulorum & viſitatione infirmorum, ſi tamen rei objecti criminis non fuerint.

III. Omnes enim qui in perpetratione incendii, vel prædæ, auxilium ei præſtiterint, vel in comitatu ejus vexillum, vel ducatum ſcienter ſecuti fuerint, niſi infra legitimas citationes ſatisfecerint, rei erunt de quorum-

cumque crimine accuſati fuerint. Et ſi in le- [A] ctum ægritudinis decubaverint, viatico carebunt, niſi verè pœnituerint, & ablata pro portione ſua reddiderint, & de cetero nullatenus ſe venturos in damnum eccleſiæ jurejurando firmaverint, & de bannis epiſcopo, vel archidiacono ſatisfecerint.

IV. Qui autem aliquâ circumventione ignorantiæ ſeducti fuerint, poſt primam cognitionem rei gerendæ, ſi in conſilio impiorum non abierint, & in via peccatorum non ſteterint; [B] ſed ſe ſtatim à deteſtatione ſacrilegii averterint, & ſecum quos poſſunt à via iniquitatis converterint, & hoc ſeptimâ manu bonorum virorum qui cum iniquis illis coinquinati non ſunt, jurisjurandi religione probaverint: illi proculdubio, ſicut nec culpâ tenentur, ita pœnâ incendiariis debitâ non involventur.

V. Si autem aliqua manûs violentia, vel temeraria irruptio atrio excommunicatum aliquem ſepelierit, uſque ad ejectionem cadaveris eruti, eccleſia illius atrii ſilebit. [C]

VI. Si autem aliquis laïcus aliquem abſque ſacerdote in atrio ſepelierit, ipſe ſtatim ex præſumtione ſacerdotalis officii ſub interdicto erit. Abundantiori autem pœna ejus arbitrio epiſcopi ſubjacebit; niſi enim in ea præſumtione gravior lapſus eſſet, horrendo hiatu præſumtores hujuſmodi terra non abſorbuiſſet.

VII. Præda verò cujuſcumque prædonis, ad quamcumque villam, vel oppidum, vel civitatem minata fuerit, niſi diſtrictus villæ, poſt auditum clamorem, banno ſuo uſque ad ju- [D] riſdictionem eam tenuerit, ipſa villa, vel oppidum, vel civitas ſub interdicto uſque ad dignam ſatisfactionem jacebit, emtor verò, vel venditor, uſque ad redditionem ablatorum, maledictionis banno ſubjacebit.

VIII. Incendiarii autem, quamvis interdicto ſubjiciendi ſint, non tamen ſtatim anathemate feriendi, ſed tribus citationibus juxta morem, ad ſatisfactionem vocandi. Si ergo venerint, & damnum illatum bonâ fide reſtituerint, reconciliari eccleſiæ merebuntur. Quod ſi ad [E] excuſandas excuſationes in peccatis, quod in manifeſto eſt negare tentaverint, in hoc caſu neganti factum probatio incumbere debebit.

IX. Sub interdicti autem, vel anathematis ſententia jacentes, principaliter auctores incendii, vel prædæ, quamdiu ſatisfacere contemnunt, ad quemcumque locum venerint, nullius chriſmatis ſolatio participabunt; nec receptione, nec foro digni erunt: ipſiſque in villa, vel in oppido, vel in civitate exiſtentibus, nulli miſſas celebrare licebit. Solemnitas divini cultûs, clauſis eccleſiis, omnino ceſſabit. Pulſabu- [F] lum quoque campanarum intermittendum erit, ut ſaltem hoc ſequeſtrationis rubore corrigantur, aut à bonis chriſtianis, quorum damno intraverunt, exire compellantur.

X. Hoc quoque addendum exiſtimavimus, ut de bonis eccleſiaſticis nullus eis ſalvamentum dare præſumat: tolerabilius judicantes nos damna ſine lucro eorum ſuſcipere, quàm illos detrimentis noſtris incrementum quæſtûs accipere.

XI. Igitur ab omni clero ſeveriſſimè tenendæ ſunt interdictionis & excommunicationis ſententiæ.

XII. Quod ſi aliquis meticuloſus, vel prece, vel favore aliquo inclinatus ſolverit: convictus de illicito pravorum conſenſu, ſive plebanus, ſive decanus, ab omni clero & beneficio eccleſiæ tamquam purgamentum projiciendus erit: ſi vero ob firmam cuſtodiam mandatorum de bonis ſuis ejectus fuerit; huic eccleſia pro qua perſecutionem patitur neceſſaria providebit: ſi vero propter juſtitiam quæ facta eſt alicui pauperum periculum incurrerit; huic epiſcopus ſolatium refutationis debebit.

XIII. Si autem aliquis pſeudoſacerdos in locum vi ejectorum ſubintraverit, is publicè excommunicandus erit, & tamquam contagium ab omnibus vitandus, & à toto epiſcopatu; abſque ſpe reconciliationis projiciendus.

XIV. Et quamvis ſacrilegos malefactores eccleſiaſtica cenſura feriendos denuntiemus; omni tamen poteſtate à Deo nobis conceſſa & credita nobis ſollicitudine, ſuo loco & tempore utendum eſſe cognoſcimus.

Explicit.

GAUFREDI APUD SANCTAM BARBARAM IN NEUSTRIA CANONICI REGULARIS ET ALIORUM AD IPSUM EPISTOLÆ.

EPISTOLA I. JOHANNIS, abbatis Baugeſei ad Gaufridum abbatem

Deflet onus paſtorale ſibi impoſitum.

DOmino reverendo & totius exhibitione venerationis excolendo G. quondam priori nunc autem coabbati de (a) Baugezeio frater J. ſervorum Chriſti qui in eodem degunt cœnobio ſervus immeritus quidquid tanto poteſt exorari tantillus.

Circa annum 1170. Ex ms. Lyrenſis monaſterii.

Maximum his qui in dolore poſiti ſunt ſolet eſſe remedium, ſi cum aliquo de cujus dilectione præſumunt, mutuum poſſint habere colloquium. Quia vero tanta terrarum ſpatia nos arcent & impediunt à locutione mutua, grandis mihi viſa eſt eſſe conſolatio, ſi ſaltem per litteras anxietatem cordis mei vobis patefecero. Ego enim qui vix meipſum regere, vix hædos meos paſcere, vix carnis motus, vix mentis irrationabiles impetus poteram refrænare, nunc aliorum innocentiam judicare, alienis moribus deſervire, meliorum vitam diſponere, doctiores me compellor inſtruere. Et hoc contra ſententiam Apoſtoli dicentis: *Si quis domui ſuæ præeſſe neſcit, quomodo Eccleſiæ Dei diligentiam habebit.* ? Mihi ergo poteſt illa ſententia coaptari. *Poſuerunt me cuſtodem in vineis, vineam meam non cuſtodivi,*

1. Tim. 3. 5.

Cant. 1. 5.

(a) Baugezeium vulgo *Baugerey* monaſterium Ordinis Ciſtercienſis in diœceſi Turonenſi à Villalupenſi tribus diſtans leucis.

Digitized by Google

ergo quondam nutriebar in cro- amplexor ſtercora, & quæ prius :bat anima mea, nunc cibi mei ſunt ia. Qui enim prius ſpiritualibus ntus fueram, nunc temporalibus inhiare & terrenis curis cogor in- c ſunt, pater cariſſime, quæ men- ſtimulant, quæ aſſiduis doloribus quæ me quieſcere non ſinunt, quæ entia me comedunt. Expandite er- ıſcera veſtræ caritatis & ſocius eſ- ationis, ut particeps ſitis conſola- ete & pro me qui veſter ſum, Deum ſſe vero noſtrum quod in facie eſt facere poterit præſentium bajulus, ineam prolixis ſermonibus. Salutant s veſtri, ad quos videndos quàm :ritis fatigari non dedignemini.

ɔlator abi, quia luctu vincor & ira,
Iram qui didici vincere ſæpe lyra
ɔo Verbera patris habes, ubera matris

ıbera matris habes, verbera patris habe.

EPISTOLA II.

Reſponſio ad præcedentem.

:erabili patri & domino J. abbati ſuo us omnino Gaufridus Spiritum conſi- nſolationis.

pimus & legimus litteras veſtras, quæ ɔis lacrymas fluebant. Vidimus nam- eis nubem more ſuo in altum volan- :d quamdam caliginem triſtitiæ fe- . Unde & duo quadam diverſa pari- dverſa in mente noſtra ſubito pepere- compaſſionem videlicet & gaudium; ſionem de afflictione veſtra, gaudium ɔmotione veſtra. Sed facilè dolorem ſionis magnitudo lætitiæ temperando it. Gaudeo igitur & congratulor vineæ , cui vos auctore Deo & præeſſe con- & prodeſſe. Nam ibidem paternitate in eminenti ſpecula, conſtituta dabitur lomino ſub veſtro regimine & ramos xpandere, & florere & fructus facere o namque adoleſcentiæ veſtræ tempore :viſtis ſtare ſuper vias veſtras & inter- : de ſemitis antiquis. A primævo, in- , juventutis flore meruiſtis habitare in , nutriri in croceis, converſare in vi- ubi & audiſtis & vidiſtis & experien- agiſterio didiciſtis quomodo vos opor- operari. Noſtis ergo ſarmenta inutilia dere, ut ea quæ prævalent uberiùs fru- erant. Noſtis maceriam circumdare, in torcular fodere, & in medio turrim :are, nec deerit larga patrisfamilias ma- quæ ſumtus tribuat ad perficiendum. tò ergo poſuerunt vos cuſtodem in vineis ɔptimè noſtis quid expediat vineis. Con- mini ergo in Domino & in potentia vir- ejus. Sed ecce de labore conquerimini tamquam jam extædiatus; tamquam jam fatigatus in tribulatione malorum & dolore ſub onere regiminis anhelando ingemiſcitis, difficultatis cauſas allegatis, de quibus dicitis: hæc ſunt, cariſſime, quæ mentem meam ſtimulant, quæ aſſiduiis doloribus me cruciant, quæ me quieſcere non ſinunt, & quæ non dormientia me comedunt. Sed patienter ferre vos convenit curas quas de vobis exigunt membra Chriſti, quibus vos & timor ejus & caritas ſervire compellet. Rogamus ergò vos in his aliquanto conſolatius agere, vigilantiùs attendere: quoniam ut Apoſtolus ait, in his poſiti ſumus. Magnum ipſe æſtimat gratiæ donativum Chriſti paſſionibus communicare: Unde & Philippenſes inſtruens: *Vobis*, inquit, *donatum eſt pro Chriſto non ſolùm ut in eum credatis: ſed etiam ut pro illo patiamini.* (Phil. 1. 29.) Hæc ſunt & his ſimilia quæ vos volumus de theſauro ſcripturarum ante mentis oculos reducere, quotiens tribulationis mœror advenerit. Non vobis excidat apoſtolica conſolatio, *quoniam non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in vobis.* (Rom. 8. 18.) In qua præſumtiva jocunditate propheta fideliter exultans ait: *Lætati ſumus pro diebus quibus nos humiliaſti, annis quibus vidimus mala.* (Pſal. 89. 15.) Hoc itaque terrorem apoſtolicum ingerit, ſed ignaros præmunit, ſed deſidiam tollit, ſed materiam victoriæ proponit, cùm dicit: *Omnes qui pie volunt vivere in Chriſto, perſecutionem patientur.* (2. Tim. 3. 12.) Animæquior igitur eſtote, faciatiſque de neceſſitate virtutem, de tribulationibus coronam, quas æquanimiter tolerando levigare poteritis, fugiendo effugere non poteritis. Ergo viriliter agite, & confortetur cor veſtrum, & ſuſtinete Dominum. Quod ſi ſolatium quæritis in expediendis forinſecis quibus occupamini & gravamini exercitiis, habet uſus & auctoritas, ut noſtis in perſonas ſubordinatas priorem & ſubpriorem & alios officiales curam & onera regiminis diſpertiri, ut & exteriora communis vitæ ſubſidiis ex ordine ſerviant, & interiora ſpirituales fructus juxta regulam obſervent. Ita planè frequentius poteritis ſecretum ſpeculativæ reperire libertatis, in qua ſupernæ vobis claritas arrideat viſionis; ad illa revolare quietis culmina, quibus ſecreta cœleſtia cordis manu tangatis, quibus ſuperna gaudia incorporaliter videatis. Ego verò ex quo litteras veſtras accepi, ex quo huic vos honori, immò oneri deputatum cognovi, cùm accedo ad ſacra miſſarum ſolemnia celebranda, memoriam veſtri facio ſemper in orationibus meis, obſecrans ut clareatis ſtudiis Deo placitæ actionis. Parvitati meæ paternitas veſtra vicem dignabitur rependere, ſi & vos ſimili modo oretis pro me, & diligatis me diligentem vos ſicut me. Valete.

His famulatur honor qui non famulantur honori,
Jure tenet virgam, cui non eſt virga timori.
Diligit ille Rachel; nec Liam ferre recuſat
Uxoremque novus ducit utramque Jacob.

EPISTOLA III.
Gaufredi ad monachos Baugezienſes.

Congratulatur eis quod ad monaſterium recenter fundatum tandem advenerint, laudatque eorum ſolitudinem.

Ex ms. Lyrenſis monaſterii.

DIlectis in Chriſto fratribus Baugezienſis cœnobii G. veſtræ ſanctitatis ſervus cor unum & animam unam in Domino.

Impletum eſt gaudio os noſtrum & lingua noſtra exultatione, audito adventu veſtri ſancti conventus in locum quem præparavit Deus vobis ad ſerviendum ſibi. Benedictus ipſe qui vos in regione ſatis pacata habitare fecit. Decet enim filios pacis, pacis regionem inhabitare. ecce à tumultu ſæculi ſegregati elongaſtis fugientes, & manetis in ſolitudine: fugiſtis enim, ſicut in Iſaïa legitur, à facie gladii imminentis, à facie arcus extenti, à facie gravis prælii. Laudabilis fuga hæc, ſic fugit Helias à facie Jezabel. De fuga ita dicitur: *Fugite de medio Babilonis popule meus.* (*Jerem. 51. 6.*) Manetis itaque cum eis qui ſecundum Job ædificant ſibi ſolitudines. Deſertum enim eſt cor veſtrum, quia longè eſt à ſtrepitu & tumultu vitiorum, & non conculcatur frequentia cogitationum, ſed virens permanet & floridum, & producet germina virtutum, atque in eo canit turtur Spiritus-ſanctus. Ibi à vobis diligentibus legem Dei pax multa poſſidetur, multa in tranquillitate ſcilicet mentis & gaudio contemplationis; illam Deus in plebem ſuam, iſtam autem ſuper ſanctos ſuos loquitur. Illa enim in homine, iſta ſupra hominem eſt. Electa igitur & dilecta eſt à vobis ſolitudo, ut ſoli Deo vacans anima purgatis affectibus ad cœleſtia evolet, & dulcedinis ſupernæ ſuavitatem prægustet. Ibi ferveat iter ſanctarum formicarum, fragrent opera ſanctarum apum, feratur fructus in patientia, cum virtute perſeverantiæ. Ibi illud manna cœleſte mentes veſtras reficiat, quod in cruce factum eſt precium, in peregrinatione viaticum, in patria futurum eſt præmium. Ibi Deus verba legis in tabulis cordis veſtri miſericordiæ ſuæ digito conſcribat. Ibi tabernaculum fœderis, arca teſtamenti conſtruatur, ut quidquid illa velamina tabernaculi materialis in ſplendore auri, in nitore gemmarum & multimodi operis varietate ſignabant, in veſtris moribus actibuſque clareſcat. Ibi juguletur luxuria, omniſque feriatur libido. *Offeratur pro turturibus ſacrificium caſtitatis, pro pullis columbarum innocentiæ puritas. Ibi odoramenta orationum in libatorio vaſis aurei, angelico comitante juvamine, ad Patris thronum conferatis. Ibi & pro nobis oretis digni exaudiri. Cum magno namque ſacrificio acceditis ad Deum ſinceræ dilectionis, & laudes ejus in operibus ſanctis offertis. Obſecro autem, fratres, ut ſuſſeratis verbum ſolatii: ut enim verbis B. Auguſtini utar, de nulla re ſermo fructuoſior vel impenditur, vel rependitur, vel accipitur, vel recipitur, quàm unde boni beatique ſimus. Ipſe autem Deus ſit vobis honor, ſit gaudium, ſit voluptas, ſit in mœrore ſolatium, in ambiguitate conſilium, in injuria defenſio, in tribulatione patientia, in infirmitate medicina. In ipſo habeatis omnia quem diligere appetitis ſupra omnia. Et quia in illo loco ad ſerviendum ei devotionis animis conveniſtis, ſpiritualium gaudiorum & æternorum præmiorum vobiſcum munera reportetis. Valete.

Felices in ſorte ſua quos terminus arcet
Et quibus eſt contra maxima grata quies
*Pudore *Mens tua ſit turtur, pro ſimplicitate columba.*
Sic accepta Deo, ſic fies hoſtia ſancta.

EPISTOLA IV.
ad Johannem abbatem.

Hortatur ut vitia in monaſterio viriliter reſecet, & delicta puniat.

Ex ms. Lyrenſi.

VEnerabili abbati JOHANNI, ſuus omnino G. nominis ſui gratiæ conſonare.

Legimus ſanctum Moyſen à viro apoſtata, à ſacerdote ſcilicet idolorum conſilium accepiſſe de poteſtatibus ordinandis: & inde, ſicut ait Scriptura, loquebatur Deus Moyſi facie ad faciem, ſicut ſolet homo loqui ad amicum ſuum. Sed vir ſapiens, vir diſcretus & providus, non ſprevit verbum bonum, conſilium bonum viri licet gentilis, ſed fecit omnia quæ ſuggeſſerat ei: vir, inquam, infidelis fidelis fidele conſilium fideliter accepit; ſicque factum eſt ut infœcundus fœcundaret inſterilem, & injuſtus plus juſtificaret juſtum. Hæc iccirco præfatus ſum, ne ſanctitas veſtra ea quæ dicenda ſunt propter perſonæ proferentis indignitatem, ſeu minùs laudabilem converſationem reſpuenda cenſuerit. Non quis dicat, ſed quid dicatur attendite. Super ſpeculam Domini ſtatis. Poſuerunt enim vos cuſtodem in vineis, ut contemplemini diligenter, & multo intuitu, ne quid noceat, quid prodeſſe valeat, & ut capiatis vulpes parvulas quæ demoliuntur eas. Scienti loquor. Officii veſtri eſt ſarmenta inutilia præcidere, ut ea quæ prævalent, uberiùs fructus ferant. Denique tempus putationis advenit, obſervare debetis ne ſingularis ferus depaſcatur vineam Domini ſabaoth, cui præeſtis, ne vindemient eam qui prætergrediuntur viam. Sub te cultore ſterilis ficus refloreat, & in gratiam cum ſuo redeat Domino, cujus minas & ſecurim formidat. Veſtrum eſt circa illam fodere, ſtercus ponere, & ne reſilveſcat ſollicitè providere. Non gero perſonam docentis, ſed monentis. Stultum eſt enim, ut Hieronymus ad Euſtochium ait, docere quod noverit ille quem doceas. Novit prudentia veſtra, quòd Heli, propter filiorum iniquitatem damnatur. Noverat enim indignè agere filios ſuos, & non corri-

Digitized by Google

Quod ne fortè vobis (quod abſit) , mentem veſtram ſalubriter zelus omini comedat, quæ cum Moyſe com- & dicat: * *Inebriabo ſagittas meas ſan- gladius meus devorabit carnes.* De hoc opheta: Maledictus, inquit, qui pro- adium ſuum à ſanguine; id eſt, ver- eccati correctione. Sed, dicit aliquis. um delinquentem prælatus arguat, ple- timet ne de correctione pejor fiat, & odium incurrat. Hunc timorem Deus ar; ipſe enim ait: *Animam tuam libe- bonum tuum ad te revertetur.* Inde qui- piens: Offendere, inquit, hominem, Deum, lucrari eſt gratiam Dei. Apo- l Titum: *Hæc loquere*, inquit, *& exhor- argue cum omni imperio.* Taliter à præ- endum eſt erga delinquentes ſubditos, tur de eis: Canes muti, non valentes Quàm multi faciunt fœtere odorem quibus à magiſtris exteriora negotia in- iunt, & eis male agendi occaſionem ſub- : nolunt, fiuntque participes malorum, onunt eos ceteris in lapidem offenſionis, am ſcandali. Providemus, ait Apoſto- ona, non tantùm coram Deo, ſed etiam hominibus; qui autem negligit famam crudelis eſt. Sed ô quàm rarus hodie s, qui perfodiat impudicos; rarus Moyſes, cidat ſacrilegos; rarus Samuel, qui ino- ites lugeat; rarus Job, qui pro filiorum entia ſacrificium offerat; rarus Aaron, oram Pharaone divinas comminationes :; rarus Noë, qui his quibus ſubmerſio aet arcam bitumine litam provideat. Det , ut congregatio fratrum vobis commiſſo- divini ſpiret ſuavitatem odoris, & fiant as ejus fructus honoris & honeſtatis. Quo- flat Aquilo, non tantùm floribus, ſed & ui ſuſpectus & foliis. Igitur Auſter veniat, perflet hortum veſtrum, ut efficiatur odor icut odor agri pleni, cui benedixit Deus. n. Non vos offendat arida paginæ facies, tterarum color exſanguis. Senſum, non a perpendite; nam ſicut ait ille: Fructu, foliis pomorum quiſque cibatur, & ſen- verbis anteferendus erit.

pius in vili virtus latet obruta panno.
æpius in vili ſunt bona multa domo.
pietas punire ſcelus, ſcelus eſt ſceleratis
parcere, nil pietas hac pietatis habet.

EPISTOLA V.
ad Johannem abbatem.

Petit ut ſaltem per litteras eum viſitet.

VEnerabili abbati ſuo J. frater G. oculos ſemper habere ad Dominum.

Illuſtri ac probatæ religionis viro abbate (*) A S Andreæ referente cognovimus, quia cùm ex capitulo Ciſtercienſi rediretis, ad nos venire propoſuiſtis: quæ planè relatio auditui meo dedit gaudium & lætitiam; deſiderio enim deſideravi videre faciem veſtram, & ore ad os loqui: ſed iter veſtrum, ut arbitror, impedivit nebuloſi temporis tam moleſta turbatio. Effuſa eſt enim contentio ſuper principes, & errare facit multos in invio, & non in via. Obſecro autem ut ſi quem fortè de partibus veſtris ad noſtras venire cognoveritis, ſaltem per litteras B veſtram nobis exhibeatis præſentiam. Verba ſunt Hieronymi, viri, ut noſtis, probabilis, * vitæ merito, & ſingularis ſapientiæ titulo celeberrimi. Turpilius comicus tractans de viciſſitudine litterarum: Sola, inquit, res eſt quæ homines abſentes præſentes faciat. Nec falſam dedit quam in ſe noverat ſententiam. Quid enim, ut ita dicam, tam præſens, quàm per epiſtolas alloqui, & audire quem diligas. Unde & illi rudes Italiæ homines, quos Caſſos Ennius appellat, & qui ſibi, ut in Rhetoricis Cicero ait, C victum ferro requirebant, ante cartæ & membranarum uſum in dedolatis ex ligno codicellis, aut in corticibus arborum, mutua epiſtolarum alloquia * muſitabant; unde & portitores earum tabellarios, & ſcriptores à libris arborum librarios vocavere. Quantò ergo expolito jam artibus mundo, id non debemus omittere, quòd ſibi præſtabant apud quos erat cruda ruſticitas, & qui ipſam quodammodo humanitatem neſciebant. INNOCENTIUS papa in Epiſtola decretali ad Aurelium Carthaginenſem: *In fami-* D *liaribus*, inquit, *ſcriptis, dilectio veſtra conſiſtit, etenim ait, jus firmius caritatis officia melius ſeorſum mereantur.* Item Hieronymus in Epiſtola ad Tranquillinum: *Verè*, ait, *& ſimpliciter * candidiſſimo pectori tuo loquor, ipſa ſchedula, & multi apices litterarum inſpirant in nos tua mentis affectum.* Unde & ipſius beati Hieronymi verba ad quemdam ſpecialem amicum directa aſſumo, & ea apud vos mea facio. *Quomodo*, inquit, *valeo pro me vobis litteras repræſento, & ſi corpore abſens, amore & ſpiritu venio.* E *Impendio expoſcens ne naſcentes amicitias, quæ Chriſti glutino cohaſerunt, aut temporis, aut locorum magnitudo divellat, quin potius fœderemus eas reciprocis epiſtolis. Illæ inter nos currant, illæ ſibi obvient, illæ nobiſcum loquantur; non multum perditura erit caritas, ſi tali ſecum ſermone fabuletur.* Noverat ſiquidem ſæpedictus doctor, & frequenter expertus fuerat quòd ſoleat quiddam movere jocunditatis pia inter amicos collocutio, dum intercurrens littera mirabile quoddam genus præſentiæ facit. Ea enim dum F ſcribentis animum induit, non modò ab amico tranſmiſſa, immò totum fœtens amicum tranſcurrit. Hæc idcirco, Pater cariſſime, loquor, quia ſuper incolumitate veſtra, & ſuper ſtatu domûs veſtræ, quam ſpecialiter diligo, & licèt corpore abſens, animâ & ſpiritu nocte dieque converſor, erudiri vellem veſtrarum recurſu litterarum, niſi vobis ita exoſa eſt Normannia, ut litteras quoque veſtras huc venire formidetis. Ego quidem litterario ſæpe vos provocavi

* *f.* muſſitabant.

(*) In Goſferno, gallicè *en Gonfer*, Ordinis Ciſtercienſis, in eccl. Sagienſi, quod monaſterium ſubeſt Savignacienſi.

officio, & vix unam à vobis promerui ſchedulam. Expergiſcimini, evigilate de ſomno, præſtate veſtras ſchedulas caritati. Magnum hîc deſiderii mihi erit ſolatium, ſi litteras veſtras vel ſemel in anno accipiam. Aperiens Deus theſaurum ſuum optimum, abundare vos omnibus faciat bonis, fratres qui nos cognoſcere & amare dignantur, juncto ſalutamus obſequio. Valete.

Felix qui donis tantæ virtutis abundat,
Ejus enim mentem vix ulla moleſtia turbat.
Vive precor, ſed vive Deo; nam vivere mundo
Mortis opus, viva eſt vivere vita Deo.
Tam felix utinam quàm pectore candidus eſſem,
Extat adhuc nemo ſaucius ore meo.

EPISTOLA VI.

Reſponſio ad præcedentem.

Ex ms. Lyrenſi.

JOhannes Dei permiſſu abbas S. MARIÆ de Baugezeo dilectiſſimo atque inter omnes quos maximè diligit præcipuo G. videlicet ſubpriori S. Barbaræ, quidquid eſt, & plus, ſi poſſet in Domino.

Quotiens litterarum veſtrarum pia exauditio noſtri corporis percutit aures, totiens dulcis veſtri memoria cordis noſtri internum pulſat amorem: in tantùm ut, ſi fieri poſſet, non ſolùm interna veſtra caritas nobis per litteras loqueretur, ſed etiam optamus, ut ipſa veſtra corporalis præſentia continua exhiberetur. Sed quia abundante diſcordiâ regum, & malitiâ hominum, nobis ad præſens liber acceſſus non conceditur; quod præſentiâ corporum non poſſumus, vinculis caritatis conceptum amorem mente integrâ ſervare ſtudeamus. De obitu verò domni N. quem à nobis notum fieri vobis poſtulaſtis, per præſentes litteras mandamus ut IV. Idus Septembris ejus anniverſarium cum debito officio caritatis annuatim facere ſtudeatis. Bene valeatis in Domino ſemper. Amen.

Si culpa eſt in eo quam ſit purgare neceſſe,
Purget, & æternum purgato det Deus eſſe.

EPISTOLA VII.
ad Johannem abbatem.

Conqueritur de brevitate epiſtolæ; indicat bibliothecam Cadomi, ſi velit, emendam, & ſignificat obitum ſui cellerarii.

Ex ms. Lyrenſi.

VEnerabili abbati ſuo J. G. veſtræ ſanctitatis ſervus, ſalutem eam quæ vera eſt.

Dilectionis veſtræ ſcripta ſuſcepi, quæ cordi meo amoris melle condita ſapuerunt. Legi avidè, libenter relego, & placent ſæpius repetita. De hoc ſolùm conqueror, quod ei qui vos multùm diligit, quemque multùm diligitis, tam pauca, tamque brevia direxiſtis. Raro ad nos loquimini, prolixiorem vellemus ſermonem. Deſideraremus à vobis audire quod mores noſtros inſtrueret, quod tædium noſtræ peregrinationis relevaret, quod nos ad amorem patriæ cœleſtis accenderet. Notum autem vobis facio, quòd bibliothecam optimam, de qua jampridem ſcripſi vobis, adhuc, ſi volueritis, apud Cadomum invenire poteritis: quam fortaſſis inarraſſemus, ſed in litteris veſtris nihil inde nobis mandaſtis. Major cellerarius noſter, qui erexit muros noſtros, & ædificavit domos noſtras: vir magni nominis & multæ probitatis, hominem exuit. Ea propter ſupplicamus paternitati veſtræ, ut pro eo unà cum fratribus, maximè intra ſacrarum ſolemnia preces fundatis ad Dominum. Singulariter namque, ut beatus Gregorius ait, ad abſolutionem noſtram oblata cum lacrymis & benignitate mentis ſacri altaris * Hoſtia ſuffragatur. Commendate me orationibus ſanctis conventûs Bagezienſis. Salutate eum priùs ex me ſervo omnium, ſi dignum judicatis. Propitius ſit mihi Deus, ut non amoveat orationem veſtram & miſericordiam ſuam à me, ſed actus meos clementer corrigat, vitam emendet, mores componat, & me unà vobiſcum ad cœleſtis paradiſi hereditatem perducat. Amen. Gaudete in Domino ſemper.

Huic ſine nocte diem, vitam ſine morte, quietem
Det ſine fine, quies, vita, dieſque Deus.
** Hoſtia pro juſtis, laus eſt pro juſtificandis,*
Cautio pro reliquis, cauſam agit alterius.

EPISTOLA VIII.
ad Ric. preſbyterum.

Varia dat ei monita.

Ex ms. Lyrenſi.

VEnerabili amico ſuo & compreſbytero Ric. frater G. ſalutem quam ſibi.

Relatum eſt nobis quòd contubernium, ut credimus, habens Dei, ab epiſcopi contubernio receſſiſtis. Graves vobis erant ſuperbientium mores miniſtrorum, quò gravi reprehenſionis cauterio inurere ſolebatis. Legeratis enim: *Qui arguunt, laudabuntur, & ſuper ipſos veniet benedictio.* Et illud: *Offendere hominem propter Deum, lucrari eſt gratiam Dei.* Legimus beatum Hieronymum ex Romana urbe à quibuſdam clericis & monachis, quorum vitia reprehenderat, fuiſſe depulſum. Hujuſmodi cauſâ, ut noſtis, ſacer Baptiſta capite plexus eſt, multique ſancti multa gravia perpeſſi ſunt. Verba quippe ſapientium quaſi ſtimuli & quaſi clavi in altum defixi. Neſciunt enim vitia palpare, ſed pungere. Quibuſdam autem verba juſtorum pungitiva tantùm ſunt, non ſanativa: aliis verò pungitiva ſunt ſimul & ſanativa; & ſicut boni meliores, ita & mali ex correctione pejores fiunt. Verùm hæc hactenus. Ceterum quod mandaſtis nobis, ut vobis ſcriberemus quid agere deberetis. Laudamus ut ſi vobis cordi eſt, ut iterum cum epiſcopo ſitis. Per decanum Lexovienſem, ſive per alias perſonas, quas ad hoc noſtis idoneas, illum conveniatis, & gratiora & devotiora illi vos exhibituros obſequia ſpondeatis. Quòd ſi non de hoc, ſed de ſalute animæ veſtræ conſilium quæritis, Dominicis verbis

Prov. 24. 25.

Digitized by Google

breviter reſpondebo : Præcepta noſtis, A s doctrinam ſanctorum Patrum, habetis m & prophetas, audite illos. Noſtis conſilium dicentis : *Si vis perfectus eſſe, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, hebis theſaurum in cælo.* Sed ſi hæc adhuc ›ere non poteſtis, veſtris licitè utimini. :is in ſæculo eſſe, & non ſæculariter vi- habere libertatem, ſed videte utrùm ha- ›oſſitis felicitatis æternitatem. In hoc ma- agno & ſpatioſo Spiritûs-ſancti aura vos B :hat, & ad portum optati littoris proſe- ır. Gaudete in Domino ſemper.

lenis ventus, placidum mare, lucidus aër,
›llers nauta, tenax anchora, firma ratis.

EPISTOLA IX.

l G. epiſcopi Wigornienſis capellanum.

Hortatur ad mundi contemtum.

Enerabili amico ſuo G. domini Wigornienſis capellano, G. S. Barbaræ dictus C ›rior valere in Domino ſemper.

Gratias ago benignitati veſtræ, quia, ſicut bitis, arctiori vinculo caritatis ad diligen- n me plus ſolito mens veſtra excitata eſt. :aluit & meus animus erga vos, fotus ve- : viſceribus caritatis, & nunc quod placuit bere obviis manibus ſuſcepi, legi avidè, li- ıter relego, & placet ſæpiùs repetitum. Gra- ter etiam veſtrum amplector promiſſum: uiſtis enim in fine litterarum veſtrarum, n aliquis veſtrorum ad nos iterum venerit, D nobis tempus vacuum fuerit, benignitati ve- æ nobis in Domino dilectæ prolixiùs ſcribe- , in fine ſchedulæ religioſi cujuſdam verbis :ns. Hortari vos in caritate præſumo, ne ſuri gloria mundi, quaſi ſtantem aſpiciatis, verè ſtantem amittatis; ne veſtra plus vobis igatis, & ſic vos & veſtra perdatis; ne blan- ens præſens proſperitas ſui vobis finem ab- ›ndat, & adverſitas ſine fine ſuccedat; ne læ- ia temporalis luctum vobis æternum, & ope- at quem parit, & pariat quem operit; ne E ›ors longè eſſe putetur, & (quod abſit) præoc- ıpet improvidum, juxta illud, Cùm dixerint, ax & ſecuritas, tunc repentinus ſuperveniet nteritus, & non effugient. Det autem Deus obis, ut poſt tempora feliciter dilatata, per- ipiatis gaudia ſempiterna.

EPISTOLA X.

Ad Gaufridum amicum ſuum.

Significat pacem factam inter Angliæ regem & ejus filium. F

DIlecto ſuo G. frater G. exitus delectabiles matutini & veſperæ.

Editis jam litteris quas dilectioni veſtræ deſtinare propoſueram, quia nuntium veſtrum feſtinantiùs transfretare credebam, ecce ſubitò regionibus noſtris lux nova oriri viſa eſt, divinaque clementia pectoribus mœſtis clariſſimum lumen infudit. Nam concordia facta inter regem & filios ejus, pax peregrinata diu hilari vultu noſtris ſe intulit ſedibus. Ad natale ſolum veſtri redeunt, illud nobile caſtrum nativitatis veſtræ reædificatur, & in eo paſſim nova tecta conſurgunt. Gratias juſto & miſericordi Creatori, qui vulnerat & medetur; percutit, & manus ejus ſanat. Huic vos ſummopere placere curetis, ut poſt grandia hujus magni & ſpatioſi maris pericula, mereamini tutiſſimum cœlorum intrare portum.

EPISTOLA XI.

ad fratrem genibus debilem, & in quibuſdam à ſe diſſentientem.

Solatur eum & exhortatur ad patientiam.

SI qua conſolatio in CHRISTO, ſi quod ſolatium caritatis, ſi qua ſocietas ſpiritûs, ſi qua viſcera miſerationis, imple gaudium noſtrum, ut idem ſapias, eamdem caritatem habeas, unanimis idipſum ſentias. Et quidem ſagittæ Domini in te ſunt, & manus illius aggravata eſt ſuper te; ſed ſi pacatum reddideris habitaculum tuum, & oleum in vaſe tuo recondideris, & omne ſacrificium tuum ſale condieris, qui vulneravit, ipſe medebitur; qui percuſſit, ipſe curabit te, aut certè ipſa detrimenta membrorum tibi fient augmenta virtutum. Libenter cum Paulo gloriaberis in infirmitatibus tuis, ut inhabitet in te virtus Chriſti. Dubitabis quid magis expediat, ſanari, an infirmari. Infirmitas hæc non eſt ad mortem, niſi (quod abſit) curvare velis genua ante Baal. Reditum tuum ſperamus quàm celerem. Revertere ad nos indubitanter; revertere ſimilis factus capreæ hinnuuloque cervorum ſuper montes aromatum. Genua debilia roborentur, ſalias in montibus, tranſilias colles. Sufficiat tibi quòd tamdiu in illa Babylone converſatus es, & purpuratæ meretricis fuiſti colonus. Nolumus civem noſtrum tamdiu intra ipſius Babyloniæ fines concludi, ſed cum Abraham de terra Chaldæorum, cum Loth de Sodomis, cum Iſraël egredi de Ægypto, ut ad reædificandos novæ Jeruſalem muros, quos Nabuzardan atque univerſus Chaldæorum exercitus crebris ictibus feriens ad ſolum uſque deſtruere ſe poſſe ſperabat.. Eſdram ſe nobis exhibeat, & Neemiam coadjutorem videlicet & conſolatorem. Valeas in Domino & convaleſcas. *Ex ms. Lyrenſi.*

Eſt aliquando bono bene ne gravibus ſuperetur.
Eſt male quo maculas lavet, adverſiſque pietur.
Eſt aliquando malo bene quo graviùs feriatur.
Eſt male quo redeat vel ut hic quoque jam patiatur.

EPISTOLA XII.

ad Bartholomæum.

Docet quâ ratione ambulandum ſit in via Domini.

DOmino Bartholomæo, frater G ſanctæ Barbaræ dictus ſubprior, ſalutem, & boni propoſiti perſeverantiam. .... .. *Ex ms. Lyrenſi.*

Digitized by Google

Audivimus, & gaviſi ſumus de converſione & converſatione veſtra, & oramus ut gaudium noſtrum ſit plenum de provectu & perſeverantia veſtra. Recaleſcatis igitur igne Dei, & convaleſcatis de infirmitate. Refloreatis in novitate ſancta. Spiritus-ſanctus aſſit cordi veſtro ſubtiliter operans, ſalubriter mutans, qui ſuâ gratiâ de malis bonos, de bonis efficit meliores. Fateor, bene feciſtis nobis, nec ingrati ſumus. Quam diu converſati ſumus in terra veſtra, unde & ardentiùs habere concivem vos deſideramus in patria noſtra. Cœpiſtis ingredi viam quæ ducit ad vitam illam, videte ne declinetis ad dextram, ſive ad ſiniſtram, arta quidem & anguſta, ſed proceſſu temporis dilatato corde, inenarrabili dilectionis dulcedine, curritur, ſicque quodam modo lata videtur: arta in ingreſſu, lata in proceſſu. Per ipſam autem non ambulant, niſi expediti. Tria verò, ſicut ante nos dictum eſt, ſunt impedimenta itineris hujus: tumor ſcilicet ſuperbiæ, pondus avaritiæ, mollities luxuriæ. Quibus è contra tres, humilitatis, patientiæ, & paupertatis, gradus opponuntur. Nos itaque paupertas expeditos, humilitas modicos, patientia reddat robuſtos; ſicque cantabimus in viis Domini: Quàm magna eſt gloria Domini. Non appareat in nobis ultra vacua crux CHRISTI, quemadmodum in multis filiis diffidentiæ, qui tardantes converti de die in diem, improviſâ morte ſubtracti, in puncto deſcendunt ad inferos. Vileſcat gloria præſens. Sapientia mundi, quæ in vobis, quantùm ad ſæculum plurimùm viguit, ſtultitia judicetur. Carorum & parentum renuntietur affectibus, non acquieſcatur carni & ſanguini; favores & honores, & dignitates reputentur ut ſtercora, ut Chriſtus lucrifiat. Hæc eſt via, ambulate in ea. Quæ ſuper terram ſunt ſapuiſtis, à modo quæ ſurſum ſunt ſapite. Olim nobis dicere ſolebatis: Deus det vobis meliorem ſenſum. Et ego vobis dico: Augeat Deus in vobis optimum ſenſum, videlicet ut ſentiatis de Domino in bonitate, & in ſimplicitate cordis quæratis illum. Iſtis pauciſſimis, quæ de Patrum fontibus hauſi, in caritate exhortari præſumſi dilectionem veſtram, quia purè & ſimpliciter vos diligo. Sed ecce inter dictandum, ad memoriam fortè rediit quod interſero. Magiſter W. cognomento *Tuobe*, (bene, ut arbitror, de illo audiſtis loqui, quia ſplendor operis, & odor opinionis, in ejus gloria convenientes, illum notiſſimum reddiderunt:) non longè à noſtra domo manſit; ad quem cùm aliquis veniſſet, dicens ſe velle ſæculo renuntiare, & jugum religionis ſubire, Bene, aiebat, docebo te brevibus verbis omnem ordinem tuum: Non audias, non videas, aſini morem habeas, hez huc, hez illuc, comede præbendam tuam; ita cantare poteris: Ut jumentum factus ſum apud te. Intelligitis quæ dicuntur; dedit enim vobis Deus intellectum. Non refrigeſcat amor veſter erga locum Baugezeii, ſed diligite illum, ſicut ſemper facere ſolebatis. Amodò affectum à vobis quærimus, non cenſum. Cùm illuc perrexeritis,

Tria impedimenta viæ quæ ducit ad vitam.

A quæſo ut fratres quos ibi reliqui, & exhortari, & conſolari curetis. Vellem, ſi fieri poſſet, ut veniretis ad nos, & aliquantulum temporis faceretis apud nos: multa audiretis, multa videretis, quibus proficeretis. Valete, domnumque abbatem, & ceteros fratres noſtros, ſi dignum ducitis, vice noſtrâ ſalutate. Fervor * cœleſtis deſiderii, in veſtra mente quotidie ardentiùs excreſcat, operaque veſtra ſale devotionis, & dulcedine ſpiritualis gratiæ condiantur. Amen. Iterum valete.

B *Gaudebas dapibus, gaudebas divite menſâ;*
Nunc tenuem victum ſobria cæna dabit
Terram contemnas, qui cælum quæris habere,
Si manſura voles, hic fugitiva fuge.
** *Non dabitur ſegni cæleſtis gloria regni,*
Non dabitur lento, ſed forti, ſed violento.

EPISTOLA XIII.
ad Petrum amicum ſuum.

C *Hortatur ad aſſiduam ſcripturæ ſacræ lectionem.*

Circa annum 1170. Ex mſ. Lyrenſis monaſterii.

(a) PEtro ſuo G. Opportunitate reperta meritis veſtris reddens ſalutis obſequium, hortor ut divinæ ſcripturæ non minorem quàm ſoletis curam impendatis. Ut enim beati Auguſtini verbis utar, ſincera & ſolida res eſt, nec fucatis eloquiis ambit ad animum, nec ullo linguæ tectorio aliquid inane & pendulum crepitat. Multum movet non verborum, ſed rerum avidum, & multum factura ſecurum. D In ea & prava corriguntur, & parva nutriuntur, & magna exercentur ingenia. Si autem gratum fuerit, ut iterum vobis ſcribam, ſcribite ut reſcribam. Sed fortaſſe dicitis: Nolo intuitum tuum defendat arida paginæ facies & litterarum color exſanguis. Nolo inquam, inter victrices hederam tibi ſerpere lauros. Ad quod reſpondemus: * non petimus nos aut laſcivire cum Sidonio, aut vernare cum Hortenſio, aut involvere cum Martiano. Sun tqui E eloquentiam eloquenter diſſimulant, tantumque orationi venuſtatis accumulant, quantò ſe id agere negant. Nihil horum nobiſcum ludere libeat, dum hoc devotioni veſtræ ſufficiat, ut ſimplici tantum littera feſtivitate diſcurrat. Valete & veſtris me precibus Domino commendate. Hæ ſunt enim ſalutares victimæ, vota placabilia, holocauſta medullata, pinguia ſacrificia, aromata redolentia, quæ offeratis ſuper altare aureum quod eſt ante oculos Domini.

F *Vitis ut arboribus decor eſt, ut vitibus uvæ,*
Ut gregibus taurus; ſegetes ut pinguibus arvis,
Tu decus omne tuis.

(a) Forte is eſt Petrus de Buxeria ad quem poſtea epiſtola decima quinta quem etiam ſuum appellat, aut Petrus *Mangot* ad quem infra, epiſtola 18.

Digitized by Google

A

PISTOLA XIV.
Wigornienſis epiſcopi capellanum.

iari ſcriptione epiſtolarum & mundi contemtu.

ecto dilectori ſuo (a) G. Domini Wi-
ornienſis capellano frater G. cogno-
e Britolio ſalutem eam quæ vera eſt.
Innocentius papa ſcribit, in familia- B
iptis dilectio vera conſiſtit. Benè igi-
tis dum familiaria nobis ſcripta diri-
lum apoſtolicæ confabulationis mu-
enditis, dum abſentiam corporum
abiorum veſtrorum conſolari curatis.
em epiſtolare officium, ut beatus ait
rmus, de re familiari, aut de quoti-
onverſatione aliquid ſcribere, & quo-
do abſentes inter ſe præſentes fieri,
utuò quid aut velint, aut geſtum ſit
it, licet interdum confabulationis ta- C
rivium doctrinæ quoque ſale condia-
oc litteras veſtras ſale condiſtis, dum
alia omnia quam contemnenda ſint
iſtis. More namque fluentis aquæ cur-
mortalia quæque, nec aliquid ſtabile
eſſe ſub ſole. Ea propter felices qui
unt felicia mundi, & quibus eſt voti
è placere Deo. Verba ſunt beati Gre-
Ecce mundus qui diligitur fugit, cur
amatur quod relinquitur, cur negligi-
io pervenitur. Fugientem ſequimur, la-
inhæremus, dumque labentem retine- D
n poſſumus, cum ipſo labimur cui in-
nus. Et ego vobis dico, unum è duo-
iet aut ipſum relinquamus, & cum eo
cademus; aut illum tenebimus & cum
ademus. Valete & ut ſemper valeatis
erque maneatis, de valle vitiorum ad
es virtutum conſcendite.

a præſentis ſic comparo gaudia ventis.
m neutrum duret nemo comprehendere duret.

EPISTOLA XV.
ad Petrum de Buxeria.

E

Domino Petro cognomine de Buxeria
ſuus G. ſalutem & dilectionis plenitu-
em.
eſiderio deſideravi videre faciem veſtram
ore ad os loqui, ſed huic deſiderio noſ-
invident diſtincta tot ſpatiis in quibus
itamus loca. Licet verò abſentem, licet
procul manentem, tam quaſi dulciter
ſculor, & ſinceræ dilectionis brachiis aſ-
igo. Jungitur * ſpiritus meus ſpiritui ve- F
: refeciſtis enim viſcera mea in Chriſto
undendo in me de bono theſauro cordis
tri, verba ſalubria, verba viva & effica-
, quæ ſenſui meo amoris melle condita
uerunt. Sicut enim fragile vaſculum

a) Ad quem ſupra epiſtola 10.

alieno nuper imbutum aceto, eumdem ſapo-
rem infundit de ſe guſtanti: ſic nimirum
vas Spiritus-ſancti, vas in honorem, vas ad
omne opus bonum paratum, vas verbum vi-
tæ continens ad gloriam, de ſe guſtantibus
dulciſſimum atque gratiſſimum ſaporem re-
fundit. Sed quid amplius dicam? Feſtinat,
nuntius pro cujus cauſa paternitati veſtræ
obnixè ſupplico. Feſtinat, inquam, unde &
ei quem multum diligo parum loquor. Ver-
bis igitur finem impono, dilectioni finem
minimè poſiturus. Rogo autem ut pro mei
cordis infirmitate enixiùs oretis, quatenus
omnipotens Deus mentem meam à malis om-
nibus pro veſtra interceſſione defendat, &
me citius de præſentis vitæ procellis ad æter-
næ quietis littora perducat. Amen. Det &
vobis ipſe quod & hodie cedat ad gloriam,
& cras reſpondeat ad coronam. Valete dimi-
dium animæ meæ.

* *Quos ligat æquus amor, quos mentis identi-*
dat ardor,
Non pro diverſa ſunt regione duo.

EPISTOLA XVI.
Johannis abbatis Bugezei ad Gaufridum.

Cauſatur quod diu non ſcripſerit Gaufridus, pe-
titque exhortatorias ab eo epiſtolas.

Dilecto in Chriſto G. venerabili ſanctæ *Ex ms. Ly-*
Barbaræ ſubpriori frater J. ſuæ fami- *renſi.*
lia quæ in Chriſto ſervit in Baugezeio inu-
tilis ſervus in omne bonum.

Mirantur utrum erga vos oblivione depe-
rivimus, an erga vos iterum veſter obduruit
affectus, ut ex multo jam tempore nullam
nobis epiſtolam direxeritis, nullam veſtri me-
moriam ad nos tranſmiſeritis. Sæcularis qui-
dem eſt ſententia *, Semper omnia compla-
cent nova. Verum erga quem ad ſupernam
ſapientiam ſcimus evolaſſe, carnale etiam
proverbium credimus evanuiſſe. Sed fortè
cauſamini quod, ſalvâ pace veſtrâ, pro di-
vortio accipimus, ut quia vobis ſcribere di-
ſtulimus, vos à ſcribendo nobis retardaretis,
ut videlicet quia ciſterna noſtra areſcit, vos *
torrentem veſtrum ab irrigatione hortulorum
noſtrorum retineatis, cùm dictum ſit à Sa-
piente; *Deriventur fontes tui foras & in pla-* Prov. 5. 16.
teis aquas divide. Tunc enim eas habebitis
ſolus, ſi ex eis vobiſcum non communicaverit
amicus. Unde & egregiè de illis duobus ami-
cis prolata eſt ſententia, unam animam fuiſ-
ſe in duo corpora. Non enim dividere poſſunt
diverſæ formæ corporum, quos par unit con-
ſenſus animorum. Ego vero qui ſum qui vo-
bis ſcribam, qui vos, ut ſcribitis, conſoler
& inſtruam? Quantalibet enim doctrina, ut
ait Gregorius, mens fulgeat, quantalibet
eloquentia lingua polleat, ſumma tamen im-
peritia eſt velle docere meliorem. Vos enim,
ut verbis beati Pauli utar, ſcitis humiliari &
exaltari, ſcitis & abundare & penuriam pati

Digitized by Google

ubique & in omnibus gratiâ docente, intructus eſtis. Verum erga me non ſic agitur. Sed ſi mei curam non geritis, timendum mihi eſt à puſillanimitate ſpiritus & tempeſtate, & niſi orationum veſtrarum manus impoſueritis ſuccumbendum mihi eſt ſub onere ſub quo poſitus in hujus malitia temporis & regionis. Valete & veſtri memoris in Domino memor eſtote. (a) Salutat vos domnus abbas de (a) Oratorio & ceteri fratres. Salutat domnus Petrus *Mangot*, quem volumus ut per litteras confortetis in Domino, & inter cetera de bibliotheca emenda ſubmoneatis.

* *Quamvis lætari ſolent novitate moderni*
Nihil tamen eſt novitas utilitate carens.
* *Ardenti ſtudio ſacra perlege dogmata, ſi vis*
Dulcis aquæ ſaliente ſitim reſtringere rivo

EPISTOLA XVI.I

Reſpondet ad præcedentem.

Ex ms. Lyrenſi.

VEnerabili abbati ſuo J. frater G. ſalutem & dilectionis plenitudinem.

Maturè, ſicut ante nos dictum eſt, labitur ab animo, qui diurno non ſubjacet oculo. At juxta illud tritum vulgi proverbium, qui bene diligit tardè obliviſcitur. Ego autem qua ratione obliviſci poſſum quos ſemper interioris hominis intueri delector aſpectu. Quomodo itaque erga me deperire poteſtis, quos unico ſinceræ dilectionis amplector affectu? Quæ eſt enim fiducia noſtra, aut quæ ſpes gloriæ? Nonne vos ante Deum? Meus ergo circa Baugezeii locum Chriſto propitio numquam obdureſcet affectus, pro cujus promotione ac melioratione, videlicet ut in cœnobium proveheretur ſæpius adii regem Anglorum; quodque, ut minus ſapiens dico, crebris ac devotis precibus à rege petii Anglorum. Et licet à quibuſdam minus rectè ſapientibus, & in hoc negotio ſua magis quàm quæ JESU CHRISTI quærentibus, hoc factum diſplicuerit, & quædam inde gravia auribus meis intulerint, in hoc tamen gaudeo, ſed & gaudebo. Confido enim quia id mihi proveniet ad ſalutem per veſtram orationem & multorum ibidem commorantium gratam Deo converſationem. Ceterum cauſam quare vobis rariùs ſcripſerim reſcriptorum veſtrorum & commeantium raritas fecit. Vos planè cùm hauriatis aquas de fontibus Salvatoris, cùm de ventre veſtro fluant aquæ vivæ, cùm ſit in vobis fons aquæ ſalientis in vitam æternam: tamen conquerimini, quod ciſternâ veſtrâ areſcente, non habeatis quod nobis propinare poſſitis: ſed non dubito quin aſſit poſſe, ſi non deſit velle. Utinam ſic poſſemus ſicut vos poſſe ſentimus. Porro verecundiam nobis ingeritis dum dicitis, Quis ego ſum qui vobis ſcribam, qui vos conſoler & inſtruam? Et illud inſuper Gregorianum inducitis, ſummam impe-

Gaufridus procurat erectionem cœnobii Baugezienſis.

(a) Oratorium manaſterium ordinis Ciſtercienſis in diœceſi Andegavenſi gallicè *Loroux* cujus filia extitit abbatia Baugezeienſis.

ritiam eſſe docere velle meliorem. Sed quod non eſt ita ut dicitur, videlicet ut vobis ſim melior, ſit ita quod dicitur, ne is qui non ſolet mentiatur. Quamquam etſi vobis in aliquo melior eſſem, non ideo conſolationis & ammonitionis veſtræ expers eſſe deberem. Hoc enim infert beatus Gregorius, non quod aliquando monere * debeant meliores, ſed ut protervorum tumidam reprimat voluntatem; ſed audaciam, ſed temeritatem, ſed elati cordis præſumtionem. Nam quod deterior quandoque monere debeat meliorem, ipſe in Moralibus ſcribit. Cùm quædam facta meliorum, ait deterioribus diſplicent, nequaquam quod mentem movet reticendum eſt, ſed cum magna humilitate proferendum, quatenus intentio piè proferentis, eò verè ſervet formam rectitudinis, quo per viam graditur humilitatis. Dat Jethro * conſilium Moyſi de poteſtatibus ordinandis, nec eſt præſumtio elati, ſed obſequium non ingrati. Domnus Petrus ſubjugale, inquit, mutum hominis voce loquens prohibuit prophetæ inſipientiam. Philoſophus non qui dicat, inquit, ſed quid dicatur attende. In proverbio dicitur: Quod tu non noſti, novit fortaſſis aſellus. Non igitur occaſionem quæratis ne nobis reſcribatis, ſed de copioſo theſauro veſtro interdum nobis aliquid refundatis. Quod ſi feceritis, & ego licet ciſternâ meâ areſcente, parum quid quod vobis propinem centonizare ſaltem & compilare conabor. Rex poſt aurea pocula de vaſe ligneo vel teſteo bibit. Verùm hæc hactenus, Deprecor autem ſuppliciter dignationem veſtram, quatenus fratres noſtros filios veſtros quos ego diligo in veritate vice noſtra ſalutetis. Novo cœnobio noſtro novi (b) martyris noſtri pignora miſimus, hiſque aliquid majus ſicut videre poteritis addidimus. Vivat in æternum & floreat ante Dominum ſanctitas veſtra. (b)

Deterior aliquando monere poteſt deteriorem.

* *leg.* non debeant.

* *Felices undæ quibus interiora lavantur,*
Et mentis facies clarior efficitur.
* *In terris duo ſunt quæ nil abſcondita proſunt,*
Foſſus humo cenſus, clauſus ſub pectore ſenſus.

EPISTOLA XVIII.
ad Petrum Mangot.

Gratulatur ei de conceſſa ſibi facultate conſtruendi cœnobii agitque de neceſſitate comparandæ in eo bibliothecæ.

Ex ms. Lyrenſ.

CAro ſuo & amico (c) Petro *Mangot* frater G. ſalutem, & incœpti operis perſeverantiam.

Implevit Deus deſiderium veſtrum, habetis quod tam ardenter quæſiſtis, à nobis planè

(b) An Thomæ Gantuarienſis archiepiſcopus.
(c) Is erat monachus Baugezeienſis cujus mentio ſupra in epiſt. 16

Digitized by Google

rege per nos, à capitulo Ciſter-
.itteras regis, ceteroſque coadjuto-
oluiſtis impetraſtis. Difficillima qui-
› videbantur hæc, & propter obvios
: deſperatione decidimus; ſed ipſe
ıenti nos oculo reſpiciens, in manu
faciem noſtram omnia complanavit.
ar devotâ priùs mente conceptum,
cœptum, devotiùs peragite, & quæ
neceſſaria ſollicitè providete. De vi-
:is lapidibus templum Domino fabri-
recipiant vos in æterna tabernacula.
go ipſi gratiæ Dei, qui operatur in
atias ago & vobis, qui eidem gratiæ
.ini; gratia quippe Dei, quæ bonam
m operata eſt in vobis ſine vobis, mo-
tur per vos. Gaudete igitur, quia vo-
inſtrumento utitur ad opus bonum,
non uſus eſt ad eamdem in vobis bene
affectum. Proinde modis omnibus
ndum eſt, ne incuriâ veſtrâ tanti opi-
.tura in vobis decreſcat, ne ſupernæ
ıcrementum felicis propoſiti damnoſa
o præpediat, ne diffidentia per ange-
ıs immiſſa quæſitum tot laboribus fi-
ıſummationis eludat. Turris ſi propu-
careat, tam facilè invaditur, quàm
deffenditur, propter imperfectionem
ıec deffenſioni idonea, nec invaſioni in-
catur. Quòd ſi etiam armamentarium,
l expugnationem hoſtium ſuo tempore
roferantur, non habeat, viribus pariter
.s deſtituta deficit in ſeipſa. Opus igitur
ı tantopere tantâque fidei * vivacitate in-
ı, quaſi quædam munitio eſt contra dia-
Ibi veſtra devotione congregata veſtro
ſubſiſtit Chriſti militia, die noctuque
ſpirituales nequitias armis juſtitiæ aſſue-
s verò cùm ſitis procurator & miniſter
nilitiæ, oportet vos miniſtrare arma pu-
bus, gratum Deo & angelis ejus ſpectacu-
n virtutis defenſione præſtantibus; ipſi
e agunt cauſam veſtram, quorum inſtrui-
itiam. Clauſtrum ſine (a) armario, quaſi
ım ſine armamentario. Ipſum armarium
ım eſt armamentarium. Inde ad impu-
ſos hoſtes proferimus divinæ legis ſenten-
quaſi ſagittas acutas. Inde aſſumimus lo-
ı juſtitiæ, ſalutis galeam, ſcutum fidei,
um ſpiritûs, quod eſt verbum Dei. Agite
, ne in veſtræ munitionis armamentario de-
ſius munitionis ſumma munitio. Munitio
eſt ſacræ (b) bibliothecæ eruditio, in qua eſt
& morum laudabilis inſtitutio. Ibi invenit
is ſexus, omnis ætas, quod ſuæ utilitati pro-
t. Ibi ſpiritualis infantia invenit unde nu-
ur, juventus unde roboretur, ſenectus un-
uſtentetur. Beata manus quæ omnibus mi-
:at unde omnibus ſalus proveniat. Si ergo
ſatæ militiæ arma miniſtraveritis, nihil re-
, niſi ut ei dicatis: Apprehende arma & ſcu-
ı, & exurge in adjutorium mihi. Vale; &

A ut ipſa, ſine qua nullum decet eſſe cœnobium, bibliotheca * comparetur operam date.

** Petrus vocaris, firmus eſto,*
In Chriſto petra fidei fundamine jacto,
Spe paries ſurgit, culmina complet amor.
** Vivit agendo fides, ubi non eſt actus amoris,*
Gignit abortivam ſpem moribunda fides.
** Quamvis multorum multi placeant tibi libri,*
Hanc habeas, ſapias, ſufficit ipſa tibi.

B

EPISTOLA XIX.
ad magiſtrum R.

Gratulatur ei de ſuo in Ordinem ingreſſu, docetque qualis in eo eſſe debeat.

VEnerabili magiſtro domno (c) R. G. providere Dominum in conſpectu ſuo ſemper.

Veniens ad nos quidam frater de caſtellis, auditui meo dedit gaudium & lætitiam; interrogatus enim à nobis utrùm vos cognoſceret, C reſpondit ſe vos optimè noſſe, & apud vos aliquantis diebus commoratum fuiſſe. Intimavit etiam nobis ordinem vos cum veſtris nuper accepiſſe. Et quidem ante ordinem ſuſceptum, juxta modulum veſtrum ordinatè vixiſtis, ſed amodo multò ardentiùs, gratiâ Dei largiente. Regulis Patrum, & præcipuè beati Auguſtini operam dabitis. Eſt autem ordo, ut ipſe doctor definit, parium & diſparium rerum ſua cuique loca tribuens diſpoſitio. Eſt planè ordo, ut ſin- D gula quæque locum teneant ſortita decenter. Maximè autem ad clericorum regularium ordinem ſpectat, ut ſtudeant nihil proprium habere, inviolati cordis & corporis integritatem ſollicitè ſervare, majorum præceptis humiliter obedire. Ad ipſum, inquam, ordinem ſpectat, ut ſit in oculis ſimplicitas, in auribus obedientia, in guſtu & odoratu temperantia, in manibus munditia, in corde humilitas, in inceſſu gravitas. Ad ipſum autem ordinis * magiſtrum pertinet, ut cujuſdam ſapientis verbis utar:

(c) *Ex mſ. Lyrenſis monaſterii.*

Ordo eſt recta linea vivendi.

Ordo ſecundum Aug. quid.

Canonicus regularis qualis eſſe debeat.

E Cùm quem corripiet verbis, vel verbere virgæ,
Non tamen excedat lingua manuſve modum.
Oportet etiam ut,
Si quis eum lædit, lædentem lædere volens,
Compatiendo magis, quàm patiendo ferat.
Sobrietas in eo vigeat, morumque venuſtas,
Cum lacrymis pietas, cum pietate vigor.
Conſilii gravitas, cuſtodia cordis & oris,
Gratia doctrinæ, zelus, amorque gregis.
Sollicitudo domûs, rerum proviſio certa,
Major honeſtatis cura minorque rei.

Qualis ordinis magiſter.

F Sic quippe debet ordinare domum ſuam, ut caritas ſemper appareat ante januam, circa altare munditia, in capitulo diſciplina. Conveniſtis, ut unanimes habitetis in domo, ut idem ſit victus, non impar cultus, idem locus epuli,

(a) Armarium in monaſteriis locus erat, in quo aſſervabantur libri, quorum etiam cuſtos armarius ſolebat appellari.
(b) Bibliothecæ nomine hoc loco & infrà in fine epiſtolæ vi- intelligere Bibliorum ſacrorum codicem, ut indicant duo verſiculi ultimi epiſtolæ ſubjecti.

(c) Fortè Richardus preſbyter ad quem ſuprà epiſtola 8. & infrà epiſt. 34.

idem ſomni, idem diſciplinæ, idem orationis; conventus enim dicitur quaſi à via: conveniſtis enim tamquam ſocii in via, ut ex jocunditate ſocietatis, minor ſit labor itineris. State ergo in viis veſtris, tenete ſancti ordinis propoſitum, ut tandem mereamini ad ſanctorum pervenire conſortium. Donet Deus ut congregatio veſtra ſit malignis ſpiritibus terribilis, ut caſtrorum acies ordinata. Orate pro nobis; hæc quæ vobis ſcripſimus, non præſumtioni deputentur, ſed caritati. Valete.

Non odio, non ſit pretio, non ſit prece cæcus
Juſtitiæ rigor & fidei vigor omnibus æquus.

EPISTOLA XX.
ad W. quondam priorem Sancti Stephani Cadomenſis.

De Contemplatione.

(a) Ex mſ. Lyrenſis monaſterii.

DIlecto ſuo W. quondam priori S. (a) Stephani de Cadomo, oculos ſemper habere ad Dominum.

Ut nos beatus hortatur Gregorius, non terrena dona, non falſas divitias, non fugitivos honores à Domino, ſed lucem quæramus; nec lucem quæ loco clauditur, quæ tempore finitur, quæ noctium interruptione variatur, quæ à nobis communiter cum pecoribus cernitur, ſi lucem quæramus, quam videre cum ſolis angelis poſſimus, quam non initium inchoat, non finis anguſtat. Illius internæ & æternæ lucis, tam amabilis, & tam admirabilis eſt pulchritudo, ut ſi quis eam ſerenâ cordis acie contempletur, eidem mox cohærendo conformetur. Si vobis deeſt oculus carnis, non tamen deeſt oculus rationis, ſed nec oculus contemplationis. Oculo carnis vidiſtis mundum, & ea quæ in mundo ſunt; oculo rationis videtis animum, & ea quæ in animo ſunt; oculo contemplationis videtis Deum, & ea quæ in Deo ſunt. Eſt autem contemplatio, perſpicax & liber animi contuitus, ad res perſpiciendas uſquequaque diffuſus; vel contemplatio eſt verus certuſque intuitus animi de quacumque re; vel apprehenſio veri non dubia; vel certa ita: Contemplatio eſt erga inviſibilia ſalubriter afficiens animum mentis illuminatio. Duo autem ſunt, ut noſtis, bonæ contemplationis exceſſus; in intellectu unus, alter in affectu; unus in lumine, alter in fervore; unus in agnitione, alter in devotione. His vigebat Dydimus ille videns, de quo Hieronymus ſacris ab eo litteris eruditus: Dydimus, inquit, meus habens oculos ſponſæ de Cantico Canticorum, & illos oculos quos JESUS in albeſcentes ſegetes præcepit levari, ſublimius quiddam intuetur. Hunc beatus Antonius, cùm Alexandriam veniſſet, magnificis conſolatus eſt verbis. Nihil, inquit, te offendat, ô Dydime, quòd carnalibus oculis videris orbatus; deſunt enim tibi oculi quos habent mures, & ranæ, & lacertæ; ſed lætare quòd habes* oculos, quos angeli habent, cum quibus videtur Deus, & per quos magnum tibi ſcientiæ lumen accenditur. Metuendæ ſunt, inquit Auguſtinus, tenebræ, non oculorum, ſed morum; & ſi oculorum, non exteriorum, ſed internorum, quibus diſcernitur, non album & nigrum, ſed juſtum & injuſtum. Et quidem ſuper vos diem claritatis ſplendor effulſit; ad illas namque quas ſol juſtitiæ proximus reſpicit terras, maturis virtutum fructibus redundantes, velut turtur caſtiſſimus advolaſtis. Non ergo ultrà timemus de vobis ne tranſeatis de luce ad tenebras, de lecto quietis ad volutabrum luti, de paradiſo voluptatis ad agrum Damaſcenum, ubi periit Abel juſtus. Paucis ad vos loquens, ut informis cornicula alienis me coloribus adornavi; non tamen timeo, ne cùm fortè ſuas repetitum venerit olim grex avium plumas, moveam cornicula riſum furtivis nudata coloribus. Gratia & pax vobis multiplicetur. Amen.

Contemplatio quid.

* *Implens officium, reprimenſque prioris honorem,*
Sic vita ſicut tempore primus eras.
* *Mens, facies, oculus, pura, ſerena, pudicus,*
Dextera, lingua, pedes, larga, modeſta graves.

EPISTOLA XXI.
Johannis abbatis Baugezeienſis ad Gaufridum ſupriorem S. Barbaræ.

Rogat Gaufridum ut ſibi retineat bibliothecam.

Ex mſ. Lyrenſis monaſterii.

DIlecto in CHRISTO G. venerabili ſanctæ Barbaræ ſubpriori, J. miniſter fratrum de Baugezeio ſemper in CHRISTO vivere.

Viſis optatis litteris dilectionis* veſtræ, quaſi de gravi ſomno evigilans in illa patriarchæ Jacob verba prorupi: *Sufficit mihi veniam, & videbo eum antequam moriar.* Credite enim mihi, in gravem cordis & ſpiritus anxietatem incideram, metuens ne quia poſt longum tempus, nec etiam poſt miſſas litteras aliquid de vobis audieram, mors quæ nemini parcit, dilectam à carne ſeparaſſet animam; feſtinaſſemque vos videre, niſi inſtantia temporis ad capitulum Ciſtercienſe iter cogeret accelerare. Illuc quoque eundo, per vos tranſitum haberem; ſed timui, ne dum progredi ulteriùs feſtino, vos videre, vos colloqui (quod ardenter deſidero) ſufficienter non potuiſſem. Nunc igitur rogamus vos, quatinus bibliothecam illam, ſi tam bona eſt, immò quia tam bona eſt, ut ſcribitis, retineatis, ne alteri vendetur, quia in reditu capituli per vos veniemus, & eam cum conſilio veſtro, ſi Deo placet, comparabimus.

Gen. 45. 28.

Quis ſit verus amor, quid verbis picta ſimultas,
Verba notant, vultus indicat, acta probant.

(a) Sancti Stephani Cadomenſis inſigne monaſterium Ordinis ſancti Benedicti, à Vuillelmo Conqueſtore Anglorum rege fundatum, cui primus abbas præfuit ſanctus Lanfrancus, poſteà Cantuarienſis archiepiſcopus.

EPISTOLA XXII.
ad Johannem abbatem.

ut ejus precibus felicem ſibi à Deo obtineat mortem.

Enerabili abbati ſuo J. ſuus omnino G.
ſalutem non, tam in via, quàm in pa-

ut me adhuc in carne vivere deſtinatis
s litteris noſtris cognoſcitis. Sic nimirùm,
olente, velocem tabernaculi mei depoſi-
n deſtinandis ad vos litteris cognoſcetis.
atrum namque caritate confido, quòd
celebratas exequias profecturus ad vos
ıs, non multas protrahet moras. Quan-
ımque ergo vobis ſcribere differamus;
enim, ut noſtis, dilationem commean-
raritas facit, de exceſſu noſtro omnis tol-
ſuſpicio. Illud præcipuè, ac totâ mentis
ione ſanctitatis. veſtræ pedibus provolu-
poſco, ut cùm præſcriptus ad vos vene-
ıntius, id agere ſatagatis pro me, quod
pietatis dictante fraternæ flagitabunt lit-
Orate Salvatorem, qui non vult mortem
toris, ut interim mihi virtutem largiri
etur, quâ ſic eum valeam ſequi, ut poſſim
ıi: ſic videlicet ſequar ad meritum, ut aſ-
r ad præmium. Viam planè quâ illum
debeamus oſtendit, vivendo innocentiæ,
endo patientiæ, præbens exemplum. Hanc
neo, ipſe mihi vivere Chriſtus eſt, & mori
ım. Quantum lucrum, quàmque pretio-
pretioſâ in conſpectu Domini morte de-
, in diebus paucis tempora multa comple-
lenumque dierum decedere! Plenus au-
dierum, ut quidam ſanctus ait, *moritur,
n tempore tranſeunte, id quod non tan-
peratur. Felix deceſſus, qui eſt ingreſſus
, præmiumque laboris! Laboro itaque,*
ro venturus ad finem; ſcio enim quia ſi
aborare noluero, veniam ad finem vitæ,
non veniam ad finem laboris. Novi quòd
rra locus eſt meritorum, in cœlo præmio-
, nec de imis ad ſumma conſcenditur, niſi
à ſalutis in medio comparetur. Novi quòd
no judicio ſemper ſuus noviſſimè rerum.
itis reſpondet eventus. Quanta autem, ut
us Cyprianus ait, eſt dignitas, quantaque
itas, exire hinc lætum, exire inter angu-
& preſſuras glorioſum! claudere in mo-
to oculos quibus homines videbantur &
ndus, & ſtatim eoſdem aperire, ut Deus vi-
ur & CHRISTUS! Tantâ facilitate mi-
ndi, quantâ velocitate repente terris ſub-
eris, ut in regnis cœleſtibus reponaris.
c oportet, inquit, mente & cogitationibus
plecti, hæc nocte & die meditari. Sed hæc
dixiſſe ſufficiat. Vos verò gratam nobis con-
ionem impenditis, cùm ad nos litteras ve-
s dirigitis; nec à nobis fit quod à quibuſ-
fieri ſolet, ut ſchedula cùm perlecta fue-
projiciatur, immò & à nobis avidè cuſto-

A ditur, & ſtudioſè tranſcribitur. Gratulor id ſiquidem titulis accedere veſtris, ut & apud nos maneat memoria nominis veſtri, ut in ore noſtro, quaſi mel indulcetur ipſa veſtri memoria, & ut muſica in convivio vini, Dominus ſic cum ſpiritu veſtro. Amen. Detque vobis quod & hodie cedat ad gloriam, & cras reſpondeat ad coronam.

* *Vivitur obſequio mortis, mors janua vitæ eſt,*
Sed quibus ad vitam vita paratur iter.
* *Parvo perpetuam mereare labore quietem,*
Et fletu penſa gaudia longa brevi.

B

EPISTOLA XXIII.

Johannes reſpondet ad præcedentem.

Dilecto in CHRISTO G. J. ſuus (a) vicarius debitam ſalutem. (a) Ex mſ. Lyrenſis monaſterii.

Verè, ut ſcriptum eſt, fortis ut mors dilectio, dura velut infernus æmulatio. Ex quo enim mutuæ dilectionis colligatione conglutinata eſt anima mea animæ veſtræ, tantam in C me ignis inde ſuccenſus exercet violentiam, ut licèt commotus, licèt læſus, à mente mea non poſſim excludere veſtræ memoriæ dulcedinem. Et qui ante promiſeram, & pene ſub juramento firmaveram, litteras veſtras ulteriùs non ſuſcipere, donec exhibitionem veſtræ corporalis reciperem præſentiæ, ſtatim ut litterarum veſtrarum bajulum vidi, buſtulam arripiens, non ſolùm avidè legi & relegi, verùm etiam à ſcribendo manum retinere non potui. Verbis ergo veſtris quæ in præſenti ſchedula D reperio concinens, reverenter exhortor & expto, quatinus viam* mandatorum Dei indefeſſo pede curratis, donec eum quem ab ineunte ætate ſequi viriliter cœpiſtis, feliciter aſſequi valeatis. Per amaritudines ſiquidem & labores præſentis vitæ conſtat eſſe ſequendum quem per eaſdem tranſiiſſe omnibus eſt manifeſtum. Sed ollam propheticam indulcat commixta farinula, & auſteritatem præſentium laborum temperat ſupernæ dulcedinis memoria: *Bonus es, Domine*, ait Propheta, *animæ quærenti te*, deſideranti te. Si bonus quærenti E & deſideranti, quantò magis invenienti & perfruenti! Si tam dulcis eſt memoria, qualis erit præſentia! Si mel & lac eſt ſub lingua, quid erit ſuper linguam! Nunc ergo, cariſſime, fruamur nobis invicem in Domino, donec veniat tempus, in quo fruemur in nobis ipſo. Tripliciter enim, ut ait quidam ſanctus, in æterna beatitudine fruemur Deo; videntes eum in creaturis, habentes eum in nobis ipſis; & quod his jocundiùs & beatiùs eſt, ipſam in ſemetipſa cognoſcemus Trinitatem, & ejus gloriam F ſine ullo ænigmate mundo cordis oculo contemplantes. Hæc enim erit vita æterna, ut cognoſcamus Patrem & Filium, & in utroque Spiritum-ſanctum. Hæc eſt multitudo dulce-

Tribus modis Deo fruemur in cœlis.

(a) Johannes abbas Baugezei, Gaufredi ſe vicarium dicit, quia ille Ciſtercienſibus ceſſit Baugezeienſe cœnobium, quod ex primaHenrici II. Anglorum regis fundatoris intentione, debebat eſſe Ordinis canonicorum regularium ſanctæ Barbaræ in Augia.

Digitized by Google

dinis divinæ quam abſcondit timentibus ſe; hæc eſt menſura bona & conferta, & coagitata, & ſupereffluens, quæ dabitur in ſinus noſtros. Hic eſt cumulus felicitatis noſtræ, ſupereminens gloria, ſupereffluens beatitudo, ad quam nos perducet, qui, licèt in diverſo habitu, in uno tamen ſpiritu nos vocavit.

Sed via virtutis dextrum petit ardua collem,
Difficilemque aditum primo ſpectantibus offert.

B

EPISTOLA XXIV.
ad Johannem abbatem.

Dolet, quod vocatus ad Concilium Pariſienſe, non fuerit præſens, cùm Johannes abbas Baugezei acceſſit ad Sanctam Barbaram.

Ex mſ. Lyrenſis monaſterii.

VEnerabili abbati ſuo J. G. peccator.

* Doleo, & valde dolui, quòd in Normannia non fui, cùm in Normanniam veniſtis. Diu vos expectaveram, diu præſentiam veſtram ſitieram; ſperabam etiam negotio propter quod veniſtis, ultimam me poſſe imponere manum, ſed ne voti compos efficerer, peccata mea præpedierunt. Deceptus ſum in hoc quod cum Normanniæ abbatibus de capitulo redeuntibus non veniſtis. Dum ad veſtros divertiſtis, putabam vos ibi aliquam facere moram, antequam veniretis. Tali ergo æſtimatione deceptum traxit me interim ad (a) concilium quod Pariſius celebrabatur, cujuſdam abbatis neceſſarii mei dura neceſſitas. Si futurorum præſcius eſſem, non utique me moviſſem; diu potiùs deſideratum amici præſtolarer adventum. Sed, hei mihi! ivi quò utinam pedem non tuliſſem; reverſus autem ingemui dum audivi vos in Normannia fuiſſe, ſed à Normannia receſſiſſe. Tribulationem & dolorem inveni, cùm vos in Normannia non inveni. Valete, ſed de hoc mihi infortunio condolete. Fratres noſtros ſalutamus, rogantes ut ſint memores noſtri orando, ut abundantiâ noſtræ iniquitatis frigeſcente, caritate congelatâ, Sancti Spiritûs calore reſolvatur.

Nunc animi, Rex, eſto tui, moderare dolorem.
Nemo doloris ope damna levare poteſt.

EPISTOLA XXV.
ad eumdem.

Ejuſdem, ut videtur, argumenti.

Ex mſ. Lyrenſis monaſterii.

VEnerabili abbati ſuo J. G. ſupplex exiguum munus ſeipſum.

Veniale eſt apud bonas mentes quidquid conſcientiæ ſinceritas habet excuſabile. Miſi vobis brevem apologiam, ipſo latore à quo mihi præſentata eſt veſtrarum facies litterarum, in quibus vos offenſum, vos læſum conquerimini. Sed ſi offenſus fuiſtis, & ego; ſi læſus fuiſtis, & ego; ſi mea me non fallit conſcientia,

(a) Fortè concilium Pariſienſe anno 1170. celebratum, in quo Petri Lombardi error de Chriſti humanitate damnatus eſt.

A plus ego. Credite mihi, dolui ſatis, fraudatus à deſiderio & expectatione mea. Si deceptus offendi, ignoſcite non malitiâ delinquenti. Danda eſt culpæ venia, quam non comitatur malitia. Mittimus quod mandaſtis ut mitteremus. Res itaque delegata delegantis vultum repræſentet, & ingerat animo quod negat oblivio. Ad hoc autem precamur quatinus noſtri memores ſitis, ut pro nobis Dominum exoretis, ut pro miſeriis noſtris in conſpectu ejus interiores lacrymas effundatis; oratio namque flectit judicem, lacryma cogit miſericordem. Modis verò omnibus nobis cedere noveritis ad incolumitatis ſtatum quidquid vobis reſponderit ad ſucceſſum. Nec enim inter nos venalis habetur amicitia, ſed quæ non pecunia paritur, ſed gratia; non licitatione pretiorum, ſed concertatione benevolentiæ: præſertim cùm virtus ſit ipſa, non quæſtus. O prædicanda virtus, quæ abſentium animos vinculo dilectionis aſtringit, diviſa unit, inæqualia ſociat, imperfecta conſummat! O verè laudanda virtus, quâ nihil in C rebus humanis eſt pulchrius! De incolumitatis veſtræ ſtatu pagina veſtra cor meum lætificet, & de profectu domûs veſtræ, cujus decori & utilitati vigilanti oculo providetis, certitudinem repræſentet. Vigeat ſanitas, & floreat ſanctitas veſtra in æternum ante Deum.

Res bene ſi detur, quamvis data, ſemper habetur:
Nulla reſervata gloria, multa data.

EPISTOLA XXVI.
D Rogerii quondam prioris S. Abrahæ ad Gaufridum ſubpriorem S. Barbaræ.

Gratulatur de his quæ ſcripſerat de videndo Deo, hortaturque ad humilitatem.

Ex mſ. Lyrenſis monaſterii.

* GRata noſtris auribus inſeris, dum ea quæ de videndo Deo diſertè diſſeris, Auguſtinaliter aſſeris. Læta quidem & exacta, exquiſita & excuſſa, polita & ornata, cùm grandis trutina laudis verba pronuntias. Enim verò defecatis ab omni ferè E carnalis ſenſualitatis animis, affectibuſque cordialibus purgatis ab omni affectione terrenitatis, omnem tranſvolare creaturam, creatoremque attingendo mundo corde, & irreverberato lumine perſpicuo Deum contemplare debere, poſſeque indicis. Grandiuſculè nobis iſta placent, tum quia vera ſunt, tum quia veritatis hujus aſſecutorem, cognitoremque te eſſe gratulamur. Magna profecto ſunt iſta, ad quæ pertingere ſola poteſt humilitas: quæ licet ab humano nomen F trahere ſciatur, in cœleſtibus tamen cum Deo converſatur: cujus epitheto inimica cohors angelica de cœlo profugatur. Recole Moyſen conſilio Jethronis adquieviſſe per humilitatem, præque omnibus caput ipſum cum ſuis ſummopere conſidera membris. Humilitatem quippe ſemper dignatio comitatur: ſuperbiæ verò indignatio ſociatur. Igitur ſi no- Humilitatis fructus.

Digitized by Google

riri & comperire gliſcis theorias,
militatem totius bonitatis conſerva-
nec dedigneris noſtris nos noſcere
Julla nobis incognita fore debent
Prius ſit intelligere, poſt laudare
ere. Pande mihi quæ ſcripſeris, nec
ceſieris, mox me lectorem videbis,
a argueris.

m laudabo Deum, quem lædit aperte
iſquis in hoc operis invidioſus erit.

ISTOLA XXVII.
Gaufridi ad eumdem.

Reſpondet ad præcedentem.

cellenti laude dignum attollitis, dum niam leonem, bubonem aquilam atis. Vereor autem ne ſi quis eorum ineptiæ noſtræ notæ ſunt, legerit illam m veſtram, per tergum meum ma- urvet in ciconiam. Expolita quoque pondere librata dicitis verba, quæ acuta ſunt cote dialecticæ, nec rheto- rtis oleo levigata, licet & hoc vitium oratio nimio verborum flore luxuriet. vis autem, ut Hieronymus ait, ele- it exercitatumque ingenium, & longo ita currat oratio, tamen niſi auctoris curata fuerit & polita, redolet ſor- gligentiæ, & vel hiulca vocalibus fit, pera conſonantibus: unde & de Vir- nquit, traditum eſt quod libros ſuos quaſi am fœtus lingua compoſuerit, & lamben- cerit eſſe meliores, qui durarent in oriam ſempiternam, ut neceſſitatem me- era oratione compleret. Sunt plane qui ne eloquentiæ utuntur & volubilitate orum, & tumentes contorquendo gur- , cum miraculo ſpectantium feruntur ronum. In pronum ſi quidem feruntur, non cœleſtis intentionis penna ſublevan- ſed terrenæ laudis appetitu tremuntur. mdiu verò ſumus in valle lacrymarum, in quem Deus poſuit ad certamen ut vin- ibus coronam daret, ut poſſim aſcenſio- in corde diſponere & ire de virtute in utem, magnopere deſidero in ſacrarum pturarum lectione fervere, & veſtras, & rum doctorum & invenire & experiri orias: nec vos dedignor veſtris cognoſ- e ſcriptis, præſertim cum ea, utpote Domi- verba, propoſuerim venerari, prædica- , mirari. Imitari namque cupitis illum pa- mfamilias qui profert de theſauro ſuo no- & vetera; & ſponſam de Cantico can- orum, quæ dicunt nova & vetera, dilec- mi, ſervavi tibi. Itaque eruditionem ve- am gratanter ſuſcipimus, voſque in longo ripturarum campo currere cohortamur. Vi- or licet ſi non incendia jactet, vos cœptum rpatis iter. Uniuſcujuſque vitii malum in ium recurrit auctorem. Porro caritas beni-

A gna eſt, non æmulatur, non quærit quæ ſunt, alterius bona diligit ut ſua. Igitur devotis ſtudiis expoſitionis veſtræ Spiritui-ſancto vela pandatis. Ipſius SanctiSpiritus aura vos provehat, & ad portum optati littoris proſequatur.

Hieronymi meritis applaudens gloria famæ
Laudibus attollit, perpetuatque virum.

B
EPISTOLA XXVIII.

Gaufredi ad fratres Baugezienſes quando miſit eis vitam B. Hamonis.

Ex ms. Lyrenſi.

DIlectis in Chriſto fratribus Baugezienſis cœnobii G. veſtræ ſanctitatis ſervus perpetuam in Domino ſalutem.

Habetis, cariſſimi, memoriale beati * Hamonis, ſtolam videlicet quam nobis dilectio-
C nis gratia delegaverat: cujus vita quàm pia, quàm religioſa, quàm grata Deo extiterit, ſcripta ſubnexa declarant. Hæc vos ad ædificationem legite, & virtutes ejus in ejus muneribus retractate. In Vita beati Antonii S. Athanaſius Alexandrinus ſic de ſeipſo quaſi de alio ſcribit. Legatarius, inquit, Antonii benedicti, qui tritum pallium cum melote imperio ejus meruerat accipere, Antonium in Antonii muneribus amplectitur, & tamquam magna hereditate ditatus, latenter per veſ-
D timentum recordatur imaginem ſanctitatis ejus. Similiter agentibus ſcilicet imaginem ſanctitatis ejus viri Dei Hamonis per ejus munera recordantibus gratia vobis & pax multiplicetur. Ipſe ante deceſſum ſuum & aliud ex parte ſua mihi mitti juſſit orarium, quod tanto amplector & ſervo gaudio, ut Crœſi opes habere me credam. Hic beatus * audiens fidelem nos & illuſtrem virum repe- riſſe, qui in paupere loco in quo morabamur domum Ciſtercienſis ordinis propriis ſe ſumtibus ædificaturum promittebat, ſi id à rege
E & à noſtris impetrare poſſemus, ad tam pium opus ſuis nos conſiliis animavit, & regem ipſum cui merito ſanctitatis ſuæ carus & familiaris erat, ſecretiſſimis ad eum nobis interſignis traditis, ut hæc concederet benignè rogavit. Plurimorum etiam ſanctorum pignora quæ in loco ſæpedicto repoſuimus ab illo accepimus. Creſcat igitur erga eum veſtræ devotionis affectus. Mementote mei ſervi veſtri, orantes Dominum JESUM, ut conterat ſathanam ſub pedibus noſtris veloci-
F ter, illiuſque beati viri conſortio in cœleſti patria, vobis intervenientibus, merear perfrui, cujus familiaritate & gratia, largiente Domino, in hac peregrinatione merui relevari. Opto vos ſupernis civibus angelorumque choris per æterna commercia copulari. Iterum divini roris aſperſione fœcunda amplificetur in dies virens & florens ante Dominum ſanctitas veſtra.

Digitized by Google

* *Pauperiem modico contentus ſemper amavit,*
Et Dominus rerum nihil cupiendo fuit.
* *Candidus inſuetum miratur lumen olympi,*
Sub pedibuſque videt nubes & ſydera cœli.

EPISTOLA XXIX.
ad Johannem abbatem.

Futuræ beatitudinis imaginem in monaſterio Johannis Baugezcienſis abbatis ſibi repræſentat.

Ex mſ. Lyrenſi.

VEnerabili abbati ſuo Johannes frater G. imitari virtutem cujus ſortitus eſt nomen.

Amicitiæ * jura tenentes ſolidèque ſervantes in unum colligit latitudo caritatis, licet locorum abſentia ſeparet. Ipſa mihi cujus blando connexi ſumus vinculo, cum opportunum datur reperire nuncium, ut vobis ſcribam imperat, quamvis ad ſcribendum animus meus tam non ſit cupidus quàm nec idoneus: quippe cui ingenium tenue eſt & exile. Cogitaveram quidem & in votis habueram, ſi rerum ratio permitteret ac temporis conditio, ut ipſe ad vos venirem, ſed quia rebus urgentibus detenti ſumus, has interim pro me ad vos vicarias litteras miſi. Spero autem, ſi vita comes fuerit & Deus permiſerit, cito me eſſe venturum ad vos, nec deerit gratia & miſericordia Redemtoris fructus multiplex advenienti. Pulcrum namque præbebit ſpectaculum decor domûs Dei, caſtrorum acies ordinata, religioſa vita fratrum, locus amplificatus, decurſus aquarum, deſerta in ubertatem converſa, & ſingula divino cultui mancipata. Auditui meo dabit gaudium & lætitiam ſermo vivus & efficax, ſermo bonus ſuper datum optimum, * ſermo fidelis & omni acceptione dignus. Verbum bonum, ignitum eloquium, gratiarum actio & vox laudis, qua quotidie reſonat locus ipſe. Afflabit nares Chriſti bonus odor, odor vitæ ad vitam, cùm ingreſſus fuero loca veſtra, loca fragrantia unguentis optimis: cùm ingrediar ad areolas aromatum conſitas à pigmentariis; cùm ingrediar hortum florenti ceſpite vernantem, hortum deliciarum, hortum concluſum, hortum producentem flores roſarum & lilia convallium. Ibi paſcar in liliis, cibabor pane vitæ & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris potabor. Exultabo & lætabor ſatius ab uberibus conſolationis veſtræ. Introducar à vobis in cellam vinariam, & mihi propinabitur exinde, ut paſcar in paſcuis uberrimis. Salutabimus nos invicem in oſculo ſancto, oſculo columbino, non ſubdolo, non corvino, non quod pacem mentiatur cordium, ſed quod veram innuat unionem animarum. Hæc itaque quæ prædiximus vobis veluti quamdam mihi futuræ beatitudinis imaginem repræſentabunt: In qua ſanè quicquid oculorum demulcet aſpectum, ſub eodem tempore ſimul collectum videbimus. Tanta autem ac talis, ut beatus ait Auguſtinus, erit glorificati corporis pulcritudo, ut & oblectet intuitum & cor nullatenus flectat ad vitium. Et talis, inquit, erit illius pulcritudinis delectatio, ut tibi ſemper præſens ſit, & numquam ſatieris, immo & ſemper ſatieris. Si enim dixero quòd non ſatiaberis, fames erit. Si dixero quòd ſatiaberis, faſtidium timeo: ubi nec faſtidium erit nec fames. Quid dicam neſcio, ſed Deus habet quod exhibeat non invenientibus quomodo dicant & credentibus quod accipiant. Ibi nimirum omnem melodiam, omnem omnino harmoniam, quidquid concinnum & ſuave eſt auribus ſub eodem momento perenniter percipiemus. Ibi omne pigmentorum genus, & omnium ſuave redolentium rerum ſimul experiemur odores. Guſtare poterimus omne quod dulcorem affert guſtatum, tangere quidquid convenienter delectare poterit attactum. Ad ſanctorum oſculum complexum & conſpectum venire ineffabilis lætitia eſt. Quàm perfectiſſima pulcritudo! Quam beatiſſima delectatio! in qua ut ſæpedicti doctoris verbis utar, fulget animæ ſanctæ quod non capit locus, ubi ſonat quod non rapit tempus, ubi olet quod non ſpargit flatus, ubi ſapit quod non minuit edacitas, & ubi hæret à quo non divellit ſatietas. Ad percipiendam ſanè tantæ beatitudinis gloriam * nos veſtris precibus ac meritis confidimus adjuvari. Valete & pro nobis Dominum frequenter ſupplicate. Ad relevandum animum tuum tres tibi, cariſſime, ſpirituales ludos deſtinare curavi, de paſtoribus, de digitis, de picturis. Hos itaque intuens & mente retractans, diſcas delectabiliter in ſcripturarum campo ludere, de exiguis eximia cogitare. Etiam ipſa coram Deo ſapientia ludit, unde & ille

De futura beatitudine.

Ludit in humanis divina potentia rebus, ludit Iſaac cum Rebecca, David ſaltat totis viribus coram Domino, cytharam tangit, Chriſtum lyra perſonat, & in decachordo pſalterio à mortuis excitat reſurgentem. Sed non expectes, ut hæc tibi ore ediſſeram, ut expolito diſertoque ſermone profundam. Eſt alibi tibi quærenda ſtili venuſtas.

* *Ante leves ergo paſcentur in æthere cervi*
Quàm veſter noſtro labatur pectore vultus.
* *Sermo brevis, ſi vivere vis, clam judice teſte,*
Clam pudeat quod non deceat fieri manifeſte.
* *Corpore depoſito cum libet ad æthera perges,*
Evades hominem factus Deus ætheris almi.

EPISTOLA XXX.
ad R. Troarnenſis eccleſiæ præcentorem.

Ut ſe per litteras ſaltem viſitet.

Ex mſ. Lyrenſi.

DIlecto in Chriſto fratri & præcordiali amico ſuo R. (a) Troarnenſis eccleſiæ præcentori G. indignus ſanctæ Barbaræ ſubminiſter pſallere ſapienter.

(a) Troarnum Ordinis ſancti Benedicti monaſterium in diœceſi Bajocenſi Cadomum inter & S. Barbaræ cœnobium.

Amicorum, ut ille ait, orata curare bonæ frugis officium eſt, præcipuè ſi non refragetur æquitas poſtulantis. Dilectionem autem veſtram rogaveram quatinus directis litteris parvitatem meam cantando mihi aliquid favorabile de canticis Sion, exhortari, viſitare & conſolari dignaretur. Rarò quippe nos corporeis oculis intuemur, rarò mutuis alloquiis fruimur, & vereor ne amicitiæ memoria temporali ſilentio conſeneſcat. Ea propter volebam ut vos in litteris veſtris tamquàm in ſpeculo poſſem inſpicere, & magno æſtu deſiderii ſitiebam, ut ex corde lingua tingeret quod mens auribus in cartæ ſaltem pagina reſonaret. Nolo enim litteras de ſummo ore ſtillantes: illas peto quæ, ut quidam ſapiens ait, areſcere neſciunt, quæ ex intimo pectoris fonte promuntur. Nec dico ſit in eis illita Tulliano melle feſtivitas, vel ut Atticis ſalibus ſint aſperſæ, vel thymo odoratæ, ſive Neſtorea, ut ita dicam, manu; ſed ut ſolius ſint caritatis calamo ſcriptæ. Hæc, ut noſtis, invenitur in corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta. In hujuſmodi ergo litteris deſiderabam amicum quodammodo habere præſentem, ſed propter occupationes veſtras habeo vos excuſatum. Neque enim cauſam ſilentii voluntati aut deſidiæ veſtræ, ſed ipſis occupationibus applico. Apud vos itaque meus ſermo primam januam reſeravit, dum primus in vos oris mei munera jaculor, vos cùm tempus habebitis præſentiam veſtram nobis ſaltem in ſchedula exhibere curabitis. Turpilius comicus tractans de viciſſitudine litterarum, ſola, inquit, res eſt, quæ homines abſentes præſentes faciat. Litteras primùm, ut ſcribit Caſſiodorus, & ut frequentior tradit opinio, Mercurius multarum repertor artium, volatu ſtrimoniarum avium collegiſſe memoratur. Nam & hodie grues, inquit, quæ claſſe conſociant alphabeti formas, natura imbuente deſcribunt, quem in ordinem decorum redigens vocalibus conſonantibus congruenter admixtis viam ſenſualem repperit, per quam alta petens ad penetralia prudentiæ mens poſſit velociſſima pervenire. Per hanc ſenſualem viam cooperante Dei gratiâ ad ipſius ſapientiæ ſecreta, ex parte vos jam perveniſtis. Hinc eſt quod divinas leges legitis & intelligitis, hinc eſt quod ſecundum illam pulcherrimam & ſaluberrimam Apoſtoli exhortationem in pſalmis & hymnis & canticis ſpiritualibus cantatis & pſallitis in corde veſtro Domino. Hæc cogitatis, hæc ſapitis, hæc retexitis: inde eſt etiam quod Patrum ſcripta & carmina multimoda internas aures veſtras nocte dieque demulcent; ſed parumper in auribus veſtris liceat inter olores anſerem ſtrepere. Audite & intelligite cùm præcipuè perſtrepat anſer, ex uſu venit ut opem deſiderantes ad ſuffragia probata confugiant. Ut igitur nobis arrideat effectus optati, ferte in curam ſpem petitionis: hæc eſt autem petitio noſtra, ut enixius oretis quatenus nobis detur à Domino venia peccatorum, gratia meritorum, gloria præmiorum. Attentius pro nobis orantes vos Domini Salvatoris gratia tueatur & foveat. Voti noſtri eſt ut ſancta congregatio veſtra bene valeat, & perpetua meritorum dote diteſcat. Spiritus-ſanctus adjuvans infirmitatem noſtram, & intellectui rationem, & voluntati devotionem inſpirans non errori locum relinquat, non tepori. Valete & organa veſtra quæ ſuſpendiſtis, amicum qui interrogat vos verba cantionum cùm opportunum fuerit audire facite.

* *Fit vox grata chori quotiens cor concinit ori,*
Multaque dulcedo dulci venit ex citharædo.
Illa dies mihi cum liceat tua dicere facta
En erit ut liceat mihi totum ferre per orbem.

EPISTOLA XXXI.

Videtur eſſe reſponſio ad præcedentem.

Ex ms. Lyrensi.

CAriſſimo in CHRISTO patri & amico G. canonicorum Sanctæ Barbaræ, Dei gratiâ præeunte, ductori, ille ſuus quondam non ultimus inter amicos ut credo, ſpero, gaudeo, proſperè procedere in mandatis & juſtificationibus Domini ſine querela.

Nudiuſtertiùs cùm ſibi familiarem veſtri memoriam cor meum recoleret, quam fateor aliquotiens nec dormienti deeſſe, repente cogitare cœpi, ac pro eo quod vobis non reſcripſeram meipſum reprehendere, maximè cùm reprehenſionis notam incurriſſe metuerem pro ingratitudine vel contemtu. Sed abſit hoc à me, abſit & ab omnis verè diligentis affectu, quod ſanè haud aliud fuiſſet, quàm retribuiſſe mala pro bonis. Verumtamen de negligentia qualicumque & ſegnitie mea excuſare me uſquequaque non poſſum, ſed vel ſerò reddita mutuatio caritatis habeat me excuſatum. Nec exquirendus mihi magnopere ſermonis ornatus, hoc magis optanti ut reſperſum aliquod veſtræ exactioni de pectoris mei paupertate depromens, largiente Chriſto, veſtræ ſatisfaciam voluntati. Unde igitur loquendi initium ſumam? Si loqui cœpero, os meum condemnabit me, & meritò; quid enim in me reprehenſione non dignum? Sed & qui laudabant me, adverſum me jurabant...... vocatur eorum mendacium, & qui beatificant ſeducentes, & qui beatificant præcipitati. Mendaces enim filii hominum in ſtateris, decipiunt de vanitate ſemetipſos. confitentes ſe noſſe Deum, ſeipſos non cognoſcentes, bona ſua, ſi qua ſunt, præ oculis habentes, mala verò diſſimulantes, aut quod pejus eſt defendentes. Et hæc eſt ſtatera doloſa, & deteſtanda menſura, vitam ſuam inæquali judicio trutinare. Ob hoc itaque verſiculorum veſtrorum ſententia me promovet, qui dum taciturnitatis meæ inertiam tacitè increparent, confuſionem meam pariter detexerunt, hoc ut recordor modo ſubſcripti.

Illa dies mihi cùm liceat tua dicere facta,
En erit ut liceat mihi totum ferre per orbem.

Quæ facta, dilectiſſime? vanam vitam, converſationem tepidam, frigidam dilectionem. Hanc operationem meam ego cognoſco. Miſerum me, qui feriri debeo, laudes recipiam? Hæccine ſunt facta illa inſignia quæ toto referantur in orbe? Abſit, abſit. Tolerabilius eſt ut ſuos lateant inter parietes, aut, quod optabile magis eſt mihi, deleantur de libro qui aperietur in die judicii, hoc eſt de conſcientia mea, quam pravo ſequaces corrumpunt exemplo. Sed cauſari forſan non ſine cauſa poteſtis, cur pro canticis Sion quæ popoſciſtis de fluminibus Babylonis loquar, cùm tantum diſtare videantur Auſter ab Aquilone, Sion à Babylone, carmen à lamentatione. Verùm quid mihi & cantico? Utinam ſuper hæc flumina mea ſedenti mihi ſolitario & tacenti flere magis libeat, quàm aliquid dicere, ſi fortè vel modicum levari ſuper me tamquam à Domini ſpiritu merear in deſiderio animæ proclamans ex recordatione Sion: Anima deſiderabit te in nocte Quæ eſt iſta nox, niſi vita mea miſera, & obſcura nebulis tentationum, vitiorum tenebris, & caligine peccatorum? Sed cur vobis adhuc oneroſus exiſto, qui factus ſum mihimetipſi gravis, luctum pro cantico proſequens, nec inducens animum cantare rogatus? Attamen non omnis fletus cantum excludit, quia eſt quædam flere voluptas, dum ſuo anima luctu paſcitur, lamentis gaudet, ſuſpiriis vegetatur, ut ſubito in vocem exultationis & confeſſionis ſonus epulantis erumpens, dicat cum Propheta:
Pſal. 70. 6. *In te cantatio mea ſemper*; & *Cantabo Domino*, Pſal. 12. 16. *qui bona tribuit mihi*; & *Cantabiles mihi erant* Pſal. 118. 54. *juſtificationes tuæ in loco peregrinationis meæ.* Quàm læto ſinu taliter de prælio revertentes, mater illa noſtra excipit, & conſolatur filios ſuos qui renuunt conſolari in hoc ſæculo, exilii ſui ærumnam quotidie mœrore portantes, qui bona ſua non receperunt in vita ſua, conſolationem quæ lugentibus repromittitur à Domino præſtolantes. Sed & ipſe Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis occurrens, amplexatur eos dexterâ ſuâ, qui Filii ejus Unigeniti amore languentes, & deſiderio fatigati, lævam ejus ſub capite habuerunt, pretioſæ illius margaritæ claritate radiati, & radicati caritate, fontem perennis vitæ anhelo ſpiritu ſitientes. Ideoque benignus Jesus jam ſub umbra illius quam deſideraverant reſidentes refrigerat, & torrente voluptatis ſuæ potandos deducit ad vitæ fontes aquarum, abſtergens omnem lacrymam ab oculis eorum, & demulcens eos in gaudio genitali, collocans in paradiſi amœnitate, in ſolio Patrum præelectorum, in ſplendoribus ſanctorum, in angelica patria, in civitate Dei, in regione vivorum. Ad hanc, dilectiſſime, feliciſſimam regionem mortis ac malorum ignaram; ad hoc æternæ jocunditatis regnum, quo aufugit dolor, & triſtitia, atque ſuſpirium, inſpirante Deo, vita noſtra ſuſpiret, donec aſpiret nobis dies illa æternitatis, & inclinentur noſtræ mortalitatis umbræ, ſi fortè inter pios ſuſpiriorum ſingultus intercepti, & ſi non ſicut adoleſcentulus ille de tribu Benjamin mente excedens Deo uſque ad tertium cœlum, vel quaſi hora dimidia anima noſtra converſa in ærumna ſua incipiamus flere præ amore, & reſpirando in gratia cantare, in cordibus noſtris Domino dicentes: Trahe me poſt te, curremus in odore unguentorum tuorum, quia odor tuus concupiſcentias in me excitavit æternas. Ambulemus ergo & cantemus, ſed expediti, ſed exonerati, ut velociùs & ſecuriùs percurramus iter noſtrum, quod latrunculi obſident. Beata & ſecura paupertas ſpiritûs, animus autem avari non beatus, ſed ſemper eſtpavidus, & væ illi, quia tacebit David vel Moyſi non habens clamorem. At contrà cantabit vacuus coram latrone viator. Utinam vacui ſimus, non veritate, ſed vanitate; non oleo, ſed vento; non oris, ſed cordis appetentes teſtimonium; non verbis, ſed virtutibus proficientes, immò & in virtute verborum, quia in hujuſmodi cibi fortitudine uſque ad montem Dei pervenitur. Et lucerna pedibus meis verbum tuum, ait ſanctus, & lumen ſemitis meis. Dulcia ſunt ſuper mel ori eloquia divina, dulcius tamen cordi ſapientia ſapit. Dulciſſimam verò divinis auribus virtutum conſonantia reddit harmoniam, quam dilectum noſtrum gaudeo aſſecutum, qui collatam à Deo ſimplicitatem ſummæ prudentiæ maritavit diſcretionem temperantiæ, humilitatem fortitudini, juſtitiæ miſericordiam, ut per diem quadrigæ ſalvationem quinta illa rota quæ ſpirituali plauſtro ſolet impedimento eſſe, contrita ſub pedibus velociter currentis, in directum eat per viam regiam quæ ducit Bethſamis, non declinans ad dexteram proſperitatis, vel ad ſiniſtram adverſitatis, portans arcam ſanctificationis, bonam ſcilicet conſcientiam, habentem manna, id eſt fidem non fictam, per quam Chriſtus habitat in cordibus noſtris, ſicut ait Apoſtolus. Gaudeo igitur in vobis, ſed volo vos memoris immemorem nequaquam exiſtere. Factus ſum enim inſipiens, vos me coëgiſtis proferre carmen in nocte, muſicam in luctu, in delicti miſeria jubilum ſanctitatis. Obſecro vos tamquam advenam & peregrinum, lubricantem & fatuum manu veſtræ orationis tenete me & ducite cautè, ut vobiſcum perveniam quo tenditis, ad domum videlicet veri Solis juſtitiæ, domum non manufactam æternam in cœlis, mundatus à peccato, & lotus ab iniquitate mea in labro æneo facto de ſpeculis mulierum quæ excubant ad oſtium tabernaculi admirabilis uſque ad domum Dei in ſancta ſanctorum, in candidiſſimam lucem, in admirabile lumen, ubi flores roſarum & lilia convallium non marceſcunt, ubi cantatur ineffabile & inimitabile virginitatis canticum, ubi deliciis affluere & exultare Domino facit populum humilem & beatum qui ſolus ſcit eam jubilatio ..... caritatis. Ibi decor & gloria Libani, Judææ notitia, viſio Iſraël, caminus Jeruſalem, ſabbati requies, remiſſio jubilæi. Ibi gratia pro gratia, ſabbatum ex ſabbato, menſis ex menſe. Ecce iterum qui de terra eſt, de cœlo loquitur, & nox diei eructat verbum, & cantare nititur imperitus, cujus

Digitized by Google

am vox remordet, verba verberant A
iam, & dictis opera non reſpondent.
mirum, ſi de bono loquar, non bo-
infelix ego homo, de quo Balaam non
ere jumentum. Terrenis inhians cupi-
rarus, meritò jumentis inſipientibus
tur, & à dignitate recedens conditio-
rationis humanæ, beſtialem migrat in
immò & à Deo recedens in terra ſcri-
ui neglecto ſuperiorum appetitu, talen-
llectus quod acceperat abiens & fo- B
ſcondit in terra, non abſcondendus in
mo à facie timoris Domini, & à gloria
tis ejus, cùm ſurrexerit percutere ter-
ſi pœnitendo reſipiſcens excuſſo pulve-
n, abjectâ luti & lateris ſervitute, re-
lteræ pallio, contactus mundi contagia
nelius paupertate veſtitus evadat, &
s fugienſque in deſertum quod deſeruit,
a aliena in qua inveteravit inter omnes
s ſuos in terra promiſſionis intrare, & in
ſanctæ, in populi peculiaris & adquiſi-
numerum, in adoptionis gratiam, & in C
filiorum Dei mereatur recipi libertatem.
e, cariſſime, edomito & ſubjecto ſpiritui
jumento ſuſpicientes in cœlum, cum ge-
k ſuſpirio pietatis per ſancta deſideria
amus ex hoc mundo ad Patrem, quæ ſur-
nt poſtulantes, non quæ ſuper terram.
enim hæc quam calcamus, & quam cal-
lebemus, quam dedit nobis in maledi-
ſpinarum & tribulorum, ſitiens, & ſicut
r ſic eſt arida. Terra verò illa promiſſio-
qua verè vivitur, ſicut in diebus vernis D
in decore, frondet in gratia, fructifera
benedictionibus, fluminis impetu, fonti-
alvatoris, & in vitam æternam ſalientibus
irrigua. Ut jumentum igitur facti, ſed
icut Balaam, qui divinis recalcitrans ſti-
dorſum mentis tranſeuntibus incurvavit,
ò manſuetudine & humilitate cordis Do-
m Deum portantes, ipſo præſidente, &
us noſtros in ſemitis ſuis perficiente, ten-
us in Jeruſalem cœleſtem, ut mereamur
re bona Domini in terra viventium, bona E
na & ineffabilia, quæ nec æſtimare, nec
lerare, nec promereri dignè poſſumus, ſi-
ſcriptum eſt, quod oculus non vidit, & au-
non audivit, & in cor hominis non aſcendit,
romiſſiones tuas quæ omne deſiderium ſu-
ant, &c. Et non ſunt condignæ paſſiones
us temporis ad futuram gloriam, quæ reve-
itur in nobis, ad quam nos perducat JESUS
RISTUS. Amen. De recordatione tremen-
judicii, & pavore gehennæ aliquantulum
ſan turbatus ſum, ſed non ſum locutus; ſcio F
m cui locutus ſum, & de quo credidi, &
tus ſum quia non ſicut ſervus, aut merce-
rius, ſed ſicut filius in domo patris abun-
ns panibus, & per ignem, & per aquam, id
per caritatem & ſapientiam jam eductus in
frigerium, meliorem tranſivit in affectum
rdis: unde præſumtionis vanæ argui me poſſe
n abnego, qui talis talem, licèt non ſolum,
d mecum, auſus ſum admonere. Sed quem

accuſat temeritas, caritas excuſet; magis ta-
men intellexi ſuper me egenum & pauperem, quàm ſuper illum qui ſermonum meorum non eget. Sed jam finem poſtulans ſermo claudendus eſt. Deſiderio autem deſidero, non tam cartis, quàm caritatis veſtræ in colloquio & viſione frui ſolatio, ut refrigerer vobiſcum, ut vitta illa coccinea & eloquium dulce cordis mei evagationes reſtringant. Jungantur ſaltem votis qui locis ſeparantur ab invicem, & abſentiâ ſint præſentes, qui præſentiâ ſunt abſentes. Vereor tamen ne amicitia veſtra, tantâ abſentiâ, tantoque ſepulta ſilentio, tamquam moram faciente ſponſo, dormitet & dormiat. Illud nobis potiùs contingat. Vinum novum amicus novus veteraſcet, & cum ſuavitate bibes illud. Dicere ſolebat ſanctæ recordationis HAIMO, totum ſe reformatum eſſe, cùm poſt multum temporis ipſe amicum, vel aliquis eum viſeret ex omnibus caris ejus. Receſſit paſtor bonus, fons aquæ vivæ, domnus WILLELMUS vetus prior Cadomi, ſed jam novus incola paradiſi, cujus, obſecro, non obliviſcamini; dulcis eſt enim & pia ejus memoria, ut & ipſe non obliviſcatur miſereri noſtri. Sancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, tum ut debitum illis caritatis ſolvamus, & illi à peccatis ſolvantur, tum ut reminiſcantur & convertantur ad Dominum, dum bene illis fuerit, ſuggerentes pro nobis, ut educat nos de iſto carcere, & cœleſtium bonorum faciat eſſe conſortes. Salutat vos per me domnus SIMON monachus ſancti Salvatoris, & verè, ut credo, monachus JESU. Salutat vos ad extremum omnium extremus, præſentium ſcriptor, cujus nomen taceo, ne proditum diſpliceat, non confuſione vocabili, ſed vilitate perſonæ. Hunc familiaribus veſtris, quos cœleſtem in terris agere vitam noveritis, commendate, ut ei ſit præmium ipſis intercedentibus ſupplicium evaſiſſe. Valete in Domino ſemper; iterum dico, valete, & id potiùs agite, ut aliquando obliviſcamini mei, quàm ut aliquando recordemini mei. Deus pacis ſit ſemper vobiſcum. Amen.

EPISTOLA XXXII.
cuidam juveni eremitæ.

Salutaria ei dat monita.

PEtiit à me obnixè atque ſuppliciter pater tuus, ut tibi ſcriberem & in juvenilis ætatis flore conſtitutum maturioris conſilii pondere redderem graviorem. Patris namque eſt timere de filio graviora pericula veris. Ferreas mentes, teſte Hieronymo, libido domat, quæ tranſacta ſemper ſui relinquit pœnitudinem, numquamque ſatiatur, & extincta reaccenditur. Hic eſt carbo ſulfureus ardens & fœtens. Hic eſt ignis uſque ad perditionem devorans & omnia eradicans virtutum genimina. Hæc eſt inimica Deo, inimica virtutibus: hæc eſt mus in pera, ignis in ſinu, ſerpens in gremio, maleque ſuos re-

Ex ms. Lyrenſi.

Libido quàm perniticoſa.

Digitized by Google

munerat hoſpites. A facie hujus ſæviſſimæ peſtis fugias, & ab omni levitatis ſpecie oculum, ora, manum, omneſque corporis geſtus refrenare ſtudeas. Eſt verſiculus ille vulgatus,

Riſit & arguto quiddam promiſit ocello.

Impudicus oculus impudici cordis eſt nuntius. Dulcius cordi tuo inſedeat amor pudicitiæ, induens ipſum caſtitatis affectum, quem induerat qui dicebat: *Pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine.* (Job. 30. 1.) Si tentatio te perculerit, ad te poſt tentationem reverſus, & de temetipſo erubeſcens apud temetipſum, in teipſum ultor ſeveriſſimus exardeſcas. Attende gaudia fugitiva, vitæ miſerias, celerem mortem, vitam poſt mortem ſeu in bono ſeu in malo perpetuam. Purum cor habeas, oculum columbinum. Accingere quaſi novus tyro ad ſpirituale certamen, induere arma potentia Deo, ſanctæ paupertatis humilitatem, rigorem diſciplinæ, orandi aſſiduitatem. Prolixitatem orationis comitetur fervor devotionis. Recordare quanta tibi fecerit Deus, nec donis ejus ingratus ſis, ſed ſatagas mente ſemper ire ad meliora. Omnis hypocriſis omniſque ſimulatio longè ſit à te, ut omne bonum quod à te agitur, per intentionem ſemper ad cœleſtia levetur. In actu, in locutione, in cogitatione tua circumſpectus ſis, ut ea quæ Deo diſplicent perfectè deſeras, & quod oſtendis humanis oculis habitu, hæc ante Dei oculos moribus prætendas. Quod vis ut faciant tibi fratres tui, & tu ſecundum Domini præceptum facito illis, in quo brevi accinctoque præcepto multa ſimul monita continentur. Non ſis quaſi arundo vento agitata, ſed inflexibilem mentis verticem inter laudes hominum & derogationes teneas. Vilis ſuppellex, humiliſque cellula ſufficiat tibi, ne illud quod de Megarenſibus dicitur tibi quoque coaptari poſſit: ædificant quaſi ſemper victuri, vivunt quaſi altera die morituri. Ne obliviſcaris quia cujus vita moritur in culpa, illius mors vivit in pœna. Et ſi amara eſt potio, ait Auguſtinus, tamen bibenda eſt, quia in periculo ſunt viſcera: multòque melior modica amaritudo in faucibus, quàm æternum tormentum in viſceribus. Infinita verò de ſcripturis exempla ſuppeditant, quæ avaritiam te doceant eſſe fugiendam. Hieronymus ad Euſtochium. Quid ante non plures annos, inquit in Nitria geſtum ſit referam. Quidam è fratribus parcior magis quàm avarior & neſciens Dominum XXX. argenteis venditum, centum ſolidos quos lina texendo acquiſierat, moriens dereliquit. Initum eſt inter monachos conſilium (nam in eodem loco circiter quinque millia diverſis cellulis habitant) quid huic facto opus eſſet. Alii pauperibus diſtribuendos eſſe dicebant, alii dandos Eccleſiæ, nonnulli parentibus remittendos; MACHARIUS verò, & PAMBO, & ISIDORUS, & ceteri quos Patres vocant, Sancto in eis loquente Spiritu, decreverunt infodiendos eſſe cum Domino ſuo, dicendo: *Pecunia tua tecum ſit in perditione.* (Act. 8. 20.) Ne hoc quiſque crudeliter factum putet. Tantus per totum Ægyptum cunctos terror invaſit, ut unum ſolidum dimiſiſſe ſit criminis. Huic itaque vitio abrenuntians, in via Dei quotidie ſancti deſiderii greſſus ponas. Humilitati præcipuè ſtude, nec te per elationem ſubleves, ut cœleſtis regni purpuram in mente ſerves Vadas ad utilitatem proximi, ſtes ad cuſtodiam tui, eleveris ad contemplationem Dei, quod ut poſſis, te ad cœleſte deſiderium pennæ virtutum levent. De nulla tamen virtute confidas; ſed ſub magno timore trepides, donec mens tua igne Sancti Spiritus calefacta & vehementer inflammata, timorem in amorem vertat. Non appetas illis placere quos ſcis Deo diſplicere. Stultum valde, ait Gregorius, ſi illis placere quærimus, quos non placere Deo ſcimus. Deo enim ſe amicum denegat, qui ejus placet inimico; & inimicis veritatis adverſabitur, qui eidem veritati in corde ſubjugatur. Aurem ſanæ doctrinæ libenter accommodes. Verbum Dei, ait Sanctus, ſemen in corde audientis eſt, & auditor bonus inde profert magnam meſſem ſcientiæ, unde parvum prius acceperat ſemen linguæ.

(Modeſtiam commendat) Ut autem in cujuſdam ſancti actibus legimus, interioris hominis noſtri pulchritudinem, fortudinem, puritatem, indicare debent mores noſtri & vita, ipſum exteriorem, ita uno ſemper modo ipſoque modeſtiſſimo & decentiſſimo gerere, ut nihil prorſus appareat in eo quod poſſit intentos offendere, verbum otioſum non ſolùm non proferre, ſed nec nutum, nec manum pedemve movere fruſtra. Nihil ſit non ædificans in veſtro inceſſu, aſpectu, habitu, vultu. Denique vultus hilaritatem non fuſcet mœror, nec leviget riſus. Totum in vobis diſciplinatum, totum inſigne virtutis, perfectionis forma. Remiſſi interdum, diſſoluti numquam. Negligentes nihil, etſi pro tempore multa diſſimulantes. Quieti ſæpe, ſed minimè aliquando otioſi. Hortor itaque ut iſta obſervans veſtigiis inhæreas beati ELIGII, in cujus loco nocte dieque verſaris, verbis ſanctorum utens quaſi in brevi tabella latiſſimos oſtendere volui. *Videtur hic deeſſe aliquid.*

EPISTOLA XXXIII.
ad Hugonem priorem S. Martini Sagienſis.

Hugonis prioris ſancti Martini Sagienſis laudes prædicat, docetque quomodo ad Reſurrectionis Dominicæ feſtum præparare ſe debeant.

HUgoni venerabili priori ſancti Martini Sagienſis ſuus G. quod ſibi. (Ex ms. Lyrensi.)

Potuit ſine litteris lator præſentium ſi quid de me quæreretis exponere; ſed quia, ut ille ait, faſtidioſa ſalutatio eſt, quæ nudo ſermone profertur, junxi ſcripta mandatis,

:imè , ut ſermonum vices nobis eſſe A
latio. Congruum eſt enim , ut hu-
·emedio tædium noſtræ peregrina-
evemus , & mutuam diligentiam re-
alutationibus excolamus. Creſcere
inter nos amicitiæ debitum volo.
:aque vobis non in doctis humanæ
verbis , quam Deus deſtruet , ſed
citate cordis & caritatis ſinceritate,
nquam excidet. Nulla erit hic rhe-
mpa ſermonis , nec enim in talibus B
:re eruditus ſum , ſed nec decet re-
ıures fulgore ſæcularis eloquentiæ de-
labent; qui eas ſpiritualiter delectent,
ſcilicet doctores divinæ lacteo elo-
fonte manantes. Confido autem in
, quod meritis veſtris adjuvantibus,
in me & emortuas aquas vivificet, &
ſapientiæ ſale condiat, & gratiæ ſuæ
ıe fœcundet. Ipſe arva arentia irrigat,
rentem ſpinarum ac mare mortuum
corat. Inde eſt quod divino rore irri- C
& in caritate radicatus & fundatus,
nitimini ſtudio cum Elia ſtare in fo-
petræ , per anguſtias acus tranſire , &
ora Domini contemplari. Inde eſt ni-
quod pedibus veſtris mundum ſubji-
quod hic contenditis ut alibi corone-
Et vos planè ad exemplum Eliæ habe-
rrum igneum , qui vos in aſtra ſuſtol-
quem qui aſcenderit mortem non gu-
in æternum. Hæc eſt quaternarum qua-
virtutum , Prudentiæ , Temperantiæ, D
tudinis, & Juſtitiæ. Prudentiæ , ut fertur,
ıundum iſtum & omnia quæ in mundo
divinorum contemplatione deſpicere, &
em animæ cogitationem in ſola divina
ere. Temperantiæ , nihil appetere pœni-
um , in nullo moderationis legem exce-
, ſub jugo rationis cupiditatem domare.
titudinis, animum ſupra periculi metum
e,nihilque niſi turpia timere,tolerare forti-
vel adverſa vel proſpera. Juſtitiæ , ſervare
uique quod ſuum eſt. His religioſi ac Deo
cti quadam humanorum fuga ſolis ſe gau-
ıt inſerere divinis. Hæ ſunt virtutes , ut ait E
iens, purgati jam defecatique animi , & ab
ni hujus mundi aſpergine preſſè plenè-
deterſi. His virtutum ornamentis ad di-
è celebrandam proximam Dominicæ re-
rectionis diem , vobis orantibus , præpa-
nur , cujus ſuaviſſimus odor mundum aſ-
rſit, ut nulla pars orbis, ut Alexander pa-
ſcribit , alienam ſe ab odore iſto ſentiat,
l expertem , ſed omnes gaudeant ſe odore
oc ſuaviſſimo ſpirituales nequitias in cœle- F
ibus jam viciſſe. Porro , ut ille ait , ad ipſius
hriſti reſurrectionem ſpiritualiter denotan-
am , ſanctæ mulieres ad ſepulcrum aroma-
ı detulerunt , ſuavitate redolentium unguen-
orum ipſius gloriam præfigurantes , quæ uti-
ue terrorem inferis , cœlis gaudium , terris
ntulit ſanctitatem. Iſta vobis,ut amico loquens,
cribere præſumſi: licet autem unctionem ha-
eatis à ſancto , quæ docet vos de omnibus,
ſanctum tamen datum canibus & margaritas conculcatas à porcis auferte. Noſtis enim quia per canales lapideos aquæ fluunt ad areolas, & Moyſes cui Deus loquebatur facie ad faciem ſicut ſolet homo loqui ad amicum ſuum , adquievit conſilio Jethro viri gentilis ; & Elias ignipotens & nubium clavis , eſcam patienter expectavit à corvo. Faciem veſtram det nobis in brevi Pater miſericordiarum videre cum gaudio.

EPISTOLA XXXIV.
ad R. preſbyterum.

Quid ſignificet in Miſſa ſtatio ſacerdotis ad dexteram, & de quibuſdam aliis ritibus.

VEnerabili amico & compreſbytero ſuo (a) R. G. omnium peripſema ſacerdotum ſapere & intelligere, ac noviſſima providere. *(a) Ex mſ. Lyrenſis monaſterii.*

In me mihi bene complacui , ſi quid poſſim agere, quod tuæ poſſit voluntati complacere. Poſtulas autem ut ſtylo digeram quid ſignificet in miſſa ſtatio ſacerdotis ad dexteram, & cur evangelium legitur in ſiniſtra , & ni fallor, cetera hujuſmodi tibi cupis explanari. Laudanda voluntas in ſacerdote , qui timet illam Domini ſententiam: *Quia tu ſcientiam repuliſti, repellam & te , ne ſacerdotio fungaris mihi.* Oſee. 4. 6. Sed non tibi propria me tradidiſſe putes , nec tamquam noſtra ſuſcipias, ſed ex multis ſermonibus Patrum , quorum digna ſatis laus eſt in eccleſia , quæ huic aptæ videbantur negotio noveris decerpſiſſe ſententias. Intellige itaque quæ dico. Dabit enim tibi Deus in omnibus intellectum. Igitur introïtus ſacerdotis ad altare notat Filii Dei in hunc ingreſſum mundum. Adſunt flammantes cereoli , videlicet inſignia gaudii quod in ortu Salvatoris omni mundo effulſit, de quo angelus ad paſtores: Annuntio , inquit , vobis gaudium magnum , &c. Sacris indutus ingreditur: unde egregius verſificator: Luc. 2. 10.

Veſtibus ille ſacris tegitur, texit caro Verbum,
Tota carens macula , tota ſacrata Deo.

Hildebertus Turonenſis archiepiſcopus.

Significatur autem , ut breviter dicam , per albam munditia , per zonam continentia , per ſuperhumerale juſtitia , per manipulum diſcretio , quæ eſt omnium mater virtutum; per ſtolam jugum Domini ſuave & onus leve ; per caſulam verò , quâ ſuper omnia ornamenta induitur , ſanctitas & juſtitia , quibus ſacerdotalis gloria fulgere debet , deſignatur. Pergit verò ad dextrum cornu altaris , quia dextram Chriſtus ſemper egit vitam : dextrâ enim vitâ adquiritur cœleſtis gloria. Jamdictus verſificator.

Ille , inquit , *ſtat à dextris quia quæſiit auctor inanes*
Execrata deos gens quaſi dextra fuit.

(a) Ad quem ſupra epiſt. 8. & 19. ſcripſiſſe videtur , & infra epiſt. 38.

Digitized by Google

Inde, ait, ſiniſtrorſum Domini ſacra verba leguntur.
Rejiciente fidem Judæâ, gratia Chriſti
Tranſiit ad gentes, Iſraël errat adhuc.
Tranſitus hic quotiens evangelium recitatur,
Mentibus occurrit, exprimiturque loco.
Ad lævam legitur, quia quo tranſivit aberrans,
Et velut à læva gens idolatra fuit.
(a) [*Ad* (a) *Chriſti reditura fidem Judæa notatur,*
Cùm Pater ad dexram cedit & explet opus.]

Sed non omnia tibi propoſui ſcribere, quæ tu in Patrum ſcriptis poteris invenire. Sanè de his quidam non parùm mirantur, quòd jam confectis ſacramentis ſignum crucis apponitur. Ubi enim dicitur: *Hoſtiam puram, hoſtiam ſanctam, hoſtiam immaculatam, panem ſanctum vitæ æternæ, & calicem ſalutis perpetuæ*, quinarium crucis ſignaculum panis & vini imprimens ſubſtantiæ, CHRISTO ſedenti ad dextram Patris veraciter concorporatè eruditum contemplatorem rerum ad illam beatam paſſionem mittit. Hæc ergo ſunt illa viventis petræ foramina, in quibus formoſa eſt & immaculata columba, ſcilicet Eccleſia, in quibus tunc certiùs nidificat, cùm inter verba prædicta, per quinque crucis ſignacula quinque dilecti plagas, videlicet duas manuum, totidemque pedum, & unam lateris fida contemplatur memoria. Sicut autem recordatio paſſionis ipſius Eccleſiæ vulnerat caritatem, ſic & memoria reſurrectionis confortat fidem, & contemplatio aſcenſionis lætificat ſpem. Itaque aſſiſtentes ad offerendum rectè dividamus, id eſt priùs noſmetipſos offerentes, arietinam ſpiritûs proterviam & taurinam feritatem, hircinamque libidinem jugulantes mortificemus, juxta illud quod in pſalmo canimus: *Holocauſta medullata offeram tibi cum incenſo arietum: offeram tibi boves cum hircis.* [Pſal. 66. 15] Tunc Deus noſtra accepta ſacrificia habere dignabitur. Cur verò tres portiones de hoſtia fiant, ſatis eleganter ille verſibus canit:

Pars, inquit, *intincta mero pro vivis orat, opuſque*
Sanguinis & carnis expiat ipſa caro.
Pro bene defunctis, quorum purgatior unus
Hoc interventu non eget, alter eget,
(b) (b) *Offerimus tibi, Chriſte, duas, ſed propter eoſdem*
Oblatæ pariter non operantur idem.
Nam pars pro juſtis, pars eſt pro juſtificandis,
Illa refert gentes, ſupplicat iſta Deo.

Hoc autem ſacro-ſanctum altaris myſterium idcirco miſſa dicitur, quia ad placationem & ſolutionem inimicitiarum quæ erant inter Deum & homines ſola valens & idonea miſſio eſt. Sed hæc nos de miſſa dixiſſe ſufficiat. Si autem quæris quid ara, quid calix, quid patena, quidve corporalia deſignent; audi:

Ara crucis, tumulique calix, lapidiſque patena,
Syndonis officium candida byſſus habet.

Porro in thuribulo,

Sunt tria quæ ſignes, vas, thus ſignabis & ignes.
Vas cor, thus pſalmus, calor intus Spiritus almus.

Sed vide ne in thuribulo tuo offeras ignem alienum coram Domino; hoc enim fecerunt Nadab & Abiud filii Aaron, & mortui ſunt. Ignis ſacer ignis domeſticus eſt caritatis; unde Propheta: *In meditatione mea exardeſcet ignis.** [Pſal. 38. 4.] Ignis cupiditatis, ignis luxuriæ eſt ignis alienus; unde Job: *Ignis eſt*, inquit, *uſque ad perditionem devorans, & omnia eradicans genimina.* [Job. 31. 12.] Vides quòd ignis iſte, in multis hodie multipliciter exarſit, qui puritatis Auctori in puro corde & corpore miniſtrantes, non verentur ſtare * angelum Domini, qui ſecet medios & diſperdat; ſed omnino audent Agni immaculati ſacras contingere carnes, intingere in ſanguine Salvatoris manus nefarias, quibus paulò ante, proh dolor! carnes meretricias attrectarunt, ſic circuire altaria, frequentare pſalmos, cùm & hujuſmodi laus ſit execrabilis, & oratio ſit in peccatum. Vendunt ſacramenta, juſtitiam produnt, quorum guttura necdum traxit ad laqueum, necdum præfocavit fauces verbum blaſphemiæ, vox ſacrilega, ſermo nequam: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? Ex iſtorum thuribulis procedit coram Domino pro ſuavi odore fœtor, non veniat in judicium iſtorum anima mea, nec ſit in cœtu illorum gloria mea: quoniam ignis ſuccenſus eſt in furore Domini contra illos, & ardebit uſque ad inferni noviſſima. [Deuter. 32. 22.] Sed jam veniendum eſt ad id quod tandem exarari tibi poſtulas, videlicet quid ſacerdos plebi, quid plebs debeat ſacerdoti. Quod ut ſuccinctè dicamus; ſacerdotis eſt erudire, & intervenire: erudire quidem verbo & exemplo, Deum placare prece & ſacrificio. Hæc ſunt ergo quæ populo debet, verbum doctrinæ, & exemplum vitæ, hoſtias & preces pro eis offerre. Unde Petro dictum eſt: *Simon Johannis amas me? * paſce oves meas.* [Joh. 21. 17] Ideoque tertiò repetitum, tertiò dictum paſce, nec mulge, ſeu tonde, vel ſemel additum eſt. Sacerdos igitur Dominicum paſcere gregem magis ſatagat quàm tondere, & paſcere tripliciter, exemplo converſationis, verbo prædicationis, oblationum fructu & orationis. [Grex Dominicus ut paſcendus.] Eſt itaque ſacerdotalis profeſſionis cœleſtem ſacrificiis placare indignationem. Non omnes tamen apud Deum impetrant, qui pro aliis interpellant; neque omnes Deum placant, qui Deo immolant. Immolat facinoroſus, ſed per Iſaïam dicit Deus: *Facinoroſus qui mihi immolat, quaſi qui canem occidat.* [Iſa. 66. 3.] Et Propheta: *Iniquitatem ſi aſpexi in corde meo, non exaudiet Deus.* [Pſal. 65. 18.] Non placatur talibus votis Deus, immò exacerbatur hoſtiis impiorum Deus. Cùm is, ait Gregorius, qui diſplicet ad intercedendum mittitur, judicis animus ad iracundiam provocatur. Exacerbant itaque Deum ſacrificia tua, ſi ei diſplicet vita tua; placabitur autem tibi, & aliis per te, ſi puro corde & corpore ſacrificatur ei à te. Sed ne longiùs protrahamus, dica-

[* f. ante angelum.]

(a) Hæc duo carmina deſiderantur in editis Hildeberti, & in mſ. codice Majoris-monaſterii tempore Hildeberti exarato.
(b) Hæc paulò aliter in editis.

Digitized by Google

quod propoſuimus, videlicet quid & debeat ſacerdoti. Exhibere debet juſtitia ; ſacedotibus, propter honorem Dei, cu- iniſtri ſunt, ſubjectionem humilitatis & :ionem caritatis, ut omnis eorum obe- ia & humilis ſit & devota. Porro vidiſti rem in foliis, ſcias eſſe vitium in radice ; :i ſcelus in plebe, culpam eſſe noveris in dote. Sed jam loquendi finem faciamus, autem ut in tui receptaculo cordis, dem- tiorum ſpinulis, ſupernas virtutes inſeras, um copiâ & ſubditorum corda erudias, & iens in bono opere numquam deficias. B

* *amores*
metues dulces, aut experieris amaros,
ſibus humanis, res eſt non parva, reponas.
ec ſuccus pecori, nec lac ſubducitur agnis,
: mala vicini pecoris contagia lædunt.

EPISTOLA XXXV.
ad Johannem abbatem.

C

npatitur pro infortunio quod ipſi acciderat.

Enerabili abbati ſuo J. frater G. viriliter agere & confortari in Domino.

)eſideravi litteras veſtras, adventantibus ıibus quos mihi ſermonem veſtrum præ- ſeram tradituros ; ſed ubi expectationem m ſpes iſta fruſtrata eſt, ultro vos alloqui ui, ut vos exemplo beneficii ad curam ſi- :m provocarem. Quæſo igitur ne amicitiæ ıia frigere patiamini, quæ impatienter re- D :o, licèt noverim diligentiam circa me ve- m, & cum ſcripto abſtinens ſitis, fido ani- contineri. Hæc fidenter loquor. Scimus :m, ut ille ait, fiduciam ex ſimplici affec- ıe ſurgentem genus eſſe virtutis. Et ego diu ſiluiſſe fateor, expectans ut mihi congruen- reſcribendi materiam veſter ſermo præ- et : ſed cùm perſpicerem necdum me ali- incitamento provocari, prior in verba ſa- ıtionis erupi. Natura ſiquidem rerum eſt, qui balbutiunt, plus loquantur, affectant E n copiam pudore defectûs. Hoc exemplum expetit, cui magna ſcribendi impatientia cùm deſit oratio ; ſed ad hoc veſtra me ıpellit dilectio, quæ & cor meum acumine ıpaſſionis penetravit, cùm ex præſcriptorum ıtione commeantium innotuit quantùm in fortuna ſævierit, quæ vos amantiſſimo at- : optimo patrono privavit. Hei mihi, quia or quem timebam evenit mihi, & quod ve- ar accidit. Eſt igitur quædam flere voluptas. oletur lacrymis, egeriturque dolor. Sed lu- F ɔri ſtylo, & calamo tragico parcendum eſt, veſtræ mentis vulnus exaſperem, ne ſera re- ctatio ſcindat præteriti cicatricem doloris. rùm contra hæc virtute & ratione animus nandus eſt. Spes quoque aſſumenda eſt me- :. Sæpe, ut quidam ſapiens ait, titubantia ſolidum converſa ſunt. Nihil hominibus ernum eſt, volvunt mortalia vices crebræ. ;ingula de nobis anni perduntur euntes.

A Et verè labilis ætas repletur multis miſeriis.

Tempora labuntur, tacitiſque ſeneſcimus annis ;
Et fugiunt fræno non remorante dies.

Sed ſuperanda omnis fortuna ferendo eſt. Auro, inquit Job, locus eſt in quo conflatur ; auri planè puritas in fornace, equi curſus in ſtadio, militis virtus in campo approbatur. Scimus tres pueros de camino puriores exiiſſe, quàm intraverant. In hac igitur figuratæ Babylonis fornace decocti, fortes ſimus in bello, ſicque per ſextæ curramus ſtadium, ut inſtantia noſtra, largiente Domino, per communem ſeptimam octavæ bravium apprehendat. Exurgite itaque, ſicut ille ſenex Matathias ; habetis enim in filiis & fratribus veſtris virtutem Judæ, ſtrenuitatem Jonathæ, prudentiam Simonis. Hi planè vobiſcum præliantur bella Domini. Ipſos ut vice noſtrâ ſalutetis rogamus. Illam etiam dominam quam omnis nocivæ dulcedinis expertem eſſe deſideramus, ſororem videlicet dulcem ſalutamus in Domino, ad cujus dulcia gaudia nonniſi per amaras lacrymas pervenitur. Refloreat, obſecro, oratio veſtra ad Deum pro me. Vigeat, & ſemper ferveat in vobis caritas Dei.

EPISTOLA XXXVI.
ad Simonem amicum.

De laude cujuſdam virginis.

VEnerabili & cariſſimo domino & amico ſuo (a) Simoni, devotiſſimus ſuus G. ſalutem & ſe totum. *Al. mi. Lyrenſi.* (a)

Grates veſtræ benignitati refero, quæ ſicut audivi, & certus ſum, amicum longè poſitum non obliviſcitur, & dum piâ affectione mei reminiſcitur, orationibus ſanctis infirmitatem meam relevans ſalutare mihi remedium impartitur. Hujuſmodi remedium ſæpius mihi impartiendo miſeremini mei, non quia dignus ſum, ſed quia inops & pauper ſum ego. Miſeremini, inquam, non quia merui, ſed quia egeo. Miſeremini mei, tamquam miſericordiam conſecutus à Domino, ut ſerviatis ei in ſanctitate & juſtitia. Obſecro autem ut quæſitâ opportunitate, ſi fieri poteſt, nos veſtræ viſitationis conſolatione lætificetis, quod & ſaluti noſtræ proderit, & propoſito veſtræ ſanctitatis non oberit. Ego planè, ſi poſſem, ad vos libenter veniſſem, non ſolum propter vos, ſed & propter virginem veſtram, in qua Deus tam mirabiliter operatur, ut contra naturam, immò ſupra naturam pene ſine cibo ſubſiſtere poſſit humano. Mirum dictu ! in his duobus more vivit angelico, non comedendo, virginitatem ſervando. Datum eſt ei à Domino ſervare virginitatis titulum, apprehendere fructum. Hæc reliquit Chaldæos, qui quaſi dæmones interpretantur, ut obitâ ſæculari pompâ, & carne con-

(a) Fortè Simon monachus Sancti Salvatoris, cujus ſuprà fit mentio, epiſt. 31.

Digitized by Google

temtâ, ſponſi jungatur amplexibus, & obliviſ- A
cens populum ſuum, & domum patris ſui, habitet in regione vivorum. Hæc non in Segor civitate parva, ſed virtutis culmine aſcenſo, in monte ſalvam ſe facit, nec poſt Chriſti tunicam ad tollendum aliud veſtimentum in tecta deſcendit. Ipſa planè pudicitiæ virtus in terra quæ ſpinas & tribulos germinat, & quam ſerpens comedit, invenitur tamquam aurum in luto, gemma in ſterquilinio, lilium inter ſpinas. Ipſa ſanè virginitas ſupernæ civitatis eſt virtus, ſupernorum civium decus, ubi non habet quis B
de integritate quod perdat, de corruptione quod doleat. Hujus laus & exultatio virtutis, canticum eſt quod ignorant viduæ, neſciunt conjugatæ. Condelectamur itaque gloriæ virtutis ejus, quæ fallacem mundi gloriam reſpuiſſe jactatur, quæ Deo nubere maluit, carne virgo & ſpiritu. O quàm decenti rubore, ut verbis illius utar, genas ſuffundit virgineas ingeniti gemma pudoris! Compoſitum reddit omnem puellaris corporis ſtatum & mentis habitum diſciplina, cervicem ſubmittit, ponit ſu- C
percilia, componit vultum, ligat oculos, cachinnos cohibet, moderatur linguam, gulam frænat, iram ſedat, moderatur inceſſum. Talibus decet pudicitiæ veſtem diſtingui margaritis. Iſtiuſmodi circumdatur varietate virginitas. Porro de ſæpedicta admirabili virgine veſtra multa mihi narraſtis, ad quæ non incredulus, rogo quatinus pro nobis Dominum roget. Ex parte noſtra ei preces porrigatis. Bene valeatis, & ſervi veſtri jugem memoriam habeatis. D

EPISTOLA XXXVII.
Ad R. preſbyterum.

Ægre fert datas ſibi laudes.

Dilecto & ſemper diligendo compreſbytero ſuo R. frater G. parce laudare, vituperare parcius. *Ex ms. Lyrenſi.*

Non eſt opus multis vos alloqui ſermoni- E
bus, nec rhetoricæ mella eliquare dulcedinis. Et hoc quidem poſtremum ſicut imperitia denegat, ſic illud primum nec anguſtia temporis nec feſtinatio permittit latoris. Maximo vero genas noſtras rubore ſuffunditis: dum in laudibus noſtris laſcivo ſcribendi genere utimini. Liquet planè quod ignoto ſcribitis, dum tam à nobis aliena profunditis: parum quippe laudis promeretur principium, ſi ſapori deroget finis inconditus. Ut autem B. Gregorii verbis utar, certè ſuper ſimiam F
leonem vocas, quod eo modo vos agere conſpicimus, quo ſcabioſos ſæpe catulos pardos vel tygres vocamus. Hoc quoque mihi ad iniquitatum mearum cumulum accidit, ut cùm vindicari in me iniquitas debuerit, laudes pro vindicta recipiam. Et quidem non eſt ita, ut dicitur, ſed utinam ita eſſet ut dicitur, ne is qui non ſolet mentiretur! Ad hæc autem cujuſdam bonæ mulieris verba reſpondeo, *Nolite me vocare Noëmi, id eſt pulcram, ſed vocate me Maram, quia valde amaritudine plena ſum.* Ruth. 1. 20 Ipſa vero ſcripta veſtra in hoc approbo, quod exercitia ſcholaria redolent, & accurati ſermonis copiam adminiſtrent, læta feſtivo quodam ſchemate decurrit oratio: porro debitas ſuper hoc vobis porrigo gratiarum actiones, quod litterarum vehiculis ad me prius currere dignata fuit veſtra dilectio. Valete memor mei in Domino. Ore veſtro loquor, ſum tuus, eſto meus.

EPISTOLA XXXVIII.
Ad W. abbatem ſancti Andreæ.

Gratulatur abbati ſancti Andreæ Ordinis Ciſtercienſis de ſua promotione.

Dilecto & venerabili patri W. abbati ſancti Andreæ frater G. humilis ſanctæ Barbaræ ſubminiſter, ſcuto bonæ voluntatis gregem ſuum defenſare. *Ex ms. Lyrenſi.*

De promotione veſtra exultat ſpiritus meus illum proſequens gratiarum actione, qui ſuperbos humilat, & exaltat humiles. Non enim de illorum ſorte vos eſſe cenſemus, de quibus ſcriptum eſt: *Dejeciſti eos dum allevarentur*, Pſal. 72. 18 qui honoribus quidem proficiunt, ſed moribus cadunt; qui præeſſe cupiunt, quàm prodeſſe; qui ſeipſos paſcunt, non oves, qui quæ ſua ſunt quærunt, non quæ Jesu-Christi, qui veniente lupo gregem non defendunt, ſed fugiunt; quos Deus ponit ut rotam; qui ſumentes magiſterium, majus ſumunt & judicium; de quibus & poëta Clau.

Jam non ad culmina terræ
Injuſtos creviſſe queror, tolluntur in altum,
Ut lapſu graviore ruant.

Verùm de illo numero vos eſſe confidimus, qui præſunt in ſollicitudine, quos zelus domus Dei comedit, ſub quorum cultura arida ficus refloreſcit, & in gratiam cum ſuo redit Domino, cujus minas & ſecurim formidat. De illorum, inquam, eſtis conſortio qui cum Moyſe occidunt ſacrilegos, cum Phinees perfodiunt impudicos, cum Samuele lugent inobedientes, cum Job pro filiis ſacrificium offerunt, cum Aaron coram Pharaone divinas criminationes edicunt, cum Noë his quibus ſubmerſio imminet arcam bitumine litam provident; quibus eſt virga correctionis in oves, baculus defenſionis in hoſtes, quorum animus vermiculus humilitatis in proſperis, clypeus eſt conſtantiæ in adverſis. Plantationem planè quam inter ſylveſtres ſylvæ illius arbores plantavit Pater veſter cœleſtis divini roris aſperſione virere facitis: quippe qui cœleſtium litterarum copioſa lectione pingueſcitis, & de cujus pectore manat fons aquæ ſalientis in vitam æternam, puteus aquarum viventium: Sæpe autem vidimus multas radices unius trunci ſylveſtris unius ſolius

Digitized by Google

ione fructificare feliciter: unde & A
ic dulcioris arboris ramis, quæ ad
plantationem cujus fructus longè
rtinere dignoſcitur ſurculus aſſum-
irali ſed humilioris arboris trunco
t; ſed inde priori arbori unde aſ-
rat reſtitutus, & ipſius arboris cul-
ertus, ut ex eo, largiente Domino,
ctus ſucceſſerit. Quia igitur de il-
plantatione Cenomannici pagi ad
igandam acceſſiſtis, ad priorem &
n plantationem rediſtis, & ibi da-
is poteſtas dicendi huic vade & va-
lio veni & venit, devotas paterni-
æ preces porrigimus, ut fratrem Ro-
ſacriſtam veſtrum ad nos uſque de-
Peracto autem pro quo eum vobis ne-
a duximus, illum ad vos poſt duos
tres remittemus. Valeat & ſemper
in Domino paternitas veſtra.

PISTOLA XXXIX.
Ad Petrum de Buxeria.

*e profeſſionis voto & prepoſituræ officio
ediri quominus in ſolitudine maneat.*

Aiciſſimo patri & domino (a) P. de Bu-
eria filius ſuus G. ſalutem & plenum
e dilectionis affectum.
ii quidem, venerabilis pater, optabile
ecretioris vitæ beatitudine perfrui, &
uti conſortio cum quibus poſſem de
ris ſæpius celebrare colloquium. Ea
r aſſumtis pennis columbæ, cuperem
rum liberumque tranſire volatum, re-
ere & manere in ſolitudine. Sed in ec-
noſtra, in qua non ſum expers talium,
cis vinculo neceſſitatis aſtringor: ex
videlicet meæ profeſſionis, & ex offi-
præpoſituræ ordinis. Qualiter igitur id
i tam obnixè flagitatis adimplere poſ-
non video. Scio equidem, beatiſſime pa-
quia ipſa, quam ardenter ſitio, dulce-
ra ſentiæ veſtræ, & vox veſtra plena ſua-
tis melliflux, ibi me ſæpius refoveret. Scio
d peregrinationis noſtræ tædium de æter-
patria vobiſcum loquendo frequentius re-
ret commorantem. Novi quod per igni-
eloquium veſtrum caritatis flamma quæ
gratia concipitur ad æterna inviſibilium
dia noſtrum crebro affectum ſuccenderet.
iritus enim Sanctus, qui ut credimus in
tore veſtro jocundum ſibi habitaculum
ræparavit, veſtris intervenientibus meritis,
illam ſupernæ lætitiæ frequentiam quan-
que cor noſtrum ſublevaret. Conarer nam-
e & verbis veſtris adjutus & exemplis ſe-
etum ſpeculativæ repetere libertatis, in qua
pernæ vobis claritas arridet viſionis ad illa
volare quietis culmina, quibus ſecreta cœ-
ſtia cordis manu tangere, quibus ſuperna
uæritis gaudia incorporaliter videre. Vigeat
& ſemper ferveat in vobis caritas Dei.

(a) Petro, ad quem ſupra epiſt. 15.

EPISTOLA XL.
Ad Johannem abbatem.

Cauſatur de litterarum raritate.

Venerabili abbati ſuo J. frater G. quod merita ſupplicum excedit & vota. *Ex ms. Igenſi.*

Amor quò ſimplicior eò tenerior ad lædendum: ſimplicitate ſua proficiens incedit, ſi quid in amico ei nubilum occurrit, offenditur. Id enim ab amico exigit, quod amico ex ſe præbet. Mollis eſt nimirum, ut ille ait, animus diligentis, & ad omnem ſenſum doloris argutus. Quorſum hoc ſpectet alloquium breviter explicabo. Sum ſilentii veſtri vehementer impatiens, quod genus querelæ amantibus familiare eſt. Diu ſcribendi operam diſtuliſtis, & vereor ne fortè in nos veſtra claudicet effectio. Facit tenerior affectio ut ſit querela proclivior. Forſitan occupationes ad excuſationem prætenditis; ſed ille rerum eventus numquam eveniat, ut ingenium veſtrum labor detrahat, benignitatem cura flectat, facundiam uſus exhauriat. Ego licet pauperrimi mei ingenii conſcius, amoris inde veſtri gratia ductus non erubeſco infantiæ meæ maciem publicare, cùm ſileatis ac ſi eloquii veſtri vena tenuata ſit. Sed dilectio veſtra, obſecro, me viſitare dignetur, æternumque vitæ manna ſuavi litterarum rore animæ meæ infundat. Aſſit nobis dignatio veſtra caritatis affectu, quo longè melius junguntur animæ, quàm locis corpora. Et hoc quidem ſatis eſſet eis quos amor ſpiritûs à terra ſublevaverit perfectius. Nobis autem ſermonum vices oportet eſſe ſolatio. Fecit religioſa cura ut prior ſcriberetis, non eritis tam irreverens, ut provocatus abſtineatis. Conſentaneum naturæ eſt, ut officia à vobis inchoata à me probata coaleſcant. Ergo de reliquo ſermonis eſtote munificus: mea cura non deerit, quæ vos ſtyli viciſſitudine muneneretur. Porro multas ob cauſas me vobis obnoxium eſſe confiteor, ut quotiens convenienter poſſim, & debeam & deſiderem vos præſentialiter viſitare, ſed ad præſens deſideriis meis opportunitas non occurrit. Obſtant impedimenta quàm plurima, verba tamen ſalutationis & excuſationis vobis mittere credidi fructuoſum, ſperans quòd apud prudentiam veſtram intellecta neceſſitate caritas veniam impetrabit. Scit ipſe Deus qui * caritas eſt qua vos affectione complector, & utinam cor meum lynceis, ut aiunt, oculis videretis. Sed jam habeat ſermo modum, quem erga vos numquam habebit affectio. Opto ut vobis jam dudum ſuſcepti officii curſus arrideat, quamvis dubitare non poſſim ne mutare vos poſſe probitatem, & virtutes ſtimulo præmiorum felicius incitari. Valeant fratres noſtri qui nos unà vobiſcum foveant orationibus ſacris.

Digitized by Google

* *Diligo te ſane, ſi quæris quomodo? Pure.*
Si quantum? Juxta pondus amicitiæ.

EPISTOLA XLI.
Ad Hugonem priorem S. Martini Sagienſis.

Ejus virtutes prædicat, hortaturque eum ad vitam VValt. ſcribendam.

DIlecto & venerabili domino & amico ſuo (a) H. frater G. ſalutem in Deo ſalutari ſuo.

Teſte papa Innocentio in familiaribus ſcriptis dilectio vera conſiſtit, ea propter quod ad ad vos ſcribo amicitiæ tenacis indicium eſt. Me namque vis * amoris trahit poſt vos, quia verus amor poſt Chriſtum trahit vos. Tantòque majori affectione vos diligimus, & cariorem in noſtris viſceribus retinemus, quantò ad ea quæ ad honorem & incrementum religionis pertinere cognoſcitis libentiùs & promtiùs aſpiratis. Conſtat enim vos corde & opere divinis obſequiis & piis actibus frequenter inhærere. Hinc denique eſt in juvene noſtro veſtis aſperior, victus reſtrictior, & ad omne opus bonum ſpiritus promtior. Hoc ætas impedit, ubi ſe potentiæ cœleſti infudit. Verè, ut ſcriptura refert, *Senectus venerabilis eſt, non diuturna, neque numero annorum computata. Cani ſunt autem ſenſus hominis & ætas ſenectutis vita immaculata.* Ipſius autem juvenis noſtri anima in numero adoleſcentularum quæ in odore unguentorum poſt ſponſum currunt poſita, ad perfectam, ut credimus, ætatem, & ad nubiles, ut ita dixerim, perveniens annos, annos dico meritorum, non temporum, facta nuptiis cœleſtis ſponſi idonea, ipſius abſentiam ſurſum tendentibus deſideriis novit quærendo gemere, gemendo quærere. Agnovit actorem ſuum cœleſtis ſapientiæ gemmis redimita illius ſimplicitas; agnovit, inquam, & totâ virtute* dilexit Dominum ejus anima, Chriſti columba, lacte lota, reſidens juxta fluenta pleniſſima, & æmula caſtitatis angelicæ, ipſius thalamo, ipſius cubiculo ſe devovit. Hinc eſt nimirùm, quòd ipſa mens veſtra, frater cariſſime, amoris flamma in compunctionis lacrymis inardeſcit, cœleſtis patriæ præmia ante oculos proponit, ſupernis jam civibus intereſſe concupiſcit. Florem ætatis veſtræ datis Deo, nec à liminibus ſapientiæ alienus prudenter deliberaſtis inter vitam & mortem, inter ſpiritum & carnem, inter Chriſtum & mundum. Meritò itaque talem promto & patulo amicitiæ ſinu recipimus. Meritò optamus ut & nos in curam ſancti & fideliſſimi pectoris veſtri recipiamur. Totis verò affectibus exoptamus, ut bonarum rerum fructus dulciſſimos afferatis, qui copiosâ virtutum laude floruiſtis. Non vereor ne diligentia veſtra tali laude tepeſcat, quin potiùs benivolentiam veſtram ſpero hac quaſi quodam ſtimulo ad id quod melius eſt incitari. Ut enim vir ſapiens ait, bonis familiare eſt laude ſuâ non tepeſcere, ſed ſtudia bona accumulare, quorum mercedem ſentiunt non perire. Sed hæc hactenus. Ceterùm quæ de vita beati viri (b) Wal. Deo inſpirante, ſcribere cœpiſtis, ſi vita comes fuerit, proſequi & perficere ne pigritemini. Non erit in conſpectu Dei inglorius, qui tantorum præco fuerit meritorum. Ut animus fuit celerior litteris, ita priùs fuit vos amare, quàm ſcribere. De his quæ circa vos ſunt edoceat veſtrarum recurſus litterarum. Gaudete in Domino ſemper. Spiritûs-ſancti aura vos provehat, & ad portum optati littoris proſequatur. Valete.

* *Si quis amat vere, quod amat neſcit removere*
A cordis thalamo.

* *Eſt ratio, quod amor rationis neſciat uſum.*
Eſt in amore modus, non habuiſſe modum.

EPISTOLA XLII.

Hugonis prioris S. Martini Sagienſis reſponſio ad præcedentem.

DIlecto & venerabili patri & amico ſuo G. H. ſuus quam vellet habere ſalutem. *Ex ms. Lyrenſis monaſterii.*

Litteras veſtras habui, litteras jocunditatis, quæ pium animum mulcent & excitant ad ſalutem. Utinam me talem inveniret exitus mei ex hac Ægypto dies, qualem me fieri litteræ veſtræ jam fatentur! Sed* ponens ante oculos meos ſpeculum ſcripturarum, invenio animam meam peccatorum maculis ſordidatam, miſeram, & inanem, nec laude dignam. Gratia tamen Dei non me permittit ſic excœcari, ut laudibus hominum animæ meæ ſalutem committam. Recurro enim ad conſcientiam, quam ſi invenio debilem, imbecillitatem meam condemno; ſi ſanam, grates refero Sanatori. Scripſiſtis ut de beati W. proſequerer quod incœpi: ſed vos modò moneo & rogo ut ſcribatis; quia ut audivi diu perendinavit apud vos, gratiâ Dei ei dante infirmitatem, ut credo, propter vos. Niſi enim infirmus fuiſſet, non tantam moram apud vos feciſſet. Nunc autem conſequenter ſcribite quæ audiſtis ab eo, & remittite, & rogate eum, ſi adhuc eſt apud vos, ut veniat ad feſtum ſancti Martini ſecuriter, quia in illo itinere, nec in corpore, nec in anima, gravem ullam patietur infirmitatem, & multam multis conferet utilitatem. Hæc breviter litteris veſtris reſpondi. Illis duobus mandatis, quæ mihi per domnum ERNALDUM canonicum mandaſtis, videlicet ut vinum biberem, & feniculum comederem, quorum primum grave, ſecundum leve eſt, nolo reſpondere per ſcripta, ſed ego ipſe tibi reſpondebo dulciter. Sciatis quòd multùm mihi profuit id quod dediſtis ſcriptum in rollo & verba veſtra. Valete, & orate pro nobis attentiùs, quàm ne deficiamus, ſed ſemper proficiamus in via, & quàm

(a) Hugoni ſancti Martini Sagienſis monachi & prioris, ad quem epiſtolæ 33. 43. 46. & 49.

(b) f. Vvalterii de Mauritania, cujus extant epiſtolæ in Spicil. tom. 2. & mſ. Tract. de Matrimonio in Bibliot. S Martini Sag.

citiùs poteritis, ad (*) Vallem-Dei per
enite.

ictu triplici me vexant tres inimici,
ens antiquus, caro lubrica, frater iniquus.

EPISTOLA XLIII.
Hugonem priorem S. Martini Sagienſis.

atur ad ſcribendam vitam VValt. laudatque ejus à vino abſtinentiam.

Dilecto dilectori ſuo H. frater G. talarem induere tunicam, & hoſtiæ caudam im-
are.
Me juvat ille ſuaviſſimus, ille floridus, quem
i per venerabilem & approbatæ religionis
m miſiſtis, veſtri ſermonis afflatus. Legi
, & frequenter relego, & placet ſæpius re-
tus. Quotiens illum ſumo, quædam mihi
oculos præſentiæ veſtræ imago verſatur.
ior amori, litteris litteræ reſponderunt. Gra-
r itaque pares nos eſſe, non ſolùm affectio-
mentium, ſed etiam viciſſitudine litterarum.
rabo tamen ut obſequii mei trutina & libra
ponderet. Videtur enim, ut ille ait, inertiæ
ddam eſſe colludium ſemper æqua lance
feri. Optatis ut ipſæ litteræ veſtræ ſonant,
talem vos extremus inveniat ex hac Ægy-
exitùs veſtri dies, qualem vos eſſe ſcripta
tra loquuntur. Sed opponendo vobis ſpecu-
n ſcripturarum, invenire vos dicitis animam
tram peccatorum maculis ſordidam, miſe-
m, inanem, nec laude dignam. Et quidem
tè de vobis iſta ſentitis; nemo enim mun-
s à ſorde, nec infaps cujus eſt unius diei vi-
ſuper terram. Quis gloriabitur caſtum ſe
bere cor? Aſtra non ſunt munda in conſpe-
ejus. In multis nimirùm offendimus om-
; & ſi dixerimus, quoniam peccatum non
bemus, nos ſeducimus. Sed propitiatorium
ſuper arcam, & miſerationes ejus ſuper om-
a opera ejus, cui canimus in pſalmo: Miſe-
cordia tua, Domine, magna eſt ſuper me.
dvocatum quippe habemus apud Patrem
ESUM-CHRISTUM juſtum, & ipſe eſt propi-
atio pro peccatis noſtris, qui dilexit nos, &
vit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo.
Hæc eſt ſpes noſtra, hæc tota fiducia noſtra.
Ceterùm ad hoc quod rogatis & monetis, ſci-
cet ut vitam beati * W. quam ex parte jam
didiſtis, conſcriberem, reſpondeo quòd inde-
ens mihi videtur, ut tam illuſtrem materiem
tyli diverſitate confundam; ſed & ſupra imbe-
illitatis meæ vires iſtud eſſe perpendo nego-
ium. Vos potiùs ea quæ cœpiſtis explete, ore-
iſque Deum, ut extenſa ſibi fidei veſtræ devo-
ionisque vela flatu Spiritûs ſui impleat, voſque
n curſum operationis initæ propellat, tribuat
vobis verborum ſignificationem, dictorum ho-
norem, intelligentiæ lumen, veritatis cogni-
tionem, voſque à periculo falſitatis defendat,
ut ſicut Athanaſius in Antonii, Sulpitius in
Martini, Hieronymus in Hilarionis, Gregorius in Benedicti, ſic & vos in venerandi W. geſtis conſcribendis, tota ingenii veſtri Spiritui-ſancto vela pandatis. Naviculam veſtram ipſius Spiritûs-ſancti aura provehat, & ad portum optati littoris proſequatur. Non ergo ulteriùs fragilem cymbam noſtram nequaquam concitis fluctibus, ſed vix ſtagnis & tranquillis aquis opportunam quæratis. Mandavi vobis ut modico vino aquâ mixto, propter ſtomachum veſtrum, & maximè propter infirmitatem, tiſim vitandam, uteremini: quod & Paulus Timotheo ſcribit, uſus non Apoſtoli præcepto, ſed medici conſilio. Hoc autem vobis grave eſſe dicitis: legitis enim vinum omnino monachorum non eſſe; & : Bonum eſt homini non manducare carnem, neque bibere vinum; & de Domini Baptiſta: Vinum & ſiceram non bibet. Potens eſt autem Deus vos ab infirmitate defendere, pro cujus amore à tali poculo abſtinetis. Utinam & ego talem ab illo abſtinentiæ percepiſſem gratiam; ſed infirmus ſum, & vitiorum pondere preſſus, pene in via deficio. Gemens dico, cùm abſinthium meum reſpicio, cum conſita melle pocula veſtra deprehendo. Rogatis ut quàm citiùs potero, ad Vallem Dei per vos veniam; ſed multa mihi occurſant remoramina, ſi tamen votis meis divinus favor arriſerit, faciam quod hortamini. Valete, & pro nobis frequentiùs Domino ſupplicate. Det vobis ipſe Dominus ſic per ſextæ currere ſtatum, ut poſt communem ſeptimam octavæ bravium comprehendatis. Amen.

In Regula S Benedicti cap. 40.

* *Ille Deum vita accipiet, diviſque videbit*
Permixtos heroas, ſed & ipſe videbitur illis.
* *Lenta ſalix quantum pallenti cedit olivæ,*
Puniceis humilis quantum ſaliunca roſetis.
Tantum cedo tibi.

EPISTOLA XLIV.
ad Auguſtinum amicum ſuum.

Laudat Auguſtinum, hortaturque eum ad ſectanda ſpiritualia.

AUGUSTINO venerabili amico ſuo, & in Chriſti caritate dulciſſimo, ſuus omnino G. ſalutem, & ſi quid melius eſſe ſalute poteſt.

Ex mſ. Lyrenſis monaſterii.

Verè amicus fidelis protectio fortis; qui invenit illum, invenit theſaurum. Ea propter gaudeo, & congratulor vobis, utpote theſauro deſiderabili reperto, qui me in gratiam amicitiæ, tam feſtivis principiis, tam lætabundis vultibus ſuſcepiſtis. Nec cedet in contrarium principii felicitas, quin ſuo currat ordine, donec (donante Deo) optatos portus contingere mereatur. Id autem grave ſuſtineo, quod poſteaquàm veſtræ penetralia caritatis benigna mihi ſimplicitas reſeravit, vos inter nos diutiùs immorari non licuit, nec meæ mentis ægritudinem relevare veſtrâ dulci præſentiâ. Quod ergo præſentialiter mitius egiſtis, per reciprocum litterarum veſtrarum munus peragite. Aſſurget animus meus, quotiens amabilitatis ve-

(*) Monaſterium Ordinis Carthuſienſis diœceſis Sagienſis, haud procul à Mauritania & à Trappa.

Digitized by Google

ſtræ ſermo deferetur. Nam & ſanitatis apportabit fidem, & profectum oſtendet ingenii; & quod majus eſt, caritatis elucebit officio. Hortor igitur ut me hujuſmodi linguæ veſtræ floſculis frequentiùs aſpergatis. Ipſos linguæ floſculos dulces etiam muſarum ſonos rectè dixerim, qui mulcent aurem cordis grati modulatione dictaminis. Sed cùm ad nos ſcribitis, quaſi paſtorales inflatis calamos, cùm ſacra quæ noſtis geſta componitis, quaſi ſacris tubis carmen incinitis. Canite itaque ſicut cœpiſtis, canite tubâ in Sion, buccinate coram ſervis Dei, qui libenter audient. Quantò enim recentiora, tantò & gratiora. Proferantur igitur eleganter, profundantur egregiè in tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ. Tubas ductiles, ipſa veſtra ſtudia voco Sancti Spiritûs munere, tamquam mallei percuſſione producta. Tubam verò corneam, quia cornu carnem excedit, ipſam dictantis cœleſtia conſiderantis intentionem, ad nihil aliud reſpicientem, niſi ad Dei gloriam & honorem, & proximorum ædificationem. Ita planè titulum præclari teſtimonii albo calculo, veterum more, ſignatis. Non enim ex ore jejuno vobis tributa eſt laudatio, ſed de bono theſauro cordis, & de copioſo conſcientiæ promtuario boni fructûs arriſit. Unde confidimus quia dabit vobis Dominus calculum candidum, & in calculo nomen novum ſcriptum, quod nemo ſcit, niſi qui accipit. Spes igitur remunerationis ſolatium ſit laboris, donec quod in ipſa ſpe ſuſpiramus, in ſpecie cognoſcamus. De cetero illa amatoria, illa epithalamica cantica, & ad contemplationem commonitoria, quæ veſtro nomini conſecravi, vobis dicitis profuiſſe, quæ volo ut in interiori cordis thalamo ad excitandam animam veſtram, ad ſacri ſponſi oſculum, caſtoſque complexus, horis ſecretioribus nonnumquam decantetis. Opto ſiquidem, & ex intimo cordis affectu deſidero, non meis, ſed ſanctorum verbis utar, ut ſtudeatis devotione penetrare cœlos, & mente ſupernas circuire manſiones, ſalutare patres, apoſtolos, & choros prophetarum, martyrum admirari triumphos, ac ſtupere pulcherrimos ordines angelorum, & ſuavem cibum cœleſtis patriæ, quia adhuc perfectè non poteſtis, ſaltem ſuſpirando guſtetis. Opto, inquam, opto ut ſtudeatis quotidie ad illam tranſire angelorum metropolim, quæ libera eſt, & nullâ contaminationis ſorde maculatur, omnique voluptate calcata & compreſſis luxuriæ fluctibus, qui adverſus nos, ut ille ait, crebrius intumeſcunt, cæleſtibus jungamur choris, ut jam nunc illuc mente tranſlati, anguſtiora contemplantes loca, ſimus quod futuri ſumus. Spiritus-ſanctus ſancta cordi veſtro deſideria inſpiret, ut opera veſtra fervore devotionis, & dulcedine ſpiritualis gratiæ condiantur. Orate attentiùs, quatenus fervor cœleſtis deſiderii quotidie in noſtra mente ardentiùs excreſcat, donec ſarcinâ corporis abjectâ, ad ſuum anima revolvet Auctorem, & antiquam poſſeſſionem diu peregrinata conſcendat. Amen.

EPISTOLA XLV.
ad Gaufridum ſacerdotem.

Munuſcula non eſſe ſpernenda quia parva ſunt, ſed quàm magno animo fiant conſideranda.

Ex ms. Lyrenſis monaſterii.

SAcerdoti magno & excelſo in verbo gloriæ G. ejuſdem nominis frater, gaudio quod nominis ore ſui fert conſonare.

Ita præceptis ſalutaribus monemur, & divina inſtitutione formamur, ſemper gaudete, in omnibus gratias agite. Non igitur de exiguo munere quod cum gaudio pauper miſit amicus (parvum nempe munuſculum ſi æſtimetur pretio ſui, ſed religioſum ſi amore penſetur) non, inquam, de illo parvo munuſculo vos contriſtari deceret, ſed gaudere & gratias agere. Relatum eſt enim mihi quod inde conquerebamini. Videte autem ſi patres quorum inhærere debetis veſtigiis, taliter egerint. Vas electionis, ut de ipſo primùm loquar, doctor gentium in fide & veritate ad Philippenſes *Gaviſus ſum*, inquit, *vehementer in Domino, quod tandem aliquando refloruiſti, pro me ſentire ſicut & ſentiebatis: occupati enim eratis, non quaſi propter penuriam dico. Ego enim didici in quibus ſum ſufficiens eſſe. Scio humiliari, ſcio & abundare. Ubique & in omnibus inſtitutus ſum & ſatiari & eſurire, & abundare & penuriam pati. Omnia poſſum in eo qui me confortat* & cetera quæ mihi labor eſt dicere, & forſitan non vobis neceſſarium audire. (Phil. 4.) Paulinus ad Auguſtinum, panem unum unanimitatis gratia vobis miſimus. Quem utique panem dictus Doctor cum gratiarum actione ſuſcepit. Hieronymus ad Euſtochium de acceptis muneribus, parva ſpecie, ſed caritate magna ſunt munera accepiſſe à virgine, armillas, epiſtolas & columbas. Verùm ne videar dona minuiſſe, accepimus & caniſtrum ceraſis refertum, talibus & tam virginali verecundia rubentibus, ut ea nunc à Lucullo delata exiſtimarem, ſiquidem hoc genus pomi Ponto & Aſia ſubjugatis de Ceraſunto primus Romam pertulit, unde & à patria nomen arbor accepit. Gregorius Anaſtaſio Antiocheno epiſcopo: Gratias Deo quia & odora ſunt & ſapora quæ dicitis, quæ agitis, quæ datis. Et iterum: Benedictiones locupletiſſimas omnes quæ directæ ſunt ſuſcepi, quæ mihi vir Dei pauper ſpiritu tranſmiſiſti. De quibus dicitis: Quid enim det pauper, niſi ea quæ paupera ſunt. Sed niſi vos per humilitatis ſpiritum pauperes eſſetis, benedictiones veſtræ locupletes non fuiſſent. Vir ſanctus ad amicum qui ſibi ægrotanti exenium miſerat, ſuſcepi ait, caritatem veſtram in caritate non in voluptate. Ildebertus Mathildi Anglorum reginæ: Benedictionem tuam gratiarum proſequor actione, nec aliter tuum munus amplector, quàm vel thura Superi vel pinguium libamina victimarum. Illi ſiquidem non hoſtiam ſed affectum conſiderant, eorumque

iam devotio non impenſa promeretur: A is & integer animus eos quocumque vult nat, nec minus quadrante quàm talento ſtem mitigat indignationem. Sic & apud tuum donum tuus animus commendat, nagnificat, ſic illuſtrat. Vir eruditus de io quod ſibi amicus miſerat ita verſibus t

bas FULCHERIUS *mihi mel pro melle*
rependit,
Spirituale dedi, materiale dedit.
ulei fructus pira coctana melle redundant,
Gratia mittentis plus mihi melle ſapit.
na recompenſat donis, quæ dulcia per ſe
Plenius indulcat mellea lingua ſenis.
rba repræſentans Domini faciemque ſerenam,
Munera commendat nuntius ipſe mihi.

verant planè hi de quorum ſcriptis diverim. teſtimoniorum flores velut in unam onam texuimus, quod ſecundùm illud trin vulgi proverbium in ratione dati & acti matres & filiæ fiant amicæ. Sic etenim ritur amor, concordia creſcit. Indoctus erè doctum præſumo docere. Sed gaudeo od materia mihi attributa eſt ludendi vocum. Gaudeo quotiens meas aures aura flait, quæ vos ſoſpitem nuntiet. Rogo aun vos, ut pro mei cordis infirmitate enixius etis, quatinus mihi virtus detur à Domi, qua ad illum finem toto amore poſſim ndere, in quo ſine fine valeam vobiſcum udere. Gaudete in Domino ſemper.

EPISTOLA XLVI.
Ad H. amicum ſuum.

Compatitur amici adverſitatibus.

CAriſſimo ſuo H. frater G. vitam bonam & exitum beatum.

Grandis, ut ille ait, aperitur dilectioni ſemita, cùm ſupernæ cauſa dulcedinis migrat n delicias diligentis, & ille Spiritus, ille, inquam, Rector cœli, incola paradiſi amicoum mentes ligat: quos in corde uno & anina una vera caritas coacervat. Sic de nobis luobus ſcribimus, quia ſic ſentimus, & in oc maximè gaudemus, quia dilectio iſta non am temporali floret officio, quàm profectu germinat ſpirituali. Et ego, amantiſſime, amicorum rem faciendo, quam per portitoem litterarum veſtrarum mandaſtis, viſito dominum & amicum meum, & quia adverſitatem veſtram ex parte cognovi, notè condoleo, nec mirum ſi in profundo pii pectoris grandis inhorruit ſpiritus tempeſtatis. Magne Deus! quanta eſt in antiquo adverſario fraudulenta verſutia, qui dum terminum vitæ noſtræ reſpicit, adverſitati noſtræ terminum non imponit, ſed adverſus nos acrius inflammatur, ut ſibi arctius noſtras rapiat actiones? Sed abſit, domine mi, abſit inquam, ut quem Deus uſque modo in ſuis honeſtavit laboribus, in eiſdem vos deturpet inimicus, ſed in flore juventutis vultum frugiferum æternus agricola metiatur, efficiaturque odor veſter ſicut odor agri pleni, cui benedixit Deus, ita ut redoleat in vobis flos uvæ per prædicationem, ut gratia linguæ medicinalis in multis multos morbos curetis animorum, redoleat & flos lilii per caſtitatem, flos violæ per humilitatem, flos ſpicæ per bonorum operum maturitatem, flos olivæ per miſericordiam, flos roſæ per patientiam. Per B ipſius vero patientiæ virtutem, Domino patientiam infundente, omnia vobis penitus cedent adverſa. Nam ſecundùm Job carmen habetis in nocte & in preſſuris præſentibus de futuris gaudiis conſolamini. Conſolamini quoque & paſcimini ſanctorum ſcriptis, verbo Dei dulcibus, & oleo lætitiæ delibutis, quo libenter ungitis caput veſtrum, quia non eſt in vobis mendax opus olivæ, in quo habitat caritas de corde puro & conſcientia bona, & fide non ficta. Noſtis plane, ut bea- C tus Gregorius ſcribit, quia perfectè bonus non eſt, niſi qui fuerit & cum malis bonus. Animus itaque veſter ab his, inquietantis mundi turbinibus extractus, ſalutaris portus ſtatione fungatur, ad cœlum ſeſe ſuſtollat, ac Deo ſuo jam proximus, ſicut martyr beatiſſimus & doctor ſuaviſſimus docet Cyprianus, quicquid apud ceteros in rebus humanis ſublime ac magnum videtur, intra ſuam jacere conſcientiam glorietur. Experimento autem, ut credimus, vobis datur intelligi, quàm affectuosè memoria veſtri, in nobis ſit D vigilans ac devota & mutuæ allocutionis conſolatio non ſopita. Recordamur in hoc loco illius dulcis colloquii, quod apud ſanctam Barbaram nobiſcum habuiſtis, ut de ſpiritualibus ſermo diſcurreret, ſermo noſter cœleſti ſpiritu redundabat, verba quæ loquebamur ſpiritus & vita fuere, nec à noſtra diſceſſerunt memoria, quæ in libro vitæ memoriter ſunt ſcripta. Suadentibus verò quibuſdam magnis viris amicis veſtris, quorum conſilium reſpuere ſeipſum decipere eſt, vos per præſentia ſcripta monemus, ut ſic E in vobis abſtinentia diſcreta ſit, ne dum hoſtem comprimere intenditis, civem necetis. Quod reſtat, Deum precamur, ut ſic præſens à ſapiente diſponatur actio, ut qui diſſociamur in via, ſociemur in patria.

EPISTOLA XLVII.
Ad Nicolaum ſancti Victoris ſubpriorem.

Gratias agit pro amicitia.

F VEnerando patri & domino Nicolao ſubpriori ſancti Victoris Pariſienſis frater G. humilis ſanctæ Barbaræ ſubminiſter. *Ex ms. Lyrenſi.*

Pro gratiarum actione hoſtia hæc pauperum eſt, quibus non eſt munus à manu, licet enim animus meus & nationi & loco reſpondeat, duri ſiquidem & feri feruntur

A Normanni, & nomen Barbaræ duritiam quamdam præferat naturalem. Non ſum tamen adeo lapideus & ab omni affectionis humore alienus & ſiccus, ut tam multiplici gratiæ veſtræ poſſim eſſe ingratus. Grandis quippe aperta eſt à vobis in noſtris cordibus dilectionis ſemita, unde ſupernæ cauſa dulcedinis migrat in delicias diligentis. Hoc experti ſunt clerici per quos meritis veſtris debitum miſimus ſalutationis obſequium, qui miro modo vos benignum erga ſe liberalemque ſenſerunt. B Pulcrum ſanè atque prædicandum beneficium, nullis redditum eſt meritis, nulla collatum juſtitia, nullis ſupplicationibus comparatum. Ad nomen amici non ad preces venit. Porro, ut ille ait, gratiora ſunt beneficia quæ non alieno interventu, ſed affectu ſpontaneo proveniunt. Facio igitur quod poſſum, & faciam quod potero, & quod omnes legis victimas hoſtiam laudis jugiter immolabo, & ſi fortuna votis arriſerit, & Deus gratiæ benignitatem dederit, C profecto terra noſtra dabit fructum ſuum, ut ſic juſtitia poſſit ante nos ambulare, & gratiæ debitum compenſare. Verumtamen quidquid ego fecero qui prior eſt tempore potior eſt in jure. Vos enim prævenistis nos in benedictionibus dulcedinis. Sicut promiſiſtis nobis qui adhuc in populo barbaro ſumus, orate ut in caritate Dei deſideriorum vinculis aſtringamur, & primitias noſtri ſpiritûs in cœleſtis patriæ amore ligemus & effici mereamur D cives ſanctorum & domeſtici Dei. Salutat vos ipſa domus Jacob quæ eſt in populo Barbaræ. Bene autem noſtis quia non propriam, verum patriam ſignare videtur nomine ſancta ſuo Barbara barbariem. Pax vobis & gratia multiplicetur.

EPISTOLA XLVIII.
ad Johannem abbatem.

Laudat Johannem abbatem de gratia ſermonis illius.

Ex ms. Lyrenſi.

VEnerabili abbati J. frater G. cum virtutum decore gloriam & honorem.

Ut vobis ſcribam amor impellit, ambigo ſi conſuetum morem vobis omnino relinquam. Æſtimer erga vos tepuiſſe, vel penitus veſtri oblitum fuiſſe. Scio quia amor ſtimulis motatur, veſtrum igitur amorem libenter incitaſſem ſi poſſem, ſed ingenii mei parvitas tenues admodum fruges parit. Non enim eſt acutum, ſed exile & obtunſum. Hoc utinam à vobis potius munus accepiſſem. F Accepiſtis namque gratiam à Domino, ut ſciatis quomodo vel quando oporteat vos proferre ſermonem. Nam ut ad ſanctos pro comparatione veniam, inſtruitis ut Hieronymus, aſtruitis ut Auguſtinus, attollimini ut Hilarius, ſummittimini ut Johannes, ut Baſilius corripitis, ut Gregorius conſolamini, ut Rufinus ſtringitis, ſollicitatis ut Eucherius, ut Paulinus provocatis, ut Ambroſius perſeveratis. Sed forſitan tacitè reſpondetis, pſalmorum & eorum quæ famulatui divino & familiaris rei providentiæ aptiora ſunt cura accuratior, ſermonum phaleras & litterarum elegantias mihi in incuriam retorſit. Sed non a vobis Græcam elegantiam, non Italicam celeritatem, non Gallicanam exigo abundantiam. Nihil nobis de Quintiliani throno fulminetis, ſed ſanctorum more nos exhortari & conſolari velitis. Simplici tantum littera feſtivitate decurrat, ut magni nectaris potus ſuaviſſimus delectationibus hauriatur. Ad hæc ſiquidem vobis eſt opportunitas in exemplis, fides in teſtimoniis, pondus in ſenſibus, urbanitas in figuris. At ſi magis placet verba veſtra non ſint ex vobis, ſed prolata ex divinis fontibus. Gaudemus autem & lætamur in Domino, quòd ſub regimine veſtro domus Domini amplificatur & proficit, & beatus planè de cujus culmine datur amicis lætitia, lividis pœna, poſteris gloria, vegetatis & alacribus exemplum, pigris & deſidibus incitamentum. Omnes fratres & filios veſtros affectuoſiſſimè ſalutamus. Orate attentiùs ut det Deus ſuam gratiam, & miſericordia nos attendere faciat finem præmiorum, & cum omni facilitate & alacritate ſuorum currere viam mandatorum, per quam vos deducat, & perducat ipſe qui eſt via currentium, & bravium pervenientium. Amen.

EPISTOLA XLIX.
Ad Hugonem priorem S. Martini Sagienſis.

Hortatur iterum ad ſcribendam Vvalt. vitam.

Ex ms. Lyrenſi.

HUgoni ſuo. G.

Par erat garrulitatem noſtram ſilentii veſtri talione frænare, ſed quoniam perfecta dilectio non tam debet recolere quid officiorum ſolvat, quàm meminiſſe quid debeat, E nunc laxatis verecundiæ habenis, obſequium alloquii impudentis iteramus, cujus improbitas vel hinc maximè dignoſcitur quod tacetis. Ego ſemper grandia litteras veſtras præmia puto. Vellem itaque ut compunctorii ſalubritate ſermonis avidam noſtræ ignorantiæ paſceretis eſuriem. Hortamur vos in Chriſti caritate, ut tamdiu deſides digitos incudibus officinæ veteris imponatis, videlicet ut jam diu intermiſſum opus de * vita (a) juſti ſtudeatis repetere, & ad Dei laudem id quod cœpiſtis explere. Copioſa eſt materia, plena nectaris, florum, margaritarum. Jocunda eſt & illuſtris, flammea cocco, rutilans auro, lactea byſſino. Sed forſitan timetis ne id jactantiæ ſeu vanæ gloriæ adſcribatur. A candore ſuo veſtra caritas nævum tam miſeræ ſuſpicionis eliminet, & hominum contemnens judicia, quod Deo gratum eſſe cognoverit, facere non formidet. Labor erit in

(a) De quo ſupra epiſt. 41. & 43.

Digitized by Google

ſtudio, ſed aderit qui gratiam præſtet remunerator laboris, in cujus manu ſumus & nos & ſermones noſtri. Non enim ſumus idonei cogitare aliquid à nobis quaſi ex nobis; ſed ſufficientia noſtra ex ipſo eſt. Noveritis planè quòd vobiſcum die nocteque converſor. Benedicta ipſius bonitas conditoris, qui habitationem potiùs hominum, quàm caritatem finalibus claudit anguſtiis. Opto ut in ipſo valeas, dilectiſſime, Gaufridique tui ſemper memor eſſe digneris.

** Cenſeo laude ſtyli dignum quem regia cœli*
Suſcipit, & rutilis inſcribunt ſydera gemmis.
Exilium patriâ, mare portu mutat, agonem
Pace, crucem palmâ, cognitione fidem.

EPISTOLA L.
ad Andræam archidiaconum Turonenſem.

Varia dat ei monita.

Ex mſ. Lyrenſis monaſterii

DIlecto & ſemper diligendo domno ANDREÆ Turonenſi archidiacono, G. humilis S Barbaræ ſubminiſter, æternam in Domino ſalutem.

Nolui ulteriùs officiorum differre ſermonem, ne veſter affectus quamdam vitio meo duceret, ut gladius impolitus de curæ raritate rubiginem. Vereor enim ne ſemel amor veſter mihi indultus, aut interjecti itineris longitudine, aut abſentiæ communis diuturnitate tenuetur. Quia igitur honeſtate & affabilitate veſtrâ noſtrum ad vos propenſius traxiſtis affectum, orationum veſtrarum ſuffragia à vobis expetimus, noſtrarum quoque participationem vobis in Domino gratanter concedimus. Noſtis enim, ut peritiſſimus chriſtianorum philoſophus, & quorumlibet primus eruditorum ait, quòd juſtæ humilitatis pretio inæſtimabilem vicem divinæ gratiæ promeremur, qui ſolus, inquit, modus eſt quo cum Deo homines colloqui poſſe putantur, illique inacceſſæ lucis, priùs quoque quàm impetrent ipſâ ſupplicandi ratione, conjungi. O quàm ſuave, & quàm odoriferum puræ orationis ſacrificium ex pinguedine devotionis & igne dilectionis ex ſanctorum corde ad illud ſublime aſcendit altare! In ipſa itaque ara cordis thymiama boni odoris igne compunctionis ac divini amoris incendite. Summa ſit vobis cura de litteris, ſed maximè religioſis, in quibus magis vos occupet medulla ſenſuum, quàm ſpuma verborum. Nihil otioſum faciatis, nihil faciatis non quietum. Non gero perſonam docentis, ſed admonentis. Veſtrum ſæpius panem ille potius qui non eſt redditurus accipiat, totius popularitatis alienus gratiam non captetis omnium, ſed bonorum, non indiſcretâ familiaritate vileſcens, ſed examinatâ ſoliditate pretioſus exiſtens, maximè ambiendus, utpote minimè ambitioſus, non ſtudeatis honores dignitatum ſuſcipere, ſed mereri. Amicitias probatas expetite, conſtanter retinete, perenniter ſervate; non enim vobis illorum expetendæ ſunt amicitiæ, qui juxta Sidonium, de cujus dictis aliqua hîc excepta ponimus: Sunt ad intelligendum ſaxei, ad judicandum lignei, ad ſuccendendum flammei, ad ignoſcendum ferrei, ad amicitias pardi, ad facetias urſi, ad fallendum vulpes, ad ſuperbiendum tauri, ad conſumendum minotauri. Ad quorum conſilia Faleris cruentior, Mida cupidior, Ancus jactantior, Tarquinus ſuperbior, Tiberius callidior, Gajus periculoſior, Claudius ſocordior, Nero impurior, Galba avarior, Vitellius ſumtuoſior, Otho audacior, Domitianus truculentior reddetur. Sed hæc hactenus. Ceterum rogamus dignationem veſtram, quatinus magiſtrum JOHANNEM coarchipreſbyterum veſtrum vice noſtrâ ſalutetis, quem ſicut & vos nominis veſtri virilitati, ſic & illum nominis ſui gratiæ conſonare gaudemus. In ejus perſona multa bona concurrunt. Eſt illi cenſura cum venuſtate, abundat animi ſale cùm conſulitur, melle cùm conſulit: ſimplicitatem columbæ in eccleſia ſervat, in foro ſerpentis aſtutiam. Domino ADÆ Majoris-monaſterii armario familiari veſtro me canonicum & confamiliarem exhibere curate; qui etſi de terræ nomine nomen habet, tamen quæ ſurſum ſunt ſapit, & in cœleſtibus converſatur. Simili modo veſtra quoque dilectio elevata de terris in cœleſti ſuavitate ſuum locet affectum. Angulus iſte placet, pauperrimuſque receſſus. Eſt tibi delatus plus oneroſus honor. Sancti Spiritûs illuſtratio vos viſitare dignetur, erigens vos ad ſublimiorem profectum, & propoſitum veſtrum ad meliores actus, voluntatemque convertat.

EPISTOLA LI.
ad R. amicum ſuum.

Laudat R. amici ſui ardorem pro contemplatione.

Ex mſ. Lyrenſi monaſterii.

VEnerabili & præcordiali amico ſuo R. ſuus G. quæ ſurſum ſunt quærere, quæ ſurſum ſunt ſapere.

Id pro conſuetudine, ſicut ante nos dictum eſt, ſemper inquirit animus unde gaudere ſolet. Inde eſt quòd mens veſtra cœleſtium præmiorum aviditate flagrans, poſtulat favorabile aliquid cantari ſibi de canticis Sion, poſtulat dari ſibi carmina in nocte, poſtulat cantica ad contemplationem divinam commonitoria. Placet, fateor, quod petitis, ſi ſanè apud locupletiorem, & in ſpirituali muſica eruditiorem, id facere libuiſſet. Accipite tamen de mea paupertate quæ habeo, ne tacendo philoſophus puter, aut ne illud Horatianum velitis ingerere:

Omnibus hoc vitium cantoribus, inter amicos
Ut numquam inducant animum cantare rogati,
Injuſſi numquam deſiſtant.

Horat. lib. 1. Sat. 3.

Scio planè ardorem deſiderii veſtri; novi quòd in amplexus ſpecioſæ Rachel, cui viſio ſua gratiſſima eſt, intendat labor militiæ veſtræ. Deſiderio enim deſiderat ſpiritus veſter ſabbatizare, dulces contemplationis fructus carpere, octavæ illius gaudia prælibare. Immortali

Digitized by Google

ponſo anima veſtra cupit adhærere, totum .morem ſuum illi impendere, unde ad ſuperi gaudii munera fixo fœdere amoris religatis ›rimitias ſpiritûs veſtri. Caritas quippe per Spiitum-ſanctum in corde veſtro diffuſa intima n ſchola pectoris magiſtra docet vos terrena leſpicere, & amare cœleſtia. Ipſa in vobis utiur amico ad gratiam, inimico ad patientiam, juibus poteſt ad beneficentiam, omnibus ad ›enevolentiam. Ipſa in centro virtutum reſilens, ut regina & domina omnium rerum exius diſpenſat, ornat, & ordinat, & ſicut radix n ſurculum, ſurculus in gemmam, gemma in lorem, flos in fructum coaleſcit. Sic ipſa ſuis nitiis roboratur, & proficit in ſtatum perfectum, in menſuram plenitudinis. Ipſa animum n contemplationem inducit. Eſt enim vita contemplativa, ut beatus ſcribit Gregorius, ipſam juidem caritatem, ſcilicet amorem Dei & proximi totâ mente retinere, ſed ab exteriori actione quieſcere, ut jam nihil agere libeat, ſed calcatis curis omnibus ad videndam Creatoris ui faciem animus inardeſcat. Hîc autem, ſiut in Patrum Collationibus legimus: Præciuus noſter debet eſſe conatus, ut divinis rebus, c Deo mens ſemper inhæreat. Quicquid ab ıac diverſum eſt, quamvis magnum, ſecunlum tamen, aut etiam infimum, aut certè noxium deputandum eſt. Contemplationem ergo livinam, inquit, cùm potuerit mens obtinere, gaudeat, à qua diſtractam ſe doleat atque ſuſpiret, totienſque ſe ſentiat à bono ſummo receſſiſſe, quotiens ab illo intuitu deprehenderit egregatam, fornicationem reputans vel momentaneum à Chriſti contemplatione diſceſſum, à quo cùm deviaverit paululum veſter obtutus, rurſus ad eum cordis oculos retorquentes, velut rectiſſima linea mentis aciem revocemus. In hoc ſublimi contemplationis gradu humillimus pater Gregorius conſiſtebat, cùm illi idhuc in monaſterii quiete poſito labentia cuncta ſubtererant, cùm rebus quæ volvuntur minebat, cùm nulla, niſi cœleſtia cogitabat, cùm adhuc detentus corpore carnis clauſtra contemplatione tranſibat, cùm mortem quæ ›ene cunctis pœna eſt, ut ingreſſum vitæ & laoris ſui præmium amabat; unde in epiſtola ad ororem imperatoris, à tam dulci quiete abtractus, & in cura regiminis conſtitutus, conuerendo ait: Alta, inquit quietis meæ gauia perdidi, & intro corruens, exteriùs aſcenliſſe videor, unde me à facie Conditoris mei ›ngè expulſum deploro. Conabar namque uotidie extra mundum fieri, cuncta corporum hantaſmata ab oculis cordis abigere, ſuperna audia incorporaliter videre, & ad Deum Dei ciem anhelans, non ſolùm vocibus, ſed & tos cordis medullis clamabam: Tibi dixit cor eum, quæſivi vultum tuum, vultum tuum, omine, requiram. Nihil autem in hoc mun› appetens, nihil pertimeſcens, videbar mihi in ıodam rerum vertice ſtare, ita ut in me plenè ri crederem, quod, pollicente Domino, Propheta didiciſſem: Suſtollam te ſuper aludinem terræ; ſuper altitudinem namque terræ attollitur, qui ipſa quæ alta & glorioſa præſentis videntur ſæculi, per mentis deſpectum calcat. Verùm hæc hactenus. Ceterum rogamus Dominum, ut vobis concedat ipſius ſupernæ contemplationis dulcedinem deguſtare. Det vobis mores veſtros, totiuſque vitæ rationem, ad cœleſtis ordinis exemplar formare. Amen.

EPISTOLA LII.

AMantiſſimo patri & domino filius & ſuus, ſi quid eſt, quidquid eſt. *Ex mſ. Lyrenſis monaſterii.*

Juſſiſtis, immò potius injunxiſtis, ut tertiò vobis ſcribens, tertiò audacis irreverentiæ animoſitatem exhibens, de meæ pera paupertatis, de ſacculo pertuſo vanitatis Crœſi divitias cumularem. Sed unde tantæ exactionis emerſerit inſtantia diu multùmque meditatus ſum in corde meo, attendens in hoc ridiculoſam juſſionem, niſi in vobis veræ caritatis & ſinceræ veritatis adverterem præeminentiam; materiam quippe ſcribendi inopiæ proſcribit copia, copiam diſſerendi ſenſûs & memoriæ pervertit inopia. Quid itaque ſibi vult Dominus meus? Numquid in modico exhaurire paupertatem meam, cùm non in una litteralis amicitiæ miſſione, non in uno quidem apice multiplicaſtis locupletare eam? Quid, inquam? Numquid ut ingenii tarditas excitetur, aut ut mentis ariditas omnino exſiccetur. Primum quidem ad amicum dicere fas eſt, ſequens verò, ut dicitur, de amico ſentire nefas eſt. Quid itaque agam neſcio; ego enim videns paupertatem meam, & veſtræ juſſionis inſtantiam, coarctor undique, cùm nec ſenſum linguæ ſuppleat facultas, nec verborum maciem ſententiæ redimat ubertas, niſi fortè cor amantis obedientia, quaſi jubentis violentia, compunctum producat ſenſum, promtiùs vobis parere, quàm ſibiipſi audeat imperare. Itaque, dum jubetis, juvatis. Ago igitur quod imponitis, ago quod exigitis; ſed eâ ratione conditionis, ut & vicem rependatis, & auctoris præſentium diligentiam & dilectionem juxta redamantis violentiam compenſetis. Non itaque requiro, ut præſentes reponatis in ſacculum veſtrum, ſed ut me ponatis ut ſignaculum ſuper cor veſtrum. Magna prorſus rogo, & ferè immerito meritò deneganda, niſi quod amor gratis largitus, largitoris gratiam profuſiùs commendat, & pro magnitudine caritatis gratuitæ gratum non tam meretur, quàm mereatur amantem. Hortor itaque & opto ut habeat me cor veſtrum, quod etſi dixiſſe pudet, non pœnitet. In ipſo enim ac ſi in urna legis manna continetur abſconditum, manna utique non vermibus ſcaturiens, ſed ſpiritum ſalutis pariens, ſed vermium ſpiritualium læſionem allidens & adverſitatem pervertens, quod dum à veſtro corde, tamquam à thalamo gloriæ, tamquam à vaſe puritatis & munditiæ, omnem immunditiam eliminat, in quodam mentis altæ, ſed non elatæ triclinio evectus, fidei, ſpei, & caritatis ordinatæ repoſitionem commendat

ınimalis homo, cur filius hominis ver-
ıudeam nominare, cùm nec nomina-
ſicut decet ſanctum, ſicut debuit dece-
læc quippe dicens, factus ſum velut æs
ıut cymbalum tinniens, quod non niſi
pis opera operatur, aut reſonat. Simili
ipſe alienæ meſſis non vendicans, ſed
.ns alimoniam, ſi mercedes congregavi,
: in ſacculum pertuſum, in quo non
·tutum nutritur, ſed vanitas vanitatum
ur. Sed fortè de more veſtro reſponde-
hæc. Hæc eſt humilitas tua. Noſtis au-
ɔd falſa humilitas non eſt veritas, ſed
vanitas. Hæc mandat filius tuus, hæc
& amicus, jam dudum fraudatus ami-
ıdatus ſocio, fraudatus & ſolatio, frau-
deſiderio ſuo, quærens, & non inve-
irum ſecundum cor ſuum, qui mentis
ſtam ſolitudinem ſolus frequentet, cum
r ſuum participet, in quo caput ſuum
t. O me beatum, ſi inveniam unum!
ımadem, ſi ipſum ad quem nobis ſermo!
ia caro & ſanguis regnum Dei non poſ-
nt, eos qui ſpiritu Dei aguntur, in ſpi-
veritate oportet ambulare, oportet &
: quatenus & amantis ſpiritus ſpiritua-
fectum habeat & exhibeat, & redaman-
itas juxta ſui nominis idioma ex fide non
rodeat ut proficiat, & quia ſcire puto ho-
ı in corpore ſive extra corpus in ea quæ
ın'', totum cor, animam & virtutem totâ
e extendere. & his totâ utriuſque hominis
ntiâ intendere, mihi omnino difficile,
ı parvitati meæ, & pravitati pertimeſco
um, ne malè conveniant, & ab una ſede
ant, quæ non concordant caro & ſpiritus;
:èt alter regnet ſub Moyſe Pharaonis ad
guſtum convertit qui non guſtavit manna
um. Et quia vindex eſt Deus ſuper om-
operantem malum, fateor gaudeo, ſed &
.ebo in eo qui non tam vindicavit ſe,
n viſitavit me, qui fecit & creavit me.
im manus Domini ſuper me plaga corri-
is percuſſit me, & morti non tradidit me.
ellum mundans vellem nollem excepi,
p'atam impietatem in flagelli immanitate
erti. A facie manûs ſuæ ego defeci; viſita-
:nim me in gladio ſuo duro, in gladio ſuo
i, nec tam ad vindictam in hoſtem ſæviens,
m paternè, quàm miſericorditer hoſtis uti-
ti deſerviens. Et quia die ac nocte circum-
:t ſuper muros meos iniquitas mea, die ac
te gravata eſt ſuper me manus ſua. Et verè
:dum furor ejus quievit, necdum indigna-
ſopita, necdum vindicta retenta, ſed adhuc
ınus ejus extenta. Finis ab his. Memor eſto
:i; quidquid male dixi corrigat in melius
ra benigna. Vale.

HARTA CAPITULI S. MARTINI Turonenſis de donatione prioratui S. Michaëlis de Guerchia facta.

EGo BARTHOLOMÆUS decanus, Reginaldus præcentor, Hamelinus magiſter ſcholæ, Philippus ſubdecanus, Augerius cellerarius, totumque capitulum B. Martini præſentibus & futuris notum fieri volumus quòd ad preces & petitiones RADULFI prioris & totius conventus de Caritate conceſſimus de feodo beati Martini ad ædificandum domos ſeu officinas fratrum ſuorum commorantium Turoni apud eccleſiam ſancti Michaëlis de Guerchia, videlicet vineam quam tenebat Guido de *Bitut*, & aliam quam habebat Bella-amica, partem etiam vineæ quam poſſidebat Matthæus de Bello-monte, ſicut terminatum fuit & oſtenſum à clericis noſtris. Præterea conceſſimus eis quamdam domum quæ fuerat Fulconis Aymari ante ipſam eccleſiam ſancti Michaëlis, de quibus omnibus annuus cenſus perſolvebatur nobis. Supradicta autem omnia conceſſimus eis, eo tenore, ut ſingulis annis in Pentecoſte perſolvant nobis cenſualiter undecim ſolidos & octo denarios; & ſi terminus ſolutionis tranſierit, liceat nobis vel ſervientibus noſtris capere vadimonia in domibus & officinis monachorum abſque contradictione vel reclamatione alicujus infractionis clauſtri ſeu cimiterii. Pro hac autem liberalitate vel conceſſione noſtra RADULPHUS prior & univerſus conventus de Caritate, caritatis viſceribus abundantes, conceſſerunt nobis conſocietatem fratrum ſuorum omnium in pſalmis, vigiliis, miſſis, orationibus, & participes nos ſtatuerunt omnium beneficiorum ſuorum. Præterea ſtatuerunt ut ſingulis annis feria ſecunda quando legitur in eccleſia evangelium de operibus miſericordiæ, videlicet in craſtino primæ dominicæ Quadrageſimæ fiat anniverſarium in communi conventu ſolemniter pro defunctis canonicis B. MARTINI & ipſa die incipient pro eiſdem trentenarium, quod annuatim perſolvant, ſicut ſolent facere pro fratribus ſuis, miſſas celebrando, pauperes reficiendo. Datum anno MCLXXI.

LITTERÆ RADULFI prioris & conventus de Caritate canonicos S. Martini ad confraternitatem admittentium.

Annò 1171. Ex archivis S. Martini Turonenſis.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus-ſancti, ſummæ & individuæ Trinitatis. Amen. Quamvis de viſceribus caritatis procedit, licet exigui meriti ſit apud Deum reddere bona pro bonis, noſſe vos volumus, quòd de propenſiori beneficio munificentiæ veſtræ vobis, non quantas debemus, ſed quantas poſſumus, gratias rependentes omnino vobis & eccleſiæ beati Martini nos omni tempore obnoxios exponimus. Quia autem de menſa beati Martini largiſſimam veſtri gratia ſuſcepimus eleemoſynam, de beneficio ſpirituali vobis ejus miniſtris per præſentia ſcripta aliquam reddimus recompenſationem. Sperantes in Domino quod qui vobis præſtiterit voluntatem largiendi divitias carita-

tis veſtræ de cumulo multiplicationis, ſervos ſuos ſemper faciet lætiores. Summam igitur orationum, quas veſtræ memoriæ in perpetuum dedicamus, ſigilli noſtri capituli auctoritate munire decrevimus, ut novum noſtræ dilectionis apud vos in augmentum mutuæ dilectionis memoriale ſit, & veſtra caritas incœpti beneficii circa eccleſiam noſtram incremento in perpetuum neſciat pœnitere. Communicato igitur conſilio concedimus vobis conſocietatem omnium fratrum noſtrorum in pſalmis, vigiliis, miſſis, & orationibus; & tantum vobis concedimus in omni participatione beneficiorum noſtrorum, quantum nos ipſi de ipſa Dei gratia nobis ſperamus & optamus. Præterea ſtatuimus ut omni anno poſt dominicam primam Quadrageſimæ feria ſecunda; ipſo ſcilicet die quo legitur evangelium in eccleſia de pauperum conſolatorum retributione, ſcilicet *hoſpes fui & collegiſtis me* & cetera miſericordiæ opera recitantur, anniverſarium veſtrum fiat pro defunctis videlicet canonicis in communi conventu ſolemniter, & ipſo die incipiat tricenarium quod annuatim perſolvetur, ſicuti ſolemus facere pro fratribus noſtris, ſcilicet miſſas faciendo & pauperes reficiendo. Quoties verò aliquis canonicorum obierit, pro illo fiet quantum pro uno fratrum noſtrorum, & ſcribetur in Calendario, ſolutâ pro eo omni penſione communis officii. Volumus autem, ut monachi qui morantur apud ſanctum Michaëlem, quotiens canonicus beati Martini quotidianus in ſervitio eccleſiæ ſuæ obierit, veniant ad eum ſepeliendum cum cruce & apparatu ſuo, & per tres dies continuos celebrent pro defunctis miſſas & vigilias cum claſſicis, & ad proceſſiones canonicorum veniant poſtquam fuerint ab eis ſubmoniti. Inſuper prædicti monachi perſolvent canonicis beati Martini annuatim undecim ſolidos & octo denarios cenſuales in Pentecoſten: ita quòd ſi terminus ſolutionis tranſierit, liceat vobis vel ſervientibus veſtris capere vadimonia in domibus monachorum abſque infractione domorum vel clauſtri vel cimiterii, & exigere quod juſtum fuerit, ſicut ſoletis à laïcis. Celebratum eſt hoc in communi capitulo, laudante RADULFO priore, Gaufrido ſubpriore, Johanne cellerario, Ganno cambellano, Ebraldo ſacriſta, Tt. infirmario, Simone eleemoſynario, Raynaldo camerario. Nonas Februarii. Amen.

CARTA RODULFI LEODIENSIS pro monaſterio S. Trudonis.

Confirmat Vvederico abbati eccleſiam parrochialem S. Mariæ.

IN nomine ſanctæ Trinitatis RODULFUS Dei gratia Leodienſis epiſcopus WEDERICO venerabili abbati eccleſiæ S. Trudonis & fratribus ejuſdem monaſterii eorumque ſucceſſoribus ſecundum regulam beati Benedicti ſubſtituendis in perpetuum.

A Omnibus quidem ratione ſollicitudinis nobis creditæ debitores exiſtimus, ſed eis præcipuè qui in cultu religionis artiori ſe voverunt profeſſione. Inde eſt quod ſtudium & labores veſtros attendentes erga reformationem eccleſiæ, quæ intus flamma incendii, exterius raptorum violentia graviter attrita eſt, afflictis rebus eccleſiæ veſtræ hac diſpenſatione ſubveniendum conſenſu & petitione Rodulfi archidiaconi dignum duximus. Eccleſia parrochialis titulo beatæ Mariæ B ſemper Virginis, quæ in oppido burgi ſancti Trudonis eſt, jure fundi antiqua & inconcuſſa poſſeſſione cum jure baptiſmali & decimatione ſua veſtra eſt, & nos eamdem vobis veſtriſque ſucceſſoribus propter prædictas cauſas liberam veſtræque diſpoſitioni perpetuò ſubjacendam ſecundùm formam privilegii à prædeceſſore noſtro Leodienſi epiſcopo bonæ memoriæ HENRICO ſecundo vobis dati, epiſcopali auctoritate conceſſimus, omnibus modis uſibus veſtris profuturam. Oblationes igitur altarium cum omni jure parrochiali C & ipſe perſonatus dictæ eccleſiæ, ſicut eum frater Wazo de Leodio & magiſter Henricus de ſancto Trudone habuerunt ad diſponendum & fruendum in quotidianam ſuſtentationem fratrum monaſterii veſtri, cum omnibus pertinentiis ſuis firma & perpetua ſtabilitate veſtra erunt. Salvo eo quod ſacerdotem idoneum & coadjutores ejus ratione parrochiæ, qui parrochialia & ſacerdotalia jura exequantur, & nobis exhibeant obedientiam procurabitis, & obſonia epiſcopalia & archidiaconalia & decanalia ſecundùm quod eccleſia, D quæ dimidia dicitur, debet, ſuo tempore reddetis, & in ſynodalibus nihil amplius quàm quod ſortis veſtræ eſt ratione perſonatûs qui vobis conceſſus eſt uſurpabitis. Idipſum quoque de eccleſia de *Mieles* vobis concedimus. Et ut nec vobis nec alicui ſucceſſorum veſtrorum liceat duas partes decimarum ad vos jure feudi pertinentium, ſub annua penſione in detrimentum eccleſiæ alicui elocare vel impignorare vel in beneficium dare, in quo caſu aliqui abbatum veſtrorum aliquando erraſſe narrantur, omnino interdicimus, & ne in E ambiguum vel in irritum hæc revocari poſſint, conceſſiones prædictas conſenſu & petione prædicti fratris noſtri RODULFI archidiaconi factas, præſenti pagina conſcribi & paginam ipſam adverſus omnem calumniam imagine noſtra fecimus communiri. Horum teſtes ſunt, Heinricus præpoſitus, Hubertus decanus, Bruno archidiaconus & præpoſitus ſanctæ Crucis, Rodulfus archidiaconu & præpoſitus de ſancto Johanne canonici de ſancto Lamberto, Vatterus decanus, Ribertus cantor, JOHANNES abbas F Tuynenſis, decanus de S. Martino Arnulfus, Henricus præpoſitus Hoyenſis & decanus S. Pauli, decanus de ſancto Johanne Benedictus, cappellani curiæ ALEXANDER abbas Anianenſis, Varnerus canonicus de S. Johanne. Data Leodii anno Incar. Dom. MCLXXI.

EPISTOLA

TOLA HENRICI II. glorum regis ad Alexandrum papam III.

mortem ſancti Thomæ Cantuarienſis archiepiſcopi.

ANDRO Dei gratia ſummo ponti- H. rex Anglorum & dux Norman- : Aquitanorum & comes Andega- lutem & debitam devotionem. reverentiam Romanæ eccleſiæ & amo- rum, quem, Deo teſte, fideliter & conſtanter uſque modo ſervavi, Cantuarienſi archiepiſcopo juxta ve- am mandati pacem & poſſeſſionum plenam reſtitutionem indulſi, & eſto commeatu in Angliam transfre- ceſſi. Ipſe verò in ingreſſu ſuo non itiam, ſed ignem portavit & gla- dum contra me de regno & corona t quæſtionem. Inſuper meos ſervien- n ſine cauſa excommunicare aggreſ- Tantam igitur protervitatem homi- ferentes excommunicati & alii de rruerunt in eum, &, quod dicere ore non valeo, occiderunt. Quia am, quam contra illum dudum con- , timeo cauſam huic maleficio præ- Deo teſte, graviter ſum turbatus. Et hoc facto plus famæ meæ quàm con- timeo, rogo ſerenitatem veſtram, ut articulo me ſalubris conſilii medica- veatis.

RODI ROTHOMAGENSIS piſcopi ad omnes epiſcopos & abbates terra regis Angliæ Ciſmarina conſtitutos.

ſe recuſaſſe ferre ſententiam interdicti terram regis Angliæ Ciſmarinam.

Dei gratia Rothomagenſis archiepiſco- us venerabilibus fratribus omnibus epi- & abbatibus in terra regis Angliæ ina conſtitutis ſalutem. teſtimonium veritati exhibere debeat iſque fidelis; hoc præcipuè à ponti- eſt exigendum. Notum ſit itaque ſe- ti veſtræ, quod ex quodam mandato papæ domino Senonenſi & nobis di- licet ipſe occaſionem ſumſerit ferendi tiam interdicti in terram domini re- ſmarinam; nos tamen quibus æque atum fuerat, aſſenſum non præbuimus ræbemus: immo in præſentia & facie oram multis conſtanter etiam recuſa- & adhuc recuſamus: præſertim cùm

Ex hoc loco & altero epiſtolæ ejuſdem Petri Ber- Henricum regem patet auctores reconciliationis ſancti Cantuarienſis archiepiſcopi cum rege Anglorum fuiſſe Bernardi Grandimontenſem & Simonem Carthuſiæ Mon priores. Quod auctores hactenus latuit. Hinc colliges *Theſauri Anecdot. Tom. I.*

A audierimus, dominum regem omni ſe ſatiſ- factioni offerentem; adeo quòd ſi lata eſſet ſententia, relaxari deberet.

EPISTOLA PETRI BERNARDI Vincenarum correctoris ad Guillelmum priorem Grandimontenſem

Annuntiat ei necem ſancti Thomæ Cantuarienſis archiepiſcopi.

B REverendo patri GUILLELMO priori ſuo generali frater PETRUS BERNARDI exgeneralis meliora quàm novit. Anno 1171. Ex ms. Grandimont.

Anglorum regis quid faciemus animæ, aliquando ſorori noſtræ? Denigrata eſt ſu- per carbones extinctos facies ejus. Heu! qui noſtras fundat eccleſias, eccleſiam Can- tuarienſem violavit. Heu! ſi ſcires quod no- vi & portenti fert regis Galliarum aula, ob- C ſtupeſceres. Nam & cœli obſtupeſcunt ſuper hoc cum exprobratione ſuper legatione noſ- tra. Scripſere tùm excellentiſſimus princeps & reverendus pater dominus HENRICUS DE FRANCIA regis Francorum germanus frater, dux & archiepiſcopus Remenſis, tum R. R. pater GUILLELMUS Senonenſis archipræſul HENRICUM Angliæ regem in- teremiſſe ſanctum Thomam Cantuarienſem archiepiſcopum. Obdormiſſem utinam ſolitò profundius quando & ſanctiſſimus papa, & reverendi Galliarum antiſtites me ad eum- NOTA (a) D dem (a) HENRICUM miſerunt cum dom- no priore Carthuſiæ de Monte-Dei. Utinam reliquiſſent nos in ſolitudinibus errantes, ab- ſconditos in cavernis & ſpeluncis terræ Gran- dimontenſis. Vide quantum pietatis infundat in cor meum impietas tanta. Jam ſtylus noſter ſubmergitur. Vale & mecum ſcribente ſcri- bas ad eumdem regem, ſi fortè audiat & con- vertatur. Precor fiat oratio ſine intermiſſione ab eccleſia noſtra ad Deum pro me perturbato.

E

EPISTOLA GUILLELMI prioris Grandimontenſis ad Petrum Bernardi correctorem Vincenarum olim priorem Grandimontenſem.

Conſolatur eum ſuper morte ſancti Thomæ Cantuarienſis archiepiſcopi.

FIdeli ſervo Chriſti & prudenti patri D. PETRO BERNARDI noſtro fratri & Anno 1171. Ex ms. Grandimont. F correctori de Vincennis bonum animum ei reſ- pirare in miſericordia Dei frater WILLEL- MUS prior generalis.

Cruento reverendi patris Cantuarienſis oc- caſu quid turbaris, & cogitationes tuæ aſcen- dunt in cor tuum? Si manum, aut conſilium

quantum poſſint homines mundo mortui & in clauſtri tumu- lo ſepulti, id nimirum quod nec ſummi pontifices, nec reges potuere; & quàm immeritò à ſæcularibus inutiles homines dicantur viri religioſi.

parricidis, ſuadente diabolo, præſtitiſſes, contriſtari deberes triſtitiâ quæ ſalutem operatur. Plaga ſanè crudelis & cruenta, vehementer inflicta eſt Eccleſiæ ſanctæ Dei in internecione ſancti primatis. At quid remedii? Non tam deplorandus qui inſons occidit, quàm qui occidit. Interemto manet corona, intemtori gehenna, quæ immane os jamjam aperuit, ut deglutiat vivum. Quod paternitati tuæ retulere, illuſtriſſimum Anglorum regem hoc flagitium perpetraſſe, difficilè mihi perſuaderem, niſi narrantium dignitas intercederet. Quòd ſi ita eſt, res malè cedit ipſi regi, & nobis famulis ejus; non tamen hac re deſperandum, ſicut calamus quaſſatus non conterendus. Noli turbari quaſi feciſſes; juſtitia juſti liberabit eum, impius autem in ſua iniquitate corruet. Si bene egeris, recipies. Secus ac lepra corpori adhæret quod fœdat, ita culpa ipſi operanti iniquitates. Impietas impii erit ſuper eum. Juſtus filius non morietur in iniquitate patris ſui, ſed vitâ vivet. Filius non portabit iniquitatem patris, nec tu, cariſſime pater, filii tui regis Angliæ, ſi verum ſit quod adeo ei ingenitæ juſtitiæ oblitus fuerit. Ut tibi complaceat anima mea, ſcribam ad eum; ſed epiſtolam futuram credo infirmam, nam coram eo non ſum vir magni meriti. Faciam tamen lubens, ut revertatur ad Dominum. Plurimum tribuit ſanctæ tuæ eloquentiæ. Ergo ab induſtria tua devotè conveniendus, patheticè admonendus, ſollicitâ exhortatione in CHRISTO JESU ſuſcitandus.

EPISTOLA GUILLELMI de Trahinac prioris Grandimontenſis ad Henricum II. Anglorum regem.

De nece ſancti Thomæ Cantuarienſis archiepiſcopi.

SAlutem in eo qui dat ſalutem regibus HENRICO Anglorum regi graviter laboranti, præſertim in interiore homine, frater GUILLELMUS DE TRAHINAC conterritus in Grandimonte veſtro prior & peccator.

Hem, Domine mi Rex, quid eſt quod audio de vobis? Nolo vos ignorare, quod à die quâ didicimus vos lethaliter cecidiſſe, operarios remiſimus devotionis veſtræ ædificantes eccleſiam domûs tuæ Grandimontis, ne in ullo tecum participes eſſemus. Conſideratâ ſiquidem regiæ veſtræ majeſtatis ingenitâ bonitate, & collata ex adverſo cum horrendi parricidii crimine quo accuſaris, non potuit hoc de te ſibi ſuadere anima mea. Quòd ſi inſons, Deo gratias, qui dedit nobis famulis tuis deſiderium cordis noſtri. Si autem proximus & particeps effuſi ſanguinis, attende, nec remaneas infirmus in luto tanti reatus. Planè neſcius ſum utrùm, te conſcio, tam peſſimum facinus deſignatum fuerit, necne. Scribo autem tibi, non ſine timore & pavore; ſi enim tanti criminis fautor, ne dicam auctor eſſes, nollem, nec auderem tecum agere. Quòd ſi, fato neſcio quo, illud evenerit, doleo ſanè ſuper te & mortificata bona opera tua, quoniam ſcriptum eſt: *Si averterit ſe juſtus à juſtitia ſua, & fecerit iniquitatem, omnes juſtitiæ ejus quas fecerat non recordabuntur.* [Ezech. 18. 26.] Nullum jus, ſed nec imperium teneo in voluntatem tuam; & licèt haberem, nullomodo cogerem te. Ingenuus eſt enim hominis animus, mavult duci quàm trahi. Sed ſi quid valet coram te peccatoris oratio, precor, noli perdere fructus bonorum operum tuorum, noli perditam negligere animam tuam, pro qua Chriſtus mortuus eſt. Convertere, & age pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus, & non erit tibi in ruinam iniquitas. Hodie ſi vocem Domini audieris, & non obduraveris cor tuum, orationes famulorum tuorum Grandimontenſium, quas cum jejuniis effundimus & offerimus, aſcendent ad Dominum.

EPISTOLA PETRI BERNARDI exprioris Grandimontenſis ad Henricum II. Anglorum regem.

De nece ſancti Thomæ Cantuarienſis archiepiſcopi.

[Ex mſ. Grandimont.]

HENRICO Anglorum regi pauperrimo, pauper & deſolatus frater PETRUS BERNARDI exprior generalis Grandimontis ſuas lacrymas ad cor emolliendum.

Ut innumerabilia ſunt tuæ devotionis argumenta, ita ſunt inenarrabilia, ô illuſtriſſima, ſed nunc exaurata Angliæ corona, cujus decoris roſæ deciderunt. Nimirum quantum neſcio quid immenſum debemus tibi, ô Rex; ideò durum chriſtianæ reipublicæ, immò duriſſimum, præſertim nobis audire extra Deum factum, & ab eo projectum ne eſſet rex, qui finem nobis bona conferendi invenire non potuit, quique in ſua magnificentia parum eſſe judicat, niſi innumeris obruendo beneficiis Grandimontenſem aliquando ſuum populum noſtrum potius oneraret, quàm ornaret. Tantum, inquam, debemus decoro aliquando diademati tuo, quantum non valemus enarrare. At quid tibi & carmini huic, bene quidem incœpiſſe? at defeciſſe in via Dei, retrogredi eſt. Omnes qui vident, incipient illudere tibi dicentes: *Hic homo cœpit ædificare, & non potuit conſummare.* [Luc. 14. 30.] At quid laudari hic ab hominibus, quibus qui placere ſtudet, ſervus Chriſti non eſt, immò confunditur, quoniam Deus ſprevit eum, & in cœlo à Deo reprobatur, à quo una merces eſt operi noſtro & gloriæ corona de ſola manu ejus animam ſeparari à corpore infirmo dolemus. Poteſtne à Deo vera hominis forma ſeparata manere? Signatum & ſigillatum ſuper nos lumen vultus Dei. Peccato fœdatur & obſcuratur hæc lux gratiæ, quæ ſola ſerenum confert. Excæcatus ab aulicis verborum lenocinio pater præcipitio proximè collidendus eſt, quomodo filii ſuo damnabili ſilentio eum perire ſinent? Vivit Dominus, animam hujuſmodi patris ab his filiis requiret Deus. Si tacuerimus, ſceleris arguemur à Deo nuncupante nos canes mutos non valentes latrare. Suſpendio dignos

Digitized by Google

ſit cum canibus capitolinæ arcis cu- A Quidnam eſt hoc verbum quod di- auperibus Grandimontenſibus? Quo- nuit? Promiſeras patri SIMONI tra- thuſienſium priori de Monte-Dei, & òd paratus eras dominum THOMAM æ epiſcopum ponere ſecundum in re- dummodo ſpeciem humilitatis coram o tibi oſtenderet. Fecit centies quod , & ille jacet in corde terræ. Vocem clamantem ad Deum de terra audi- B Quomodo cecidit verbum ex ore regis; ſanctum & in te venerandum? Verum omnes iſti divites: ſi quid bene facias; mâ eſt gratia; ſi quid peccatum eſt, s iras gerunt. Hæcne threna tragedi s didicere ibides noſtræ eremi? In pe- plebeis & infirmis beneficia omnia con- r quomodo ſi ſcripta eſſent in arena & aris, in iiſdem cordibus permanent in- aratæ quaſi in marmore. Reverendus r *Bechet* archiepiſcopus & irreprehenſi- ancellarii munere coram te perfunctus C quare talem tantumque fidelem delevit O vitream principum gratiam! quid mundo? Nolite confidere in principi- in filiis hominum in quibus non eſt ſa- mò ſalus ipſi domno THOMÆ archiepiſ- antuarienſi, quoniam ab eis occiſus it ſtolam ſuam in ſanguine Agni im- ti. Ideoque beatus, quia vocatus, quia ntroductus ad cœnam nuptiarum Agni. erendum hiero-martyrem! ô beatum cem! cujus anima paradiſum poſſidet, oquidem invenit ſalutem ex inimicis ſuis, D anu eorum qui oderant ſe gratis. Bone auribus noſtris audivimus, & patres no- minus princeps HENRICUS DE FRAN- ar Franciæ, dux & archipræſul Remen- mnus GUILLELMUS ALBIMANUS Se- ſis archiepiſcopus; domnus JOHANNES LLESME Pictavienſis, domnus BER- us Nivernenſis epiſcopi Galliarum pa- arraverunt nobis opus quod operati ſunt i quidam homicidæ, non rex Anglus, opus efarium, indignum homine, multò ma- ge benigno, miſericordi, manſueto, ne- E non benevolo. Corpora, dicebant, ma- imo ſatis eſt proſtraſſe leoni, humiliatum n te, Anglia, primatem D. THOMAM uarienſem de regia tua, o Rex, ſalute ſol- m patrem occubuiſſe ferunt gladiis impio- Willelmi *de Theraci*, Hugonis *de Morville*, lelmi *le Breton*, Renaldi *Urſé*, quos ſi emi- , occidiſti & tu quem occiderunt. Abſit à rege Angliæ. Non credo te adeo fœdum gnaſſe facinus. Ad ſolam vindictam male- orum; laudem verò bonorum gladium por- F Inter agendum de politicis Thæroneus co- Illyricus declarat regem in ſua inſtitutione naugurationе perpetuam in ſe recipere & ere obligationem bene beatèque vivendi, umque judicium obſervandi. Magnus ille rdotum Dei Joïada, dum conſervaret in re- n Iſraël conſervatum uſque ad tempus Joas

filium Okoſiæ, quem furata fuerat amita ejus Joſaba de medio filiorum regis OKOſiæ, qui interficiebantur à lupa illa Athalia, poſuit hic ſacerdos ſuper juvenem regem diadema & teſtimonium. Quod eſt teſtimonium? volumen legis Dei, ut doceret reges à die ſolemni coronationis ſuæ ſingulariter aſtringi legis divinæ praxi. Recordare, domine, quid acciderit tibi, o Rex, cùm conſecrandus eſſes per manus R. P. THEOBALDI archiepiſcopi Cantuarienſis die xx. Decembris, & quòd profeſſionem hanc in manibus epiſcoporum conſecrantium emiſeris. *Ego Henricus, Deo annuente, futurus rex Angliæ, profiteor & promitto coram Deo & angelis, deinceps legem, juſtitiam, & pacem Eccleſiæ Dei populoque mihi ſubjecto.* Et attende, quæſo, quod & cui promiſiſti. Scriptum eſt enim: *Vovete & reddite.* Et iterum: *Diſplicet Deo ſtulta & infidelis promiſſio.* Statue contra te cor tuum, & quære ab eo quomodo & quando votum reddidiſti? Siccine juſtitiam ſervaſti, tuis non reddendo? Dicunt horrendum hoc & immane parricidii ſcelus te perpetraſſe. Nos, licèt inſcii, jamjam ſuper te dolemus, reformidantes quod numquam ſcire vellemus. Quomodo obſcuratum eſt tuæ caritatis aurum obriſum, mutatus eſt color optimus? Eccleſias noſtras extruere & dotare curabas, quomodo Eccleſiæ paſtorem percutiendo, diſperſiſti oves gregis catholici, &, quod dictu incredibile, mactando? Peripateticorum princeps in Ethicis reges vocat Legem vivam. Credo eumdem ſic fuiſſe locutum, pro eo quòd reges ſoleant ſubditorum ſuorum vitam procurare. Sanè ſic te non ſalutaſſet, ſed ſub nomine legis mortuæ, qui tuos mortificaſti. Filius gentium quæ ignorant Deum, fraternâ cæde fœdavit Romæ fundamenta. Abſit autem chriſtianæ veritatis filio, & domorum noſtrarum protectori noſtrorum fundamentorum cœmentum paterno diluere cruore. Odi & execror manus violentas plus quàm piloſas. Prudentiſſimè quamvis Ethnicus rex Antigonus maledixit adulatori ſibi ſuadenti per fas & nefas agere ſuos inter ſubditos & regnicolas. Abſit, inquit, hoc à me: tyrannorum eſt ſic procedere, regum verò ſecundum legis & inſtituta imperii. O dignum optimi regis eloquium! Græcorum ſapientes regem vocaverunt Baſilea, quòd experirentur eum populi baſim & fundamentum firmum. Tu autem quale fimamentum populi judicaberis? Siccine regio fulgens diademate, tuum ſuſtentas & portas populum, populi tui tuumque patrem ſpiritualem è medio tollendo? Meritò vocaberis concuſſum populi fundamentum, & jam ruinæ proximum. Cæcus ille Græcorum vates reges nuncupabat Paſtores. At quis neſciat quòd boni paſtoris eſt tondere pecus, non deglutire? At tu traxiſti, poſſediſti, occidiſti. Quis videat, quis audiat tantam iniquitatem refundi in caput regis, & regis catholici? Ille qui in diebus Saül abſtulerat opprobrium ex Iſraël, vocavit reges Clypeum illa in oratione funebri prædicti regis Saül & Jonathæ amabilium principum: *Abjectus eſt in te Clypeus fortium.* Verſum deci-

Pſal. 75. 12. Eccle. 5. 3. 2. Reg. 1. 21.

mum pſalmi XLVI. in quo gloriatur David: A *Quoniam dii fortes terræ vehementer elevati ſunt,* legit ſanctæ Eccleſiæ doctor Hieronymus *reges ſcuta terræ.* Dato & conceſſo, quos inter reges te inveniam non habeo. Juſti te non ſentiunt in genere ſuo. Reges illi obumbrant ſuper caput populi in die belli. Tu autem, Domine mi Rex, non tantùm avertis faciem tuam à tuis, ipſos etiam interfectos inſepultos relinquis in oculis ſolis, ut quos opprimis indeſinenter contempletur. Fateor, & ingenuè non poteſt hoc B de te ſibi perſuadere anima mea, niſi ex iſtorum patrum ſcriptis exprobratum fuiſſet, ſuſceptâ meâ legatione, cui te facturum ſatis regis promiſeras ſacramento. Tot tantaque nobis contuliſti beneficia; ut quid erit pretii? Ecce enim durus à Deo emiſſus eſt propheta, omnium juſtitiarum tuarum quas feciſti, non recordabitur Deus. In vanum laboraſti ædificando civitates & cellas parvas, in quibus pauci reſident viri ſuper flumina ſanguinis effuſi, flentes dum recordarentur tui zelatoris noſtræ Sion. C Hodie ædificare, & cras deſtruere, quid eſt aliud quàm animam ſuam in vanum accipere? Cùm quæſiſſet divinus vates: *Quis aſcendet in montem Domini?* reſpondit ei Spiritus-ſanctus: *Innocens manibus & mundo corde.* Si hi duo gradus ſunt neceſſarii ad cœlum pertingendum, & primum gradum non poſſis amplius invenire, quò pervenies? Hinc migrare neceſſum eſt. Quò ibis? Quâ die nobis attulit vitam Chriſtus, Chriſti ejus vitam præcidendam pronuntiabas. Incredibile hoc retulere, non credo, D Domine Deus, quis credet auditui noſtro? Dicent de te quicumque hæc accipient: Quid acuiſti linguam tuam ſicut ſerpentis? Si hoc in ſanguinis innocui luto ſic demerſus fueris, ecce factus es ſine corona & ſine ſubſtantia. O duriſſimam ſanguinis Andegavi ſortem! O miſerabilem Angliæ regni quondam florentiſſimi ſtatum! Quando caput dolet, ſentimus cetera membra dolere. Rex populi ſui caput, caput autem regis Chriſtus. Innocuo nocendo, inſontem cædendo, cecidiſti caſu tam pernicioſo, E ut magna ſit tibi Anglorum capiti inflicta contritio, quis medebitur tui? A capite fœtet qualiſcumque piſcis. Populi infirmitas à rege capite ſuo defluit, quia illum quò vult convertit. Conſularis ſatis ſuperque notus ſcribit ad Sempronium, quod inter tuos obſervare licet, ſecus ac in corporibus, ita in imperio. Graviſſimus eſt morbus qui à capite diffunditur de mortuo corde in corpore humano. Quid ampliùs caro noſtra, niſi vermis, fœtor & horror? Parricidii crimine ſuffocato te Britannorum corde, quid valet populus, & nos pauperes eremicolæ famuli tui? F Valde expertus ille qui dicebat: Qualis rex, talis & populus ejus; namque componitur orbis regis ad exemplum. Quodnam, heu! & auguſti regis das nobis exemplum? In oraculo teſtimonii duo cherubim ex ligno olivarum factos auroque textos poſuit magnus prudentiæ rex Iſraël, ad quid ſupremas poteſtates eccleſiaſticam & temporalem Deo offitiantes caritate & benignitate decorandos edocebat, cujus generis olivarum erat illud lignum. Ex quo te compoſitum clamabit poſteritas? dum Ahias Solonites Iſraëliticus colloqueretur in via cum Jeroboam, onuſto ex ſciſſuris pallii novi regem Iſraël vocabat lucernam. Quid eſt hoc? Ad nihilum valet lucerna, niſi abundet oleo cum lumine. Ita rex quantumvis fulgeat auro, gemmis in ſceptro radiantibus, parum eſt, niſi caritate & beneficentiâ emineat. Audivimus & nos, dum mediâ nocte ſurgeremus ad orandum ſponſum nolentem recipere noviſſimè venientes quinque virgines quæ non ſumſerant oleum ſecum, ipſaſque confundentem cum repulſâ evangelicâ, Neſcio vos. Oleum paſſim in ſcripturis effuſum ſymbolum miſericordiæ & magnificentiæ regiæ, quæ infirmorum ac ſubditorum miſeriis ſubveniendo, proximè accedit ad oleum quod videmus ſupernatare aliis liquoribus; ideoque, ut reor, reges non conſecrantur vino aſpero, aut aceto, ſed oleo miſericordiæ, ut diſcant ab hac die ſuæ coronationis facere utique miſericordiam cum judicio. Ad hoc ut vigiliis addicta luceat lucerna, debet teneri recta; ſic reges populorum lucernæ debent eſſe, magnifici, recti, amantiſſimi, & ſuorum commodis invigilare. Nunc itaque vides ad verbum Dei veram lucernam poſitam pedibus regum, quia lumen quod erat in te tenebræ ſunt, & tenebræ ſuper univerſam terram tuam per ſcandalum quod omni populo tuo poſuiſti, & hoc vidiſti: Majoreſque cadunt latis de montibus umbræ. Omne animi vitium tantò conſpectius in ſe crimen habet, quantò major qui peccat habetur. Jeroboam quia rex Iſraël pluſquàm quis alius Hebræorum Deo diſplicuit idololatriæ crimine, eò quòd peſſimo ſcandaloſo vitæ exemplo peccare fecit populum Iſraël. Et ſanè imperatoris colluſio, ut notat Egeſippus, populo proponitur quaſi lex flagitiorum. Omnis princeps quaſi populi ſui monarchiæ cenſetur, qui eum exempli ſui gubernaculo, ſive timone, quò vult, ſive ad bonum, ſive ad malum, eum convertit. Nonne tibi aliquando retulere legati trium Magorum, quòd dum turbatus eſt Herodes, turbatur & omnis Jeroſolyma cum illo? Turris quò altior eſt, eò caſus ejus gravior; ruina extenſione major, ſtrepituſque cadentis & fragor & terribilior; ita reges (quoniam vitia neminem latere poſſunt) qui facti ſunt turres fortitudinis gentium ſibi commiſſarum à facie inimici ſævientis, quando depravatis moribus, & opere perdito cadunt, magnam cauſant ruinam in ſubditorum mentibus. Declaravit Via, Veritas, & Vita Chriſtus, princeps regum terræ, non de malo mulierculæ opere, quæ ſe ſequebatur, ſed de principis apoſtolici crimine reformidandum illud: Væ homini illi per quem ſcandalum venit. Quantum, proh dolor! quantum eſt ſcandalum hoc quod tuis poſuiſti? Manhu! tu qualis, tu quantus, & quis es, & quid feciſti? Viden utrum hoc facinus principem tui ſanguinis addeceat? Poſuiſti offendiculum fratribus redemtionis tuæ, lapidem offenſionis, & petram ſcandali. Magiſter de diſcipulorum nugis, dominus

Digitized by Google

um inſolentia, pater de filiorum ma- A
us, ita rex de ſubditorum exceſſibus
reddet in die judicii. Omnia illorum
ſive levia, ſive gravia, in caput regum
atur. Quòd ſi, Deo inſpirante, tam
ı, quàm infamem tui nominis notam
e & delere meditaris; quatuor illi ſica-
nmanitate nobiles, extremis afficiendi
ppliciis, & è finibus humanæ naturæ
ninandi & exterminandi; non patiaris
ere in terris tuis, nec hoc te prætereat,
ntiâ tuâ, aut participatione cum illis B
excommunicatis deſiiſti vitam ſpirita-
ere, vivere nolo ampliùs vitam tempo-
Tanta talique in conſideratione apud
ſalus tui diadematis, quantum profert
te cupit etiam fieri anathema. Vellem,
ı, te numquam nobis bona feciſſe, quo-
patre à filio occiſo, brevi Deus judex,
, fortis, qui armat creaturam ſuam ad
m ſuam (quia quâ menſurâ menſi fue-
remetietur: & qui fuderit ſanguinem,
tur ſanguis illius) paternum contra ſce- C
dominationis tuæ æternæ, ſuſcitabit ze-
marum filiorum tuorum. Verumtamen
Deus me falsè prophetare; interim præ-
animam tuam ad tribulationem. Pecca-
peccavit Jeruſalem, propterea inſtabilis
eſt, nec eſt pax oſſibus regiis, id eſt inte-
hominis partibus ſuperioribus, à facie
torum ſuorum. Salomon litem ſuam in-
ndo, revelavit potentes potenter tormen-
ſſuros, quoniam æternus Judex non vere-
magnitudinem cujuſcumque. Jamjam D
dolorum noviſſimus judicium reformidat,
d fiet duriſſimum his qui præſunt. Hoc
gravi verborum pondere de bono opere
lapidamus, ſed de blaſphemia, de execra-
e & mendacio, ſi verum parricidium quod
tum eſt, zelo zelatus pro filiis Domini Dei
rcituum, ſpinæ noſtrarum eremorum lin-
dolatæ ſunt aculeata, non ſine punctura lo-
ntur; verùm ita pungant, ut compungan-
compungendi ad ſalutem. Acerbæ queri-
niæ meæ non ſuccuſſant, ne deterius quid E
tingat; magnæ ulcerum ſaniei validius de-
ſivum neceſſe eſt, ex modico vulnere tabi-
m facit ulcus nimis blanda chirurgi ma-
s; non audit medicus fidelis inter reſecan-
m putridum membrum lamentabilem amici
i vocem, ſed ad ſalutem. Volo, Domine mi
ex, te talium ſermonibus, aut conſiliis uti,
i tam timeant palpare vitia, quàm detractare
rtutibus. Vendant alio loco & oleum ſuum
eccatores illi adulatores, quàm coram te; pu-
a regum imago non vult oleo peccatoris im- F
inguari caput ſuum. Etſi te lactaverint pecca-
ores aulici, ne acquieſcas eis; molliti ſunt ſer-
nones eorum, ſed ipſi ſunt jacula. Offerant
Samaritani (intelligo animæ tuæ cuſtodes)
oleum & vinum, ut animæ inſolentis infundant
vulneribus, utinam & ego cum eis fierem apud
te idoneus miniſter novi teſtamenti, duris ver-
bis veniens ad te, vinum increpationis debitæ
nfunderem uſque ad cordis tui contritionem;

& hoc eſt agere miſericordem in hoc genere fuiſſe crudelem. Dum vos alloquimur, fili Excelſi, blandiri vobis nec volentes, nec debentes, indignationem fortè tuam adverſus nos concitabimus; nihil vereor, nec facio animam meam pretioſiorem quàm me; melius eſt mihi cum illa à duobus ſenibus inveteratis dierum malorum accuſata incidere in manus hominum abſque opere malo, cum obtruncato domino Cantuarienſi, quàm in manus Dei viventis (quod horrendum credebat gentium doctor.) Pereant per me licèt bona noſtra temporalia, modò non amittat æterna anima tua, pro qua CHRISTUS mortuus eſt, juſtus pro injuſtis. Longiùs progredi, & diutius tecum verſari, duo mihi prohibent, ſilentium imponendo. Primò majeſtas tua ſupra vires execrandis compedita & nimis involuta negotiis, quàm innocente fuſo ſanguine lethaliter doleo ſauciatam. Secundò contagioſum hocce vulnus excommunicationis in anima tua inflictum prohibet me tecum agere, ne tam pernicioſâ labe inficiatur animâ mea quondam tua, niſi uſquam reſipiſcas: quoniam ſanctiore titulo prohibet Paulus ſcribens Corinthiis, non commiſceri, nec cibum ſumere cum avaris, aut rapacibus. Sed & diſcipulus quem diligebat JESUS, commendans Electæ dominæ, & natis ejus caritatem: *Si quis venit ad vos, & hanc caritatis doctrinam non affert, nolite recipere in domum, nec Ave ei dixeritis; qui enim dicit illi Ave, communicat operibus ejus malignis.* (1 Joh. 10) Tu autem qui noſti, quòd oportet nos mutuam vicem reddere parentibus animarum noſtrarum, intelligis nos tecum non ampliùs debere communicare, niſi priùs depoſueris ſordes animæ tuæ. Erat Jeroſolymis probatica piſcina, ubi, motâ aquâ, qui priùs deſcendebat in eam, ſanabatur. Sunt & Romæ natatoria Siloë, quod interpretatur Miſſus, ſeu Apoſtolus, quoniam ibi apoſtolica ſedes, quæ peccatores excipit ad pœnitentiam. Vade itaque ad hæc natatoria Siloë; quod ſi FREDERICI Auguſti armis intercluſum eſt iter, deſcende in Jordanem pœnitentiæ; aquæ enim ſanè meliores ſunt Abana & Pharphar fluviis Damaſci. Feſtina, ne tardaveris, periculum in mora, lavare ſepties. Hoc repurgato & reparato, miſeras & miſerabiles animæ tuæ ruinas ſeptenâ hacce lotione, confeſſione, lachrymis, jejuniis, ſatisfactione, diſciplinâ, peregrinatione ad loca ſancta, & eleemoſynis, peccata tua redime. Adhibe quam viduaſti Eccleſiam, ut pro te oret. Nos quidem non ceſſamus orantes pro vobis nocte ac die, ut præveniendo faciem ejus in confeſſione revertaris ad Dominum, ſi fortè audias nos & ſaneris ab eo. Hâc ſine lotione obliviſcere noſtri, nihil tibi & nobis; qui aves cœli paſcit nos curabit. Epiſtolas tuas non expectamus, ſed nec expetimus, non amplius reſcribas, quia nomen tuum deletum eſt de libro viventium, neque te faciem tuorum excommunicationis fulmine conbuſtam videamus, ne maledicto participes effecti tecum ſeparemur ab uſu gratiæ Dei, ſine quo nihil poſſumus facere. Si vis nos invenire; revertere, revertere ad pa-

Digitized by Google

trem noſtrum cœleſtem, in quo & per quem vivimus, movemur & ſumus, & dicito ei in ſpiritu humilitatis & in animo contrito: Ego qui iniquè egi, Pater, in cœlum & in tuos, nihil amplius à te expecto. Sic miſerere animæ tuæ placens Deo: expectat quidem, donec veniat immutatio tua. Grandimontenſis populus gemens & quærens à Deo qui dat eſcam omni carni, pro te panem gratiæ in cinere & ſacco factus obediens Deo. In noſtro priore generali hæc tibi loquor & exhortor in CHRISTO-JESU Domino meo diſtricto judice, qui, licet ſint omnia oculis ejus nuda & aperta, accuratam operum noſtrorum inquiſitionem ſcrutaturum ſe dicit in lucernis Jeruſalem, quamquam dilectam. Quid faciet eis quos reprobavit? malos malè perdet, verba ſunt ſancti evangelii, Qui ex Deo eſt, verba Dei audit.

EPISTOLA ALEXANDRI Papæ III. ad Joſcium archiepiſcopum Turonenſem & ejus ſuffraganeos.

Confirmat ſententiam interdicti latam in Ciſmarinam terram regis Angliæ propter vim illatam S. Thomæ Cantuarienſi archiepiſcopo.

ALEXANDER epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabilibus fratribus Jo. Turonenſi archiepiſcopo & univerſis ſuffraganeis ejus & eccleſiaſticis perſonis in ſua provincia conſtitutis ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

In apoſtolicæ ſedis ſpecula licet immeriti conſtituti, univerſorum exceſſus per nos aut per eos qui ſunt in partem ſollicitudinis nobis commiſſæ aſſumti, provida debemus circumſpectione corrigere, & ſingulorum erratibus pontificali moderantia obviare: ne nobis diſſimulantibus, vitia videantur virtutibus prævalere. A memoria ſiquidem noſtra non excidit, qualiter pro pace ſanctæ recordationis THOMÆ Cantuariæ archiepiſcopi, cujus anima Deo, ſicut credimus, pretioſo martyrio dedicata in cœlis cum ſanctis habitat, juxta officii noſtri debitum ſolliciti & vigiles exiſtentes, venerabilibus fratribus noſtris WILLELMO Senonenſi apoſtolicæ ſedis legato & Ro. Rothomagenſi archiepiſcopis mandaverimus, ut ſi rex Anglorum ei eccleſiam ſuam in omni pace & libertate non dimitteret, & ablata non reſtitueret, nec pacem quam ſecum fecerat firmiter conſervaret, terram ejus Ciſmarinam interdicto ſubjicerent: & ſi uterque aliquo caſu intereſſe non poſſet, vel nollet, alter nihilominus mandatum noſtrum ſtudioſius adimpleret. Quia vero prænominato Ro. Rotomagenſi nolente mandatum noſtrum exequi, id per jam dictum Senonenſem eſt adimpletum, nos de communi fratrum noſtrorum conſilio, ſententiam quam idem archiepiſcopus de mandato & auctoritate noſtra in totam terram Ciſmarinam prædicti regis Angliæ protuliſſe dinoſcitur, ratam & firmam habentes, & eam autoritate apoſtolica confirmantes, univerſitati veſtræ per apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, & in virtute obedientiæ ſub periculo ordinis & officii veſtri præcipimus, quatinus eamdem ſententiam in terra quæ eſt in ditione memorati regis, uſque ad dignam ſatisfactionem firmiter & inviolabiliter obſervetis, & ab aliis faciatis inviolabiliter obſervari: nec aliquis veſtrum eam relaxare, vel contra ipſam ſine mandato Romani pontificis vel legati ab eo deſtinati divina officia celebrare præſumat. Data Tuſcul. II. Idus Maii.

NOTITIA Quomodo Herveus abbas Villelupenſis conceſſit fratribus Carthuſiæ locum dictum Ligetum cum pertinentiis ad deprecationem Henrici regis Angliæ pro centum libris.

Ex cartario Villelupenſi.

FIrma rerum geſtarum memoria ſcripto conſervatur, atque contentionis occaſio e medio removetur. Hanc itaque duplicem conſiderantes ſtabilitatem litteris notificare curavimus tam poſteris quàm præſentibus, quod dominus HERVEUS abbas ſancti Salvatoris Villelupenſis conceſſit cum aſſenſu totius capituli ſui fratribus Carthuſiæ locum illum qui vulgo (a) Ligetum appellatur, cum pertinentiis ſuis intuitu caritatis & precibus domini HENRICI regis Angliæ, ducis Normanniæ, Comitis Andegaviæ, & prece domni Stephani ſeneſcalci tunc perpetuo poſſidendum: ita tamen quod domnus rex gravedinem Villelupenſis domûs diligenti animo conſiderans, dedit Villelupenſibus fratribus centum libras & quittare fecit duos alietos quos ipſi de Crepdone debebant. Hoc autem factum eſt in manu Guillermi prioris & fratrum qui cum eo tunc temporis manebant, fratris Herberti, & fratris Guillermi, & fratris Martini, & in præſentia plurimarum perſonarum MAURICII Belli-loci abbatis & domni GAUFREDI abbatis ſancti Juliani Turonenſis, præſentibus etiam legatis ipſius regis, Stephano ſeneſcalco, Guillelmo Cloet, Archambaudo de Vindocino, Henrico præpoſito de Lochis, Gaufredo Beſogers, atque ingenti multitudine monachorum, Dionyſio ſcilicet, Arnulfo, Rodulfo, Haimerico, aliique clericorum & laicorum quam plurimi, ſcilicet Raginaudus de Sinaparris, Johannes Nommaia, Thomas Raier, Gaudricus, Odulricus & quam plures alii.

(a) Carthuſiam de Ligeto in diœceſi Turonenſi in pœnam necis ſancti Thomæ Cantuarienſis archiepiſcopi fundatam ab Henrico Anglorum rege tradunt.

EPISTOLA ENCYCLICA de obitu Yvonis II. abbatis S. Dionyſii.

UNiverſis matris eccleſiæ filiis & fidelibus humilis & afflictus beatiſſimi martyris Dionyſii conventus ſalutem & gaudium exoptat, atque ab his mutuò ſolatii opem implorat.

Juſtum etenim valde eſt, ut qui unius Domini ſumus famuli, ejuſdem membra capitis, invicem nobis compati debeamus, & condolere expedit. Idcirco obitum vobis venerandi patris ac paſtoris noſtri bonæ memoriæ YVONIS flentes dolenteſque intimamus, ut pietatis intuitu viam univerſæ carnis ingreſſo orationum aliquod ſuffragium impendatis. Pro quo, ut devotius apud communem judicem intercedatis, aliqua illius bona, quæ ex familiari convictu didicimus, breviter hic & fideliter perſtringemus. Vir profectò fuit, in quem Deo volente, bona plurima noſcuntur concurriſſe, in quem tam natura quam induſtria uberius viſæ ſunt ſua congeſſiſſe munera. Fuit à primis annis bonis ſemper moribus, fuitque verecundus, bonæ ſpei, opinionis optimæ, conſortia imperitorum ſtudioſè declinans, bonorum amicitias amplectens. Erat litteris optimè imbutus, utroque ſermone, vulgari ſcilicet & latino facundus, qui pro commiſſa ſibi eccleſia confidenter uſque ad admirationem & prudenter loquens, in conſpectu regum non confundebatur. Floruerunt in eo vitæ ſimul honeſtas & mira magnanimitas, intentio recta, fiducia grandis, vox & bona conſcientia. Erat facies illius ſerena, mens ſeria, ſermo modeſtus, & ab obſcœnitate remotus. Circa ſubjectos benigniſſimus, tardus ad vindictam, pronus ad veniam. Non erat exactor vehemens, non rapax, non in reatibus inveſtigandis perſequax. Ultio illius moderata, correptio non cruenta, aliena magnopere merita publicans extollebat, ſupprimebat propria. Aſſentatoribus autem non accommodabat, delatores verbo vultuque repellebat, ſemper ad meliora pronior. Fuit illi aſſumto regimine mira in victu parſimonia, familiaritas non modica, cum litteris divinorum librorum lectio frequentiſſima, quos & ſtudioſè & magnis expenſis ipſe confecit, & pro theſauro grandi reliquit monaſterio. Vigebat in eo tenax ad retinendum memoria, ad dicendum prælatio decentiſſima. Hunc talem cum à Deo nobis conceſſum diutius nos crederemus habituros, raptus eſt & revocatus in dimidio dierum ſuorum, in robore juventutis, annis junior, maturior actu. Vix nobis quatuor præfuit annis, multa egregiè in rebus ſibi commiſſis facturus, ut creditur, niſi morte celeriori fuiſſet præventus. De cujus morte jacturam tulimus graviſſimam; ſi tamen jactura dicenda eſt boni paſtoris ad Deum præmiſſio. Deceſſit valde juvenis, quod dolorem noſtrum amplius exulcerat: quia luctuoſum mortis genus eſt, quæ immatura accidit & acerba; ſed tam longa, tam iniqua cruciatus eſt valetudine, ut ſi quid in eo velut in homine purgari oportebat, purgatum penitus tam mora longi temporis, quam acerbitate languoris credibile ſit; maximè cum inter continuos cruciatus juſto ſemper judici gratias referret. De cujus tranſitu dubitari poteſt utrum fieri debeat & mors vocari, qua talis viri mortalitas finita potius eſt quam vita. Nunc igitur omnes viri boni, in quibus reſpectus eſt humanitatis & pietas, condeſcendite dolori noſtro; orate miſericorditer pro tali viro, ut & ipſius anima ex veſtris precibus ſentire poſſit remedium, & nobis aliquod impertiatur ſolatium, voſque apud inſpectorem cordium Deum caritatis impenſæ mercedem & humanitatis conſequamini meritum.

CARTA FUNDATIONIS monaſterii de Boſco-Raherii prope Turones ordinis Grandimontenſis.

Poſt annum 1172. *Ex ms. Annalibus Grandimontis Johannis l'Eveſque.*

HENRICUS Dei gratia rex Angliæ, Dux Normanniæ & Aquitaniæ, & comes Andegaviæ archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, comitibus, vicecomitibus, baronibus, juſtitiariis, ſeneſcallis præpoſitis & omnibus bailliviſ ſuis ſalutem. Sciatis nos intuitu Dei, & pro ſalute animæ noſtræ & animarum omnium anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, & pro ſtabilitate regni noſtri dediſſe & conceſſiſſe & præſenti carta confirmaſſe Deo & beatæ Mariæ & fratribus Grandimontis ordinis locum de Boſco-Raherii & totam terram & totum nemus ſicut exteriora foſſata ipſorum undique concludunt, dividunt & diſtinguunt, ad utendum pro voluntate ſua, & quicquid eis placuerit faciendum: ita quod in prædictis, terra ſcilicet & nemore nullam juſtitiam, nec aliquod dominium, nec aliquid juris nobis vel heredibus noſtris vel ſucceſſoribus noſtris retinemus. Dedimus etiam & conceſſimus fratribus ſupradictis per totam foreſtam noſtram de Boſco-Ogerii prope Locham, & per totam foreſtam noſtram de Cainone, & per totam foreſtam noſtram de Bruſſennaio uſagium ſuum: ita quod dicti fratres in dictis foreſtis & in omnibus de foſſis earumdem factis vel faciendis à nobis vel ſucceſſoribus noſtris indifferenter capiant & explectent quidquid ad uſum & ædificationem ipſorum, & domorum ſuarum & omnium pertinentiarum ſuarum viderint expedire. Dedimus etiam & conceſſimus prædictis fratribus in loco prædicto habitantibus trecentas libras Andegavenſium ſingulis annis habendas & percipiendas, ſcilicet apud Locham de forragio noſtro centum libras ad aſſumtionem beatæ MARIÆ, & apud Turonum de firma noſtra centum libras, ſcilicet

quinquaginta ad feſtum Pentecoſtes, & alias quinquaginta ad feſtum omnium Sanctorum; & apud Caïnonem de firma noſtra quinquaginta libras, ſcilicet xxv. ad feſtum Pentecoſtes, & xxv. ad feſtum omnium Sanctorum; & apud Maetum de cenſibus noſtris triginta libras ad feſtum beati Martini hyemalis; & apud Caſtrum Ligeris de cenſibus noſtris xx. libras ad feſtum beati Martini hyemalis. Præterea dedimus fratribus ſupradictis minagium Caïnonis & totum dominicum nemus noſtrum in Eſplanta deſuper Ponte Vencaii cum fundo & bera, & quidquid juris & dominii in eiſdem habebamus: ita quod in prædictis, ſcilicet minagio, nemore & bera nullam juſtitiam, nec aliquod dominium vel aliquid juris nobis vel noſtris ſucceſſoribus retinemus. Dedimus etiam & conceſſimus prædictis fratribus duos homines apud Turonum, & unum apud Montem-Baſonis, & alterum apud Cormeriacum ſucceſſive, liberos & immunes in toto regno noſtro tam in aqua quam in terra ab omnibus coſtumis & actionibus ad nos & heredes ſive ſucceſſores noſtros ſpectantibus, ſcilicet tallagio, pontagio, telonio, paſſagio, paſcuagio, minagio, foſſagio, exercitu, equitatu, & omnibus aliis exactionibus, cujuſcumque ſint generis. Quare volumus & firmiter præcipimus, quod prædicti fratres omnes eleemoſynas noſtras expreſſè ſuperiùs nominatas habeant bene & in pace, liberè & quietè, plenariè & integrè, & honorificè, ſicut eiſdem eas dedimus & præſenti carta confirmavimus. Modis etiam omnibus prohibemus, ne quis ſucceſſorum noſtrorum, filius aut heres, ballivus, ſerviens præpoſitus, miniſter, vel aliquis alius his eleemoſynis noſtris ſive donationibus eas ſubtrahendo vel auferendo, vel minuendo, aut detinendo, vexando, vel diſturbando vel mutando, vel aliquo modo alio contraire præſumat. Et ſi quis eas modo aliquo infringere aut perturbare attentaverit, omnipotentis Dei & beatæ MARIÆ & omnium ſanctorum indignationem & graviſſimam in die magni judicii ſentiat ultionem, ac noſtram ſimiliter maledictionem incurrat. Teſtibus (a) RICHARDO Cantuarienſi archiepiſcopo, & ROGERIO Eboracenſi, R. Guin. G. Elienſi, J. Northum. epiſcopis RICHARDO de Luci comite, ALBERICO comite de Clara, &c. Apud Northamton.

BERNARDI EPISCOPI BITERRENSIS decretum pro canonicis defunctis.

Incipit conſtitutio domini epiſcopi, & ejus canonicorum Biterrenſium.

SI ex humanæ conditionis neceſſitate corporum refectioni pervigili ſtudio cura adhibetur, animarum quoque alimoniæ curâ diligentiori potius eſt invigilandum, nedum deliciis corporalibus nimis inſiſtitur, animæ ſuæ remunerationis gaudiis priventur. Cum enim pauperum inopia ex piæ intentionis propoſito relevatur, animæ profecto ſpiritualis cibi conſolatione recreantur; quæ cùm non valeant paſci pane corporali, dum pauper paſcitur in ejus cibo, cœleſtis panis ſaturitate potiuntur. Hanc itaque rationis diſciplinam ego BERNARDUS Biterrenſis epiſcopus, & filii mei ejuſdem eccleſiæ canonici conſiderantes, perpetuò inſtituimus, ut cùm aliquis fratrum noſtrorum fatum extremæ ſortis ſubierit, à die mortis triginta diebus continuis, ſicut & unus in refectorio miniſtrabitur, ſic in ejus ſalutis remedium uni pauperi in eodem refectorio miniſtretur. In die quoque ejuſdem anniverſarii annuatim portio victualium ſicut uni viventium, ſic in defuncti vicem uni pauperum offeramus. Supradicta igitur prooemii firmitate volumus ſubſiſtere, ſub anathematis pœna prohibentes, ut nullius temeritatis præſumtione valeat violari. In hac autem conſtitutione præſentes fuerunt Bernardus Guillelmi archidiaconus, Manfridus archidiaconus, magiſter Quiraldus præcentor, Petrus de Leboriaco, Bernardus de Narbona camerarius, Raymundus de Cantobre, Bernardus de Auriliaco, Raymundus de Savinaco.

TESTAMENTUM potentiſſimi viri Arnaldi de Fenoleto, in monaſterio B. Mariæ de Craſſa ſepulti.

Anno 1173. Ex mſ. Colbertino & arch. Fontfrigid.

IN anno milleſimo centeſimo ſeptuageſimo-tertio menſe Octobris, regnante LUDOVICO rege, ſcripta in civitate Narbonæ fuit hæc carta teſtamenti, ſeu ultimæ diviſionis, quam fecit ARNALDUS DE FENOLETO. Nos igitur, ſcilicet ego Bertrandus de Auriaco, & ego Petrus Oliverius de Termino, & ego Petrus Mir de Lauraco, & ego Bonefacius de Penna, & ego Raymundus de Solage, & ego Berengarius de Vilar, & ego Guillelmus Petri de Auriac, & ego Bertrandus de Claromonte, & ego Berengarius Pelliparius, in veritate teſtificamur, & verum eſſe confitemur, & tactis ſacroſanctis evangeliis, iſtud probamus coram te domino PONTIO archiepiſcopo Narbonæ, & coram te domina ERMENGARDI vicecomitiſſa, quòd nos omnes convocati teſtes, ſimul fuimus præſentes, quando ARNALDUS DE FENOLETO in villa S. Mariæ de Graſſa, in domo Berengarii Belliparii, in infirmitate ſua, plenus tamen ſenſu & memoriâ, ſuum teſtamentum, vel ultimam diviſionem, nobis præſentibus, ſimul & ad hoc convocatis, diſpoſuit in vigilia proximæ præteritæ feſtivitatis ſancti Michaëlis, quæ fuit ſexta feria circa auroram, & mortuus ante meridiem eadem die fuit, nec poſteà ipſam voluntatem mutavit. Dixit ſe jam olim aliud teſtamentum feciſſe, & modò illud mutare

(a) Hinc colliges hanc fundationem factam fuiſſe poſt annum 1172. quo Ricardus fuit electus archiepiſcopus Cantuarienſis, & ſancto Thomæ ſubrogatus.

mutare velle. Donavit & reliquit S. Mariæ Fontis-frigidi pro anima ſua campum unum de melioribus quos ipſe habebat in plano de Relano: ut tamen monachi ipſius monaſterii ulterius non moveant querelam de ſolidis mille quos à prædicto Arnaldo petebant, & ultra hoc donent monachi quingentos ſolidos Roſſilionenſium hominibus de Solſa pro emenda malefactæ quam eis fecerat: & iterum donent monachi ducentos ſolidos Melgorienſes monaſterio de Graſſa, ubi reliquit corpus ſuum ſepeliendum. Reliquit hoſpitali Hieroſolymitano & militiæ Templi æqualiter quidquid habebat in villa de Prugnanas & terminiis ejus: ut tamen æqualiter liberent prædictum honorem à creditoribus de trecentis ſolidis. Reliquit uxori ſuæ mille morabotinos, qui perſolvantur ipſi ab heredibus ejus pro partibus ſingulis competentibus ex omnibus reditibus caſtri de Fenoleto, vel honoris ad caſtrum pertinentis: quem totum honorem ipſa uxor ejus teneat, quouſque prædicti mille morabotini ei ſolvantur. Reliquit & dixit, quòd ſi uxor ejus prægnans eſſet, totum honorem ſuum, excepto prædicto relicto pro eleemoſyna, filius, vel filia ab ea genitus haberet; & quandocumque uxor ipſius Arnaldi à filio vel filia quam generabit vellet diſcedere; homines ipſius Arnaldi prædictæ dominæ mille morabotinos redderent prædictos. Et ſi filium, vel filiam viventem non genuerit, vel ſi filius, vel filia genitus, morerentur ante ætatem quâ poſſent res ſuas ordinare, reliquit & donavit BERENGARIO de Petra-pertuſa nepoti ſuo caſtrum ſuum de Fenolet cum barrio ejuſdem caſtri ab areis in ſurſum, ſalvâ fidelitate dominæ ſuæ ERMENGARDIS vicecomitiſſæ. Donavit & reliquit eidem BERENGARIO nepoti ſuo medietatem omnium agreriorum, & quarti, vel quinti omnium redituum, & medietatem hortorum & molendinorum omnium qui ſunt in prædicto caſtro, vel ejus terminio, & medietatem cujuſdam villæ quæ vocatur ad Ortos, & medietatem alterius quæ vocatur Aragnanas, & medietatem alterius quæ vocatur Cerdan, & medietatem villæ quæ vocatur Caſas-novas, & medietatem totius honoris, vel tricturæ quam ipſe habebat in prioratu, vel honore S. Pauli, exceptâ tabernâ quam ipſe faciebat in villa de Lanciano; quam tabernam ipſe abſolvit & reliquit, & præcepit, ne aliquis heredum ipſius umquam ibi tabernam faceret. Et reliquit eidem BERENGARIO nepoti ſuo medietatem omnium militum & feudi ipſorum, quod ipſe Arnaldus habebat propter caſtrum de Fenoleto, vel ejus terminos; vel propter caſtrum S. Stephani de Celerac. Totam verò aliam medietatem ſupra dicti honoris donavit & reliquit BERTRANDO DE AURIACO, & PETRO OLIVERIO DE TERMINO fratri ipſius æquali portione, propter propinquitatem parentelæ ipſorum, & ſervitii quod ipſi duo Arnaldo fecerant. Et mandavit & præcepit, ut prædictus BERENGARIUS ſit fidelis adjutor & defenſor pro poſſe ſuo de prædicto caſtro, Bertrando & Petro Oliverio fratribus, de toto honore quem eis duobus fratribus relinquebat, & ipſi duo ſimiliter ei Berengario. Totum verò alium ſuum honorem, excepto ſupradicto, ubicumque habebat, vel habere debebat, donavit & reliquit æquali portione quatuor ſororibus ſuis, ALDÆ, BRUNISSENDI, DEUDÆ, ALAMANDÆ; & præcepit & mandavit, ut quando uxor ejus poſt ſolutionem debiti ſui reliquerit honorem ſuum, conſilio proborum & bonorum virorum, de omnibus redditibus exeuntibus uſque ad decem annos totius honoris ſui, ubicumque eſſet, ſolverentur omnes querelæ quæ fierent contra Arnaldum prædictum à ſupraſcriptis novem teſtibus, & à Guillelmo de Pictavio, & Hugone Margalone pracentore S. Juſti, & Raymundo de Salis, & magiſtro Lombardo, & Hugone de Plano vicario, & Guillelmo de Caſtro, & Matfredo de Vilari, & Hugone de Moltomec, & à domino PONTIO archiepiſcopo, & à domina prædicta ERMENGARDI vicecomitiſſa. In quorum omnium præſentia ſupraſcripti novem teſtes juraverunt ſupraſcriptum teſtamentum verum eſſe in buata, quæ eſt ſubtus vetus palatium; & hanc cartam ſigillo proprio firmaverunt ad perennem rei memoriam. Ego Raymundus de Periniano rogatus & mandatus ſcripſi menſe & anno quo ſuprà. Arnaldus monachus tranſlatavit.

PRÆCEPTUM LUDOVICI VII. REGIS contra Judæos.

QUoniam caduca fragilitatis humanæ conditio vix bene mundum ingreſſa peregrina egreditur; & pene ſimul eſſe incipit & deſinit: ſed & hominis opus non degenerans, ſuum labendo profitetur auctorem. Ego LUDOVICUS Dei gratiâ Francorum rex, litterarum vivacitati, quæ & hominem & hominis opus & memoriâ diutinâ ſuperſtes fidelitate tranſgreditur, commendare, & tam futuris, quàm præſentibus certum facere decrevimus, quòd pro amore Dei & animæ noſtræ redemtione in villa Caſtri-Nantonis, ne alicui Judæo in eadem villa die vel nocte, niſi per legitimum teſtimonium, gagium aliquod, ſive equum, ſive beſtiam aliam liceat recipere. Ut autem inſtitutio noſtra rata, & per ſuccedentia tempora maneat & inconvulſa, præſentem paginam in hujus facti memoriam ſigilli noſtri impreſſione tradidimus inſignitam. *Anno 1174. Ex chartario Caſtri-Nantonis.*

Actum publicè apud Caſtrum-Nantonis anno ab Incarnatione Domini MCLXXIV.

EPISTOLÆ XI. HENRICI abbatis Clarevallenſis.

I. ad prælatum precatoria.

Commendat ei ſuum Ordinem, ac præcipue domum Al.

VIro venerabili & amico ſuo chriſtiano R. Dei gratiâ S. R. E. ſubdito, & Lauſan- *Circa annum 1175. Ex mſ. Gis-*

enſi electo, Hen. Clarevallis pauperum ſer-us ſalutem & ſinceræ dilectionis affectum.

Quòd exhibitæ quondam domui noſtræ præ-ntiæ veſtræ defuimus, grave extitit nobis & noleſtum, eo jampridem deſiderio affectis, ut eſtro ibi & recrearemur affatu, & delectare-nur aſpectu. Det nobis Dominus vicem recom-enſationis optatæ: ut quod tunc ex abſentia ioſtra perdidimus, diuturnæ præſentiæ fenore ompenſemus. Satis etiam cupimus locum dari iobis & tempus, ubi & quantum id quod intra ios affectibus agitur, tandem erga vos effecti-ous comprobetur. De cetero memineritis, quæ-imus, ſpei noſtræ, quam in eo potiſſimùm, & vobis concepimus, & de vobis, quòd ordi-iem noſtrum, quem dominus papa, qui eſt pater veſter, tantâ pietate diligit & tuetur, vos quoque debeatis hereditaria caritate dili-gere, nobiſque in vobis hujus muneris ſucceſſo-rem exemplo & imitatione tanti pontificis ex-hibere. Specialiter autem domum de Al. itera-tis vobis precibus commendamus, rogantes om-nibus modis talem vos illi exhiberi patronum, ut eò feliciùs beatam ſe dixerit, quò ſingulariùs ipſa ſub umbra illius quem deſideraverat re-quieſcit. Si qua verò inter vos & eam litis ma-teria emerſit, vel cauſa diſſidii, eò quòd vi-neas quaſdam quas poſſidet, ad manus veſtras credideritis revocandas; competentes fratribus inducias prorogate, donec loquamur pariter facturi terminum abſque termino caritatis.

EPISTOLA II.
ad epiſcopum precatoria.

Commendat ipſi monaſteria Ordinis ſui in epiſcopatu Legionenſi exiſtentia.

Domino & patri cariſſimo Dei gratiâ Le-gionenſi epiſcopo, H. Clarevallis paupe-rum ſervus ſalutem, & quas poteſt orationes.

Apud egregium & benivole meritis virum, qualem vos eſſe confidimus, non opus eſt lon-go procemio, multiſque verborum blanditiis, ad impetrandum quod juſtè expoſcitur, præ-ſertim ubi Deus in cauſa eſſe agnoſcitur. Proin-de nolumus vos multiplici ſuadelâ diutiùs de-tinere; ſed quæ à veſtra ſanctitate requirimus, ſimplici & nudâ prolatione ſuggerimus. In epiſcopatu veſtro conſtat eſſe novellas planta-tiones ordinis noſtri quàmplurimas, quæ con-tinuâ rigatione tutaminis atque ſolatii veſtri plurimùm indigent. Has itaque omnes pater-nitati veſtræ commendatas eſſe deſideramus: præcipuè verò illas quæ ad noſtram domum ſpecialiùs pertinere noſcuntur. Sit ergo pietati ac providentiæ veſtræ eadem monaſteria amo-re Dei, & noſtræ ſupplicationis obtentu dilige-re, fovere, ac manu tenere; quia ſi dignanter & piè ſuper ea intenditis, omnis utique profe-ctus eorum ad veſtrum ipſius honorem & glo-riam redundabit. Ut autem circa hujuſmodi laudabile ſtudium vos magis officioſum magiſ-que devotum habeamus, orationum ac bene-ficiorum quæ in domo noſtra uſque in finem fieri habent, participem vos eſſe concedimus.

EPISTOLA III.
ad principem precatoria.

Commendat ei monaſterium de Peroſa.

Ex mſ. Claravallenſi.

Filia noſtra pauper & modica domus de Pe-roſa, fructus quos rigidior inter petras gle-ba non germinat, ab uberioris fundi benigni-tate mendicat; & quia non habet quò ſuſten-tetur ex proximo, victûs ſui ſtipem quærere cogitur ex longinquo. Hinc eſt quòd cum ſub umbra alarum veſtrarum qualecumque illud ſuæ ſuſtentationis remedium inveniſſet, locum ſibi ad latus veſtrum in plurima anxietate con-ſtituit, non tam de ſoli fertilitate ſecura, quàm de propagandis veſtræ dilectionis ubertate ſol-licita. Odorata eſt enim in vobis odorem ſua-vitatis & gratiæ, quaſi odorem agri pleni, cui benedixit Dominus. Quocirca rogamus & peti-mus, ut vos penuriam fiduciamque ipſius miſe-ratione debitâ contemplantes, eam à latere ve-ſtro minimè repellatis: quatinus miſericordia ſuperexaltata judicio, eò ſecuriùs cœleſtia vin-dicetis, quò etiam indebitè terrena dimittitis. Sciat cum Ruth Moabitide ad agrum ſe ve-niſſe potentis Booz, qui feminam alienigenam & ignotam, non ſolum à colligendis frugibus non abegit, ſed etiam materiam ſibi compen-dii plenioris indulſit.

EPISTOLA IV.
de nego[t]io.

Excuſat ſe, quod non poſſit adeſſe aſſignatâ die ad terminandum Vallis-lucentis negotium.

Ex mſ. Claravallenſi.

Ad diem quam Vallis-lucentis negotio præ-fixiſtis, libenter juxta veſtrum beneplaci-tum veniremus, maximè quia & ipſius domûs affectio nos trahebat, & vobiſcum loqui de plu-ribus habebamus. Eſt autem nobis eadem ipſa dies pro controverſia Divionenſium monacho-rum, quam & vos cupitis idoneâ celeritate de-cidi, apud Lingonas conſtituta, datâ cautione paris compromiſſionis in arbitros, quos ad ter-minandam cauſam decrevimus aſſumendos: ita ut hoc ipſum quod Quinciacienſium abbatem, in quem fuerat cum ceteris compromiſſum, ſubtrahitis nobis pro negotio ſupradicto non modicè doleamus. Quòd igitur alios duos ab-bates noſtros ad diem cauſæ neceſſariò retine-mus, patienter ferte depoſcimus: maximè cùm ſine ipſis qui ſunt arbitri conſtituti in cauſa no-ſtra procedere non poſſimus. Si verò poſt diem illum memorato negotio veſtro aliqua nos velit opportunitas intereſſe, non ſubtrahemus præ-ſentiam corporis, quibus non abſumus inſtan-tiâ voluntatis.

Digitized by Google

EPISTOLA V.
Negotio ad abbatem Trium-fontium.

…uas ei committit ad negotium Vallis-lucentis dirimendum.

Ilecto & venerabili coabbati ſuo A. de Tribus-fontibus HENRICUS Clarevalm pauperum ſuus ſalutem & omne bo-

Negotio Vallis-Lucentis noſtram nos ex- præſentiam & mandatum Domini Ciſis indixerat & ipſa domus illius famiis requirebat: quia verò dies eidem nepræſtituta, nobis quoque fuerat pro Dinſium monachorum pacificatione præfiacti ſumus ex propria neceſſitate dimitquod fraternæ caritati cognoſcimus nos e: verum quia non uſquequaque in ſolo quod debet qui per vicarii ſollicitudiidoneum exhibet ſolutorem, intervee abbate Vallis-Lucentis, fraternitatem am vices noſtras implere depoſcimus: anto juſtius operis hujus viciſſitudo comtur, quanto diligentius omnem, Deo liante, cautelam redintegrandæ pacis & nis amplectetur.

EPISTOLA VI.
Ad papam precatoria.

religioſos alienos & moniales de Bella-com- coërceat, quarum vicinitas paſcua animalium Benedictionis-Dei impediebatur.

Anctiſſimo patri & domino Dei gratia ſummo pontifici H. modicum id quod eſt. Paupercula domus noſtra, quæ dicitur nedictionis-Dei in arido loco terræ ſterilis data eſt, ſed anguſta facultatibus & pautate depreſſa, ut ſi ſola ei paſcua defeint animalium, continuò & ipſa pabula iciant animarum. Surrexerunt autem nuper idam diverſæ religionis & ordinis alieni, i cùm habeant oves & boves abundantes egreſſibus ſuis, in exterminium paucula m ovium quibus prædicta domus noſtra am conſolabatur, utcumque pauperiem, rmas varias & pecus multiplex induxerunt: n ſolum alieni, ſed & moniales de Bellamba prædictæ domûs paſcua etiam ſuis aviter turmis incurſant, & in confinio angiarum ejus novas ædificant manſiones. uapropter fratres noſtri, qui de domo illa nt, clementiam veſtram nobis intervenientius deprecantur, ut per apertas litteras veras communiter ad omnes & ad prædictas ioniales ſpecialiter deſtinatas: hujuſmodi imortunitatis coërceatur excurſus; ſintque atrocinantibus vobis paſcua prædictorum atrum tam ab incurſione libera, quam à nole novæ illius ædificationis exemta.

EPISTOLA VII.
Ad prælatum.

Ejuſdem argumenti.

DOmino & amico cariſſimo patrique reverendo (a) W. Dei gratia Lugdunenſi archiepiſcopo H. Clarevallis pater ſalutem & modicum id quod eſt. *Ex ms. Clarevallenſi. (a)*

Filii veſtri fratres noſtri de Benedictione-Dei novi gravaminis oppreſſione triſtantur: eo quòd per multiplices alienæ religionis & ordinis paſcua eorum peregrini gregis intruſione præoccupantur, & ad repellendas oviculas eorumdem fratrum turmas ſibi intolerabiles coacervant. Inter ceteros verò, imo præ ceteris moniales de Bella-comba prædictos fratres nova ædificatione moleſtant, & in confinio grangiæ ſuæ recentis domicilii erigunt manſionem. Quocirca rogamus & petimus, quatinus hujus importunitatis inſtantiam vigor veſtræ auctoritatis amoveat, & filiorum noſtrorum jura perire ab externis non permittat.

EPISTOLA VIII.
Ad papam.

Ut pactum contra ordinis inſtitutum à Fontanetenſibus fratribus initum cum Flaviniacenſibus monachis commutet.

DOmino papæ. Fratres noſtri de Fontaneto à monachis Flaviniacenſibus aſſiduis contentionibus laceſſiti, ad quamdam pactionem pacis deſiderio abducti ſunt: quàm nobis inconſultis in gravamen & præjudicium noſtri ordinis admiſerunt. Non enim patitur noſtri ordinis inſtitutum, ut medietarias præſtemus de noſtris laboribus functiones. Proinde rogamus obnixè clementiam veſtram, ut fratrum ſimplicitati, prout dignum vobis videbitur, ſuccurratis, ſcribentes monachis Flaviniensibus, quatinus illicita pactio, quam noſtri ordinis inſtitutio non patitur, opportunæ conventionis placito commutetur. Præſertim latorem vobis ſuppliciter commendamus, obſecrantes, ut eum in juſtis ſuis miſericorditer exaudiatis. *Ex ms. Clarevallenſi.*

EPISTOLA IX.
Ad principem precatoria.

Conqueritur de vexationibus Domini Vuangioniſrivi.

DUm me in terra aliena peregrinum & exulem videam, divitiis & honoribus priſtinis omnique propinquorum auxilio de- *Ex ms. Clarevallenſi.*

(a) Vvichardo qui ex Pontiniacenſi abbate ad ſedem Lugdunenſem aſſumtus eſt anno 1161.

ſtitutum me ſentiam, hoc unum mihi remedium ad conſolationem ſenectutis meæ remanſerat, quod omnipotens Dominus ad locum dominationis veſtræ, in quo mihi pacem & ſecuritatem promiſeram, veniſſe me & manſionem habere permiſerat. Sicut enim ex corde vos diligo, & ſicut de pietate ac tuitione veſtra plus quàm de homine confido; ita etiam præſumebam quod me latitantem ſub alis protectionis veſtræ nullus malefactor invaderet, quamdiu vos Dominus ſalvum & incolumem cuſtodiret. Sed ecce peccatis meis exigentibus, expellere me de terra veſtra ſatagit unus de hominibus veſtris, qui nec Deum reveretur, nec veſtram, prout oporteret, precem & præceptionem ſuam adpretiatur. Dominus Wangionis rivi contra folium quod vento rapitur oſtendit potentiam ſuam & ſtipulam ſiccam perſequitur, qui miſerabilem caniciem meam abſque miſeratione jugiter inſectatur. Grangiolam illam quam mihi pauperes veſtri de Claravalle ad uſum neceſſitatis meæ tradiderant, & cui conſtruendæ omnem ſollicitudinem & operam impendebam, ipſe quotidie tam per ſe quàm per homines ſuos modis omnibus deſtruit. Oves & boves omnemque ſubſtantiam quæ in ea eſt deprædatur, atque conſumit, fratres & famulos vel manentes conviciis & verberibus afficere non deſiſtit. Denique tres equos nuper abſtulit mihi, quos jam, ſicut audio, vendidit. Magiſtrum grangiolæ converſum, cum pridie iret ad forum Barri, in ipſo itinere publico non ſine injuria veſtra ſervi ejus vapulaverunt, & equum illius abſtulerunt. Si hæc veſtræ nobilitati diſplicent, immo quia diſplicent, propter honorem veſtrum compeſcite maliciam ejus, & ſecundum potentiam vobis à Deo collatam cogite illum ut & damna reſtituat, & pacem nobis de cetero teneat. Alioquin oportet me fugam maturatam arripere, & ab iſta terra quam ex omni mundo ad moriendum & quieſcendum in ea elegeram, denuo quaſi captivum & profugum ad aliam tranſmigrare.

EPISTOLA X.
Ad regem precatoria.

Commendat ei domum M. in Hybernia.

Licet veſtræ majeſtatis aures multis & magnis non ambigamus occupari negotiis, emergentibus tamen fratrum noſtrorum anguſtiis multiplicibus, vos crebriùs forſitan, quàm in oculis veſtris bonum ſit, pulſare compellimur. Conſiderantes tamen vos miniſtrum & cultorem juſtitiæ, & aliquem nos ad ſerenitatem veſtram aditum habere, confidentes pro filiis & fratribus noſtris ſub manu protectionis veſtræ degentibus ſecura fungimur legatione. Pro domo ergo M. quæ in partibus Hyberniæ ſita veſtræ ſubjacet ditioni lacrymabilem excellentiæ veſtræ querimoniam proponere inſtigamur.

EPISTOLA XI.
Ad ſocium amicabilis epiſtola.

Ex ms. Claravall.

Conſtat, cariſſime, quia longiſſimo terrarum tractu ab invicem ſeparentur mortalia & corruptibilia noſtra: adeò ut ad invicem nulla poſſimus ratione accedere, ut de invicem loquamur, & invicem conſolemur, & pro invicem ſollicitemur & oremus. Sed profecto ſi fideles in dilectione & veraces ſumus in ſermone, ſpiritus qui vivificant omne negotium peragunt, ipſi accedunt, ipſi de invicem loquuntur, ipſi pro invicem orant & ſollicitantur. Quando enim mihi meus ſpiritus tui poterit oblviſci? quando vel ad momentum recordatio tui & dilectionis tuæ circa me, & lacrymarum propter me à viſceribus meis poterit avelli? Cariſſime, inviſceratus es, non tam facilè erueris; etiam ſi aſſumſeris pennas tuas diluculo: ut longiùs avoles & habites in extremis maris, illuc te ſequar ſpiritu. Illuc te viſitatione qua potero viſitabo, oratione dumtaxat, & pia ſollicitudine ad eum qui ſalvos nos fecit propter certiſſimam ſpem quam habemus & ſalvos faciet propter veriſſimam rem quam ſperamus. Denique etſi in hoc corpore te viſitare non datur quemadmodum placeret; his tamen apicibus te viſitare non negligo, per quos veraciter inſinuo, quia talis in eis hodie, qualis eras cum à nobis diſceſſiſti, carus utique tunc, & nunc non minus carus. Acceptus tunc temporis, nec minus gratus & acceptus hac die, & maximè quia, ſicut ex ore domni abbatis didici, te Domino acceptabilem & hominibus commendabilem facis. His obſecro mi, his, inquam negotiis impliceris, his ſtudiis occuperis, his curis exercearis, quia fructus non erit inanis, nec merces corruptibilis ſed incorruptibilis, ſi in his perſeveraveris.

PRÆCEPTUM PETRI EPISCOPI
Tullenſis de dono Idæ nobilis feminæ ſepulturam apud Bellum-pratum eligentis.

Anno 1171. Ex autographo.

In nomine Patris & Filii & Spiritûs-ſancti. Petrus Dei gratia Leucorum epiſcopus univerſis fidelibus in Domino in perpetuum. Quoniam dies mali ſunt, in quibus generatio perverſa & infideles filii paternas eleemoſynas eccleſiæ Dei donatas vel violenter diripere vel fraudulenter ſibi vindicare conantur. Idcirco ratio poſtulat, ut eccleſiaſtica beneficia, ſcilicet oblationes fidelium, quibus peccata ſua redimere confidunt, noſtro teſtimonio roborare, noſtraque protectione defendere ſtudeamus contra malignantes atque tueri. Noverit igitur univerſitas fidelium quòd femina quadam nobilis Ida nomine filia Odoeni de Frodonis-villa ma-

.erio deſideravit in cimiterio ſanctæ (a) Belli-prati ſepulturam ſibi præpa-nfidens nimirum per hanc familiari-iam, ſi ejus corpus inter corpora n ſepeliretur, ſalutem conſequi ſem-. Et licet fratres illius ordinis ad ſe-feminas non facilè ſuſcipiant, hujus evotioni benignè conſenſerunt, me-eneficiorum quæ ab illius generoſa ae jam pridem ſibi collata fuere. ò petitionis ſuæ ſatisfactionem cum pro omine ſuſcipiens, alodium ſuum conis-villa quod anteceſſores ſui ſibi reliquerant, cum omni integritate & : in omni uſu & fructu contulit eidem erio in eleemoſynam poſt mortem ſuam que corpus ejus ſepeliatur; ſi tamen res ſepulturam ejus ſuſcipere non re-int. Alodium autem illud eſt; cujus rtes Widricus de Norberciis, tertiam artem cognata ejus Godelandis here-jure in diebus ſuis cum omni liberta-ierunt. Porro Godelandis cùm eſſet li-naritum accepit Bebonem, qui fuit de Ocoëni de Frodonis-villa, & poſt n ipſius mariti ac liberorum ſuorum m ſuum contulit eidem Ocoëno: ea vi-conditione, ut ipſe eam ſub tuitione ciperet, & alodium ſuum ſibi nihilomi-vita ſua tueretur. Et factum eſt ita. nus verò moriens hoc alodium filiæ ſuæ it in hereditatem, IDÆ ſcilicet, quæ hoc ex integro in terris, in ſylvis, in pratis iæ Belli-prati modo quo prædiximus con-dinoſcitur. Et primitias quidem fideles a ſua legitimè dare curavit; manſum icet ipſius alodii, quem in Franconis-tenuerat tempore longo, quem man-cum vinea & arboribus & ceteris ap-itiis ſuis in præſenti ſaiſiri & ſuper al-Belli-prati fecit offerri. Hanc donatio-laudavit & donavit cum illa maritus ip-SIMON de Heſſonvilla, cui ſimiliter in em cœnobio pro ſuo deſiderio conceſſa eſt iltura. Sed & in vita fraternitas & in mor-ervitii beneficium quantum uni de pro-is ipſius monaſterii ſolet impendi. Et ſcien-n quod hanc eleemoſynam dederunt ma-is & uxor antequam de ſuo conjugio ſuſ-iſſent heredes; ceteris conſentientibus & laudantibus, qui de conſanguinitate pote-it heredes exiſtere. Teſtes GUIDO abbas lmoſiacenſis; HUGO abbas Belli-campi; ENRICUS abbas Lunaris-villæ, FULCO bas Altæ-ſylvæ; WIDRICUS abbas Clari-ci; ANSELMUS abbas de Alteria, BER-ARDUS præpoſitus Frodonis-villæ, ODEL-ICUS de Novo-villari avunculus ipſius IDÆ, ii & donum laudavit; ADALBERTUS de rodonis-villa frater germanus ipſius Idæ, qui : donum ſimiliter cum illa laudavit, DRO-ó de Nanceis pater Symonis mariti ſui; OSTO de Domalivera, & Wiardus frater ejus. Nos verò hanc donationem ſub noſtra protectione ſuſcipientes & confirmantes, ex-communicamus & à ſacratiſſimo corpore & ſan-guine Domini noſtri JESU-CHRISTI & à ſanctæ matris eccleſiæ membris ſegregamus omnem hominem, qui hoc noſtræ confirma-tionis decretum aliquatenus infringere præ-ſumſerit eccleſiam contriſtando, donec eiſ-dem juſtè reſtituat quod injuſtè non formi-davit auferre. Fiat, fiat. Amen. Omnibus au-tem hæc illibata conſervantibus honor & pax & benedictio magni & æterni Dei proveniat in hoc ſæculo & in futuro merces bona & conferta & coagitata & ſupereffluens recom-penſetur à Domino in perpetuum.

Actum legitimè, publicè recitatum, ca-nonicè confirmatum anno Dominicæ Incar-nationis MCLXXV.

CARTA BERTHÆ LOTHARINGIÆ duciſſæ, de ſatisfactione pro illatis à marito Matthæo duce injuriis monaſterio Sancti Manſueti.

Anno 1176. Ex autho-grapho.

HUmanum eſt peccare, diabolicum per-ſeverare, & in ſpiritu humilitatis & in animo contrito utile eſt ad viam Veritatis re-dire. Quod ego BERTHA duciſſa, & dux SIMON filius meus, maritum meum cariſſi-mum ducem MATTHÆUM in fine vitæ gau-dentes feciſſe teſtificamur. Omnes enim inju-rias & tallias & exactiones, quas indebitè & injuſtè, tam in eccleſia beati Manſueti, quàm in aliis ipſe & ſui exercuerant, omnino remi-ſit. Et ne quis de cetero aliquâ temeritate ad eas exercendas denuo manus extenderet, ſum-mâ prohibitione pro remedio animæ ſuæ inter-dixit. Hoc autem in die ſepulturæ ejus, multis præſentibus religioſis viris & prudentibus, nos & heredes noſtros immutabiliter tenere in præ-ſentia venerabilis PETRI epiſcopi fide datâ fir-mavimus & promiſimus: cujus anathematis vinculo nos innodandos & poſteros noſtros ſta-bilitum fuit, ſi infringeremus. Et ut magis ra-tum & inconcuſſum habeatur in perpetuum, ſigillorum munimentis roborare curavimus, & multorum nomina tunc aſſiſtentium ad hujus rei teſtificationem ſubſcribi fecimus.

THEODERICUS electus Metenſis, dominus epiſcopus PETRUS, SIMON dux, FREDERI-CUS frater ejus, MATHÆUS frater item ejus, ROBERTUS comes frater Mathæi ducis, HUGO abbas S. Apri, THEODERICUS abbas S. Manſueti, PETRUS Gorziæ, JOHANNES S. Clementis, DANIEL S. Symphoriani, WIL-LELMUS de Mirowalt.

Acta ſunt hæc anno ab Incarnatione Domi-ni MCLXXVI. indictione IX. epactâ VII. concur-rente IV. regnante FREDERICO imperatore, PETRO pontificante, SIMONE duce.

(a) Bellum-pratum monaſterium ordinis Ciſtercienſis in diœceſi Tullenſi, haud procul à Lunaris-villa, in quo, Deo (fa)vente, ſtrictior Ursæ-vallis obſervantia non ita pridem ad-miſſa eſt. Eſt & aliud Bellum-pratum ejuſdem ordinis cœno-bium in diœceſi Belvacenſi.

EPISTOLA FREDERICI imperatoris ad ſanctum Hugonem abbatem Bonarum-vallium.

Ejus de reformanda eccleſiaſticæ pacis unione conſilium libenter ſuſcipit, rogatque ut operam ſuam ad id velit impendere.

F. Dei gratiâ Romanorum imperator & ſemper auguſtus, Hu. abbati Bonæ-vallis gratiam ſuam & omne bonum.

Scire debet caritas tua, quòd nos perſonam tuam plurimùm diligimus, eamque & pro ea eccleſiam cui præes, gratiâ opportunâ libenter honorabimus. Et quoniam de præſentia tua bene confidimus, conſilium tuum de reformanda eccleſiaſticæ pacis unione acceptabiliter ſuſcepimus; & inde quantùm hoc tempore potuimus, pro conſilio familiarium noſtrorum cum fratre THEODERICO contulimus quæ per eum tibi intimanda commendavimus. Nobis hoc multùm placet, ſi quod opera tuæ diſcretionis poterit de his cogitare quod ad univerſalis eccleſiæ quietem videatur tendere, ut hæc tractare te intromittas rogamus, teque ſuper his bonâ mente audiemus.

ALIA EJUSDEM ad eumdem.

Ut ad ipſum in Longobardiam accedat, ad tractandum & perficiendum eccleſiaſticæ pacis negotium.

F. Dei gratiâ Romanorum imperator & ſemper auguſtus, HUGONI abbati Bonarum-vallium gratiam ſuam & omne bonum.

De ſtatu noſtro ſanctitati tuæ ſignificamus, quòd per Dei gratiam bene valemus, & negotia noſtra proſperiùs procedere gaudemus. Agitur autem inſtanter apud utramque ſchiſmatis partem de (*a*) concordia Eccleſiæ... Credimus quòd optatum pacis bonum divina nobis miſericordia in brevi largiatur.... Dilectionem veſtram attentè rogamus, ut in proximo ſancti Michaëlis feſto præſens ad nos in Lombardiam venias, quoniam illic eo tempore finaliter tractandum eſt Eccleſiæ negotium, cui tractatui te ſpecialiter cupimus intereſſe. Bonum igitur eſt hunc laborem te nobis & Eccleſiæ præſtare. De cetero, quia eccleſiam tuam propenſiùs diligimus, & ejus ſanctam converſationem approbamus, de ipſius orationibus bene ſperantes, rogamus ut & ipſe apud Deum noſtri cures reminiſci, & fratres tuos ad intercedendum pro nobis exhortari.

CONFOEDERATIO inter comitem Flandriæ & comitem Haynnoniæ.

EGo BALDUINUS comes Haynnoniæ, & PHILIPPUS comes Flandriæ ſororius meus, A notum eſſe volumus omnibus noſtris, tam futuris, quàm præſentibus, talem eſſe confœderationem factam inter nos conſilio hominum noſtrorum, interpoſito fidei noſtræ ſacramento, quòd ego debeo eum juvare contra omnes homines, ſalvâ fidelitate domini mei epiſcopi Leodienſis; & eodem modo tenetur ipſe mihi, ſalvâ fidelitate domini ſui regis Franciæ.

Item, neutrum noſtrûm debet quicquam intercipere in comitatu alterius, nec firmitudinem aliquam ibidem facere, in confinio etiam B terrarum noſtrarum quod vulgò *Marcha* dicitur, non debemus, nec poſſumus alias conſtruere firmitudines, quàm illas quæ modò ibi ſunt, niſi de communi aſſenſu & voluntate utriuſque noſtrûm.

Item, neutrum noſtrûm debet, nec poteſt retinere hominem alterius, vel quem ego de terra mea bannivero & fugavero, vel quem, ipſe de Flandria banniverit ac fugaverit; & C qui malum noſtrum quæſierit ac voluerit, ſed potiùs debemus alter alteri ſuper hoc eſſe auxilio.

Item, nec debent, nec poſſunt homines de terra mea ire contra comitem Flandriæ in malum ei, neque homines terræ ſuæ contra me in malum mihi.

Item, non debet, nec poteſt aliquis hominum de terra mea compelli ac cogi ad redemtionem in Flandria, nec quiſquam hominum Flandriæ in terra mea.

D Ad hæc ſi fortè inter nos aliqua emerſerit diſſentio, emendari debet præſentis ſcripti teſtimonio; quod ſi ſufficere non potuerit ad faciendam emendationem, communi conſideratione hominum noſtrorum emendabitur. Ut ergo hæc noſtra confœderatio rata permaneat & inconvulſa, ſigillorum noſtrorum auctoritate præſens cyrographum corroborari præcepimus.

Actum anno Dominicæ Incarn. MCLXXVI.

E CARTA MATHILDIS COMITISSÆ Nivernenſis de dono Guidonis comitis facto parthenoni Criſenonenſi.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Amen. Uſus litterarum repertus eſt propter memoriam rerum. Inde eſt quòd ea quæ in perpetuùm rata eſſe volumus, litterarum memoriæ commendamus. Per hunc igitur morem ego MATHILDIS comitiſſa Nivernis notum facio univerſis præſentibus, pariter & futuris, F quòd GUIDO comes Nivernis dominus & maritus meus in extrema infirmitate ſua poſitus Tornodori, adhuc bonæ exiſtens memoriæ pro amore Dei & remedio animæ ſuæ & anteceſſorum ſuorum ore proprio donavit & conceſſit centum ſolidos de reditibus ſanctimonialibus de Criſenone ad camiſias emendas. Hos centum ſolidos eiſdem ſanctimonialibus aſſignavit in pedagio Autiſſiodori annuatim reddendos ad nundinas Taunceti, in quocumque loco tempore nundinæ remorarentur, laudantibus & concedentibus hanc donationem domina IDA *Anno 1176. Ex cartario Criſenonenſi.*

(*a*) Hæc concordia demùm anno 1177. facta eſt in concilio Veneto, in quo Fredericus imperator tandem cum Alexandro papa III. reconciliatus eſt.

·ædicti comitis, & domino RENAUDO A
io. Hanc eamdem donationem ego
LDIS uxor ſæpedicti comitis laudavi,
conceſſi, & in ſignum laudationis meæ
æſentem cartulam fieri præcepi, & ſi-
ueum appoſui, dominum etiam GUIL-
M Autiſſiodorenſem epiſcopum humili-
ulavi, ut hanc donationem auctoritate
firmaret, & inde litteras ſuas ſigillatas
æfatis ſanctimonialibus præciperet. Hu-
eſtes ſunt, dominus GAUTERIUS Lin-
s, dominus GUILLELMUS Autiſſiodo- B
piſcopi, GIRARDUS Vizeliaci, HUM-
JS S. Germani Autiſſiodorenſis abbates,
as Nariodus de Tuci, dominus Stepha-
Petra-pertuſa, GILO de Torneel, Joſ-
Clauci, Letericus Ballebar de Autiſſiodo-
uterius Berardi, Hervinus de Malliaco,
inus de Malliaco, Petrus de Torchun,
ius Robertus capellanus, dominus Petrus
inon, magiſter Thomas, Renaudus de
a clericus, Columbus tunc præpoſitus
odori. C
um eſt hoc anno Verbi incarn. MCLXXVI.

OVICI VII. FRANCORUM REGIS
teræ de ſatisfactione Simonis de Nealfa
o occiſione Simonis de Malrepaſt militis.

 nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis.
men. LUDOVICUS Dei gratiâ Francorum
Regiæ dignitatis eſt beneficia eccleſiis col-
litterarum memoriæ commendare, ut per-
uæ robur obtineant firmitatis. Notum igitur D
volumus præſentibus & futuris, quòd Si-
de Nealfa in præſentia noſtra conſtitutus,
compoſitione facta cum amicis & conſan-
neis defuncti Simonis militis de Malrepaſt,
m interfecerat, ut toti generi ſatisfaceret;
ut compoſitio inter eos facta firmior ſtabi-
que de cetero permaneret; quicquid in po-
ate eccleſiæ de Baſenvilla habebat in domi-
, redditibus, procurationibus, conſuetudi-
us, & exactionibus, pro anima prædicti de-
cti eidem eccleſiæ in manu noſtra publicè
itavit & dimiſit, & de voluntate uxoris ſuæ E
heredum ſuorum perpetuò poſſidendum con-
ſit, exceptis feodis. Si quis verò contra hanc
giæ confirmationis paginam venire attenta-
rit, nos eleemoſynam præſcriptam ſecundum
tionem & juſtitiam in curia noſtra manute-
bimus, ne quod per nos factum eſt, cujuſ-
uam præſumtione valeat infirmari. Quod nos
violabiliter obſervari volentes, ſubtus inſcri-
to nominis noſtri caractere, ſigilli noſtri au-
oritate præcipimus communiri.

Actum Pariſius anno ab Incarnatione Do- F
nini MCLXXVI. aſtantibus in palatio noſtro,
uorum nomina ſuppoſita ſunt & ſigna. Si-
gnum comitis THEOBAUDI dapiferi noſtri.
Signum RAGINAUDI camerarii. Signum GUI-
DONIS buticularii. Signum RADULFI con-
ſtabularii. *Locus monogrammatis.*
Vacante cancellariâ. *Infrà pendet regis ſigillum.*

SIMONIS EBROICENSIS COMITIS
litteræ de eadem ſatisfactione.

Ex archivo Majoris-monaſterii.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Amen. SIMON Dei gratiâ Ebroïcenſis comes Principum congruit dignitati beneficia eccleſiis collata litterarum memoriæ commendare, ut perpetuæ robur obtineant firmitatis. Notum igitur fieri volumus præſentibus & futuris, quòd Simon de Nealfa in præſentia domini regis & noſtra conſtitutus, pro compoſitione facta cum amicis & conſanguineis defuncti Simonis militis de Malrepaſt, quem interfecerat, ut toti generi ſatisfaceret; & ut compoſitio inter eos facta firmior ſtabiliorque de cetero permaneret, quicquid in poteſtate eccleſiæ de Baſenvilla habebat in dominio, redditibus, procurationibus, conſuetudinibus, & exactionibus, pro anima prædicti defuncti eidem eccleſiæ in manu domini regis publicè quietavit & dimiſit, & de voluntate uxoris ſuæ & heredum ſuorum perpetuò poſſidendum conceſſit, exceptis feodis militum. Si quis verò contra hanc noſtræ confirmationis paginam ire attentaverit, nos eleemoſynam præſcriptam ſecundum rationem & juſtitiam in curia noſtra manutenebimus, ne quod per dominum regem & nos factum eſt, cujuſquam præſumtione valeat infirmari: quod nos inviolabiliter obſervari volentes, ut fidejuſſor ſigilli noſtri auctoritate præcepimus communiri.

Actum Pariſius publicè anno ab Incarnatione Domini MCLXXVI. aſtantibus in palatio domini regis, quorum nomina ſuppoſita ſunt & ſigna. Signum comitis THEOBAUDI, S RAINAUDI camerarii, S. GUIDONIS buticularii, S. RADULFI conſtabularii. In curia verò noſtra præſentes aderant, SIMON noſter filius, FULCO capellanus, RAINALDUS de Labaate, & plures alii.

WILLELMI SENONENSIS
archiepiſcopi litteræ de eadem ſatisfactione.

Ex archivo Majoris-monaſterii.

VVILLELMUS Dei gratiâ Senonenſis archiepiſcopus, apoſtolicæ ſedis legatus, priori & fratribus de Baſenvilla dilectis filiis ſuis in perpetuum.

Quia dignum eſt ut beneficia eccleſiis piè collata perpetuæ robur obtineant firmitatis, litterarum apicibus dignum duximus commendare, quòd cùm Simon de Nealfa miles in præſentia domini regis & noſtra conſtitutus compoſitionem feciſſet cum amicis & conſanguineis defuncti Simonis militis de Malrepaſt, quem interfecerat, ut toti generi ſatisfaceret, & ut compoſitio inter eos facta firmior & ſtabilior de cetero permaneret, quicquid in poteſtate eccleſiæ de Baſenvilla habebat in dominio, redditibus, procurationibus, conſuetudinibus, & exactionibus, pro anima defuncti Simonis militis eidem eccleſiæ, exceptis feodis militum,

Digitized by Google

coram Domino rege & nobis quietavit ac dimiſit, & abſque ulla in poſterum reclamatione poſſidendam conceſſit, & tam ipſe, quàm frater ejus Milo, & patruus eorum Amalricus, omnia prædicta abjuraverunt. Juravit etiam ipſe Simon quòd eamdem quietationem ab heredibus ſuis eccleſiæ concedi faceret & laudari. Fratres verò ipſius eccleſiæ propter ſibi collatum beneficium pro anima præfati Simonis defuncti unam miſſam ſingulis diebus celebrare promiſerunt. Ne autem ſuper his aliqua deinceps controverſia poſſit oriri, eadem præſenti paginæ commendavimus & ſigilli noſtri auctoritate confirmavimus. Statuentes & ſub anathemate prohibentes, ne quis huic noſtræ confirmationi in aliquo contraire præſumat, ſalva in omnibus apoſtolicæ ſedis auctoritate. Actum Pariſius anno ab Incarnat. Dom. MCLXXVI.

LUCII PAPÆ III. BULLA de eadem ſatisfactione.

Ex archivis Majoris-monaſterii.

LUCIUS epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis priori & fratribus de Baſenvilla, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Juſtis petentium deſideriis facilem decet nos præbere aſſenſum, & vota, quæ à rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere. Ea propter, dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, immunitatem & abſolutionem in redditibus, procurationibus, conſuetudinibus, exactionibus, & aliis, exceptis feodis militum, à nobili viro Simone de Nealfa pro anima nobilis viri Simonis de Maurepaſt in præſentia bonæ memoriæ L. quondam illuſtris Francorum regis & venerabilis fratris noſtri W. tunc Senonenſis, nunc verò Remenſis archiepiſcopi vobis & ſucceſſoribus veſtris pia devotione factam, ſicut in authenticis reſcriptis prædictarum perſonarum habetur, devotioni veſtræ auctoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Statuentes, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumſerit; indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Velletri IIII. Nonas Junii.

CARTA ARNOLDI TREVIRENSIS archiepiſcopi pro monaſterio ſancti Trudonis.

Ne gravetur à theloneario Karodonenſi.

Anno 1177. Ex ms. S. Trudonis.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis ego ARNOLDUS Dei gratia Trevirenſis archiepiſcopus ſicut de jure vel cenſu eccleſiæ nobis commiſſæ, ne quid pereat, ſolliciti ſumus; ita nimirum ne quid juri accidat non æquè acceptum ſummopere cavere debemus. Notum igitur facimus præſentibus & futuris quòd thelonearius Karodonenſis cum eccleſiam beati Trudonis de jure ſuo gravare vellet, & theloneum quod numquam ſolvere conſueverat ab ipſa exigeret, petitione dilecti filii noſtri CUONRADI abbatis S. Maximini qui de eadem eccleſia aſſumtus eſt, veritatem diligenter exquiſivimus: & quod de ſingula navi firtonem tantum Colonienſium denariorum eadem eccleſia de jure ſolvere debeat comperimus. Quod ne apud poſteros quæſtionis locum obtineret, coram præpoſito majoris eccleſiæ, omnibuſque fratribus data ſententia & confirmata, errorem decidimus, & prædictam eccleſiam jure ſuo ſicut prædictum eſt in perpetuum gaudere conceſſimus. Si quis igitur huic veritati contradicere, & theloneum aliud quam ſupradictum eſt, id eſt firtonem de unaquaque navi exigere, vel accipere præſumſerit, eum de gremio ſanctæ matris Eccleſiæ ſegregamus, donec reſipiſcat & eidem eccleſiæ ſatisfaciat. Hujus rei teſtes ſunt CONRADUS abbas ſancti Maximini, Rodulfus præpoſitus majoris eccleſiæ, Johannes decanus ejuſdem eccleſiæ, Folmarus archidiaconus, Wecelo cantor, Fridericus cuſtos, Theodericus de Marceto. Laïci, Willelmus de Helveſtein, Theodericus de Sarburg, Rainerus de Palatio, & quàm plures alii.

Acta ſunt hæc anno ab Incarnatione Domini MCLXXVII. regnante FREDERICO glorioſo Romanorum imperatore.

CARTA LUDOVICI VII. regis Francorum pro monaſterio beatæ Mariæ de Caritate.

Confirmat donum Willelmi de Garlanda & Drogonis de Merloto.

Anno 1177. Ex ms. Caritatis.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Amen. LUDOVICUS Dei gratia Francorum rex. Noverint univerſi præſentes pariter & futuri Willelmum de Garlanda monaſterio ſanctæ Mariæ de Caritate pro remedio animæ fratris ſui Roberti ibidem ſepulti & anteceſſorum ſuorum in eleemoſynam contuliſſe centum ſolidos annuatim in pedagio de Bunziis recipiendos. Noverit etiam præſentium futurorumque univerſitas Drogonem de Merloto prædicti Roberti fratrem pro eodem Roberto Mintriaci de rogatione ſua, præſente & conſentiente Willelmo de Merloto, de cujus feodo reditus iſte movebat, præfato monaſterio centum ſimiliter ſolidos aſſignaſſe, ſingulis annis ibi reddendos. Quod & nos concedentes ratumque perpetuo volentes obſervari, idem ſcripto commendari & ſigilli noſtri auctoritate fecimus communiri. Actum Pariſius anno ab Incarnatione Domini

Digitized by Google

xvii aſtantibus in palatio noſtro
ubpoſita ſunt & ſigna. S. comitis
-DI dapiferi noſtri, S. GUIDO-
ularii, S. RAINALDI camerarii,
LFI conſtabularii. *Reliqua deſunt.*

' A LUDOVICI VII.
eleemoſyna ad luminaria eccleſiæ
Sacri-portus.

nine ſanctæ & individuæ Trinitatis.
. LUDOVICUS Dei gratia Franco-
Regiæ poteſtatis eſt loca divinis
ıda cultibus ampliare, & eadem
decorare muneribus. Ea propter uni-
fidelium notum fieri volumus quòd
de (*a*) Sancto-portu in dotem ec-
ıam pro ſalute animæ noſtræ in eo-
ɔ devotè conſtruximus, centum ſo-
cenſibus noſtris de Caſtellari dona-
d luminaria eidem eccleſiæ miniſ-
in feſto ſancti Remigii ſingulis an-
ndos perpetuò. Quod ut perpetuæ
is obtineat firmitatem, ſcripto com-
& ſigilli noſtri auctoritate præcipi-
borari, appoſito caractere nominis
Actum publicè Pariſius anno Incar-
rbi MCLXXVIII. aſtantibus in palatio
quorum ſuppoſita ſunt nomina & ſig-
comitis THEOBALDI dapiferi noſtri,
DONIS buticularii, S. RAGINALDI
rii, S. RADULFI conſtabularii, va-
cancellaria.

TA HENRICI COMITIS
recenſis pro monaſterio S. Benigni.

*& monachis S. Benigni pro illatis injuriis
facit, promittitque revocare cuſtodiam
iniacæ-curtis à Vviardo de Riſnello ipſi
miſſam.*

o HENRICUS Trecenſis comes palati-
us, notum facio præſentibus & futuris,
cùm pro remedio animæ meæ iter Jero-
itanum arripuiſſem, apud Divionem præ-
liter conſtitutus, ab abbate S. Benigni Di-
nſis, & conventu ejuſdem loci, in capitulo
rificè ſuſceptus humiliter petii, ut damna
ıurias, quas ego & ballivi mei in quibuſ-
prioratibus ejuſdem monaſterii ſub domi-
neò conſtitutis intuleramus, mihi remitte-
, & pro ſalute, tam corporis, quàm ani-
meæ jugiter Dominum exorarent. Qui pre-
s meis benignè condeſcendentes, participa-
em omnium bonorum quæ in ipſo mona-
o, tam in capite, quàm in membris facta
ant, vel de cetero fierent, mihi conceſſe-
:, & quod in obitu meo tantùm pro me fie-
in miſſis & in aliis beneficiis, quantùm fit

) Sacer Portus inſigne monaſterium ordinis Ciſtercienſis in
eſi Senonenſi haud procul à Fonte Bleaudi, vulgo Baubellum
ean nuncupatum, in quo Ludovicus VII. Francorum rex
ndator ipſius, conditus jacet.

A in obitu pro abbate ejuſdem monaſterii. Sed ſpecialiter conquerebantur ſuper hoc, quod tradiderim nobili viro & fideli meo WIARDO domino de Riſnello cuſtodiam prioratûs Sancti Benigni Bertiniacæ-curtis, dicentes quòd in carta HUGONIS comitis anteceſſoris mei plenius continebatur, quod ipſe, vel ejus heredes nullomodo ipſam cuſtodiam in alia manu, quàm in propria poſſent tradere, vel ponere. Quâ cartâ ibidem diligenter inſpectâ, de ſupradictis mihi plenariè conſtitit, & quòd in prioratu
B prædicto pauper præbendarius continuè debebat ſuſtentari; & quâlibet die lunæ miſſa pro ſalute comitum Trecenſium debebat celebrari. Cùm igitur ibidem voluntati eorum ſatisfacere non poſſem, prout tenebar, eis promiſi bonâ fide, quòd in reditu meo cuſtodiam ipſam in manu mea propria reducerem, nec aliquando de cetero contra hoc venire attentarem. Et ſi fortè in ipſo itinere, vel alibi, de me contingeret humanitùs, volui & præcepi, ut hoc ipſum pro me heredes mei facere & adimplere tene-
C rentur. Teſtes, HUGO dux Burgundiæ, ODO Campanienſis, Guillelmus mareſcallus, Erardus camerarius, Th. Deſinus, magiſter Philippus, Petrus Lingonenſis.

Actum Divioni, cùm irem Jeroſolymam, anno incarnati Verbi MCLXXVIIII.

LITTERÆ PETRI CARDINALIS, & ſedis apoſtolicæ legati.

D *Confirmat fundationem de duobus cereis coram ſepulcro ſancti Martini continuo accendendis.*

PETRUS Dei gratiâ tituli ſancti Cryſogoni presbyter cardinalis, apoſtolicæ ſedis legatus Ph. decano & capitulo B. Martini Turonenſis in Domino ſalutem. *Circa 1180. Ex autographo.*

Quotiens aliqua à fidelibus ad honorem & decorem domûs Domini ſtatuuntur, ea debemus tanto ſollicitiùs promovere, quanto magis ipſi ad hoc quod ſpontaneâ voluntate cœperunt,
E à nobis invitari debuerant & induci. Ea propter, dilecti in Domino fratres, veſtris poſtulationibus inducti, & in devotione beatiſſimi confeſſoris qui apud vos requieſcere dignoſcitur altiùs radicati, inſtitutionem quam ſuper luminaribus duorum cereorum ante ſepulcrum ejuſdem confeſſoris perpetuis temporibus ſine intermiſſione qualibet accendendorum in capitulo veſtro à vobis & burgenſibus ipſius loci parochianis veſtris ſolemni devotione factam, ratam habemus; & ſicut in authentico
F ſcripto à vobis exinde facto pleniùs continetur, auctoritate quâ fungimur confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſtatuentes, & ſub intermiſſione anathematis diſtrictiùs inhibentes, ne aliquis contra eamdem inſtitutionem venire, aut redditus ad hoc deputatos minuere, differre, ſeu quomodolibet decurtare, quâlibet temeritate præſumat. Si quis autem hoc attentare præſumſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatiſſimi confeſſoris, nec-

non & diſtrictam extremi judicii ultionem ſe A noverit incurſurum.

EPISTOLA PHILIPPI ABBATIS de Eleemoſyna ad Alexandrum papam III.

Scribit in gratiam Hugonis quondam archidiaconi Aurelianenſis, qui in monaſterio ſe receperat: cujus hereditatem ſolvendis debitis deſtinatam parentes rapiebant.

Circa 1150. Ex mſ. Claravalenſi.

AMantiſſimo patri & domino A. Dei gratiâ ſummo pontifici, frater Philippus de Eleemoſyna ſalutem & obedientiæ ſinceritatem.

Opus fidele, cujus ordo naturalis aſſertor eſt, & dignitatem prærogat cœleſtis auctoritas relativæ caritatis. Affectum patris in filium, & filii in parentem, & natura docet, & lex ſpiritualis indicat. Si caput Eccleſiæ, & fidelium paſtorem, immoque fidelium patrem & Eccleſiæ caput vos pietas conſtituat divina, omnium gravamina filiorum miſericorditer intueri, vel C ubi poteſt efficaciter relevare, paternitatem docet ille à quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur. Filius veſter HUGO quondam Aurelianenſis archidiaconus, ut annos ſuos in amaritudine recogitet, elongavit fugiens, & manſit in ſolitudine ſub clauſtralis exercitu diſciplinæ. Perſolvendis debitis ſuis hereditatis ſuæ reditus quos tenebat, quaſi ex teſtamento ſolemniter aſſignavit, ut haberet votivæ ſecuritatis egreſſum. Diſpoſitio tam ſincera ab ejus conſanguineis impeditur, & violenter ab eo- D rum manibus opus eripitur quod fuerat delegatum. Præcipiat ergo ſublimitatis auctoritas, ut integra & inconvulſa maneat filii veſtri diſpoſitio tam fidelis, & in manu prioris de Caritate ad ſolvenda debita tranſeat hereditas. Quibus ſolutis, ſicut juſtum eſt, redeat ad heredes. Quod ſi mandato ſedis apoſtolicæ prædicti pervaſores rebelles extiterint, ſentiant Moyſi manus graves, & ſeveritas puniat quos pietas non emollit. Immite namque videtur & durum, ut E Deo militare diſponens, neceſſario iterum cauſis ſæcularibus implicetur. Apoſtolatum veſtrum conſervet omnipotens Dominus. Amen.

COMPOSITIO facta inter Radulfum epiſcopum Andegavenſem, canonicoſque S. Mauritii, & Guillelmum abbatem, & monachos S. Albini.

Anno 1180. Ex mſ. S. Albini Andegavenſis.

BARTHOLOMÆUS Dei gratiâ Turonenſis F archiepiſcopus, apoſtolicæ ſedis legatus, omnibus, tam futuris, quàm præſentibus, ad quos litteræ iſtæ pervenerint, ſalutem in Domino.

Notum ſit univerſitati veſtræ, quod contentio diutiùs habita fuerat inter venerabilem fratrem noſtrum RADULFUM Andegavenſem epiſcopum & capitulum S. Mauritii, & GUILLELMUM abbatem S. Albini, & capitulum ejuſdem monaſterii, tam ſuper annua procuratione, quàm in capite ipſius abbatiæ epiſcopus aſſerebat jure communi & antiquo deberi, quàm in quibuſdam aliis conſuetudinibus ſubter annotatis. Partibus tandem in noſtra præſentia conſtitutis, per Dei gratiam ac ſollicitudinem noſtram pax amicabilis inter eos pervenit hoc modo. Epiſcopus cum aſſenſu capituli ſui dimiſit omnino procurationem illam, ita quod nec ab ipſo, nec à ſucceſſoribus ſuis in capite ipſius monaſterii de cetero recipietur, B nec monachi in ipſo monaſterio tenebuntur de cetero ſibi vel ſuis ſucceſſoribus exhibere, ſalvis aliis procurationibus ſuis, quæ ei annuatim in membris ejuſdem abbatiæ debentur. Abbas autem & fratres in procurationis illius compenſationem benignè conceſſerunt, quod ſingulis annis bis in anno in ſtatutis ſolemnitatibus, in feſtivitate ſancti Mauritii, & in feſto ſancti Andreæ, proceſſionaliter accedant ad cathedralem eccleſiam, ibidem cum canonicis miſſam ſolemniter celebraturi. Ibunt autem induti albis, ſicut in proceſſione quam faciunt ad Dubam in Ramis palmarum, & pulſabuntur duo majora ſigna eccleſiæ beati Mauritii in adventu ipſorum. Ingreſſi eccleſiam, ſtationem facient in medio eccleſiæ proſtrati. Poſteà ingreſſi chorum, ſedent in ſiniſtram partem, & canonicis manentibus in altera parte, unà cum eis horam Tertiam cantabunt. Tertiâ finitâ, fiet proceſſio in hunc modum. Monachi cum cruce & cereis, & aqua benedicta, præcedent omnes, excepto abbate. Canonici poſteà ſequentur. Abbas à latere epiſcopi incedet: & ſi abſens fuerit epiſcopus, cum decano, vel cum eo ibit qui major in eccleſia fuerit. Factâ proceſſione, convenient omnes in choro miſſam celebraturi induti albis & cappis, ſicut mos eſt in diebus feſtivis. Si epiſcopus aderit, miſſam celebrabit, vel alius epiſcopus, ſi fortè intererit; ſin autem, abbas S. Albini miſſam celebrabit. Abſente epiſcopo & abbate, decanus beati Mauritii celebrabit, vel cui capitulum injunget. Officio miſſarum incœpto, cantor canonicorum in dextra parte ſtabit, & cantor monachorum à ſiniſtra; cantor canonicorum incipiet officium & verſum, & cantor monachorum *Gloria* cum officio. Cantor monachorum incipiet *Kyrie eleiſon*, & monachi cantabunt verſum, & canonici neuma ejuſdem verſûs; reſponſorium monachorum erit, & alleluia canonicorum. Singularem tam canonici, quàm monachi, ſequentiam cantabunt: monachi primam, canonici ſecundam. Epiſcopum recipient proceſſionaliter monachi S. Albini, cùm primò poſt conſecrationem ſuam venerit ad monaſterium ipſorum, & quotiens Româ redierit ſimiliter ſine procuratione. Et licebit epiſcopo, quotiens voluerit, in ipſo monaſterio ſine procuratione ſacros ordines celebrare. Si fortè conventus S. Albini vocatus fuerit ad exſequias mortuorum in eccleſia B. Mauritii celebrandas, & præſens fuerit ibi epiſcopus, ipſe celebrabit exſequias, & cantor ipſius eccleſiæ, aut qui locum ejus ſupplebit, incipiet & aſſignabit primum verſum

B. Mauritii, & ſecundum monachis S. A
piſcopo abſente, vel celebrare nolen-
n valente, abbas S. Albini, ſi præſens
tiam abbatibus aliis præſentibus, ſo-
exſequias celebrabit. Epiſcopo & præ-
te, & alio abbate abſentibus, decanus
ccleſiæ, ſi fuerit ſacerdos, celebrabit
, aut ille cui capitulum injunget. Qui-
autem ibi celebrabit exſequias cantor
leſiæ, aut alius qui locum ejus ſup-
mper incipiet. Si verò conventus S. B
propter exſequias venerit ad mona-
S. Albini, epiſcopus, ſi præſens fuerit,
t exſequias, & cantor beati Mauritii
aut aliqua perſona eccleſiæ B. Mau-
ejus, & aſſignabit primum verſum ca-
ncti Mauritii, & ſecundum monachis
bini. Epiſcopo abſente, abbas S. Albini
it, & cantor ejuſdem monaſterii inci-
ſſignabit primum verſum canonicis B.
, & ſecundum monachis S. Albini. Ab-
epiſcopo & abbate, decanus S. Mau- C
fuerit ſacerdos, celebrabit exſequias,
or ſancti Albini ſemper incipiet, niſi ce-
epiſcopo. Abſentibus epiſcopo & ab-
decano, vel non celebrantibus, celebra-
ſancti Albini, vel alius monachus loco
Quicumque autem ibi celebrabit exſe-
canonici beati Mauritii primum verſum
obtinebunt. Si epiſcopus præſens fuerit
am in Ramis palmarum, faciet, ſi vo-
ſermonem ad populum; ſi noluerit, aut
tuerit, injunget ſancti Albini abbati, ſi D
s fuerit: ſi autem abbas præſens non fue-
l noluerit, aut non potuerit, injunget
ous alii cui voluerit. Abſente epiſcopo,
ancti Albini, ſi præſens fuerit, & volue-
ciet ſermonem; ſi abſens fuerit, faciet
em cui eccleſia ſancti Mauritii injunget,
s ex monachis ſancti Albini ibidem ſem-
dem die evangelium recitabit. Capſa S.
juxta capſam S. Mauritii pariter loca-
ad Dubam; & cantor beati Mauritii ibi-
x una parte primus incipiet, & cantor S. E
i ex altera. In quocumque loco epiſcopa-
i epiſcopus ſacros ordines celebraverit; ſi
non fuerint aliqui ex canonicis B. Mau-
qui in ſacros ordines promoveantur, mo-
i ſancti Albini qui ibidem in ſubdiaconatûs
conatûs ordinem promoti fuerint, epiſto-
& evangelium recitabunt, & poſt clericos
i beati Mauritii primi ab archidiacono vo-
ntur ordinandi. In craſtino feſti Reſurre-
is Dominicæ, ſi epiſcopus ad monaſterium
bini cum proceſſione ſancti Mauritii acceſ-
, monachi proceſſionaliter recipient eum F
procuratione, præter quod ſecundum con-
udinem dabuntur pueris cibaria. Si abſens
it epiſcopus, proceſſionaliter recipient re-
ias quas ſecum deferent canonici S. Mau-
i. Hoc ita factum epiſcopus in verbo ſacer-
is ſe fideliter obſervaturum promiſit. Abbas
oque, & ROBERTUS prior ſancti Albini
ſe & pro capitulo ſuo, de mandato ipſius
ituli: & STEPHANUS decanus ſancti Mau-

ritii, pro ſe & pro capitulo ſuo, de mandato ipſius capituli, hoc ſe fideliter obſervaturos fide datâ in manu noſtra firmaverunt. Ne igitur ſuper his aliqua valeat futuris temporibus ſuboriri... hæc omnia ſub chyrographo conſcribi fecimus, & ſigilli noſtri impreſſione communiri. Præſenti etiam paginæ præfatus epiſcopus Andegavenſis ſigillum ſuum appoſuit. Appoſitum eſt etiam ſigillum STEPHANI ſeneſcalli Andegavenſis, qui huic compoſitioni loco & mandato domini regis Anglorum interfuit. Appoſita ſunt etiam ſigilla utriuſque capituli, ſcilicet capituli ſancti Mauritii & ſancti Albini.

Actum eſt hoc anno ab Incarnatione Domini MCLXXX. menſe Auguſto, in vigilia Decollationis ſancti Johannis Baptiſtæ, in capitulo B. Albini, præſente toto conventu, & concedente; & præſentibus etiam ex parte canonicorum, Stephano *de Ternac* decano, Herberto archidiacono, Stephano archidiacono, Willermo capellano epiſcopi, Yvone archipreſbytero Salmurienſi, Garino canonico, Pagano de Ocilleio, Garino fratre decani, Philippo Adæ, Reginaudo, Reſtino; præſente etiam Hugone decano beati Mauritii Turonenſis, & Johanne *Cara* theſaurario Turonenſi, & canonico beati Mauritii Andegavenſis, Reginaudo capellano domini archiepiſcopi, magiſtro Petro de *Alegan*, magiſtro Petro de Vindocino, magiſtro Bartholomæo de Haya, Alberico capicerio Cainonenſi, Johanne de Lavardino, Johanne Aurelianenſi canonicis Turonenſibus, & multis aliis.

CARTA JOHANNIS EPISCOPI Carnotenſis.

De ſatisfactione facta à Johanne Vindocinenſi de illatis monaſterio ſancti Launomari Bleſenſi injuriis.

JOhannes divina dignatione & meritis (a) ſancti Thomæ martyris Carnotenſis eccleſiæ miniſter humilis omnibus ad quos præſentes litteræ pervenerint in Domino ſalutem. Noveritis illuſtrem virum Johannem Vindocinenſem à nobis ſententia excommunicationis, quam etiam domnus papa Alexander III. confirmaverat, fuiſſe diutius innodatum, propter quaſdam iniquas conſuetudines quas in villis ſancti Launomari Bleſenſis in pago Vindocinenſi conſtitutis contra juſtitiam uſurpabat. Vindicabat enim in illis ſibi jus hoſpitandi, talliam, corvagium, avenagium, juſtitiam cruoris & latronis. Quibus omnibus Jeroſolymam profecturus, coram nobis & multis venerabilibus viris Bleſis in perpetuum renuntiavit, ut à vinculo anathematis, quo tenebatur, mereretur abſolvi. Conſtituit etiam & authenticè confirmavit, quod ſi quis heredum vel ſucceſſorum ſuorum monachos aut homines beati Launomari moleſtare vel in-

(a) Anno 1180. *Ex ms. S. Launomari Bleſenſis.*

(a) Nota quantum S Thomæ Cantuarienſis archiepiſcopi meritis tribueret Johannes Saliſberienſis ejus olim clericus poſtea vero epiſcopus Carnotenſis, qui non ſuis ſed ſancti martyris meritis pontificalem dignitatem adſcribebat.

Digitized by Google

quietare præſumſerit, ſuper exactione prædictorum ſexaginta marcas argenteas dictis monachis perſolvere per eccleſiaſticam cenſuram compellatur. Et ne lis in hunc modum ſopita vel ab ipſo, vel ab heredibus ejus poſſit iterato ſuſcitari, ad preces ipſius formam pacis initæ præſenti paginæ commendatam ſigilli munimine decrevi roborandam. Actum Bleſis anno Verbi Incarnati MCLXXX.

JOHANNES CARNOTENSIS epiſcopus.

Johannem comitem Vindocinenſem à vinculo excommunicationis, quem ob illatas monachis Vindocinenſibus injurias incurrerat, abſolvit.

Anno 1180. Ex autographo.

JOhannes divina dignatione & meritis S. Thomæ Carnotenſis eccleſiæ miniſter humilis omnibus ad quos litteræ iſtæ pervenerint in Domino ſalutem.

Noveritis quod cùm veniſſemus ad eccleſiam Carnotenſem, nobilem virum JOHANNEM comitem Vindocinenſem ob injurias, damna, concuſſiones, quas eccleſiæ SS. Trinitatis Vindocini ſæpius irrogaverat vinculo excommunicationis aſtrinximus; & plus quàm triennio tenuimus aſtrictum. Verùm procedente tempore ad venerabilem patrem noſtrum PETRUM ſanctæ Romanæ eccleſiæ tituli ſancti Chriſogoni cardinalem apoſtolicæ ſedis legatum acceſſit, & præſtita juratoria cautione ſe de injuriis & læſionibus eccleſiæ memoratæ ſatisfacturum, præſente illuſtri Anglorum rege & pro eo intercedente, meruit abſolvi, relicto nobis quod de jure reſtabat exequendum. Citatus vero comes præſtitæ non ſtetit cautioni, dicens ſe in hanc formam non præſtitiſſe juramentum. Unde & priſtinam à nobis reductus eſt in ſententiam, quam domnus papa ALEXANDER III. confirmavit. Tandem cùm domnus Anglorum rex doleret illum tamdiu excommunicationi ſubjacere, regiam adjecit manum, eumdem compellens, ut exhibitione juſtitiæ ſe à ſententia excommunicationis qua tenebatur faceret abſolvi. Nos autem comes pœnitens, ut videbatur, & corde contritus adiit, ac de injuriis ſatisfaciens competenter; ad preces domni regis Anglorum & abbatis & fratrum eccleſiæ præfatæ abſolutus eſt, juratoria cautione præſtita ſe manum ulterius, nec ad eamdem eccleſiam, nec ad homines vel poſſeſſiones ipſius extenſurum, niſi aliquid de jure poſſet evincere. Quod ut poſteritati notum fieret, & eccleſiæ jam dictæ proſpiceretur indemnitati, tam ſcripti quàm ſigilli noſtri teſtimonio fecimus communiri. Actum publicè anno gratiæ MCLXXX.

TESTAMENTUM R. VICECOMITIS Biterrenſis.

Circa 1180.

EGo dominus R. vicecomes Biterrenſis confiteor & recognoſco bono ſenſu & bona memoria, ſtatuo & confirmo teſtamentum illud quod feci in poteſtate domini B. Narbonenſis archiepiſcopi & GAUFREDI Biterrenſis epiſcopi, & aliorum qui ibi continentur. Conſtituo B. de Saxaco tutorem & defenſorem & procuratorem filii mei R. & totius patriæ meæ Biterrenſis, & Carcaſſenſis, & Redenſis, & Albienſis, & totius Al.... meæ & omnium aliorum jurium meorum mobilium quæcumque ſunt & qualiacumque ſint, ab hoc proximo Paſcha uſque ad v. annos completos: & volo & mando ut de redditibus meis perſolvantur omnia debita mea. Item volo & mando, ut de prædictis B. & vicarii mei A. Raymundus & G. Adſalicus, & alii vicarii mei faciant conſilio B. & RAYMUNDI filii comitis negotia filii mei & totius patriæ meæ. Et ego R. jam dictum filium comitis Toloſani ut ipſe manu teneat & defendat & cuſtodiat jam dictum filium meum, & B. de Saxaco tutorem ejus, & A. Raymundi, & G. Aſalicum, & totam terram meam, & omnia jura mea. Item volo & mando, ut R. Trincanellus frater meus habeat victum, & veſtitum, & equitaturas, dum in curia filii mei R. manere voluerit. Item mando, ut B. de Saxaco habeat de redditibus patriæ meæ pro emenda de *Negon*, de Caunis x M. ſol. Melgur. & reliquos x v. millia ſolidos Melguerienſes perſolvant abbas & monachi de Caunis. Item dimitto filiis Remundi de Laſpiniaco decem ſol. Melg. de ipſis v. millibus ſolid. quos habeo ſuper Laſpiniacum pro pignore. Item debeo v. millia ſolidorum domui Caciani pro mea ſepultura; & habeant pro illis in pacta poſt natale Domini illud pignus quod habeo in ſextaria Biterrenſi de tribus millibus ſolidis, & alii duo millia ſolidi perſolvantur eis ad diem obitus mei de denariis quos habeo apud Pezenacium, qui ſunt MMMM. & CCCC. ſol. & de reliquis remanentibus MM & CCCC. ſol. & alii DCCC. ſol. quos habeo apud Biterrim. Mando ut D. ſol. dentur & perſolvantur in calices, & in illo quod dimitto in teſtamento meo, & quicquid remanſerit inde ad complendum perſolvatur de minoriis meis de Villa-magna, & de Brunna, & de Avena, & de Teddes, de primis redditibus qui inde ad opus mei exierint, perſolutis Aimerico & Bajulo debitis quos eis debeo. Item mando, ut B. de Saxaco & heredes mei redimant villam ſancti Hilarii, nomine *Gardiaix* de quinque millibus ſolidis Toloſ. de poteſtate R. Eringaudi: & reddant illam villam monaſterio ſancti Hilarii liberam. Item mando, ut illud quod mihi grangia de Placito Mainarden, & Bernardi Pautonerii & de placito de Barraus donetur & perſolvatur Guillelmo Amelio. Item mando ut, malum quod feci eccleſiæ & clericis ſancti Nazarii Carcaſſenſis B. de Saxiaco & heredes mei emendent illud & reſtaurent prædictæ eccleſiæ & clericis per conſilium G. Amelii & magiſtri B. Item dimitto magiſtro Bertrando CCCCLX. ſol. Melg. quos habet de me

Digitized by Google

Bonetus Judæus, & donum illud quod ei feci in ſalino de una beſtia; ſicut ſcriptum eſt in carta quam ei inde feci, firmiter teneatur in omni vita ſua. Item mando, ut de denariis meis, quos habet R. de *Coculs*, perſolvantur Bernardo notario meo CXL. ſol. Melg. quos ei debeo propter equum quem vendidit Bernardo de Muro-veteri. Item ſit notum quòd A. Raymundum & G. Aſalicum & omnes alios vicarios meos & ſubvicarios & bajulos teneo per bonos & fideles, & volo ut unuſquiſque vicariam & bajuliam ſuam habeant, & teneant bene & fideliter quamdiu fideles fuerint, & ſi fortè heredes mei vel aliquis pro eo inde eos ejicere voluerit, mando ut omnia debita quæ tunc remanſerunt eis ad ſolvendum propter me, antequam inde ejiciantur, integriter & ſine damno perſolventur, & dono Villæ longæ XII. denarios quos habeo pro uſatico in quodam manſo......... ad famulam meam, & dividantur per cognitionem G. Amelii & magiſtri B............ epiſcopus promiſit & archijuravit, & omnes iſti juraverunt quòd teneant & teneri faciant teſtamentum. G. Amelius, B. de Saxaco, Ar. R. G. Aſſalit. Amblar. Pelapol, G. Ug. Gailard de Podio, G. Pelapol, P. Rog. & Jor. de Bacarres, Peregrinus de Mirapeis, G. de ſancto Felice, Jor. de S. Felice, G. de Rocaford, A. Feda, B. Ferals, Pontius Ferrol, Rog. R...... Ar. Mir. R. Mir. R. Fabre, G. Ferrol, A. Morlana, Sancius Morlana, G. Amelius juvenis, P. de Turre, P. de Podio, Bertrand Lug. A. Ferrol, Aimericus Ferrol, R. de Roca, G. de Gerdo, R. Lumbardus Auſtorc.

EPISTOLA GERARDI Clarevallenſis ad Deſiderium epiſcopum Morinenſem.

Commendat ei fratres de Claromariſco, mittitque ei epiſtolam Alexandri papæ III. ad archiepiſcopum Eboracenſem qua monachi à ſolvendis decimis terrarum quas proprio labore colunt, exemti declarantur.

Reverendo in Chriſto patri D. Dei gratia Morinorum epiſcopo G. Clarevallis dictus abbas ſalutem & omne bonum.

Dignatio veſtra fiduciam præbet, ut audeamus fratrum noſtrorum vobis neceſſitates exponere, ut conſilium & auxilium in vobis inveniamus in hoc tempore opportuno: ſi quidem audivimus & intelleximus apoſtolica ſcripta vos recepiſſe pro fratribus noſtris de (a) Claromariſco, ut juſtitiam teneatis de terris illis quæ ab antiquo incultæ fuerunt, decimas ab eis laïci vel clerici præſumant exigere. Et nos quidem terras illas oculis noſtris aſpeximus, & certum eſt quod in profundo maris ſitæ, nullam aliquando

(a) Clarus-mariſcus illuſtre eſt Ordinis Ciſtercienſis de linea Clarevallis monaſterium diœceſis S. Audomari duabus ab Audomaropoli leucis diſtans.

A habuerunt humanam culturam, præter hoc quod in præſenti fratres noſtri, pro ut vos ſcitis, contra mare magnis expenſis & laboribus inſtant ut appareat arida. Ut igitur diſcretio paternitatis veſtræ abſque dubietatis ſcrupulo conſtanter pro jure noſtro tuendo invigilet, ſecundum quod de vobis confidimus, ſcripta vobis mittimus nihilominus in quibus quid de exactione decimarum ſentiat & teneri præfigat evidentiùs ſcire poteritis.

ALEXANDER papa Eboracenſi archiepiſ-
B copo. Fraternitatem tuam ſcire volumus firmiter & tenere, quod eo caritatis fervore perſonam tuam, ob multiplicia tuæ gratiſſimæ devotionis obſequia nobis frequenter impenſa, diligimus, ut nihil tibi aliquando denegare velimus, quod pro quolibet fratrum noſtrorum facere debeamus. In eo autem quod de compellendis monachis albis & nigris, canonicis regularibus & ſæcularibus ad ſolvendas decimas de conductis, quas habent ad terminum vel ad firmam, à nobis tuæ diſcretionis prudentia poſtulavit, te vel alium quem-
C libet audire vel exaudire nulla ratione poſſemus: niſi manifeſtè vellemus obviare juſtitiæ, & prædeceſſorum noſtrorum inſtitutionibus contraire: ne videremur religionem perſequi; quam ſi fortè non habemus in nobis, in aliis diligere & fovere tenemur. Cautum ſiquidem habetur in ſcriptis prædeceſſorum noſtrorum Romanorum pontificum, quod religioſi viri ab exactione decimarum de laboribus ſuis quos propriis manibus vel ſumtibus colerent, & de nutrimentis animalium
D ſuorum, prorſus eſſent immunes. Sed piæ recordationis ADRIANUS papa prædeceſſor noſter labores in novalia pro ſua voluntate convertit. Illud etiam nos à tuæ petitionis effectu videtur retrahere, quod in veteri teſtamento non recolimus nos umquam legiſſe, ut levitæ levitis decimas perſolviſſent. In novo quoque, ſicut tua non ignorat diſcretio, non ambigimus eſſe ſtatutum; ut populus eccleſiis illis decimas ſolvant, ubi eccleſiaſtica recipiunt ſacramenta. Inde Apoſtolus dicit. *Non*
E *eſt magnum ſi carnalia veſtra metamus ubi ſpiritualia ſeminamus.* Non itaque grave tibi ſit, ſicut non eſſe debet, ſi ratione divinæ ſcripturæ, & noſtra honeſtate penſata, petitionem tuam, quantumcumque te diligamus, & tibi ſicut cariſſimo fratri noſtro deferre velimus, non duximus admittendam. In nullo enim apud nos patereris repulſam quod ſecundum Deum & juſtitam fieri poſtulares.

EPISTOLA THEOBALDI BLESENSIS comitis ad Petrum cardinalem apoſtolicæ F ſedis legatum.

Commendat ei Caſtridunenſem pauperum domum quam abbas Caſtriduni moleſtabat.

Domino & amico ſuo cariſſimo (a) P. ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinali preſbytero (a) Circa 1180. Ex ms. B. M. de Fontanis.

(a) Petrus apoſtolicæ ſedis legatus poſtea archiepiſcopus Bituricenſis, reſidebat tunc Turonis, ut diſcimus ex Guiberti Gemblacenſis epiſtola ad Philippum Colonienſem archiantiſtitem mox edendam.

Digitized by Google

apoſtolicæ ſedis legato....... Bleſenſis comes Franciæ ſeneſcallus ſalutem & obſequium.

Attendat diſcretio veſtra quoniam domus pauperum Caſtriduni admodum ſancta eſt & caritativa, ut pote illa quæ debiles & egenos, undecumque veniant, cum omni devotione ſuſcipit & procurat. Ipſa verò à patre meo comite THE. & ab epiſcopis tam noſtri temporis quàm noſtrum tempus præcedentibus, pro ut melius & commodius eis viſum fuerit, inſtituta eſt & ordinata. Abbas autem Caſtriduni ejus inſtitutionem pervertere, & neſcio cujuſmodi novas conſuetudines inducere proponit: quod nullatenus præſumere debet. Nemo enim qui Deum diligat detrimento tam ſanctæ domûs debet imminere. Immo cum omni devotione & diligentia pro totis viribus ſuis in melius promovere: unde liberalitati veſtræ devota & diligenti precum inſtantia ſupplico, quatinus ad commodum pauperum JESU-CHRISTI vigilanter intendatis & præfatam domum in priſtino ſtatu, in quo huc uſque perſtitit admodum perſiſtere præcipiatis. Valete.

EPISTOLA T. ad Bartholomæum Turonenſem archiepiſcopum.

Excuſat ſe quod ad Fontanenſe monaſterium mittere non poſſit quem poſcebat monachum.

Ex mſ. B. M. de Fontanis.

B. Turonenſi archiepiſcopo. Dilectus in Chriſto frater T.

Quem ad Fontinenſe monaſterium remittendum veſtra celſitudo repoſcit, magna & multa infirmitate deprimitur. ita ut illuc ire nec velit ad præſens omnino nec poſſit. Nos autèm pium propoſitum quod circa domum illam geritis devotionis internæ brachiis amplectentes, rogamus ut abſentia fratris non præjudicet affectui caritatis, ſed omne quod eidem domui præſente illo ſolatium conferetis, ſub divinæ præſentiæ oculis impendatis, ab illo percepturi munus obſequii, qui dignæ remunerationis intuitum, non tam in effectum operis, quàm in affectum dirigit voluntatis. Ceterum quantum in nobis eſt parati ſemper exiſtimus, ut excellentiæ veſtræ in his quæ juſſeritis pareamus. Valete.

EPISTOLA ARVERII DE BELVAIS ad Johannem epiſcopum Carnotenſem.

De monaſterio ordinis Ciſtercienſis, quod conſtruere meditabatur.

Ex mſ. B. M. de Fontanis.

EPiſcopo Carnotenſi Arverius de Belvais ſalutem.

Dilectionem veſtram rogo attentius quatinus iſtis litteris fidem adhibeatis atque teneri faciatis. Notum vobis facio quod terram de Bercelai dedi ordini de *Ciſtex*, ut ibi monaſterium conſtruatur. Iterum vobis notifico quod ego habeo XVIII. marchas auri ad Templum Pariſius ad ſolvendum tempore capituli: medietatem do heredibus noſtris, & jubeo quod Hugo de Belvais habeat in cuſtodia cum terra quouſque filii mei provecti ſint. Aliam medietatem do Gaufrido de Parei, & jubeo quod reducat ſecum gentem meam, & milites meos in terram ſuam; & adhuc præcipio quod donet decem libras Girardo de Viabo, & decem libras Girardo de *Placeith*. Et ſi fortè contingeret quod terra iſta non daretur, precor Hugonem de *Belvais* avunculum meum quod propitietur animæ meæ.

EPISTOLA JOHANNIS epiſcopi Carnotenſis ad Petrum de Candeio.

Monet ne monachos de Fontanis contra formam ordinis celebrare faciat in eccleſia de Landa.

Ex mſ. B. Mariæ de Fontanis.

JOHANNES divinâ dignatione, & meritis beati Thomæ, Carnotenſis eccleſiæ miniſter humilis, Petro de Candeio ſalutem.

Omnis eleemoſyna tantò eſt Deo acceptior, & largitori ſuo fructuoſior, quantò ipſius induſtriam commodior accipienti fuerit & utilior. Hinc eſt quòd utilitati tuæ providentes conſulimus, & admonemus in Domino, ut in eccleſia tua de Landa monachos de Fontanis contra formam ordinis Ciſtercienſis miſſam celebrare non compellas. Sufficiat autem devotioni tuæ officium divinum quod in ipſa abbatia pro tua & prædeceſſorum, & ſucceſſorum tuorum ſalute celebrare monachi ſtatuerunt. Vale.

EJUSDEM AD BARTHOLOMÆUM Turonenſem archiepiſcopum.

Ejuſdem argumenti.

Ex mſ. B. Mariæ de Fontanis.

VEnerabili domino & patri cariſſimo B. Dei gratiâ Turonenſi archiepiſcopo, apoſtolicæ ſedis legato, JOHANNES divinâ dignatione, ac meritis ſancti Thomæ, Carnotenſis eccleſiæ miniſter humilis ſalutem & juges ad vota ſucceſſus.

Rectoribus incumbit eccleſiæ viros religioſos propenſiùs diligere, & eos ſuis confovere facultatibus, longè ab eis injurias propulſare. Hinc eſt quòd veſtræ devotionis pietatem exoramus attentiùs, ut perſuadeatis Petro de Candeio tantò abundantiorem eſſe fructum miſericordiæ, quantò cui exhibetur noſcitur plus prodeſſe. Conſulatis ergo ei, & admoneatis in Domino, ne in eccleſia de Landa contra formam ordinis Ciſtercienſis monachos de Fontanis miſſam cogat celebrare, cùm prædicti monachi in ipſa abbatia pro ſua & prædeceſſorum ſuorum ſalute.....

Digitized by Google

EPISTOLA T. ABBATIS ad O. abbatem.

Rogat ut pœnitentem revertentem benignè recipiat.

T. abbas O. abbati.
Ecce, pie pater, poſt multos labores & dolores prodigus filius ad patrem anxius & tremebundus revertitur, & indignum ſe filii nomine profitetur. Intereſt igitur pii patris ſuper collum ejus irruere, & viſo eo misericordiâ commoveri. Quærit enim hœdum pœnitentialem inter extremos edere, ſi fortè recuperare valeat quandoque ſaginatum. Servus igitur veſter ejus anxietate, converſione, & lachrymarum ubertate compunctus, veſtram clementiam coactus fui pro miſero & pœnitente implorare: quatenus ovi revertenti paſtoris non deſit dulcedo paterna, ne pernitioſâ abſortum triſtitiâ deſperantem devoret inſidiatrix antiqui hoſtis malitia. Valete.

INCERTI SCRIPTORIS.

De excommunicatione electi Dolenſis archiepiſcopo Turonenſi.

Veritatis amatores ea quæ veritate ſubſiſtunt, nec timore, nec odio debent aliquatenus diffiteri, & præcipuè cùm ab eis rei veritas poſtulatur. Veſtrarum litterarum teſtimonio confirmaſtis dominum Turonenſem in dilectum fratrem noſtrum (*a*) Hu. Dolenſem. electum, & fautores ejus non commonitos infra diem pro componenda pace à ſeipſo conſtitutum ſententiam excommunicationis ſatis enormiter promulgaſſe. Sed quoniam dominus papa hoc venerabili fratri noſtro S. Remenſi archiepiſcopo quorumdam fratrum noſtrorum inductus conſilio commiſit, ut agnitâ veritate, ſi ita eſſe conſtiterit, eos apoſtolicâ auctoritate abſolvat, vobis preces affectuoſas porrigimus, ut amore Dei & noſtri, & intuitu veritatis, quod veſtris litteris mandaviſtis, idem vivâ voce in præſentia domini Remenſis atteſtemini. Hinc autem & à Deo præmium recipietis, qui ſemper veritatis amatores remunerat, & vobis inde favorem parabitis, cùm à veſtrarum non diſſonaveritis teſtimonio litterarum. Valete.

EPISTOLA CIVIUM REDONENSIUM ad C. principem & E. matrem ejus.

Rogant ut urgente fame conſulant pauperibus.

Domino ſuo principi C. & matri ſuæ E. cives Rhedonenſes ſalutem.
Quoniam apud vos & ſumma rerum & conſilium veſtræ gentis pendet & ſpectat. Conſulite urbi veſtræ & populo pereunti, quoniam invaleſcit fames, nec eſt qui annonam vendere
A velit, quia moneta veſtra, ut omnes aiunt, minatur ruinam, & citò caſura promittitur; denique ubi frumentum venale, aut avena invenitur, viginti ſolidis comparatur quarterium: pauperes enim jacent pallidi & attenuati fame. In vos hoc redundat; properate, date conſilium, ne mortes pauperum de manu veſtra requirat Pater orphanorum & Judex viduarum. Valete.

(*a*) Hugo Dolenſis electus fuit circa 1154. quo tempore Samſon archiepiſcopus Remenſis præerat, mox S. litterâ deſignatus.

B

EPISTOLA JOHANNIS ad Henricum Anglorum regem.

Mittit ei metricam Orationis Dominicæ expoſitionem.

Inclyto Anglorum regi Henrico, Johannes ſuus de regno Anglorum ad regnum angelorum tranſire mereri. *Ex mſ. B. Mariæ de Fontanis.*
Principales quidem aures totius reipublicæ audiendis & corrigendis exceſſibus cœlitùs accommodatas, ſed & oculos regios ejuſdem reipublicæ videndis & providendis ſucceſſibus di-
C vinitùs attributos prolixiore fucati ſermonis eloquio nequaquam detinendos ſapiens non ignorat. Ea propter ſuccinctè nobis ſcribere libet, dum prolixè non licet: eatenus tamen, ut totum à parte notetur opertè, quamvis etiam totum per partes notetur apertè. Ex quibuſdam enim poſitis quædam etiam non poſita conjectari, & ex quibuſdam dictis quædam etiam non dicta plerumque perpendi regiæ diſcretionis nos non latet non latere prudentiam. Opuſculum itaque Dominicæ Orationis expoſitorium, quod veſtræ majeſtatis excellentia à
D noſtræ parvitatis humilitate non eſt dedignata rogare, munuſculum metro caſtigatum elegiaco regiis præſentari ſe gaudet, ſed timet aſpectibus. Suſpectum ſiquidem habet de ſeipſo judicium, eò quòd ipſum ſuo ipſius judicio ſit deſpectum. Timet nimirùm ne in curia veniam non inveniat de incuria. Veretur profectò ne invidia profectibus ſemper alienis inviſa, ipſum vel ex toto deprimat, vel ſupprimat in parte. Porrò de inolita regiæ benignitatis gratia confidens, curiam adire curavit, ut ibidem de regia ſententia ſumat ſententiam de principali judicio judicium, an cùm honore prodire de-
E beat in medium, an ſine honore redire. Valeat ſemper in Domino veſtræ dignitatis præclara majeſtas. Amen.

REVELATIO CUJUSDAM FRATRIS de domno Willelmo priore Grandimontis.

Fratri Widoni Willelmus.
Eſt quidam frater in Grandimonte adhuc vivens, ſacerdos, vir religioſus, & boni teſtimonii, domno priori Guillelmo, & ante- *Circà 1160. Ex mſ. Vindocinenſi, annorum circiter 50.*
F ceſſoribus ejus, quondam familiariſſimus, cujus nomen tacebitur, plenus virtutibus, honeſtus vitâ & moribus, parcus in cibo & in potu, tardus ad iram, tardus ad loquendum, dulcis

Digitized by Google

eloquio, humilis in omni converſatione ſua, juſtus & placens coram Deo & hominibus, incedens in omnibus mandatis Domini ſine querela. Hujus enim officium eſt, ſemper pſalmos legere, aut orare, & genua flectere ante Deum: ita ut jam per omnia Deo dignus, ſi fas eſt, in carne mortali angelis ſimilis effectus, in cœleſti regno vivus à Domino transferri debuiſſet. Hic ergo jacebat proſtratus in oratione ante crucifixum in capitulo, & Deum toto cordis deſiderio exorabat: Et ecce vigilanti ei, & pro cœleſtis regni perceptione ſuſpiranti, quidam frater ſacerdos, non multum ante defunctus, nimio candore veſtitus apparuit, amicus ejus & ſocius, & omnibus nobis notiſſimus, nomine BENARDUS DE ROCHA, quem domnus prior Willelmus à puero nutrierat, & virgo virginem admodum diligebat, & ipſe eum; ita ut etiam illo vivente ejus dentem in pectinario pro reliquiis portaret. Unde divina diſpoſitione factum eſt, ut quos una caritas invicem viventes ligabat, defunctos conjungat; nam domnus WILLELMUS prior Grandimontis, ut ferè omni mundo notum eſt, pro injuria quam à fratribus ſuis patiebatur, exſul & peregrinus Romæ migravit ad Chriſtum: cujus ſanctitatis virtutiſque præconium omnium noſtrûm novit eccleſia, quod etiam crebra teſtantur miracula. Frater autem jamdictus B. ab Occidentalibus partibus Romam pergens ejus videre ſepulcrum, ibi ſimiliter defunctus eſt. Ubi apertè oſtenditur quantùm vivens dilexerat, quem etiam in tantùm mortuus diligebat, ut eum de longinquis regionibus ad ſe venire, & ſecum tumulari, Deo ordinante, voluiſſet. Erat enim frater ille affabilis, & amabilis valde, & ſine crimine virgo, ut dictum eſt, ab infantia in Dei ſervitio perſeverans. Hunc ergo cùm vidiſſet ſacerdos ille prædictus ſtantem ante crucifixum in alba, obſtupuit; non tamen vehementer expavit, utpote vir ſpiritualis, & ſupernis viſionibus aſſuetus, ſed caput parùm ab oratione erigens, ac aſpiciens, dixit: Domne BERNARDE, vos eſtis ille? Cui ipſe: Ego ſum, inquit, BERNARDUS DE ROCHA. Tunc interrogavit eum frater ille, dicens: Domine, quomodo eſt de vobis? Cui reſpondit: Mihi quidem bene eſt, quia ſalvatus ſum; ſed de GERARDO conqueror, qui noluit nomen meum ſcribi in calendario; ſed ego vindicabor de illo: de GERARDO ſcilicet priore loquens, ſed nolens eum appellare priorem. Poſteà interrogavit eum iterum ille vir ſanctus ſacerdos, ita inquiens: Domine, dicito mihi: quomodo eſt domno GUILLELMO priori? At ille reſpondens: Sciatis, inquit, pro certo quod ipſe eſt cum Domino JESU-CHRISTO in regno cœlorum, & Deus in cœlis coronavit eum coram ſe. His ita dictis, diſparuit, & frater ille lætus ab oratione ſurrexit. Hanc itaque viſionem ſacerdos ille mihi familiariter narravit, & verum eſt teſtimonium ejus, ſed ipſe non vult eam interim divulgare, ne fortè ei in odium vel jactantiam verteretur. Nolui tamen divina opera ſilentio tegere; ſed ea ſcripto memoriæ commendare, & maximè quia præconia ſanctitatis domni WILLELMI prioris nullus ſuorum fidelium diſcipulorum debeat reticere, ſed prædicare, laudare, lætari, atque gaudere. Valete.

CARTA GUILLELMI FILII GUIDONIS comitis Nivernenſis pro parthenone Criſenonenſi.

Anno 1181. Ex cartario Criſenonenſi.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Amen. Decurrenti cùm tempore ne decurrant quæ geruntur in tempore, litterarum ſolent indiciis æternari. Ea propter noverint univerſi præſentes pariter & futuri, quòd ego GUILLELMUS unicus filius GUIDONIS comitis Nivernis, & MATHILDIS comitiſſæ, amore Dei, pro remedio animæ meæ, & pro animabus patris & matris meæ, omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, dedi in perpetuùm, conceſſi Deo & eccleſiæ B. MARIÆ de Criſenone, & ibidem Deo ſervientibus IIII. XX. brunellos ſalis apud Autiſſiodorum. Præterea ſupradictæ eccleſiæ in futurùm conceſſi in nemore meo de Freteio uſagium ad unam quadrigam, videlicet in nemore mortuo; quod ut ratum & inconcuſſum in poſterùm habeatur, cùm ego GUILLELMUS adhuc puer ſigillum non habebam, ad preces & petitiones meas domina mater mea comitiſſa Nivernis hanc meæ donationis cartulam ſigilli ſui impreſſione fecit communiri. Hujus rei teſtes ſunt, dominus NARIOT de Tuci, JOHANNES vicecomes Laniaci, Gauterius Berardi, Hervinus frater ejus, Letericus Balledar, Petrus Choeſſel, Itherius tunc præpoſitus Malliaci, Brunus coquus, Reinaldus Bocherel, Reinaudus notarius comitiſſæ.

Actum eſt hoc anno Verbi incarn. MCLXXXI.

EPISTOLA GUIBERTI ABBATIS Gemblacenſis ad Philippum archiepiſcopum Colonienſem.

De laudabili & ſancta converſatione fratrum Majoris-monaſterii.

Circa annum. 1182. Ex ms Gemblacenſi.

DOmino & patri PHILIPPO Dei gratia Colonienſi archiepiſcopo frater GUIBERTUS ex affectu ſuus, quando judicium duriſſimum in his qui præſunt fiet, benedictionem & refrigerium ſalutis æternæ à Deo ſalutari recipere.

Promiſſionem ſuperioris præſenti epiſtola redditurus, videlicet ut de laudabili converſatione fratrum Majoris-monaſterii, & nobilitate eccleſiæ (a) Caſtrinovi, ad honorem largitoris bonorum omnium & patroni eorum beati pontificis Martini, & utilitatem audientium, aliqua noſtratibus, qui hæc non viderunt aperiam, qualiter ad horum notitiam pertigerim breviter prælibandum arbitror. Ad quam quia cum Dei gratia veſtri ope ſuf-

(a) Caſtrum-novum hìc eſt locus in quo ſita eſt Turonenſis Sancti Martini eccleſiæ, olim ab ipſa civitate ſeparatus.

fragii

Digitized by Google

rductus ſum ab eo exordiar, quod
Binguia rediens Coloniæ vos in mul-
altatibus ordinandi & producendi in
xercitûs inveniſſem, ſine difficultate
oſtquam loquendi vobiſcum mihi fa-
cta eſt, à benignitate veſtra quod
obtinui. Acceptis itaque litteris ve-
ultanter digreſſus à vobis veni Gem-
ubi ab amicis qui per triennium ab-
meam moleſtè tulerant benignè ex-
manſi apud eos diebus ferme vigin-
de & ipſis & abbati oſtenſis eiſdem
& ægrè etiam ipſarum ſuffragio im-
peregrinandi licentiâ, maturavi quod
i exſolvere; & gratia Dei & obten-
oſi & pii quem expetebam patroni,
quoque interceſſionis ope fretus, Tu-
cum ſumma proſperitate peracceſſi;
nquam eatenus die alacrior, quàm
Majus-monaſterium, quod adhuc in
ivens vir beatus fundavit, & Caſtrum-
ubi defunctus in corpore requieſcit,
ccator, vel videre vel intrare prome-
o die lux nova mihi oriri viſa eſt,
o lætitiæ non ſolum in interiora mea
lente, ſed ipſa etiam oſſa perfunden-
it adipe & pinguedine repleta eſt ani-
a. Exultavit & efferbuit cor meum &
ctum eſt in amorem piiſſimi conditoris
nihi immeritò largientis. Oculis quidem
crymas præ gaudio fundentibus, ſed om-
quæ intra me ſunt in laudem & benedi-
n & gratiarum actionem ejuſdem Dei vi-
antibus. Recitatâ & ibi in conventu
n eâ quæ huic præſcripta eſt memorabi-
tolâ veſtrâ, & relectis litteris veſtro &
s noſtri ſigillo munitis, tam beati glo-
ſonantibus, quàm pro mea ſuſceptione
antibus, favorabiliter ab eis retentus
omnibus pro patroni ſui gratia & pro
uſdem bona opinione latè diffuſa, quam
ificabatis maturè exultantibus, benevo-
m & manſuetudinem veſtram, quam
on oculis, ex verbis tamen veſtris col-
nt prædicantibus, & quod tantopere
iendaret; vel pro quo peteret tantæ di-
tis & reverentiæ perſona nullatenus con-
endum eſſe dicentibus. Manſi autem in
ri-monaſterio octo ferme menſibus, non
dvena & peregrinus; ſed ut proprius
poſſeſſor & domeſticus, in nullo à fra-
contubernio vel ſaltem à capitulo, quod
lias fit, diſcretus. Ex conſideratione conver-
nis eorum pigritiam meam confuſione
am redarguens, & quicquid eatenus
m omnino deſpiciens. Nulla ibi jurgia,
lia vel ſcandala aut nulla aut pro vero
ſima: quia cultus juſtitiæ ſilentium lo-
itatem litigiorum matrem obturans, ni-
ale ibi ſeminari permittit; aut ſi fortè
itur, ferrea jugulantis diſciplinæ falx con-
o illud demetit & abradit. Diſtrictio ſa-
c moderatio capituli tanta, ut & irruen-
ſi qui ſunt, ab omni modo non ſolum
um, & verborum; ſed & nutuum ex-

A ceſſu coërceat, & totas eccleſiæ officinas om-
neſque tam publicos acceſſus quàm ſecretos
conſeſſus per honeſtos & maturos viros diſpo-
nens, in pacis tranquillitate & unitate dile-
ctionis & religionis puritate cuſtodiat. Tan-
ta diſcretionis univerſa ibi lance librantur,
ut ſit unde fortes exerceantur, nec ſit ſuper
quo imbecilles querantur: & qui occaſiones
quærunt invenire non permittantur. Ibi opus
juſtitiæ, pax componit omnia, ſedetque ſan-
ctæ illius multitudinis populus, & delectatur
B in pulchritudine pacis, in tabernaculis fidu-
ciæ, & in requie opulenta. Interveniente quip-
pe beato paſtore & nutritore eorum beato
Martino aperit eis Dominus manum ſuam,
& de rore cœli & pinguedine terræ replet eos
benedictionibus largifluis, tantamque affluen-
tiam rerum neceſſariarum famulis ſuis ſub-
miniſtrat, ut meritò eis coaptetur illud Davi-
dicum: *A frumenti, vini, & olei ſui multiplicati* Pſal. 4. 8.
ſunt, & in loco illo ſpeciali quâdam prærogа-
tivâ impleri ſentiatur, quia timentibus Deum
C nihil deſit, nec his qui eum diligunt in veri-
tate. Nec immeritò ſanè, quoniam & pſallen-
di devotio, & myſteriorum veneratio, hoſpi-
tumque ſuſceptio, tantâ intentione, fidelitate,
hilaritate, ab eis excoluntur, ut nuſquam iſta
videri, nuſquam credam ferventiori pietate
obſervari. Nihil ibi indiſciplinatum, nihil inor-
dinatum, omnia quieta & conſona. Nihil citra,
nihil ſupra modum, nihil indecens ibi, adeo
ut univerſa diſponente ſapientiâ in menſura &
pondere & numero, quantùm infirmæ huma-
D nitati poſſibile eſt, geri videantur. Membra ec-
cleſiæ illius cohærentia ſibi ſollicitâ ſervare
unitatem ſpiritûs in vinculo pacis. Firmioribus
imbecillitatem infirmorum ſine murmuratione
ſuſtentantibus, inferioribus debitum, majori-
bus honorem exhibentibus: aliis aliorum qua-
rumlibet neceſſitatum onera portantibus, to-
tum corpus compactum & connexum, & om-
nem juncturam laudabilis & imitandæ ſub-
miniſtrationis hujus ſemper pacatum eſt, &
creſcit in ædificationem ſui in caritate. Ca-
E put cordi, & cor capiti ſibi invicem vires
ſuas refundendo communicant: ut ſimul &
corpus univerſum & ſingula cum ſenſibus ſuis
membra in proprii ſtatu officii, & quaſi na-
tivæ ſanitatis vigore cuſtodiant, dum abbas
& ſpirituales viri junctis ſtudiis & conſiliis
infirmos in fide & non in diſceptatione cogi-
tationum aſſumentes, cum bonitate, diſcipli-
na & ſcientia, in ſpiritu tamen lenitatis;
tantâ diſcretione inſtruunt, ut ſalvis fictilibus
licèt vaſculis, omnis rubigo elimetur, & nihil
F pravi humoris, nihil ſcabiei, unde corrumpi
debeant in ovibus Chriſti relinquatur. Longè
ab illo conventu ſancto caput quovis contagio
languidum, & neceſſe ſemper eſt ſub ſano
capite membra æquè ſana inveniri. Quis enim
de ſalute & pulcritudine corporis dubitet,
cui caput incolume & lucidum, nec habens
aliquam partem tenebrarum præeſt? Nul- Abbas Majoris monaſterii quomodo eligatur.
lus enim umquam abbas ibi violenter intru-
ditur, nullus lepra hæreſeos ſymoniacæ reſ-

perſus aſſumitur: quia nemo ab aliqua, vel ſæculari, vel eccleſiaſtica poteſtate, quæ per pecuniam corrumpi poſſit, aliquando ſtatuitur, ſed libera & irreprehenſibili electione, qui ordinandus eſt promovetur. Solus namque conventus, collectis qui infra menſem occurrere poſſunt cellarum prioribus, ſub timore Dei in libertate ſpiritûs, præcurrente jejunio cum eleemoſynis, corpus beati Martini ſitum in Caſtro-novo humillimè expetens, ſumma cum devotione in miſſis & obſecrationibus ſtatione celebrat: deprecans ut ſummus paſtor in eligendo paſtore ſui vicario nec falſi, nec ſuum, ſed ipſius eos ſequi permittat ſpiritum, reverſuſque de ordinando hoc tractat ordine. Ejectis & in unam ſecedentibus cameram viginti aut triginta ſanioris conſilii fratribus qui eligant, ceteri omnes in medio capituli terratenus proſtrati, cum litania & precibus conſenſum eligentium reverenter expectant, ſine refragatione ſuſcepturi quemcumque illi, Deo auctore, nominaverint. Non eſt auditum hactenus aliquando caſſatam eſſe devotionem orantium, nec terminatam fuiſſe letaniam, donec in idoneam perſonam firmaretur conſenſus eligentium. Dehinc electus deſignatus ex nomine, cum honore & laude omnipotentis Dei ducitur in oratorium, & ſub jurejurando pollicentem, uſque ad iota & apicem unum, nihil ſe de omni conſuetudine quam invenit immutaturum, auctoritate apoſtolicâ tradito baculo paſtorali, inthroniſat eum prior, cui hoc à conventu fuerit impoſitum. Sacratur verò, vel ab ipſius civitatis epiſcopo: vel, ſi defuerit ille, aut aliquid typi prætulerit, à quocumque pontifice voluerit. Inter cetera ſanè quæ eum, & ex decreto capituli, & ex pacto oris ſui exequi neceſſe eſt, illud præcipuè approbandum, quòd quamdiu in monaſterio eſt, conventum ſemper eum ſectari oportet, & id inviolabiliter obſervare, ut numquam in omni vita ſua extra refectorium, vel ante horam refectionis comedere, aut ſaltem bibere in camera ſua aliquando præſumat. Et utinam id à ceteris noſtri ordinis abbatibus diligenter teneretur: quoniam hoc obſervatum monaſteria in incolumitate & vigore cuſtodit; neglectum autem, ad egeſtatem, vel potiùs ad exterminium adducit. Sed ne propter hoc negligatur opus pietatis & violetur præceptum regulæ jubentis ut menſa abbatis cum peregrinis & hoſpitibus ſit ſemper, tres quotidie pauperes honeſtiùs veſtiti, in majori menſa refectorii lateri ejus, vel prioris qui ceteris præſidet aſſeſſuri inducuntur: quibus non minori quàm aliis fratribus abundantia, ſed majori, utpote Chriſti vicariis reverentia miniſtratur. Si autem in id ægritudinis decidat, ut eum lecto recipi expediat, tunc demum in camera ſua refirmetur infirmorum more, poſita ante lectulum ejus menſula, ſolus comedit, aſſiſtentibus miniſtris qui edenti deſerviant. Non autem convivatur ritu eorum qui in circuitu menſæ ſuæ congregatis vel amicis vel adulatoribus ſuis ſplendidè epulantes, aliis in penuria & murmurio conſtitutis, bona eccleſiæ abliguriunt. Si verò aliquando contra ſtatuta capituli vel communem uſum quicquam tentaverit; conventus regulariter, ſi non correxerit, amputato eo à prioribus ut inutili, idoneum & commodum tanto corpori caput, quò non corrumpatur, ſed ſalubriter regatur, ab eiſdem ordine quo dictum eſt conſtituitur. Hinc eſt quod, ut præmiſi, ſub ſano capite ſemper ejuſdem membra vigent eccleſiæ. De cujus virtutibus tantò certiora proſequi valeo, quantò in ea poſitus univerſa diligentiùs notavi, quotidiano addiſcens experimento, quoniam emiſſiones ejus paradiſus malorum punicorum cum pomorum fructibus, & odor veſtimentorum ipſius ſuper omnia aromata. Vidi namque, imo ſuxi mammas ejus cœleſtis ubertate inſpirationis turgentes, melle ſimul & lacte atque vino manantes, ut ſit unde & tenerum recens in monachatu genitorum, quibus numquam caret mater pia & ſtrenua, alat infantiam: & unde provectiorum & in ſancta converſatione ferventium robuſtam ſobriè juventutem lætificet; cujus exuberantia conſolationis & meam ſæpius eſuriem ſatiante, per ammirationem exultans cogebar exclamare, *meliora ſunt ubera tua vino flagrantia unguentis optimis* &, *favus diſtillans labia tua, mel & lac ſub lingua tua.* Quid loquar de oculis qui pro ſpeculatoribus in arce capitis levati ſunt, in quorum pulcritudine maximè delectatus ſum. Quid, inquam, de iis loquar? Niſi quod & hii ſicut piſcinæ in Eſebon, & ſicut columbæ quæ lacte ſunt lotæ, & reſident juxta fluentia pleniſſima, qui & ſeipſos per compunctionem diluunt, & alios ne exorbitent per circumſpectionem cuſtodiunt, & in puriſſimis ſcripturarum fontibus quaſi limpidiſſimis quibuſdam ſpicularibus totius vitæ ſuæ & eorum quibus conſulere habent tenorem conſiderantes, ne quid in ſe vel in illis reſideat, unde conditori ſuo diſpliceant, & qualiter ab adverſis ſe & illos deffendant, ſtudioſè præcavent. Quid & de dentibus dicam quorum decor ibi plurimus & uſus fructuoſiſſimus eſt? Non ibi dentes ſenſi, de quibus David: *Dentes eorum arma & ſagittæ.* Et Paulus *quod ſi invicem mordetis & comedetis, videte ne conſumamini*; ſed dentes eburneos, dentes ſolidos, & lacte candidiores inveni: qui & parvulis in Chriſto myſticos ſcripturæ ſenſus, quos penetrare non valent dilucidando, & quaſi panem frangendo nutriunt, vel potius juxta illud quod Petro dictum eſt, *macta & manduca*, duros quoſque & improbos in religione redarguendo ſæpius & caſtigando, quaſi maſticantes, ab aſperitate ſua emollitos, & ſimiles ſui effectos, velut in corpus ſuum vel magis in illius, cujus ipſi ſuper membra trajiciunt. Signa & mirabilia quotidie apud eos facit Deus excelſus, de quibus ut laudem ejus in mentibus audientium pariant, aliqua perſtringere operæ pretium eſt, quia magna ſunt & prædicabilia, non tranſitoriam corporum, ſed

Cant. 1. 1. Ibid. 5. 3. Pſal. 56. 5. Gal. 5. 15. Act. 10. 13.

Digitized by Google

animarum ſalutem exhibentia. Pluri-
ue de genere hominis illius, qui deſ-
ab Jeruſalem in Jericho, incidit in la-
c ab illis ſpoliatus, & plagis impoſitis,
nivivus relictus eſt: plurimi, inquam,
illius ad aſylum hoc tutiſſimum con-
k ſalvantur. Fidelis enim ſtabularius à
ino illo, qui eumdem hominem miſe-
poſuit in jumentum ſuum, & ducens
lum curam ejus egit, mutuatur vinum
n & vulneribus profugorum & ſaucio-
rum, nunc hoc, nunc illud diſcretè &
fundit, & ſanantur omnes. Dives ſi
& benignus, atque vigil Samaritanus
i non dormitat, neque dormit, ſed cu-
raël, & maximè in noctibus, id eſt ad-
ibus,hiſdem, id eſt vino & oleo abun-
lat omnibus affluenter, & non impro-
adeo ut priùs deficiant vaſa excipien-
quàm illi voluntas largiendi & copia be-
nis. Ipſe namque eſt qui dicit: *Ego ſum*
vera; & de quo ſcriptum eſt: *Unxit te*
uus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. Imò
, de cujus plenitudine accipiunt univer-
e vinum quod non aufert, ſed ſobriè læ-
cor hominis,& exhilarat faciem in oleo,
cùm de capite ejus non deficiat, non ſo-
d proxima, ſed & uſque ad ultima cor-
ejus membra pertingit, ut ſcriptum eſt:
unguentum in capite, quod deſcendit in bar-
barbam Aaron, quod deſcendit in oram ve-
ti ejus. Illic infirmi ſugunt mel de petra,
cinguntur robore, & fortes oleum de ſa-
uriſſimo, & in palæſtra ſpiritali vincunt
gnum. Ibi Æthiopes horridi inſperatam
entes fieri mutationem, confugiunt & col-
tur; & veſtiti agnelli vellere candido mu-
pelles ſuas, & candidi efficiuntur. Majo-
icturus ſum. Vidi ibi quod in noſtra re-
e haudquaquam facile eſt invenire; nam
apud nos multis in locis, quod horror eſt
ire, de hominibus fiant beſtiæ: ibi è diver-
ci gratiâ omni feritate depoſitâ; beſtiæ mu-
ur in homines. Habitat in ſtabulo illo obli-
prædæ lupus cum agno, & pardus abſter-
naculis cum hædo accubat. Vitulus & leo,
vis ſimul morantur, & puer parvulus mi-
eos: ille nimirùm puer, de quo ſcriptum
Puer natus eſt nobis. Qui diſcipulis de præ-
one beſtialiter contendentibus, propoſito
d caverent beſtiarum, & ſubjuncto ſui
d ſequerentur exemplo, ad ſenſum huma-
atis revocat eos dicens: *Scitis quia prin-*
es gentium dominantur eis, & qui poteſtatem
bent ſuper eos benefici vocantur: Vos autem
n ſic; ſed qui major eſt in vobis fiat ſicut
nior, & qui præceſſor ſicut miniſtrator, ſicut filius
minis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare.
: alibi: *Amen dico vobis, niſi converſi fueritis,*
efficiamini ſicut parvuli, non intrabitis in
gnum cælorum. Iſte procul dubio puer ſim-
cx & innocens, tantus ut maximos fortitu-
ne, tantillus ut infirmos humilitate cun-
os tranſcendat. Cujus ſunt omnes feræ ſyl-
arum, jumenta in montibus & boves, à vo-

A ce tonitrui ſui quod ſonat in rota exterritas ex omni genere beſtiarum ad cubilia, ſeu præſepia humilis ſtabuli illius, plurimas è diverſis mundi partibus congregat, & obedientiæ fræno conſtrictas ad nutum paſtorum ſtabuli ejuſdem in quibus habitat adeo omnes inflectit, ut nemo eorum aliquid contradictionis in qualibet illarum inveniat. Beſtialitatis enim cervicoſitate depoſitâ, & affectu humanitatis concepto, ad verbum Domini trementes dicentis
B paſtoribus: *Qui vos audit, me audit; & qui vos ſpernit, me ſpernit*, in omnibus humiliter ei ac ſi Chriſto obtemperant, & in illa domo Dei ſancta, cujus in pace factus eſt locus, tam concordi unanimitate habitant, ut velut à ſe alienati, nullus nobilitatis vel potentiæ, nullus officii vel opulentiæ, nullus dignitatis, ſeu gloriæ quàm in ſæculo habuerat, reminiſci videatur; nec major minorem, velut ſubjectum ex faſtu deſpiciat, neque minor majorem ex neceſſitate revereatur. O verè mirabilem & ve-
C nerandam dexteræ Dei immutationem, quòd beſtiæ illæ quondam minaces, cornibus ſe impetentes, divellentes dentibus, & calcibus illidentes, tantâ illic manſuetudine induuntur, ut ad arandum loro Chriſti colligatæ, confringant glebas, area congregent, & ad præſepe illud ſtabiles, & nihil læſionis mutuæ machinantes, commorari patiantur! Et iſta quidem tam ſalubria mutationum & gratiarum precibus ſanctorum & bonorum vigilantiâ paſtorum
D alias fieri & oſtendi non ambigo miracula. Sed ut ibi uberiores hujuſmodi benedictionum inveniantur divitiæ; fidelis ſtabularius ſignipotens Martinus, qui glorioſum & nobile illud ſtabulum condidit, & poſt Deum cuſtodit, magnis comparavit meritis, & quotidianis; immo perennibus obtinet interceſſionibus, ut ibi jugiter in ſpiritu illuminentur cæci, dirigantur paralytici, leproſi mundentur, & omnes animarum ægritudines de-
E pellantur, ſuſcitentur mortui, & per ſcalam diſciplinæ multimodis virtutum gradibus compactam quam ibi vivens erexerat; ad cœleſtia ſubvehantur. Nec nimirum ſanè, neque incredibile iſta ibi exhiberi miracula; quippe ubi tantum virtutis exercitium, ut animalia illic ad ſerviendum Chriſto congregata, per illa cœleſtia figurari videantur; quæ vel Johannes in Apocalypſi circa thronum Dei eſſe deſcribit nocte ac die requiem à laudibus ejus non habentia; vel Ezechiel
F in quadriga ejuſdem Dei ſe vidiſſe teſtatur. Nihil enim de illis myſticè dicitur, quod iſtorum aut officiis aut operibus bene diſcuſſum congruè non poſſit aptari. In qua ſcilicet quadriga quoniam ſimilitudo hominis & vituli; leonis & aquilæ, pariter eſſe memoratur: ut congruentiam typi ad veritatem ſubtilius exprimamus, ibi ſunt qui ut homo quod rationale eſt animal oculo diſcretionis ita ſe ipſos circumſpiciunt, ut nihil contra naturalem humanæ conditionis dignitatem admittant. Sunt qui ut ante vultum interni inſpectoris ſe immaculatos cuſtodientes, de ſe gra-

Luc. 10. 16.

Miracula in Majori-monaſterio facta.

tum ei ſacrificium inſtar vituli offerant, corpus ſuum per vigilias & jejunia caſtigantes, & in ſervitutem redigentes, cum vitiis & concupiſcentiis carnem ſuam mortificant. Sunt qui forti animo proſpera non curantes, more leonis qui ad nullius pavet occurſum, etiam adverſa non formident. Sunt qui terrena deſpicientes ſicut aquila per mundiſſimam converſationem ad cœleſtia ſubvolent. Nihilominus & hæc animalia, ut de illis ſcribitur, plena ſunt oculis ante & retro. Et ut aliquid evangelicum interſeram, aſtutiam ſerpentum & columbarum ſimplicitatem habentia, ut nec falli poſſint, nec fallere velint: impigrè volantia, utpote nullo vitiorum viſco glutinata, & in ipſo volatu ad excitandum ſe in bono alas ſuas alteram ad alteram percutientia, euntia per contemplationem, revertentia ad ſibi invicem ſerviendum: per caritatem euntia nec revertentia per jugem virtutis profectum, & indefeſſæ religionis executionem. Sed ut ab internis ad manifeſta regrediar, & ad ruborem eorum qui diſciplinatas conſuetudines nugas vocant, de moribus eorum adhuc pauca proſequar. Adeo omnia apud eos honeſtè & ſecundum ordinem fiunt, ut ſicut conſulunt grammatici, omni & perſonæ & tempori & loco ab eis quod ſuum eſt tribuatur, & ex præcepto regulæ tota domus à ſapientibus ſapienter diſponatur. Sunt namque viri diſcreti, quia non ſolum perſonis, ſed & temporibus & locis jus ſuum abrogare non patiuntur, & ſicut ex negligentia confuſio ita ex diligentia ſemper naſcitur gloria; ideo advenientium cuique juxta meritum vel dignitatem officii congruus honor exhibetur, & non modò oratorium, ſed unaquaque officina apud eos eſt quod dicitur, nec in qualibet, niſi id ad quod facta eſt geritur. Et hoc idem de momentis temporum obſervatur; nam quod de perſonis præcipit Apoſtolus: Reddite omnibus debita; cui timorem, timorem; cui honorem, honorem: hoc illi non minùs ad loca & ad tempora referendum putant, quia & domum Dei decet ſanctitudo, & in loco ſancto ejus nonniſi innocens manibus & mundo corde ſtare debet: adeo ut ſicut Moyſes & Joſue ne cum morticinis Ægyptiorum in terra ſancta ſtarent ſolvere calciamenta de pedibus ſuis præcepti ſunt. Et ſicut ait Salomon: Omnia tempus habent, & eſt rei omne tempus. Quæ quicumque confuderint in conſpectu ejus apud quem ſanus eſt ordo delinquunt. Proinde ne in horum aliquo à viris timoratis excedatur, in omni loco dominationis ejus, ſecretam quidem, ſed præſentem Dei majeſtatem reverentur: omni quoque tempore benedicentes, & præſentis vitæ ſubſidia, & futuræ gaudia promerentur. Verum eſt omninò, nec me piget dicere, quia non mentior: verum eſt, inquam, quod exceptis ſpatiis quæ naturâ exigente neceſſariæ prorſus, vel nocturnæ quieti, vel diurnæ corporum re-

A fectioni debentur, ita omne tempus ab eis præ ſolemniſſima pſalmorum extenſione in ſervitio Dei expenditur, ut æſtivis menſibus parùm aut nihil ante vigilias nocturnas, hybernis verò, niſi aliquâ interveniente neceſſitate poſt eaſdem vigilias nihil penitùs ab eis ſomni capiatur: adeo ut non ſolùm primam, quæ privatis diebus in hyeme matutinis laudibus jungitur, ſed etiam capitulum in nonnullis ſolemnitatibus viderim teneri, & cum tota eorum vita nil juſtius dici B poſſit, quàm quædam ſimilitudo militiæ, ſpecialiùs tamen à mane uſque ad ſextam quaſi exercitum in hoſtem producere, arma concutere, hoſtemque ipſum videntur provocare. Haud alio ſanè modo, quàm orationibus, lachrymis, genuflexionibus, ſuſpiriis ſingillatim inſiſtendo, altaria turmatim obſidendo, & miſſarum celebrationi invicem ſuccedendo. Præter communia officia, in quibus perſolvendis tota pene dies abſumitur, videbatur mihi fre- C quens ſonus ſacra miſſarum ſolemnia circumquaque immurmurantium quaſi quædam provocatio ad pugnam ſeſe cohortantium. Quis exiſtimare, nedum proferre ſufficiat, ut de pauperum recreatione quid in eleemoſynarum viſibili exhibitione agitur taceam, quantas animarum catervas de faucibus mortis, de manibus dæmonum, de locis non dico gehennalibus, ſed purgatoriis domus illa miſſis & precibus ſuis eripiat? Et de miraculis & revelationibus, non ſolùm ibi, ſed & in exteris (a) D regionibus declaratur. Sed de hiis alias. Nunc autem ut cœpta repetam; in clauſtro, non fabulis & otio, ſed lectioni & diſcendis cantibus vacatur: exceptâ duntaxat communi collocutione, quæ certâ horâ pro allevatione continui laboris, & pro exigendis neceſſariis, & recidendis ſecretis confabulationibus, privatis tantùm diebus breviſſima conceditur. Symbola verò, vel conventicula comeſſationum apud eos omnino non nomen nec locum habent: quippe quibus nec colloqui, nec extra refectorium, E aut domum infirmorum quicquam cibi vel potûs percipere, nulla umquam vel conſuetudo vel licentia fuit. Hoſpites quoque religioſi ad communem menſam omnes coguntur. Reliqui extra clauſtrum in caminatis aularum ſimilibus decentiſſimè diſponuntur. Porrò in refectorio, non edacitati, aut epotandis calicibus intenditur, ſed naturali in ſimplicitate neceſſitati conſulitur, & propenſiori diligentiâ quorumdam mentes lectione magis quàm corpora carnali refectione pingueſcunt: quia, ut ait Tullius, F mens hominis diſcendo alitur: & ut notavi ego, à nonnullis quorum cibus eſt Verbum Dei, bona pars appoſitorum Chriſto in pauperibus eſurienti eroganda relinquitur. In dormitorio autem omnia nuda & aperta, & tanta omnium conventionum amputatio, ut pro ſacrilegio imputetur ibi quemquam alium vel reſpexiſſe. Lectiſternia prorſus nulla, niſi regularia. Lectuli ipſi non pannorum protentio-

(a)

Quales in clauſtro.

In refectorio.

In dormitorio.

(a) Hic reſpicere videtur revelationem illam de animabus defunctorum, precibus monachorum Majoris-monaſterii liberatis, cuidam eremitæ factam, & à Radulfo Glabro monacho Cluniacenſi libro quinto hiſtoriæ relatam: quæ ſancto Odiloni occaſionem dedit inſtituendi alterâ poſt feſtum omnium ſanctorum die Commemorationem omnium fidelium defunctorum.

Digitized by Google

mbrati, ſed fœni ſtipula adeo reſperſi,
l in eis poſſit abſcondi: tantâ paſſim lu-
ım copiâ reſplendente, ut vigilum illo-
ıorum uniuſcujuſque enſis ſuper femur
ropter timores nocturnos, aſpectum ni-
cploratum queat evadere. Et reverâ ni-
eis ſeveriùs ultum itur, quàm quod in
orio, vel in locis ſecretis peccatum de-
ditur. Quia verò de lucernis ſermo ſe-
:ortus eſt, nihil ferè commendabilius,
imitabilius ibi deprehendi. Verè ete-
ii lucis & filii Dei omnes ibi, apud quos
x non obſcurantur à tenebris, ſed nox
ies illuminatur, cùm non ſolùm ibi pec-
eccata non adjiciuntur, ne fiant denſiſ-
tenebræ, ſed nec conculcentur à tene-
i qua inter eos inveniri poſſint opera te-
um in publicum producta, & à lumine
ıta in lucem tranſire coguntur: quia ſi-
oſtolus dicit; Omne quod arguitur à lu-
lumen eſt. Et hoc modo noctis illumina-
ſemper eſt in deliciis, dum cenſura ca-
correctis hiis qui delinquunt, fit quod ite-
it idem Apoſtolus: *Fuiſtis aliquando tene-*
ınc autem lux in Domino: ut filii lucis ambu-
Qui & prædictas exteriores tenebras quan-
leteſtentur, hinc evidentiſſimè atteſtan-
quòd exteriores etiam nocturni temporis
ras à veſpertino crepuſculo, donec incli-
ır umbræ, & aſpiret dies, imò donec pe-
aperiantur palpebræ diluculi, tot & tan-
cernis in clauſtro & officinis illuminan-
ut ſi qua noctua, vel ceterarum avium,
oderunt diem & lucem quæ in tenebris
, hebetatis oculis ſuſtinere non poſſint; ali-
indecens aut immundum illic agere in
ndito voluerit, à filiis lucis ductu luminis
veſtigata & effugata, nec in extremo ſal-
loci angulo refugere aut latere permitta-
Proinde tota domus ipſa reſplendens & lu-
oſa verè gloriari poteſt, & dicere: Mea
obſcurum non habet, ſed omnia in luce
:ſcunt. Et reverà, ut reor ego, cùm prop-
etera bona quæ ibi exercentur, tum ma-
è propter munditiam, quâ nihil ei grátius,
ui eidem benedixit Dominus benedictioni-
cœli deſuper, & benedictionibus abyſſi ja-
is deorſum: viſitanſque eam & indeficien-
s earumdem rivulis benedictionum ine-
ns, multiplicat genimina ejus; adeo ut ſi-
vitis abundans in lateribus ſuis longè latè
diffuſis radicibus replevit terram, jamque
:e Britannicum tranſierint propagines ejus
:ter multiplicem eccleſiaſticum ornatum,
locuplex eſt, & præter multimodas divi-
quæ ad ipſam ſpecialiter pertinent, du-
tis ferè cellis ſub ejus ditione & diſpoſitio-
conſtitutis. Quid ergo mirum ſi quærenti-
regnum Dei & juſtitiam ejus, hæc omnia
onuntur; cùm eadem quæ percepta for-
t Veritas, ſemper fidelis permaneat, & in
ldendis promiſſis, ſe ipſam negare non poſ-
? Vidi præterea viros eâ armaturâ & eo
do quo præcipit Apoſtolus armatos, omnes
entes gladios, & ex uſu atque experien-

A tiâ ad bella doctiſſimos: quibus jugis pugna,
perpetuumque certamen, non adverſus car-
nem & ſanguinem, quæ jam vicerunt, ſed
adverſus principes & poteſtates, adverſus
mundi rectores tenebrarum harum, contra
ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. Auditis enim
& in effectum ductis monitis Apoſtoli dicen-
tis: *Abjiciamus opera tenebrarum, & induamus* Rom. 13.12
arma lucis; eâ hora quâ ceteri homines ſopo-
re irruente ſuper eos dormiunt in lectulo, &
qua filii tenebrarum vel inebriantur vel laſ-
B civiunt in ſtratis eburneis; iſti ſurgentes ad
confitendum Domino, ipſo prius ad adju-
vandum ſe inclamato, junctis votis turmatim
congregati, uniſono & corde & ore blan-
dientes, & laudantes adjutorem ſuum in
opportunitatibus, choros agunt divinis con-
centibus juxta illud, *Qui reminiſcimini Domi-* Iſa. 62. 6.
ni, ne taceatis, & ne detis ſilentium ei. Qui
& plerumque tanto fragore intonant, ut ſtu-
pentibus deſuper quorum in conſpectu pſal-
lunt angelis, alta cœlorum machina contre-
mere & montes, ſed montes qui ſunt in cir-
C cuitu Sion reboando exultare & conjubila-
re; & ad dulces eorum modos etiam flumi-
na non jam fluctus, ſed voces ſuas rationis
& ſcientiæ plenas elevare videntur. Nam &
revera non fortè ſine cauſa inter materialem
montem & fluvium domus illorum decenter
collocata eſt, ut ſignificetur non minus ſpi-
rituali quàm corporali munitione vallari, &
tam ſapientiæ fontibus vel fluminibus aquæ
vivæ quæ de ventre credentis fluunt, quàm
viſibilibus aquis abundare. Munitionem nam-
que eorum ſpiritualem angelorum teſtantur
D excubiæ ſignis & apparitionibus oculata, ut
dicitur, fide ſæpius comprobatæ: teſtatur
quoque jugis ſolicitudo pii eorum patris cu-
ſtodis Martini non dormientibus ſolum, ſed
& vigilantibus celeberrimè ſe ſanctorum cu-
neis conſtipatum, tam in Majoris-monaſterii,
quàm in Caſtri-novi eccleſia oſtendentis, ani-
mas defunctorum fratrum à leone quærente
quem devoret, & à beſtiis rugientibus &
præparatis ad eſcam; quibus pro peccatis
ſuis ad pœnam traditi fuerant potenter eri-
pientis; & Deo inibi fideliter ſervienti-
E bus neceſſaria quæque copioſè providentis.
Affluentiam verò ſalutarium aquarum ſalien-
tium in vitam æternam quæ fluunt impetu
de Libano probant areolæ à peritiſſimis horto-
lanis ſeu pigmentariis conſitæ; & cœleſtibus
irrigatæ imbribus, paſſim ibi vernantes, ar-
buſtaque aromata, & omnigenos virtutum
flores, & fructus germinantes, & ut aper-
tiùs loquar, probant armaria pretioſo multipli-
ci librorum congeſtu referta, probant ma-
giſtri & ſacri tractatores eloquii, qui haurien-
tes aquas in gaudio de fontibus Salvatoris,
F ſingulis & maximè feriatis diebus in capitulo
conſidentes, crebra propinatione ſpiritualis po-
tùs verba correctionis & inſtructionis eruc-
tuando, alios ſecum ſatiant. Inter quos & ego
conſtitutus, dum ſtupens quotidie attende-
rem, mirabilis ille bellator procinctus, ter-

Digitized by Google

ribilis & impenetrabilis hoſtibus ſuis ut caſtrorum acies ordinata, quomodo omni bellorum ſpiritualium artificio adverſus vitia & dæmones vitiorum incentores ſe exercerent; quomodo excubitores illi & vigiles tota die & tota nocte ſtantes & ſuper muros ſuæ Jeruſalem, & ipſam communiter & ſinguli propriæ domos conſcientiæ ne hoſtium vel inſidiis circumveniantur, vel viribus irrumpantur, cuſtodiant, quomodo cytharœdi vel tympaniſtriæ ibidem perpetuo non tacentes in cytharis & tympanis & omnibus ſpiritualis muſicæ inſtrumentis laudantes Deum, ſupernè beatorum ſpirituum armoniæ melodiam ſymphoniæ ſuæ immiſcerent; quomodo his vel illis exercitiis in hac lacrymarum valle in provocatione ſalutis ſeſe mutuo excitantes & conſolantes, aſcenſiones eundi de virtute in virtutem: & pertingendi ad viſionem Dei in corde ſuo diſponerent. Hæc, inquam, omnia attendens, quidni ad arguendam ſegnitiem & incuriam meam provocarer. Quidni ad ſimilia vel leviter attentanda accenderer? Delectabatur planè anima mea in ſtudiorum hujuſmodi contemplatione, & in lucernarum illarum ardentium & lucentium, id eſt filiorum lucis multiplici lumine ad horam exultabam, & ſi tardus in æmulatione, pernix tamen in eorum dilectione, & totus in veneratione tranſiens. Et verè fateor, niſi reditum mihi auctoritas veſtri præſcripſiſſet conſilii, numquam omnino pedem ab eorum conſectatu retraxiſſem. Sed conſulueratis, ut domum meam, licet modo à ſemitis vitæ regularis claudicantem, non ſine pondere rationis delererem, donec aliquantiſper adhuc aliquid in ea de correctione tractaretur... experirer. Et hinc factum eſt ut urgente ſtimulo conſcientiæ ab illo cœtu ſaltem corporaliter avelli ſuſtinerem, ſciens quoniam illic mandavit Dominus & vitam uſque in ſæculum. Nam ab eorum ſpirituali conſortio non ſeparabor, nec in morte quidem, quia cùm dederit mihi Dominus ſomnum non meritis meis, quæ nulla ſunt, ſed precibus beatiſſimi defenſoris mei Martini, quæ multum poſſunt, illis perpetualiter & ſpero & peto conjungi. Expletis tandem pro quibus veneram, & tranſcriptis quæ volebam, patrono deprecante, Chriſto juvante, ea qua ieram proſperitate reverſus ſum, in revertendo nihilominus ſicut in eundo pontificali auctus & munitus benedictione, non quidem archiepiſcopi illius civitatis, qui quamdiu ego Turonis, ille ferè Romæ (*) moratus eſt; ſed prædicti domni PETRI cardinalis tunc Tuſculani epiſcopi, nunc verò Bituricenſis archiepiſcopi, quem & Coloniæ vobiſcum videram, & ipſe Leodii cùm ibi ſynodalia tractaret me primùm agnoverat. Is dum de reditu diſponerem, legationis ductu conveniens, & non ſine ſtupore inventum me recognoſcens, audito ab abbate & fratribus me ei commendantibus peregrinationis meæ voto, & quod veſtra fultus auctoritate veniſſem, benigniſſimè approbavit, & viciſſim gratia veſtri me eis commendans, ut ab utraque eccleſia inquiſitionibus veſtris diligenter & honeſtè ſcriptis reſponderetur, ſicut cum vobis eadem ſcripta relegentur agnoſcetis, inſtitit & effecit, & demum ſua, ut prædixi, & oratione & benedictione roboratum in pace dimiſit. Id præ omnibus reverenti bis aut ter inculcans, ut cum primo vos viderem officiosè ex ſua parte ſalutarem. Regrediens itaque obvios quoſque & maximè peregrinos ſtudiosè de ſalute veſtra & de eventu expeditionis in qua laborabatis requirebam, voſque ſalvum & incolumem & ſemper in præliis victorem læta aure hauriebam. Reverſus cùm in eadem expeditione detineremini, nec facultas eundi ad vos, nec ſpes exoccupatum inveniendi vos ſubeſſet, titulis triumphorum veſtrorum congratulans, duplici ex cauſa hanc vobis conſcripſi epiſtolam, videlicet ut dum bona quæ mihi gratia commendationis veſtræ provenerunt commemoro, & quanta benignitate inter maximas etiam occupationes pro puſillis Chiſti opem veſtram quærentibus ſatagatis oſtendere, & debitas beneficiis veſtris gratiarum actiones exſolverem. Valeat ſemper in Domino ſanctitas veſtra, venerande pater.

(*) Tunc enim de jure metropolitano in epiſcopales Armoricæ eccleſias totis viribus contendebat cum Dolenſi epiſcopo: cui tandem controverſiæ in gratiam archiepiſcopi Turonenſis finem impoſuit Innocentius papa III.

EPISTOLA ELIÆ ABBATIS S. Maglorii Pariſienſis ad Albertum epiſcopum Maclovienſem, & R. dominum Dinani.

Rogat ut permutationem factam cum monachis Majoris-monaſterii de cella ſancti Maglorii Lehonenſis pro tribus obedientiis confirment.

Ex Archivô Majoris monaſterii.

DOminis & amicis ſuis A. Dei gratiâ epiſcopo S. Maclovii, & illuſtri viro R. domino Dinnanenſi, E. eccleſiæ ſancti Maglorii Pariſienſis humilis miniſter, & ejuſdem eccleſiæ conventus ſalutem & orationes in Domino.

Dilectioni veſtræ ſignatis apicibus indicamus, quòd de voluntate & conſenſu domini regis Francorum, communicato etiam conſilio cùm diſcretis & prudentibus viris, permutationem fecimus cum dilectis fratribus noſtris monachis Majoris-monaſterii, tres ab eis accipientes obedientias in terra domini regis Francorum pro eccleſia Lehonenſi cum omnibus pertinentiis ſuis. Rogamus autem dilectionem veſtram quatinus & vos idem velitis, & prædictæ permutationi veſtrum præbeatis aſſenſum, & præfatos monachos in poſſeſſionem bonorum prædictæ eccleſiæ, quam nos ei concedimus cum pertinentiis ſuis auctoritate veſtrâ introducatis. Valete.

Digitized by Google

‸TA WILLELMI REMENSIS
‸iſcopi de xxx. libris quas Henricus ‸mes campaniæ contulit eccleſiæ Lingonenſi.

‸ILLELMUS Dei gratiâ Remorum ar‸ ‸iepiſcopus, S. R. E. titulo S. Sabinæ ‸lis, omnibus tam præſentibus, quàm fu‸ ‸l quos litteræ iſtæ pervenerint, in Do‸ ‸alutem.

‸erit univerſitas veſtra, quòd cariſſimus ‸oſter piæ recordationis HENRICUS, ‸ſſet in captione Sarracenorum, ſicut ab ‸i ſocii fuerunt peregrinationis ejus ac‸ ‸is, vovit & dedit eccleſiæ & capitulo B. ‸etis Lingonenſis triginta libras annua‸ ‸rcipiendas in nundinis Barri. Cùm au‸ ‸ſum comitem Dominus Deus ad terram reduxiſſet, donum ſuum coram magnis ‸ecognovit, & MANASSEM Lingonen‸ ‸iſcopum pro capitulo ſuo de præfatis tri‸ libris inveſtivit, & HAICIO cancellario ‸a cepit, ut cartam inde faceret, & ſigillo ‸m confirmaret. Sed idem cancellarius, ‸te morte comitis, negotiis ſuis majoribus, ‸moribus dolentium intentus, cartam non ‸ Quia verò præfatus epiſcopus nobis præ‸ ‸us, & cariſſima ſororia noſtra MARIA ‸enſium comitiſſa, donum comitis, inveſti‸ ‸ ſibi factam, aſſignationem & ſolutionem ‸iæ requirebat; ipſa comitiſſa poſt inqui‸ ‸em & recognitionem veritatis de conſilio ‸, & comitis STEPHANI fratris noſtri, & ‸m baronum, qui præſentes erant, præ‸ ‸triginta libras capitulo Lingonenſi con‸ ‸annuatim percipiendas in penſione illa ‸ntarum librarum, quam ſingulis annis in ‸ſancti Remigii reddunt homines Barri, ‸forte conſuetudo penſionis illius quoquo ‸ deciderit, perſolvendas in nundinis Barri ‸mis palmarum uſque in diem Paſchæ; ità ‸n quòd canonicis, qui matutinis horis præ‸ ‸s erunt, diſtribuentur, & in unaquaque ‸omada in eccleſia illa miſſa una pro ani‸ ‸omitis celebrabitur, nomen & memoria ‸s miſſalibus libris inſcribetur, & anniver‸ ‸m ſuum ſolemniter perficietur. In hujus ‸eſtimonium, præſentem cartam ad preces ‸ſque partis ſcribi præcipimus, & ſigilli ‸ri munimine roborari.

‸ctum anno ab Incarn. Domini MCLXXXII. ‸um per manum Lambini cancellarii noſtri.

‸ITTERÆ AMAURICI ABBATIS
‸neracenſis ſancti Auberti de orationum ‸ſuffragiis Balduino Hannoniæ comiti conceſſis.

‸N nomine Domini. Ego AMAURICUS Dei ‸gratiâ abbas, & univerſum eccleſiæ beati ‸berti Cameracenſis capitulum, notum faci‸ ‸is tam præſentibus, quàm futuris; quòd do‸

A minum & amicum noſtrum Balduinum Haynnoniæ comitem, ab illo BALDUINO qui Flandriam & Haynnoniam poſſedit quintum, orationum noſtrarum participem facientes, ut nos & noſtra diligeret, & fideliter conſervaret, conceſſimus ei & pepigimus quod in eccleſia noſtra, quoadusque vixerit, miſſa de Sancto Spiritu, ſeu de beata MARIA Matre Domini pro ſalute ipſius & uxoris ſuæ MARGARETÆ comitiſſæ, & liberorum ſuorum quâque ſeptimanâ ter celebrabitur. Poſt deceſſum verò co-
B mitis, miſſa quam eccleſiaſticus ordo pro fidelibus defunctis canit in eccleſia noſtra pro requie animæ ſuæ, & anteceſſorum & ſucceſſorum ſuorum quâquâ ſeptimanâ ter celebrabitur in perpetuum. Et ut pleniùs pateat hujus benignæ conceſſionis forma, ſacerdotes qui harum miſſarum celebrationes obſervabunt, & peragent, noſtro conſilio nominatim inſtituentur. Ad majorem itaque veritatis evidentiam, ut jam dicto comiti, jam dictæ comitiſſæ uxori ſuæ, & liberis ſuis, & anteceſſoribus & ſucceſſoribus ſuis, promiſſum & debitum plenariè per-
C ſolvamus, & eos in noſtris neceſſitatibus nobis propitios inveniamus; & hujus conceſſionis ordo diligenter conſervetur, & ratus permaneat, ſcripto chyrographiſato commendatum ſigillo eccleſiæ noſtræ & ſigillo ſæpedicti comitis confirmavimus, de quo medietatem ſigillo comitis ſignatam in archivis eccleſiæ noſtræ reſervabimus, medietatem verò ſigillo eccleſiæ noſtræ ſignatam comes ubi ſibi placuerit reponet. Signum RAINALDI prioris, Roberti, Matthæi, Gerardi, Hugonis, Thomæ, Gunteri, Ro-
D berti, Jacobi, Walteri ſacerdotum. Signum Henrici, Petri, Werrici, Simonis diaconorum. Signum Roberti, Walteri, Egidii, Jacobi ſubdiaconorum. Signum Briccii, Bartholomæi, Balduini puerorum, & aliorum.

Actum anno ab Incarn. Domini MCLXXXII.

BULLA LUCII PAPÆ III.
ad Guillelmum epiſcopum Pictavenſem.

De quibuſdam abuſibus in diœceſi Pictavenſi corrigendis, &c.

E LUCIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri GUILLELMO Pictavenſi epiſcopo ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Circa 1182. *Ex cartario Pictavenſis eccleſiæ.*

Cùm ſit in Lateranenſi concilio conſtitutum ad immoderatam quorumdam avaritiam coërcendam, & tollendam materiam jurgiorum, ne beneficia eccleſiaſtica, donec vacaverint, promittantur: grave nobis eſt & moleſtum, quòd in diœceſi tua abbates & priores inſtituta ſalu-
F bria ſurdâ aure tranſire, & hujuſmodi promiſſiones illicitas facere perhibentur. Unde ne hæc enormitas quæ ſalubri fuerat conſtitutione præciſa, vires ex diſſimulatione reſumens, perniciosâ licentiâ denuò inoleſcat, fraternitati tuæ præſentibus litteris indulgemus, ut hujuſmodi promiſſionibus irritatis, ſi occaſione diſſentionum quæ exinde frequenter emergunt,

culpa illorum qui præſentationem habere noſcuntur, ultra ſex menſes eccleſias vacare contingerit, liceat tibi de auctoritate apoſtolicæ ſedis, omni contradictione, vel appellatione ceſſante, de perſonis idoneis ſine præjudicio tamen eorumdem inpoſterùm ordinare. Nolumus autem ut ex hoc majoribus eccleſiis vel debita reverentia minuatur. Ut etiam injunctum tibi officium tantò liberius exequaris, quantò apoſtolicum tibi videris adeſſe præſidium, ſollicitudini tuæ præſenti auctoritate concedimus, ut abbatiſſas & alias mulieres, quæ in epiſcopatu tuo domibus religioſis præeſſe noſcuntur, per quarum inſufficientiam & negligentiam Deo devotæ fœminæ obſervantiam religionis exorbitant, cum conſilio dilectorum filiorum noſtrorum ſancti Cypriani & de Pinu abbatum corrigere valeas; & ſi inventæ fuerint contumaces, abſque appellationis diffugio diſciplina eccleſiaſtica coercere: ut quæ remediorum fomenta non ſentiunt, putrida ferro vulnera reſecentur: ſalvis eccleſiis quæ nullo mediante Romano pontifici ſunt ſubjectæ. Ad hæc autem præpoſituram eccleſiæ tuæ cum vacaret, idoneæ aſſignandi perſonæ cum aſſenſu majoris & ſanioris partis capituli liberam tibi tribuimus facultatem. Quòd ſi ſuper ea, vel ſuper alio eccleſiæ tuæ beneficio cuilibet conferendo tuæ devotioni ſcripſimus, arctari te nolumus mandatum apoſtolicum adimplere, ſed niſi honeſta perſona & beneficio digna extiterit pro qua litteras apoſtolicas contigerit emanare. Hoc autem propter futuram eccleſiæ tuæ quæ vacaret proponitur ... idonei aſſignandi tuis nobis litteris intimetur, ne fortè per ignorantiam veritatis denuò tibi ſcribere compellamur. Cum verò de jure & conſuetudine ad epiſcopum Pictavenſem qui pro tempore fuerit pertinere dicitur in conventualibus eccleſiis clericorum in diœceſi Pictavenſi, & nihilominus in eccleſia Dauracenſi unum canonicum facere præſenti paginâ prohibemus, ne quis, appellationis prætextu, quod tibi competit in hac parte debeat impedire. Sanè cùm quidam viri religioſi qui ad unum prioratum regendum vix ſufficiunt, plerùmque duos ambitione damnabili appetant, & detinere præſumant; diſcretioni tuæ præcipimus, ut hanc præſumtionem compeſcas, & tam abbates, quàm archipreſbyteros, decanos per tuam diœceſim conſtitutos ad ſuſcipiendum ordinem ſacerdotii, ſi idonei fuerint, appellatione remotâ, compellas. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis & prohibitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli ſe noverit incurſurum.

Datum Veronæ III. Idus Martii.

LUCII PAPÆ III. ad Remenſem archiepiſcopum.

Queritur quod ſolvat ligatos ab epiſcopo Belvacenſi.

LUCIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Remenſi archiepiſcopo, ſanctæ Sabinæ cardinali, apoſtolicæ ſedis legato, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Circa 1183. *Ex archivis eccleſiæ Belvacenſis.*

Cùm quantùm venerabilem fratrem noſtrum PH. Belvacenſem epiſcopum ex pluribus cauſis diligere debeas & propenſius honorare, fraternitatis tuæ prudentia non ignoret: grave gerimus admodùm & moleſtum, quòd, ſicut ex conqueſtione ipſius audivimus, parochianis illius, quos pro ſuis exceſſibus ligat, eo inconſulto, abſolvis: in quo non parùm auctoritati ejus detrahitur & honori. Sanè, ſicut eo ſignificante accepimus, cùm nobilem virum & comitem Claromontis excommunicationi, & terram ejus interdicto, de mandato tuo & conſilio ſubjeciſſet; ei ſine ſatisfactione aliqua pro arbitrio tuo abſolutionis beneficium impendiſti, juramento recepto, ſed nihil ad ſatisfactionem pertinente præcepiſti. Quoniam ergo quantò ſincerius eumdem epiſcopum ſuâ & ſuorum conſideratione diligimus, & honorem illius liberrimè conſervamus illæſum, tantò minùs volumus quòd in ejus redundat injuriam ſuſtinere, fraternitati tuæ auctoritate apoſtolicâ prohibemus, ne dignitati ejus in aliquo deroges, neque ſententias quas ipſe protulerit, in ejuſdem releves diſpendium, vel gravamen: alioquin quantumcumque tibi, ſicut venerabili fratri & magno Eccleſiæ membro velimus, gravamen illius non poterimus relinquere incorrectum.

Datum Velletri IV. Nonas Junii.

BULLA LUCII PAPÆ III. ad capitulum Rothomagenſe.

Gratam habet electionem factam de Lincolnienſi epiſcopo in Rothomagenſem archiepiſcopum.

LUCIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis decano & capitulo Rothomagenſi ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Anno 1184. *Ex ſchedis noſtri Franciſci Pommeraye.*

Miſiſtis ad nos dilectos filios noſtros magiſtrum Hubertum archidiaconum Ebroïcenſem & Eliam eccleſiæ veſtræ canonicos; quos quidem eo honore ſuſcepimus, quem & veſtræ devotionis & propriæ honeſtatis intuitu decuit exhiberi. Petitiones verò eorum debitâ benignitate recepimus, & quantò ſecundum Deum & juſtitiam potuimus, votivum perduximus ad effectum. Sanè electionem venerabilis fratris noſtri Lincolnienſis epiſcopi unanimi veſtræ univerſitatis aſſenſu debito ordine celebratam, gratanter admiſimus, eò proniorem impertientes aſſenſum, quòd perſonam memorati epiſco-

pi

...itiori caritate diligimus, & promotio- A ...honori ampliùs intendimus, auctore ...providere. Pallium verò plenitudinem ...lis officii ad veſtræ poſtulationis in- ...per dilectum filium Hubaldum ſub- ...n noſtrum curavimus deſtinare. Præ- ...aque Hubaldum, quem carum habe- ...iodum & acceptum, benigno accipia- ...u, & pro reverentia beati Petri & no- ...iorem ei debitum impendatis, & ha- ...ſum propenſius commendatum. ...n Veronæ xv. Kal. Decembris. B

...A GALCERI DE CASTELLIONE.

...is S. Mauritii Remenſis dat duo ſextaria ...enti ad conficiendas hoſtias, & duo ...odia vini ad miſſam celebrandam.

...omine Patris, & Filii, & Spiritûs-ſancti. ...GALCERIUS de Caſtellione, notum ...tam futuris, quàm præſentibus, quòd C ...his ſancti Mauritii Rhemenſis dedimus ...xtaria frumenti ad faciendas hoſtias, & ...iodia vini ſingulis annis ad celebrandas ...; & hoc dedimus in eleemoſynam poſſi- ...m in perpetuum pro animabus patris & ... meæ, & pro ſalute animæ meæ, & ... meæ, & amicorum meorum. Et reci- ...ir in villa, quæ *Columpne* vocatur, de ...propriis redditibus, ad menſuram ipſius ...n feſto ſancti Remigii vindemiarum red- ...i. Hæc quæ prædiximus conceſſit uxor D ...HELVIDIS, & filii mei GALCHERUS, ...DO, & MILLO. Hujus rei teſtes ſunt, ...baldus prior de Nantolio, & Grego- ...reſbyter. De militibus Clarembaldus de ...na, Reinaldus, Coüardus, Paganus de ... Ex parte monachorum Fulcodius prior, ...entius, Hilduinus, Oddo, Johannes, & ...baldus converſus. De famulis Giſlibertus, ... & quidam alii. ...ctum anno ab Incarn. Domini MCLXXXIV.

...RTA HARCULFI DE COMBURNIO. E

...irmat donum Roberti de Capella factum ...nachis Majoris-monaſterii in prioratu ſancti Martini de Comburnio demorantibus.

HARCULFUS Dei gratiâ dominus Com- ...burnii, & ſignifer S. Samſonis, omnibus ...nibus ſalutem. Cum de jure ISELDIS uxoris meæ ad me ...tineat, vacante ſede Dolenſi, res regere ...ificales, & de terris & hominibus archie- F ...copi, tamquam archiepiſcopus diſponere: ... quæ, me concedente, in præſentia meâ ...nt, tantùm vigoris & roboris, efficaciæ & ...ris habent, & ita rata ſunt, cùm vacat ſe- ...s, tamquam ſi coram archiepiſcopo, & eo ...ncedente, fierent. Unde univerſitati fide- ...um notificare curavi, quòd Robertus de Capella, & Alanus, & Guido, fratres ejus dederunt terras & homines, & quicquid juris habebant in parochia de Eſpinac, Deo & S. Martino de Comburnio, & monachis Majoris-monaſterii ibi manentibus in perpetuam eleemoſynam poſſidendum, acceptis de caritate monachorum XXII. libris, & pacto ſibi facto, quòd ſi vellet monachus fieri, cum pannis monachilibus & palefrido ſuo reciperetur, vel unus fratrum ſuorum, mortuâ promiſſione ipſius; vel unus filiorum ſuorum ſine pannis: ità tamen quòd x. annorum eſſet, & ſciret pſalterium, & datis ſingulis concedentibus de genere ſuo donis caritativis. Hoc donum Roberti conceſſit Petronâ uxor ſua, & filii ejus Alanus, Guillermus, Bauterius, Rolandus, & filiæ ejus Iſabel, Agnes. Conceſſit etiam hoc Alanus frater ejus primogenitus, & filii ejus Guillermus, Petrus, & filiæ ejus Aales, Oſanna, Haois. Conceſſit & Guido frater ejus, & filii ejus Alanus, Bartholomæus, Richardus, Guillermus, & filiæ ejus Agnes, Johanna. Conceſſit hoc ſoror eorum Iſabel, & filius Guillermus. Conceſſerunt hoc Thomas Thaun, & Stephanus filius Mahe. Conceſſit hoc etiam mater Alani, Roberti, & Guidonis, Agnes, & nepotes ejus Guilermus Higurt, & Robertus, & Oſanna ſoror Thomæ Higurt. Quam eleemoſynam cum dediſſet Robertus, & conceſſiſſent Alanus, & Guido, & quantum in ipſis eſt dediſſent, juraverunt ſupra altare ſancti Martini, & ſuper ſacro-ſancta evangelia, & Corpus Domini bonâ fide, & ſine dolo hanc eleemoſynam cuſtodire & protegere, prout melius poſſent omnibus diebus vitæ ſuæ. Poſtea hanc eleemoſynam poſuerunt in manu mea, ſtatuentes ut ego & domini ſemper Comburnii cuſtodes & protectores hujus eleemoſynæ eſſent. Hujus rei teſtes ſunt iſti, Gaufridus Roteleréus Dolenſis tunc ſiniſcallus meus, Gaufridus Spina, Jordanus de Machua, Oliverius de Maglechat. Monachorum, Hugo prior de Polle, Johannes nepos ipſius, Heudo de Botenigel, Gaufridus de Toſcheto, Tehel, Heudo Vilicus, Guillelmus de Liſtreio, Johannes Gladan, Guilermus de Laugan, Herreus Ramart, Fremulus ſerviens monachorum, Robertus Carbonel, Guilermus Malus-clericus, Radulfus de Moa, & multi alii.

CARTA BURCARDI COMITIS Vindocinenſis pro monaſterio beatæ Mariæ de Caritate.

EGo BURCHARDUS comes Vindocinenſis univerſis Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum devenerit ſalutem in vero ſalutari. Univerſitati veſtræ notum fieri volumus quòd cùm vir venerandus & bonæ memoriæ JOHANNES pater meus comes Vindocinenſis à peregrinatione Hieroſolymitana rediret, & apud Caritatem ægrotans diem expectaret extremum, à monachis dicti monaſterii in fratrem & monachum gratanter & honorificè per Dei gratiam juxta ſuæ vo- Circa annum 1185. *Ex ms. Caritatis.*

Digitized by Google

luntatis petitionem eſt receptus, ibique eorum piâ conſideratâ devotione, conſtituit ut de propriis reditibus ſuis in caſtro Vindocinenſi pro ſalute animæ ſuæ & parentum ſuorum decem libras prædicto monaſterio annuatim perpetuò darentur. Quæ quidem ſcripto commendavit & ſigilli ſui teſtimonio nobis concedentibus roboravit. Verùm quia ſemper de jure filii tenentur patribus obedire, & eorum bonis operibus & exemplis robur adhibere, decrevimus & conſtituimus ut apud Vindocinum de minagio noſtro præfatæ decem libræ memoratæ eccleſiæ de Caritate annuatim redderentur, juxta mandatum præfati patris noſtri, centum ſolidi in feſto ſancti Michaëlis & centum in Paſcha. Quod ut hæc carta robur obtineat firmitatis ſigilli noſtri munimine roboravimus, ſtatuentes, & ex parte Dei & beatæ Mariæ & omnium ſanctorum prohibentes, ne quis de cetero prælibatum monaſterium & fratres ſuper his audeat moleſtare. Hoc viderunt & audierunt Gaufridus frater noſter, Gaufridus archidiaconus Turonenſis, Johannes de la Val conſanguineus noſter, Matthæus de Bello-monte, Gaufridus Ruley, Philippus Lautel, Bartholomæus de Plexeio, Andreas Rupetun, Rogerius Douin, Herveus clericus noſter, Guillelmus Calpa-aſini, Giraudus Minagerius, magiſter Rudalteus prior ſancti Michaëlis de Guerchia & plures alii.

Hanc donationem confirmavit domnus Urbanus papa III.

EPISTOLA P. CANONICI S. RUFI ad univerſos fideles.

De miraculis ſancti Berneredi Præneſtini epiſcopi.

Ex ms. ſancti Remigii Remenſis.

UNiverſis Chriſti fidelibus ad quos litteræ iſtæ pervenerint. P. canonicorum S. Rufi minimus proponere Dominum in conſpectu ſuo ſemper.

Quanta Dominus JESUS-CHRISTUS noſtris temporibus miracula ad corroborandam fidem multorum, mundo ſeneſcente, per venerabilem & ſanctum BERNEREDUM quondam Præneſtinum epiſcopum, fuerit operatus tota novit Romana Eccleſia. Verum quia nondum ad partes Gallicanas tanti viri glorioſa præconia credimus deveniſſe, ex multis pauca perſtrinxi, quæ vobis præſenti curavi pagina reſerare, ut per vos laudetur & glorificetur Dominus, qui noſtris temporibus in ſanctis ſuis glorioſus voluit apparere. Tempore igitur glorioſiſſimi ALEXANDRI papæ III. cum adhuc ſanctus BERNEREDUS Præneſtinæ civitatis eſſet epiſcopus, erat in epiſcopatu ſuo vir quidam nobilis genere, ſed nobilitatem ſuam moribus denigrabat, qui adeo tyrannide ſua terram illam ſuo ſubjugarat imperio, ut epiſcopales reditus ex maxima parte perciperet, & clericos magis ſibi quàm epiſcopo cogeret reſpondere. Eccleſias quoque adeo deprimebat, ut clerici ipſarum non poſſent ſtipendiis aliquatenus ſuſtentari. Qui cum frequenter à beato fuiſſet BERNEREDO commonitus, ut tam eccleſias, quàm eccleſiaſticos viros propriæ redderet libertati, nec eum poſſet à ſua contumacia monitis ſalutaribus revocare: tandem eum excommunicationis vinculo innodavit. Unde poſt obitum reverendi antiſtitis, tanta eum ac filium quem habebat febris, quæ à medicis duplex-tertiana nuncupatur, arripuit, ut omnes de ipſius ſanitate medici deſperarent. Rediens autem ad cor, & confitens ſe peccaſſe, omnia illico quæ violenter occupaverat reſignavit, orans omnium Dominum, ut eum per merita glorioſiſſimi antiſtitis, quem multipliciter offenderat, priſtinæ rediret ſanitati. Factum eſt autem cùm in oratione perſiſteret, quod reſtitutus eſt ſanitati, & amici qui de ipſius infirmitate dolebant, cœperunt palmas ad cœlum erigere, & Redemtorem omnium collaudare.

Erat præterea in eodem epiſcopatu quædam paupercula mulier, quæ juvenculam quamdam claudam in domo per XV. annos tenuerat, quam quia paupertate nimia gravabatur, & ei victualia miniſtrare non poterat, a domo ſua ejecit. Illa verò ſic erat membrorum ſuorum officio & omni ſolatio penitus deſtituta, profuſis lacrymis preces precibus cœpit addere, proſtrata humo, ſanctum antiſtitem deprecari. Qui miſeriæ pauperculæ mulieris compatiens, membra recurva cœpit erigere, & totum corpus, ac ſi numquam infirma fuiſſet, reparare. Pergit ad eccleſiam & fit ingens concurſus populorum laudantium & dicentium: *Salvum fac populum tuum Domine, & benedic hereditati tuæ, & rege eos & extolle illos uſque in æternum.* Pſal. 27. 9.

Alio quodam die cùm eſſem cum Domino meo cancellario in urbe Roma, & viderem maximam multitudinem ab illius tumulo venientem, cœpi diligenter quærere quidnam eſſet: Omnes autem una voce clamabant, Benedictus Deus, qui per ſuum epiſcopum modo quamdam puellulam reddidit ſanitati. Ego verò volens oculis propriis videre miraculum, intravi Lateranenſem baſilicam, & ante ſepulcrum venerabilis confeſſoris vidi puellam ambulantem cum gaudio per pavimentum eccleſiæ, ſed novitate rei videbatur aliquantulum titubare. Quot autem ſint alii per ipſius confeſſoris merita variis languoribus liberati longum eſſet enarrare per ſingula, ſed hæc pauca ad petitionem latoris præſentium ad utilitatem veſtram ſtudui declarare.

CARTA THEOBALDI Bleſenſis comitis.

De dono quod fecit monaſterio ſancti Launomari in tranſlatione ejuſdem ſancti.

EGo THEOBAUDUS Bleſenſis comes & Franciæ Seneſcallus notum facio tam

futuris quàm præſentibus, quòd anno Incar- A nationis MCLXXXVI. die vigeſima quinta menſis Maii, cum in baſilicam ſancti Launomari conveniſſemus * Vertigilenſis epiſcopus & ego AALIPS comitiſſa, & LUDOVICUS filius noſter, & abbates HUGO S. Launomari & RAGINAUDUS Pontelevienſis, & RAGINAUDUS Eleemoſynæ, & quàm plures alii venerabiles viri, ut corpora ſanctorum beati Launomari & aliorum ibidem quieſcentium de veteri in novam transferemus eccleſiam, gaviſus plurimum de oſtenſione reliquiarum B ſanctarum, pro remedio animæ meæ, laudantibus & concedentibus AALIPS comitiſſa uxore mea, & LUDOVICO filio noſtro, dedi & conceſſi in perpetuùm monachis ejuſdem eccleſiæ calfagium ſuum ad novem ſummarios, & univerſum uſuarium ſuum, quantùm opus eis fuerit ad reparationem eccleſiæ & domorum in tota porpriſa abbatiæ, in toto Blimardo, & in omni foreſta Bleſenſi, &c..... Quod ut ratum maneat ſemper & firmum, litteris commendavi, & ſigilli mei impreſſione confir- C mavi. Teſtes inde fuerunt, Aubertus ejuſdem eccleſiæ prior, Michaël hoſpitalarius, Johannes Terverius, Trigerius, Norbertus, Odo, Gradulfus, Garinus de Mota, Robertus Gode, Gaufredus Borellus, Lambertus Saccus, Raginaudus de Roboreto, Gaufredus *de Bruſlon*, Robertus de Carnoto, Fulco mareſcallus, Johannes Craſſus, Hugo de Roüilleis, Odo Gobil, Hugo de Pomeroio, Gumebertus de S. Bricio, Acio Borellus, Raginaudus Lancelinus, Paganus de Froovilla, Cillo Pes-ad-terram.

*Tregnier.

Actum Bleſis. Datum per manum HIL- D DUINI cancellarii mei.

BULLA URBANI PAPÆ III. pro Ordine Grandimontenſi.

Varia ſtatuit pro pace & quiete monachorum Grandimontenſium.

Anno 1186. Ex annalibus mſ. Grandimontenſium.

URBANUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis GUILLELMO priori Grandimontis, ejuſque fratribus, tam præ- E ſentibus, quàm futuris, regularem vitam profeſſis, in perpetuùm.

Quantò per infuſionem Sancti Spiritûs cœleſtis ſubditi magiſterio diſciplinæ odorem religionis in veſtro ordine hactenus obſervatæ latius expandiſtis, ut ſecundum Apoſtolum converſatio veſtra ſit vitæ in vitam: tantò noſtro imminet officio ſollicitiùs attendendum, ne inimicus humani generis, qui ſemper circuit, quærens quem devoret, piis invidet ſtudiis perfectorum, per ſuæ calliditatis aſtutiam adverſus vos, Domino reſiſtente, prævaleat, & pro- F poſitum religionis & ordinis ſub quo laudabiliter militatis, virulentâ ſuggeſtione immutet aliquatenus, vel perturbet, in vobis fraternæ pacis gratiam violando. Inde ſiquidem eſt, quòd cùm inter vos, permittente ipſo qui fideles ſuos tentari non patitur ſupra id quod portare poſſint, ſeminarium ſcandali ſubortum fuerit, quod ſollicitudine plurimorum adhibitâ, hactenus ſedari nequiverit; ad noſtram præſentiam quidam ex utraque parte fratrum litigantium acceſſerunt coram nobis & fratribus noſtris, plurima de inſtitutione veſtri ordinis, & illatis hinc inde injuriis, proponentes. Nos verò, auditis omnibus diligenter quæ in noſtro duxerunt auditorio proponenda, ut de cetero inimico virtutum omnium nocendi aditus clauderetur, & in ordine veſtro fraternæ pacis concordiam tam facilè ipſius calliditas non turbaret, in his quæ generare videbantur materiam jurgiorum, manum correctionis apoſtolicæ de fratrum noſtrorum conſilio duximus apponendam. Inprimis ſiquidem ſtatuentes ut qui, relicto ſæculo, ad ordinem veſtrum confugiunt, priori qui pro tempore fuerit, & ſucceſſoribus ejus catholicis, vel capitulo, ſi prior non fuerit obedientiam, & reverentiam promittant abſolutè. Fratribus autem ſingulis in his quæ ad commodum & honorem domûs pertinent, fraternæ caritatis officium, & auxilium debitæ ſubventionis impendant. Majores ſe invicem, ſecundum Apoſtolum, arbitrantes, quatinus juxta apoſtolicam evangelicamque doctrinam ſe invicem honore præveniant, & qui fortè major eſt meritis, non erubeſcat amore Domini fieri minoribus miniſtrator. Paci veſtræ præterea providentes, ſtatuimus ut ad recipiendum alterius religionis hominem nemo vos cogat invitos, ne dum inſtituta relicti ordinis qui ad vos confugerit æmulatur, à veſtræ obſervantia diſciplinæ animos ſimpliciorum avertat, & aliis vos contingat injurioſos & moleſtos exiſtere, ſi profeſſos eorum volueritis retinere. Priori autem, tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus, plenam concedimus auctoritate apoſtolicâ poteſtatem: ita ut uni converſorum, qui magis idoneus fuerit in cellis veſtris temporalia diſponenda committat, qui de ipſius prioris mandato, eleemoſynas depoſitaque recipiat, & eas in pios uſus ac neceſſitatem domûs providâ conſideratione convertat. Cura verò ſpiritualium liberè de mandato prioris circa clericos ipſos reſideat: ita quòd nullus laïcorum fratrum in confeſſionibus, pœnitentiis, divinis officiis celebrandis, & corrigendis exceſſibus clericorum, ullam ſibi auctoritatem uſurpet: ſed hæc omnia per priorem jam dictum, vel de mandato ipſius, per clericos expleantur. Ad hæc, ad inſtar prædeceſſorum noſtrorum felicis recordationis ALEXANDRI & LUCII Romanorum pontificum, omnibus regulam veſtram ſervantibus, ſicut in veſtro ordine, & ſuprapoſitis noſtræ correctionis capitulis ſalubriter continetur, laborem loco pœnitentiæ, & in peccatorum ſuorum remiſſionem injungimus, quem in ipſa obſervantia patiuntur. Inſtitutionem quoque quam ad caſtigationem veſtram poſt confirmationem felicis recordationis ADRIANI papæ prædeceſſoris noſtri ſalubriter addidiſtis, auctoritate apoſtolicâ confirmamus, & perpetuis decernimus temporibus valituram: ſtatuentes ut liberum vobis ſit, ſecundum regulam veſtram, atque inſti-

Digitized by Google

tuta ordinis, abſque aliquorum gravaminibus vel moleſtiis, Domino famulari, ſalvâ in omnibus apoſtolicæ ſedis auctoritate. Præterea domum & loca veſtra, cum omnibus quæ in præſentiarum juſtè & pacificè poſſidetis, vel in futurum conceſſione pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, Deo propitio, poteritis adipiſci ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus: ſtatuentes ut ea firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam domum temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſerventur, eorum pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſæculariſve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam, ſciens contra eam temerè venire tentaverit, ſecundò, tertiòve commonita, niſi reatum ſuum dignâ ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemtoris noſtri JESU-CHRISTI aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri JESU-CHRISTI, quatinus & hìc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

† Ego URBANUS catholicæ Eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

† Ego PAULUS Preneſtinus epiſcopus ſs.

† Ego JOHANNES tituli ſancti Marci preſbyter cardinalis ſubſcripſi.

† Ego PETRUS LE BON preſbyter cardinalis tituli ſanctæ Suſannæ ſubſcripſi.

† Ego LABORANS preſbyter cardinalis ſanctæ Mariæ trans Tyberim tituli S. Callixti ſs.

† Ego PANDULFUS preſbyter cardinalis tituli duodecim Apoſtolorum ſubſcripſi.

† Ego ALBINUS preſbyter cardinalis tituli S. Crucis in Jeruſalem ſubſcripſi.

† Ego MELIOR preſbyter cardinalis SS. Johannis & Pauli tituli Pammachii ſubſcripſi.

† Ego ADELARDUS tituli S. Marcelli preſbyter cardinalis ſubſcripſi.

† Ego JACINTHUS ſanctæ Mariæ in Coſmedim diaconus cardinalis ſubſcripſi.

† Ego BOBO ſancti Angeli diaconus cardinalis ſubſcripſi.

† Ego OCTAVIANUS ſanctorum Sergii & Bacchi diaconus cardinalis ſubſcripſi.

† Ego ROLLANDUS ſanctæ Mariæ in Porticu diaconus cardinalis ſubſcripſi.

† Ego PETRUS ſancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconus cardinalis ſubſcripſi.

† Ego RAD. ſancti Georgii ad Velum-aureum diaconus cardinalis ſubſcripſi.

Datum Veronæ per manum MOYSIS Lateranenſis canonici vicem agentis cancellarii A Idibus Julii, indictione IV. Incarnationis Dominicæ anno MCLXXXVI. pontificatûs verò domni URBANI papæ III. anno primo.

CONVENTIO INTER CLERICOS & converſos Grandimontenſes habita coram rege & baronibus.

Anno 1187. Ex mſ. annalibus ordinis Grandimontis.

PHILIPPUS Dei gratiâ Francorum rex. Noverint univerſi ad quos præſentes litteræ pervenerint, quòd cum publicus univer- B ſorum hoſtis inter clericos & laïcos fratres Grandimontis ordinis, zizaniâ diſcordiæ ſeminatâ, diu ſuam exercuiſſet malitiam; tandem utriuſque partis quibuſdam fratribus in præſentia noſtra ab univerſitate contrariarum partium conſtitutis, divinâ eos reſpiciente miſericordiâ, ad concordiam & pacem redierunt, & ſeſe receperunt invicem in oſculo pacis. Ad quod quædam quæ viſa ſunt diſſenſionis eorum fuiſſe materia, in medium prolata fuerunt, C & in ipſa pacis ordinatione, prout præſenti ſcripto annotata ſunt, partibus convenientibus ab utriſque conceſſa.

I. Videlicet ſi rex, archiepiſcopus, vel epiſcopus, aut aliquis princeps, cellas ordinis Grandimontis intrare voluerit, ſecum quatuor viros introducere poterit.

II. Communitas & æqualitas erit omnibus, tam clericis, quàm laïcis, in cibo, in potu, in refectorio, & in dormitorio, & de æquè bonis pannis veſtientur.

III. Eleemoſynæ & eleemoſynarum quantitas, earumque datores, manè dicentur in ca- D pitulo publicè in quibuſcumque datæ fuerint cellis.

IV. Ea quæ penes cellas Grandimontenſis ordinis ſervanda quandoque deponi contigerint, ſi fortè remanſerint, vel ſi in eleemoſynas ipſis erogatas tranſierint, cum jam remanſerint, dicentur manè in capitulo publicè.

V. Annuatim pro diſquirendis & corrigendis exceſſibus per ſingulas cellas deſtinabit prior binos & binos fratres, quorum alter erit clericus, alter laïcus, cum tanta quidem poteſta- E te, quantam eis prior conceſſerit.

VI. Prior lectum ſuum habebit in dormitorio, & dormiet cum fratribus, dum ſanus fuerit.

VII. Super omnibus expenſis quæ fient in cellulis, ubique fiet, ad ordinationem prioris, computatio.

VIII. In electione prioris, clerici ſex clericos, & laïci ſex laïcos eligent; qui duodecim eligent priorem.

IX. Clerici per laïcos non mutabunt, immò F eorum mutatio de ſola fiet voluntate prioris.

X. Prior ſpiritualia cum clericis, temporalia cum converſis ordinabit. Verumtamen in ordinatione temporalium poterit clericos advocare quos voluerit, & eorum conſilium habere licebit priori.

XI. Vaſorum altaris, ſacrarum veſtium, & librorum penes clericos erit conſervatio.

Digitized by Google

XII. Prioris & clericorum erit eccleſiaſtici officii, & omnium ſpiritualium ordinatio.

XIII. Emendationes delictorum, ubicumque ſint, fient in capitulo manè per ſacerdotem hebdomadarium; ſimplex autem reprehenſio fieri poterit ubique.

XIV. Quæcumque peccata aliquis fratrum commiſerit, alicui ſacerdoti, qui cum eo fuerit in cellula ſua, ea confitebitur, nec oportebit eum de neceſſitate cellulam occaſione dicendæ confeſſionis exire, & ſacerdoti licebit pœnitentiam illi injungere.

XV. Clericorum erit fratres ad collationem vocare, & collationem celebrare: ita tamen quòd proviſori cujuſlibet cellulæ, poſt collationem, & tempore ipſius collationis, licebit vacare externis excipiendis & exhibendis hoſpitibus, aut aliis ſuæ domûs negotiis faciendis, & unum, aut duos è fratribus quos voluerit, ſecum ad idem agendum habere.

XVI. Ad hæc quæ dicta ſunt conceſſum eſt, quòd prior qui recenter eſt inſtitutus, promittet in verbo veritatis, & ſub animæ ſuæ periculo, quòd clericis, qui jam ſupradictâ contentione laïcis extiterunt contrarii, nullam illius contentionis occaſione irrogabit injuriam. Clerici verò ſub eadem forma promiſerunt quòd laïcis fratribus, causâ diſſentionis illius, aliquid non machinabuntur mali. Conceſſerunt etiam, frater Bernardus, & qui cum eo erant, quòd ſi prior & ceteri fratres ſui, à prædictis articulis hujus pacis, qui hîc ſunt annotati, non concedendis, aut non obſervandis reſilierint, in partem clericorum bonâ fide cedent, & eorum ſuper his erunt adjutores; clerici verò conceſſerunt, quòd priori promittent obedientiam.

Hæc autem acta ſunt in præſentia noſtra, & de noſtro & baronum noſtrorum conſilio, ſalvis omnibus quæ in regula ordinis Grandimontenſis continentur; & ſi quid attentatum fuerit contra regulam, nullam obtineat firmitatem.

Actum anno MCLXXXVII.

BULLA CLEMENTIS PAPÆ III. ad Henricum Bituricenſem archiepiſcopum

Quod monachi & canonici regulares per oppida ſoli non morentur.

Anno 1188. Ex cartario domini archiepiſcopi Bituricenſis.

CLEMENS epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabili fratri HENRICO Bituricenſi archiepiſcopo Aquitaniæ primati ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Cùm in Lateranenſi concilio fuerit generaliter interdictum, ne monachi aut etiam canonici regulares ſinguli in oppidis vel aliis locis popularibus habitent: ſunt nonnulli qui capellanorum vices agentes in parochialibus eccleſiis ſoli morantur, & ſuæ profeſſionis immemores converſari ſæculariter non formidant. Nos itaque providere volentes, ne quod provida fuit in concilio deliberatione A ſtatutum, pro privato aliquorum commodo irritetur, præſenti fraternitati tuæ ſcripto concedimus, ut abbates eorum de illis reducendis ad clauſtrum, aut adimplendo quod in decreto exprimitur, non differas diligentius commonere. Si verò abbates commonitionem tuam fortaſſe contemſerint, tu quod ſcribimus auctoritate noſtra remoto appellationis obſtaculo exequaris. Ad hoc nihilominus tibi auctoritate apoſtolica indulgemus, ut ſi mo- B nachi vel canonici in tua diœceſi conſtituti infra tres menſes ad eccleſias in quibus illis præſentatio competit, & ad te inſtitutio pertinet, non præſentaverint idoneos capellanos, tu non expectata diutius præſentatione illorum eaſdem eccleſias appellatione remotâ canonicè ordinandi liberam habeas facultatem. Sic tamen ut ex hoc illis in poſterum nullum debeat præjudicium generari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc atten- C tare præſumſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Lateranis v. Idus Julii pontificatus noſtri anno I.

CARTA PHILIPPI Flandriæ comitis pro Claravalle.

Duas leſtas Alecium ei concedit.

Anno 1188. Ex cartario Claravallis.

D IN nomine Patris & Filii & Spiritûs ſancti. Cùm inter varios rerum & temporum motus temporaliter & quaſi momentaneè temporalia poſſideantur; temporalium ea ſola poſſeſſorem ſuum mutare non norunt, ſed ſtabilita in perpetuum ſtabilitate firmantur, quæ in cœleſtes theſauros per manus religioſorum & pauperum ſalubriter deportantur. Hinc eſt quod ego PHILIPPUS Flandriæ & Viromandenſium comes eccleſiæ Clarevallenſi divini amoris & ſacræ religionis intuitu, quâ E dinoſcitur præpollere, duas leſtas alecium apud *Mardich* in perpetuum aſſignavi in feſto ſancti Andreæ de reditu meo paratè accipiendas, aſſenſu videlicet & voluntate illuſtris uxoris meæ MATHILDIS regis Portugalliæ filiæ, ad cujus dotalitium tota villa de *Mardich* dinoſcitur pertinere, pro ſalute & profectu animæ meæ & uxoris meæ, necnon & anteceſſorum meorum ac deinceps ſucceſſorum. Ut igitur hæc donatio mea rata in perpetuum & inconcuſſa permaneat, tam præſentis ſcripto paginæ quam mei impreſſio- F ne ſigilli immo & ſcriptarum teſtimonio perſonarum eam munire decrevi ſignari &c. Actum anno Domini MCLXXXVIII.

PRIVILEGIUM PHILIPPI REGIS de eccleſia ſanctæ Crucis Stampenſis.

Anno 1.. Ex cartario Caſtri-nantonis.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Amen PHILIPPUS Dei gratia Francorum rex. Noverint univerſi præſentes pariter &

Digitized by Google

futuri, quòd ſicut Odoni abbati B. Mariæ Stampenſis, & canonicis ejuſdem eccleſiæ, conſilio epiſcopi & decani, & cantoris, & cancellarii Pariſienſis, eccleſiam ſanctæ Crucis, infra terminos parochiæ ipſorum fundatam reddidimus: ita pari cenſurâ, & conſimili ratione inducti, abbati & canonicis Caſtri-Nantonis, eccleſiam ſanctæ Crucis, intra limites eccleſiæ B. Mariæ minùs rationabiliter fundatam reddidimus, & cum nundinis unius diei in feſto ſanctæ Crucis in Septembri in perpetuum donavimus: ita quòd abbas loci prædicti plenam & integram poteſtatem habeat in eccleſia ſanctæ Crucis auctoritate noſtrâ & ſuâ amovendi clericos, & inſtituendi canonicos ſui ordinis pro velle ſuo, & prout ſibi & eccleſiæ viderint expedire: revocantes in irritum quicquid Johanni & clericis illius eccleſiæ donaveramus. Quod ut perpetuæ firmitatis robur obtineat, præſentem paginam ſigilli noſtri auctoritate, ac regii nominis caractere inferiùs annotato, præcepimus communiri.

Actum apud Fontem-Blaudi anno ab Incarnatione Domini MCLXXXIX. regni verò noſtri XI. aſtantibus in palatio noſtro, quorum nomina ſuppoſita ſunt & ſigna. Signum comitis Theobaudi dapiferi noſtri. Signum Guidonis buticularii. Signum Matthæi camerarii. Signum Radulphi conſtabularii.

Data vacante cancellariâ.

CÆLESTINI PAPÆ III. PRIVILEGIUM pro monaſterio Morbacenſi.

Anno 1190. Ex cartario Morbacenſi.

CÆLESTINUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis, Sintberto abbati monaſterii ſanctorum Petri & Pauli, atque Leodegarii martyris *de Morbac*, ejuſque fratribus, tam præſentibus, quàm futuris, regularem vitam profeſſis, in perpetuum.

Convenit apoſtolico moderamini piâ religione pollentibus benevolâ compaſſione ſuccurrere, & poſcentibus juſta & religioſa, alacri devotione aſſenſum impertiri. Ex hoc lucri potiſſimùm præmium à Conditore omnium Deo proculdubio promeremur, ſi venerabilia loca opportunè ordinata, ad meliorem fuerint ſine dubio ſtatum perducta. Propterea quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona idem monaſterium, quod ſitum eſt juxta ripam quæ vocatur *Morbach*, in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus illibata permaneant. Sanè novalium veſtrorum quæ propriis manibus, aut ſumtibus colitis, ſive de nutrimentis animalium veſtrorum nullus à vobis decimas exigere, aut extorquere præſumat. Liceat vobis clericos, vel laïcos à ſæculo fugientes, liberos & abſolutos ad converſionem recipere, & eos abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper ut nulli fratrum veſtrorum, poſt factam in eodem loco profeſſionem, fas ſit abſque abbatis ſui licentia, niſi arctioris religionis obtentu, de eodem loco diſcedere; diſcedentem verò abſque communium litterarum cautione nullus audeat retinere. Cùm autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clauſis januis, excluſis excommunicatis & interdictis, non pulſatis campanis, ſuppreſſâ voce, divina officia celebrare. Sepulturam ipſius loci prætereà liberam eſſe decernimus: ut eorum devotioni & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi fortè excommunicati, vel interdicti ſint, nullus obſiſtat, ſalvâ tamen juſtitiâ illarum eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Obeunte verò te nunc ejuſdem loci abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi quâlibet ſurreptionis aſtutiâ, ſeu violentiâ præponatur, niſi quem fratres communi omnium conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris, ſecundum Dei timorem, & beati Benedicti regulam perviderint eligendum. Ceterùm verò hoc deliberantes decernimus, ut congruis hoc temporibus noſtræ ſollicitudini eccleſiaſticæ intimetur, qualiter religio monaſtica regulari habitu dirigatur, concordiaque convenienti eccleſiaſtice mancipetur, ne fortè (quod abſit) ſub hujus privilegii obtentu, animus congreſſuſque rectitudinis veſtræ à norma juſtitiæ aliquo modo retorqueatur. Nullam ſanè poteſtatem in eodem loco Baſilienſi epiſcopo cujuſlibet vel minimæ rei gerendæ, aut ordinandæ, niſi pro communi fratrum & abbatis voluntate concedimus: nec à quolibet epiſcopo, vel archiepiſcopo, niſi à ſolo apoſtolicæ ſedis præſule in ipſum abbatem, vel ejus monaſterium, excommunicationis ſententiam pro quacumque cauſa dari permittimus. Hoc quoque ſpeciatim ſubjicientes, ut idem cœnobium cum atrio ſuo, cum omnibus ſibi pertinentibus, ab omni quorumlibet hominum incurſione ſit liberum, necnon ab epiſcopi Baſileenſis, ſeu epiſcoporum omnium, ſive epiſcopalium miniſtrorum, regumque, imperatorum, ducum, comitum, omniumque hominum omnimodis ſervitiis & gravaminibus ſit alienum. De advocaciæ vero conſtitutione ita decernimus, ut nullus hanc velut jure hereditario ſibi debitam ſortiatur, niſi qui communi vel ſaniori fratrum electione conſtituatur; qui tamen advocatus locum illum, vel poſſeſſiones ibidem Deo ſervientium numquam injuſtè, vel violenter attingat, nec liceat ei, invito abbate, monaſterium ipſum, aut monaſterii ruſticos vel familiam frequentiis, hoſpitiis aggravare, nec quaſlibet exactiones ab eis extorquere, ſed nec aliqua in eis judiciorum placita, niſi ab abbate invitatus exerceat, nec de placitorum multis, quas vocant juſtitias ſupra tertiam partem quæ illi ex conſuetudine debetur, accipiat; illorum videlicet tantùm placitorum, ad quæ ab abbate invitatus fuerit; quod ſi horum tranſgreſſor fuerit, inutilis monaſterio repertus, & ſecundò, tertiòve commonitus, culpam non correxerit, amoto eo, alius qui placuerit, aut nullus, ſi

placuerit, ſubſtituatur. Locum illum omnimodâ libertate donatum, tam ab omnium mortalium jure, quàm ab omni moleſtiarum temeraria inquietudine tutum ſemper & abſolutum fore decernimus, & abbatiam illic perpetuum haberi, & ſub apoſtolicæ ſedis tutela ſemper protegi, aureumque ex hoc biſantium apoſtolico palatio annualiter perſolvendum in ſignum perpetuæ libertatis, ac præter ejuſdem cenſûs debitum nihil ſervitiis Romanæ eccleſiæ ampliùs ab eo quolibet modo requirendum. Uſum quoque dalmaticæ & ſandaliorum in miſſarum ſolemniis licentia noſtræ apoſtolicæ auctoritatis concedimus, tam tibi, quàm ſucceſſoribus tuis, ſecundum quod in privilegiis prædeceſſorum noſtrorum habetur. Abbas verò non niſi à noſtra apoſtolica ſede benedicatur à qua benedici debet; & ſi in aliquo crimine accuſatus fuerit, de eadem noſtra apoſtolica ſede tantum judicium expectet. Illud etiam generaliter addendum duximus, ut quidquid auctoritate anteceſſorum quorumlibet noſtrorum regum & imperatorum, ipſi Morbacenſi monaſterio conſtat fuiſſe conceſſum; ſit etiam noſtrâ apoſtolicâ auctoritate per hoc noſtrum privilegium confirmatum atque corroboratum: ſtatuentes ſub apoſtolica cenſura, & ſub divini judicii obteſtatione, ne quis umquam noſtrorum ſucceſſorum pontificum Romanorum, regum, ducum, marchionum, comitum, & prætereà archiepiſcoporum, ac cujuſlibet dignitatis, vel conditionis hominum, contra hoc privilegium quidquam audeat attentare; quod ſi quis præſumſerit, ſciat ſe noſtri anathematis vinculo uſque ad condignam ſatisfactionem inſolubiliter innodatum. Qui autem pro intuitu cuſtodierit, & ne in aliquo infringatur, in ſe obſervaverit benedictionis gratiam, & peccatorum ſuorum abſolutionem, à retributore omnium bonorum Deo conſequi mereatur, ut in cœleſti ſede glorietur. Amen. Amen.

† Ego CÆLESTINUS catholicæ Eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

† Ego LEO tituli ſanctæ Crucis in Jeruſalem preſbyter cardinalis ſubſcripſi.

† Ego GUALA ſancti Martini preſbyter cardinalis tituli Equitii ſubſcripſi.

† Ego STEPHANUS baſilicæ duodecim Apoſtolorum preſbyter cardinalis ſubſcripſi.

† Ego GREGORIUS tituli ſanctæ Anaſtaſiæ preſbyter cardinalis ſubſcripſi.

† Ego THOMAS tituli ſanctæ Sabinæ preſbyter cardinalis ſubſcripſi.

† Ego PELAGIUS Albanenſis epiſcopus ſs.

† Ego NICOLAUS Tuſculanus epiſcopus ſs.

† Ego OTTO ſanctorum Sergii & Bacchi diaconus cardinalis ſubſcripſi.

† Ego GREGORIUS ſancti Angeli diaconus cardinalis ſubſcripſi.

† Ego ROMANUS ſancti Theodori diaconus cardinalis ſubſcripſi.

† Ego STEPHANUS ſancti Adriani diaconus cardinalis ſubſcripſi.

† Ego PETRUS ſancti Georgii ad Velum-aureum diaconus cardinalis ſubſcripſi.

Datum Laterani per manum magiſtri Guntheri domni papæ notarii XI. Calendas Junii, indictione VIII. Incarnationis Dominicæ anno MCXC. pontificatûs verò domni Cæleſtini papæ III. anno I.

CARTA PHILIPPI REGIS Francorum pro Bituricenſi B. Mariæ de Salis eccleſia.

Damnum in conſtructione novæ turris illatum donatione compenſat.

IN Nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Amen. PHILIPPUS Dei gratiâ Francorum rex. *Anno 1190. Ex autographo.*

Noverint univerſi, tam præſentes, quàm futuri, quòd nos in recompenſationem damni quod illatum fuit eccleſiæ beatæ Mariæ de Salis, occaſione turris noſtræ novæ, eidem eccleſiæ triginta ſolidos Pariſienſis monetæ, in decima vini de Trembleio annuatim de primo vino, tempore vindemiarum percipiendos concedimus & donamus in perpetuum. Quod ut ratum firmumque permaneat in poſterum, præſentem paginam ſigilli noſtri auctoritate, ac regii nominis caractere inferiùs annotato juſſimus confirmari.

Actum Vizeliaci anno ab Incarnatione Domini MCXC. regni verò noſtri XII. aſtantibus in palatio noſtro, quorum nomina ſuppoſita ſunt & ſigna.

Signum comitis THEOBALDI dapiferi noſtri. S. GUIDONIS buticularii. S. MATTHÆI camerarii. S. RADULPHI conſtabularii.

Datum vacante cancellariâ.

CARTA RICARDI ANGLIÆ REGIS, Sancti Severi in capite Vaſconiæ privilegia confirmantis.

RICARDUS Angliæ rex, dux Normannorum, & Æduanorum, comes Andegavenſis, GERALDO Auxitano archiepiſcopo, omnibus epiſcopis, abbatibus, comitibus, vicecomitibus, baronibus, juſtitiariis, præpoſitis, & omnibus fidelibus ſuis, ſalutem. *Anno 1190. Ex cartario S. Severi.*

Sciatis nos ſtabiliviſſe & confirmaſſe pacto firmiſſimo data & ſcripta quæ anteceſſores mei, ſcilicet VILLELMUS SANCIUS, & BERNARDUS ac SANCIUS filii ejus, necnon GAUFREDUS, & alii fecerunt Deo & ſancto Severo, & monachis ibidem Deo ſervientibus, omnem ſalvitatem, & omnes libertates quas dicto loco conceſſerunt, & donationes illorum qui ſuum alodium illi monaſterio dederunt, ſicut SALVATORI ejuſdem loci primo abbati, ejuſque ſucceſſoribus tributum fuit, & undique diſtinctum. Conceſſi etiam eidem monaſterio, ut nullus archiepiſcopus nec epiſcopus, nec ego ipſe, nec filius meus neque filia, neque nepos, aut pronepos, aut ſtirpis meæ aliquis, aut ſucceſſor, aut propinquus, aut extraneus, nec alia

potens perſona, præſumat de reditibus, vel de cartis jam fati monaſterii, aut de cellis, aut villis, aut eccleſiis, quæ ad illum locum pertinent, quocumque modo occaſiones movere, vel dolos, vel immiſſiones aliquas facere, nec in hoſtem, nec in caballicationem ducere milites, vel pedites; nec in foro, nec in mercato, de omnibus pertinentibus ad ipſum ſacratiſſimum locum; neque quiſquam hominum judicium capiat, vel in appenditiis ejus aliquam calumniam facere præſumat, ſcilicet in prioratibus, in eccleſiis, in primitiis, in oblationibus, in decimis, in cimiteriis, in villis, in aquis, in molendinis, in ſylvis, in pratis, in leudis, in piſcationibus, in pinetis, ſive in vineis, nec arcentum inire per vim, nec aliquod centum quærere. Teſtes fuerunt, GERARDUS Auxitanus archiepiſcopus, ADEMARIUS Petragoricenſis epiſcopus, BERTRANDUS Agenenſis epiſcopus, ARNALDUS Clariaci abbas, ELIAS de Cella ſeneſcallus Vaſconiæ, BERNARDUS comes de Armaniaco, GASTO Bearnenſis, WILLELMUS Amaneu de Fronſiaco, ARNALDUS Willelmi de Marſiano, AMALBINUS *de Blanquefort*, FORT de Mota, ACHELMUS Willelmi de *Leſparre*, WILLELMUS Raymundi de *Pons*, GERALDUS de *Monens*, MILO eleemoſynarius. Data per manum JOHANNIS vice-cancellarii.

Actum & datum Reulæ anno domini noſtri principis...... IIII. Nonas Februarii, anno ab Incarnatione Domini MCXC. indict. VIII. concurrente VII. epactâ XII. anno quo reges profecti ſunt Jeroſolymam.

CARTA GAUFRIDI PRIORIS S. PAULI de Boſco, JOHANNIS comitis de Roceio, & ROBERTI domini de Petra-ponte.

De reſtauratione oppidi de Lapion, *Sueſſionenſis diæceſis.*

Anno 1191. Ex cartario Sylvæ-majoris.

EGo GAUFRIDUS prior Sancti Pauli in Boſco, ego JOHANNES de Roceïo comes, & ego ROBERTUS de Petra-ponte dominus, omnibus fidelibus in perpetuum.

Notum fieri volumus omnibus, tam præſentibus, quàm futuris, convenientias quas habuimus inter nos, de conſilio ſapientum virorum noſtrorum & alienorum qui interfuerunt, de reparatione villæ de *Lapion*, quæ per longa tempora fuerat deſtructa, & de redditibus ejuſdem villæ, & omnibus proventibus, & de territorio de Telleïo, & de omnibus quæ communiter ibi poſſidebamus, & de his etiam quæ eccleſia ſancti Pauli ſine participatione noſtra debet habere; quæ omnia pro bono pacis per ſcripta quæ in perpetuum debent durare, volumus terminare. Eccleſia ſancti Pauli, quæ ſpectat ad eccleſiam ſanctæ MARIÆ Sylvæ-majoris, poſſidebit in perpetuum eccleſiam de *Lapion* & altare cum dote ſua, & univerſis decimis & oblationibus, & omnibus pertinentiis & appenditiis ſuis, ſicut priùs faciebat de jure ſuo. De participatione autem duas carrucatas terræ, eâ lege & eâ libertate & menſurâ quâ Alanus de Conde tenebat, unam quam ei dedit RADULFUS comes de Roceïo, & ROBERTUS de Petra-ponte aliam, quam ſibi retinuit loco illius quam Alanus habuit. In omni terragio de *Lapion* & de Telleïo, & in tota villa, & totius territorii & villæ juſtitia, & in aliis reditibus & proventibus ex integro cum bona fide, & ſine fraude, licèt medietas eſſet ante prioris & monachorum ſancti Pauli quita, amodo dividemus commoda per tres partes; ita quòd ego prior & monachi ſancti Pauli percipiamus unam partem, ego JOHANNES comes & mei tertiam, & ego ROBERTUS & mei tertiam, quamdiu ibi villa erit; & ſi villa deſtrueretur, ita quod nullus manſionarius ibi remaneret, ego prior & monachi rediremus ad noſtram medietatem, ſicut priùs habebamus; & ſi tribus, vel pluribus manſionariis villa reſtitueretur, quiſque noſtrûm rediret ad ſuum tertium, ſicut priùs habebamus. Pro illa tertia parte de ſua medietate quam mihi JOHANNI, & mihi ROBERTO, & ſucceſſoribus noſtris, prior & monachi de jure ſuo habere concedunt, faciet uterque noſtrûm fidelitatem eccleſiæ ſanctæ MARIÆ Sylvæ-majoris, & ſancti Pauli, & omnibus ſuis ſucceſſoribus, in manu abbatis Sylvæ-majoris, vel prioris ſancti Pauli; & omnes ſucceſſores noſtri in promotione ſua facient ſimiliter, & dabit unuſquiſque noſtrûm ſingulis annis eccleſiæ ſancti Pauli pro recognitione prædicti beneficii unam libram ceræ ad pondus Lauduni in feſto apoſtolorum Petri & Pauli, & omnes ſucceſſores noſtri facient ſimiliter. Medietatem terragii de Machenio habebunt monachi quietam, quia comes de Roceïo dedit ſuam medietatem in eleemoſyna miſellis de Roceïo. Mel & cera quæ provenient ex inventione apum, erit ad luminare eccleſiæ, ſicut erat ante. Totam terram de *Lapion*, & de Telleïo, quam communiter poſſidebamus, dedimus manſionariis ad rectum terragium, exceptis quatuor carrucatis prædictis. Unaquaque manſura dabit cenſuatim ſex denarios in feſto ſancti Johannis Baptiſtæ communis monetæ, & in feſto ſancti Martini duos de telonio, & in craſtinum Natalis Domini ſex denarios & duos capones. Mercatum erit ad conſuetudinem de Vigneïo. Major qui præerit in villa, ponetur de communi conſenſu noſtro, qui præſtito juramento unicuique noſtrûm conſervet & reddat, ſicut meliùs poterit, rectam participationem ex omnibus quæ ad nos pertinebunt; & ſi quandoque (quod abſit) inter nos, vel noſtros, eſſet diſcordia de Majore ponendo, vel retinendo, ſtatutum eſt inter nos, quod ubi duo fuerint concordes, tertius ſequetur eos, etiamſi gravare deberet. Et de proponendo majore & echevinis & juratis, & omnibus aliis, fiat ſecundum quod conſuetudo de *Vervy* docebit; ad cujus conſuetudines & libertates villa data eſt & jurata à nobis & ſucceſſoribus noſtris ex integro, exceptis quæ prædiximus. Hanc compoſitionem ſic à nobis factam laudavit & conceſſit

Digitized by Google

ceſſit PETRUS tunc temporis Sylvæ-majoris abbas, & generale totius ejuſdem eccleſiæ capitulum. Laudavimus & conceſſimus etiam nos qui feceramus, ego GAUFRIDUS ſancti Pauli prior, aſſenſu priorum & omnium fratrum noſtrorum: ego JOHANNES de Roceio comes, aſſenſu matris meæ & HENRICI filii mei, & uxoris meæ, & ſororum meorum BEATRICIS & EUSTACHIÆ: ego ROBERTUS, aſſenſu EUSTACHIÆ uxoris meæ, & puerorum meorum. Quod ut ratum & firmum permaneat, auctoritate ſigillorum noſtrorum fecimus communiri & roborari.

Actum anno Dominicæ Incarn. MCLXXXXI.

CARTA PHILIPPI FLANDRIÆ comitis pro Claravalle.

Capellam ſuam donat Claravalli.

Anno 1191. *Ex cartario Claravallis.*

EGo PHILIPPUS Flandriæ & Viromandenſium comes, notum eſſe volo præſentibus & futuris, quod de capella mea, quam mecum defero in itinere Hieroſolymitano, donationem feci monaſterio Claravalli, præſentibus fratribus Clarevallenſibus Ger. Walterio & Johanne, à quibus eam tamquam accommodatam recepi mecum deferendam: ad quam capellam pertinent duo candelabra argentea, duæ pelves argenteæ, quatuor ampullæ argenteæ, calices duo, unus aureus, alter argenteus, (a) fiſtula argentea, caſulæ duæ, & duplicia indumenta, thuribulum argenteum, & ornamenta altaris, altaria portatilia duo, & cruces tres, philacterium parvum, cum quo pax defertur, quod ſicut à prædeceſſoribus meis habeo, ita ſucceſſoribus relinquo. De una cruce jus diſponendi mihi retineo, quam, etſi non inde aliud diſpoſuero, cum reliquis omnibus relinquo Claravalli.

Actum anno ab Incarn. Domini MCXCI.

EJUSDEM DE EODEM.

Anno 1191. *Ex cartario Claravallis.*

EGo PHILIPPUS Flandriæ & Viromandenſium comes, notum eſſe volo, &c. quod capellam meam integrè cum omnibus quæ ad eam pertinebant, donavi cariſſimæ conſorti meæ MATHILDI reginæ; quam & ipſa poſteà de aſſenſu & beneplacito meo, ſicut illam in multis ampliaverat, devotè contulit eccleſiæ beatæ Dei genitricis MARIÆ Claravallis, ubi ego & ipſa pari devotione noſtram elegimus ſepulturam. Quam donationem, ſicut eam fecit jam dicta conſors mea, ego ratam habeo & confirmo, in irritum revocans, ſi quas ante feceram inde promiſſiones.

Actum anno ab Incarn. Domini MCXCI.

EPISTOLA PETRI BLESENSIS in perſona Turonenſis archiepiſcopi.

Ut rex Angliæ à vinculis liberetur.

Circa 1191. *Ex mſ. Eccleſiæ Remenſis.*

REverendo patri & domino CÆLESTINO Dei gratiâ ſummo pontifici, B. divinâ per- A miſſione Turonenſis archiepiſcopus, ſalutem & miſericordiæ reminiſci.

Silere decreveram, ne inſolentiæ & præſumtionis arguerer, ſi fortè adverſus principem ſacerdotum verbum aliquod minùs cautum abundantia cordis & vehementia doloris eliceret. Hinc non multùm ab inſania differt dolor, dum in impetu ſuæ accenſionis eſt, dominos non agnoſcit, ſocium non veretur, nec defert, nec parcit alicui, ſed non ſibi. Nemo ergo miretur, ſi verborum modeſtiam vis doloris exaſ- B peret, jacturam enim plango publicatam, ſed & familiaris dolor in ſpiritus mei præcordiis inconſolabiliter radicavit. Sagittæ enim Domini in me ſunt, quarum indignatio ebibit ſpiritum meum. Gentes divulſæ, populi lacerati, provinciæ deſolatæ, & generaliter tota occidentalis Eccleſia confecta lamentis in ſpiritu contrito & humiliato ſupplicat vobis, quem conſtituit Deus ſuper gentes & ſuper regna in omni plenitudine poteſtatis. Afflictorum, quæſo, clamor introeat in aures veſtras; calamita- C tes enim noſtræ multiplicatæ ſunt ſuper numerum, nec iſta diſſimulare poteſtis citra criminis & infamiæ notam, cum ſitis vicarius Crucifixi, ſucceſſor Petri, ſacerdos Chriſti, chriſtus Domini, Deus Pharaonis. De vultu tuo, Pater, judicium prodeat; oculi tui videant æquitates. De arbitrio veſtro & de clementia veſtræ ſedis pendent vota populi; & niſi maturiùs arripiat manus veſtra judicium, tota redundabit in vos tragœdia hujus mali, cùm ſitis pater orphanorum & judex viduarum, mœrentium & D dolentium conſolator, & omnibus civitas refugii, in tanto cumulo miſeriarum unicum & commune omnibus expectatur de veſtræ poteſtatis auctoritate ſolatium. Filii Iſraël Moyſem, cujus agitis vices, conſultabant in duris, ad tabernaculum fœderis confugiebant in anguſtiis ſuis. Rex noſter in arcto eſt, & undique anguſtiæ premunt eum. Videte ſtatum, aut potiùs caſum regni, malitiam temporis, tyranni ſævitiam, qui de fornaci avaritiæ arma iniquitatis inceſſanter fabricant contra regem, quem in E ſancta peregrinatione in protectione Dei cœli, & tuitione Romanæ eccleſiæ, captum & vinculis carceralibus coarctatum tenet, occiditque tenendo. Contemnit enim Dominum, & terribilia judicia ejus, prædæ incubat; nec eſt qui de manu ejus poſſit eruere. Si eccleſia... complosis manibus, ad tantas injurias Chriſti ſcilicet. Exurgat Deus, & judicet cauſam noſtram, reſpiciat in faciem Chriſti ſui. Ubi eſt zelus Eliæ in Achab, zelus Johannis in Herodem, zelus Ambroſii in Valentem, zelus Alexandri III. qui, ſicut audivimus & vidimus, F patrem iſtius principis FREDERICUM plenâ auctoritate apoſtolicæ ſedis, ſolemniter & terribiliter à fidelium communione præſcidit? Porro tyrannus apoſtolicas claves habet ludibrio, nec niſi verba reputat legem Dei. Sed tantò conſtantiùs deberetis arripere gladium ſpiritûs, quòd eſt verbum Dei. Scriptum eſt: *Qui vos ſpernit, me ſpernit*: ideo ſi veſtram non vultis, aut timetis perſequi injuriam, vobis ta-

(a) Ad communionem, quæ olim fiebat ſub utraque ſpecie.

Digitized by Google

men diſſimulare non licet Petri opprobrium & A injuriam Chriſti. Non ſit ergo alligatum in ore veſtro verbum Domini, nec in vobis timor humanus obruat ſpiritum libertatis. Tolerabilius eſt incidere in manus hominum, quàm derelinquere legem Dei. Confidunt in virtute ſua, & in multitudine divitiarum ſuarum gloriantur inimici crucis Chriſti, quorum finis interitus, & gloria eorum in confuſione. Quicquid eccleſiarum & pauperum neceſſitati ſubtrahitur, inſatiabiliter avaritiæ vorat ingluvies. Sed prope eſt ut in eos manus Domini tempeſtiva B exerceat ultionem, & eveniet quod beatus Job de prædicto impio proteſtatur. Divitias quas devoravit evomet, & de ventre ejus extrahet eas Deus; luet quæ fecit omnia, nec tamen conſumetur. Quòd ſi ad tempus humanum evadunt judicium, divinum terribilius eſt, quod imminet eis, quorum gaudium præſens ad inſtar puncti, interminabilis verò pœna ignis & vermis. Quis enim umquam perſecutor innocentiæ ultricem illius manum qui aufert ſpiritum principum, potenteſque potenter punit, legitur evaſiſſe? Ut de pœna taceam C gehennali, ſæpe legimus quomodo digitus Dei pro arbitrio ſuo regna & imperia transfert, quas etiam vult & erigit & dejicit poteſtates. Non deterreat aliqua vos ſæcularis elatio. Superbus eſt Moab, & major eſt ſuperbia ejus, quàm fortitudo illius; è contrario autem nomen Domini plurima fortitudo. Illud verò publicè contriſtat Eccleſiam, populique murmur excitat non mediocriter, militat in diſpendium veſtræ opinionis, quod in tanto diſcrimine, in tot lacrymis, in tot provinciarum ſupplicationibus, nec unum nuntium ad principes illos à D veſtro latere deſtinaſtis. Sæpe pro cauſis mediocribus veſtri cardinales in magna poteſtate etiam ad partes barbaras legatione funguntur: in cauſa vero tam ardua, tam lamentabili, tam communi, nec unum ad hæc ſubdiaconum, aut acolytum deſtinaſtis. Legatos enim hodie facit quæſtus, non reſpectus Chriſti, non honor Eccleſiæ, non regnorum pax, aut populi ſalus. Quis quæſtus vobis, aut proventus glorioſior poſſet eſſe, quàm in hac liberatione regis ſummi pontificatûs apicem ſupra ſacerdotium Aaron & Phinees exaltare? E Sanè non multùm humiliaſſet ſedis apoſtolicæ dignitatem, ſi in propria perſona ad tanti liberationem principis in Germaniam deſcendiſſet: quem enim tam indeſeſsè colebat in proſperis, tam deſidioſè deſerere non debuit in adverſis. Quare non appenditis in libra juſtitiæ beneficia quæ bonæ memoriæ HENRICUS pater iſtius regis, vobis, ſicut vidimus, in articulo ſummæ neceſſitatis exhibuit, & è diverſo tyrannidem FREDERICI, quam in vos & Eccleſiæ Romanæ poſſeſſiones, & in omnes qui vobis fideliter adhærebant exercuit. F Cùm enim prænominatus FREDERICUS fautor ſchiſmaticæ diſſenſionis & auctor, contra ALEXANDRUM III. canonicè, ſicut ſcitis, electum, in partem apoſtatæ OCTAVIANI juraſſet, atque ſub illa ſchiſmatis concuſſione generaliter ubique terrarum Eccleſia laboraret, reges Franciæ & Angliæ variis ex utraque parte legationibus tentabantur: cùmque ſententia regis Franciæ conſiliorum varietate cui faveret parti fluctuans dubia vacillaret, rex HENRICUS dolens Chriſti tunicam diutiùs ſcindi primus ALEXANDRO papæ conſenſit, multâque cautelâ trahens regem Francorum pariter ad conſenſum, apoſtolicum & ſuos munivit conſiliis, firmavit auxiliis, & ſic navem Petri jam ſub certo diſcrimine naufragantem in ſecura littoris ſtatione locavit. Hæc apud Caſtrum-Radulphi vidimus, ubi & Romanorum votis, ſicut ipſi pro miraculo publicè prædicabant, plenioribus exeniis auri & argenti regia munificentia ſatisfecit. Notabiliter igitur dehoneſtat gloriam ſedis apoſtolicæ, quod aliqua numquam ingratitudo tanti beneficii memoriam potuit abolere. Quandoque poterit ex cauſa conſimili (quod Deus avertat) ſchiſmatis pullulare meritum, veſtræque præſentis deſidiæ & defectûs recordatio, poterit tunc aliquibus cedere in ſingultum. Licèt enim liberationem regis ille veterator ſerpens, ille coluber tortuoſus machinationibus præſtigioſis impediat: confidimus tamen in Domino, quod tempeſtivè reſpiciat in faciem Chriſti ſui, & dabit imperium regi ſuo; expectatio ſiquidem noſtra in ſpe certa & fide firma convaluit. Fit enim inceſſanter oratio ab Eccleſia ad Deum pro eo. Deus autem, qui in tempore accepto exaudit, & adjuvat in die ſalutis, reſpiciet in orationes humilium, & non ſpernet preces eorum; multùm enim valet deprecatio juſti aſſidua. Sol ad preces Joſue ſtetit, & luna contra vallem Achilon non eſt mota, quia juſti precibus obtinetur, ut à corde peccatoris Sol juſtitiæ non recedat, & mens hominis, quamvis in defectum prona ſit, virtutum tamen ſtabilitate firmetur. Non enim tantùm remittitur oratione peccatum, ſed pœna peccati declinatur beneficio precum. Ideo bonum eſt regi præſtolari cum ſilentio ſalutare Domini; nam ſi nunc in fornace tribulationis purgatur à Deo, qui circa eum adverſa & proſpera ſaluberrimâ moderatione diſponit, vexatio tranſibit in gloriam, atque pro confuſione duplici & rubore in terra ſua duplicia poſſidebit. Beatus itaque vir qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia ejus. Sanè ſicut nunc ei publici gemitus & generales impenduntur lacrymæ, ſic deſideratus gentibus tempeſtivè communibus excipietur votis in exultatione univerſæ terræ. Domine, in virtute tua lætabitur rex, & Eccleſia Romana, quæ nunc nimis culpabiliter in ejus liberatione lenteſcit, non ſine lacrymis erubeſcet, quod in tantis anguſtiis tantum filium non adjuvit.

EPISTOLA PETRI BLESENSIS ad C. Moguntinum archiepiſcopum.

Conqueritur de captione regis Angliæ.

Reverendo patri & domino C. Dei gratiâ Maguntino archiepiſcopo, P. Bleſenſis *Ex mſ. Eccleſiæ Remenſis.*

Digitized by Google

niensis archidiaconus ſalutem in auctore
i.
ia quandoque in ſcholaribus caſtris mi-
nus ſub eodem doctore, & ex diuturna
em hoſpitii cohabitatione ſocialis amici-
tra contraximus, fiducialiùs vobis ſcribo.
rſus enim modici temporis veſtro non
ribit amori, nec apud me mutationem
ſtatûs agnoſcit affectio. Sanè poſtquam
eratiſſimam faciem veſtram noviſſimè vi-
os in archiepiſcopalis eminentiæ gradum
nſatio divina promovit; ſed ſi bene recolo,
ı ſolida ſemper apud me fuerit fidei ve-
& amoris integritas, certus ſum quòd ho-
: aſſumtio circa ſtatum amicitiæ veſtræ
ım præjudicium mihi facit. Cùm itaque
amor audaciam loquendi mihi pariat,
vero me ad planctum & gemitum dolor
ıltuoſus urgeat violenter; indulgete mihi,
aliquo verbo ſobrietatem modeſtiæ, & li-
s honeſtatis excedo. Ex abundantia enim
lis os loquitur, nam in amaritudine eſt
na mea, quæ totum hujus epiſtolæ curſum
i de doloris atramentario ſubminiſtrat.
s vero inter communes lacrymas dolorem
mulet, aut ſupprimat planctus, ubi clerus
:t, lamentatur religio, gemit populus, no-
:as anxiatur? Non poteſt omnium mœrore
plangi, qui colitur, & fovetur amore com-
ni. Decidit corona capitis noſtri, in luctum
ſus eſt chorus noſter. Rex noſter in frixorio
, & occaſione illius in quamplures provin-
; hujus malitiæ ſartago deſævit. Suo Do-
no patienti contabeſcit, & commoritur uni-
ſitas, & per compaſſionem afflictio capitalis
membra diſcurrit. Vir ſanguinum & cruen-
conſcientiæ dux Auſtriæ non eſt veritus in
riſtum Domini ſacrilegas manus mittere,
pedes calciatos in evangelium pacis ferreis
miliare compedibus. Terribilis in judiciis
eus deſtruat illum in finem, evellat de taber-
culo ſuo, & radicem ejus de terra viven-
ım, pro eo quod non eſt recordatus facere
iſericordiam, ſed perſecutus eſt hominem in-
centem & peregrinum adhuc in obſequio
rucifixi, & in procuratione reipublicæ con-
tutum. Cùm enim pro teſtamento Dei labo-
s anxios toleraſſet, exhauſtis bellicis ſudori-
is & expenſis, ad propria remeabat, ut de-
io majus teſtimonium fidei redditurus pru-
entiore conſilio & felicioribus auſpiciis viam
cundæ peregrinationis inſtrueret. Et nunc re-
es intelligite, reminiſcimini qui judicatis ter-
ım, ſi umquam ab infantia naſcentis Eccle-
æ aliquis rex pacificus, fidelis, innocens, pere-
rinus, tam ſubdolè captus, tam malitioſè de-
entus, tam crudeliter eſt venditus, tam indignè
fflictus, & cum populis ſuis tam cupidâ & de-
eſtabili exactione gravatus. Ubi eſt lex naturæ?
ibi eſt æquitas, ubi peregrinorum reverentia,
uos etiam Chriſti crucifixores venerati ſunt,
lum in agrum figuli, ob peregrinorum ſepultu-
am, Chriſti venditi pretium tranſtulerunt?
Porro cum Abraham peregrinaretur in terra
Chanaam, rex Abimelech ei gratiam plenæ hu-

A manitatis exhibuit. Jacob apud Laban, Moyſes apud Jetro, David apud regem Achis, & ceteri patres antiqui, nondum acceptis repromiſſionibus, ſed longè eas expectantes, & confitentes quia eſſent peregrini & hoſpites ſuper terram, apud barbariem gentium multiplex ſuæ peregrinationis ſolatium invenerunt. Et qui eum vendidit, & qui emit in ſortem Judæ Scariotis, & in maledictione fraudis Judaïcæ reputentur, ut ſit cum eis ipſorum pecunia in perditionem, cum Dathan & Abiron terra eos viventes ab-
B ſorbeat ſucceſſores Judæ, filios avaritiæ, ſervos mammonæ, ſemen Chananei, genimina viperarum, membra diaboli, miniſtros ſatanæ, præambulos antichriſti. Sæviente in populos iſtorum tyrannide, publica mortalitas invaleſcit, urbes evacuantur peſtilentiâ & fame, quæ ſuperveniunt univerſo orbi. Nec diſſimulare poſſumus, aut tacere quod juxta verbum Apoſtoli, jam miniſterium iniquitatis antichriſtus operatur, ut reveletur in tempore ſuo. Abundat enim iniquitas, & refrigeſcit caritas mul-
C torum. Optimus eſt qui non eſt nimis malus: in argumentum adventûs illius filii perditionis generaliter mundus in maligno poſitus eſt, deſævit morbus peſtilens, & edulitas invaleſcit. Legitur quòd mors cum eo eſt, & faciem ejus præcedit egeſtas, nobis in germana Germania hæc mala germinat univerſis. Heu! heu! principes aquilonis, verè ab aquilone panditur omne malum; ſed hoc malum regi benè utenti convertetur in bonum. Nam judex innocentiæ Deus faciet in proximo judicium injuriam patienti, faciet Dominus miſericordiam Chriſto
D ſuo, zelus Domini exercituum faciet hoc, & ſcient omnes quia ſunt reliquiæ homini pacifico. Domine in virtute tua lætabitur rex. Juſtus de anguſtia ſua liberabitur; cadet anima ipſius in laqueum quem tetendit, & in virtute ipſius iniquitas ejus deſcendet. O rubigo animarum avaritia! ô tinea cordium cupiditas, quæ ſic homines excæcaſti, ut Dei & judiciorum ejus obliti, neque ſuæ parcerent animæ, neque famæ! Conſumetur quidem pecunia, ſed nota proditionis non delebitur. Tanti ſceleris immanitas derivabitur ad poſteros, & in
E ungue adamantino hæc iniquitas filii Pharaonis æternæ. Non de fiſcali ærario, non de theſauris regalibus hæc accipiunt, ſed de patrimonio Crucifixi, de ſuſtentatione pauperum, de viduarum lacrymis, de ſubſtantia religioſorum, de pupillorum alimentis, de dotibus virginum, de eccleſiarum utenſilibus, de crucibus & calicibus conſecratis. Quot ſolidos ſibi congregant, tot accumulant ſibi maledictiones, tot interminabiles cruciatus ſibi in die iræ terribilis theſauriſant. Quicquid ad decorem do-
F mus Dei venerandæ antiquitatis munificentia erogavit, nunc avaritiæ inexpiabilis hiatus abſorbet, ut hereditate poſſideant ſanctuarium Dei, & tot ſacrilegiis execrabiles fiant, quot in partibus occiduis eccleſiæ profanantur. Exurge, homo Dei, exurgant & alii patres conſcripti, quibus dati ſunt gladii ancipites in manibus eorum, ſuccurrite plagæ eccleſiæ, arripiat

judicium manus veſtra, & evaginato linguæ gladio zelum quem Petrus in Ananiam & Saphiram cenſus eccleſiaſtici fraudatores exercuit, in publicos eccleſiarum prædones, & invaſores ſacrilegos exercete. Rex illuſtriſſimus cathenis carceralibus & fame torquetur, ferrum pertranſiit animam ejus. Sedet enim in mendicitate & ferro, & non eſt qui moveatur ſuper contritione Joſeph. Palleſcit in jejunio ſpecioſa facies victualibus interdictis virtuſque corporis in robur animæ migratura, & vernans in facie decor natura ſuccumbente marceſſit. Si qua ergo in vobis benignitas, ſi quod ſolatium caritatis, ſi quis reſpectus ad Chriſtum, ſi qua viſcera miſerationis, ſi qua memoria judiciorum Dei, excitetur in vobis piæ compaſſionis affectus, aſcendite ex diverſo, curſumque tam deteſtabilis ſacrilegii cohibeat pontificalis auctoritas, ne veſtri principes malignentur in ſancta, ne diutius occidentales populi doloribus intabeſcant & fletu, ne de manu veſtra ſanguis innocens requiratur.

BALDUINI COMITIS FLANDRIÆ

Montem ſancti Martini ſub ſua recipit tutela.

Circa 1191. Ex cartario Montis ſancti Martini.

BALDUINUS Flandriæ & Hannoniæ comes univerſis terræ ſuæ cuſtodibus & bailliis ſalutem & gratiam ſuam.

Significo univerſitati veſtræ quòd domum de Monte (a) ſancti-Martini cum omnibus appendiciis ſuis & rebus ſuis & ejuſdem loci fratres in meo conductu cuſtodia & protectione ſuſcepi: tum quia prædicta domus abbas dilectus noſter in generalis ordinis ſui capituli colloquio unà me cum uxore mea conſcribi fecit, ut pro nobis cùm de medio facti fuerimus, plenarium ſervitium in toto ordine fiat, ſicut pro uno fratre & ſorore ordinis fieri ſolet: tum quia in oſculo pacis & veræ caritatis fraternitate ſpecialiter me in ſuo proprio capitulo recepit, ſpondens mihi unà cum fratribus quòd pro me meiſque tam vivis quàm mortuis eamdem orationum integritatem exſolvent, quàm pro ſuis fratribus in vita & obitu exſolvere conſueverunt, unde volo præcipiens diſtrictiùs, quatenus prædictam abbatiam cum omnibus ad eam pertinentibus tamquam meas res proprias defendatis, manuteneatis, & protegatis, & cum ab eodem abbate vel fratribus pro negotiis eccleſiæ ſuæ requiſiti fueritis, vos tamquam cariſſimos noſtros benigniſſimè audiatis, & plenam juſtitiam ſine omni contradictione teneatis. Talis eſt enim voluntas mea, & ſic faciatis.

CARTA FUNDATIONIS

monaſterii Sarmaciæ ordinis Grandimontenſis.

Anno 1192. Ex ms. annalibus ordinis Grandimontis.

RICHARDUS Dei gratia rex Angliæ, dux Normanniæ & Aquitaniæ, comes Pictaviæ & Andegaviæ, archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, comitibus, vicecomitibus, baronibus, juſtitiariis, ſeneſcallis & omnibus ballivis & fidelibus ſuis ſalutem. Sciatis nos amore Dei, pietatis intuitu, pro remedio animæ noſtræ & animarum anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, & pro ſtabilitate regni noſtri, dediſſe & conceſſiſſe, & præſenti carta confirmaſſe Deo & beatæ Mariæ priori & Bonis-hominibus ordinis Grandimontis locum de Sarmacia cum omnibus mobilibus & immobilibus adjacentibus, ſicut foſſatis exterioribus & muris clauditur, liberè & abſolutè in omnibus articulis vel accidentibus ad faciendum ſuam pleniſſimam voluntatem. Item dedimus & conceſſimus memoratis priori & Bonis-hominibus in dicto loco ſervientibus prata de *Audillec*, ſicut duo eſteria, pro quibus mare aſcendit & deſcendit, diſtinguunt; & ex parte *Audillec* facta foſſata claudunt, & mediam partem eſteriorum ad uſus & voluntatem Bonorum-hominum, in tanta libertate quod poſſint intrare & exire ſine contradictione aliqua perpetuis temporibus. Dedimus etiam memoratis priori & Bonis-hominibus Johannem *Soret* cum heredibus ſuis natis & naſcituris apud *Audillec* ad cuſtodienda ſæpedicta prata. Qui homo & heredes erunt ſemper liberi & immunes per totam juriſdictionem noſtram ab omni pedagio & venda, teloneo, paſſagio, foagio, vinagio, exercitu, equitatu, & tallia; & ab omnibus conſuetudinibus, occaſionibus & exactionibus ad nos vel ad heredes ſeu ſucceſſores noſtros pertinentibus. Item præfatis priori & Bonis-hominibus dedimus unum hominem apud Rupellam & alium hominem apud Maranthum, proviſò quod non ſint de majoribus vel minoribus ſucceſſivè: ita quod poſt deceſſum unius ad inſtantiam Bonorum-hominum alter perpetuo reſtituetur eiſdem. Volentes & præcipientes, ut dicti duo homines ratione Bonorum-hominum in præmiſſa maneant libertate. Præterea ſciatis quod nos conſiderata familiaritate atque devotione quam ſemper erga nos & noſtros dicti prior & Boni-homines totius ordinis Grandimontis habuerunt, ad recompenſationem multorum laborum quos in noſtris negotiis & anteceſſorum noſtrorum diu ſuſtinuerunt, cùm in partibus Angliæ nollent tranſire ad hereditatem accipiendam, & etiam pro ſalute animæ noſtræ & animarum omnium anteceſſorum noſtrorum conceſſimus eiſdem & perpetuo confirmavimus locum de Grandimonte, & omnia alia loca quæ poſſident ratione cujuſcùmque donationis in ducatibus Normanniæ & Aquitaniæ, & in comitatibus Pictaviæ & Andegaviæ, cum omnibus pertinentiis ſuis mobilibus & immobilibus indifferenter; pro ut metæ aut alia evidentia ſigna prædicta loca undique circumcludunt. Volentes & præcipientes, quod infra determinata ſigna in ſingulis locis dicti prior & Boni-homines ibidem Deo ſervientes habeant omne jus & dominium altum & baſ-

(a) Mons Sancti-Martini monaſterium ordinis Præmonſtratenſis ad Scaldi fluminis ſcaturiginem ſitum in diœceſi Cameracenſi.

Digitized by Google

ſum, & nullus eiſdem aliquam extorſionem aut violentiam in quolibet accidenti inferre præſumat, & quod dicti prior & Boni-homines & commorantes in quibuſcumque pertinentiis ſuis habitis & in futurum habendis, ubicumque ſint vel fuerint, de omnibus pertinentiis ſuis ſint ſemper liberi & immunes per totam juriſdictionem noſtram à venda & pedagio, telonio, paſſagio, rivagio, foſſagio, foagio, vinagio, paſnagio, exercitu & equitatu, & de tallia, & ab omnibus conſuetudinibus, occaſionibus & exactionibus nobis & heredibus ſeu ſucceſſoribus noſtris pertinentibus. Concedentes etiam & perpetuo confirmantes eiſdem priori & Bonis-hominibus quod de omnibus poſſeſſionibus ſuis feodalibus aut non feodalibus à quibuſcumque fidelibus eiſdem datis & conceſſis, dandis & concedendis, acquiſitis vel acquirendis, tam ipſi quàm homines ſui ſive commorantes, ut dictum eſt, in pertinentiis ſuis præſentes & futuri in quolibet articulo non teneantur àmodo ſtare in facie coram nobis ſive heredibus ſeu ſucceſſoribus noſtris: immo dicti homines & commorantes coram dictis priore & Bonis-hominibus in locis ſingulis omni conquerenti juſtitiam exhibebunt. Nihilominus donantes & concedentes eiſdem priori & Bonis-hominibus omnimode libertatem, ut poſſint acquirere & augmentare ſe de cetero quocumque modo in ſingulis locis ſuis conſtitutis in ducatibus & comitatibus antedictis, in omnibus rebus exiſtentibus in dominiis & feodis noſtris quocumque nomine cenſeantur, & acquiſitiones factas & faciendas teneant aut tenere faciant ad arbitrium ſuum, videlicet decimas, homines, domos, terras, nemora prata, vineas, latomias, preſſoria, aquas; molendina uſagia & paſcua, paſnagia, donarias & hujuſmodi in puram & perpetuam eleemoſynam perenniter, plenariè, pacificè, liberè, quietè. Unde vobis præcipimus quatenus omnes præmiſſas conceſſiones, donationes, & libertates tamquam res noſtras proprias perintegrè conſervetis & defendatis, & dictos priorem & Bonos-homines, cum omnibus rebus ſuis, in noſtra protectione poſitos tamquam noſtros cariſſimos ſuper præmiſſis & in omnibus rebus aliis fideliter pertractetis. Teſte meipſo. Datum per manum magiſtri Euſtachii apud Grandimontem in præſentia venerabilis G. prioris ordinis ſupradicti. Anno ab Incarn. Dom. MCXCII. pridie Cal. Aprilis.

CARTA FUNDATIONIS monaſterii Parci de Rothomago ordinis Grandimontenſis.

Anno 1192. Ex mſ. Annalibus ordinis Grandimontenſis.

RICHARDUS Dei gratia rex Angliæ, dux Normanniæ & Aquitaniæ, comes Pictaviæ & Andegaviæ, archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, comitibus, vicecomitibus, baronibus, juſtitiariis, ſeneſcallis, præpoſitis omnibus & ballivis & fidelibus ſuis ſalutem. Sciatis nos intuitu Dei, pro ſalute animæ noſtræ, & animarum omnium anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, & pro ſtabilitate regni noſtri dediſſe & conceſſiſſe, & præſenti littera confirmaſſe Deo & Bonis-hominibus Grandimontis ordinis in puram & perpetuam eleemoſynam domum & Parcum de Rothomago, & totum nemus cum fundo terræ & aquæ, prout clauditur ipſo parco à capite pontis Sequanæ ex parte villæ Rotomagenſis, & progreditur recta linea ex tranſverſo ad aliud caput ipſius pontis, excludendo ipſum pontem, cum omnibus circumſtantiis, terris, & pratis quibuſcumque aliis rebus mobilibus & immobilibus indifferenter, ſicut à capite ipſius pontis calciata & ſtrata regia, quæ tendit ad villam de Sotavilla & exterioribus foſſatis uſque ad Sequanam clauduntur. Ipſum flumen Sequanæ prout tendit à fine ipſorum foſſatorum verſus quamdam inſulam ipſis finibus foſſatorum oppoſitam ex directo ipſam inſulam includendo, & à capite inſulæ recta linea ex tranſverſo uſque ad aliam ripam, prout currit ex ulterioribus ripis, ut præmittitur, uſque ad pontem excluſivè cum omnibus rivagiis & inſulis excreſcentibus infra prædictos terminos, & inſulis natis & naſcituris, præſentibus & futuris, & pertinentiis quibuſcumque: ita videlicet liberè & quietè, quod de omnibus ſupradictis & quibuſcumque aliis acquiſitis & acquirendis, præſentibus & futuris, prior & Boni-homines totius ordinis Grandimontenſis qui ſunt & fuerint, faciant in quibuſlibet articulis ſuam pleniſſimam voluntatem, & in omnibus accidentibus indifferenter habeant plenam juſtitiam altam & baſſam, & omne jus & dominium mixtum merum & utile & ſuperioritatem ad nos heredes & ſucceſſores noſtros pertinentem vel pertinere valentem futuris temporibus quoquo modo, ſintque perpetuo domini capitales. Et nihilominus dedimus & conceſſimus memoratis priori & Bonis-hominibus & eorum ſucceſſoribus univerſis & ſingulis præſentibus & futuris plenum uſagium in alto & baſſo, vivo & mortuo, fructu & herba, lapidibus & quibuſcumque neceſſariis ſibi utilibus, tum opportunis in foreſta noſtra de Rovartio, & omnibus foreſtis noſtris totius terræ & heredum & ſucceſſorum noſtrorum, ad omnia ſibi neceſſaria & omnibus ſuis pertinentiis habitis & in futurum habendis, factis & faciendis, ubicumque & quandocumque ipſis placuerit, ad ſuum arbitrium quoquomodo ad ædificandum domos, preſſoria, naves, batellos, dolia & quæcumque vaſa alia ſibi neceſſaria utilia & etiam opportuna; & quod ipſos batellos, naves, preſſoria & vaſa recipiendo juſtum precium poſſint conducere pro ſuo libito voluntatis; & ad nutriendum & impinguandum animalia ſua cujuſcumque generis extiterint, & numero qualicumque; & nutrita & impinguata vendere vel conducere pro ſuo arbitrio valeant, & quicquid ſibi placuerit facere, prout ipſis videbitur faciendum,

Digitized by Google

& ad calefaciendum, quæcumque fuerint ſibi neceſſaria, utilia vel opportuna pro quibuſcumque pertinentiis ſuis acquiſitis ſeu acquirendis, præſentibus vel futuris recipiendum ubicumque & quandocumque ipſis placuerit, nulla à quocumque petita licentia ulterius, ſeu in poſterum quomodo libet petitura. Item dedimus & conceſſimus memoratis fratribus in dicto parco commorantibus, & eorum ſucceſſoribus univerſis & ſingulis, præſentibus & futuris, ducentas libras fortium Andegavenſes annui reditus in vicecomitatu Rotomagenſi annuatim perſolvendas ipſis fratribus ab eis qui noſtro vel heredum aut ſucceſſorum noſtrorum nomine dictum vicecomitatum tenebunt, vel quomodolibet gubernabunt, abſque contradictione videlicet centum libras in Paſcha, & centum libras in feſto ſancti Michaëlis, ſub pœna viginti marcarum argenti: ad quam pœnam ſolvendam unà cum prædicta ſumma dictis fratribus & eorum ſucceſſoribus univerſis & ſingulis dictos tenentes & gubernantes vicecomitatum antedictum tenore præſentium condemnamus pro quolibet defectu, quòd terminum ultra unum diem requiſiti prorogaverint in ſolvendo, dictos fratres, & eorum ſollicitatores, ſeu familiares ſuos, quos ad hoc duxerint deputandos, in præmiſſis & eorum ſingulis executores, contra prædictos conſtituimus per optionem ſuam, & dominos capitales ſine contradictione perpetuis temporibus abſolutè. Concedimus & confirmamus memoratis fratribus licentiam capiendi omnes apes quæ in foreſta de Rouvereio poterunt quomodolibet reperiri. Item damus & concedimus memoratis fratribus & perpetuo confirmamus duos homines in villa de Rothomago ſucceſſivè per operationem ſuam ad ſervitium ipſorum fratrum faciendum in ſingulis villis prope manſionem ſuam de dicto parco per quatuor leucas ex quacumque parte exiſtentibus, ſucceſſivè unum hominem per operationem ſuam ad ſerviendum ſibi. Volentes & concedentes quod memorati fratres & prior totius ordinis Grandimontis præſentes & futuri, & homines ipſorum & familiares commenſales, in quibuſcumque pertinentiis ſuis habitis & in futurum habendis, & conductores navium ipſorum cum ipſis navibus, & ipſorum batellorum & navium oneribus cujuſcumque conditionis extiterint, etiamſi onera ipſa dictorum fratrum non fuerint, dummodo naves ipſas & batellos à memoratis fratribus mercatores, ſeu quicumque alii juſto pretio ad utilitatem dictorum fratrum conduxerint, abſque fraude ſint liberi & immunes per totam terram noſtram, tam per terram quam per mare conductio facta abſque venda, telonio, paſſagio, foagio, vinagio, pondere, menſura, excubiis, exercitu, equitatu, rivagio, foſſagio, muragio, paſnagio, molinagio, fornagio, pontagio, tallia, nivagio, monagio, biano, & ab omnibus emendis & foreſtis, & de omnibus conſuetudinibus, actionibus, exactionibus, impoſitionibus, & quibuſcumque ſervitutibus quocumque nomine impoſitis, indictis, ſeu indicendis, in præſentibus, ſeu in futuris temporibus quoquo modo imponendis: ita etiam quod de cetero non teneantur ſtare in judicio coram nobis aut hominibus aut ſubditis noſtris vel ipſorum heredibus aut ſucceſſoribus quibuſcumque. Sed prædicti prior & Boni-homines & eorum quilibet ſucceſſores in ſingulis locis ſui ordinis univerſis & ſingulis ſupraſcriptis omni conquerenti per ſe vel per alios juſtitiam exhibebunt. Nec ab ipſis ad nos homines aut ſubditos noſtros ſeu ipſorum heredes & quoſlibet ſucceſſores poterit aliqualiter reclamari: quia per tenorem præſentium omne jus & dominium altum & baſſum omnium prædictorum, præſentium & futurorum, & etiam ſingulorum, & mixtum & merum imperium & ſuperioritatem ad nos & ſupraſcriptos pertinentia vel pertinere valentia quomodolibet in futurum in præfatos priorem & Bonos-homines, & eorum quoſlibet ſucceſſores, tenore præſentium transferimus pleno jure, nihil nobis nec ſupradictis noſtris heredibus, hominibus & ſubditis noſtris ſeu ſucceſſoribus quibuſcumque penitus retinentes, ſpe remunerationis æternæ dumtaxat excepta. Nihilominus donantes & concedentes præfatis priori & Bonis-hominibus totius ordinis Grandimontenſis & eorum ſucceſſoribus univerſis & ſingulis omnimodam libertatem, ut poſſint acquirere & augmentare de cetero per totam terram noſtram ac hominum & ſubditorum heredum & ſucceſſorum noſtrorum & quomodolibet, ut præmittitur, prædictorum, & acquiſita & perpetuo acquirenda ad arbitrium ſuum cum omni jure dominio & libertatibus ſupradictis abſque contradictione qualibet teneant & poſſideant; ſeu teneri & poſſideri faciant perpetuo pacificè & quietè, abſque eo quod à quacumque præſenti perſona vel futura cujuſcumque auctoritatis aut conditionis extiterit compelli poſſint quæcumque bona quocumque nomine cenſeantur per præfatos acquiſita ſeu etiam acquirenda; mobilia ſeu etiam immobilia extra manum ſuam ponere ſeu pro ipſis vel eorum aliquibus financias ſolvere, ſeu quaſlibet alias ſervitutes, immò cum tanta libertate cum omnibus ſupradictis ea poſſideant & utantur quanta nos uti poſſumus & debemus. Ita etiam quod quicumque ad quaſcumque domos dicti ordinis & eorum pertinentias habitas ſeu in futurum habendas cauſa refugii acceſſerit, poſituſque fuerit intra pertinentias memoratas, ſit liber & abſolutus, ac ſi eſſet in monaſterio vel eccleſia conſecrata. Concedentes ipſis ex certa ſcientia & de regiæ plenitudine poteſtatis, quod nulla conſuetudo vel jus contra præmiſſa vel eorum aliqua à quacumque perſona allegari valeat, ſeu quod præmiſſis vel eorum aliquibus uſi non fuerint: quia ipſis concedimus quod præmiſſis omnibus & ſingulis uti & frui incipiant & continuent

Digitized by Google

pro ſuo libito voluntatis, nullaque longæva temporis præſcriptio ipſos vel eorum aliquem privare valeat jure ſuo. Concedimus etiam quod nullus cujuſcumque dignitatis aut ſtatus extiterit in præmiſſis vel eorum aliquibus ſeu ea tangentibus eiſdem priori ſeu Bonis-hominibus totius ordinis ſupradicti, vel eorum aliquibus, violentiam aut extorſionem inferre præſumat, vel eos turbare in præmiſſis ſeu aliquo præmiſſorum, nec in præmiſſis vel eorum aliquibus præſtent conſilium, auxilium vel favorem publice vel occulte: alioquin pœnam centum marcarum argenti univerſos & ſingulos ſupradictos violatores, extortores, turbatores, auxiliatores, conſiliatores & conſentientes, ipſo facto, volumus incurrere, ipſis Bonis-hominibus & eorum ſucceſſoribus unà cum damnis exinde ſecuturis abſque expectatione alterius ſententiæ perſolvendas, per ipſos Bonos-homines vel eorum familiares, ut ſupra alio caſu præmittitur, ſi neceſſe fuerit exequendum. Et ſi quis heredum aut ſucceſſorum eorum contra præmiſſa vel eorum aliqua venire forſan quomodolibet attentaret, ipſos contra venire attentantes, & ipſorum ſingulos ratione ingratitudinis tenore præſentium exheredamus: ipſo caſu dominum regem Franciæ, qui pro tempore fuerit, noſtrum heredem conſtituimus & pariter ſucceſſorem: dummodo dictorum prioris & Bonorum-hominum totius ordinis Grandimontis in præmiſſis & quibuſcumque aliis ſe conſtituat defenſorem, & contra ipſos oppreſſores patronum liberaliſſimum, & in ſuis neceſſitatibus promtiſſimum adjutorem. Volumus etiam & præſenti carta concedimus, quod quæcumque bona dictorum Bonorum-hominum mobilia vel immobilia aut hominum ſuorum, aut commorantium in quibuſcumque pertinentiis ſuis præſentia vel futura per nos vel ſubditos aut familiares noſtros aut veſtros & noſtrorum & ipſorum quoſlibet heredes & quoſlibet ſucceſſores, quacumque neceſſitate capi ſeu areſtari non poſſint, etiam juſtum pretium offerendo, niſi de ipſorum prioris & Bonorum hominum vel ſucceſſorum ſuorum licentia proceſſerit voluntarioque conſenſu. Unde vobis omnibus & ſingulis præcipimus, quatenus omnes conceſſiones, donationes & libertates tamquam noſtram perſonam & res proprias conſervetis & defendatis, & à quibuſcumque, contra quos coram vobis dicti prior & Boni-homines vel eorum ſucceſſores deponere voluerint quæſtionem, juſtitiam exhibeatis ſummariè & de plano, ſine ſtrepitu & figura judicii, inſpecta ſola veritate, etiam juris ordine (a) prætermiſſo, ut ipſi quietius valeant in clauſtris ſuis permanere, & pro nobis & vobis ac quibuſcumque fidelibus devotius Dominum exorare, ut concedat nobis ſupernam cum angelis cœleſtibus æternam portionem. Datum teſte me ipſo per manus magiſtri Euſtachii apud Grandimontem in præſentia venerabilis G. prioris ordinis ſupra dicti. Anno ab Incarnatione Domini MCXCII. & regni noſtri tertio, pridie Calendas Aprilis.

NOTA. (a)

(a) Optime ad mentem Regulæ Sancti Stephani, quæ ſuos vetat frequentare fora aut litibus vacare, ne forte ſanctæ contemplationis otium interturbetur.

BULLA CÆLESTINI PAPÆ III. pro monaſterio Fiſcannenſi

Vetat ne interdicto ſubjiciantur eccleſiæ monaſterio Fiſcannenſi ſubjectæ.

Anno 1192. *Ex archivis Fiſcannenſis monaſterii.*

CÆLESTINUS epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabilibus fratribus archiepiſcopis, epiſcopis, in quorum parochiis eccleſiæ monaſterii Fiſcannenſis exiſtunt ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Cùm Fiſcannenſe monaſterium ſpecialiter beati Petri juris exiſtat, nec dubium vobis debet exiſtere, nec incertum, quin injuriæ fratrum in eo Domino famulantium ſpecialiter videantur ad Romanam eccleſiam redundare: ideoque univerſitati veſtræ auctoritate apoſtolica diſtrictius inhibemus, ne eccleſias prædictorum fratrum diœceſana vobis lege ſubjectas ſine manifeſta & rationabili cauſa ullus veſtrum interdicto ſupponat, & occaſione unius eccleſiæ à qua nonnumquam aliquid fortè delinqueretur, aliæ ejuſdem diœceſis, ſicut à quibuſdam veſtrum hactenus perpetratum eſſe accepimus, ulla ſententia prægraventur. Ad hæc ſi aliquis parochianus cujuſquam eccleſiarum veſtrarum animadverſione fuerit canonica percellendus, nequaquam pro unius culpa tota parochia divinorum celebratione fraudetur, niſi dominus loci fuerit qui peccavit, vel in culpa ſua favorem habuerit aliorum. In monachos autem ejuſdem eccleſiæ nullus contra privilegia ſedis apoſtolicæ excommunicationis & interdicti ſententiam audeat promulgare: ſcituri quòd ſi contra hujus prohibitionis tenorem quiſquam veſtrum venire præſumſerit, factum ejus impunitum nequaquam auctore Deo relinquemus, & quod in fratrum prædictorum gravamen fuerit perpetratum, firmitatem aliquam non habebit. Datum Laterani Calendis Aprilis pontificatus noſtri anno ſecundo.

CARTA MATHILDIS COMITISSÆ Tornodori pro Cluniaco.

Concedit quartam partem villæ quæ vocatur His pro anniverſario ſuo.

Anno 1194. *Ex ipſo autographo.*

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Amen. Ego MATHILDIS comitiſſa Tornodori notum fieri volo præſentibus & futuris me capitulo Cluniacenſi tenore perpetuo dediſſe & conceſſiſſe quartam partem unius villæ quæ vocatur *His*, quam emi ab UGONE duce Burgundiæ aſſenſu & voluntate

Odonis & Alexandri filiorum ejuſdem, ſicut continetur in litteris ipſius ducis, quas ab ipſo mihi traditas reſervo, pro ſalute animæ meæ & animabus prædeceſſorum meorum, & pro anniverſario meo, quod Cluniacenſis eccleſia ipſo præcipuè dono facere pepigit in æternum. Donum itaque ſic à nobis eſt diſpoſitum, quòd quamdiu vixero, proventus villæ nominatæ in refectione Cluniacenſis conventus ſemel in anno expendetur: poſt mortem verò meam in die anniverſarii mei proventus ſimiliter conventus refectioni diſtribuetur. Si verò monachi Cluniacenſes donum illud vendere vel invadiare volebant, ad heredes ſolummodo noſtros pertinens emtione vel vadio redire volumus & decrevimus, manente ſemper beneficio refectionis memorato conventui deſtinatæ: quia ſi aliquo modo donum meum à poteſtate monachorum exitum habere contingat, venditione ſcilicet aut vadio, aut terræ in terram mutatione nihilominus maneat reditus in refectionem ſæpedictam diſpoſitus, & quocumque modo res contingat, quantum donum valet in reditu, tantum pro refectione ſua conventui ſemper reſtituatur. Sicut enim perpetuum eſt anniverſarium, ſic beneficium manere volumus in æternum. Huic ergo noſtræ donationi: ut firma ſit & ſtabilis, litteras præſentes ſigilli noſtri munitas impreſſione appoſuimus. Cujus rei hii teſtes ſunt Stephanus de Monte-ſancti-Johannis, Bertrannus de Saudun, Arveius de Safre, Oliverus de Gign. Rederius de Sagnei, Guillelmus Odrez, Joſbertus de Mezi, Petrus præpoſitus de Vietel, Simon Balbus, Ugo clericus, Aimo bubulcus, Umbertus archipreſbyter de Vietel, Aimo capellanus meus, Zacharias clericus de Malli, magiſter Nicolaus monachus Cluniaci, Guillelmus monachus, Stephanus prior de Troaus.

Actum eſt hoc anno Verbi incarnati MCXCII.

LITTERÆ BALDUINI FLANDRIÆ & Hannoniæ comitis, de Gavallo Cameracenſi.

Anno 1192. Ex Haſnonenſi cartario dominorum de Aveſnis.

In nomine Domini. Balduinus Dei gratiâ Flandrenſis & Haynnonienſis comes, Namucenſis marchio, & Margareta uxor ejus, tam præſentibus, quàm futuris, in perpetuum.

Quantò præradiat cujuſquam altæ generoſitatis titulus, quantò præeminet magnum principatus dominium, tantò ſui lux generis tenebreſcit obſcuriùs, tantò dominii ſublimitas humiliatur abjectiùs, ſi contra Dei reverentiam & fidem hominum ſcienter inciderit perjurii reatum: gravitas enim delinquentis perſonæ facit eſſe delictum gravioris culpæ. Ea propter veſtra noverit univerſitas, quòd intuitu eleemoſynæ nobis collatum ad imitationem prædeceſſorum noſtrorum felicis memoriæ Theoderici & Philippi filii ejus Flandrenſium comitum à majore eccleſia B. Mariæ Cameracenſis, & aliis conventualibus eccleſiis, per earum villas in comitatu Cameracenſi recepimus *gavallum*, &, tactis ſanctis ſanctorum pignoribus, publicè juravimus quòd in eccleſiis dictis Deo ſervientes, & res eorum, ſi deprimantur injuſtè, pro poſſe noſtro contra quoſcumque conſervabimus, & hoc beneficium, non ad alium, quàm ad legitimum heredem Flandriæ transferemus. Hoc cautelâ ſanæ circumſpectionis determinato, quòd in terris epiſcopi Cameracenſis, & memoratarum dominicatis eccleſiarum, & earum feodis, non poterimus *gavallum* accipere; & ſi vel emtionis titulo, vel alio modo in alienum quodcumque dominium tranſeant terræ quæ priùs ſolverunt *gavallum*, cum ſua cauſa tranſire debent & onere, & comiti Flandrenſi *gavallum* ſolvere. Præſtiti etiam reverentiâ ſacramenti nulli domino præfati comitatûs *gavalli* collectionem & receptionem condonare, neminem inde poſſumus feodare. Si quæ neceſſitas ingruerit in ſanctorum villas, ad exercitium juris & dominii, non niſi vocati debemus intrare. Si enim per aliquos malefactores damnum, vel injuria eccleſiis, vel eccleſiaſticis perſonis, vel rebus earum illata fuerit, & hoc auctoritate ipſarum eccleſiarum, vel miniſtrorum, ac perſonarum earum officio & poteſtate ſibi dumtaxat ab eccleſiis conceſſa poterit emendari, ad noſtrum non tenentur confugere patrocinium. Si verò per ipſas eccleſias, vel earum miniſtros damnum, vel injuria, emendari non poterit; tunc demum contra ſuos malefactores ad noſtrum debent patrocinium confugere, nec alterius poſtulare auxilium, quàm noſtrum, niſi eccleſiaſticæ cenſuræ dignitatem. In quibus ſi malefactores juſtitiaverimus, nos ſolo contenti *gavallo*, delicti pœnam dominis quorum eſt villa, vel villæ integræ reſervabimus, nec debemus contra dominorum jura malefactorum verſutias fovere, ſi qui de ſuis hominibus ad noſtrum voluerint patrocinium convolare. Hæc eſt autem colligendi gavalli menſura & ordo. Carruca debet dare dimidium modium frumenti, & dimidium avenæ. Manu operator qui terram cultivam non habet, unum mencaldum frumenti, & unum avenæ, ad menſuram Cameracenſem, Cameracique ſuum tenentur comportare gavallum, ad locum eis prædictum. Poſt meſſes collectas, noſtri ſervientes ſubmoneant miniſtros eccleſiarum, ut infra quindecim dies poſt ſubmonitionem, eorum paratum ſit gavallum. Quòd ſi poſt quindecim dies non fuerit ſolutum à debitoribus, eccleſiarum auctoritate cogetur ſolvi cum pœna delicti, cooperante noſtrâ poteſtate. Hujus autem ſacræ paginam pactionis, ut apud noſtros ſucceſſores perpetuum robur obtineat, & ſanctum pietatis officium magis & magis apud eos invaleſcat, appenſione ſigillorum beatæ Mariæ Cameracenſis, & noſtrorum, & ſufficiente ſubſcriptione teſtium duximus roborare. Signum domni Johannis Cameracenſis electi. S. Johannis præpoſiti. S. Nicolai archidiaconi. Signum

Herberti

HERBERTI ſancti Auberti Cameracenſis ab- A
batis. S. HERBERTI decani. S. Gaugerici. S. Henrici cantoris. S Walcheri ſcolaſtici. S. Fulconis, Stephani, Werinboldi preſbyterorum. S. Helgoti, Anſculfi, Goberti levitarum. S. Hugonis, Vincentii, magiſtri Adæ ſublevitarum. S. Johannis de Melbodio, Brictii, Renelini, Drogonis, Rabodonis, Radulphi beati Gaugerici canonicorum. S. Giſleni caſtellani de *Belmont*, S. Reneri de *Vvallers*, Polii de *Villers*, Renardi de *Eſtrepi*, Wilhelmi de *Goumegnies* hominum noſtrorum. S. JOHANNIS de B
Marcoig, JOHANNIS *Taſſon* Cameracenſium parium.

Actum anno Verbi incarnati MCXCII. (*a*)

LITTERÆ CAPITULI Blangiacenſis ad abbatem & capitulum Fiſcannenſe.

Petit electi abbatis confirmationem.

CAriſſimis dominis ſuis amicis * R. Dei C
gratiâ abbati Fiſcannenſi, totique ejuſdem eccleſiæ capitulo, univerſum eccleſiæ ſanctæ Berthæ de Blangiaco capitulum, ſalutem cum obedientia humili ac devota.

Noverit diſcretio veſtra, quòd RICHARDUS quondam abbas eccleſiæ noſtræ incommodo corporis ſui nimium aggravatus, de voluntate propria paſtorali baculo reſignavit. Nos verò libertatem & jura eccleſiæ Fiſcannenſis volentes in omnibus, & per omnia inviolabiliter obſervari, ſalvâ ubique reverentiâ veſtrâ, unum de gremio veſtro, ſcilicet domnum RO- D
BERTUM Artic, cui honeſtatis teſtimonium perhibetur, unanimi conſenſu, & abſque contradictione aliqua, in abbatem noſtrum elegimus. Rogamus igitur benignitatem veſtram diligentiùs, ut electionem à nobis factam approbetis cum ea ſolemnitate qua debetur, & paſtorem noſtrum, ſcilicet prædictum ROBERTUM, ad nos cum ea honorificentia remittatis, ut liberalitatem veſtram in hoc poſſimus mereri commodam, & nos devotiores veſtræ voluntati debeatis in perpetuum invenire. E
Scitis quòd de neceſſitate ſic oportet fieri, ne mora trahat ad te periculum, propter guerræ importunitatem, & itineris acceſſum tam difficilem.

CONCORDIA INTER COMITEM Haynnoniæ & ducem Lovanienſem.

EGo HENRICUS Dei gratiâ dux Lotharingiæ, notum fieri volo, tam futuris, quam præſentibus, quòd inter me & BALDUI- F
NUM comitem Flandriæ & Hanoniæ, & marchionem Namurci, pax facta eſt, & concordia reformata in hunc modum. Ego ſiquidem fidem interpoſui, & ſacramentum præſtiti, quòd prædicto comiti BALDUINO pacem firmam tenebo, & fideliter aſſiſtam, & contra omnes homines juvabo, præter quàm contra dominum epiſcopum Leodienſem. Ipſe etiam comes BALDUINUS eodem modo fidem interpoſuit, & ſacramentum præſtitit, quòd pacem integram mihi tenebit, conſtanter aſſiſtet, ac fideliter juvabit contra omnem hominem, præter quàm contra imperatorem & regem Franciæ & Leodienſem epiſcopum. Poſt factum verò meum uxor mea duciſſa, & hii homines mei ARNOLDUS comes de Cleves, WALTERUS Bertouldi, HENRICUS de Cuc, GERARDUS de Nineve, LEONIUS filius Walteri de Bruſſella, LUDOVICUS filius comitis de Los caſtellanus de Bruſſella, advocatus Haſbaniæ, ARN. de Valeheim, ARN. de Weſemal, GODEFRIDUS de Caumont, Gerardus de Ravie, ARN. de Bigarde, ARN. filius ejus, HENRICUS de Aſce, REINERUS de Haurers, GERARDUS de Hilhendenberghe, G. de Birbais, EGIDIUS de Ravie, REINERUS Ruſceboſc, DANIEL de Crahem, WILHELMUS de Dongelberg, WILHELMUS de Birbais, GODEFRIDUS de Birbais, GERARDUS de Jauce, REINERUS de Iterne, REINERUS de Liemale, fidem interpoſuerunt, & ſacramentum præſtiterunt, me pacem promiſſam, & concordiam prædictam in bona fide ſervaturum. Verſâ vice comitiſſa & filii ejus BALDUINUS, PHILIPPUS, & HENRICUS præpoſitus Brugenſis, cum hiis hominibus ſuis WALTERO de Aven. NICHOL. de Ruminiaco, RASSONE de Gavere, REM. de Trit. WILL. fratre comitis, GER. de Provi, NICH. de Barbençon, ALARDO de Cimay, EUST. de Rues, EUST. de Lens, CLAREBER de Altaripa, GER. de S. Oberto, BALDUINO de Waulleincort, HUGONE de Crois caſtellano de Montibus, GILLEN. de Bellomonte, REINERO de Strepi, WALTERO de Blandeng, WALTERO de Kievreng, BORDINO de Prat, H. de Ruet, ARN. de Windeke, EGID. de Bermereng, WALTERO de Marbais, GOSSUINO de Hierierpont, G. de Hamaide, TH. de Birbais, GODEFRID. de Tuwin, fidem interpoſuerunt, & ſacramentum præſtiterunt, comitem eamdem pacem ſervaturum. Hoc etiam comprehenſum eſt in ſacramento hominum meorum: Quòd ſi occaſione aliquâ pacem infringerem, nec poſt ammonitionem prædictorum hominum meorum infra xl. dies emendare vellem, ipſi ſe & ſuos à ſervitio meo omnino ſubtraherent, nec umquam in aliquo mihi aſſiſterent, donec eorum conſilio, & per bonam veritatem, exceſſum pacis violatæ plenarie emendarem. Si autem quemquam hominum meorum qui hoc juraverunt, cogere vellem, ut contra pacem præſcriptam mihi aſſiſteret, omnes alii homines mei illum deffenſando, ſe mihi opponerent, ne vel ille, vel ego perjurium incurrerem. Hoc quoque conſimili formâ, in ſacramento hominum ex parte comitis eſt comprehenſum. Simili modo burgenſes oppidorum meorum, videlicet de Anwers, Bruſ-

(*a*) Idem inſtrumentum duobus poſt annis renovavit BALDUINUS Flandriæ & Hannoniæ comes, cui inter alios ſubſcribunt JOHANNES epiſcopus Cameracenſis, HUBERTUS abbas S. Auberti, GERARDUS abbas S. Sepulchri, SIMON abbas Aquicinctenſis.

Digitized by Google

ſella, Lovannia, Nivella, Jembleus, de Thie- A nelemont, de le Velerie, & de Jodoigne, fidem dederunt & ſacramenta, quòd ſi pacem præmiſſam aliquo caſu infringerem, præſtiterunt, à ſervitio meo cum hominibus meis prædictis ſe prorſus ſubtraherent, quouſque de pace violata ad plenum ſatisfacerem. Similiter burgenſes comitis de Namuco, de Thienes, de Binchio, de Haimonis-Querceto, de Valencennis, de Montibus, de Geraldi-monte, de Audenarde, de Curtraco, de Ypra & de Brugis, & de Aloſt, B fidem dederunt, & juraverunt. Ut autem hoc pacis ſtatutum ratum permaneat & inconvulſum, præſentem feci paginam ſigilli mei appenſione muniri.

Actum anno Dominicæ Incarn. MCXCIV, menſe Auguſto XIII. Calend. Septembris, inter Lembeke & Hal.

CARTA FUNDATIONIS cellæ de Caſtro-villano, ordinis Grandimontenſis. C

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego HUGO Brecarum & Caſtri-villani dominus, notum facio omnibus, tam præſentibus, quàm futuris, quòd pro redemtione animæ meæ & anteceſſorum meorum, & pro anima uxoris meæ, & infantum meorum, dedi & conceſſi Deo, & beatæ MARIÆ, & fratribus Grandimontis, qui morantur juxta Caſtrum-villanum in domo quam ædificavi, totum nemus, D terram cultam & incultam, prata, aquam, & omnia quæ infra ipſorum exteriores terminos continentur, cum egreſſibus & ingreſſibus, liberè & abſolutè in perpetuùm poſſidenda. Dedi etiam eiſdem fratribus ſeptem libras Pruvinenſis monetæ pro pannis & ſotularibus, & oleo, die ſancti Remigii annuatim reddendas de nummis cenſualibus domorum dicti Caſtri-villani. Dedi etiam eis vineam de Pio-monte liberam & quietam de meis denariis perpetuò excolendam. Si autem ſucceſſores E mei dictam vineam neglexerint laborare, pro facturis vineæ triginta ſolidos de nummis cenſualibus domorum ſupradicti caſtelli cum ſupradictis denariis, die ſancti Remigii ſupradictis fratribus annis ſingulis erogabunt. Inſuper dedi præfatis fratribus quatuor homines, videlicet Guillelmum Furnarium ſolum ſine familia ſua, Hiretum de Arcu, & Ademarum Lemovicenſem ſine familia ſua ſimiliter, & Radulfum filium Dulce ſine familia ſua, ſimiliter liberos & immunes ab omni exactione F & extorſione. Cùm autem iſti morientur, ego & ſucceſſores mei alios ad iſtorum valentiam, per eaſdem conventiones dictis fratribus tenebimur perpetuò reſtaurare. Dedi ſiquidem iterum & conceſſi eiſdem fratribus furnum de Bordis, & furnum de Veteri Burgo, cum omni libertate & liberalitate in eleemoſynam perpetuam: ita ſiquidem quod aliquis ſucceſſorum meorum in Veteri Burgo, neque in Bordis, nec etiam in totam villam præter duo furna facere, vel habere poterit ſine aſſenſu & voluntate dictorum fratrum. Dedi etiam ſæpedictis fratribus, ut molant in molendinis meis, abſque ulla extorſione bladi vel farinæ, quotieſcumque & quantùmcumque voluerint, poſt bladum quod invenerint in tremula inceptum molere. Hoc totum dedi & conceſſi in perpetuam eleemoſynam prænominatis fratribus, laude & aſſenſu ELIZABETH uxoris meæ & infantum noſtrorum SIMONIS & AMELINÆ. Notum etiam poſteris facio, & teſtimonium perhibeo, quòd ODO BLESUS & ODO CHASTÆUS milites prædictis fratribus ante meam præſentiam conſtituti in perpetuùm pacificè quittaverunt & donaverunt pro remedio animæ ſuæ quicquid reclamabant ſui juris eſſe infra clauſuram ſæpedictorum fratrum. Similiter ODO DE FIRMITATE, laude & aſſenſu uxoris ſuæ AGNETIS, & puerorum ſuorum, videlicet BRICHEMERI & LEONINI, quidquid plantaverant, vel occupaverant de terra ſua ſubtus vineam ſuam quæ eſt in Pio-monte, prædictis fratribus penitùs aquitavit & donavit. Hujus rei teſtes ſunt Drogo capellanus caſtelli, & Milo miles, & Martinus camerarius meus. Hæc autem omnia ſupradicta, ut meliùs credantur, & firmiùs teneantur, ſigilli mei munimine roboravi.

Actum anno MCXCIV.

DIPLOMA RICHARDI ANGLORUM regis, in gratiam domûs hoſpitalis Jeroſolymitani.

Anno 1194. Ex ſchedis noſtri Franciſci Pommeraye.

RICHARDUS Dei gratiâ rex Angliæ, &c. Quàm magnifica, quàm jugis in operibus pietatis ſacro-ſancta domus hoſpitalis Hieroſolymitani exiſtat, ad univerſitatis veſtræ notitiam, non minùs immenſitas rei, quàm famæ poteſt celeritas deduxiſſe. Cujus rei fidem certiſſimam in Hieroſolymitanis partibus conſtitutis, propriorum oculorum teſtimonium & experientia ipſa fecere. Nam præter quotidiana quæ ceteris indigentibus, & ſupra fidem, & ſupra ipſius domûs facultates, magiſter & frater ipſius domûs hoſpitalis de Hieruſalem exhibuere ſubſidia; nobis quoque & ultra mare & citra, tam devotè, tamque magnificè ſubvenerunt, ut & ipſa magnitudo ſubventionis, & obligatæ ſibi conſcientiæ noſtræ judicium, tanta nos beneficia diſſimulare ſub ingratitudine non permittant. Quocirca piis eorum operibus volentes pariter in opere pietatis reſpondere, pro ſalute animæ domini regis HENRICI patris noſtri, & ALIENORDIS reginæ matris noſtræ, & fratrum noſtrorum, necnon & anteceſſorum noſtrorum, & noſtræ, dedimus & conceſſimus Deo & beatæ Mariæ ſemper virgini, & beato Johanni Baptiſtæ, & ſupradictæ domui ſancti hoſpitalis de Hieruſalem, & magiſtro & fratribus, & hominibus ſuis in omnibus tenementis ſuis, & in eleemoſynis quæ eis datæ fuerunt, &c. omne jus, &c. & ſint liberi & quieti, & de exercitu & equitatu, &

Digitized by Google

theloneo, &c. nihil nobis retinentes, nec he- libus & ſucceſſoribus noſtris, niſi tantum- do orationes, & bona ſpiritualia ſæpedictæ nûs hoſpitalis Jeroſolymitani.

Teſtibus S. Lemovicenſi & HENR. Xanto- ſi epiſcopis, BALDUINO de Bethune. Ro- RTO de Harcort, &c.

Datum per manum WILLELMI Elienſis copi, apoſtolicæ ſedis legati, cancellarii no- , apud Spiram, quinto die Januarii, anno egni noſtri.

LLA CÆLESTINI PAPÆ III. Bajocenſem, Abrincenſem, Sagienſem, & Conſtantienſem epiſcopos.

ditione in canonicos à civibus Rothomagenſibus nota, & de ſatisfactione ipſis facienda.

ÆLESTINUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus, Bajocenſi, ncenſi, Sagienſi, & Conſtantienſi, epiſco- ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

x conqueſtione filiorum dilectorum, deca- capituli Rothomagenſis, ad audientiam olatûs noſtri pervenit, quòd populus Ro- agenſis murum atrii Rothomagenſis ec- ;, cum quibuſdam eidem appendentibus :iis, temerario auſu deſtruxit. Cùmque l civitatem accederetis. prædictum popu- ſum & communiam in ſpiritu lenitatis, ntius monuiſtis, ut ſuper tam enormi ex- Deo & ſanctæ eccleſiæ ſatisfactionem cu- : congruam exhibere. Sed cùm, tam à quàm à dilecto filio prædicto Rothoma- decano, ſa pe & ſæpiùs fuiſſent admoniti, ndare penitus contemſerunt. Vos autem, x litteris veſtris agnovimus, auctoritate nſu venerabilis fratris noſtri Rothoma- archiepiſcopi, in eos excommunicationis tiam protuliſtis; ſed ipſi, iniquitatis ſpi- adente, in majorem inſolentiam pro- ntes, in ſacra majori hebdomada ante fe- eſurrectionis Dominicæ, manus profa- ſacerdotes Domini immittentes, quoſ- x iis occiderunt, & quoſdam contumeliâ :, membris genitalibus turpiter & ne- ɛtruncarunt, ac in ipſo die Reſurrectio- ninicæ domos canonicorum Rothoma- eccleſiæ ex parte diruerunt, & ex parte o conſumſerunt, virgulta eorum nihilo- adicitùs amputantes; tandem poſt mul- nonitiones, & cariſſimi in Chriſto filii RICHARDI illuſtris regis Angliæ ſæpius nandata, tactis ſanctis evangeliis, om- iter juraverunt ſe fore ſuper omnibus erſcripta ſunt ſuper judicio Eccleſiæ, omni diffugio parituros. Ceterùm cùm ati poſtmodum ad civitatem veniſſetis am, & judicium juxta pactitum ab eis itum veſtra diſcretio injungeret obſer- ; aſcitis vobiſcum viris prudentibus & , de aſſenſu & auctoritate præfati ar- opi, firmiter decreviſtis, ut communia A civitatis ejuſdem ad damnorum reſtitutionem integram teneretur, & ut murum atrii ipſius eccleſiæ à communia ipſa deſtructum cum ap- pendiciis & pertinentiis ſuis, ſine difficultate aliqua reſtauraret, domos quoque canonico- rum & clericorum Rothomagenſium per eam- dem dirutas & combuſtas reſtituere non differ- ret; illi verò de communia, qui in canonicos vel clericos manus violentas auſu temerario in- jecerunt, paſſis injuriam congruè ſatisfactis, ad ſedem apoſtolicam properarent pro abſolu- tionis beneficio obtinendo. Quoniam igitur non B eſt licitum aliquibus temerè contra præſtitum juramentum venire, eiſdem civibus per ſcripta noſtra mandamus, & diſtrictè præcipimus, ut juxta quod promiſerunt, & exinde tenentur, juramento aſtricti curent taliter ſatisfacere, quòd Deo & Eccleſiæ, quos offenderunt, ſit plenariè ſatisfactum, & eorum exinde devotio poſſit meritò commendari. Quod ſi fortè præ- ceptum veſtrum adimplere diſtulerint, frater- nitati veſtræ præſentium tenore & auctoritate præcipiendo mandamus, quatenus ſententiam à vobis in eumdem populum promulgatam, C quam nos ratam habemus, appellatione poſt- poſita, faciatis executioni mandari.

Datum Laterani v. Idus Octobris, pontifi- catûs noſtri anno IV.

BULLA CÆLESTINI PAPÆ III. ad cives Rothomagenſes.

Ejuſdem argumenti.

CÆLESTINUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, populo Rothomagenſi. *Anno 1195. Ex ſchedis noſtri Franciſci Pommeraye.*

D Quòd vobis ſalutationis alloquium non im- pendimus, non ex noſtra duritia, ſed veſtrâ potiùs noveritis contumaciâ proveniſſe. Ex con- queſtione ſanè dilectorum filiorum decani & capituli Rothomagenſis, ad audientiam apo- ſtolatûs noſtri pervenit, quòd vos murum atrii Rothomagenſis eccleſiæ, cum quibuſdam ei- dem muro appendentibus eccleſiæ ædificiis, au- ſu temerario deſtruxiſtis. Cùmque venerabiles fratres noſtri, Bajocenſis, Abrincenſis, Sagien- ſis, & Conſtantienſis, epiſcopi, ad civitatem Rothomagenſem accederent: vos & commu- E niam in ſpiritu lenitatis diligentiùs monuerunt ut ſuper tam enormi exceſſu, Deo & ſanctæ Eccleſiæ ſatisfactionem curaretis congruam ex- hibere; ſed cum, tam ab eiſdem epiſcopis, quàm à prædicto filio Rothomagenſi decano ſæpe & ſæpius fuiſſetis diligenter admoniti, vos id emendare penitus contemſiſtis. Ipſi verò, ſicut ex litteris eorum cognovimus, auctoritate & aſſenſu venerabilis fratris noſtri GALTERI Rothomagenſis archiepiſcopi, in vos ſententiam excommunicationis protulerunt. Sed vos, ini- F quitatis ſpiritu ſuadente, in majorem inſolen- tiam prorumpentes, in ſacra majori hebdomà- da ante feſtum Reſurrectionis Dominicæ, ma- nus profanas in ſacerdotes Domini immitten- tes, quoſdam ex eis occidiſtis, & quoſdam con-

Digitized by Google

tumeliâ affectos membris genitalibus turpiter & nefariè detruncaſtis, ac in ipſo die Reſurrectionis Dominicæ domos canonicorum Rothomagenſis eccleſiæ ex parte maxima diruiſtis, & ex parte incendio conſumſiſtis, virgulta eorum nihilominus radicitùs amputantes. Tandem poſt multas commonitiones, & cariſſimi in Chriſto filii RICHARDI illuſtris regis Anglorum ſæpius iterata mandata, tactis ſacro-ſanctis evangeliis, omnes pariter juraſtis ſuper omnibus quæ præſcripta ſunt judicio Eccleſiæ, abſque omni diffugio parituros. Ceterùm cùm prædicti epiſcopi ad civitatem ipſam vocati poſteà acceſſiſſent, ut judicium juxta præſtitum à vobis juramentum injungerent obſervandum, aſcitis ſibi viris prudentibus & diſcretis, de aſſenſu & auctoritate præfati archiepiſcopi, firmiter decreverunt, ut communia civitatis veſtræ ad damnorum & ablatorum reſtitutionem integram teneretur, & ut murum atrii ipſius eccleſiæ à communia ipſa deſtructum, cum appendiciis & pertinentiis ſuis, ſine difficultate aliqua reſtauraret, domos quoque canonicorum & clericorum Rothomagenſium per eam dirutas & combuſtas reſtituere non differret. Illi verò de communia qui in canonicos vel clericos manus violentas, auſu temerario injecerunt, paſſis injuriam congruè ſatisfactis, ad ſedem apoſtolicam properarent pro beneficio abſolutionis obtinendo. Quoniam igitur non eſt licitum aliquibus contra præſtitum juramentum temerè venire, univerſitati veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus & diſtrictè præcipimus, quatenus juxta quod promiſiſtis, & exinde tenemini juramento adſtricti, taliter ſatisfacere percuretis quoad Deo & Eccleſiæ quos offendiſtis ſit plenariè ſatisfactum, & veſtra exinde devotio poſſit meritò commendari. Alioquin noveritis nos ſententiam, quam iidem epiſcopi pertulerunt, ratam habere & ipſam faciemus per eoſdem executioni demandari.

Datum Lateranis v. Idus Octobris pontificatûs noſtri anno quinto.

DIPLOMA HENRICI VI. imperatoris pro Theoderico comite Flandriæ.

Confirmat ipſi thelonium in Geruliet.

Anno 1195. Ex Haſnonenſi cartario dominorum de Aveſnis.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis HENRICUS ſextus Romanorum imperator ſemper auguſtus & rex Siciliæ.

Dignum eſt & noſtræ celſitudini glorioſum, ut ipſorum deſideriis grato concurramus aſſenſu, quos circa noſtrum & imperii honorem & devotione invenimus laudabiles, & obſequiorum exhibitionibus fructuoſos. Quare ad notitiam univerſorum fidelium imperii præſentium ac futurorum volumus devenire, quod nos ſinceritate dilecti ac fidelis noſtri TEODERICI nobilis viri comitis Hollandiæ præ oculis habita theloneum in *Geruliet* ipſi confirmamus & præſentis ſcripti patrocinio roboramus omni tempore habendum; ſicut ſereniſſimus pater noſter FREDERICUS quondam Romanorum imperator invictiſſimus ipſum theloneum quondam fideli noſtro FLORENTIO patri dicti comitis in feodum ab omnibus tranſeuntibus conceſſit: ita tamen ut de omni navi tranſeunti, quæ vel centum marcas valens, vel ultra, quantumcumque portaverit, de viginti marcis unam, de quadraginta duas, de LX. verò tres marcas recipiat, & ſic deinceps uſque ad centum. Ex ſententia autem nobilium curiæ noſtræ in majeſtatis noſtræ præſentia in domo fidelis noſtri TUTONIS apud Wizznowe judicatum eſt, & à copioſo epiſcoporum, comitum, liberorum, atque miniſterialium noſtrorum numero approbatum, quod tam Fandrenſes & alii homines qui ſunt de noſtro imperio, quàm etiam ii qui de aliis regnorum partibus veniunt, modo præſcripto teloneum debeant perſolvere: quam ſententiam præſenti privilegio decernimus confimandam. Statuentes & imperiali edicto firmantes ut nulla omnino perſona alta vel humilis, eccleſiaſtica vel ſæcularis hanc noſtræ confirmationis paginam violare vel auſu temerario ei præſumat obviare: quod qui attentaverit in ultionem ſuæ temeritatis à gratia noſtra excluſus XXX. libras auri componat quarum medietas cameræ noſtræ reliqua paſſo injuriam perſolvatur. Hujus rei teſtes ſunt CUONRADUS Moguntinus archiepiſcopus, HERMANNUS Monaſterienſis epiſcopus, HENRICUS Wormacienſis epiſcopus, OTTO comes Gelrenſis, THEODERICUS comes de Hoſtadn, Marquardus ſeneſcallus, Anconitanus marchio, OTTO comes de Binethem, BOPPO comes de Wertehem, ARNOLDUS de Horenburc, STEPHANUS de Oye, HENRICUS mareſcalcus de Callendin, & alii quamplures.

Signum domni Henrici ſexti Romanorum imperatoris invictiſſimi & regis Siciliæ. Ego CUONRADUS imperialis aulæ cancellarius vice domni CUONRADI Moguntinenſis archiepiſcopi & totius Germaniæ archicancellarii recognovi.

Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis MCXCV. indictione XIV. regnante domno HENRICO Romanorum imperatore glorioſiſſimo, anno regni ejus XXIV. imperii verò quarto.

Datum Moguntiæ XIII. Cal. Novembris.

HERBERTI REDONENSIS EPISCOPI litteræ de ſatisfactione Andreæ de Vitreio pro illatis monachis S. Crucis damnis.

Anno 1196. Ex archivis Majoris-monaſterii.

UNiverſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis H. Dei gratia Redonenſis eccleſiæ miniſter humilis in ſalutis auctore ſalutem.

Noverint præſentes & futuri quòd cùm ANDREAS Vitreii pro quibuſdam injuriis & exceſſibus monachis ſanctæ Crucis de Vitreio

x eorum hominibus irrogatis in perſona ſua
uiſſet excommunicatus , & tota terra ejus
nterdicto ſuppoſita ; tandem cum eiſdem
ıonachis & hominibus in hunc modum in
oſtra præſentia compoſuit. Pro damnis ſi-
uidem eis xx. libras quas homines de vico
lo de tallia ei & heredibus ſuis annuatim
ebebant omnino quittandas uſque ad decem
nnos. Et qui a mater ejuſdem Andreæ illas
x. libras in dotem reclamabat ſibi datas fuiſ-
; juravit dictus Andreas quod uſque ad
eterminatum terminum eos de xx. libris illis
matre liberaret, & quod monachos , & eo-
um homines & ſua uſque tunc fideliter & in
ace cuſtodiret & defenderet. Nullamque eis
iolentiam interim ſive injuriam inferret.
Ianc itaque compoſitionem inviolabiliter ob-
rvandam poſt ipſum juraverunt Alanus de
)inagno , & Robertus frater ejus , W. vero
lius Pagani , & Gaufridus de Liberta, Ro-
ertus de ſancto Deſiderio , Gaufridus de Wa-
o , Herveus , de Torce , Herveus Pilet ,
Ierveus de Theſneriis milites. Reginaldus
rualem , Herveus carus filius , Gaufridus
alomonis , Herbertus Ermenfredi. Hi om-
es tam milites quam burgenſes juraverunt
uod ſi Dominus Andreas ab hac compoſitio-
e reſiliret, ipſi ſeſe redderent obſides man-
ato noſtro & monachorum : nos verò ſuper
ſum & terram ejus ſententiam poneremus,
cut erat antea. Quod ut ratum eſſet & il-
batum , præſens ſcriptum ſigilli noſtri &
igilli domini Andreæ munimine roboravi-
nus. Actum anno MCXCVI.

SOCIETAS CAPITULI Cameracenſis cum capitulo Rotomagenſis eccleſiæ.

J. Dei permiſſione Cameracenſis miniſter
humilis J. præpoſitus , A. decanus & uni-
erſum ejuſdem eccleſiæ capitulum univerſis
anctæ matris eccleſiæ fidelibus ad quos ſcri-
tum pervenerit in Domino ſalutem.

Naſcentis eccleſiæ primitias recolentes &
inceritatem fidei primitivæ, hoc ipſum cer-
imus in multitudine credentium ad muni-
ıentum adulti roboris expedire , quod in
aucis fidelibus viriliter obſervatum , tene-
am adhuc & creſcentem eccleſiam tam effi-
aciter ſtabilire potuit & munire. Quippe
lum cor unum erat credentium & anima
ına ; hoc alterna fides ſolet in fidelibus per
implicem gratiam operari , ut quidquid in
pſis perſecutorum malitia moliretur , mutuis
ublevatis ſubſidiis non timeretur , ſed ex eo
nanifeſta commoda naſcerentur , unde pa-
abat malorum inſolentia detrimentum. Inde
ſt , quod primum moribus ſalubriter infor-
mati , dum filios hominum videmus in perni-
iem eccleſiæ Dei quaſi facto agmine conſ-
iraſſe, ſanctam Rotomagenſem eccleſiam &
noſtram ita duximus mutua caritatis compa-
gine fœderare , ut jam non duæ , ſed una di-
cantur , & ſint eccleſia , & ex eis quaſi ex
A uno corpore ſpiret unus fraternitatis ſpiritus, ſicut una fides per identitatem & concordiam unius gratiſſimæ voluntatis : ita videlicet , ut cùm quilibet caſus neceſſitatis ſeu ſpontaneæ voluntatis dominorum & fratrum emerſerit vel ſi aliqua prædictarum eccleſiarum à ſtatu ſuæ proſperitatis (quod abſit) labefactari contigerit , promtum ſit ei apud alteram tamquam in ſinu proprio (excepto dumtaxat capitulo) repenſare , & de ſtipendiis (quæ nos B quotidianam , Rotomagenſes vero communionem vocant) ordinato & ſolito fratrum participio refoveri , donec Deus in auram ſtatuerit propellere & ei liceat vel placeat redire ad ortus proprios & primitivos. Et ut expreſſiùs duarum eccleſiarum unitas intimetur , quotiens fratres ſe voluerint ad invicem viſitare , ſinguli in chorum viſitantium ſecundum ſui gradus prærogativam , vel pro dignitate ſui ordinis admittentur , & in cunctis neceſſitatibus & opportunitatibus ſuis mu- C tuum ſibi auxilium & conſilium fideliter ex bona fide præſtabunt , & non poterunt debitis unicuique pro eminentia dignitatis ſecundum utriuſque eccleſiæ conſuetudinem ſtipendiis defraudari. Ubi verò quemlibet ex eiſdem fratribus decedere continget , pro eodem recepta de obitu ſuo denuntiatione cum debita pietate & ſolemnitate exequiæ perſolventur. Præterea in vigilia beatorum apoſtolorum Petri & Pauli , quæ eſt VI. Cal. Julii, D ſolemnem commemorationem pro defunctis fratribus prædictæ eccleſiæ , ſicut pro epiſcopis noſtris facere conſuevimus , ſingulis annis in perpetuum faciemus. Ut autem hæc noſtra confœderatio tam pia , tam grata , firma & inconcuſſa futuris temporibus obſervetur , eam præſenti ſcripto & ſigillorum noſtrorum munimine confirmamus &c.

E LITTERÆ de pace facta inter comitem Balduinum & illos de Tornaco.

Anno 1197. Ex Haſnonienſi cartario dominorum de Aviſnis.

EGo BALDUINUS Flandriæ & Hannoniæ comes omnibus notum fieri volo , quod ſacramento præſtito , & fide interpoſita , conceſſi cuilibet de Tornaco, quod firmas eis trugas tenebo , donec firma pax re- F formata fuerit inter dominum regem & me de illa quidem guerra quæ modo eſt incœpta inter dominum regem Francorum & me, hoc videlicet modo, quod ipſi non poterunt interim amplius firmare civitatem ſuam quam modo eſt firmata, nec quemquam vel aliquos ex parte domini regis , vel ex aliqua parte alia , receptare poterunt , unde malum aliquid mihi accidat , & CCC. ſerjantes quos mittere ſolebant domino regi in expeditionibus ſuis , ei mittere non poterunt : Sed ſi dominus rex eos habere voluerit , ipſi liberabunt illos ei apud Tornacum & non in alio loco , & ſi tunc dominus rex eos abducere poterit, eos abducet. Cives etiam nullam de-

Digitized by Google

bent domino regi dare pecuniam pro ſerjantibus iſtis, ſed nec etiam pro aliqua alia occaſione pecuniam ei aliquam debent dare, vel auxilium aliquod ei facere, unde mihi malum aut tædium accidere poſſit, quamdiu guerra durabit. Homines autem mei liberè poterunt tranſire per civitatem, dum tamen exercitus non tranſeat cum armis, & emere victualia ſua, & quærere mercatus ſuos, & navigia poterunt tranſire aſcendendo & deſcendendo cum victualibus & mercatibus, & ipſi cives liberum & ſecurum interim habebunt tranſitum per totam terram meam quærendi mercatus, & negotia ſua, ſicut faciebant tempore pacis, & antequam guerra eſſet incœpta inter dominum regem & me. Ceterùm ſi fortè diſcordia aliqua oriatur inter aliquem, vel aliquos ex hominibus meis, vel de hiis qui ad me pertinent, & aliquos, velut aliquos ex civibus, concordia & compoſitio debet inde fieri per quatuor homines meos, hos videlicet, WALTERUM de Aveſnis, TH. de Dichemue, REN. de Trit, & Wilhelmum patruum meum, & per quatuor burgenſes, hos videlicet: HENR. Wambe, WALT. Galet, FOB. Juſtitiam, GOMM. de Barra.

Hanc autem treugam ex parte mea firmiter tenendam juravit mecum HENRICUS frater meus, & hii homines mei fide interpoſitâ firmaverunt, HENRICUS patruus meus, WALTERUS de Aveſnis, WILHELMUS patruus meus, TH. de Beverna, REN. de Trit, ROGER. caſtellanus de Curtraco, & ROGERUS filius ſuus, BALDUINUS de Commines, BALDUINUS de Prat, BOISSARDUS & GILL. fratres de Borghela, RABBER. & ROGERUS fratres de Ruma, GONT. de Mouſcin, THOM. de Lealcort, FAST. de Orcha, OSTO de Arbre, EGIDIUS & Goſſuinus fratres de Aigremont, NICH. Deſplecin, GER. de S. Amando præpoſitus, MONICUS & EGIDIUS fratres de Guegnies.

Hanc etiam compoſitionem treugarum firmiter obſervandam juraverunt, & fidejuſſerunt ex parte ſua præpoſiti, jurati, ſcabini, & electores, & omnes burgenſes de Tornaco, & pro ſe dederunt hoſtagios WALTERO de Aveſnis de CC. marcis, ROGERO de Curtraco de C. marcis, EGIDIO de Aigremont de C. marcis, BOSSARD. & GILL. de Borghella de CC. marcis, GER. præpoſit. de S. Amando de C. marcis, GONT. de Moſcin de C. marcis, MONICUM de Guegnies de C. marcis, FRASTREIT de Orcha de C. marcis, BABBER. de Ruma de C. marcis, NICH. de Flamengheria de C. marcis, & THOMAM de Lealcort de C. marcis. Hoc videlicet modo, quòd ſi burgenſes treugas iſtas non tenuerint, ſicut dictæ ſunt & ordinatæ, iſti mihi debent ſolvere pecuniam iſtam, & mihi conceſſerunt, quòd ego ubicumque potuero, abſque forefaciendo de treugis, potero accipere de rebus eorum & de ſuo, quouſque mihi plenariè fuerit emendatum quòd treugas infregerint, ſi infra octo dies non emendaverint, & hanc compoſitionem treugarum recognoſcam eis coram ſcabinis de Gandavo, de Brugis, de Ypra, & de Valenchenis, & pro hiis treugis, ſicut dictæ ſunt & ordinatæ, debent dare ex parte mea LAUR. de Campanis, JOHANNI de Bavaco, EGID. de Attrebato quater mille marcas XXXIII. ſolid. & IIII. denarios Flandrenſis monetæ pro ſingulis marcis, mille in nundinis Meſſinis, mille in nundinis de Curtraco, mille in nundinis de Ypra, & mille in nundinis de Trouhout. Verum ut ſtabiles teneantur treugæ iſtæ, ſicut hîc dictæ ſunt & ordinatæ, præſenti feci ſcripto commendari, & ſigilli mei appenſione muniri.

Actum ante TORNACUM anno Domini MCXCVII. menſe Julio, Dominicâ primâ ante feſtum beatæ Mariæ Magdalenæ.

EPISTOLA ODONIS AQUITANIÆ ducis ad prælatos ſub ſua ditione conſtitutos.

Mandat ut canoniſationem ſancti Gerardi abbatis in ſuis eccleſiis promulgent.

OTHO dux Aquitaniæ, comes Pictavis, venerabilibus viris, archiepiſcopis, & epiſcopis, aliarumque eccleſiarum prælatis in ducatu Aquitaniæ conſtitutis, ſalutem. *Anno 1197. Ex autographo Sylvæ majoris.*

Sciatis quòd dominus papa ſignificavit mihi per litteras ſuas, ſanctum GERALDUM abbatem primum & fundatorem monaſterii Sylvæmajoris, multis & magnis atteſtantibus ejus ſignis & miraculis, in cœlo jamdudum gloriâ & honore coronatum, nuper de conſilio & ex decreto Romanæ Eccleſiæ, ob meritorum ejus ac virtutum inſignia quæ fecit per illum Dominus, ab Eccleſia Romana canoniſatum, & in catalogo ſanctorum annumeratum, præſentibus quàmplurimis archiepiſcopis & epiſcopis, aliiſque eccleſiarum prælatis, ipſiuſque feſtum cum devoto laudis obſequio Romæ ſolemniter celebratum eſſe. Mandans mihi quatenus feſtos ejus, ut ipſius meritis debeant & interceſſionibus adjuvari, devotè celebrem, eumdemque Dei ſanctum ſincerâ colam & venerer devotione, atque alios exemplo & hortatu meo ad hoc ipſum inducam. Mandatum ergo apoſtolicum devotè in hac parte ſuſcipiens, & reverenter amplectens, rogo vos quatenus in ſynodis veſtris & in eccleſiis & conventibus hoc ipſum fidelibus vobis commiſſis, ob reverentiam ejuſdem ſancti denuncietis faciendum, & diligenter obſervandum, ut pro nobis omnibus intercedat ad Dominum. Omnibus autem quicumque ad viſitandum ſanctum corpus ejus, & ad dies feſtos ipſius, ſive ad feriam & ad nundinas venerint, quas concedo eidem monaſterio penitùs liberas, & ibi conſtituo celebrandas ſingulis annis in die Revelationis ejus, quarto die ante nativitatem ſancti Johannis Baptiſtæ, univerſis præſto ſecuritatem eundo & redeundo.

Digitized by Google

DOTALITIUM ELIZABETH
dominæ de Caſtro villani.

[N Nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego H. Brecenſis dominus, notum facio præ-ntibus & futuris, quòd ELIZABETH uxori ieæ dedi in *doaire* quicquid habebam in ho-orem Vallis-Baïæ, & quicquid ad me pertinet i honorem de Nigella & de Vileneſſa & de 'hampanni ſuper Albam, & omnem terram uæ ad me pertinet, quæ ſita eſt à *Rammera* ıferiùs, excepto caſtello Brecarum, quod eſt IMONIS DE COMMARCEIO, & aliâ terrâ uæ diviſa eſt eidem Simoni, & excepto hoc uod dedi EMELINÆ filiæ meæ. In Burgun-ia verò dedi eidem Eliſabeth caſtrum de *Arc* : *Curteveſque*, quæ eſt inferiùs, & quicquid abeo ab *Arc* ſuperiùs in riveria de *Avion* uſ-ue ad *Chamegoys*, cum ipſa villa de *Chame-ois*, & vineam de Varanceio. Milites autem uorum feoda ſita ſunt infra hanc diviſionem, uæ facta eſt eidem Elizabeth, ab ipſa præ-icta feoda recipient, & inde homines ſui runt. Hæc autem omnia tenebit Elizabeth *en uaire*, quamdiu in habitu vixerit ſæculari. Eâ utem moriente, filii mei SIMON DE COM-MARCEIO & ejus heredes, & SIMON junior, ļui ſemper hoc matri ſuæ tenetur garantire, k idem Simon dominis hominium faciet.

Hujus rei teſtes HENRICUS Aurelianenſis :piſcopus, comes ROBERTUS, ODO Campa-iiæ, SIMON de Brecons, RERICUS de Lau-recio. Ut autem hoc ratum habeatur, ſigilli nei munimine roboravi.

Actum eſt hoc anno Dominicæ Incarnatio-ıis MCXCVII.

EMMONIS PRÆFATIO
in libros tres, quos ex patrum ſententiis excerpſit.

REverendiſſimo in Chriſto patri WILLEL-MO, EMMO ſempiternam in Domino ſa-lutem.

Cùm ſis unicum & ſanctiſſimum ſanctæ hu-militatis & compunctionis exemplar, & huic mundo crucifixus, tibique ſit mundus crucifi-xus, petiſti crebrò, mi domine, reverendiſſime pater WILLELME, ut prata ſanctarum ſcrip-turarum omni cum velocitate percurrerem, & ex his tibi floſculos perpetuos, ad animæ tuæ ſalutem proficuos; tam de amore cœleſtis pa-triæ, & quibus ad eam bonorum operum paſ-ſibus perveniatur, quàm etiam de tenore & qualitate ſupplicii perquirerem: quatenus mor-tificationem carnalium deſideriorum, fonteſ-que lacrymarum, compunctionem continuam largiente bonorum omnium largitore, divinis admonitus excitatuſque ſententiis habere poſ-ſis aſſiduè. Scimus enim omnes, qui crucifixam vitam tuam non incognitam habemus, quia priuſquam à mundanis & palatinis vinculis ab-ſolutus es, & terrena & peritura reliquiſti, & ad paupertatem CHRISTI feliciter advolaſti, omnem vitam tuam huic mundo eſſe mortifi-catam, & à cunctis exteriùs interiùſque vitiis expurgatam, necnon & ab omnibus ſæculari-bus curis deſideriiſque carnalibus divino ab igne pleniter excoctam, & ſine aliqua intermiſ-ſione, cum continuis gemitibus & lacrymis, te ad patriam curſu velociſſimo feſtinare perpe-tuam. Igitur beatiſſimæ ſanctæ juſſioni tuæ ino-bediens non auſus fui exiſtere, nec volui om-nino, nec debui, licèt elinguis, omnique ex par-te vitâ & ſermone ineruditus, tam luculentiſ-ſimæ ſanctitati tuæ, prout auctor & fons lumi-nis donare dignatus eſt, parere non diſtuliſſi; ſed in tres libellos nonnullas ſententias ex ſan-ctorum patrum opuſculis excerptas diſtinxi; primus namque continet libellus qualitatem cœleſtis patriæ; ſecundus verò, quibus ſanctis beata vita adquiratur operibus; tertius de qua-litate ſupplicii conſtat eſſe excerptus.

INCIPIT PROLOGUS ALBUINI
preſbyteri, in librum de Virtutibus.

Ex mſ. Bigotiani.

ALBUINUS preſbyter indignus, non in facto portans nomen eremitæ, ſed tan-tummodò ſolo nomine, ARNOLDO Pariſienſi canonico, & ſuo fideliſſimo amico, optat glo-riam & pacem ſempiternam.

O dulciſſime pater, ex quo tempore prome-rui gratiam veſtræ miſericordiæ, quamvis pre-ces orationis meæ apud Dominum ſint indignæ, pro vobis tamen exoro miſericordiam Dei no-ſtri, ut vos faciat ſecum poſt hanc vitam feli-citer regnare, & ut gratia ejus ſemper vos præ-veniat in operibus veſtris, & miſericorditer ſubſequatur; ut intenti divinis mandatis, poſſi-tis adimplere bona quæ conſideratis. Igitur quia certamen dulce habetis ſcripturas ſan-ctas audire, & frequenter loqui de exemplis ſanctorum patrum; volui vobis ſcribere de his, ſicut mihi præcepiſtis: quamvis non opus eſſet vobis à me hoc audire, quia apud vos habetis paſtores prudentiſſimos, & totius ſapientiæ cla-riſſimos. Omnia tamen quæ in hoc libello ſcri-pta ſunt, non cogitavi ex meo proprio ſenſu, ſed diligenter in libris pluribus relegendo, hæc omnia ſcripta inveni. Pro certo tamen ſcio, ſi aliquis noſtrorum, Deo volente, omnia quæ hîc ſunt coadunata poſſet adimplere, ſine du-bio videbit lumen æternum. Modò, dulciſſime pater, cum mellicis verbis moneo veſtram ſan-ctiſſimam intentionem, ut vos & alii vobiſcum ſæpiùs legant, & quantum Dominus dederit, adimpleant. Et inſuper cupio, ut plures cum veſtra ammonitione reſcribant, ne deinceps plangam me ſuper illum tantum impoſuiſſe la-borem. Deus tamen omnipotens ſcit, non cau-ſâ jactantiæ hæc dico, ſed totum caritativè ta-lia ſubmoneo, quia quamvis ſit dictatus villa-ne, non aliquis faciliè debet eum blaſphemare, ſed ſemper in manu habere, ut poſſit de vir-tute in virtutem aſcendere. Nunc ergo Albui-nus precor, flexis genibus, ut vos quicumque hunc libellum legeritis, pro me peccatore ali-quando oretis.

Digitized by Google

EPISTOLÆ ADAMI ABBATIS PERSENNIÆ

EPISTOLA I.
ad Odonem epiſcopum Pariſienſem.

Tota eſt de amore & humilitate. Sub finem gratias agit de caritate duabus mulieribus impenſa tempore famis.

ODONI venerabili epiſcopo Pariſienſi, quem in Spiritu-ſancto diligit, frater ADAM peccator ſalutem.

In mentem mihi ſæpius venit, ut tibi, amantiſſime, ſcribam aliquid, unde & quem affectum habeam erga te, tibi aliquatenus innoteſcat, & tuæ erga me dilectionis affectio incaleſcat. Utinam ſermo meus apud te olei vicem exhibeat, quod dum in amoris tui flammam mittitur, ex hoc flamma eadem nutriri valeat & augeri: nutriri dico & augeri erga me, qui etſi non ſum dignus quem diligas, quæcumque tamen digna ſunt non ambigo te amare. Verum alio bono non indiget animæ meæ mendacitas, nec aliud de negotiis amicitiæ emolumentum deſiderat, quàm ut amare & amari feliciter mereatur. Hoc mihi totum eſt ad amicos negotium. Hæc mihi in ſcribendo ſola materies, nec aliud poſſum meis litteris laudare vel diligere, quàm quod ita ſufficit tenaciter nos unire. O felix unio, à cujus compage ſanctus amor præcedit & ſeparat quidquid ſe à mundana non dividit vanitate! O felix amor, qui ſicut trahit de animi virtute originem, ſic non habet aliunde quàm de veritatis operibus incentivum! Felix, inquam, amor, cui eſt inimica ſpes ſæculi, cui eſt tota ambitio in deſideriis æternorum: amor nimirum ſanctus quanto eſt corruptionis impatiens, tanto ei ſuſpectum eſt quidquid noverit ſubditum vanitati. Denique ſicut non deeſt ei æmulatio æmulorum vehemens, ſic non deeſt ei appetendorum cognitio, ne fallatur. Itaque de ſplendore veritatis inſtruitur, ne eum multiplex vanitas tenebroſæ varietatis obſcuret. Satagente autem virtute ad deſiderium incorruptionis accenditur & extenditur, ne eum concupiſcentia carnis emolliat & enervet. O ſi proceſſibus ejus perſeverantia non defuerit, quid in perfectione ſanctus amor præmii obtinebit? Quid illi gloriæ erit, cum in pleno ſplendore veritas infulgebit? Quid illi ſuavitatis & dulcedinis erit, cum perſeverantis virtutis deſiderio ad pleni amoris meridiem effervebit? O beata expectatio, ô votis omnibus remuneratio appetenda! O felix anima quæ cum hanc margaritam invenerit, pro comparatione ipſius quidquid eſt aliud diſtrahere non cunctatur. Corporis itaque & animæ incunctanter eſt diſtrahenda poſſeſſio, ut theſaurum in agro abſconditum valeas felicius quærere, effodere fortius, certius invenire, retinere firmius, jocundius poſſidere. Abjicienda ſunt onera ſæculi, honores computandi in nihilum, nequitia omnis repellenda ab animo, ut poſſit aliquatenus ſancti amoris primitias præguſtare. Sicut enim puris mentibus dignanter influit, ſic & liberas invenire deſiderat, quas non exturbet aut occupet terrenæ ſtrepitus actionis. Ubi enim Spiritui-ſancto ſolemne ſabbatum agitur, feriata mente opus eſt, quæ aliquatenus ſervilis operis deformitate non obnubilet ſpiritualium lætitiam feriarum. In timoris feria de initio ſapientiæ amor ſumit exordium, peccatorum tumultibus finem ponens. In feria pietatis id agitur, ut cultui divino intendatur ſinceriter & oppreſſorum miſeriis compaſſione ſollicita ſuccurratur. In feria quæ Spiritus ſcientiæ nuncupatur, animus ad interiora ſe retrahens, ſuæ penſat ſubtiliter rationis judicium, ne ipſius caligante vel frigeſcente igniculo, in his quæ agenda ſunt obſcuretur. In feria fortitudinis providetur, ut cùm tempus tentationis advenerit, neceſſariis munita præſidiis viriliter anima reluctetur. In Spiritu conſilii felix feria celebratur, dum animus ad omne quod intendit, nihil de ſe fidens, Spiritus-ſancti conſilium quærit, ſeque aliis in eodem ſpiritu conſiliarium per omnia fidelem impendit. In feria intelligentiæ tantæ puritatis feſtivitas agitur, ut non modo terrenæ affectiones animum onerent, ſed etiam corporum imaginationes non ſubeant, ut tanto clarius cœleſtia contempletur, quanto felicius quæ terrena ſunt interim in memoria habentur. Quid de illa extrema & ſuprema feria dixerim, quæ Spiritus ſapientiæ appellatur? Non mihi datum eſt experiri quam magna eſt multitudo dulcedinis hujus ſabbati, quippe qui necdum præcedentes ferias merui celebrare, ſed necdum in ſpiritu timoris Domini ſervituti criminum & vitiorum tumultibus valefeci, quo pacto de ceteris feriis ſapientiæ, aut de ipſo ſapientiæ ſabbato audeam commentari? Ex hac ipſa præſumtione facilè eſt intelligere, me necdum intelligentiæ vel ſapientiæ ſpiritum percepiſſe, qui de rebus tam abditis inexpertus auſus ſum diſputare. Confido tamen quia apud dilectoris animum amor excuſabit exceſſum. Id nimirum habet ſanctus amor officii, ut ſicut delictum in dilecto nullatenus diſſimulat, ita & confitenti dare veniam benigna facilitate non negat. Revera ſi ineſſet mihi timoris Domini Spiritus, timuiſſem aut videri magniloquum, & me potius ſub modio humilitatis abſconderem, quam in magnis & mirabilibus ſuper me ambularem. Humilitati ſanctæ omnis ferè eſt odioſa præſumtio, & quantumlibet in ſublimi excreverit, nihil ſibi tutius eſſe reputat quam latere prudenter, cœlo inhiat dum ſe juxta ſui nominis rationem ab humo non dividit, & quo ſe in ſui æſtimatione inclinat inferius, eo cæleſtium acclinis eſt altitudo. Neſcio quo pacto etiam inclinat cælos potens eſt ſpontanea humilitatis dejectio, & mira facilitate cæleſtem exaltationem adipiſcitur, dum humi læta reſidens, & de

Humilitas odit præſumtionem.

x de humo nihil appetens, de ſolo conſcientiæ eſtimonio gloriatur. Non ſic illa, non ſic naione cœleſtis ſuperbia; quæ dum juxta ſui raionem nominis ſuper ſe ire, & ſeipſam ſuper-gredi nititur, ſuo ipſo pondere præcipitata inerius confractione inſanabili dequaſſatur. Hunilitati proinde omnis altitudo ſuſpecta eſt, uam eſſe amicam ſuperbiæ non ignorat. Quicuid caro gloriam reputat, odit & execratur umilitas, licèt in ſua ſimplicitate ita ſe contieat, ut de re nulla velit vel audeat judicare. B Amans quippe ſilentium, ſecreti appetens, ita uæ mediocritatis ſe coartat limitibus, ut nihil liud appetat, quàm ſe ſcire. Scire alia eſſe credit ſuperfluum, ſciri ab aliis exiſtimat veritaem. Tam ſuperfluitatis expers eſt, quàm jacantiæ, in altero temperantiâ utens, in altero uſtitiæ deſiderio inardeſcens. Magnam hîc adertere potes humilitatis prudentiam, quæ muicipium mentis his communit obſtaculis, ad mne certamen inexpugnabilis ei eſt fortitudo. O felix, ô verè neceſſaria virtus humilitas, uæ dum nihil aliud, quàm ſe ſcire appetit, ſe C ninimè ab ejus ſcientia ſapientiæ cœleſtis theaurus abſcondit! Ignem quippe ſecreti amois ſub conſideratione propriæ vilitatis, quaſi ub quodam cinere humilis animus contegit: nde ſe devoti cordis officina ad illuſtrationem & fervorem accendit. O quàm libenter humiis Chriſtus ad diverſorium tale ſe colligit, ubi moris ignem ejus ſemper paratum adventui umilitatis ſollicitudo cuſtodit. Ut enim dicit Pſalmiſta: *Ignis ante ipſum præcedet:* & anima D lla idonea eſt illum recipere, quem non oporet ignem aut oleum mendicare. De intus & e cœlo hæc veniunt, & qui ignem ſemel acenſum in ſe voluerit perdurare, omnes ſollicitè obtineat aditus, per quos ventoſæ vanitatis evitas ad extinctionem ignis valeat inſufflare. Verùm etſi ignis qui vehementer efferbuerit ento flante non extinguitur, ſed accenditur nagis, adeo tamen eſt formidoloſa humilitas, t numquam de humili conſcientiæ diverſorio E progredi tutum putet. Ibi ſtellam maris MARIAM liberè cogitat, ibi feliciter aſſiſtit partui Virginis, ibi beatæ illi infantiæ delectabiliter adjocatur, ibi ſe totum Verbi coaptat cunabuis, morum innocentiâ felici colludit infantiæ, & in cordis jubilo pueri vagitibus combalbucit. Pretioſiſſimis habet pro ſericis illis adornari panniculis, quibus obvolvitur Verbum infans. Deinceps ad divinum illud pectoris ſacro-ſancti ſacrarium totâ aviditate ſe convehit, & quantùm vacat, plena de cœlo ubera ſugit. Talibus interim nutrimentis tenera deliciatur in- F fantia, ut cùm in virum perfectum provectiori ætate profecerit, portare & peragere poſſit negotium crucis. Gratia ſanè hoc opus, quos virtutis provectio exercitatos pro conſuetudine ſenſûs habens de ſapientiæ ſtudiis imbarbavit. Mecum optimè agit, ſi inter collactaneos ſuos me JESUS meus connumeret, ſi ſuſcepto interdum ad matris ubera ſuæ delinitionis ſorbitiunculas partiatur. Ad hoc quippe Patris Verbum vitæ panis comminui voluit in

A lacte carnis, ut qui in forma Dei cibus erat ſolidus angelorum, per abreviationem carnis exinaniret ſe in ſorbitiunculam parvulorum. Obſecro te, cariſſime, cum tibi convivium eſcæ fortioris ſapuerit, cùm te grandium cibus oblectaverit, in delitiis tuis ne ſis meæ immemor parvitatis. Si ad celebrandum ſapientiæ ſabbatum interdum Spiritu-ſancto te promovente perveneris, vel id ſaltem mihi impetra, ut de diverſorio non ejiciar Verbi infantis. Hîc interim tota philoſophiæ meæ eſt ratio, alibi quàm B hîc non poſſem eſſe ſuavius, hinc tota pendet exſpectatio ſpei meæ. Parvulus ſum, cui lacteo cibo opus eſt, non ſolido, quamquam in incrementa mea tranſire non dubitem, quicquid amicorum meorum beata eſuries de cibo devorat fortiori. Ceterùm, amantiſſime, videbo faciem tuam, cùm vacuum fuerit, quoniam nondum vacat. Anni præſentis ſterilitas, & totius mundi communis interitus me domi retinent, & quaſi cuidam funeri aſſiſtere me compellunt. Egrediar tamen, Deo volente, C aliquando de ſepulcro hujuſmodi, & in amicorum viſitationibus & colloquiis ſuſcitabor. Tu eos interim meo ſalutabis ex nomine, quos me caritate non fictâ diligere comperiſti. Pro duabus illis pauperculis mulieribus, Deum, ut credo, timentibus liberalitati tuæ grates refero, quibus apud Balneolum hoc (a) famis tempore miſericorditer ex parte maxima providiſti. Ne trahat ab illis, obſecro, pietas manum, à quibus nondum famis neceſſitas ſe retraxit. Vale. (a)

EPISTOLA II.

ad Stephanum Carthuſienſem monachum, & priorem de Portis.

De meditanda CHRISTI *infantia & paſſione.*

FRatri & amico ſibi in CHRISTI amore veriſſimo Stephano monacho Carthuſienſi, E & priori de Portis, abbates de Caroliloco, & de Sarnaio, & noviſſimus omnium de Perſenia in Spiritu-ſancto amare feliciter & fideliter reamari. *Ex mſ. Claravallenſi.*

Ex litteris tuis, amantiſſime, ſumtâ eſt tibi reſcribendi occaſio, in quibus poſtulas ut per unum ex nobis tibi uni trinæ noſtræ dilectionis unio ſe tibi uniens, de unico illo bono, aliquid conſolationis reſcribat. Et id quidem ex animo facimus, annuentes petitioni, & congratulantes affectui, niſi quod parcius laudare debueras, quos interiùs non vidiſti. O quàm tutum non eſt eorum inſiſtere laudibus, quos ad- F huc conſcientia peccati cauteriat, ne ſic laudatum, quod facilè evenit, tentet elatio, ſicut notare conſuevit adulatio laudatorem. Verùm apud impuras mentes hoc agitur, quas non elimat ſancti amoris ſinceritas, quemadmodum tua elimari & liquefieri in nos felici experientiâ comprobamus. Igitur quia nos tres artificio

(a) Hac de fame loqui videtur breve Chronicon Elnonenſe ad annum 1197. *Viatici copiâ deficiente, fit fames acerbiſſima, & clades vehemens.*

ſancti Spiritûs in funiculum caſti amoris triplicem intorſiſti, quo ſe tua innodaret affectio ſicut in ſe, cùm triplex ſit, facilè non poterit rumpi, ſic à te, cùm tenax ſit, difficillimè poterit denodari. Spiritûs-ſancti artificioſa dignatio funiculum iſtum intexuit, qui tanto eſt in ſe ex glutino individuæ caritatis tenacior, quanto ejus conſtructio ſuavior eſt colligatis. Quàm felicius eſt his aſtringi nodis, his vinciri nexibus, his à theatrali mundi petulantia vinculis retineri, quàm ſæcularibus implicari negotiis, quàm vitiorum arctari perplexitatibus, quàm carnis illecebris retineri! O ſancti amoris jugum, quàm dulciter capis, quàm glorioſè illaqueas, quàm ſuaviter premis, quàm delectabiliter præmiis honoras, quàm feliciter uris, quàm fortiter ſtringis, quàm erudis ſapienter! O felix amor, ex quo eruditur ſtrenuitas morum, affectuum puritas, ſubtilitas intellectuum, deſideriorum ſanctitas, claritas operum, virtutum fœcunditas, meritorum dignitas, ſublimitas præmiorum! O felix amor, cui eſt in mundi contemtum ambitio, in vitia zelus, in peccata odium, in carnem pugna, in proſperis moderatio, in adverſis patientia, concupiſcentia in promiſſis æternis! Hic amor nos unit, hic noſtræ unioni te copulat, & qui unius moris in domo Dei nos efficit, ad unum vineæ unius denarium de ſanctæ unanimitatis perſeverantia per Dei gratiam aliquando promovebit. Verùm interim nutriendus eſt amor, paſcendus eſt alimentis ſapientiæ, matris gratiæ blandimentis dulcioribus confovendus. Parvuli ſumus, lacteis opus habemus forbitiunculis; ſed quæ noſtræ Virginis .... inſumatur. Ideo ad partum hujus conſultè refugimus, de diverſorio parientis eligentes non regredi, ut ad ſacro-ſanctum pectoris virginalis ſacrarium plena ubera ebibamus. Mater noſtra eſt, & mater dulciſſima: abeſſe à tanta dulcedine teneritudo lactentium non valeret. Alibi interim non poſſemus eſſe tutiùs, nutriri dulciùs, confoveri ſuaviùs, cuſtodiri firmiùs, inſtrui meliùs, ſanctiùs renovari. Quàm jucundum eſt Verbi Infantis ſe coaptare cunabulis, præſepi aſſiſtere, locum non habere alibi quàm in diverſorio, ubi puerperæ non eſt locus! *Non erat*, inquit, *ei locus in diverſorio*; ideo eum in præſepio reclinavit. Non contingat nobis à diverſorio illo divertere, ab illo averti præſepio, ubi in hordeum animalium frumentum verſum eſt angelorum. Ex quo enim granum frumenti cœleſtis in terra cecidit, quaſi in ſe hordei ſaporem & ſpem piis jumentis exhibuit, dum & deitatis ſuæ medullam tunicavit folliculo mortalis corporis, & ſe neceſſitatum mearum exaſperavit ariſtis. Sed & nunc figuris quaſi quibuſdam pallearum folliculis medulla involvitur veritatis. O cùm ad ſtatum venerit homo mortalis angelicum, nulla tunc cibo ejus aſperitas inerit, quem nuda Veritas ex adipe frumenti pleniſſimè ſatiabit. Sed quid nos perfrui & fragiles de jumentorum oneribus, aut angelorum honoribus dicimus, qui præ teneritudine infantiæ noſtræ maternis adhuc delinitionibus indigemus? Satis eſt nobis, ſi materno incumbere pectori, ſi permittatur inter ubera commorari. Inde fluenta gratiæ, inde nutrimenta humilium, inde fluentis fluminis impetus civitatem Dei lætificans, inde lac & mel ſummæ ſuavitatis erumpunt, inde in virum perfectum noſter adolevit parvulus, qui ſe in puerum de magnitudine cœleſti abbrevians, nos ſibi in collactaneos adoptavit. Putaſne amantiſſimus puer collactaneis ſuis invidet viſcera matris, aut matris ubera, qui ideo ipſam elegit in matrem, ut eſſet etiam ipſa humilibus in nutricem. Cùm igitur aſperitate hor ei veſci non ſoleat teneritudo infantium, & minus ſit ad eſum frumenti idonea; interim nutriantur uberibus, & molliori matris gremio foveantur; diſcant ſe Verbi coaptare cunabulis, piæ ſimplicitati colludere, balbutientis commutire vagitibus, adjocari infantulo corridenti. Tota hæc eſt philoſophia ſimplicium, dum interim defuerit ætas virtutis provectior, quæ ſolito cibo uti idonea, perferendæ ſit accommoda paſſioni. Si hujuſcemodi ludis ODONEM tuum adhibere volueris, non ſolùm non abnuimus, ſed etiam cùm lætitia ſuſcipimus huic innocentiæ colludentem. Eſt enim ipſe amator ſimplicium, & noſtri dilector veriſſimus, licèt tu in amorem ipſius privilegium merueris obtinere. Aſſume tecum hominem, & intra Verbi diverſorium, ipſum nobiſcum conſtitue, ut de noſtræ Virginis partu pari lætitiâ jocundentur. Si paſtores advenerint inter ſigna deferentes angelica ſine nobis, de tantæ rei myſterio non mirentur, ſi ſtella magos adduxerit, advenientium participentur lætitiæ, & illis myſtica deferentibus, nos quæ illis ſignata ſunt offeramus. Nec dubium apud te aurum abundare quod offeras, qui præ auro Hieruſalem ſterquilinium Babyloniæ contemſiſti. Providendum eſt tibi, ut de auri tui copia tui ſuppleas cantoris inopiam, qui adhuc ſpecietenus huic mundo deſerviens videtur & ipſe ex animo lutum ſæculi calcare. Felicius erit deſiderium cordis habitu prætendere corporis, & Dominicæ ſtigmata paſſionis præferre in facie actionis. Verùm multa eſt illi in auro tuo fiducia, nec poteſt nobis lætitiam ſuæ bonæ voluntatis abſcondere, quòd te quaſi theſaurum in agro abſcondito meruerit invenire. Ubi enim cœleſtis ſapientiæ ſplendor rutilat, ubi ignitæ caritatis fervor, vel fulgor efferbuit, aurea ſunt ibi ſæcula, ibi abundat quo regii pueri dignitas honoretur. O ſi incenſum divinæ orationis Verbi offeramus incunabulis, & ita divinum illud thurificemus altare, ut totum puerperæ Virginis diverſorium bono impleamus odore! Ibi certe dignum eſt non ſolùm flamma fervoris devotæ orationis incendere thura, ſed & igne amoris virtutum concremare aromata, ut teſtimonio aromatizantis conſcientiæ non deſit ſuaveolentia bonæ famæ. Felix qui aurum & thus puero noſtro obtulit, felix qui ſacrificio tali myrrham adjungit! Vides quia puer noſter interim myrrham non offert, ſed ſuſcipit, & nos qui ei collactanei ſumus, quomodo paſſionum amaritudines offe-

Philoſophia ſimplicium.

Digitized by Google

A remus? Offeremus tamen, cùm eo nos uſque gratia ejus provexerit, ut dura pati & aſpera ætas virtutis robuſtior poſſit. Interim paſſionis aſperitas, amaritudo myrrhæ teneræ ætati non congruit, niſi quod myrrha arcere vermes à conditis corporibus conſuevit. Ergo in fide paſſionis & mortificatione carnis myrrham magis ſuſcipimus, quàm offerimus, qui etſi ad fortia mittere manum non poſſumus; nos tamen utcumque intra Chriſti diverſorium à vitiorum vermibus, à peccati putredine cuſtodimus. B Jocundum eſt nobis philoſophari de talibus, & meritò in his ſolemniſat feſtivitas cordium, ex quibus habet ſolemnis lætitia incentivum. Meritò trinæ unioni noſtræ tuum compaginaſti binarium, dum cantorem tuum, qui noſter eſt tecum afferens augmentaſti multipliciter feſtum noſtrum. Dum enim tribus duos in caritatis compagine conjunxiſti, quaſi quinque virgines inter non fatuas effeciſti. *Quinque*, ait, *ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes.* O ſi à quinario noſtro illa excludatur fatuitas, C quæ à ſponſi nuptiis illas quinque fatuas dicitur excluſiſſe! Fatuum prorſus eſt de titulo ſe virginitatis extollere, & in virtute animi rem nominis non habere. O ſi quinque prudentes fuerimus, & quinquepartitam ſenſuum continentiam incorruptâ fidelitate ſervemus! Incorrupta fides, immotumque continendi propoſitum faciunt mente virginem, facit autem amor juſtitiæ ſapientem. O prudens virginitas! O prudentia virginalis, quæ dum ſtudio caritatis ſuæ actitat, rectè virgo, id eſt fide mentis integrâ perſeverat! D Felix cui datum eſt hujus gloriæ virginitatis jungere lilium corporis virginalis. Vernat intus, vernat & foris virgo carne & ſpiritu, præferens roſam amoris, carne lilium caſtitatis. Prudens virginitas unctioni eſt amica, oleo non caret lætitiæ, ſine lampade & oleo non procedit, & lampadem quidem habet de perſpicuitate puritatis vitream, de paupertate voluntaria ſtrictam, deorſum & clauſam, de concupiſcentia æternorum latam, ſuperiùs & apertam. Sed unde habebit oleum, niſi ſe contineat intra puerperæ noſtræ diverſorium, E niſi ſe colligat ad Virginis partum. Ipſa quippe eſt oliva fructifera, oliva, inquam, ſpecioſa in campis, ut gratia ejus & miſericordia omnibus ſit communis. In campis poſita florem campi protulit, ex cujus amœnitate pulcherrima campeſtria ſibi humanæ turpitudinis nuditas procuravit. Campeſtria ſunt perizomata velamenta turpitudinis, quæ dum flore iſto ſibi conſumit, quicumque per fidem & amorem virginei partûs criminum verecunda deponunt. F Cavendum eſt nobis, ne ſimus expertes olei, ne de fatuis virginibus reputemur. Habemus puerperam noſtram quaſi olivam fructiferam, quæ cùm ſit mater miſericordiæ, oleum lampadibus noſtris infundit; & cùm ſit Regina juſtitiæ, ignem dilectionis accendit. Acceptis jam & accenſis lampadibus, ad nuptiale Simeonis gaudium occurramus. Honeſtas certè ſanctæ converſationis gerit in nobis vicem lampadis, cùm ſit paupertate ſtricta & caſtitate clauſa inferiùs, perſpicua puritate interiùs, caritate ſuperiùs dilatata, cœleſtium contemplatione aperta. Acceptis itaque, ut dictum eſt, lampadibus noſtris, accepto oleo de viſceribus Matris Virginis, mutuato luminis radio à Stella maris, in lætitia cordis jungamus nos lætitiæ Simeonis. Numquid ſine nobis parvulus noſter in templo præſentabitur, aut ſine nobis Simeon de noſtra conſolatione lætabitur. Non expedit nobis parvulum illic abeuntem deſerere, vel Simeonis illuc præconia non audire. Totum quippe quod agitur in noſtræ feſtivitatis lætitiam dedicatur. Sed numquid qui puero noſtro aurum, thus, & myrrham cum Magis obtulimus, pro eodem retrahendo columbam, & turturem offeremus? Non deerunt etiam nobis hîc columbina ſimplicitas, & de incolatûs prolongatione caſtitas, quibus ſi paritas geminæ caritatis infuerit, JESUM ſibi noſtra devotio retinebit. Ubique pueri Puerum ſequuntur, ſi eum in munditia corporis & cordis innocentia commutamus. Ipſo proficiente ætate & ſapientiâ apud Deum & homines, nos quoque incrementa ſumamus de conſimilibus alimentis. Semel ei adhæſimus, collactaneos ſuos in omni tribulatione non deſeret, & inter tentationum moleſtias confortabit. Quos fecit in ſe creſcere, non ſinet in ſe deficere; ſed perficere, & occurrere in virum perfectum ſolitâ largitate præſtabit, ſi in his quæ in illo vidimus, aut de illo audivimus facta per ipſum & audita ab illo ſedulâ intentione vixerimus, quantum putas in fide ejus & dilectione creſcemus? Sic opus eſt certè ad crucem properantibus, quia niſi ſolidiori cibo & largiori uſi fuerint, timendum eſt ne paſſionis pondus ſuſtinere non poſſint. Hîc jam intueri libet juvenem noſtrum ſummam patientiam in patibulo præferentem, quem vidimus puerum in præſepio ſummam innocentiam demonſtrantem. Quàm dignum eſſet, ut quos habere voluit collactaneos in infantia, commilitones haberet in pœna? Qui ergo aſtitimus vagienti in cunis, cur non patienti aſſiſtamus in clavis? Cur non ruimus in oſcula & amplexus pendentis, cùm nos ad hoc brachiis invitet extenſis? Propter nimiam caritatem quâ nos immeritos diligit, ad clavorum confixionem manus & pedes extendit. Caput ſpinis coronandum ſine contradictione exhibuit, quod vix tremebundus Baptiſta tangere auſus fuit. A ſputis & colaphis beatam illam faciem non avertit, in qua inſatiabiliter ſublimitas angelicæ puritatis intendit: inſatiabiliter dico, quia etſi dum JESU viſione plenè reficitur, nullum tamen ex ſatietate faſtidium generatur. Eſt eis in plena ſatietate plenum deſiderium, & in plenitudine deſiderii omnium ſatietas eſt bonorum. Libentiùs fortè audires nos loquentes de talibus, ſed in magnis & mirabilibus ſuper nos ambulare timemus. Revertamur potiùs ad id quod pro tempore congruit; nobis redeamus ad conſolationem Victimæ ſalutaris. Conſidera quia os Verbi incarnati innoxium, ex quo ſapientiæ cœleſtis flumina profluunt, in ſua ſiti fellis pota-

tur amaritudine & aceti. Miro modo Rex juſtitiæ totum ſe exponit injuriæ & nocentis lancea militis latus transfigitur innocentis. Non attendis in virgineo Agni corpore aperiri quinque virginibus fontes quinque. Quàm feliciter quinque ſumus, ſi, ut ſupra dictum eſt, prudentes virgines non fatuæ exiſtamus. Habent enim prudentes virgines duos fontes in Agni pedibus, in quibus ex ſpe miſericordiæ cordium diluantur affectus. Habent & duos in confixione duarum manuum, ex quibus largiter & magnificè profluunt munera gratiarum. Fons quintus ex Agni latere profluit, qui de profundiori abyſſo ex parte cordis oriens, profuſionis gratiæ fluvium mittit. Inde nimirum effluit & ſupereffluit, ubi omnes ſapientiæ & ſcientiæ theſauros in ſe abſconditos Chriſti plenitudo cuſtodit. Hujus fluminis impetus totam Dei civitatem lætificat, totam terram ad germinandum inebriat, nec eſſe poteſt in ea aliquid boni germinis, niſi de irrigante irriguo hujus fontis. Utinam, frater cariſſime, unio noſtra intendat hæc ſtudioſè mirari, meditari aſſiduè, piè venerari, ardenter diligere, contemplari ſubtiliter, fideliter exoptare. Si in cellis cordium noſtrûm huic philoſophiæ perſeveranter inſtiterimus, ſi huic uni bono individua mentium unione adhæſerimus; verè erimus monachi, noſtræ unionis quinarium unientes uni ſanctæ & individuæ Trinitati. Ipſa enim beata Trinitas & trina Unitas eſt unica ſanctorum expectatio, & laborum ſanctorum felix remuneratio, in cujus deſiderio nos faciat unanimiter vivere, qui nos fecit per amoris compaginem unum eſſe. Verùm quia peccatores & miſeri ſumus, & procellis expoſiti magni maris, ad maris ſtellam leva oculos cordis, ut quæ nobis Solem juſtitiæ protulit, injuſtitiæ noſtræ quærere veniam numquam deſit, amicos noſtros, quos in Spiritu-ſancto diligimus, orationibus tuis & tuorum commendamus attentiùs, non ſolùm eos quos meruiſti cognoſcere, ſed quos te conſtat in noſtris cognitionibus poſſidere. Habeat hìc epiſtola finem, ſed finem non habeat amor, & probet effectus operis quam intentus ſit affectus amoris. Amen. Amen.

EPISTOLA III.
ad comitiſſam Perticenſem.

Præclaram ei vitæ formam præſcribit.

Ex ms. Clarævallenſi.

Dilectæ ſuæ in Chriſto illuſtri comitiſſæ Perticenſi frater A. peccator ſalutem in Spiritu-ſancto.

Depoſcit à me tuæ devotionis inſtantia, ut te aliquibus litteris de animi virtute commoneam, & incitem ad deſiderium æternorum. Felix plane & laudanda petitio; & utinam eſſet apud me unde felicem ſortiretur effectum. Verùm magna eſt animæ illius temeritas, cui non ſe unctio Spiritus-ſancti infuderit, nec habere poteſt aliunde unde ſibi vel alibi profectus materiam ſubminiſtret. Ad Spiritum proinde ſanctum corde convertamur & animo, & tu audiendo illi inhæreas, & ego de illo hauriam, quo tu ſalubriter docearis. O quam illi opus eſt munda mente & humili, qui ſe in Spiritus-ſancti dedicat officinam! Officioſa nimirum humilitas, dum omnem faſtum elongat ſuperbiæ, & è diverſo fit initium ſapientiæ timor Domini; ſollicitè providet prudens humilitas, ut illi incommodo hoc remedium opponatur. Dum itaque motibus elati timoris opponit ſe timor humilis, animam non patitur ſordeſcere peccatis. Ceterum qui ſine timore eſt, non juſtificabitur: quia dum negligitur aditus cordis, à penetralibus animæ ſuperbia non arcetur. Virtus humilitatis & per timoris ſpiritum extinguit ſuperbiam cordis, & nihilominus carnis terit ſuperbiam ſanctæ remedio parcitatis. Amica ſanè eſt Spiritui-ſancto humilitas & mundum ſemper ei præparat habitaculum, cui diſplicere non ambigit cor immundum. *Super quem*, ait Dominus, *requieſcet ſpiritus meus, niſi ſuper humilem & quietum & trementem verba mea?* Ubi certè humilitas, ibi quies, ibi timor, reverentia mandatorum. Humilitas te tibi homo oſtendit quid ſis, quid fueris, quid poſtmodum ſis futurus. Paulò ante nihil eras; incipiens eſſe vile ſemen eras. nunc vivis vile vas ſtercorum, paulo poſt vermium eſca eris. Quid ſuperbis terra & cinis? Quid conditionis propriæ oblivíſceris? Quid non te citius morituram eſſe recordaris? Quid intendis mundo qui labitur, qui in percuſſionis ſuæ fragoribus ruinam ſui amatoribus minitatur? Fallax planè eſt gratia & vana eſt pulcritudo, quæ non modo non faciunt longum gaudium, ſed evaneſcunt citius in lamentationis æternæ tormentum. Non ſunt amanda quæ tranſeunt, non ſunt amplectenda quæ fugiunt. Illis potius inſiſtendum quæ feliciter permanent in æternum. Obſtruenda eſt via vitiis, peccatis præfigendus eſt terminus, ad lucem reſpirandum eſt gratiæ, ut nobis inſulgeat dies gloriæ & honoris. Fugitivi mundi abjicienda eſt vanitas, mortificanda eſt voluptas lubrici corporis, reſecandum eſt omne ſuperfluum, ut ſancta frugalitas in Dei filiam te adoptet. Sobrius eſt ſpiritus vitæ, intemperantiæ nihil. Non divertit ad animum, à quo frugalitatem viderit exulare. Non intereſt ludis aleæ, non ei eſt cordi ſcaccorum otioſa ſedulitas, ipſius puritati non congruit ſcurrilitas hiſtrionum. Non affectat divina puritas longos veſtium tractus, ad nihilum aliud neceſſarios, quam ad concitandos pulveres, & ad greſſus feſtinantium retardandos. O ſuperflua vanitas! O inutilis oſtentatio non ſufficere pretioſo cultui adornare ſterquilinium corporis, niſi etiam longiori tractu concitati pulveres attrahantur! Ad injuriam oculorum & narium hoc perfecit cordium effeminatio, quia & oculos claudere & nares obſtruere, & avertere

Humilitatis commendatio. *Iſa. 66.* *Quæ contemnenda.* *Contra veſtium vanitatem.*

Digitized by Google

faciem ſolemus, ab hujuſmodi pulveribus A tali artificio concitatis. O infelix & prioribus incognita prorſus adinventio, quæ iter impedit & viſum offendit! Iter, inquam impedit, quia ſuperfluæ vanitatis oſtentatio à veritate ſectanda cor avertit; viſum confundit, quia dum per intuitum effeminatæ conſuetudinis tentatio ſpectantibus ingerit ſe, ab intuenda cœleſti pulcritudine oculos rationis abducit. O conſuetudo immiſericors, ut unde debuit contegi nuditas pauperum, contegas & contrahas pulveres platearum. Non erubeſ- B cunt feminæ noſtri temporis probroſæ aſſimilari vulpeculæ, ut ſicut beſtiolæ illæ pollent longioribus caudis, ſic iſtæ gloriantur in longis tractatibus fluxæ veſtis. O quàm ſæpe, quod pejus eſt, de prædis pauperum, de ſpoliationibus viduarum, de exactionibus pupillorum veſtes hujuſmodi conquiruntur! Hinc habentur mutatoria in perticis, hinc ſumuntur impenſæ in ſumtuoſis beneficiis, hinc ſaginantur ventres in conviviis accuratis, & ab illis habet nobilitas ſæculi cibos lautiores, & quæquæ pretioſa, qui pene aſſiduè vivunt C in paupertate ſuprema. Utinam tu, filia, iſta ſæpe recogites, nec juxta exigentiam alti ſanguinis tam affectes huic ſæculo conformari, quam placere illi ſtudeas, qui altiſſimi Patris Filius voluit humiliter humanari. Penſa quid illi debeas, qui & te de nihilo fecit, & ſua ſignavit imagine, ſimilitudine inſignivit, viſitavit incarnatione & converſatione docuit, redemit paſſione, glorificavit reſurrectione, ſublimavit aſcenſione, Spiritus-ſancti gratia confortavit? Totam te illi debes qui ſe totum D tibi contulit, licet te carnali marito placere oporteat; ille nihilominus jus ſuum in te repetere non deſiſtit. Certè licet animam & corpus creaverit, licet utrumque juris ipſius ſit, jus tamen tui corporis interim pro lege conjugii viro cedit; ſed animam ſibi vindicans, in jus alterius tranſire non ſinit. Carnalis maritus ſponſus eſt carnis tuæ; Deus tuus ſponſus eſt animæ: neutrum t m n eorum nulla commovet zelotypia; dum ubique permaneas fidelis & caſta. Cœleſti ſponſo debes E animæ pudicitiam, ſicut carnalium carnem exhibere pudicam. Ille pudicitiam animæ tuæ dotavit ſplendoribus angelorum, quam dotem in fidei myſterio & ſpei certitudine ſuſcepiſti. O ſi dotem hanc diligas, ſi ſponſum hunc quaſi parum tibi dederit non aſperneris. Nobilibus es orta natalibus, & ſecundum carnem regio procreata & ſanguine vel ſemine; ſed incomparabiliter es ex dote iſta nobilior, F quà te ſponſus ille nobilis inveſtivit. Intende illi, illum dilige, ad illum ſuſpira, quia ipſe dulcor unicus, pulcritudo ſumma, gaudium ſingulare, ne propter alium jus ſuum illi negaveris; & cum iſte carnalis vitæ afficitur, tu in illo cœleſti affici, ſpiritualiter delecteris. Juſtus quippe eſt, immo ipſa juſtitia; conjugii legem ipſe inſtituit, & dum reddis unicuique quod ſuum eſt, tu quoque expers cœleſtis juſtitiæ non exiſtis. Sic igitur in carne tua jus ſuum exhibeas viro, ut Deum non ſpolies jure ſuo: quia non cedet tibi in proſperum, ſi uſurpativè jus in alterius uſum transferas alienum. Alligata es viro, teneris ex neceſſitate illi obſequi in quantum contra legem matrimonii nihil diſponit. Ille enim eſt præferendus in omnibus, qui & in carne mortali tranſitorium ordinavit conjugium, & immortali animæ immortalem ſe dedit ſponſum. Illam proinde tui partem ſecundum quam deſponſata es Chriſto, pretioſo cultu exorna virtutum, ut bonorum operum ſobolem concipias de Spiritu-ſancto. Quidquid boni cogitas, quidquid boni loqueris, quidquid boni operis agis, totum de Spiritu-ſancto concipis, nec aliunde poteſt concupiſcentia animæ fœcundari, quam de conceptione gratiæ Spiritus-ſancti. Summa itaque vigilantia opus eſt, ut omni cuſtodia ſerves cor tuum, ſi tamen dedicaſti illud in Spiritus-ſancti habitaculum. Quod ſi non feceris, quid agis? Qualis vel quomodo ſuſtines diem mortis cominus venientis? Veniet, veniet, & cito veniet certiſſimæ mortis incertiſſima hora; & felix tu ſi cum venerit, invenerit te paratam. Sit igitur tibi humilis animus, caſtum corpus, thorus immaculatus, habitus moderatus, victus ſobrius, vultus verecundus, ſermo pudicus, munifica manus; quæ pro facultate indigentibus neceſſaria largiatur. Alioquin non poterit excuſari conjugium, præſertim cùm non de imperio, ſed de indulgentia concedatur. Nota quia indulgentia dum meliora non eligit, remedium quidem habet, ſed præmium non adquirit. Igitur conjugium quod de indulgentia conceſſum eſt, inſtituitur ad remedium, & ipſum inefficax, niſi trium bonorum obſervantia defendatur. Primum eſt fides, ſecundum ſpes prolis, tertium dicitur ſacramentum. Fides eſt, cum ſic ſe invicem ſervant, ut nec alterutrum à carnis debito fraudent; ne dum vivunt copulam alienam requirant. Spes prolis eſt, ut eo ſtudio & intentione conveniant, ut de fidei ſacramentis erudiant & Dei cognitione informent quod gignunt. Sacramentum eſt, cum duo in carne una viventes ita ſimilitudinem Chriſti & eccleſiæ ſua unanimitate exprimunt; ut nulla ratione tam individuæ unionis divortium quærant. Si tribus his bonis conjugium à culpa defendentibus, opera miſericordiæ & pietatis adjunxeris, ſi in ipſo licito carnis opere modum menſuramque tenueris. Si dies ſolemnes & jejuniorum ferias profectibus animæ deputatis in hujus carnis uſum non uſurpaveris, nequaquam à ſalute longe eris. Ideo mater ejus dies illos inſtituit, ideoque tempora jejuniorum obſervantiis deputavit, ut quidquid in carnalium tranſactionibus culpæ admittitur, confeſſione, oratione, eleemoſynis, in his temporibus diluatur. His temporibus convenit animam vacare & videre quam ſuavis eſt Dominus, quæ abundè experitur in aliis temporibus, quam fœda eſt caro, quam vilis eſt mundus. Ecce, amantiſſima mea, formulam hanc

Tria commendant matrimonium.

NOTA.

Digitized by Google

me tibi depingere coëgiſti, ad quam ſi viam A tuam & vitam correxeris, & tibi gloriam, & mihi lætitiam adaugebis. Ille tibi vires tribuat, ille te, ſponſumque tuum, ſobolemque tuam, in omni pace & ſalute cuſtodiat, qui ſe diligentium vota ſemper proſpicit, & felici perſeverantiæ in præmium ſe exponit. Vale.

EPISTOLA IV.
ad Guillelmum nobilem adoleſcentem.

Timorem Dei inprimis & Mariæ Virginis cultum ei commendat.

GUILLELMO ſuo bonæ indolis adoleſcenti, frater A. peccator, vanam ſublimitatem alti ſanguinis nobiliori morum gratia & gloria tranſvolare.

Poſtulas, fili, & inſtanter petis tuis litteris meis aliquam tibi virtutum formulam excidi, cui tuæ initia imprimas juventutis. O verè C laudabilis, & digna omni exauditione petitio, quæ ſignum futuræ ſit evidens probitatis! Utinam ſubeſſet mihi ratio, ſuppeteret ingenium, ſcientia infulgeret, afflueret eloquentia, quo te verè propheticis ſtudiis informarem. Puerum ſanè inſignem moribus, generis ſublimitate conſpicuum, non decet ignobili degenerare ſtudio, nec inanis ſcientiæ fallaciis dementari. Veritate opus eſt, non mendacio: certitudine, non fallaciâ; ſtabili inhærendum eſt, non mobili; pleno incumbendum eſt, non vacuo; ſolido innitendum eſt, non inani. Qui aliter fecerit, caſurus eſt, & riſum meritò ſuo faciet ſpectatori. *Filii hominum uſquequo gravi corde, ut quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* cùm neutrum, ſive vanitas, ſive mendacium ſit manſurum. Utrumque malum, utrumque vanum, nec aliquâ ratione veſtrâ dilectione eſt dignum: quod utrumque eſt damnabile & damnoſum. Eſt ſolida veritas, & vera ſoliditas, quæ diligatur ſecuriùs, quæratur juſtiùs, utiliùs teneatur. Ipſa eſt animi virtus, Verbi videlicet incarnati dilectio, quem E noſſe vivere, cui ſervire regnare eſt, & diligere ſola ſalus. Ipſa eſt philoſophia humilium, ſimplicium ſapientia, lætitia proficientium, pervenientium plenitudo. Diſce, fili, huic philoſophiæ intendere, & tuis honorare principiis, ut & tu ipſius initium conſequaris. Hujus initium ſapientiæ timor eſt, qui dum ad liberalium artium ſcientiam parvulos nutrit & erudit, vitiis quibuſlibet ferulam ſuæ correctionis opponit. Sub timoris magiſterio tenera parvulorum initia convenit erudiri, ut ad diſciplinas, F quas diximus liberales, poſſint liberiùs poſtmodum promoveri. Timor amico verbere caſtigat animum, ne aut de generis, aut ſcientiæ nobilitate ſuperbiat, ne de corporis incolumitate laſciviat, ne de ſucceſſibus, aut laſciviis inſoleſcat. Bonus magiſter timor eſt ubique, animum continuâ lectione ſollicitat, ne interruptis ſeriis, ad otia vanitatis divertat. Denique de parſimonia in conviviis legit, in cubilibus de pudicitia, de frugalitate in colloquiis, in actionibus de juſtitia, in moribus de innocentia, in obſequiis de modeſtia, de diſciplina in cunctis. Fili, ſi hujus magiſtri ferulæ adoleſcentiæ tuæ manum non ſubduxeris, faciet te Dei docibilem, ac per hoc mortalis ſapientiæ non ignarum. Dei quippe agnitio immortalis eſt ſapientia, & ſi dilectio cognitioni affuerit, bonum te facient & beatum: bonum primò, beatum poſteà; quia ad beatitudinem gradus eſt bonitas, ſicut fructum in naturalibus flos præcedit. Ubi B ſe bonus in florem non fuderit, inanis eſt fructuum expectatio, nec illi beatitudo ſperanda eſt, cui bonitas non infloret. O ſi juventus tua floris hujus amœnitate vernaverit, vernantique pulcritudini etiam odoris ſuavitas ſocietur! Huic certè flori non deſinit decoris amœnitas, & odoris ſuavitas: quia gravitas diſciplinæ, & opinio bonæ famæ inſerviunt bonitati. Verum floris hujus genus multiplici diligentiâ colitur, & ad hujus philoſophiæ myſterium, ſeptem quibuſdam gradibus, quaſi totidem diſciplinis liberalibus pervehitur. Prima eſt artium iſtarum humilitas, per quam & homo ad ſui cognitionem reducitur, & contemnenda ſæculi vanitas edocetur. Secunda eſt pudicitia carnis, quæ carnalibus adverſatur illecebris, ut antidotum continentiæ incentivis libidinum opponatur. Tertia eſt ſobrietas, mater continentiæ, vel pudicitiæ, quæ dum recidit omne ſuperfluum, inſoleſcere non patitur corpus celeriter moriturum. Quarta eſt veritas, quæ dum regulis juſtitiæ linguam erudit, vanitatem & D mendacium labiis interdicit. Quinta eſt benignitas, quæ tam cautâ circumſpectione erga omnem hominem agit, ut nulli faciat quod juſtè pati ipſa non velit. Sexta eſt pietas, quæ tam larga liberalitate fraternis ſe neceſſitatibus exponit, quanta ſibi ſubveniri in ſua neceſſitate requirit. Septima eſt caritas, quæ Deum tanto amore complectitur, ut mandatis ejus nullatenus reluctetur. Ex his ſeptem diſciplinis liberalibus provenit bonitas cui ſummè bonus beatitudinem pollicetur. Quæ diſciplinæ meritò liberales dicuntur, quia quos ad cœleſtem philoſophiam inſtituunt expeditos & liberos & libertatis ſpiritu plenos reddunt. De timoris autem magiſterio, de magiſtri hujus auditorio artes iſtæ dicuntur: quia procul dubio, qui timoris renuit eſſe diſcipulus, nec bonus eſſe poterit, nec beatus. Scriptum quippe eſt, *qui ſine timore eſt non juſtificabitur.* Cùm igitur timor ſit initium ſapientiæ, ſi ſapere cupis, Deum time. De ipſius amore taceo: quia ſatis eſt tibi interim per timoris initium vitiis reſiſtere lubricæ juventutis, donec proceſſu temporis ad virtutes proficias: quod ex ſtudio fit amoris. Cùm enim initium moribus ſit animæ, cui unitus eſt, ſanitas; ſatis eſt interim morbi cauſas excidere, ut non fomenta vitiis miniſtrentur. Ceterum, fili, in fine epiſtolæ unum tibi conſulte ſuadeo, quod ſicut eſt jocundum & facilè, ita & honeſtum, & utile & plenum gloriæ & honoris. Mariam cole & dilige, il-

Ad chriſtianam philoſophiam ſeptem gradibus pervenitur.

Eccli. 1. 28.

Ad Mariam confugiendum.

Digitized by Google

ım venerare & lauda , illi mundis & me-
ıllatis ſtudeto placere obſequiis, quam ſic
on dubites totius dulcoris & odoris præfer-
e plenitudinem præcellentem. Illam tibi in
natrem ſuſcipe, in nutricem dedica, elige in
ponſam, in amicam conſtitue, quam cum ca-
tatis tuæ dono inveſtieris, & amoris ejus ſua-
ſſimi prædulcia oblectamenta perſenſeris,
ullam prorſus aliam contingere ſpatieris. O
licem violentiam quâ regnum cœlorum diri-
tur, quia reverâ maximâ opus eſt violentiâ
carne fragili & corrupta perſeverantis pu-
citiæ propoſitum cuſtodire. Illis tamen eſt
:ile, quos illexit amor noſtræ Virginis, quæ
n ſit ubique imperioſa & præpotens, eſt
am ex miſeratione gratuita, ſi illam amave-
, tuumque illi dedicaveris corpus, tibi etiam
n deerit amor meus. Alioquin quomodo po-
o vel illum reſpicere, cui tantæ ſuavitatis
litias videam non placere? Vale, vive, &
ige quam diligere eſt vivere & valere.

EPISTOLA V.

ad G. monachum Pontiniacenſem.

mam inſtituendorum novitiorum ei præſcribit.

Patri & amico in CHRISTO cariſſimo G. monacho Pontiniacenſi, frater A. peccator item in Spiritu-ſancto.

Importunâ nimis inſtantiâ me, cariſſime,
ıpuliſti, ut tibi de ædificatione animæ ali-
d ſcriberem, & maximè quod ad inſtitutio-
ı novitiorum pertineat & doctrinam. Rem
:è poſtulaſti difficilem, ut quo modo novitii
ituantur edoceam, qui nec fui in mea con-
ſione novitius, nec adhuc in mea hac * con-
ſione maneo innovatus. Cùm enim ali-
ndo canonicæ ſinceritatis albedine infelici
ımercio in monachum denigraverim, &
c, Deo volente, de plena illa & peregrina
'edine ad candorem virginis lilioſæ rever-
ſim, licèt me pœnitentem miſericors illa
ɛperit, non tamen in novitium me recepit.
ertè cùm veteratæ deformitatem nigredinis
dum à me præſumtæ inſtitutio novitatis
ɛret, quo pacto philoſophari me compellis
ſanctæ ſplendoribus novitatis? Novitius
ı, ſi rem ſui nominis tenet, eo à veteris
inis deformitate exuitur, quo in novi ho-
s pulcritudinem per correctioris vitæ ſtu-
ı reformatur. Ego, ego nondum exutus à
·i neceſſariò tibi excidere formam novi.
ımtamen ex debito ſponſionis meæ teneor
e aliquid, quia inſtantia tua promittere
oegit. Igitur quia novitii à novitate tran-
ntur, quæ ſit ipſa novitas, quæ vetuſtas
ontraria inquiratur. Et quia non priùs
ſpirituale eſt, ſed quod animale, de ve-
iomine priùs videndum eſt.
zatuor ſunt in quibus hæc vetuſtas potiſſi-
conſideratur; ſcilicet amor mundi; cura
ſlua proprii corporis, uſus peccandi, de-
peccati. Amor mundi triplici animum

A vetuſtate corrumpit; accendit enim eum ex deſiderio dignitatis, inflat eum appetitu vanæ laudis, onerat & adgravat divitiis quæſtuoſis. Hæc omnia, aut de cordis ſuperbia veniunt; aut eidem ſuperbiæ fomenta ſuggerunt & ſupponunt. Illum verò animalis corruptionis diſpendio neceſſe eſt antiquari & ſeneſcere, & ita propinquare ad interitum, quem conſtat veneno ſuperbiæ eſſe infectum. Antiquus enim ſerpens dum initium omnis peccati ſuperbiam humanæ naturæ in ſuis adhuc vitiis venenatiſ-
B ſimè inſtillavit, dum ſuæ veternoſæ antiquitati illam obnoxiam fecit, indulta beatæ novitatis gloria ſpoliavit. Quem igitur per ſuperbiam terrenæ dignitatis inflat ambitus & extollit; ventoſæ laudis anhelatio exſufflat & ſubruit; avaritia ex quæſtu divitiarum in pulverem ſpargit & perimit; hic talis ex multo vitiorum ſenio veteraſcit. Et hoc quidem ſolet amor ſæculi in ſuis ſectatoribus operari. Cùm enim mundus in maligno poſitus ſit, & nequiſſimum ſit ipſum quærere, cùm vanitas ſit & umbra
C volatilis, & inſanum ſit poſt ipſum currere; non ſanæ mentis eſt, ſed deſipientis hunc amare. Nam quid eſt amor mundi, niſi quædam freneſis animi, quæ dum neſcit quæ ſurſum ſunt quærere vel ſapere, ſed quæ ſunt ſuper terram, quaſi à ſenſu bonæ valetudinis mentem efficit alienam? Qui itaque novitiari deſiderat, à vaniſſimæ vetuſtatis ejus inſania cor avertat; alioquin non poterit novis ſapientiæ intereſſe ſtudiis, niſi priùs amotâ inſani amoris amentiâ factus fuerit compos mentis. Verùm tunc primò ad mentem redire incipit, cùm
D jam ſtabili propoſito de ſæculo deſerendo diſponit; ſatagens ut extra limen propriæ domûs mundi eum non comitetur affectus; ſed in ipſo limine quo de propriis rebus cœpit egredi, ibi incipiat mundo mori. Non, inquam, debet eum mundi amor proſequi ad portam monaſterii, quia ibi ſecundum facit gradum, ubi etiam relicturus eſt corpus ſuum. Hinc eſt quod Deus ad Abraham ſic loquutus eſt, dicens: *Exi de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terram, quam monſtravero tibi.* Terram quippe bonam & optimam, terram lacte & melle ma-
E nantem non videre, multò minùs intrare idoneus, niſi priùs à terra ſpinas & tribulos germinante, & à cognitionis carnalis affectu robur mentis effeminante exiſſet. Hinc eſt quod animæ quam inſtruit Spiritus-ſanctus per Pſalmiſtam, ſic dicit: *Audi filia & vide, & inclina aurem tuam.* Audi, ut credas, quia fides eſt ex auditu: vide, ut diligas; quia multùm proficit dilectio ex affectu: Inclina aurem tuam, ut obedias, & juſſa peragas; quia dilectio comprobatur ex actu. In quo autem obedies, obli-
F viſcere populum tuum, & domum patris tui: alioquin non concupiſcet rex decorem tuum. Non, inquam, erit in te decor, qui ſit in concupiſcentia regis, niſi de terra tua & de cognatione tua exiveris, niſi domum patris tui & populum tuum oblita fueris, niſi per oblivionem vitiis carnis & concupiſcentiis moriaris. Hinc eſt quod per ſeipſum Dominus in evan-

Novitius amorem ſæculi primùm deponat.

Gen. 12. 1.

Pſal. 44. 11.

gelio ſic ait: *Qui non reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut agros, propter nomen meum, non eſt me dignus.* Et certè ſi propter Deum relinquenda ſunt licita & neceſſaria, quantò magis pro eo illicita & ſuperflua devitanda? Sed quia fugitivum mundi perduximus ad portas monaſterii, ut ſecundum innovationis ſuæ faciat gradum, qui in exitu de Ægypto fecerat primum, nos quoque currentis orationis hîc gradum figimus, ut recepto paululum ſpiritu, hîc ſecundum hunc gradum & ejus conſiderationem fortius aſcendamus.

Forſitan, cariſſime, dum hæc legis, iraſceris; & qui tibi petieras deſtinari utilia, forſitan irrides minùs neceſſaria ſcriptitantem. Sanè cùm excuſationem nolueris, ſed nec dilationem recipere, factus ſum inſipiens, tu me coëgiſti. Verumtamen quod ſemel cœpi, non deſinam proſequi; & ſi petitioni tuæ non ſufficiam, meæ tamen utcumque ſatisfaciam ſponſioni. Tibi enim, non juxta velle tuum, ſed juxta poſſe meum, ſpopondi me, ſi recolis, pariturum. Igitur qui, convertendi ſtudio, primum innovationis ſuæ gradum fecit in contemtu mundi, ſecundum facturus eſt in ingreſſu monaſterii, in poſtponenda ſcilicet cura propriæ carnis, quæ tamen, juxta Apoſtolum, in neceſſariis non negatur. *Carnis*, inquit, *curam ne feceritis in deſideriis.* Naturæ conſulendum eſt, non culpæ; neceſſitati proſpiciendum eſt, non indulgendum voluptati: *Voluptas enim habet pœnam, & neceſſitas parit coronam.* Et item illud de regula: *Mors ſecus introïtum delectationis poſita eſt.* Cùm igitur ad portam monaſterii veneris, & ibi veſtem animæ carnem exueris, & quam de mundo tuleras, ipſi adhuc reclamanti mundo remittis. Tuleras quippe veſtem hanc de anathemate, de corruptione illam ſuſceperas, enutrieras eam cum vitiis & concupiſcentiis, & ideo extra ſanctuarium debes dimittere quidquid in ea mundi impuritas poteſt reclamare. Naturam condidit Deus, auctor culpæ non extitit; nec nos debemus odiſſe aut perſequi quod ſuo non remittitur Creatori. Natura fovenda eſt, & auctoris ſui mancipanda negotiis: corruptionem tamen & vitia, quæ à Deo non veniunt, perſequamur. *Nemo*, ait Apoſtolus, *carnem ſuam odio habuit; ſed diligit, & fovet eam, ſicut & Chriſtus Eccleſiam.* Verùmtamen in tantùm carnem deſeris, in quantùm affectibus ſuis emoreris, in quantùm vitiis ſuis & concupiſcentiis ſuis valefacis. Intra Spiritûs-ſancti auditorium, nihil prorſus carnis eſt inferendum; ſed ſolùm ſine carne introeat Spiritus, ubi ſolis eſt ſpiritualibus intendendum. Non debent ſanè caro & ſanguis ſpiritualibus intereſſe negotiis, nec ea quæ ad regnum Dei & juſtitiam ejus pertinent participari digna ſunt quæ regnum Dei minimè poſſidebunt. *Caro*, ait Apoſtolus, *& ſanguis regnum Dei non poſſidebunt.* Hoc eſt ergo carnem foras relinquere, nihil ei præter neceſſaria quærere, & ſola illa judicare neceſſaria, quæ ſecundum diſcretionem patrum poteſt ordinis forma pati, & locus tribuere quem pe-

A tiſti. Ne remanſeris infra, nihil ultra quæſieris, ſed regiâ viâ incede per medium, quia & ſuperſpatioſum eſt ultra limites patrum progredi, & vitioſum eſt infra eorum terminos remorari. Si mediator vis amicitias jungere, ſi dignè vis miniſterio mediatricis aſſiſtere, vide ne diſcedas à medio, vide ne quid nimis, ne quid facias ſine modo. In oculis hominum piis conformare moribus conviventium, ſed intus ſcientia coram Deo, ſi potes, alios tranſgredere diligendo, hoc ſolum eſt in quo moderator ſæcu-

Singularitas vitanda.

B lorum noſtrâ delectatur immoderantiâ, cùm noſtri amoris in ipſum affectio ſine modo intenditur & menſura. Ipſe auctor omnium omnia condidit, & quod creaturis contuliſſe cognoſcitur, hoc requirit. Habe pondus, ſerva numerum, menſuram tene, nec dividi poteris ab auctore. Falſitas non habet pondus: unde fertur & evolat in interitum. Pondus neſcit levitas, cor non ſinit eſſe ſtabile neque firmum. Numerum non ſervat ſingularitas, cùm ſit numerus collectio unitatum. Ubi regnat diverſi-

C tas, non eſt collectio, ſed diviſio unionum. Modum ignorat ſuperfluitas, & nihil ab ea admittitur menſuratum. Falſitatem devitet ſancta novitas, ne quid in ea ſanctitatis ſpecie ſimulatoriè pallietur. Singularitatem ſuſpectam habeat, ne diviſa ab aliis, non cum aliis numeretur. Intemperantiæ ſuperfluitatem effugiat, ne moderatori per immoderantiam reluctetur. Subſiſtat in pondere gravitatis ad diſciplinam, in pondere veritatis ad juſtitiam, in pondere ſtabilitatis ad perſeverantiam, ne à propoſito

D ſuo decidat, ne à loco quem elegit abſcedat. Beatus planè quem ponderis gravitas reddit ſtabilem, ratio numeri ſocialem, moderatio menſuræ frugalem. Stabilem in fide, ſocialem in caritate, frugalem in converſatione. Quid hîc jam carnis remanſit, quominus ſpiritus Spiritui-ſancto intendere totus poſſit? Hinc jam ad lectionem tanti magiſtri, in ſecretarium animi de variis animæ officiis. Officia diverſa conveniunt, & pro delitiis affluentis & influentis ſapientiæ de corporalibus cogitare con-

E temnunt. Nam etſi intra monaſterium de inſtitutione obedientiæ corporales abundant obſervantiæ, nihilominus eſt eorum tranſlatio ſpiritualis, quatenus agentis intentio ſit cœleſtis. Sicut enim cœleſtia terrenâ intentione tranſacta plerumque agentibus carnalia fiunt; ſic & carnalia ſpiritali intentione tranſacta his efficiuntur ſpiritualia qui hæc agunt. De cetero ſibi caveant qui ſpirituales eſſe contendunt, ne ſi eis ſatanas in angelum lucis transfiguret, ne de prætextu ſalutis negotium perditionis obum-

F bret. Provideant, inquam ſibi, ne ſicut in tempore vetuſtatis ſuæ habuerunt uſum peccandi: ita in tempore novitatis circumſpecto careant timore peccati: quia contra peccandi uſum ſolliciti habeant timoris remedium opportunum. Ut enim conſuetudo peccandi de inſolenti ſecuritate naſcitur, ita & aſſueto timore repellitur, quia ſicut eſt ſecuritas initium malitiæ & progreſſûs: ita timor Domini eſt initium ſapientiæ & provectûs. Hîc jam, quia loqui de tertio

tertio convertentium gradu aggredimur, opportunum eſt, ut recepto paululum ſpiritu, ad exſequutionem ſequentium reparemur.

Quantumlibet, dilectiſſime, ab hoc opere meæ parvitatis diſſentias, quòd fortè dixerim alia, & aliter quàm ſperabas; tamen, ſicut ſpero, numquam ſic avertes oculum, quin ex ntegro legas totum. Obſecro autem te, cùm egeris, ne me nimis feſtinus damnaveris; ſed prius omnia proſpice diligenter, & tunc de his quæ reprehenſibilia ſunt, opportuniùs judicabis. Certè cùm amicus ſis, amici turpitudinem non nudabis, ſed ſatages quomodo apud te ſit occultum quod pro vitio ſuo fore videris occultandum. Ego autem ne reprehenſionis formidine videar ab incœptis deſiſtere, nihilominus proſequar quod incœpi. Cui cœlitùs datum eſt pro amore paupertatis, mundi amorem contemnere, & continentiæ laborem carnis voluptati præponere, ſatagere debet omnimodis, t uſum peccandi eliminet timor Dei. Sed, licet aliquis, quomodo poteſt habere peccan-i conſuetudinem, qui jam mundum reliquit carnem? Sed certè qui per mundi contemtum & carnis deſpectum carnales illecebras deitavit, huic contra ſpiritales nequitias certamen jugè remanſit. Quid, ſi fortè retinuerit affectu, quod effectu relinquit & actu? O uanti hodie ſub religionis habitu vivunt, qui ſi ſpecie tenus mundo, vel carni non ſerviunt, orde tamen reverſi ſunt in Ægyptum, & interna cogitatione relapſi ſunt in peccatum! peciem quidem ſanctitatis actu & habitu prærunt, ſanctitatis voto & profeſſione addicti nt; ſed nomen habentes quòd vivant, intus ortui ſunt, quia cùm foris pauperes & contintes appareant, mente tamen ad gloriam tranſitoriæ laudis, vel ad gradum cujuſlibet dignita- aſpirant. Cùm enim per illa duo prænominata periùs, ſcilicet mundi contemtum, & cars deſpectum, ſpiritus immundus ab homine ierit, cùm per loca arida & inaquoſa, ſcilit corda ſanctorum ſpiritualia, requiem ſibi n invenit, ad prioris domûs habitaculum nper redire intendit, & dicit: *Revertar ad mum meam unde exivi.* Cum itaque vide- domum illam mundatam quidem à priſti- ſordibus, ornatam religioſis traditionibus, cantem verò à ſpiritualibus deſideriis, & coationibus otioſis intentam, tunc ad illam cuilatior redit, & deinceps ſibi cautius hanc fendit. Aſſumit enim, ut teſtatur Dominus, tem alios ſpiritus ſecum nequiores ſe, & in- ſſi habitant ibi. Tunc fiunt noviſſima homillius pejora prioribus: quia qui ante relinis habitum & votum apparebat quod erat nifeſtè malus, deinceps intendit quod eſſe ſatagit, videlicet dici ſanctus. O quàm inci commercio qui mundum cum immundo s principe à Spiritu-ſancto expulerat, ſpirinque ſuum Spiritûs-ſancti magiſterio votivâ ceſſitate ſubdiderat, iterum expellit, & effu- à ſe Spiritûs-ſancti gratiam, & ſpiritum m immundo remancipat poſſeſſori! Ex hoc

A hypocrita perſequitur & effugat Spiritum-ſanctum, ſicut & Spiritus-ſanctus diſciplinæ effugit fictum. Planè Spiritus-ſanctus non effugeret, niſi perſequeretur eum aliquis & fugaret. Perſequitur autem ipſum & effugat, qui eum pietatis gratiâ intentione pravæ voluntatis abnegat, ſpeciem tamen virtutis ad deceptionem & eluſionem gratiæ uſurpativè retentat. Duplici quidem injuriâ Spiritum veritatis fictus perſequitur, quod & ipſum à ſe violenter extrudat, & violentius ſpeciem ejus ad uſus contrarios raptor crudelis uſurpat. O deteſtabile

B malum! O penè inexpiabile facinus ſub prætextu manſuetudinis exacerbare ſummæ manſuetudinem bonitatis! O ſumma infelicitas, ſub novi hominis formam totum conformare ſe veteri, & ſub novitii appellatione & habitu vitioſæ vetuſtatis retinere ſenium in affectu! O ſi poſt abrenuntiationem mundi, ſi poſt abjectionem corporis, negata fuiſſet janua cordis, vigilantiæ commiſſa timoris, non intraſſet ad cor ſpiritus fictionis! Solertiſſimus eſt enim janitor iſte, & amori tam ſubſervit humiliter,

C & fideliter miniſtrat, ut nihil omnino quo amoris feſtivitas perturbetur, admittat. Nunc autem quia & male oſtium viatori patuit, mundus ſpiritus, aſſumtis ſecum ſeptem aliis ſpiritibus nequioribus ſe, ad ſuam domum recurrit, ut per ſeptenarium comitantium vitium intelligas in menſura; quia enim ſeptem diebus univerſa temporalitas agitur, per ſeptenarium univerſitas deſignatur. Moneantur ergo novitii, ut in tertio gradu ſe credant timori, quia fruſtra facti ſunt continentes, ſi aliquatenus ſine

D timoris cuſtodia dimiſerunt cordis fores. Beatus planè homo qui ſemper eſt pavidus; ſicut enim timor Domini malum non operatur, ita qui fuerit expers timoris, eſſe poterit expers & ſalutis. Qui ſine timore eſt, non juſtificabitur; non poterit ſapere, quamdiu ſine initio fuerit ſapientiæ. Timor enim eſt initium ſapientiæ, nec aliquid inſipidum intus intrare patitur, ubi amor in ſplendoribus ſapientiæ jocundatur. Splendores ſapientiæ ſunt virtutes animæ, per quas in ſecretario pii cordis feſta continuantur

E amoris. O felix novitas! O nova feſtivitas, quæ non in cœno ſæculi, ſed in cœlo puri animi celebratur! Ad feſta hujuſmodi invitantur novitii, quæ tantò feſtivius celebrantur interius, quantò vigilantius ſervat cordis aditum timor ſanctus. O quàm ſtrenuè ſe habent animi de tanto janitore ſecuri! nec melius omni cuſtodia cor noſtrum ſervare, quàm ſi hunc janitorem habuerimus circumſpectum. De cetero humilitas comes timoris individua tantò ſecurius, quantò ſecretius cordis diſponit officia; & quidquid in luce ſapientiæ ordinatum vide- Humilitas timoris comes.

F rit, ad amoris arbitrium ordinat & componit. Humilitas ſanè numquam ſine contubernio diſcretionis progreditur; ſed tantò ſe cautius ubique & in omnibus agit, quantò ex timoris familiaritate & conſortio ſemper formidoloſa, ſemper ſibi ſuſpecta exiſtit. Humilitas mirum in modum quantò minus ſe reputat, tantò abundantia gratiarum exuberat: quia nimi-

rum fons ſapientiæ, qui de medio paradiſi voluptatis egreditur, in illam tamquam in locum humiliorem de ſupernis influere lætatur. Hinc jam grata & gratioſa humilitas ſingulis quibuſque virtutibus ſuas in mente manſiones conſtituit, officia ſingulorum diſponit, & nihil tam in corporeis ſenſibus quam in affectibus animæ geritur, quod non humilitatis timoratæ magiſterio gubernetur. Denique intentioni rectitudinem & ſimplicitatem aſſignat, rationabilitati deputat ſapientiam, & ut præcipuam ibi diſcretio teneat manſionem, ad iraſcibilitatem ſe colligit æmulatio, & zelus Dei ſecundum ſcientiam eſt exercendus. Concupiſcibilitatem partitur caritas, geminoque in Deum & proximum hanc inflammat affectu. Intellectum inradiat veritas, quæ dum ſplendore ſuo errores quoſque depulerit, ad gratiam quoque contemplationis perducit. Apud affectionis puritatem hoſpitatur miſericordiæ pietas, & inde ſine acceptione perſonarum miſeriis neceſſe habentium ſe exponit. In voluntatis palatio juſtitia ſibi tribunal conſtituit, & inde moribus & operibus, ſenſibus & affectibus æquitatis edicta imperioſa ſeveritate proponit. Pax viro in conſcientiæ teſtimonio ſibi quietis cubiculum ponit, cui tantò ſuavius oſculum juſtitia porrigit, quantò omne peccati cauterium à veritatis propoſito tollit. *Juſtitia*, inquit, *& pax oſculatæ ſunt.* Tunc nimirum pacem juſtitia oſculatur cum ſatagente juſtitia, ſic voluntas ad unguem tota corrigitur, ut de nullo ipſius cauterio conſcientia mordeatur. Sed & pax ipſa oſculatur juſtitiam, cum pacis æternæ ſuſceptio laborioſam juſtitiæ remunerat actionem. Ecce quæ & quanta eis eveniunt, qui novis converſionis ſuæ gaudiis timorem deeſſe non ſinunt. Reverâ ibi locus peccandi conſuetudini non habetur, ubi, juxta Pſalmiſtam, Domino in timore ſervitur. Ceterum illi frequenter deſipiunt, qui initium ſapientiæ Dei timorem negligunt, nec tam ſæpius in peccata corruunt; ſed etiam, quod gravius eſt, peccata defendunt. Sicut enim ille qui juſtitiam innovat, ſemper ſe in principio ſermonis accuſat; ſic è contrario qui juſtus non eſſe, ſed videri appetit, accuſatus ab alio ſe defendit. Quantò nimirum ſubtilius laborioſâ arte ſimulationis ſe fictus palliat, tantò gravius palliationis ſuæ denudatio hunc moleſtat. Difficilè enim qui fictus eſt, ſic in ſua prævalet ſimulatione celari, quin valeat ſignis aliquibus deprehendi. Sed jam quia de quarto convertentium gradu loqui incipere volumus, hîc ea de tertio finiamus.

Cùm ab initio hujus opuſculi me prius de vetuſtate dicturum poſtea de novitate promiſerim: nunc autem cùm de utroque nimis & permixtè loquutus ſim, jure lectionis non mereor gratiam, quòd meam neſcierim aut neglexerim perſequi ſponſionem. Si quidem actum eſt. Sed tu, frater cariſſime, non adquieſceres, niſi meam prodere me inſipientiam coëgiſſes. Tibi ergo, tibi imputandum, quidquid in his litteratis invenies minus re-

A ctum. Ego vero qui prodere inſipientiam meam cœpi, de quarto quod promiſſum eſt gradu perloqui non deſiſtam. Quam ſit noxium, quam ſit vetuſtati obnoxium peccata deffendere, ex hoc ſatis intelligitur, quod inter omnia ſalutis remedia nihil confeſſione ſalubrius prædicatur. Et quid eſt confeſſio niſi proprii reatus accuſatio, cum humiliter & apertè & integrè & fideliter peccata ſua illi confitens dicit qui ſuper eum ſuper hac re

Peccatum defendere quàm ſit noxium.

B poteſtatem accepit: Teneor ſiquidem illi peccata mea per confeſſionem detegere, cui animæ meæ claves à Domino ſunt commiſſæ. Divinæ inſtitutio humilitatis remedium exhibuit, diabolicæ defenſionis elatio excuſationis latibulum adinvenit. Eadem quippe malignitate, qua vult & facit virtutis æmulus peccata fieri, eadem vult malignitate celari. O ſi primus parens humani generis excuſationem non quæſiſſet in peccatis! Certè ſi ſuam culpam

C humiliter * excuſaſſet, non tam crudelem mortis ſententiam excepiſſet. Nunc autem deſinquere & delitéſcere voluit, qui cor ſuum in verba malitiæ declinavit. *Mulier*, inquit, *quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno & comedi.* Quid miſer agis? Quid culpam tuam in auctorem refundis. Num propterea ille peccavit, quia ſociam mulierem tibi conceſſit? Tibi magis imputa, tu magis accuſa, cum in tua eſſet poteſtate poſitum ſcire & poſſe vitare peccatum. Igitur ſicut in remediis

* f. accuſaſſet.

Gen. 3. 12.

D aliquid humili confeſſione ſalubrius non habet; ſic inter crimina peccati defenſione nullum nocentius invenitur. Qui peccata defendit, & veritatem abnegat, & perſequutor eſt pietatis. Qui confitetur & accuſat, meretur juſtitiam, & amicus efficitur veritatis. Et hoc quidem agit timor humilis per hoc juſtificari impetrans à peccatis. Totum & juge eſt timoris officium, virtutibus dare operam, nominis confeſſioni inſiſtere peccatorum. Mi-

E rabiliter confertur induſtria timoris ſanctæ negotio innovationis, dum & cordis aditum foris à criminibus quibuſque defendit, & incidentes intus pulveres lavacro confeſſionis abſtergere ſatagit. Quæ ſunt crimina non opus eſt tibi oſtendere, quibus mundum aſpicis plenum eſſe. Quid? incidentes pulveres dixerim fortè, præſertim cum præ ſui ſubtilitate non niſi purgatioribus oculis videantur. Quid

F autem ſunt incidentes pulveres niſi cogitatus innumerabiles orationis tempore animæ oculis involantes? Nonne quaſi quoſdam infeſtiſſimos pulveres pariunt mille occurſus phantaſmatum, quibus orantes vel meditantes importuniſſimè moleſtamur, cum præſentiſſimæ majeſtati divinæ aſſiſtimus, & alia pro aliis aut cogitamus, aut dicimus, quæ nec noſtri propoſiti ſunt, nec loco nec tempori congruunt? Quid aliud quam quoſdam pulveres agitamus, quibus nobis ſerenum veri luminis occultamus? Certe etſi pulveres iſti oculos non eruunt nobis, confundunt tamen aciem, & ab intuitu veræ lucis avertunt tempore orationis ſecundum præſentiam corporis coram Deo aſ-

Digitized by Google

ſtere in choro cum aliis eſſe, & quaſi aut egligendo aut contemnendo præſentiam Dei er mundi ſpatia aut carnis vitia animaliter vagari. Spiritus ſane ſanctus aufert ſe à co-itationibus, quæ ſunt ſine intellectu. Qui ſi-e intellectu ſunt, plane ſunt irrationabiles, c per hoc ſunt etiam beſtiales. Si itaque pus tuum ſine intellectu fuerit, hoc eſt ir-ationabile, nonne erit obſequium beſtiale? ed *ſi beſtia tetigerit montem, lapidabitur*: uia qui beſtiali mente, hoc eſt ſine intel-ectu divinis inſervit officiis, magis ex duri-ia cordis lapidei cruciatur, quam oblectet um divinæ præſentiæ bonitas tam ſuavis. ugiter igitur & aſſiduè de his eſt facienda onfeſſio, quæ abundantiſſimè ſemper invenit irca penetralia cordis quod debeat accuſa-e & plangere in facie ſacerdotis. In planctum nimæ veniat quod de præteritis malis non-lum dignè pœniteat, quod malis inſtantibus providè nimis reſtat, quod accipiendis Dei beneficiis ſe indignum exhibeat, quod tot & tam ſæpe acceptis ingrata exiſtat. Non negligat plangere & exprimere motus & reſolutiones immundæ carnis contra munditiam & gratiam honeſtatis. Senſus accuſare non negligat corporales ad gravitatis & diſciplinæ diſcidium pro ſuis diverſitatibus evagantes. Delicta quis intelligit? Quis intellectum ad liquidum comprehendit? Quotiens accommodamus aures animi ſuggeſtionibus inimici? Quotiens affectu recurrimus ad oblectamenta mundi? Quotiens efficimur tranſgreſſores voti? Quotiens negligimus præcepta Dei? Quotiens in divinis officiis ſomnolenti ſumus aut tepidi? Quotiens ad obedientiam ſegnes & tardi? Quotiens negligimus curam proximi? Quotiens ei facimus quod nollemus ab ipſo pati? Quotiens ab ipſo exigimus diſtrictè, quæ ei, ſi exigeret, minimè faceremus? Sæpe adverſitate dejicimur, proſperitate extollimur. Sæpe de bonis quod per gratiam Dei aut habemus aut agimus non Dei ſed noſtram gloriam quærimus. Sæpe diſſimulamus quod multum volumus, ſæpe ſimulamus nos aliud eſſe quam ſimus. Sæpe de malis in nobis agnitis minus quam oporteret confundimur, ſæpe in malefacta aliorum indiſcreta æmulatione invehimur. Sæpe contra Dei juſta judicia murmuramus. Sæpe cum fratres noſtros ædificare debemus, his potius corruptionis exempla monſtramus. Hæc quidem omnia omnibus meis ſimilibus ſatis communia ſunt, præter ſpiritualia quæ ſingulis pro caſuum varietate contingunt. Qui ita ſub religionis habitu hæc in ſe ſentiunt & conſentiunt, expertes procul dubio ſanctæ novitatis exiſtunt. Qui vero ſentiunt & diſſentiunt, & ex ipſo ſenſu dolent & plangunt, jugiter confitendo accuſant, & quantum prævalent corrigunt; ſicut propter hoc nomen novitii & virtutem non perdunt, ſic feſtivæ novitatis gaudio non carebunt. Perſeverantiæ ſtudeant, deſiderio puritatis inſiſtant, & ut facilius ſuum obtineant deſiderium, timor cordis non deſerat oſtium,

A quod ubi talis permanſerit oſtiarius, pereundi non poterit eſſe metus. Timor eſt humilitatis nutritius, confeſſionis ſeminarium, cuſtos innocentiæ, patientiæ fundamentum. Timor eſt æmulatio diſciplinæ, caſtimoniæ paranymphus, virga juſtitiæ, miſericordiæ conſiliarius, initium ſapientiæ, amoris præambulus, cubicularius conſcientiæ, vitæ decus. O felicem animum cui vitiorum vias timor obſtruit, ut in his ſplendoribus ſapientiæ devotione libera ſolemniſet. Hic de contemtu

Timoris prærogativæ.

B mundi beata paupertas exoriens ſitit adhuc ambitione novitia vitæ divitias melioris. Hic virtus continentiæ de interdicta carnis ſuperfluitate exhilarans exutum ſua vetuſtate ſpiritum novis gaudiis vitæ ſociat ſpiritalis. Hic timor Dei conſuetudinem peccandi exterminans non patitur inquietari à vitiis internæ ſolemnia novitatis. Hic confeſſio humilis de induſtria & operatione timoris cordis interiora circuiens ſingula de peccato cautè arguit & accuſat, ne de ſecuritate ſolemnitas inſoleſcat. Et miro modo quæ facta ſunt confe-

C rens, faciendis proponit ante oculos exemplar Dominicæ paſſionis. Dumque Jesum-Christum & hunc crucifixum cordi reducit ad memoriam, in æſtimatione tantæ rei ſuam non reputat actionem Et re vera quæ poteſt in nobis æſtimatio eſſe virtutis, dum conſideratur patientia miſericordiſſimi Redemtoris? Non exhorruit ſputis & colaphis illam faciem glorioſam exponere, in quam angeli concupiſcunt. Non veritus eſt dorſum flagellis, caput ſpinis, membra clavis configenda ſupponere vel ſubjicere, quæ nihil penitus meruerunt.

D Meruerunt d co de pœna. Nam dum hæc tolerant ſine culpa nos à debito pœnæ & culpæ per indebitam gratiam abſolverunt. Nos igitur adhærentes illi, imitemur illum; & quæ illi de voluntate noſtra pro noſtra neceſſitate promiſimus, ad noſtram gloriam, per ejus gratiam pro noſtræ facultatis modulo perſolvamus. Si durum viſum fuerit itineris arrepti propoſitum, ad noſtræ Virginis confugiamus auxilium: quia cui ſe miſericordiſſima illa auxiliatricem præbuerit, in omni tribulatione noſtra & anguſtia fortis erit. Can-

E doremললioſæ ejus innocentiæ trahamus in nos per munditiam conſcientiæ; nec deſit nobis cum pudicitia carnis inſtantia fœcundi operis, quo ornetur fœcunditas virginalis. Ad noſtræ ſiquidem Virginis partum totum debemus habere reſpectum; & ſi veri eſſe novitii; & ſi vere innovari volumus, novi partus gratiæ novis & plenis deſideriis intendamus. Si enim per ipſam juſtificationis gratiam poſſumus obtinere; ſic ipſa duce ad gloriam poterimus pervenire. Ipſo præſtante qui ex ipſa natus eſt Jesus-Christus Do-

F minus noſter, qui cum Patre & Spiritu-ſancto vivit & regnat Deus per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

EPISTOLA VI.
ad Margaritam virginem.

[M]Argaritæ virgini frater A. peccator de immarceſſibili caſtitatis lilio ſponſo vir-n complacere.

uantùm Chriſtum diligere tenemur, tan-ipſius templa venerari & honorare debe-Habitaculum quippe ipſius eſt ſincera ca-, illa maximè quam Chriſti vera caritas ecravit. In hortis planè & liliis vernare campi & lilium convallium Chriſtus Do-us invenitur. O ſi lilio roſa non defuerit, aſtitatis candor caritatis colore roſeo ſuf-latur! Quàm pulcræ ſunt genæ, quibus plenum decorem amor honeſtatis ſe ſociat, itas caſtitati! Specioſum formâ præ filiis ninum ſpeciei hujus alligat elegantia, quia tus pulcritudinem morum ſimplicitas com-ndabat. Morum ſimplicitas, puritas affe-onum, operationum juſtitia, obſervantiæ ciplinæ laudabiles dignam faciunt animam culis & amplexibus Conditoris. O contractum nerabilem! O nuptias honorabiles, à quibus nnis excluditur fœditas, in quibus nulla cor-ptio locum habet! O felicem ſobolem, quæ tali contractu proceſſerit, quæ ſicut de Spi-tu-ſancto concipitur, ita etiam ſanctæ matris cleſiæ uberibus enutritur! Ubera iſta de cœlo lena ſunt, lac ſpiritalis doctrinæ diſtillantia, uo ſenſuum ſimplicitas & innocentia ad virile obur morum, divini amoris & perfectionis in-elligentiæ provehuntur. Arbitror quòd per Dei gratiam in hanc ætatem perveneris, quæ non jam ſicut collactaneo Chriſto Chriſti colludas cunabulis; ſed Chriſto crucifigi idonea cibum poſſis mandare duriorem. Tu enim propter verba labiorum ejus cuſtodire vias duras & cu-pis & prævales ad Crucifixi exemplùm circa crucis titulos gloriari. Verùm in lecto tali ſpon-ſo tuo copulari non horrueris, ad thalami gau-dium quandoque pervenies, qui crucis expers eſt penitus & doloris & laboris. Obſecro te, dilectiſſima, ut cùm in Jesu tuo bene tibi fue-rit, pro meis apud eum exceſſibus depreceris. Cum ſolito profuſius tibi ſplendor ille feſtinus arriſerit, dilectorem tuum dilecto tuo commen-da attentiùs, ut quem mente adoro & diligo, te ſatagente & orante, tecum valeam obtinere. Amen. Vale.

EPISTOLA VII.
ad Guillelmum Helienſem epiſcopum.

Dehortatur eum tacitè à regis ſervitio.

Cla-ſſ. GUillelmo Helienſi epiſcopo domini-que regis Anglorum cancellario frater A. ſalutem in ſpiritu veritatis.

Quòd ſublimitati veſtræ tam frequentibus litteris vel nuntiis importuni ſumus, partim facit familiaritas veſtra, quâ immeriti fruimur; A partim neceſſitas noſtra, quâ gravamur. Verumtamen neutra res apud liberales animos moleſtè accipitur: quia & familiaritati ne in contemtum veniat, providet congratulantis amicitiæ veritas, & neceſſitati miſericordiæ compaſſio non negatur. Ex utroque igitur ſumens audaciam, non vereor oculis veſtris litteras etiam ſolito prolixiores ingerere: licèt illos ſibi detineat tam varia tam multiplex rerum occupatio, quæ etiam ſibi deeſſe animum non patitur nec ad horam. In tanta igitur B tamque communi ruina rerum labentium animum habere, perdidiſſe eſt; quia ubi per omnia diſcrimen virtutum imminet, vix poterit virtus ulla ſubſiſtere, quam ſolum diligimus in amicis: ubi nimirum illa perierit, amicos habere deſinimus, & quæ conſervata poterat de amico generare lætitiam, amiſſa triſtitiam ingerit & dolorem. Felix amor! cui ſola virtus in cauſa eſt: & laudabilis eſt amicitia, quæ ſicut aliunde quàm de virtute animi non habet ſummarium; ſic nec aliunde ſibi flagitat in-C centivum. In illa & ad illam venerationis veſtræ perſonam diligimus; & utinam mundanæ vanitatis diluvium, cujus tam periculoſæ innatatis gurgitibus, hoc nobis bonum non invideat in amico. Amicum ſanè vos dixerim, quamdiu nobis animi virtus infuerit, ut nihil ipſam adhuc habitam intentione ſervetis ſollicitâ, vel elapſam quantò ejus matureris ad integrum reparare. Quàm difficile eſt incedentem per lubricum non titubare ſæpius, aut prolabi! Quàm difficile eſt eum qui in obſcuris graditur, non ſæpius pedibus ſuis offendere, corruere D graviùs, duriùſque elidi! Præter morem eſt per crepidinem montis gradu fluctuare pendulo, & vento perflante & inflante, fortiùs de ſublimibus ad infima non extrudi. Facilè iſtis illa eveniunt, quos amor virtutis non ſolidat, nec illuſtrat cognitio veritatis. Ubi hæc duo defuerint, res eſt in periculo, nec aliud eſt vita talium, quàm abyſſus: abyſſus, inquam, terra eſt, cujus facies tenebris tota obvolvitur, ubi minimè virtutis ſtudio veritatis cognitio ſuffragatur. Quàm felix anima, quæ theſauros hujuſmodi habere non negligit, quam rerum ta-E lium ſurſùm trahit ambitio, nec inferiorum & vitiorum fœditatibus patitur implicari! Ejus quippe dignitatis eſt animus, ut ſit ei proprium ſublimiora appetere, ſi tamen ſuo judicio non fallatur. Ad hoc veritatis ſplendor eſt utilis, qui cùm de rationis aëre totius nebulas erroris abduxerit, etiam in fulgentem ſibi ſine fraude penſet & æſtimet veritatem. Nullâ deinceps ratione ſplendor ille tam feliciter infulgens animo ſeipſum æſtimanti viluerit; ſed agitur in eo quaſi poſt matutinum meridies, cùm de F ſplendoris aſpectu & uſu in amoris deſiderium inardeſcit. Ex hoc amor virtutis ſplendori veritatis adjungitur, & exultat in mente dies una quæ nota eſt Domino, dies lætitiæ, dies feſtivus. Hæc eſt dies quam fecit Dominus, dies exultationis, dies feſtus & dies lætitiæ, cujus non merentur felices experiri radios tenebrarum filii infelices. Tenebrarum filios dicimus,

Digitized by Google

i de ſubterraneo miſeræ carnis non exeunt,
i in carceribus corporum tenebroſis deſer-
ntes operibus, numquam alibi quàm in ſe-
cris concupiſcentiæ commorantur. O miſe-
ervitus, & omni fonte lacrymarum plan-
da ſubjectio, eſſe ſub ſentibus putare de-
is, proceſſum & impunitatem malitiæ cre-
e gloriam, licentiam criminum, virtutum
ponere libertati! Quàm longè ſunt iſta à
lucis, à cœli civibus, à contemtoribus ſæ-
, à juſtitiæ dilectoribus, à ſectatoribus Cru-
i. In Ægypto ſanè Iſraëlitici non perma-
, nec luti & lateris peccata affectant ſer-
, multò minùs apud Ægyptios apoſtatare
lantur. Non deterret eos maris rubri tran-
, nec ſolitudinis inexperta aſperitas, quo-
is ad promiſſæ delicias ſuavitatis aſpirent.
l de Moyſe duce Iſraëlis dixerimus, qui
modò Pharaonis abominatur obſequia,
m etiam populum officioſâ perſuaſione ſol-
t ad fluentem lacte & melle manantem
am anhelare? Non decet ducem populi,
ſiæ præſidem, terreni regis inſervire ſa-
o, potiùs eſt opus ejus de Ægypto progre-
& ingredi viam quam repatrians Iſraël
tur. Crucis CHRISTI bajulum tamquam
rem itineris convenit in capite proceſſio-
rocedere, & ad perferendas pro ſalutis
ione cruces quaſlibet exemplis præeunti-
imare ſequaces. O infelicia tempora no-
O dolendos hominum mores! O plan-
s illos, maximè quos habere debuimus
ores! Ductores populi terræ promiſſionis
ſunt, & voluptuoſæ ſervitutis illecti dul-
, ſe & ſuos Pharaonis dominio pene ine-
iter ſubdiderunt. Utinam aliquando hæc
Ægypti ſervitus præ deſiderio veræ liber-
iſpliceat, & quod vobis collata ſcientia
ſcire non patitur, forti animo diligatis.
quippe animo, & maſculinæ virtutis ſub-
in Ægypto non vivere feminam, ubi à
ne decretum eſt Hebræorum maſculos
ri. Feliciùs eſt in virtutibus vivere, quàm
ari in vitiorum mollitiem, cùm falſæ
inis metuenda extremitas, in æternæ
udinis abſynthium commutetur. Hoc
novit veſtra diſcretio, & ſi mundus vo-
erans vos de rebus hujuſmodi philoſo-
ermitteret, & pleniorem ſcientiam &
orem facundiam haberetis: faceretis &
uando quod faciendum eſſe cognoſcitis,
l in his qui faciunt approbare videmini
are. Si laudabiles ſunt apud vos quos
nerabilis forma reddit laudabiles, di-
ude eſt, ut eis quos laudabiles creditis,
laudabilis conſortio copuletis. Si mo-
egis curia curis plena vos impedit; ve-
is curam cogitate officii, in quo vobis
ere dum creditis curæ veſtræ ovibus
ndum. Ceterum, Pater, ſicut verè op-
obis quæ bona ſunt, ita ſumus pro vo-
tes aſſiduè. Utinam orationibus noſtris
viet, quo ſui efficacia vacuentur. La-
ræſentium quem ad præceptum ve-
onſenſimus tranſfretare in Angliam, li-
beralitati veſtræ commendamus attentiùs, ut de ipſo ſollicitudo veſtra provideat, ne (quod abſit) in diſpendium gloriæ veſtræ, & in noſtræ filialis amicitiæ læſionem, tanti itineris labor, præſertim cum diſpoſitione veſtra arreptus ſit, ſine fructu remaneat expectato. Vale.

EPISTOLA VIII.
ad amicum.

Excuſat ſe quod ejus petitioni non poſſit facere ſatis.

Ex cartulario Clarevallen.

PAtri & amico cariſſimo in Chriſto frater A. humilis ejus filius, à deſideriis carnis Chriſti carcere coërceri.

Totum, Pater, humilitati veſtræ debeo; & utinam tanta eſſet voluntas obſequii, quanta mihi eſt voluntas obſequendi. Nunc autem impoſſibilitas quæ voluntati meæ facit verecundiam, facit etiam amicum in ſua pati petitione repulſam. Inconſueta nimirum præſentis temporis ſterilitas, & parvulos meos ablactare me compulit, & ad aliarum domorum ubera tranſmittere noviſſimè magno dolore cordis mei coëgit. Unde interim, abſente conventu, neminem licet recipere, præſertim cùm ſine fratrum noſtrorum conſilio minimè tale quid aliquando promittamus vel præſumamus. Facilè recipiet excuſationem diſcretio, & inter veros amicos defectum quem facit impoſſibilitas, vera dilectio non cauſatur. Ceterum de ſanctitatis veſtræ ſtatu, nos inquirere amor filialis ſollicitat, & utinam quæ circa vos aguntur poſſem ſæpius agnoviſſe, felicem planè nos dixerim, cui Chriſti ſolitudo tam dulcis eſt, ut quicquid in Ægypto eſt ſapidum, nobis faciat faſtidire. Beatus planè cui oblectatio ſæculi venit in tædium, qui lutum Pharaonis contemſit & lateres, & præ auro Jeruſalem ſterquilinium Babyloniæ conculcavit. Quàm felix eſt ejus expectatio, qui ad ſtudium virtutum ſe tranſtulit, cui ſolus eſt in deſiderio Chriſtus, cujus animæ ſplendor beatæ immortalitatis illuxit, non diffido de vobis, quin vel tenax Chriſti amor retineat, & quantaſlibet labentium ruinas cognoveritis, vos ſtabile mentis propoſitum in amore permanentium ſolidabit. Arcta quidem eſt via virtutis & ardua, ſed contemtoribus ſæculi levigat eam ſuavis unctio quæ de Spiritûs-ſancti dulcedine cordis influit manſuetis. Facite me, obſecro, experientiæ illius veſtræ participem, qui etſi petitioni veſtræ effectum præ difficultate non tribuo, amare tamen vinctum Chriſti ſinceriter non deſiſtam. Vale.

EPISTOLA IX.
ad Nicolaum.

Hortatur ut Chriſto mente ſemper adhæreat, ejuſque præſertim infantiam contempletur.

Ex mſ. Claravallenſi.

NICOLAO ſuo frater A. peccator in Spiritu-ſancto amare fideliter & amariter.

Inſtantiæ tuæ me debitorem conſtitui, cum petitioni tuæ me ſatisfacturum promiſi; verùm etſi petitioni tuæ aliquatenus ſatisfecerim, devotioni tamen non arbitror ſatisfactum; avida quippe eſt ſanctæ devotionis eſuries, & dum fame ſitique laborat, juſtitiæ minimè de inopia ſufficiens, percipiet alimentum. Erit tibi proinde reſpectus in JESUM, ex quo tibi plene ſatietas emanabit. Eſt quippe dives in omnes qui invocant illum, & qui unus cum illo efficitur ſpiritus, non deficiet omni bono. Eſt nimirum fons bonitatis miſericordiæ pelagus, ex quo profluunt & affluunt cariſmatum dona, flumina gratiarum. Inde piis cordibus influit magna multitudo dilectionis, quam abſcondit timentibus ſe ipſe qui ſolus timendus eſt & amandus. Timor ipſius initium ſapientiæ eſt; & amor, cum perfectus fuerit, ſapientiæ plenitudo. Felix anima quam timor initiat ad ſapientiam, amor in ſapientia perficit & ad ſplendorem provehit ſempiternum. Primus timor dum declinat à malo inſipientem tenebris ſe opponit. In ipſo ſanè tamquam in veri luminis aurora finem ſortitur nox criminum, & accipit initium lux ſalutis. In illo ſapientiæ matutino nocti malitiæ præſcribitur terminus, & ſapientia etiam de ſuis initiis vincit malitiam & expellit. O ſapientiæ diem! O ſplendorem gratiæ, quæ ignorantiæ vel malitiæ tenebras ſuo eliminat matutino! O lumen amabile & admirabile puris interim hauriendum oculis, donec pleni amoris lumen eluceſcat & incaleſcat! Certè cùm venerit amor, cum meridies efferbuerit, cùm aquiloni diſceſſum imperaverit, auſter nihil deinceps obſcurum aut frigidum in noſtræ rationis aëre remanebit. Nihil enim de ſpiritu intelligentiæ, quem per initium ſapientiæ matitunus ſplendor infundit, meridianus amoris fervor imminuet: quin potius quanto ardentius diligetur illa inviſibilis pulcritudo, tanto ſe conſpectiorem purgatio mentibus exhibebit. Sic jam celebrabitur ſecretæ illius contemplationis ſolemne ſabbatum, ad quod perducit & dirigit præcedentium obſervantia feriarum. Prima ſiquidem feria eſt ſpiritus timoris domini, qui mentem reſolutis vitiorum tenebris, quadam novæ lucis jucunditate perfundit. Secunda feria eſt ſpiritus pietatis, qui piæ fidei fundamentum collocat & componit, & ad divini cultus amorem mentem emollit. Tertia feria eſt ſpiritus ſcientiæ, quæ dum fluxos motus fluctivagoſque diſcurſus lubricæ ſenſualitatis ſub judicio rationis coarctat, rectèque intentionis firmitatem ab his lubricis motibus alienam ſeparatamque demonſtrat, quaſi aquas inferiores in unum locum congregat, & aridam rectæ intentionis apparere facit, quam pro ſuæ gravitatis pondere, aut præ ſpiritualium graminum fœcunditate terram vacat. De hac arida David loquitur, dicens: *Anima noſtra ſicut terra ſine aqua tibi.* Quarta feria Spiritus fortitudinis eſt, qui dum nos contra rebelles motus & adverſantes incurſus zelo diſcretionis accendit, & ad executionem bonorum operum fortes & longanimes reddit, firmamentum fidei noſtræ quaſi quibuſdam ſyderibus exornat & pingit. *Fides enim ſine operibus mortua eſt*; ſicut & firmamentum, niſi haberet & luminaria, eſſet obſcurum. Quinta feria eſt Spiritûs conſilii, qui dum aſtuta hoſtis maligni conſilia menti denudat & retegit, quaſi quaſdam beſtias & reptilia ſuper faciem terrenitatis noſtræ repentia ad cautelæ noſtræ circumſpectionem oſtendit. In hac etiam feria, id eſt ſpiritus conſilii degimus, quando de his in quibus à Deo nobis conſultum eſt, noſtris proximis conſulimus. Sexta feria eſt ſpiritus intelligentiæ, qui dum noſtræ regionis aciem inviſibilium cognitione certam & nobilem reddit, quaſi tunc primum & plenè formatum hominem in paradiſum voluptatis inducit. Septima hujus feria, id eſt ſabbatum, ſpiritus requietionis, ſpiritus ſapientiæ eſt, per quem mens tanto cœleſtium non modò ſplendore cognitionis, ſed ſapore dilectionis afficitur, ut quidquid cœleſte non ſit, & in tædium & amaritudine convertatur. Tunc animæ iſta experienti erit ex ſententia animi illud propheticum dicere: *Secretum meum mihi, ſecretum meum mihi.* Tunc ſponſa nihil aliud quærens, nec inferius reſilire appetens exclamat lætabunda & laudans dicit: *Dilectus meus mihi, & ego illi.* Quid putas tunc gaudii erit animæ, cùm de medio liliorum, in quibus paſcitur Agnus ille, auribus ejus inſonuerit cantilena omni ſuavitate jucundior, omni jucunditate dulcior: *Jam hyems abiit, imber tranſiit & receſſit, flores apparuerunt, florentes vineæ odorem dederunt.* Et reverâ jam non erit in mente hyems malitiæ, qui temperantiam vernantis amoris exaſperet. Non in carne erit locus miſeriæ, quam imber lacrymarum ex vi doloris inundans deploret. Nil aderit, aut inerit, quominus ſit, aut plena in mente illuminata de amore Conditoris claritas, aut in carne glorificata de corruptione voluptas. Tunc veraciter cor & caro exultabunt in Deum vivum, & novitate mirifica immarceſſibiliter reflorentes, illud Davidicum decantabunt: *Lætati ſumus pro diebus quibus nos humiliaſti, annis quibus vidimus mala.* Bonum quidem eſſet nos hîc eſſe, verùm præcedentes ferias, quas priùs nominavimus, agere anteà nos oportet, quàm mereamur quid ſit vel potiùs quid ſapiat hoc ſabbatum experiri. His ergo omiſſis quæ ſupra nos ſunt, ad quæ non experiendo tranſvolavimus ad timoris feriam, cujus interdum obſervantia pravitati noſtræ magis congruit redeamus. In hac timoris Domini feria, tamquam in initio ſapientiæ, tamquam in aurora diei gratiæ, tamquam in ingreſſu lucis æternæ, oportet ſatagere parvulos, ut prima cœleſtis prophetiæ diſcere ſtudeant elementa. Verbi proinde infantis magiſterio ſubdenda eſt noſtra infantia, ſi fortè Deus ex ore infantium & lactentium dignetur perficere laudem ſuam. Unctio quippe ipſius magiſtra eſt, quæ docet hominem ſcientiam, parvuloſque docet de omnibus, & ſic convaleſcere facit in viros. Un-

Jac. 2. 26.
Iſa. 24. 16.
Cant. 2. 16.
Cant. 2. 11.
Pſal. 89. 15.

Digitized by Google

derit unctio, cujus diſciplinæ magiſte-
ubjiciunt humiles, Spiritus ſancti diſci-
.. qui fictum effugit, & à cogitationibus
;at : quibus ipſa unctio non tribuit in-
m. Sanè timor, eò quòd mentem humi-
uminat, eoque humilibus dat gratiam
: intellectum dat parvulis unctione ma-
timor autem eâ ratione humiliat, quo
npungendo ut ſtimulus, aut conterendo
eus timorem animi detumeſcere facit.
eſcit autem animi timor, cum vanus &
is mundi amor intra cordis veſicam ma-
ctus ejicitur, & vice ejus locum occu-
or voluntariæ paupertatis. De cetero
ta humilitas affectum componit, affa-
rrigit, maturat geſtum, actum caſtigat.
ue ab affectu longè facit elationem, ab
jactantiam, geſtui arrogantiam, actui
tionem ſubducit. Dehinc illuſtrata hac
arius deprehendit cavendum eſſe diabo-
quòd hoſtis ſalutis ſit : contemnendum
um, quòd vanitas ſit: deſpiciendum cor-
quòd corruptio ſit : deplorandum ſpiri-
quòd peccato conſenſerit : ſoli Deo ſer-
im eſſe, cui ſervire regnare eſt, quem
ſcere veritas, diligere virtus, apprehen-
eſt ſummum bonum. Hujus prophetiæ
t, ut dictum eſt, elementa circa Verbi
ula diſcere convenit parvulos, qui Verbi
viati, id eſt incarnati myſterio innocen-
imi ſimplicitate congruunt infantiæ, cœ-
vagitibus piè ſe humilitatis ſtudio coap-
s. Tranſeamus igitur uſque Bethleem, &
uli actibus divertentes, ſubire nullatenus
le Chriſti diverſorium dedignemur. Ibi
natus eſt nobis, ibi filius datus eſt nobis;
s exinanitio noſtra fuit repletio, cujus eſt
eviatio eruditio parvulorum. O felix tu-
um! O regum palatiis diverſorium præ-
dum! quod cœleſtis magiſterii audito-
factum eſt, ubi Verbum parvulos tantò
ligibilius de præſepio erudit, quantò eis
ilentium ſuæ infantiæ nova miræ humili-
decreta proponit. Unde, fili, ſi verè pro-
ari appetis, à Chriſti diverſorio ne diſce-
Ibi Verbum infans vagit quidem in cunis,
præ Tullii facundia, immò præ eloquiis
elorum ille vagitus eſt eloquens, linguas
ntium fecit diſertas. Ibi angelorum ſatietas
lico lacte alitur, ſed cujus alimento humi-
n nutrita ſimplicitas in adultam provehatur
tem; ibi inacceſſibilis ſplendor obvolutus eſt
bus pannis; ſed quibus ſordes criminis de-
gantur. In præſepi illo angelorum frumen-
n in ordeum vertitur; ſed cujus pabulo ju-
nta in comportandis oneribus roborentur.
certè Chriſti diverſorium, clauſtrum dico
ra monaſterium, monaſterium dixerim ad
od divertens à malo, ut bonum facias, di-
rtiſti. Præſepium intra diverſorium, clau-
um dico intra monaſterium, cui te profeſ-
nis vinculo, & loro diſciplinæ, tamquam
anſuetum animal obligaſti. Quid autem or-
eum dixerim in præſepio, niſi ordinem qui
netur in clauſtro, vel intellectum ſacri elo-

A quii, qui difficulter elicitur de litteræ integu-
mento, vel certè ſacro-ſanctum Chriſti Corpus,
quod de altari ſumitur in ſacramento. Ariſtæ
quippe & paleæ ordei, aſperitates & difficul-
tates quas tolerari oportet inter obſervantias
ordinis inſtituti, deſignant nihilominus figu-
ras & integumenta ſacri eloquii, ſignant & ſa-
cramentales illas ſpecies ſub quibus vera ſumi-
tur Caro Chriſti. Quid, inquam, ſunt illæ
ſpecies, color & ſapor, forma & pondus, qui-
bus tantum myſterium obumbratur, niſi pan-
B ni illi quibus Verbum infans in anguſtia præ-
ſepis obvolvitur? Horum fide & dilectione,
frequentatione & imitatione, quaſi quodam
lacte tenera ſimplicitatis nutritur infantia,
quouſque adulta in dies alimenta poſſit cape-
re fortiora. Cibus ſanè fortior eſt inimicos di-
ligere, ſui contemtu gaudere, uſque ad crucis
ignominiam Chriſtum ſequi, cum illo cruci
affigi, pœnam ſine culpa patienter amplecti,
præ deſiderio & contemplatione quæcumque
terrena ſunt obliviſci. Cibus iſte grandium eſt,
& eorum qui pro conſuetudine, juxta Apoſto-
C lum, exercitatos habent ſenſus. Utinam tu ſis
unus ex eis, qui cibo uti tam ſolido habearis!
Mecum optimè agitur, ſi infans præſepis in-
cola, amator diverſorii, teneritudini meæ de
ſuis ſorbiciunculis aliquid largiatur. Utinam
detur mihi aſſiſtere Genitricis ejus uberibus,
parvuli intereſſe vagitibus, & ex his diſcere
quod tutum ſit ſapere, & retinere jucundum.
De cetero, frater cariſſime, quia epiſtola mo-
dum exceſſit, ego hîc finem loquendi faciam,
non amandi. Obſecro te ut orationi inſiſtas &
operi. Adoleſcentiæ tuæ tempora veritati ſub-
D jiciens & virtuti, venerabilem patrem tuum
ſalutabis ex nomine meo, ſed & priorem quo-
que & cellararium, quos ſinceriter diligo, ex
me fideliter ſalutabis omnes, cùm opportunè
occurrerint, quos mihi caritatis glutino nove-
ris adhæſiſſe, ſi cedulam iſtam penes te retinere
volueris omnino; tranſcribe epiſtolam, & fra-
tri Evrardo de Sarnaio, ipſius nomine in ſalu-
tatione poſito, ex parte mea tranſmittes, eâ-
dem quippe promiſſione petitioni ejus teneor,
E quâ inſtantiæ ſuæ fueram obligatus. Quòd ſi,
ut fieri ſolet, minus ſederint animo tuo, quæ
ſcripta ſunt, hanc ipſam cedulam, prius nomi-
nato ejus, ut dictum eſt, nomine poſito, cum
opportunum fuerit, ex parte mea dirigere non
moreris. *Explicit.*

EPISTOLA X.
ad abbatem de Turpiniaco.

F *Agit præſertim de amore, de pietate erga Dei Genitricem, & in ejus Filium.*

PAtri & amico in CHRISTO cariſſimo ve- *Ex mſ. Claravallenſi.*
nerabili abbati de (a) Torpiniaco, frater
A. peccator ſalutem in Spiritu-ſancto.
Sanctus amor, qui nos mutuo mentium nexu

(a) Turpiniacum, Ordinis ſancti Benedicti monaſterium in dioceſi Turonenſi; haud procul ab Inſula Barchardi & Chinone.

devinxit arctius, non differt ulterius reddere, quod promittere non neglexit. Bene recolis, amantiſſime, nec excidiſſe tibi exiſtimo, quid tibi fuerit, te inſtante, promiſſum. Tua certè dilectio, quæ tantopere gaviſa eſt de promiſſione, ſuſpendi expectationis ſuæ gaudium non paſſa eſt vel obliviſci. Sed quid à me expectas un gaudeas, niſi amari fideliter, & id experiri fideliter? Erit quidem modus ſanè experientiæ tenor dulcioris epiſtolæ, ſi tamen dulci prodierit de affectu. Affectûs mei dulcedinem meis experire in litteris, quamquam de affectu & teſtimonio operum affectus ſoleat certius æſtimari, verum in affectu vis amoris intenditur, nec alium amoris mei tu quæris affectum, quàm ſi in te totus tranſeam per affectum. Caſti nimirum amoris ſanctitas ad interiora cordis ſe colligit, dum ſuſpectum habet omne quod foris eſt, nihil ſecurius eſſe exiſtimat, quàm, teſte conſcientiâ, ſe celari. O felix amor! cui eſt inimica ſpes ſæculi, qui decurrentis mundi curis non curans, non ſumit de carnis voluptate fomentum. Incentivum habet aliunde de cœleſtium adeptione ſollicitus, de terrenorum contemtu non negligens, ad omne quod non decet impatiens, & de acceptis beneficiis non ingratus. Amor igitur ſanctus habet in animi virtute ſeminarium, cui fundamentum & tenor eſt in incorruptæ deſiderio veritatis. Tota mihi tecum eſt de amore materies, ſed de illo, cui virtus in cauſa eſt, in ſtudio veritas, puritas in deſiderio, in opere pietas, in vivendi forma inſtitutio diſciplinæ. Nihil eſt amore dulcius, & cum ipſe ſuiipſius ſit pretium, eſt etiam ipſe pretium ſibi. Contrariis certè rebus nomen amoris commune eſt, ſed ex his quæ dicta ſunt, ſuſpicio tollitur univerſa. Quòd ſi proprium velimus ei aſſignare vocabulum, dilectio in ſcripturis, ſive caritas appellatur; hoc intereſt quod nomen amoris naturalem magis ſonat potentiam, efficientia verò gratiæ exprimitur nomine caritatis. Inter potentias animæ nulla eſt quæ amore ſit dignior, dulcior nulla, nulla eſt æque fortis. Indignum planè ut quod noſtri eſt melius, ad rei vilioris deſiderium ſe inclinet, aut ſeipſo gaudeat amor, aut ſi ipſe ſibi non ſufficit felicius quærat gaudium in ſupernis; in ſupernis eſt gaudium quod de ſummi boni cultu & amore ſuſcipitur, cum pietate & ſtudio colitur ſingulari. Hoc bonum quod ſolum & ſummum eſt, ſicut ſolo amore quæritur, amore ſolo apprehenditur, ſicut apprehenſum ſolo amore tenetur. Amor quærit, amor invenit, amor tenet & retinet, nec dimittit: *Tenui*, inquit, *eum*, *nec dimittam*. Amor quippe piè quærit, feliciter invenit, beatè perfruitur & impletur. Non quærit ſine lumine, ſine ſuavitate non invenit, ſine ſatietate non fruitur, nec finitur. Hoc bonum quod ſummum creditur, ſicut nihil habet ultra ſe, ſic infra quod ſufficiat nihil habet. Summum quippe bonum Deus Trinitas eſt, ideo ſummum quia à ſe exiſtens, per ſe ſufficiens, plena potentia ingens, plenam ſapientiam habens, plena bonitate indeficiens, invictæ eſt potentiæ,

Cant. 3. 4.

A quæ exiſtentiam contulit univerſis. Indeceptæ eſt ſapientiæ, quæ dedit ordinem formamque creatis; incorruptæ bonitatis eſt, quæ utilitatis menſuram pro ſuæ voluntatis arbitrio ſingulis partita eſt creaturis. Hujus boni cognitio te bonum facit, felicem delectatio, ſive dilectio, cujus perſeverantia faciet de fruitione beatum. Verùm ad ſplendorem tantæ gratiæ, ad gloriæ tantæ delicias, gradibus quibuſdam animus proficiens evolat in ſublime, & primus quidem gradus eſt ab omnibus prorſus illicitis abſtinere. Secundus eſt, ſi ita contemnas B illicita, ut nec veniant in affectum. Tertius eſt, quæque etiam licita, quantùm neceſſitas patitur, faſtidire. Quartus eſt jugis & fervens obſervantia mandatorum. Quintus eſt diligens & aſſidua animi circumſpectio ad cuſtodiam puritatis. Sextus eſt virtutum ambitio, profectuſque eſuriens ſpiritalis. Septimus eſt inter ipſas virtutes æmulari cariſmata meliora. Octavus eſt in acceptis cariſmatibus humilis & devota gratiarum actio, & vox laudis. Nonus C eſt, ſi præ ſummi boni deſiderio, nihil de viſibilibus tranſeat in affectum. Decimus eſt, caſtigare memoriam, & corporeas imaginationes abigere. Ne deſideratæ Rachelis dulcedinem Balæ importunitas mentiatur; ſolet enim ſæpius contemplanti accidere, ut cùm Rachelis pulchritudinem, id eſt, contemplationis puritatem deſideret; Bala ancilla Rachelis, id eſt corporalis imaginatio Jacob deſideriis ſe ingerat importunè. De cetero ultimo loco Jacob Rachelem complectitur, Heſterque conjungi-D tur ſpecioſæ præ amore deficiens Aſſuerus. Animus nimirum, aſcenſis his gradibus, dum ad defecatæ puritatis conſummationem, quantùm pura mortalitas pati poteſt, pervenerit, experientia ſuavitatis mirificæ liquefacit; liquefacturus clamat, & dicit: *Defecit in ſalutare tuum anima mea, & in verbum tuum ſuperſperavi.* Memoriam abundantiæ ſuavitatis expertè eructat & laudat, miratur & clamat, dicens: *Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quam abſcondiſti timentibus te.* Obſe-E cro, cariſſime, ſi, te promovente Spiritu-ſancto, ad id loci quandoque perveneris, amici tui memoriam in tantis deliciis non poſtponas: memento, inquam, mei, cùm bene tibi fuerit, & licet introducere nuptiali veſte carentem non audeas, ne confundaris amicum quærere, vel indulgentiam delictorum. Ego enim infeliciſſimus hominum, qui cum temerè audeam de talibus commentari, nec primum adhuc gradum mereor attigiſſe; totus quippe in illicitis diverſor, qui cum illicita tam ſæpè com-F miſerim, merui etiam licita mihi non licere. Quomodo audeo in cœlum os ponere, & de ſummi boni diſputare natura vel gloria, cum malorum meorum me opprimens cumulus, me pene reddat bonitatis expertem? Quid ad miſerum de rebus beatis agere? Quid ad vitioſum, diſſerere de virtutibus? Quid ad corruentem deorſum pertinet quæ ſurſum ſunt demonſtrare? Heu miſer & moriens, pauper & ignobilis, jacens in ſterquilinio criminum,

Pſal. 118. 81.

Pſ. 30. 20.

Nota Animi humilitatem.

quâ

onte proloquitur & perorat ? Novo A
endi genere de ſtudiis philoſophiæ phi-
tur inſipiens, & inexpertus non con-
r quod non didicit edocere. Factus
iidem inſipiens, ſed amor tuus me
t, & mea ſponſio cui tenebar: ſi ex-
veniam, quia in mirabilibus & in
ſuper ſe meæ parvitatis tenuitas am-
Amodo utendum eſt mihi voce me-
& de his potius quæ ad curam vul-
pertinent, ſermo fiat. Igitur cum in-
culis ſplendor cœleſtium ſit difficilis, B
imnam nubis & caliginis lippientes
reflectamus. Columna ſane nubis &
eſt firma ſublimitas noſtræ Virginis,
quidem ſibi caliginem claritas deïta-
xit. Dum enim Verbi omnipotentis
per conceptum Virginis obvolvitur
arnis, quid aliud fuit in illa carne
ſimilitudo niſi in nube caligo ? *Nubes,
& caligo in circuitu ejus*: quia Ver-
idor & puriſſimæ carnis nube obvo- C
t, & in eadem carne eſt infirmitate
latus. Sed in columnam quam præ-
intendamus. Attendamus quam fir-
iam fortis, quam recta, quam levis,
orrecta eſt, quam ſublimis. Quam fir-
, cui cœlum & terra innititur; quam
quæ peccati maculam neſcit; quam
t, quæ nullam duplicitatis fugam ad-
quam erecta eſt, quæ meritorum al-
omnem creaturam tranſcendit; quam
eſt, quam Altiſſimi filius digniſſimam D
rem ab æterno prævidit; quam felix
iæ Dei eſt & mater, & ſponſa, por-
, amœnitas paradiſi, angelorum do-
egina mundi, ſanctorum lætitia, advo-
dentium, fortitudo pugnantium, er-
revocatio, pœnitentium medicina.
ı ſalus! ô compendium vitæ? ô ſpes ve-
ca! ô ſuavitas ſingularis! Meritò tu
ina. Penes te bonorum omnium eſt re-
plenitudo. Reconditi ſunt apud te the-
eritatis indeficientes & gratiæ, pacis
ricordiæ, ſalutis & ſapientiæ, gloriæ & E
. Tu mihi es in fluctuatione anchora,
ragio portus, in tribulatione ſubſidium,
re conſolatio. Tu es in oppreſſione ſub-
, in opportunitate auxilium, in proſ-
moderantia, in expectatione lætitia,
re recreatio. Quidquid de laudibus tuis
poſſum, tua eſt laude minus, omni
digniſſima. Si linguis hominum & an-
n eloquar, cum me totum effudero,
erit. Ad illam potius tui laudem me
ro, quæ in amoris carmine ſic canta- F
*ua eſt iſta quæ progreditur quaſi aurora
ns, pulcra ut luna, electa ut ſol, terri-
caſtrorum acies ordinata*? His verbis
r & ſubtiliter, veraciter & ſublimiter,
primitur ſuæ gloriæ quadriformis. Cum
aſceris quaſi rutilans aurora conſurgis,
imirum tuus vicem auroræ tenuit, in
es gratiæ cœpit; nox verò infidelita-
gnorantiæ finem fecit. Cum Solem ju-
ſtitiæ concipis, more lunæ etiam fulgentis ſo-
lis beneficio illuſtraris. Luna enim à ſole lu-
men mutuat: quia ei natura ſpiſſioris corpo-
ris negat, unde quidquid habet pulcritudi-
nis, habet ex beneficio mutuantis ſplendoris.
Cum Solem juſtitiæ paris, ſoli congrua ſimi-
litudine compararis. Sicut enim dum prolato
radio non corrumpitur aut minuitur ſolis
corpus, ſic te parientem non violat prolatio
ſacri partus. Et quid ô electa ut ſol, quid
eſt partus tuus, niſi Solis cujuſdam ſplendor
æternus? Splendor hic ubique lucens etiam
in tenebris, etſi tenebræ eum comprehendere
non merentur. Denique ſplendor hic illumi-
nat omnem hominem venientem in hunc
mundum; ſed homines dilexere magis tene-
bras quam lucem. Tibi autem mater miſeri-
cordiæ, competit electio ſolis, quæ ſplendo-
ris æterni radios exhibes univerſis. Ceterum
cum de ſæculo nequam aſſumta es ad cœle-
ſtia, facta es omni nequitiæ ſpiritali terribilis
quaſi caſtrorum acies ordinata. Fuiſti itaque
aurora conſurgens in ortu, lunæ pulcritudi-
nem plane habuiſti dum gratia plena facta
es. Tu Verbi incarnati conceptrix ſoli meritò
comparata es manens illibata in partu, ter-
ribilis ut caſtrorum acies ordinata in tranſitu,
quo cœlis lætantibus, angelis obſequentibus,
ſanctis exultantibus, vexillis virtutum coruſ-
cantibus, terribilis dæmonibus apparuiſti. Igi-
tur, cariſſime, tota eſt nobis fiducia in par-
tu noſtræ Virginis, & licet indignus exiſtam,
ejus laudibus inſiſtere non deſiſtam: Si indi-
ges miſericordia apud viſcera Virginis co-
pioſior invenitur: ſi veritatis cultor es, age
gratias Virgini, quia virgineæ carnis Veritas
de terra orta eſt, quam tu colis, ſi pacis ſe-
ctator es: nihilominus age gratias, quia ex
ea tibi naſcitur pax quæ exſuperat omnem ſen-
ſum; ſi es executor juſtitiæ, vide ne ingratus
ſis Virgini, quam ipſius utero mediante juſti-
tia de cœlo proſpexit; ſi fides tua aliquo par-
tis contrariæ pulſu quatitur, reſpice Virginem,
& quod erat titubans, ſtabile ſolidè ſtabili-
tur: ſi concupiſcentia carnis te delectat, reſ-
pice Virginem & periculum caſtitatis aufer-
tur: ſi mentem pulſet elatio, in Virginem
verte intuitum, & de merito humilitatis vir-
gineæ tumor animi detumeſcit: ſi iracundiæ
accenſus es facibus, oculos leva ad Virginem,
& de ejus tranquillitate miteſces: ſi de via vi-
tæ te ignorantia aut error abduxerit, ad ſtel-
lam maris MARIAM reſpice; & in luce
ejus ad veritatis ſemitam reduceris: ſi vi-
tium avaritiæ idololatriam imperaverit, re-
cole munificentiam Virginis, & cum pauper-
tatis amore tibi veniet pietas largitatis. Ad
omne periculum pietas Virginis ſubvenit, &
potens eſt ſubvenire. Age gratias ejus partui,
de cujus plenitudine cariſmatum univerſitas
emanavit. Nobis peperit virgo, noſter eſt par-
tus, nobis natus eſt puer, & filius datus eſt
nobis. Quàm jucundum eſt & innocens col-
ludere Parvulo, coaptari cunabulis, vagiti-
bus commutire. O quam felix infantia, quæ

Digitized by Google

tali combalbutit Infantulo, & ejus panniculis ſe involvit. Pannis quidem, quibus Verbum infans involvitur, ſordes criminum deterguntur; vagitibus parvuli ploratus compenſantur æterni, quos irriſores innocentiæ merebantur. Faſcia qua ſtringitur in cunabulis, ſanctæ eſt religionis diſtrictio, cujus inſtitutione religamur in clauſtris. Fœnum in quo jacuit, quod ſubtus ſe habuit, indicat carnem quæ ſpiritui ſubjicitur. Quid Deus quia repoſitus eſt in præſepio, niſi quia animarum poſitus eſt cibus in altari? Præſepium quippe illud altare exprimit, quia in ſacroſancto Chriſti corpore animalia pia paſcit. Hæc ſunt quibus erga nos Dei amor oſtenditur. Hæc ſunt quibus amor noſter accenditur & nutritur. Horum conſideratio timorem incutit, ad pietatem movet, erudit ad ſcientiam, ad fortitudinem roborat, acuit ad conſilium, illuſtrat ad intellectum, inflammat ad ſapientiam, præparat ad coronam. Ideo nimirum Verbum omnipotens ſe abbreviavit in parvulum, ut infantibus infans congrueret, & ſe humilis humilibus coaptaret.

TOTA interim ſit noſtra philoſophia de Verbi incarnati infantia, & quæ ex ea metuntur aliquatenus erga nos amorem Dei ſtudeamus pro viribus & fideliter remetiri. Eamdem dicere menſuram non audeo, quia ſicut bonitatis ejus & ſapientiæ non eſt numerus, ſic amor ejus immenſus eſt & æternus. Se ex toto amat, qui totus eſſentialiter eſt amor, cui non eſt aliud amare quam eſſe; Quam differenter amant, amor & amans, affectus & afficiens, qui amor eſt & qui particeps eſt amoris. Tota ſe deitas effudit in hominem, totam ſe anima exhibuit ad obedientiam, totum ſe depoſuit corpus ad mortem, mortem autem crucis, ſic toto ſe nos amavit omnipotens, & parum eſt ſi totum quod ſumus, ſi totum noſtrum modicum impendamus; nos pro illo mori volumus, & ipſe maluit mori quam noſtro deeſſet amori. Sed præmaturum eſt jam de morte parvuli agere, cujus paulo ante adjocabam cunabulis, felici ejus infantiæ colludentes. Obſecro te adhuc revertamus ad cunas, adhuc infantizemus, cum parvulo noſtræ nutrimentum infantiæ de ejus ſorbitiunculis inſumentes. Adjungamus nos ſugenti ubera, ſi forte de prædulciſſimo illo lacte nobis aliquid inſtilletur, mihi de collectaneis ſuis cum pectus matris non innudet, dat eis locum ut & ipſi inter ubera commorentur. Ubera illa de cœlo plena ſunt & indeficienti ſuavitate reficiunt, nec lactentium multitudine vacuantur, ſed nec mater illa ſe miſericors negare ſolet lactentibus, licet totam illi unico ſe conſervet. O ubertas indeficiens! O magna multitudo dulcedinis, quam de viſceroſæ virginis uberibus ſugit eſuries parvulorum! Si vis, bonum eſt nos hic eſſe, bonum eſt nos hic immorari diutius, nuſquam alibi melius interim poſſumus quam hic eſſe. Mira hic novitas ſolis nota parvulis, ut angelorum nutrix Sapientia lacte Virginis indigeat enutriri: quid mirum ſi noſtræ paupertatis infantia edulium lactis hujus deſideret, cum illo lacte ſe refici Dei Virtus & Sapientia glorietur? Iſto quidem lacte matris eſuries noſtra paſcitur, ſi ex pueri vagientis lacrymulis flammæ inferi reſtinguuntur. In magnis proinde cordium agentes ſolemniis, auſcultemus ipſos paſtores, quid referant de novis ſplendoribus orientis. Orienti noſtro nec paſtorum teſtimonia nec deſunt præconia angelorum; *Teſtimonia tua, Domine, credibilia facta ſunt nimis. Mirabilia teſtimonia tua, Domine, ideo ſcrutata eſt ea anima mea.* (Pſal. 92. 5) Quid enim ſanctius? Quid ſentiri ſuavius? Quid ſalubrius credi poteſt? Quid audiri utilius? Quid cogitari ſublimius? quid verius prædicari? Et bene quidem in tanta cordis ſolemnitate jucundas agimus ferias: ſed tamen diei inſtans auſteritas eſt horrori; nec immeritò ſplendorem tantæ ſublimitatis obnubilat quod incontaminatæ carnis teneritudinem circumciſionis duritia martyriſet. Quis ſine compaſſione vel audiat carnem teneram incidi durius, quæ cum culpam omnino neſcierit, finem criminibus dare venit? Jure in legem invehimur, quæ ſuis putat egere remediis Agnum innocentiæ ſingularis. Dura nimis circumciſio, quæ littera celebrabatur in ſpiritu, quæ carnem incidit non vitium. Ad illam potius quæ cordis eſt tranſeamus. Sine tamen obſecro, ſine puerum circumcidi, ſine legiſlatorem legi diſpenſatoriæ ſubjici, & quod dedit ipſe ſuſcipiat, & ibi lex unde cœperat finiatur. Lex Chriſti amoris eſt veritas, quæ omne vitium circumcidit. Lex eſt amor, qui ligat & obligat, & cum excidat omne quod malum eſt, vix numquam excidere ipſe poteſt. Caritas quippe numquam excidit, hic amor nos unit, hic amor ſolemniſat in cordibus quæ Chriſti cunabula non dimittunt. Hic amor in Magis viſitat puerum triumque munerum myſteriis veneratur. Ecce interim feſtivitas noſtra reſplenduit, & mundi oriente ſplendidior ad verum orientem nos fidei ſtella perduxit: non bene dixi perduxit, niſi forte aliquid abduxerit nos ab illo. Penes illum immorari eſt melius, nuſquam ſalus eſt alibi, nuſquam ſecuritas ſine illo, ſemper teneamus quod noſtrum eſt, noſtra protendatur ſolemnitas uſque ad gaudium Simeonis. Sine nobis ſua eum mater non offerat in templo. Inveniat ſolemnis ejus præſentatio nos præſentes. Utinam caſti amoris puritas unum par turturum in illa oblatione nos faciat? Utinam quaſi duos pullos columbarum nos ſanctæ exhibeat ſimplicitas caritatis! His enim virtutibus, his avibus figuratis noſtrum nobis poterimus redimere Redemtorem. Nondum ſane ad mortem eſt hæc ipſius oblatio, necdum congruit paſſio tempori vel ætati; caſtitatis amore, ſimplicitatis deſiderio. Si neutri defuerit geminæ caritatis binarius, JESUM nobis poſſumus retinere. Nutriatur in nobis JESUS, proficiat apud nos ætate & ſapientiâ, ut opportuno in tempore ſuæ ſit idoneus paſſioni. Interim par-

Digitized by Google

ulus eſt, non cogitat de paſſione, potiùs apud
ım de uberibus eſt agendum. Quòd ſi He-
odis gladios devitans, aufugerit; Ægyptus
ım non ſuſcipiat ſine nobis. Beatiùs eſt cum
lo fovere latebram, quàm in oculis hominum
ræſumendo de viribus, grandia devitare. Quòd
ipſe voluerit, aut mater ejus conſuluerit, nos
emanere ad gladios, pium eſt pro innocentia
rucidari. Cùm de Ægypto redierit, cum eo
ıabitemus in Nazareth, ut vernantis vitæ flo-
ibus valeamus ſuaviter redolere. Nazareth
quippe flos dicitur, & eum convenit florere
virtutibus, qui Filio Virginis ſolet familiare
contubernium exhibere. Quòd ſi duodennis
jam factus, inconſultis parentibus, in Jeruſa-
lem remanere voluerit, felices nos ſi eſſe volue-
rit conſocios facti hujus. O felix triduum! O
totius feſtum lætitiæ! toto illo triduo vacare,
illi intendere, verbis gratiæ refici, quæ de ejus
ore procedunt: alibi eum quæri non convenit,
in his quæ Patris ſui ſunt ſemper vult eſſe, nec
nos ab eo utinam dividamur. Si ad fluenta Jor-
danis acceſſerit, Johannis intingendus baptiſ-
mate, oportet nos fontem illuc proſequi, qui in
tot & tantis ab ipſo ablui indigemus. Abluti ab
ipſo, in ipſo proficiemus multipliciter, ut aper-
tione cœlorum paternæ vocis teſtimonio deſ-
cenſus Sancti Spiritûs in columba, ipſius Johan-
nis præconio ipſum perfectius agnitum plus
amemus. Huc uſque JESUM proſecuti ſumus;
quomodo deinceps, aut in deſertum à ſpiritu
ductum, aut tentatum à diabolo deſeremus?
alioquin quâ fronte audebimus nuptiis intereſſe,
aut inſipidam aquam in vina tranſire pro deliciis
probabimus, aut quomodo poterimus commu-
7. nicare gaudiis, ſi nolumus communicare preſ-
ſuris? *Vos*, inquit Dominus, *eſtis qui perman-
ſiſtis mecum in tentationibus meis, & ego diſpono
vobis, ſicut diſpoſuit Pater meus regnum.* Quàm
felix eſt voluntaria tentationum perpeſſio, cui
regni cœleſtis diſpoſitio præparatur! Ceterum
ad fidei robur, ad augmentum ſpei, ad incen-
tivum amoris, qui de Infantis innocentia con-
valuimus, neceſſe eſt jam in virum perfectum
de virtute juvenis aliquid dicere. Jam puer ex-
crevit in juvenem, dicentem mira, mirabilia
facientem. Jam curat paralyticos, leproſos
mundat, cæcos illuminat; ſurdis auditum,
claudis greſſum, mutis officium linguæ refor-
mat. Suſcitat mortuos, ſiccis pedibus mare
calcat, dæmonem fugat, ventis & pelago im-
perat, omnem infirmitatem ſolo imperio cu-
rat, peccatores ex miſericordia ſuſcipit, men-
tium cogitationes intelligit, de quinque pani-
bus quinque millia hominum reficit, ſuper-
biam Phariſæorum, & Scribarum ſcientiam ad
omne verbum mirâ reſponſione confundit. His
omnibus mirabilius eſt, quod omnimodam ſa-
tagit patientiam ad omnem exhibere injuriam;
& cùm in ſumma innocentia ſit, ei ſumma po-
tentia nihilominus ſervat obedientiam ſum-
mam: & in his omnibus noſter eſt, & quos
proculdubio ad ubera matris collactaneos ha-
bere voluit, à ſuæ obedientiæ fructibus non ex-
cludit. Obſecro te, cùm pavere & tædere, &
mœſtus eſſe, inſtante morte, cœperit, mani-
buſque tundi nocentium innocens ipſe volue-
rit, ne relicto eo fugerimus; ſed venditum, tra-
ditum, tractum ad contumelias corde conjun-
ctiſſimo comitemur. Etenim ſuâ redemtione
nos redimit, ſuâ traditione cuſtodit, ſuâ nudi-
tate nos operit; & quia indebitè cædi & conſ-
pui & deludi non reſpuit, debitam nobis igno-
miniam ſempiternam excludit: quia facies ejus
velatur & cæditur, quia genu flexo irriſoriè
ſalutatur, quia ſpinea ei corona plectitur, æter-
num à nobis opprobrium amputatur; quia ſua
crux ei ad bajulandum imponitur, quia extra
civitatem ejicitur, quia toto corpore in ligno
crucis extenditur, quia totum corpus lanceâ
claviſque configitur, æternæ per hoc maledic-
tionis ſententia revocatur. Jam attende de cor-
pore Agni quinque perneceſſarios fontes per-
duci. Habemus geminos in totidem pedibus,
totidem in geminis manibus, & dum apertione
lateris profluit quintus, veni, dulciſſime, hau-
riamus aquas in gaudio de fontibus Salvatoris.
Sed fortè dicis: De vulneribus Domini mei
video ſanguinem manare & aquam. Ad quod
ego: De latere Chriſti creduntur fluxiſſe ſan-
guis & aqua. Quamquam Chriſti ſanguis, qui
ſui pretio ſanat, redimit, & coronat, in eo
aqua eſt, quod lavat, reficit, & refrigerat. La-
vat à peccato, reficit ſpe, refrigerat ab æſtu
carnalis concupiſcentiæ. Verùm aquæ de Sal-
vatoris fontibus hauriuntur, cùm fluenta gra-
tiæ fidei labiis de Chriſti vulneribus extrahun-
tur. Itaque vulnera pedum fontes ſunt, ſed
fontes olei, vulnera manuum fontes balſami,
vulnus lateris fons eſt vini. Quomodo, inquis,
cùm de locis hujuſmodi non videatur fluere niſi
ſanguis? Audi quomodo: Oleum ſanat, balſa-
mum flagrat, vinum inebriat. Oleum eſt miſe-
ricordia, quam ad pedes JESU reus accipit, cùm
humiliter veniam petit. Ecce vides oleum ma-
nare de pedibus. Balſamum, eò quòd de fon-
tibus manuum profluit, profuit. Eſt pretioſa
virtutum opinio, quam juſtus de Chriſti mu-
nificentia ſumit. Reo ſatis eſt ſi veniam conſe-
quatur: juſto non ſufficit, niſi virtutum glo-
riam mereatur. Illam præſtat miſericordia hu-
militer pedibus provoluto, hanc largitur ma-
gnificentia ad manuum munificentiam animi
virtute erecto. Ceterùm de cella vinaria con-
foſſi lateris exuberat vinum mirificæ vel vivi-
ficæ caritatis. Et certè ſi Chriſtus eſt vitis vera,
ſi caro eſt vitis uva, quomodo vinum non erit
ſanguis qui de carne decurrit? aut quomodo
ſponſa Eccleſia in ſuis nuptiis ſponſo complace-
ret, ſi hoc ab ipſo vinum in ſacro-ſanctis my-
ſteriis non haberet? hoc eſt vinum quod læti-
ficat cor hominis, dum ſanguis Chriſti in ani-
ma generat ſobrietatem amoris. Sed ecce quid,
dilectiſſime, facimus? Cur non fuimus ad am-
plexum pendentis, cùm nos ad hoc ipſe bra-
chiis invitet extenſis? Cur non ad deoſculan-
dum accedimus, qui placidiſſimam illam fa-
ciem nobis exponi & coaptari videmus? Cur
non jugiter ubera vulnerum ſugimus, pedum
maximè ad quos proſtrati jacemus? Ecce con-

ſolator noſter ad Patrem rediit, & tamquam verus obediens, capite inclinato, licentiam redeundi accepit: quaſi enim licentiam redeundi accipit, dum inclinato capite ſpiritum tradit. Recedit Paſtor bonus, Magiſter ſapiens, ſuavis Dominus, Amicus dulcis, Pater pius; & nos orphani, quid agemus? Vides quia abceſſum ejus à corpore corporea natura non patitur; ſed tota vertitur in lamentum? Sol obſcuratus eſt, quia occaſui veri luminis morem exhibuit lamentantis, quia terræ motus agitur, quia petræ ſcinduntur, quia templi velum diſrumpitur, quando cœlorum de morte actoris impatientia demonſtratur. Heu! quàm inconſolabilis eſſet noſtra deſolatio, niſi de reſurrectionis inſtantia fideremus. Citò reſurget à mortuis. Bonum ſepulcrum non oportet deſerere, ſed cum beatis mulieribus emamus aromata, ut Corpus mortui perungamus. Utinam revertens ab inferis, nos JESUS aromatiſantes inveniat, ut Corpus ejus, id eſt, membra Eccleſiæ, maximè electos & pauperes pietatis & miſericordiæ aromatibus condiamus. O ſi quando illi ſe dilectrici Magdalenæ ſuæ redivivus amor reddiderit, nos illius lætitiæ participes fieri non refutet! O felices nos, ſi cordibus noſtris ille ſplendor reſurrectionis infulgeat, ſi fermento malitiæ & nequitiæ expurgato, ſinceritatis azyma carnem Chriſti piâ aviditate voremus! Cavendum eſt tamen ne huic noſtro convivio lactuca deſit agreſtis: quia illi lætitiæ... minimè, aut amaritudo mortis, aut metus peccati ſollicitat. Eſt de periculo inſolentiæ formidandum. Si igitur in hac noſtra feſtivitate exultaverimus cum tremore, & ſi de fermento ſuperbiæ moribus noſtris miſcuerit etiam poſt peractam aſcenſionis lætitiam, adventum quoque Sancti Spiritûs dabitur experiri. Ecce Spiritus-ſanctus amor eſt, & dignum eſt, amantiſſime, ut ibi oratio mea deſinat unde cœpit. Ab amore quidem cœpi, ex amore magno ſcribere volui, & dixi quod potui de amore; dulcis eſt amoris materies, dulcis & prædulcis affectio, & cujus eſt tam dulce officium, præmium quoque dulce erit; nec aliud ſanctus amor expectat in præmio, nec ad aliam aſpirat gloriam, quam ut valeat ſui plenitudinem promereri. Implebitur autem, quando fons amoris JESUS de paradiſo voluptatis prorupit, ut in ſuis aromatibus quoddam gloriæ diluvium operetur. Amemus illum, & in illo nos amemus invicem, quia nihil eſt in vita felicius, quàm amare fideliter & amari. Huic amori nullatenus amor mundi nos ſubtrahat, quia non eſt amor, ſed amicitia amor mundi. Amor mundi ſenſum turbat, aut præripit, ſuavitatem cordis evacuat, & dum ſapientiæ Chriſti renititur, nihil agit aliud, quàm inſanit. Caput noſtrum Chriſtus eſt. Cujus capitis ſenſus eſt amor cœleſtium, & aliena velle, vel agere, eſt amentiæ, non amoris. Deſinam te igitur in amore cœleſtium, nec alibi meliùs te poſſum dimittere, licèt hoc amore non deſinam te amare. Amabo, inquam, quantùm amor mundi me patitur, quia, fateor illud, ſæpedictæ amicitiæ non ſum expers. Infelix ego ſæculi curis ſub prætectu religionis inhæreo, & qui mundi contemtum juraveram relabor ſæpius in Ægyptum, corpore manens in Eccleſia, mente mundana circumeo: & cum debeo quia video cogitare de cœleſtibus, in ambitum temporalium totus feror. Subveni, quæſo, amico; ſubveni, & cum tuæ orationis inſtantia fac jungi ſuffragia filiorum. Ea eſt veri amoris probatio, ſi pro eis quos in CHRISTO diligimus, noſtras Chriſto animas offeramus. Verùm ibi ſpecialiùs habeto mei, & fac haberi memoriam, ubi Agnus ſine macula immolatur, quia omni eſt acceptius holocauſto. Ceterùm venerabilem priorem meo ſaluta nomine, quem & mei dilectio tetigit, & Chriſti caritas vulneravit. Saluta fratrem tuum mihi dilectiſſimum, tibi autem fide & dilectione germanior quàm carne. Saluta monachum illum, cujus nomen mihi excidit, non excidit autem, volente Domino, mihi anima, quam in ſinu meo viſus eſt poſuiſſe. Saluta juvenem illum qui in tantum fugit mel de petra, quantùm eſt Chriſtus, ut à petra traheret nomen, & animi firmitatem. Saluta illum in quo eſt gratia, qui gratiæ Dei & nominis appellatione, & animi devotione conſentit. Saluta G. portarium, qui ſtans in portis juſtitiæ, mihi aliquid de cœleſtibus reportabit. Saluta fratrem hoſpitalem, qui non ſolùm terrenis devotè miniſtrat hoſpitibus, ſed & Chriſto hoſpitium in ſe fecit. Saluta totum ſanctæ univerſitatis collegium, quia ſibi ſanctâ caritate me colligans, etiam in mea viſcera ſe collegit. Super omnia & ante omnia, ſaluta mihi animam illam quam noſti mihi conjunctiſſimo corde unitam & agnitam, agnominatam quidem de nomine Agni, & ignitam ardoribus Spiritûs-ſancti. Ad illam totum me deferes, totum me ingeres, illi & licèt me in ſancto amore poſſideat totum, per recentem tamen memoriam innovabis affectum. De perfecto amore Dei & contemtu mundi commone eam, de fugiendis hominum laudibus, de vitanda familiaritate ſæcularium, ut tacito convinctiori corde ſponſo inhæreat, quanto nil ſibi de ipſo mundus uſurpat. Stet & inſtet apud Deum pro exceſſibus meis, quia totum me cœpit in Domino ejus amabilitas caritatis. Salutet & ipſa ex nomine meo omnes animas illas quas noſce poterit nos amare, qui bonorum omnium indigemus amore. Non poterit autem de me illa dulciſſima anima fructuoſiùs commoveri, quàm ſi hæc ei permittatis epiſtola oſtendatur. Valeat & duret, & perficiatur in Domino ſanctitas ejus, & vos omnes in Domino valeatis.

EPISTOLA XI.
ad B. canonicum Turonenſem.

Exponit quomodo MARIA *Dominum magnificaverit.*

DOmino & amico ſuo magiſtro B. canonico Turonenſi, frater Adam peccator caritatem de corde puro. *Ex mſ. Claravallenſ.*

Dilectionis veſtræ parabam quidem parcere A
perio, ſed dum me penitus imparem impera-
experior, hoc onus pene rejicio quod ſuſ-
pi; non enim reſpondet ingenii tenuitas ſu-
mitati materiæ, quam injungitis, nec con-
entia culpæ cauterio vulnerata, de magnifi-
s magnificæ Matris Dei laudibus loqui ſecurè
æſumit. Animum quippe meum terrenæ in-
ntionis pondere vergentem in infima terret
ajeſtativa quædam magnificentia, quam li-
ēt lippientibus oculis, tamen utcumque in ex-
llentiſſima Dei Matre conſidero, quæ jam B
angelo ſalutata, jam de Spiritu-ſancto im-
ægnata, jam in montana virtutum quarum-
bet elevata, Johannis nondum nati motibus
onorata, propheticis Elizabeth vocibus com-
endata, præ nimia cordis exultatione clamat,
dicit: *Magnificat anima mea Dominum.*
Unum vehementer timeo, ne omni laude di-
gniſſima Dei Mater diminutione ſuæ laudis re-
putet quicquid incircumciſis labiis garrire po-
tero: præſertim cùm non ſit ſpecioſa laus in ore
peccatoris. Verùm quia ſponſioni meæ teneor,
& veſtræ caritatis innitor ſuffragiis, ad cellam C
aromatum, ad apothecam Sapientiæ, ad Ma-
trem miſericordiæ MARIAM me confero, ut
cujus magnificat anima Dominum, magnifi-
cari, hoc eſt, laudari non refugiat per os meum.
Magnificat, inquit MARIA, anima mea Do-
minum; attende primitus ubi magnificat Do-
minum. Certè in montanis, in civitate Juda,
in domo Zachariæ. In montanis magnificatur
Dominus, qui in campeſtribus blaſphematur:
in campeſtribus orant, qui ſecundum Prophe-
tam blaſphemaverunt ſanctum Iſraël, & aba- D
lienati ſunt retrorſum. In campeſtribus, in-
quam, maledictionis & confuſionis Adam &
Eva, qui perditâ carnis integritate, abaliena-
ti à veritatis altitudine, fecerunt ſibi campe-
ſtria, quippe qui veritatis montana perdide-
rant & virtutis. De valle itaque mundanæ va-
nitatis, de profunditate humanæ corruptionis,
de campeſtribus communis iniquitatis, exur-
gens MARIA, abiit in montana cum feſtina-
tione. Montana ſunt perfectionis faſtigia: faſti- E
gia ipſa ſunt veritas illuminatiſſimæ mentis,
virginitas integerrimæ carnis, virtus Altiſſimi
obumbrans ad gravidationem montis. Hæc
ſunt montana, in quæ MARIA conſcendit;
hîc & domus Zachariæ, hîc civitas Juda. Ci-
vitas eſt hominum collectio numeroſa ſub una
lege viventium. Populum hunc faciant ratio-
nabiles MARIÆ cogitationes, ſanctæ virtutes,
ordinatiſſimæ actiones, quas in confeſſione lau-
dis divinæ lex ordinat caritatis: Juda quippe
confeſſio dicitur, Zacharias memor Domini,
domus Zachariæ eſt pectus virgineum manda- F
torum Dei memoriæ retentivum. In his mon-
tanis poſita Dei Mater, dum audit Elizabeth
prophetantem quid futura ſit, dum comme-
morat quid de Domino, Angelo nuntiante
audierit, dum conſcientiæ puritatem atten-
dit; dum carnem ſuam ab omni extraneam
corruptione perpendit; dum ſe totam in ſu-
blime agi divinitus conſpicit, jam ſæculo al-
tior, jam omnem creaturam meritò jure, præ-
rogativa ſingularis gratiæ, immenſitate lætitiæ
tranſcendens, canticum novum cantat Do-
mino dicens: *Magnificat anima mea Dominum.* Luc. 1. 46.
Magnificat anima MARIÆ Dominum, quæ
& ipſa magnificatur à Domino; niſi enim
prius magnificaretur à Domino, non poterat
magnificare Dominum anima MARIÆ. Ma-
gnificat ergo eum à quo magnificatur, mag-
nificat non ſolum laude oris, non ſolum ſa-
nitate corporis, ſed ſingularitate amoris. Mul-
ti magnificant lingua, ſed blaſphemant factis,
& perſecuntur ſuperbia cordis; de quibus ſcri-
ptum eſt *Confitentur verbis ſe noſſe Deum, fa-* Tit. 1. 16.
ctis autem negant. Iſti non magnificant, ſed
quantum in eis eſt nomen Domini minorifi-
cant. Hi ſunt quibus Apoſtolus, *blaſphematur*
per vos, inquit, *nomen bonum inter gentes.* At
in MARIA magnificat lingua, magnificat vi-
ta; magnificat anima mea Dominum lingua,
magnificentiam gloriæ ſanctitatis tuæ loquen-
tur divinis laudibus eloquendo, vita eamdem
gloriam operibus promerendo; anima ſingu-
lariter diligendo, contemplationis volatibus at-
tingendo, mente & ventre incomprehenſibi-
lem magnificentiam comprehendendo. *Mag-* Luc. 1. 46.
nificat, inquit, *anima mea Dominum.* Quomo-
dò magnificas? Numquid majorem facis eum
cujus magnitudinis non eſt finis? *Magnus Do-* Pſal. 95. 4.
minus, ait Pſalmiſta, *& laudabilis nimis.* Ma-
gnus eſt & tam magnus, ut magnitudo ejus
nec comparationem habeat nec quantitatem;
quomodo ergo magnificat eum quem necdum
de minimo facis magnum, nec de magno ma-
jorem? ſed magnificas quia laudas, magnifi-
cas quia inter mundi tenebras ſole lucidior,
luna pulchrior, roſa fragrantior, nive can-
didior, divinæ cognitionis ſplendorem dilatat.
Magnificas ergo non magnitudini primæ aug-
mentum conferendo, ſed lumen veræ deita-
tis incognitum mundanis tenebris inferendo;
Dominus quippe, quem magnificas, ſicut ig-
norat defectum cum ſit æternus; ſic profec-
tum non recipit cùm ſit perfectus. Æternus
eſt, quia nec initium habet nec finem. Perfe-
ctus eſt, cui nihil deeſt ad plenitudinem. Hunc
tamen tu magnificas, dum in tantum te meri-
tis excedentibus elevas, ut gratiæ recipias pleni-
tudinem, ut merearis ſancti Spiritus ſuperun-
ctionem, ut mater Dei effecta, Virgo perſe-
verans, intacta, pereunti ſæculo parias Sal-
vatorem. Sed & hoc quando Dominus tecum;
qui ſua dona fecit merita tua: unde & tan-
to plus magnificare diceris, quanto amplius in
Christo ab ipſo magnificaris. Quid ergo eſt
quia magnificat anima tua Dominum, niſi
quia ipſa magnificaris per ipſum, ut & ple-
nitudinem gratiæ magnificè conſequaris, &
ad magnificentiam gloriæ ſingularis glorioſis
& ſuperexaltatis virtutibus extendaris? exten-
daris, dico, quia Spiritus-ſancti rore tota
complueris; tota cœleſti unctione perfunde-
ris, ut in modum pellis unctæ anima tua tan-
tùm extendatur per amoris deſiderium, ut ad
ipſum perveniat Dei Verbum. Tu enim es phi-

Digitized by Google

cella Moyſi, tu vas Verbi, tu cellarium novi muſti, quo credentium debrietas debriatur. Tu mater Dei, meta peccati, qua & de profundo emergitur vitiorum, & pertingitur ad delicias angelorum. Quàm magnificata ſunt opera tua, domina noſtra, ſed per illum quem magnificat anima tua! Hìc planè deficit parvitas mea, dum loqui nitimur de magnificentia tua. Dum enim tu in montana magnificentiæ virtutum conſcendis, ut ibi magnificet anima tua Dominum, ego infelix in profunda miſeriæ & vitiorum præcipitor, nec tenet anima mea miſera in mundanis concupiſcentiis modum. At tu mater miſericordiæ, quia ſum ſicut lapis in acervo incurii, & quaſi plumbum in aquis vehementibus, & ponderoſus ſum, quia me movere non poſſum: trahe me poſt te, ut currere poſt te valeam in odore unguentorum tuorum, in tuarum exemplis reſpirare virtutum, pennis orationum juvari, ut te ſuffragante prius diſcat anima mea Deum timendo à malo recedere, & poſtea tecum amando & juſtitiam operando magnificare Dominum, cui eſt honor & gloria imperium & poteſtas in omnia ſæcula ſeculorum. Amen.

EPISTOLA XII.
ad fratres ſuos.

Commendat eis humilitatem & manſuetudinem, hortaturque ad portandum Domini jugum.

FRatribus & amicis in Chriſto dilectiſſimis, quos & Chriſti amor fecit unanimes, & Dei gratia nominis unius conſortes, frater Adam peccator, in re ſui nominis permanere.

Alterius veſtrum devota me compellit inſtantia, vos aliquibus de virtute animi commonere, & certè cùm utrumque veſtrum ſinceritate diligam, & nos in multa ſinceritate diligatis alterutrum, ego autem refundi in me plenius veſtræ bonum ſinceritatis experiar; quid aliud vobis loqui potero, quam quod amorem ſapiat & virtutem? Verùm de puteo aquarum viventium mihi hauriendum eſt quidquid per me ſitis veſtra ſibi meruit propinari. Puteus aquarum viventium Chriſtus eſt. Abyſſus inacceſſibilis luminis, inattingibilis gratiæ plenitudo. Altus eſt puteus, nec humilitas mea in hoc in quo hauriat habet, niſi vicem funis oratio jugis exhibeat, & pro hydria ſit deſiderium me immergens. O felicem illum qui hinc extrahere potuit fluenta ſapientiæ ſalutaris! Arida eſt anima quam putei hujus fluenta non irrigant. Non virtutum eſt idonea ubertati. Fons iſte convallibus influit, & emiſſiones ſui mellifluas conſuevit humilibus elargiri. Experitur animus humilis quantæ ſit ſuavitatis infuſio, quanta ubertate corda tali rore reſperſa pingueſcant. Quàm familiaris eſt Sapientiæ cœleſti humilitas, quàm ferax virtutum, quàm locuples meritis, quam capax eſt cœleſtium ſecretorum! Tota quippe acclinis eſt actio, tota aviditate aquis incumbit viventibus, nec aliquo pacto reſpicere patitur quidquid ſibi vitæ deſiderium non accendit. Viventes ſanè aquæ putei ſunt, dona multiformis gratiæ Chriſti, aquæ ſunt quia lavant, quia refrigerant, quia refocillant: viventes ſunt, quia negotium mortis exterminant: in puteo ſunt, quia ſecretum divinæ elationis & cauſas tam ſecretæ ordinationis omnibus non revelant. Hæ quippe abſconditæ à ſapientibus & prudentibus & parvulis revelantur, ſolis nimirum humilibus eorum cognitio vera datur & perceptio, quam præſumens de ſe ſuperbia non meretur. Felix itaque eſt humilitas, quæ in his aquis meretur habere lavacrum, ne quid in ea contaminationis appareat vel remaneat. Meretur refocillationem ut in omni certamine fortis exiſtat. Nec enim verus humilis ſine certaminibus tentationum eſſe potuit: præſertim cùm ſuperbia ſemper contrariæ ſibi humilitatis & ſi non ſpeciem tamen gloriam æmuletur. Nil quidem humilitate glorioſius, cujus gloriæ ſublimitatem licet ſuperbia uſurpativè appetat, humilitatis tamen ſpeciem, quia abjectior eſt, vix uſurpat. Uſurpat tamen aliquando, cum ſine illa vanè gloriari non prævalet, à quo aſtutiùs humilitatis prætextu ſe palliat ſecretiùs, ad cujus expletionem elationis prorumpat intentio. Diſcite filii eſſe humiles, & ab illo diſcite, qui hujus magiſter eſt efficax diſciplinæ Chriſtus, ſiquidem diſciplinæ hujus magiſter eſt, quam non modo verbo & lingua prædocuit, ſed opere & veritate tenenda eſſe monſtravit. *Tollite*, ait magiſter bonus, *tollite jugum meum ſuper vos, quia mitis ſum & humilis corde*, &c. (Mat. XI. 29.) Quatuor tibi homo diſcenda eſſe propoſuit, ſi bene intelligis, & retines quæ mandavit. Propoſuit tibi quid diſcere, à quo diſcere, quomodo diſcere debeas, & quo fructu. Diſcere debes eſſe mitis & humilis corde, & ab illo diſcere qui eſt mitis & humilis corde; diſcendi modus eſt tollere jugum ejus ſuper te, diſcendi fructus eſt animæ tuæ requiem invenire: *& invenietis*, inquit, *requiem animabus veſtris*. (Ibid.) Ars igitur quam diſcere debet chriſtianus & Chriſti diſcipulus, immo quæ facit Chriſti diſcipulum mitis humilitas ſive manſuetudo humilis appellatur. Peritia hujus artis non in multitudine verborum, non in ſermonis elegantia, non in quæſtionum perplexitatibus, non in conflictibus diſputationum, ſed in morum experientia & in purioris conſcientiæ teſtimonio retinetur. Manſuetudo enim tranquillat mores, animumque componit, neminem lædit, neminem concutit, nemini patitur calumniam irrogare, contemtum ſæculi delicias reputat, terrenæ ſtrepitum faſtidiens actionis, peccatorum occaſionem præſtruit, intercludens aditus vitiorum, corporalium ſenſuum januas ſollicitudini diſciplinæ committens, intus agit ſabbatum innocentiæ in pacis æternæ feriis ſolemniſans. Manſuetudo quippe dum ſuſpectum habet omne quod foris eſt,

ad ſui largitoris manum conſueto more ſe colligit de ſurſum, ut de intus inde reficiatur expectans. Manſuetudo quæ manus ſuetudo dicitur, quia ſic ad Chriſti manum facta eſt, ut ad aliud quam ad ejus gratiam non aſpiret. Humilitas vero comes individua manſuetudinis, & ipſa piæ tranquillitatis ejus ferias æmulatur. Hinc eſt quod inter injuriarum moleſtias quas plerumque pati neceſſe eſt, ſatagit non iraſci. Parum dixi, ſatagit non iraſci: quin potius in tribulationibus vera humilitas gloriatur. Humilitas Pauli libenter in infirmitatibus gloriatur, nec reputat gloriam, niſi quod redoleat Chriſti crucem. Gal. 6. 14. *Abſit*, inquit, *mihi gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Jeſu-Chriſti.* Sicut manſuetudo applaudit innocentiæ, ſic patientiæ fidit humilitas, per quam omne gaudium exiſtimat cùm in tentationes varias contigerit incidiſſe. Igitur & ipſa humilitas preſſa pondere ſui nominis, humi læta reſidet: cui omnis ferè ſuſpecta eſt altitudo: humi, ſiquidem reſidere non confunditur, non erubeſcit terram ſe fateri & cinerem: ut cum elegerit abjectiorem locum, ad digniorem quandoque cum gloria provehatur. Mat. 23. 12. Scriptum eſt enim; *Qui ſe humiliat exaltabitur.* Humi reſidens ſcandalorum ſpinas, tentationum tribulos non veretur: quæ ad ipſam compungendam de humo ſæpius proferuntur; adhærens quippe terræ; teritur & conteritur, & contritionis utilitas conculcatam lætificat, ut in vocem exultationis erumpat, & Pſal. 50. 19. dicat: *Cor contritum & humiliatum, Deus, non deſpicies.* O me miſerum! O me infelicem! hujus artis expertem, hujus felicis prophetiæ ignarum faciunt me cordis impuritas & iniquitas actionum, adhuc perfectè cum illis me habere ſentio, quibus inclamat Dei Spiritus Pſal. 4. 3. terribiliter in Propheta: *Filii hominum, uſquequo gravi corde? ut quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* Plumbei cordis gravitas, & multivolæ vanitatis dilectio falſæ jucunditatis apud me mendacio delectantur. Specie tenus veritati deſervio, ſed timeo ne reverâ virtutem non habeam pietatis. Orate inſtantiùs, vigilate inſtantiùs & ſollicitiùs, ne noſtra caritas ſuæ exiſtimationis damnum ſentiat in amico. Sed jam ad magiſtrum à quo diſcendum eſt, ut ſicut lingua, ita & animo revertamur. Iſte magiſter eſt Dei ipſa Sapientia omnium artifex, quæ eſſentiam dedit univerſis & formam. Ipſe eſt Verbum omnipotens, qui docet hominem ſcientiam. Ipſe eſt Patris Unigenitus, primogenitus noſtræ Virginis, qui ſacrificio præfert miſericordiam: eſt enim plenus gratiæ & veritatis: à quo omne animal accipit benedictio- Pſal. 144. 16. nem, ſicut ſcriptum eſt: *Et imples omne animal benedictione.* De magiſtro hoc conſiderandum eſt, unde venerit, quid paſſus ſit, quò abierit, quid promiſerit, quid minatus ſit. Ex corde Patris venit, ſicut Pater ipſe loquitur, dicens: Pſal. 34. 2. *Eructavit cor meum verbum bonum.* In cor Virginis venit, ſicut eidem Virgini dicitur: Luc. 1. *Dominus tecum.* Cor ſuum nobis aperuit, cùm ſemet ipſum exinanivit, ut nos humilitatis doceret

A exemplum. Cor noſtrum ſibi quæſivit, cùm ſe amatorem & habitatorem cordium eſſe oſtendit, dicens: *Delitiæ meæ ſunt, eſſe cum filiis hominum.* Prov. 8. 31. Conſtat igitur quòd qui ex corde naſcitur, in corde Matris Virginis converſatur, ex corde loquitur, ſe manſionem cordium diligere proteſtatur, ſicut nonniſi mundo corde videtur, ita nonniſi mundo corde ſentitur. Si igitur viri cordati eſtis, ſi habitatorem cordium JESUM intra vos ſentire diligitis, neceſſe eſt ut omni cuſtodiâ corda veſtra ſervetis, ſicut B ſcriptum eſt: *Omni cuſtodiâ ſerva cor tuum.* Prov. 4. 23. Hanc cuſtodiam cordis habuerat, & in cor ſuum cordium dilectorem attraxerat qui dicebat: *Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.* Pſ. 72. 26. Ecce unde venit, unde proceſſit vita cordium, magiſter cordatus, ſcilicet à corde. Ejicienda eſt proinde de corde noſtro omnis impuritas, ut ſentiri poſſit dulcor, unicum gaudium ſingulare. Concupiſcentiam carnis elimi net veritas caſtitatis; concupiſcentiam oculorum longè faciant diſciplinæ gravitas & inter- C næ deſiderium puritatis. Elidant ſuperbiam vitæ, paupertatis amorem, contemtus honoris. Ideo Verbum per carnem venit, ideo hunc veniendi modum elegit, ut in carne quam accepit intra Virginem, dediſcat caro vitæ carnalis amorem, nec debuit Verbi divinitas ſe ſine carne offerre carnalibus, nec meliùs potuit in hominibus amor rerum carnalium emori, quàm ſi eos de cœleſtibus inſtrueret Verbi præſentia incarnati. Jam quid de tanti negotii doctrina dicemus? Doctrinam ipſius commendant indubitata veritas, & cœleſtis altitudo D ſapientiæ. Vitam, cui doctrina teſtimonium perhibet, prædicant conſummatæ juſtitiæ opera, & ſumma viſcera miſericordiæ. Honorant paſſionis obedientiam ſummæ innocentiæ puritas & humilitas patientiæ ſingularis. De cetero illuc rediit unde venit, naturam veſtram mortis triumphatione, in qua paulò minùs ab angelis minorari voluit, ultra omnes angelorum altitudines in conſeſſu paternæ dexteræ ſublimavit. Ecce ibi ſumus, ibi vivimus, ibi regnamus. Regnamus planè ubi ſubſtantiam noſtram regnare gaudemus. Minimè illinc abeſſe E poſſumus, ubi jam potiorem noſtri partem capit hominis. O felices nos, hujus capitis membra ſumus, ſi huic capiti unitate fidei & amoris compagine cohæremus! In hoc jam promiſſionis arrham accepimus, quia ipſum dixiſſe in evangelio minimè dubitamus: *Volo, Pater, ut ubi ſum ego, illic ſit & miniſter meus.* Joh. 12. 26. Cùm promiſiſſet ſe ſuis gratiam daturum & gloriam, & interim gratiam tribuat confidite, & gratiâ bene utentibus gloriam parat. Tamen nec in tempore gratiæ ſancti ſine gloria vivunt, ſed de F teſtimonio conſcientiæ cum Paulo gloriantur, & dicunt: *Gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ.* 2. Cor. 1. 12. Verùm ne quis de promiſſione gloriæ nimis confidat, aut de gratiæ ſucceſſibus inſoleſcat, memor ſemper divinæ comminationis exiſtat. *Væ*, ait, *his qui perdiderunt ſubſiſtentiam.* Luc. 6. 24. Et in evangelio: *Væ vobis divites, qui habetis conſolationem veſtram. Væ qui ridetis*

nunc, quia plorabitis & flebitis. Igitur à virtute deficientibus & de præſentis vitæ ſolatiis confidentibus, fletum oculorum & ſtridorem dentium comminatur, qui mites & humiles interim de teſtimonio conſcientiæ, & pro modo de perfruitione gloriæ conſolatur. Hæc ſunt, filii, quæ diſcenda & ſcienda ſunt de magiſtro, a quo diſcendum eſt quicquid utiliter eſt ſciendum; verùm ab ipſo minimè diſcit, qui diſcendi modum tenere contemnit. Diſcendi modum magiſter ipſe deſcribit, dicens: *Tollite jugum meum ſuper vos.* Jugum enim ejus tollere ſuper ſe, eſt diſcendi modum tenere. Et quid jugum ejus, niſi amor ejus? Jugum, inquam, ejus eſt amor permanens, fidelis & ſanctus, & ſuavis, rectus & dulcis. *Jugum*, inquit, *meum ſuave eſt, & onus meum leve.* O amoris jugum! quàm delectabiliter oneras! quàm dulciter capis! quàm ſuaviter ligas! quàm leniter premis! Hic amor, hoc jugum idcirco jugum dicitur, quia Verbi & animæ ſuave conjugium jungens nullo divortio patitur ſeparari. Non ſentis animam tuam novitate fidei adoleſcentulam, confeſſione lotam, innocentiâ candidam, caſti timoris pudore verecundam, humilitate maturam, cuſtodia diſciplinæ compoſitam, patientia roſeam, caritate jocundam, pietate amabilem, amictu juſtitiæ decoratam, Verbo Dei quodam contractu fidei deſponſatam? O cùm ad id loci pervenerit anima, cum in cellam hanc vinariam introducta fuerit, quid non deinceps poterit de ſponſo cognoſcere, aut in quo dilectæ ſuæ ſe poterit ille celare? Hîc jam requiem ſibi anima felix invenit, & jam diſciplinæ ſuæ percipit fructus, cum jam diſcendi remanet labor nullus. Hic locus ſpecioſus ad videndum, ſpatioſus ad manendum, & ad pauſandum quietus, cum uſque pervenerit anima, & hanc ſibi requiem beatam invenerit, tunc lætabunda & laudans clamabit: *Hæc requies mea in ſæculum ſæculi*, &c. Tunc innixa ſuper dilectum ſuum, totaque illi adhærens, ſicut non poterit aliud quàm illum diligere, ſic nec poterit, nec oportebit aliunde gaudere. Tunc ſpecioſa & ſuavis & tota delitiis affluens, ſuave illud epithalamium jucunditate mirificâ decantabit: *Dilectus meus mihi, & ego illi.* Ipſe illi plena lætitia, ipſe integra gloria illi erit, cum ad quietis hujus felicitatem perveneritis, ſive interim, ſive raptim, & tranſeuntes per deſiderium, ſive felicius per mentis exceſſum, ſive beatius per vitæ terminum, rogate, quæſo, me gloriæ veſtræ fieri participem, quem hîc habetis in amore conſortem. Eſtote interim de animi virtute ſervanda ſolliciti, quia per virtutis indeficiens exercitium, ad præmium pervenitur æternum. Nunc igitur quia veſter ſum, quicquid boni eſt in vobis reputans meum, nunc de me in Chriſto eſtote ſolliciti, qui in ipſo eſſe non poſſum immemor veſtri. Valete.

EPISTOLA XIII.
ad quemdam amicum.

Hortatur ad mundi contemtum.

Ex mſ. Claræ-vallenſi.

Rogaſti me ſæpius, frater cariſſime, ut tibi ſcriberem aliquid unde tibi & fidei fervor accreſceret, & morum ædificatio proveniret. Placuit mihi petentis devotio; & quia me annuendo debitorem conſtitui, aliquando teneor ſolvere quod promiſi. Erit igitur mihi materies animi virtus, quam haud parùm promovet mundi contemtus. Certè quantùm appetitur animi virtus, tantùm devitandus eſt amor mundi; amor quippe mundi inimicum Deo conſtituit: è contrario virtus deſiderium parit æternorum. Niſi æterna fuerint in deſiderio, nullatenus ex corde quæruntur. In deſiderio autem eſſe non poſſunt, niſi virtus ad videndum illuminet, & ad diligendum inflammet. Neutrius iſtorum, ſcilicet luminis & amoris, capax eſt animus, quem mundanæ cupiditatis terrenitas inquinat & obſcurat: iſta nimirum terrenitas & lutoſam in ſe habet fœculentiam, cujus contactus mentem commaculat; & obtuſam groſſitudinem, cujus objectus lucem ſupernæ majeſtatis & claritatis ne poſſit penetrare retardat. Abjicienda eſt igitur terrena cupiditas de appetitu animi, ut exaltatus animus de terra, cœli vicem exhibeat cœlorum habitatori. Certè cùm omnium ſit Conditor Deus, cùm cœli & terræ ſit Dominus, non niſi in cœlis habitationem habere dicitur: cùm proculdubio cœlorum nomine corda cœleſtia deſignantur. Corda cœleſtia ſunt, quorum eſt in cœlis converſatio, quorum ornatus & cœlatura eſt ex virtutum ſyderibus, qui tantùm ſe à terrenis fæcibus mente ſeparant, quantùm cœli à terra locorum poſitione, & rerum ordine diſtant. O appetenda ſublimitas! O ſplendor virtutum mirabilis, ubi locum non habet amor labentium, ſed feliciter animus figitur in manſuris, dum reſpuitur vanitas, dum iniquitas devitatur, dum ſpiritui corpus ſubjicitur, dum pro ſola vitæ fragilis neceſſitate, uſus temporalium quæritur! Sic amor mundi ad cor acceſſum non invenit, dum veritatis amor & virtutis ſtudium in corde ſobrio famem generant æternorum. O felix eſuries, omni refectione jucundior, quam in fine ſatiat infinitæ beatitudinis plenitudo! Ad hanc plenitudinem hominem condidit amor omnipotens; ſed dum noluit intelligere ut bene ageret, devenit ad inopiam miſerrimæ paupertatis. Factus eſt itaque miſer homo, de pleno vacuus, de locuplete indigens, de ſtabili profugus, exul de cive, de glorioſo ignobilis, de honorabili ignominioſus: quippe qui de ſimilitudine Creatoris, & de paritate angelicæ dignitatis, infelici commercio comparatus eſt jumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. O utinam, homo, ſolùm tibi acceſſiſſet humana mortalitas, ut perditâ benigniſſimi Conditoris

Digitized by Google

ris ſimilitudine inſenſato pecudi compareris, non majori infelicitate pene in omnibus pe- ide inferior habearis! Cùm enim ſis carne orruptior, vitâ peccati turpior, inſitæ rationis ouſione inſipientior, corporis quoque ſenſibus ıvalidior, obligatione mortis æternæ infeli- ior, dum in his omnibus tibi jumentum præ- ellit, unde in te captivata natura ſuperbit? præcellis tamen pecudibus inſitæ rationis be- neficio, ſecundum quam tibi impreſſa eſt nobi- iſſima Conditoris imago. Ratione uti, ut con- venit, eſt impreſſam ſervare imaginem; illum cujus imago diligere eſt ejus retinere ſimi- itudinem. O quantæ eſt felicitatis & gloriæ creaturam ſuo ſimilem fieri Creatori! Hanc vobis præſtat gloriam amoris ſinceritas, quò dum Deo conformes efficimur, execramur om- nibus modis maculas peccatorum. Amor nimi- rum ſanctus eò eſt corruptionis impatiens, quò ſemper animum ad deſiderium incorruptionis accendit. Hæc extentio deſiderii rugam du- plicitatis in corde non patitur, pariterque tu- morem elationis elongat. Amoris hujus beni- gnitas livorem fugat invidiæ, & opponit iræ motibus dulcedinem lenitatis. Amoris alacritas anxietatem excludit triſtitiæ, & contra rapaci- tatem avaritiæ exhibet antidotum largitatis. Tam ſobrius eſt ſanctus amor, ut quia ſuſpe- ctam ſemper habet carnis mollitiem, gulæ & ventri velit parſimoniam principari. Tantùm ei placet honeſtatis propoſitum, & tanta eſt ei in ſervanda honeſtate circumſpectio, ut non modò fœditatem abominetur luxuriæ; ſed nec etiam reſpicere valeat quicquid poteſt eſſe tan- tæ turpitudinis incentivum: ſuſpecta enim ha- bet verba & nutus petulantiæ: loca & opportu- nitates ſubterfugit, & quaſlibet ſatagit occaſio- nes præſcindere, ex quibus ſplendor honeſtatis conſcientiæ vel infamiæ diſcrimen incurrat; oportet enim ſanctos habere teſtimonium ab his qui foris ſunt, & providere bona, non tantùm coram Deo, ſed etiam coram hominibus. Cete- rùm tibi virtus eſt in deſiderio, ſed adhuc co- ram hominibus de ſpecie virtutis confunditur. Non arbitror eum virtutem habere ad meri- tum, de cujus oſtenſione diſplicere formidat oculis peſſimorum. Sunt plerique quos dele- ctat virtus, ſed videri erubeſcunt, quia eſſe appetunt, aut faciunt, aut facere ſe fingunt plerumque in contrarium; pluris habentes mo- rem ſæcularibus gerere, quàm ad interni ſui pectoris arbitrium juxta conſcientiæ teſtimo- nium ſe habere. Crudelis eſt ſanè qui famam negligit, & cui crudelitas propriam vulnerat famam, non eſt miſericordia quæ conſcien- tiam facit ſanam. In omnibus, fili cariſſime, erit tibi reſpectus in Jesum, quem noſſe eſt vivere, diligere ſalus, ſequi gloria, conſequi ſummum bonum. Quòd ſi non ſufficit ipſum attendere Verbum in ſinu Patris, ubi eſt ſoli- dus cibus gaudium: vel mecum attende ip- ſum in partu Virginis breviatum, in lacte vir- gineæ carnis comminutum, ut ſorbiciunculas habeat infantia parvulorum. Verbum quippe omnipotens, ſicut ſuâ poteſtate nos condidit,

A ſic ſuâ miſeratione nos refecit, & quemad- modum innocentiâ ſuæ humiliationis nos eru- dit, ita innocentiæ paſſione redemit. Facti ergo ab ipſo, refecti per ipſum, convivamus ipſi, con- verſemur in ipſo, quia ipſum ſentire & ſapere exhilarat conſcientiam; ipſum laudare & ho- norare commendat famam; ipſo frui & per- frui præſtat gloriam ſempiternam. Amen.

B

EPISTOLA XIV.
ad A. de Vitreio.

Piis eum informat ſermonibus.

DOmino & amico ſuo magiſtro A. de Vitreio frater Adam dictus abbas Perſenniæ ſapere quæ ſurſum ſunt, non quæ ſuper terram. *Ex mſ. Claravallenſi.*

Ut quæ devotio tua, frater amantiſſime, petiit, & quæ imperitiæ meæ promiſit præcipitatio, tandem impleat ſacræ ſtudium caritatis: arguis me mendacii, quod minimè
C promiſſa ſolverim. Eſt reprehendenda oblivio quæ promiſſum fidei ſuo fraudat effectu. Nunc igitur ſi apud te eſt locus pœnitentiæ negligentiæ meæ dabis veniam, quia fateri ſine tormento confuſionis non audeo me tibi aliquando fuiſſe mentitum. Devotè itaque petis, & inſtanter pulſas ad oſtium, ut tibi ſcribatur aliquid unde normam in te excipias; quaſi aut doctus aut potens ſim magiſtris correctioris vitæ tradere inſtituta. Non ſermo mi-
D hi tam potens, non vita tam venerabilis, non tàm conſpicui mores, ut eſſe valeam aut debeam ſapientibus in exemplum. Verumtotius directionis linea, ad quam morum inæqualitas & animi tortitudo deprehenditur, Chriſtus eſt, cujus ſubeſſe magiſterio ſumma ſapientia eſt, cujus ferulæ ſubducere manum virtus eſt approbata. Ipſe eſt enim innocentiæ pelagus, fons miſericordiæ, patientiæ magiſterium, fluvius ſapientiæ; gloriæ ſplendor,
E Verbum omnipotens, quod quamlibet ſuper terram intra Virginem, ſuper crucem breviatum ſit, omnis ſapientiæ & ſcientiæ theſauros in ſe abſconditos retinet & cuſtodit. Hoc Verbum omnipotens cordi noſtro inſcribitur, non pergamenum conſcientiæ illud retinet, quam ſuis ducta lineis innocentiæ puritas non componit. O felix! ô ſuper aurum & topazion appetenda inſcriptio, ubi cœleſtis ſapientiæ Verbum lineis animæ ſuperſcribitur, quas facit & exarat innocentiæ rectitudo, æquitatis propoſitum, intentionis ſimplicitas, manſuetudo infantiæ ſpiritualis! Ad infantiam iſtam
F ſe verbum iſtud inclinat & aperit, & quemlibet ſui brevitate, hoc eſt iſtud inclinat & aperit, hoc eſt ſui exinanitione obſcurum ſit. Lucidiùs tamen de eo ratiocinatur humilitas, & dum ſapientibus & prudentibus ſplendor ejus abſconditur, familiariùs revelatur innocentiæ parvulorum. Ex ore enim infantium & lactentium perfeciſti laudem qui ante ſæcula à Patre genitus & modo à matre genitus, qui modo infantes genitos rationabiles ſine dolo

Digitized by Google

ac facit ſuæ Incarnationis concupiſcere, quo nutriti valeant unum verbum ad plenum formare, alioquin quomodo ex ore infantium laus perfecta fieret, niſi ad plenum verbum formaret illud infantia, in quo plenitudo divinitatis conſiſtit corporaliter, in quo meritorum fundatur perfectio, ex quo plenitudo gratiæ & veritatis emanat? Denique quod infantes, id eſt non loquentes, verbum iſtud lactet & enutriat oſtendit juxta prophetam medium illud ſilentium, cujus tempore ſermo omnipotens à regalibus ſedibus veniens, ipſum ſe hujus mundi ſapientia obſcurum exhibet, ſui intellectum uberius parvulis adminiſtrat. Certè quemadmodum verbum iſtud nonniſi ex ore infantium ſonat, nonniſi ad ſilentes accurrit; ſic ipſius verbi glotta, hoc eſt Spiritus-ſanctus, nonniſi in aquis Siloë quæ fluunt cum ſilentio verbi ſacramentum exponit. Aquæ Siloë quæ fluunt cum ſilentio populus Sion, populus ſanctorum eſt, in quorum feriis cultus juſtitiæ ſilentium cuſtoditur. Aquæ Siloë quæ fluunt cum ſilentio flumina gratiarum ſunt, cœleſtes doctrinæ de fructu ſapientiæ, de vitæ refrigerio prodeuntes. *Super quem*, ait Verbum vitæ, *requieſcet Spiritus meus, niſi ſuper humilem & quietum & trementem verba mea*? Denique Spiritus-ſanctus non incongruè Verbi glotta, id eſt lingua dicitur, unde & in igneis linguis ſuper apoſtolos veniens, eis de Verbi ſacramento expoſuit quidquid ad doctrinæ plenitudinem neceſſarium fuit. Quidquid enim obſcuritatis ſui abbreviatione Verbum incarnatum contraxerat, totum elucidavit magiſtra unctio Spiritus-ſancti, dum & tantæ exinanitionis cauſas edocuit, & ad explicandum magiſterium ineffabile linguas infantium erudivit. Unde & ipſum Verbum pro ſimilitudine carnis peccati obſcurum, pro brevitate corporis à ſuæ majeſtatis immenſitate contractum, de ſuo expoſitore loquens ait: *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet & annuntiabit vobis.* Si vis igitur intelligere Dei verbum, ſi deſideras ejus glottam legere & intelligere, Spiritum-ſanctum, humilitate opus eſt & quiete cum obedientia mandatorum. In omnibus requiem quærit ſpiritus ſapientiæ, & humilitate quietem comparat, & quietem conſcientiæ mandatorum executione defendit. Qui enim tremit verba Dei, ipſa timoratè exequitur. Porro in tali executione tremor exultationi miſcetur: Unde David: *Servite Domino in timore & exultate ei cum tremore.* Ceterum pius obedientiæ labor perſeveranti non completur inſtantia, niſi interim ſtatus rectitudinem mutabilium amor vanus & lubricus inquietet. Quieta denique opus eſt mente, ubi lucem ſapientiæ timor officioſus accendit. Non enim facilè lucerna in vento accenditur, nec meretur tam aëris turbati commotio lumen ſerenitatis amictum. Neceſſaria eſt ergo humilitas quæ ventoſam excludat ſuperbiam, & cordis aërem ſereniori puritate tranquillet. Idonea eſt hæc tranquillitas jubar divinæ illuſtrationis ſuſcipere, nec ſedem illam refugit ſpiritus veritatis, cui verax humilitas requiem procuravit. Non hìc radices mittit pullulans in omne malum cupiditas, non hìc tumultuatur ambitio, non hìc inimica pacis contentio locum habet, non hìc ſuperbiæ trabes cordis obſcurat oculum, non virtutis palliatione ſe latebroſa celat ſimulatio, non hìc mollities cordis effœminati jactitat impudentiam, non ſuperba divitiarum jactantia per extenſa in perticis mutatoria gloriatur, non hìc irritamentis gulæ ventris procreatur ingluvies, nec ipſa ciborum intemperantia libidinis rabies excitatur. Sicut vitiis ita & divitiis abrenuntiat Verbi diſcipulus, cultor virtutis & paupertatis amator, non fœdatur vitiis, non jocis diſſolvitur, non marcet otiis, non in carnis deſideriis æſtuat, non deliciis affluit, non incumbit muneribus, non prædis inhiat, non prædiis dilatandis inſiſtit, conſiderans nimirum quàm arcta & ardua eſt via quæ ad vitam graditur, & anguſta porta qua ingreditur. Promto animo tribulationes amplectitur & anguſtias, totus cruci inhærens non ſine damno reputat quidquid ei crucis imaginem non repræſentat. Totus denique eſt in diſciplina diſcipulus Verbi: ut ex ubere diſciplinæ humilietur ad timorem, ad ſcientiam erudiatur, & ad patientiam exerceatur, ad gloriam elimetur. Cùm enim illud divinum recolit, *Ego quos amo caſtigo, & arguo*, eò ſe præſumit Dei filium, quò ſe ſentit verberibus cœleſtis diſciplinæ ſubjectum. Non enim deeſt diſciplina verbi magiſterio, nec diſciplina eſt expers verberis cum trahat nomen à verbere Verbum Patris: quia & virga ſuæ poteſtatis verberat aërias poteſtates, & per virgam de radice Jeſſe, ex qua cor paratum eſt, noſtros correxit errores. Verbum enim incarnatum dum in carne ſua verbera ſuſtinuit, quæ nobis debebantur, dum flagellis dorſum expoſuit, ſuos imitatores ad diſciplinæ ſufferentiam informavit. Diſciplina quippe pacis noſtræ eſt ſuper eum, & livore ejus ſanati ſumus. Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portavit: quia ſi ſupra dorſum ejus dorſum innocentiæ fabricaverunt peccatores; debent corpus noxium corruptum vitiis flagellis ſubducere pœnitentes. Inſpiciamus, ſi placet, quot diſciplinas innocentiæ Verbum in paſſione ſuſceperit, quarum procul dubio fidelis Verbi diſcipulus eſt imitator & prædicator exiſtit. Septem ſunt ut conſidero, quarum primam ſuſtinuit in flagellis, ſecundam in ſputis, tertiam in colaphis, quartam in ſpinis, quintam in clavis, ſextam in eſca fellis, ſeptimam in lanceatione lateris. In his ſeptem diſciplinis verè liberalibus tota patientiæ chriſtianæ prophetia conſiſtit. Ecce propoſui tibi ſpeculum in quo te intuearis ſæpius, verius agnoſcas, plenius accipias donum & gratiæ formam & virtutis. Tuum ſcire, tuum ſapere, totum in JESU ſit, ultra quem nil eſt appetendum, citra quem non animo conſiſtendum. In ipſo nimirum relucet paternæ

Verbi diſcipulus quid vitare & facere debeat.

Apoc. 3.

Digitized by Google

gloriæ ſplendor, in ipſo redundat Spiritus- A ſancti unctio ſuavis: unde Chriſti nomine quo ſignatur, ſuos participes potens eſt inſignire. Eſt enim Chriſtus unctio infirmorum, ægrotantium ſalus, condimentum vitæ, conſcientiæ illuſtratio, unctio miſericordiæ, pinguis ſuavitas bonitatis. Ipſe eſt in peregrinatione viaticum, in certamine virtus, in triumpho victoria, in corona præmium, in repatriatione gloriæ plenitudo. O ſuper omnia & præ omnibus ſuavis repatriatio, in qua terminus miſeriæ ponitur, aſpirat dies neſcius noctis, B riſus lætificat qui non vertitur in dolorem! O jucunda temperies, in qua gloriæ redivivum mortalitatis hyemem fugat, lacrymarum imbribus finem ponit, & æternæ renovationis immutatione cœlis reflorentibus ſuavis illa in cymbalis bene ſonantibus reſonat cantilena *Hyems tranſiit, imber abiit & receſſit, flores apparuerunt, vineæ florentes odorem dederunt.*, &c. Tunc intra abyſſum luminis diſcipuli veritatis & æternam de mortis evaſione ſecuritatem, & plenam de Dei viſione lætitiam C obtinebunt. Bonum eſt nos hic eſſe, nil amplius diſcere, non amplius quærere aut volumus aut debemus. Ego quidem dabo finem ſermoni, tu inſiſte orationi, & operi ut tecum obtinere valeam quod audiſti. Amen. Amen.

Cant. 2. 11.

EPISTOLA XV.
ad amicum.

Excuſat ſe quominus adverſus Judæos ſcribat. D

Ex mſ. Claravallenſi.

Dilecto ſuo Adam Perſeniæ dictus abbas inſtanter & importunè.

Petiiſti, frater cariſſime, ut tibi ſcribam aliquid quo & credentium fides firmari, & infidelium maximè Judæorum poſſit pertinatia confutari. Verum cum multa ſint penes me, quæ huic petitioni tuæ effectum invideant, tria ſunt quæ meis potiſſimè in hac ratione conatibus obviare videntur. In primis videre mihi videor, quia pugnam iſtam contentioſo magis animo, quàm ſtudio veritatis E affectes. Secundum quia quemadmodum contentioſis veritas non elucet; ita nec nos ad contentionem quemquam armare verbis aliquibus decet. Sicut enim contentioſi eſſe nolumus; ſic nec contentioſos diligimus; multominus ad contentionem debemus inducere, aut operam impendere contendenti. Ut enim ait Paulus ad Timotheum, *Servum Domini non oportet litigare, ſed manſuetum eſſe ad omnes*, docibilem, patientem, cum modeſtia corripientem eos qui reſiſtunt veritati. Tertium F eſt quia ſi id etiam pietatis ſtudio quæreres, labor eſt prorſus inutilis de fide cum Judæis contendere: quos Dei judicio internæ conſtat cæcitatis tenebras incurriſſe. Incraſſatum eſt quippe cor populi hujus; & donec plenitudo gentium introeat, ſicut in nocte, ita & in meridie palpabit, carnalis

Tria cum deterrent ne adverſus Judæos ſcribat.

2. Tim. 2.

Iſraël ſua infidelitate cæcatus. Obduruit namque in ſilicem, licet carnalis ſit: immo corde obcaluit in duritiam adamantis: unde per prophetam dicitur, *Peccatum Judæ ſcriptum eſt ſtylo ferreo, in ungue adamantino.* Sicut enim lapis adamas nulla pene ſciſſione diſſolvitur, ſic Judaïcæ infidelitatis duritia nulla ratione vel auctoritate mollitur. Non eſt igitur impar cæcitas cum illis habere de veritate conflictum, ubi conflictus nullum prævalet obtinere fructum. Sunt tamen plerique, qui non tam rerum examini, quam verborum certamini dantes operam, magis gloriantur de plauſibus hominum vanis, quam de vivente judicio veritatis. Damnanda prorſus inſania veritatis negotio in vitium vanitatis abuti, Væ illis qui veritatem de injuſtitia detinent. qui ponunt lucem tenebras, qui de juſtitia inaniter diſputant, qui vanitatis inania de ſoliditate fulciunt veritatis. Inimica plane veritati eſt vanitas, nec de jure poteſt confutanda vanitas inimicos revincere veritatis. Non decet igitur ut qui vanitati dat operam, incorruptæ veritatis negotia pertractet. Veritas quippe eſt incorruptio & totius æquitatis ſplendor & linea, in quam omnis enormitas & tortitudo offendit. Abſit ergo, ne incorrupta veritas ad ſui defenſionem corruptoribus egeat. Magis in ipſos vanitatis invehitur ſectatores. Veritas certè ſimplicitati amica eſt, & de humilitatis innocentia gloriatur. Non quærit quæ ſua ſunt, non affectat quæ vana ſunt, nec in mundi amatoribus locum habet. Cæleſtis nimirum ſapientiæ ſplendor eſt veritas, quam non aſſequuntur niſi pauperes ſpiritu. Quid igitur tibi & illi? Tu pelago vanitatis tranſmerſus es, & ſubmerſus in diluvio aquarum multarum: & tu audes de veritatis ſplendoribus ſomniare? Non niſi in populo honorificato hæc ſapientia radicavit. Longe eſt iſta à curis curiæ: ubi magis incuria pene incurabilis dominatur. Sub dominatione iſta perit fides, & juſtitia exſulat, & veritatis illuſtratio ceſſit tenebris vitiorum, regimen iſtud ſua Chriſtum cruce ſpoliat, ut jam non re, ſed ſolo nomine cruci militet chriſtianus. Cum his potius de fide diſſerendum eſt, qui Dei filium habentes oſtentui, Judæorum facti participes, Chriſtum iterum crucifigunt. His oppone te ipſum, ſi te fidei confitearis amicum: quia ſi fidei amicus es, qui pro ea decertare velis & valeas, procul dubio à te exſulat ſæculi amor, qui Dei conſtituit te inimicum. Scriptum quippe eſt, *quia qui voluerit eſſe amicus hujus ſæculi, inimicus Dei conſtituitur.* O infelices animos qui cœleſtibus amicitiis amorem præferunt terrenorum. Cæli & terræ Dominus univerſis præferendus eſt; non modo verbo & lingua, ſed opere & veritate diligendus! O animos à vera nobilitate degeneres, quæ dum divinæ ſimilitudinis nihil commune cum terrenis fæcibus habet, nec carnalis amoris amentiam comitatur! Cor nimirum ſurſum elevans, ſydereis ſplendoribus inſerit,

Jer.

Ex vanitate non diſputandum.

nec divinæ imaginis pulcritudinem intus patitur deformitate fœdari. Non hîc avaritiæ idolatria, non ſuperbiæ tumor, non libidinis fœda rabies, non malitiæ horrenda cæcitas, ibi locum obtinent, tibi ex propoſito divinæ ſimilitudinis dignitas conſervatur. Honor iſte non paſcitur jocis, non otio ſolvitur, non induitur mollibus, non ſe cibis ingurgitat, non plauſus hominum quærit, non ſpectaculis delectatur, non hîc ſcacorum otioſa ſubtilitas manſueti cordis felix otium inquietat, non hîc infelicis aleæ ludus male redimit tempora, quæ toties cum faſtidio defluuntur, quoties ſine ſceleribus tranſiguntur. *O curas hominum! O quantum eſt in rebus inane!* O utinam ſola eſſet in curis hominum vanitas, & non iniquitas ſe ſociam faceret individuam vanitati! Immo certè iniquitatis mater vanitas, partuque vipereo iniquitatem vanitas parit. Genimina viperarum ſunt hæc, ſed ab his liber eſt animus, qui ad uſus debitos ſolâ utitur ratione. Debitus enim rationis uſus, quantum ad intelligentiam cœleſtium perficit, tantum à curis mortalium mens elongatur. In ratione quippe poſitus eſt divinæ ſtatus imaginis, & ſimilitudinis honor: unde jumentum ſapit non hominem quoquam divertere extra lineas rationis. Per lineas enim rationis ducta & directa operatio, aut fidem ne moriatur cuſtodit, aut jam mortuam ad vitam reducit: *Fides enim ſine operibus mortua eſt.* Unde non ibi dicenda ratio, ubi minimè recta intentio reperitur, quia ſi de beneficio rationis fuerit intentio recta, rationabilia erunt opera proculdubio, quæ, ſicut dictum eſt, aut fidem mortuam poterunt ſuſcitare, aut ne mori valeat providere. Moderamen igitur rationis affectibus noſtris per Dei gratiam ordinem tribuit, ſit virtutum materies, morum æquitas, diſciplina operum, totius ſeminarium honeſtatis; affectus enim animi circa rationem diſpoſiti, virtutum effectus & nomina ſortiuntur. Ceterum irrationabilis eſt vita, ubi ratio non erudit intentionem, ut recta ſit; nec voluntatem afficit, ut ſit pia; de eadem enim luce, incorporeæ ſcilicet rationis, intentio illuſtratur ad rectitudinem, & exhilaratur ad pietatem voluntas. Verùm hæc in fidelium cordibus fiunt. Nam hujus gratiæ penitus eſt expers infidelis: *Sine fide enim impoſſibile eſt placere Deo.* Et Apoſtolus: *Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt.* Sed numquid fidelem dixerim, in quo fides eſt mortua, & qui fidei operibus contradicit? An non contradicit operibus, qui verbo confitetur ſe noſſe Deum, factis autem negat? Non videtur fidem ſapere, cujus animus incompoſitus, vultus turbidus, ſermo inſulſus, actus inhoneſtus, impudicus oculus, tactus illecebroſus, avidus vitii appetitus. In fide non regnat cupiditas, non tumultuatur ambitio, non elatio tumet, non ira fremit, non ſordet luxuria, non ventris ingluvies porcum ſapit. Qui talis eſt, fidelis non eſt, nec eum convenit fidei negotia pertractare. Quòd ſi tua tibi conſcientia perhibet teſtimonium, te hujuſmodi ſubjectum peſtibus; conſulo tibi cum

Perſ. Sat. 1.

Jac. 2. 26.

Fidelis non cenſendus, cujus fides mortua eſt.
Heb. 11. 16.
Rom 14. 13.

A illis familiarem habere conflictum. Liberatus ab his, jungaris fidelium numero, potens etiam alios ad fidei regulam revocare. Melius pugnat pro fide operis unctio, quàm ſermo. Efficacius eſt exemplum boni operis ad perſuadendum de fide, quàm ſi pro fide in multiloquio diſceptetur. Felix tamen doctrina oris, cùm ſcientiæ præloquitur operatio. Felix in quo fides atteſtatur utrumque. Satage igitur honeſtè vivere, ut tua tibi fides ad juſtitiam reputetur. Tu enim te totum teſtimonio fidei debes, fidei
B quippe miniſter & evangelii præco factus es de jure & officio ſacerdotis. Vide ne deſit officio animi virtus, ne ad fidei deffenſionem vel præconium minimè idoneus habearis. Tunc enim fides eſt, quæ te faciat virtutis participem, ſi fidem, & operis veritas, & decus caſtimoniæ comitetur. Angelicæ incorruptionis æmulare gloriam, quibus participatione nominis, officii ſublimitas te conjunxit; ſcriptum quippe eſt in Malachia: *Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, quia angelus Domini exercituum eſt.* Cuſtodi igitur à maliloquio labia tua, quibus conceſ-
C ſum eſt de officio totius gratiæ & efficaciæ verba loqui. Non hoc certè conceſſum eſt angelis, nec hujus gloriæ officium angelica natura meretur Sacro-ſancta tractare myſteria, terribilia ſacramenta conficere, non eſt ſpirituum, ſed hominum, quos tanti gradûs ſublimare gloriæ vocatio divina dignatur. Sacerdotibus quidem cooperantur angeli, nec omnino poſſunt deeſſe myſterio, ubi Rex angelorum inter manus hominis incomprehenſibilia operatur. Quantum ergo putas ſacrilegium os vani-
D tati polluere & mendacio, quod ſemel incorruptæ conſecratum eſt veritati? quo pacto de eodem fonte dulcis & amara aqua poſſunt effluere, eademque labia veritatis deformari eloquio falſitatis? diffuſa eſt gratia in labiis tuis, totieſque erit lac & mel ſub lingua tua, quoties illa ad myſteriorum efficaciam pronuntias verba. Mel, inquam, & lac ſub lingua tua, quoties ad prolationem tuam ſub viſibilibus ſpeciebus Deum hominem conſtituunt verba illa. Verba noſti. Tremenda eſt ſacro-
E ſancta eorum prolatio, & vis incomprehenſibilis myſterii efficax, quæ ſacerdotum miniſterio ſunt conceſſa divinitùs. Quo igitur pacto erit ſub labiis tuis labor & dolor, & venenum aſpidum, cùm tanta tamen poſſit in labiis tuis verborum vis? A multiloquio igitur & vaniloquio, à ſtultiloquio & turpiloquio, & falſiloquio & maliloquio, debes os tuum compeſcere: quia cœleſtibus conſecratum myſteriis conſtat eſſe. O quàm puro corde, quàm mundis manibus, quàm ſimplicibus oculis, illa actio
F exequenda eſt, in qua agitur de Virginis partu, de Agni paſſione, de redemtione hominum, de criminum indulgentia, de virtutum plenitudine, de lætitia angelorum! Quis tibi es & qualis, ubi inter manus tuas Virgo de Spiritu-ſancto concipit, cùm, te proferente verba myſterii illibata, viſibilis oblationis ſubſtantia in divinæ Carnis ſubſtantiam tranſit? Quo pacto ad vanitatis ſuperflua, ad mate-

Malach. 2. 7.

Sacerdotum quanta dignitas, quanta debeat eſſe puritas.

Digitized by Google

riam petulantiæ, ad fomenta libidinum, illos oculos ex propoſito vertis, quibus & virginei partûs munditiam, & Dominicæ paſſionis innocentiam in tuis fieri manibus intueris? Quâ fronte audes tuis digitis inhoneſta tangere, quibus tractas honeſtatis auctorem, amatorem innocentiæ, gratiæ largitorem? Manus tuæ ſanguine plenæ ſunt, & ad candidiſſimam ſyndonem Dominicæ carnis eas mittere non formidas? Vide, fili, ne ſi te rapacitas avaritiæ fortè lupum fecerit, Agnus fugiat potiùs quàm expectet: & reverâ lupi præſentiam agni teneritudo non ſuſtinet: ſicut nec milvii ingluviem gallinæ pullus; ſic nec accipitris rapacitatem columba. Et quidem non ex metu Agni hæc fuga agitur, nec in veritate ſuæ carnis præſentiam etiam peſſimis denegat: ſed eos fugit quando ad pernitiem & ad judicium ſe ſumi à talibus ſinit. Magis ex præſentia lupi Agnus occiditur, cùm indignè accipiens, vel inhoneſtè conficiens, reus Dominici Corporis & Sanguiniſi nvenitur. Quomodo ergo, qui talis eſt, Judæorum infidelitatem redarguit, & de reatu Dominicæ mortis convincit, qui Sacramenta indignè accipiens, ejuſdem ſe culpâ reatûs involvit? Et illi quidem, ſi cognoviſſent, numquam gloriæ Dominum crucifixiſſent. Tu cognoſcis & occidis, quoties reus Corporis & Sanguinis ejus indignè accipiendo efficeris. Longè execrabilius eſt viventem & regnantem in ſæcula iterum malè vivendo crucifigere; quàm cùm in mortalem adhuc & humanum ſubjectum indigentiis Judæus neſciens voluit deſævire. Deterior fidei hoſtis eſt falſus chriſtianus, ſciens & perſequens, quàm Judæus perſequens & ignorans; ſed intra fidei ſinum nullus malo atrocior ſacerdote, qui non malâ ignorantiâ, ſed avaritiâ Chriſtum perſequitur, cui tantò debuerat familiariùs obſequi, coherere firmiùs, miniſtrare fideliùs, quantò ſe dignantiùs & mirabiliùs credit illi. Verùm, quod ſine gemitu dicendum non eſt, ſacerdotes noſtri temporis ita ſe vitiis armaverunt in Chriſtum, ut in ipſum potiùs quàm pro illo conjuraſſe videantur. Arma ferunt in ipſum, qui pro ipſo pugnare debuerant; & virginem ejus, hoc eſt Eccleſiam, ſicut ait Propheta, conſtuprantes, uſque ad verticem corruperunt. Denique vita eorum facta eſt omnibus exemplar malitiæ, ſentina criminum, ſpectaculum ignominiæ, ambitionis materies, & totius averſionis forma deformis: quorum eſt inexplebilis & inexplicabilis avaritia, libido inſatiabilis, ambitio infinita. Simonem nimirum & Giezi imitantes, domum Dei in templum idoli infe-
Col. 3. 5. lici commercio mutaverunt. *Avaritia enim*, ut ait Apoſtolus, *eſt idolorum ſervitus*, cujus quæſtum pietatem putantes, nullum admittere ſacrilegium reverentur. Plus enim curant nummos, quàm animas; plus muros, quàm mores; plus canes, quàm pauperes; plus denique carnis ſuæ quos de fornicatione ſuſcipiunt, quàm matris Eccleſiæ filios, quibus præeſſe & prodeſſe tenentur. O infelices iſtos, qui de ſuo volentes honorari miniſterio, ipſum omnimodis

A miniſterium inhonorant! Jam enim vituperatur eorum miniſterium, dum per illud, non Christo, ſed ſibi miniſtrant; ſatagentes ex fructu officii ſuæ ſatisfacere voluptati. Se crucis Christi ſervos fatentur, dummodo ex illa emolumentum carnale ſuſcipiant; ſed beatam ſequi crucis ignominiam erubeſcunt. Sic cruci ſerviunt, ut non crucem ſentiant: cùm potiùs ſub obtentu crucis, de crucis beneficio carnis luxuriam & mollia voluptatum conſec-
B tantur. O ſæculis omnibus deteſtanda abuſio! ideò colere crucem, ut habeas unde vaces illecebris, unde ſumas velamen malitiæ libertatatem. In cruce Christi & crucis obſequio ſumma & ſola libertas eſt: ſed quibus cordi unctio eſt, & veritas in affectu. Ceterum amatores ſæculi, contemtores cœleſtium, plerumque dum exequuntur omne quod pium eſt, de crucis titulo ſe tuentur; cæci enim ſacerdotis officium, niſi cruci militat: tu tamen videris, utrùm verum redoleas ſacerdotem. Bonus ſa-
C cerdos eſt, in quo commendat dignitatem ordinis ordinatæ ſtudium actionis. Bonus ſacerdos eſt, qui non modò Patri immolat Filium, ſed ſemper ſatagit immolare ſeipſum: alioquin quomodo comedit, vel immolat Agnum, qui nec Ægyptum deſerit, nec renes accingit? Hebræis tantùm & egredientibus de Ægypto licet Agnum immolare Paſchalem. Non eſt Ægypti ſacrificium iſtud; quin potiùs agnum vel ovem edere dedignantur. Ægyptius eſt ſæcularis, quem delectant peccatorum tenebræ, cui placet Pharaonis damnatio, cui cordi eſt in lu-
D to & latere occupatio. Ægyptus tenebræ ſonat, Pharao diſſipatio, lutum eſt voluptatum mollities, quam in lateris duritiam conſuetudo convertit. Non iſta agentibus Agnum immolare præcipitur, ſed Iſraelitæ ad ſolitudinem feſtinanti: renes accingit continentia, de tenebris educunt veritas & ſinceritas, generatque pœnitentiæ amaritudinem lactuca agreſtis. Vide igitur, tu qui Agnum immolas, utrùm exeas de Ægypto. Quòd ſi reverâ egrederis, immola reverenter. Non debet deeſſe immolatis renibus
E caſtitatis cinctorium, nec manibus fidei baculus, nec pedibus exemplorum calceamenta ſanctorum. Pedes affectus ſunt, manus opera, quorum utraque munienda ſunt, affectus exemplis de imitatione ſanctorum, opera fide ad eruditionem malorum multorum. Si hæc tibi defuerint, & tamen ab Agni immolatione non temperas, non es Iſraelita, ſed Ægyptius; non es fidelis, ſed apoſtata; non es ſacerdos, ſed ſacrilegus; non es deffenſor fidei, ſed offenſor. Ceterum, quid tibi dicam de blaſphemiis, quæ
F de tuis toties ſonare labiis audiuntur? Quia enim tu jurationem putas, & ex populari temeritate vertiſti in conſuetudinem, nos blaſphemiam eſſe docemus & dicimus, & credimus. Certè cùm verba ſacerdotis, aut vera ſint, aut ſacrilega; toties nomen Dei ſui in vanum aſſumere, non eſt jurare, ſed blaſphemare. Quid illud eſt quod ſacrilego ore, corde tam impuro, tam incircumciſis labiis, etiam inter actus diabolicos beata Jesu membra in

Digitized by Google

jurandi, immò in blaſphemandi conſuetudinem adducuntur? Non eſt hoc humanum, ſed prorſus diabolicum, perditæ mentis homines, ſub obtentu juramenti impiis garrire vocibus quod totis tremebundum cordibus, totis viſceribus eſt amandum. Non audet, nec poteſt ipſe diabolus in CHRISTI majeſtatem delinquere, nec tantum excedere potuit in CHRISTUM Judaïca quidem ignorantia, quantummodo in ipſum infeliciſſimi chriſtiani delinquunt. Si noſſet diabolus, ſi noſſet Judæus, Domino gloriæ peperciſſent. Chriſtianus credit, & deſpicit: agnoſcit, & abjicit: adorat, & blaſphemat: orat, & impugnat. Age igitur pro fide tua, pro officio tuo, ut omittens interim diſputare cum Judæis ſuperfluè, quia nec ad te pertinet, deteriores illis fidei tuæ domeſticos verbo & vitâ inſtruas chriſtianos.

EPISTOLA XVI.
ad Agnetem virginem.

Litteris mandat quæ in conventu virginum palam diſputaverat.

Ex mſ. B. Mariæ de Miſericordia Dei & Clarevallenſi.

AGNETI virgini Chriſti, frater ADAM dictus abbas de Perſania inter virgines prudentes deputari.

Tanti mihi eſt, filia, in amore CHRISTI amor tuus, ut ſicut non poſſum negare quod poſtulas, ita nullatenus volui petita differre. Adeo præceps eſt amor ſanctus in omne quod virtutis eſt, ut dum ſemper ſpiritualium ſuſpirat ad incrementa profectuum, indeſinenter aliquid ſibi providet incentivum. Verùm mirum in modum amori ſancto ſit proficere, languere eſt, & quò ampliùs in deſiderium virtutis extenditur ardor cordis, eò magis mens à ſe deficiens proficit in Deum ex deſiderio liquefacta amoris. Utinam languidulam te amor iſte reddiderit, & ad ignitum eloquium ſponſi tui liquefacta ſit anima tua, ut poſſis ex ſententia animi dicere illud amantis: *Anima mea liquefacta eſt, ut dilectus loquutus eſt*! (Cant. 5. 6.) Tu igitur ex verbis meis accendi deſiderans, petiiſti inſtantiùs, ut quæ aliquando in conventu virginum, te præſente, ad ipſarum ædificationem diſputaveram, traditum litteris recollectum breviter tibi tranſmittere non negarem. Verùm cùm tenor ſermonis illius, aut ex toto, aut ex parte maxima elapſus ſit, cùm eadem mihi ſit materies & cauſa eadem, te orante, aderit idem ſpiritus qui de eodem capitulo, & ſi fortè non eadem, dabit tamen non diverſa ſentire.

(Matth. 17. 4.) Capitulum eſt ut recolis: *Domine, bonum eſt nos hic eſſe.* Quis hoc dicit? amicus ſponſi & ſponſæ cuſtos Petrus, eò in CHRISTO ſolidus, quò CHRISTUM ſpecialiùs amans totus erat amoris flammâ ignitus. Et reverà quid melius, quàm amatorem amoris in amore incorruptionis perſiſtere; & non ſolum fidei oculo incommutabilem pulcritudinem intueri, ſed etiam certiſſimæ ſpei brachiis amplexus ſtringere, puriſſimæ affectionis tenera miſcere oſcula, con-

A fabulationibus ſinceri cordis ſponſum vel interpellare præſentem, vel invitare abſentem? Sponſus quippe virginum fons amoris eſt, dulcedinis pelagus, abyſſus gloriæ, unica amantium conſolatio; qui cùm fideli ſponſæ ſemper ſit majeſtate præſentiſſimus, dilectione proximus; quamdam tamen ejus abſentiam indicat crucians & liquefaciens animam inextinguibilis deſiderii effectus; mens puri amoris deſiderio liquefacta dum tota ſuſpenditur, ad plenariæ gaudium conſolationis, moleſtiſſimè tolerat B diſpendia dilationis. Dum defectibus tamen ſuis reputat quia non apprehendit quod amat, eò ſubtiliùs in amoris deſiderium proficit, quò ex defectu ſuo ſe humilians ex conſideratione propriæ infirmitatis ſui ſublimitatem attendit amoris. Ex hoc Verbi ſponſa talibus conſtricta articulis, mandat dilecto per nuntium, quòd amore langueat, quòd abſentis anxietur deſiderio, quòd amabile vulnus caritatis ſuſtinere non prævalet, niſi ſe ſpecioſus formâ præ filiis hominum Sponſus per præſentiam manifeſtet. Inde jam ſequens Agnum quòcumque ie- C rit, paſcens cum eo, & cubans in meridie, non jam ei tamquam abſenti nuntios dirigit, ſed oculo ad oculum videns, & facie ad faciem colloquens, exclamat & dicit: *Domine, bonum eſt nos hic eſſe.* Ac ſi dicat: jam non amore langueo de abſentia tui; jam non me cruciat vis dilati deſiderii, ſed in tui præſentia, tota per amorem convalui, QUIA HABERE TUI PRÆSENTIAM, NON LANGUERE, SED SANARI EST. Felices tamen, & multùm felices ſunt, qui ex tali languore deficiunt, quia nul- D la eſt animæ medicina, quæ languoris hujus deſideriis non fuerit liquefacta. O quàm ſalubris eſt languor iſte, quàm ſatians & reficiens Sponſi deſiderium, quàm longè eſt à ſalute, quæ hac vulnerata non fuerit caritate! Sed hoc meliùs experitur ſponſa, quàm ſervus. Illa quippe quò teneriùs diligitur, eò ſecuriùs atque ſecretiùs de familiari contubernio gloriatur. Sponſa nimirum in cubiculi ſecreta admittitur, & inter arcana thori maritalis ſolemnia ſponſo mundâ & ineffabili commixtione E unitur. Ex hoc jam de Spiritu-ſancto concipiens, vernat & virginat virtutum ſobolem, bonorum operum procreat filios, id habens remedio in languore amoris, ut his fulciri floribus quærat, & ſtipari talibus delectetur malis. Verùm id languor agit amoris, ut per ſpiritum & deſiderium ſanitatis quam affert & offert Dei præſentia, ſint & flores immarceſſibiles & imputribilia poma. Flores enim in horto ſponſi ſunt virtutes in deſiderio animæ, quos facit immarceſſibiles, & caritas quæ numquam excidit, & deſiderata æternitas quæ finem neſcit. F Ceterùm mala, & per corticis colorem, & granorum multitudinem ſignificant & multiplices carnis paſſiones in ſanctis, & multiplicitatem bonorum operum in unione & ardore caritatis. Hac ſponſa in ſe meliùs experitur & ſentit, quippe quæ, ut dictum eſt, intus admittitur, & eò ad divini conſilii ſecretum purior pervenit, quò nudior ab integumentis carnalibus &

Digitized by Google

corporis imaginibus incorruptæ veritatis thalamum conjunctius ſubit. O quàm ineffabilis eſt hujus copulæ ſpiritalis oblectatio! ubi dum de medio tollitur quidquid carnis eſt, eò ad omne gaudium dilectum ſuum anima conſtrictius apprehendit, quò ſe nuditati innocentiæ ejus incorruptæ veritatis nuditas non abſcondit. Sed ſi fortè boni hujus interdum abſentia ſponſam languere fecerit, dum continuè habere deſiderat quod ſemper habere non ſufficit, dum differtur inconſolabiliter quod immobiliter appetit, tunc interim fulciri floribus quærit, quia aut de intellectibus ſcripturarum, aut de exemplis ſanctorum, aut de innocentia actuum ſpiritualium, aut certè de profectibus aliorum ſe pro tempore conſolatur & paſcit: *Fulcite me*, inquiens, *floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo*, tamquam dicat: quoniam de dilecti abſentia crucior, quia interim amabili ejus præſentiâ frui non mereor, fortè ſi fuero fulcita floribus, ſi fuerit lectulus noſter floridus, per florum redolentiam mihi reſtituetur dilectus. Et hæc quidem ſponſa. Quid autem ſervus? vix in veſtibulo ſtare permittitur, admittitur numquam, ejicitur ſæpius, crebrius vapulat, quippe quem timor foris portandis hominibus deputat, & propriæ conſcientiæ reatus flagellat. *Ejice*, ait ſcriptura, *ancillam & filium ejus*; ideo ſervum, quia ancillæ filium; ideo ejectum, quia ſervum, quia ſervus non manet in domo in æternum. Ego, ego ille infelix ſum, à quo tu non ancilla, ſed Domini mei ſponſa, & ideo domina mea de amore Sponſi requiris, quem ſi tamen divini contractûs jura non violas, per te meliùs ſentis, apprehendis teneriùs, oblectabiliùs experiris. Quo ergo pacto, tam leviter de cubiculo Sponſi egrederis, & de interioribus tuis foris ſervum Sponſi tui conſulis, præſertim cùm neſciat ſervus quid faciat dominus ejus? Intus, intus, bone Jesu, quæreris meliùs, inveniris citius, teneris ſtrictius, dulcius oſcularis. Cùm te oſculato Agnes Agni ſponſa, quia diffuſa eſt gratia in labiis tuis, jubilare poterit, & epithalamium illud ſacræ virginis Agnetis pſallere: *Mel & lac ex ejus ore ſuſcepi*, &: *Sanguis ejus ornavit genas meas*. Revertere ergo, revertere Sunamitis, revertere, revertere, ut intueamur te. Diſcurre per hortum concluſum, & ſcito in cubilibus & in hortis aromatum tuum deliciari dilectum. Quàm ſpecioſa facta es & ſuavis in deliciis tuis, ſi fœdera cœleſtis matrimonii illibata cuſtodis! ſi candorem ſuum immarceſſibiliter retinet odor lilii virginalis, ſi candori intermixta virgineo genas animæ tuæ roſa purpurat caſtitatis! Talem pulcritudinem in genis animæ quærit, qui ſcrutatur renes & corda. Quærit ut tota pulcra ſit amica ejus, quia ipſe eſt ſpecioſus formâ, non ſolum præ filiis hominum, sed etiam præ vultibus angelorum. Quàm elegans eſt facies ſponſæ! quàm & candor virginalis innocentiæ lacteam reddit, & verecundiæ tenerioris rubor ſuffundit; alioquin imitatur pallorem candor, qui nullo rubore ſuffunditur, nec lilium caſtimoniæ habet

Cant. 2. 5.

Geneſ. 21.

Ib.

Cant. 4. 11.

A gratiam, quòd non facibus amoris ignitur. Talis eſt dilectus tuus, candidus & rubicundus, quem & munditia virginei partûs profert in lilium convallium, & roſeus cruor ex inæſtimabili caritate effuſus in martyrum tinxit purpureum ornamentum. Cùm igitur hæc animadvertis, & diligis, & introducta interius experiris, ſive te languidam reddat, ſive inebriet & abſorbeat vis amoris, puto, exclamas & dicis: *Domine, bonum eſt nos hic eſſe*. Introducta quippe in cellam vinariam, ad Sponſi transfigurationem videndam proveheris, dùm illic proficiſceris proficis, ſed dum proficis neſcis. Quare hoc? Quia advertere profectûs ſuos, & virtutes metiri, eò proximum eſt ruinæ, quò ſuperbiæ eſt vicinum. Superbia enim, ut ait quidam ſanctus, natione cœleſtis eſt, & de puritate virtutum impura elatio ſæpius exordium ſumit. Utile eſt igitur in magnis & mirabilibus quaſi neſcire ſeipſum, ut quò amplius animum amoris pietas ſurſum elevat, eò amplius ex eodem amore ab omni tumore deficiens, ad humilitatis infima liqueſiat. Hinc eſt quòd Petrus cum in Transfiguratione mirà videret, mira cum diſpenſatione in tantà elevatus altitudine, quid loqueretur neſciret. Quid eſt igitur ex magnitudine amoris liquefactio cordis, niſi humilitas quæ ſalubriter hominem à ſe deficere docet, cum eum caritas, aut ad profectum virtutum promovet, aut in perfectionis faſtigio ſublimem tenet. Liquefactionem verò humilitatis ad ignem ſancti amoris devotionis lacrymæ teſtantur foris. De ceterò etiam in carne munda ſit hortus irriguus, ubi tantò immarceſſibilius vernat amœnitas virginitatis, quanto opportunius eum rigat intima aſperſio divini roris. O virtutem humilitatis neceſſariam, quæ dum medium tenet hoc modo, moderatur ſingula; ut & candorem virgineum caſtiget verecundia, ne deformiter palleat; & caritati ſollicitè provideт, ne de ſecuritate oblita reverentiam per ſuperbiam inſoleſcat! His floribus ornandus eſt conſcientiæ lectulus, his floribus fulciendus eſt animus qui paratus eſt in montem aſcendere ubi transfiguratur dilectus. Transfigurari enim neceſſe eſt ipſam animam, & peregrinam terrenæ cupiditatis deponere formam, ut idonea ſit transfigurantis ſponſi ſecretam cernere claritatem. Hinc eſt quod Chriſtus aſcendens in montem ubi transfigurari debuit, tres tantùm diſcipulos, Petrum ſcilicet, Jacobum & Johannem ſecum aſſumſit. In Petro nota firmitatem perfecti amoris; plus enim ceteris Petrus amavit, & à firma petra ob fidei non fictæ conſtantiam nomen traxit. Jacobus, qui interpretatur Luctator ſive Supplantator, humilitatem ſignificat, quæ & vitia ſupplantatat per innocentiam, & contra adverſa luctatur per patientiam. Per Johannem exprimitur carnis integritas, quæ hoc meretur privilegium, ut ad incorruptæ veritatis provehatur ſecretum. Si flores iſtos de horto voluptatis decerpſiſti, miris odoribus ſponſi gratiam oblectaſti, revocaſti abſentem, præſen-

Matth. 17. 4.

Neſcire ſe ipſum, utile.

B C D E F

tem fortiter tenuiſti, & dixiſti: *Tenui eum, nec dimittam*, & illud: *Dilectus meus mihi, & ego illi*. Ex hoc in illum transfigurata & configurata ſimilitudini ejus cavere debes omnimodis, ut vultus tui amplius non ſint in diverſa mutati. Unitatis enim & indemnitatis amator eſt ſponſus tuus, qui ſemper unus & idem permanens eò ſuſpectam habet omnem varietatem: quia omnis pene varietas amica eſt mutabilitati, mutabilitas vanitati, vanitas falſitati, quam deteſtatur veritas ſponſi tui. Ex hoc eris videre idonea, quomodo reſplendeat facies ejus ſicut ſol, intueri veſtimenta ejus ſicut nix, & à nube lucida obumbrari. De cetero ſi non ignoras te, ſicut Petrus qui neſciebat quid diceret, ſcis & habes unde facias tria tabernacula: Sponſo tuo unum, Moyſi unum & Eliæ unum. Quid enim eſt Sponſus tuus niſi amor æternus? Hic paſcat & cubet, & tabernaculum habeat in meridie, hoc eſt in fervore tuæ caritatis. Moyſes lator & zelator divinæ legis ſignificat ſcientiam vel zelum diſciplinæ regularis, cui tabernaculum eſt in fiſcella ſcirpea, hoc eſt in tractabili & ſine nodo iniquitatis conſcientia humilis cordis. Per Heliam, qui & carne integer fuiſſe creditur, & ab Helyos, hoc eſt à ſole ſecundùm aliquos nomen trahit, ſignificatur veritas, vel evidentia operum lucis, quæ quaſi tabernaculum habent in candelabro excellentiæ virginitatis. Splendoris intuitus in facie Sponſi eſt præmium & remuneratio caritatis interim de dilati deſiderii ſuſpenſione languentis. Splendor & claritas niveæ veſtis eſt humilitatis gloria interim vilitate & extremitate gaudens. Obumbratio lucidæ nubis eſt & hic protectio, & poſtmodum omnimoda liberatio virginitatis. Intra nubem iſtam receptæ non nubent, neque nubentur. Tunc innixa ſuper dilectum, ſequetur Agnes Agnum quòcumque ierit, & per itinera æternitatis ejus deducta, de æternitate amoris, ſecura dicet: *Domine, bonum eſt nos hîc eſſe*. Cum illuc perveneris & bene tibi fuerit, vide ne ſis immemor meæ infelicitatis, cum teneriori amplexu ſponſum ſtrinxeris, ſuſcipe apud eum cauſam ſervi, ut de veſtibulo timoris in thalamum introducatur amoris. Ne invideas ſervo poſſe adoptari ſaltem in filium, cum tibi ſufficiat ſponſæ privilegium, ad laudem & gloriam Sponſi Eccleſiæ, cui eſt honor & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

EPISTOLA XVII.
ad N. amicum ſuum.

Agit de odio vitiorum, virtutis amore, & vanitatis contemtu.

Dilecto ſuo N. frater ADAM qualiſcumque Perſeniæ abbas veræ philoſophiæ ſtudiis inſigniri.

De odio vitiorum, de virtutis amore, de mundanæ vanitatis contemtu, caritas imperat miſcere colloquium cum amico. A Amicum te, fili cariſſime, dixerim, non quia à te amari merear, ſed quia in illum caritatis ſinum te colligo, cujus latitudo neminem prætermittit. Caritatis nimirum amplitudinem mundi non ſuperat latitudo. A ſinu caritatis etiam inimicos diligere amicorum collectio non excludit. Nihil igitur caritate felicius, cui tamen eſt in vitia odium, in homines amor, in angelos tranſitus, deſiderium in æternis. Hæc diſſidentia unit, disjuncta compaginat, perverſa corrigit, diligit bona, & optima quæque cuſtodit. B Hæc mihi te vinxit in ſpiritu, licèt parum facie cognitum, diviſum locis, converſatione alterum, profeſſione diverſum. Tu enim vivis in ſæculo, in ſæculo militas, ego ſæculi rebus valefaciens, in tabernaculo clauſtri CHRISTO propoſui militare. De ſcientia animi loquor; nam te puto ſæculum diligere, quem ſæcularibus video implicari negotiis, & ea quæ mundi ſunt ſtudioſius actitare; ubi quippe eſt theſaurus hominis, ibi eſt & cor ejus. Quid igitur mirum, ſi laberis, qui labentibus inhærens, ex deſiderio eo impetu deorſum traheris, quo vana ſpecies rerum ſuos præcipitat amatores? C Amare certè quæ mundi ſunt, eſt contemſiſſe cœleſtia, eſt inimicum fieri æternorum. Ab internis exulat bonis requiſitor præſentium, nec dignus eſt amore opificis, qui ipſum opificem operi ſuo præferre non novit: præferre dico, non tantum rationis judicio, ſed electione amoris. Amor iſte beatum facit animum, cum illud amat quo ſpoliari non poſſit invitus; cum enim nil ſit humanâ D voluntate liberius, id ſolum non poteſt admittere, quamdiu habere voluerit quo beata efficitur illo fruens. Appetendum eſt igitur, & quærendum bonum illud, quo dum ſemel inveſtita mens fuerit, non poteſt amittere, niſi volens. Quòd ſi boni hujus inveſtituram mens beata perſeveranter tenuerit, etiam carnis ſuæ cùm fuerit devicta corruptio, & ſopita omnis repugnantia in æternam conferet tranſitum libertatem. O felicem tranſitum, unde nec libeat, nec liceat reſilire! O bona æternitatis E poſſeſſio, quæ nonniſi tribulationis tranſitoriæ pretio comparatur! O felicis philoſophiæ inſigne ſtudium, ubi corpus omne mens inhians, in ſuperna faſtidit, & de ſervitute carnis quam conterit, veram carni & animæ comparat libertatem! Quid enim carne moriturâ ſervilius? & tamen ordine præpoſtero liberioris naturæ nobilem ſpiritum de communi obſequio cogimus famulari. Interim quippe in ſæculi filiis rationis humanæ captivatur nobilitas, ut mirum in modum obſequium irrationabile ratio carni deferat; & in obſequiis carnis ſuum F aſtuta ſit miniſterium uſurpare. Prudentiores quippe ſunt filii hujus ſæculi filiis lucis in generatione ſua: quia nimirum prudentior ad malum ratio in ſæcularibus ſenſualitati contra rationem ſuppoſita, quam ſit ad bonum in ſpiritualibus viris, in quibus eſt carni ſuæ jure prælata. Quid igitur ratione abuteris, & Creatoris imaginem, quæ ſola eſt ratio, irrationabili amore carnalium oblitteras & abradis? Similis certè

Digitized by Google

certè ſimilem quærit, & vix in aliquo rerum genere hæc regula fallitur, cum ad ſuum participium & ad ſuam ſimilitudinem ſingula convertantur. Quo igitur pacto ſolus Creator in homine ſuam perdit ſimilitudinem, quam tam ſibi diſſimilem deformitas injuſtitiæ reddit? Injuſtitiam ſanè dixerim eum, qui ad æterna creatus eſt, ex deſiderio remorari in temporalibus, cor in labentibus figere, & non potius reputare moleſtiam quod à vero lumine per interpoſitam carnis moleſtiam ſicut per parietem retardatur. Quod ſi objectam parietis moleſtiam reputas, non denſare lutum ſed diruere, non augere ſed minuere conſilii erat. Certè amator æternorum moleſtum carnis parietem, & ſi diruere non poteſt, fulcire refugit. Non ei honores accumulat, non quærit reditus, non cibis ingurgitat, ſed quod de neceſſitate exigitur, ſatagit temperantius indulgere. Quàm longè eſt hoc philoſophandi genus à dilatoribus ſæculi, quorum deus venter eſt, qui quæſtum exiſtimant pietatem, qui damnum reputant non peccare. Hi ſunt quibus virtus oneri, honori eſt vitium, qui paupertatem Jesu & crucis ignominiam abhorrentes, appetunt florere in ſæculo, de miniſterio ſanctitatis. Utinam, fili cariſſime, ab his longè fieri velles, & tenere ſanctorum itinera, quæ à cruce non dubitas inchoare! In cathedra enim crucis philoſophiæ noſtræ nos magiſter inſtituit, cujus qui noluerit ſequi magiſterium, omnimodis non poterit obtinere promiſſum. Ad hanc philoſophiam te invitat anima mea, amor meus. Lege ergo, & perlege, & relege ſæpius hanc amoris epiſtolam, in qua etſi verba non ſapiunt rhetorem, faucibus tamen cordis tui ſinceræ dilectionis repreſentent ſaporem. Vale, cariſſime, & ſi totum quod legis non peragis, volo te tamen correctius vivere, quàm vixiſti. Vale.

EPISTOLA XVIII.
ad magiſtrum Phidebalon.

Contra judices & juriſperitos ſæculi.

Ex mſ. Claravallenſi.

Dilecto ſuo in Chriſto magiſtro Phidebalon frater Adam pauperum Perſeniæ ſervitor indignus immaculatam legem Domini opere & veritate Juſtiniani legibus anteferre.

Licet bonam voluntatem tuam erga nos, fili cariſſime, palam ſit ex litteris tuis agnoſcere, evidentius tamen & efficacius de teſtimonio operis comprobatur integritas voluntatis. Familiaritatis certè meæ ſeminarium, cujus per affectum, Deo monumentum præſtante, copioſa ſeges exuberat, non à me fateor ſumſit initium; ſed à te potius, qui gratuitò tuæ liberalitatis præventu te mihi prius incognito, & poſtmodum ſæpius ſemper in merito ad obſequii diligentiam alacriter obtuliſti. Beneficia nimirum, quæ accipientium merita prævolant, gratiora non immeritò diſplicato merito judicantur: & certè quæ de gratuito affectu prodeunt, fœcundiori effectu dignum eſt compenſari. Beneficia ſanè illa intelligo, quibus te mihi promtum & alacrem exhibuiſti in ſalutationibus, affabilem in colloquiis, in negotiis familiarem, in dandis conſiliis officioſum, devotum in exhibitione reverentiæ, humanum in obſequiis, ſi quando in hoſpitio tuo ſim receptus. Hæc omnia ſicut ex abundantia cordis emanaſſe non ambigo, ſic non debeo per vitium ingratitudinis adnullare. Ex his ſollicitudini tuæ datur patenter intelligi, me non poſſe non amare, quia meus es, & utinam te nulla mihi ratione præripiant aut locorum diſtantia, aut diverſitas ſtudiorum. Difficilè enim fieri ſolet, ut diu integer inter eos nexus amoris permaneat, quos diſjungit inſtitutio, intentio dividit, locus ſeparat, diſparat actio, propoſitum diſſimile variat, ſtudii diſſidentia cohærere non ſinit. Tu ſiquidem pro amicitia ſæculi inimicitias cœleſtes non metiris, tenens lutum, cœno inhians, incumbens carnalibus, mobilibus & tranſitoriis immota mente ſtabilique deſiderio cohæſiſti. Aliud mihi plane propoſitum intentioque longe diſſimilis, qui, aſpirante Deo, viſibilia cuncta faſtidiens, de felici & ſola expectatione gaudeo futurorum. Ibi veræ ſcientiæ infulget claritas, quam nulla dubietatis aut ignorantiæ caligo confundit. Ibi plenæ dulcedo ſapientiæ, quam nulla falſitas aut amaritudo deſipere facit. Ibi jucunda ſempiterni veris temperies exhauſtam plenitudinem lætitiæ ſecurioris infundit. Ad hoc ducit, hoc tribuit divinæ legis peritia, quæ convertit animas non ſubvertit. Juris hujus ſcientiam colonia Ciſtercienſis me docuit, ubi doctor & dator juſtitiæ Chriſtus de cœleſtis juris peritia ſuos inſtituit ſectatores. Verùm tu quia de terra es, aliter ſapis, hujuſque magnam ſapientiam adhuc tibi non ſapere mundanæ ſapientiæ requiſitio proteſtatur. Sed fortè jactantiam reputas, & præſumtionis meæ arguis, quia me præter morem laudare videar, & te non verear increpare. Caritas, fateor, ſic loqui imperat; & ſi vis veniam impetrare quam poſtulas, dabis & ipſe veniam ſic loquenti. Verus ſiquidem amor tam aſſentationis expers quàm formidinis, ſicut palpare non novit, ſic nec parcere: ſed tantò vehementius quantò confidentius invehitur in amicum. Igitur quiſquis ſis, quomodocumque te habeas; ego te pro parte mea non ceſſabo diligere, pro poſſe meo id ſatagens, ut ſit amoris mei Chriſtus in cauſa. O ſi tu in flammam meam oleum mitteres, & de tuis profectibus meæ dilectionis augmenta penderent! O ſi virtuti animi dares operam, & mundanæ vanitati valefaciens, poſtponeres contemnenda! O ſi tibi eſſet ratio, quæ fidei radiis illuſtrata, omne quod facit injuriam juri, per judicii rectitudinem reprobaret, quia diſtortum eſt iſtud, & à regula juris & æqui reſiliens homines hominum fieri judices, & pene univerſos videri contra juſtitiam conſpiraſſe! Auctorem ſuum judicem

A ſæculorum ſuo jure ſpoliant, & auſu temerario, cujus judicium non poſſunt effugere, nituntur juſtitiam exturbare. Inde eſt quòd corpus immunditiæ, mentem ſuperbiæ juriſdictioni ſubjiciunt, & ſub vitiorum tyrannide ſerviunt miſerabiles, qui ſub Rege virtutum poterant regnare fœlices. Vides jam quia exulat caſtitas, humilitas peregre abiit, receſſit juſtitia, aufugit fides, refriguit caritas; & iniquitatis ubique ſuperabundante diluvio, intra domeſticos cœli parietes veritas ſe recepit. Plangenda namque tempora noſtra, delendique B ſunt generationis hujus homines, qui cùm ferè omnes peritiam juris, vel quærant, vel habeant, juris tamen obſervantiam parvipendunt. Judex ſæculorum ubique injuriam patitur, nec de juriſperitis invenies aliquem, qui ſe in cœleſti jam exhibeat advocatum. Omnes ſi dederint, etiam in injuſtis cauſis multos advocatos inveniunt: ſolus Chriſtus, licèt ſit dator omnium, cùm ſit cauſa ejus juſtiſſima, habere aliquem non meretur. Ubique ſponſa ejus opprimitur, blaſphematur ipſe ab omnibus, pauperes, orphani, viduæ, præda divitum facti C ſunt, nec illis, aut juris noſtri peritia, aut legum ſubvenit diſciplina, de inflante ſcientia ſoli inſervitur quæſtui, ſolùmque ventoſa loquacitas requirit commodum pecuniæ vel honoris. Videmus ad juriſperitos dignitates & bona tranſire Eccleſiæ, & mirum in modum, cùm eos ſequi Crucifixum pudeat, uſurpare Crucifixi patrimonium non verentur. Execranda prorſus abuſio, ut quanto in jure peritiores extiterint, tanto inveniantur ad juris injuriam promtiores. Verborum cavillationibus D potentes ſunt, & docti ad ſubverſionem judicii, aut impium juſtificare pro muneribus, aut de injuſtitia convincere innocentem. Utinam tu, cariſſime, ob juris obſervantiam, quæras juris ſcientiam, ut cùm de ademtione juris juſtè vixeris, in cœleſtis juris regulas offendere confundaris. Hoc erit oleum fluminis mei, ingerere de correctioris vitæ profectibus, amori meo facere gaudium, qui propoſitum habeo de ſola animarum ſalute lætari. Utinam tibi de appetenda animi virtute ſit ſtudium, quod facilè contemtum mundi parere conſuevit! E Virtus quippe ſic inſtituit ſui poſſeſſoris animum, ut honores onera reputet, indignetur dignitatibus, mediocritatem ſuadeat, quæ ſanctæ cognata eſt paupertatis. Circa hoc maximè viget virtutis moderatio, ut carnem compellat renuntiare voluptatibus, ſpirituique humiliter ancillari. Utinam ſtatus meus, pauperumque qui mecum militant ſtudiis verſetur vitalibus, ut & tu gaudeas, cum audieris, qui hujus rei notitiam inquirebas. Collætamur quotidie, fili, fatigati preſſuris ingentibus: & ſicut habet ſe mundana varietas, multo diſ- F crimini ſubjacemus. Transfretare quidem cupimus, ſed in incertitudinis hujus pelago quotidiana tempeſtas exoritur, & niſi miſericors Jesus manum piæ ereptionis extenderit, vix ad portum poterimus enatare. Ecce iſta eſt ſcientia permaxima; jamque dixi ſuperius ſibilia iſta nobis eſſe contemtui, quia ſunt periculo & labori. Confidimus tamen, quia qui dedit, etiam propoſito militiæ perſeverantiam non negabit. Orationum noſtrarum petiiſti ſuffragia, ſed & reſcriptum noſtrum devotè & humiliter poſtulaſti: petitio tua in utroque effectum obtinuit, niſi quòd litteræ meæ forſitan ad te gratiam non habebunt. Prolixus enim & durus ſum quòd utrumque lectorem ſolet offendere, niſi me apud amicum zelus caritatis excuſet. Vale.

EPISTOLA XIX.
ad ſancti Martini Cultores.

Probat ſanctum Martinum Apoſtolis ſimilem congruè dici.

Omnibus B. Martini memoriam piè venerantibus, (a) Adam inter veneratores ejus exiguus Patris ejuſdem veſtigiis inhærere. *Ex ms. Claravallenſ.* (a)

Pleroſque ſcandaliſari audio, quia Martinum noſtrum parem apoſtolis cantet & glorietur Eccleſia, quæ Martini laus fere ubique terrarum in ore reſonat, maximè in illis locis, ubi celebrius & devotius ejus ſanctitas honoratur: unde propoſiti mei eſt Martini confutare æmulos, obtrectatores perſequi, ab eo utique implorans auxilii gratiam, à quo ille accipere meruit ut par eſſet & diceretur apoſtolis. Spiritualis quippe gratiæ virum donatum gloriâ apoſtolis parificare potuit, & proculdubio parem fecit qui ſolus exiſtens incomparabilis ſine comparatione ſummus eſt, cujus pax exuberat omnem ſenſum. Ceterum ea quæ infra eum ſunt quantumlibet ea naturæ ſuæ dignitas vel bonitas Creatoris extulerit, non refugiunt paritatis conſortium, & quia inſtituit Conditoris auctoritas, non invidet communio caritatis. Quid igitur ut Martinus par apoſtolis eſſet fieri potuit? An non potuit? Si non potuit, & limitibus quibuſdam coanguſtatur Dei omnipotentia. Ubi eſt quod in ſcripturis Deus omnipotens appellatur? An fortaſſe omnipotens Deus eſt, ſed gratiæ privilegium quo donavit apoſtolos, perfectis eorum ſequacibus non voluit elargiri? Si autem, quia verum eſt, potuit facere omnipotens, ut qui perfectionem evangelicam bene vivendo tenuerant, æqualitatem gloriæ quoque ſortirentur; quid impedit Martinum, ne gradûs apoſtolici ſublimitate donetur? An quia ad promerendam gratiæ ſufficientiam non accepit? An accepit quidem, ſed apoſtolorum invidia, quod nefas eſt dicere, ei gloriæ conſortium denegavit? Quis vel hoc cogitare audeat? Et dicit fortaſſe aliquis, ideo Martinum non eſſe parem apoſtolis in gloria, quòd eis fuerit inferior ſanctitate. Unde hoc probas, quicumque hoc dicis? An inde ſumis argumentum, quia apoſtoli prius electi, quòd à Domino præſente per carnem vocati, quia apoſtoli antonomaſice ab eo ſunt appellati? Si hac de cauſa Martinus eſt eis inferior. quia nil horum habuit; ergo inferior & Paulus, quia

(a) Hæc epiſtola extat in bibliotheca Cluniacenſi ſub nomine ſancti Odonis edita, ubi Quercetanus obſervat mss. codices Adami non Odonis nomen præferre.

Digitized by Google

& poſterius ad fidem venit, & Dominum in A carne mortali non vidit, nec ab eo apoſtolici nominis impoſitione honorari meruit ſicut alii, de quibus ſcriptum eſt, quia *eos apoſtolos nominavit.* (Luc. 6. 13.) Quod ſi ideo apoſtolos præferas, quia Dominum, antequam pateretur in carne, præſentem, & poſt Reſurrectionem ſibi apparentem & colloquentem videre meruerunt, quod & multis aliis datum eſt, quia teſte apoſtolo Paulo, viſus eſt pluſquam quingentis fratribus: ſimiliter certè & hoc Martinus aſſecutus eſt, B quia nulli alii conceſſum legitur, ut nondum renatus videre Chriſtum Dominum mereretur. O glorioſam catechumeni noſtri clamydem, quâ ſe tegi Chriſtus * non inglorium reputat, (* Edit. Gloriam reputat.) ſed longè renati fides glorioſior, qui Chriſto nil quòd peteret denegavit! Nam ſi quis contendat de miraculis, præferrique apoſtolos velit in virtutibus, totus exclamat orbis Martino teſtimonium præbens, plura eum, immò in eo Chriſtum ſigna feciſſe, quàm de aliquo umquam aliqua ſcriptura authentica proteſtetur. Denique ſi quis objiciat, quia C in umbra Petri ponebantur infirmi, & ſanabantur; & nos de ſtramine in quo jacebat Martinus, legimus frequenter factas fuiſſe virtutes. Plus eſt ſanè vile ſtramen, abſente Martino, operari virtutem, quàm umbram Petri: quia ſine Petri præſentia non potuit fieri præſtare remedium infirmanti. Verùm ſine Chriſto, nec potuit Petrus præſens, nec Martinus abſens virtutis aliquid fecit. Mira quidem hæc ſunt; & digna omni admiratione miracula, vel umbram Petri ſub ejus præſentia, vel in abſentia D Martini paleas, in quibus jacuerat Martinus operari mirabilia; ſed longè mirabiliora, & in ſolo Martino eminentia reperimus. Contigit nonnumquam ut, eo feſtinante ad viſitandum infirmum aliquem, priuſquam medietatem confeciſſet itineris, advenientis virtutem ſenſiſſe ægrotum, venienti obviam proceſſiſſe incolumem. Satis eſſet languenti, ad recuperandam ſalutem, non ſolùm perveniſſe, ſed velut iter inchoandi, veniendi inchoaſſe Martinum. Hoc de Evantio avunculo ſuo Severus Sulpitius proteſtatur. In apoſtolis fortaſſe aliquis E prærogativam martyrii anteponit? Martinus autem per effuſionem ſanguinis martyr non fuit, niſi quòd tota vita ejus martyrium fuit. Apoſtolos certè, & voluntas, & temporis neceſſitas fecit martyres, ſed quid * propriè hujus (* Edit. Propter hoc.) gloriæ Martinus perdere debuit, cui etſi temporis neceſſitas non obtulit gladium perſecutoris, à corde tamen ejus voluntas non defuit paſſionis. Non caret gloriâ martyrii, quem conſtat deſiderio martyrem extitiſſe: alioquin Johanni F apoſtolo, quia vitam ſupplicium non extorſit, martyrii negatur gloria; cùm tamen teſtatur Veritas quòd ſit ſuum calicem bibiturus. Hunc proculdubio calicem Martinus paſſionis bibit; qui per innumeras incredibilis abſtinentiæ cruces ſeipſum voluntariè macerans, in cinere & cilicio teſtis Jesu invictiſſimus ſpiritum exhalavit. Si ergo Martinus, quantùm in ipſo erat, martyr fuit apud eum qui de voluntatibus judicat, non habebit facti pondus ſanctiſſimæ efficacia voluntatis, præſertim cùm omne hominis meritum in bona voluntate conſiſtat? Non enim opera hominis merita ejus ſunt, ſed ſigna meritorum; quamquam & ſi perfectionem colligamus ex operibus, nemo Martino præfertur. Si fortè ideo quis inferiorem judicet apoſtolis Martinum, quia illi fuerunt principes populorum, doctores orbis, fundamenta Eccleſiæ & fundatores, primi eruditores fidelium, tamquam qui in ſchola Chriſti teneant magiſtralis cathedræ dignitatem: unde nec ratio patitur magiſtris æquari diſcipulos, maximè cùm Magiſter & omnium Dominus dicat: *Non eſt diſcipulus ſupra magiſtrum, nec ſervus ſupra dominum ſuum.* (Luc. 6. 40.) Quid igitur? Quia ſummi Magiſtri prohibet auctoritas magiſtro diſcipulum præferri ideo poſſe, negat poſſe æquari. Attende quod ſequitur: *Sufficit diſcipulo ut ſit*, inquit, *ſicut magiſter ejus.* (Ibid.) Ecce diſcipulis magiſtri æqualitas non negatur, ſi tamen perfectionem magiſtri per imitationis ſtudium diſcipulus æmuletur. Cùm ergo perfectus diſcipulorum apoſtolorum diſcipulus Martinus, & gradu ſacerdos apoſtolicus, & apoſtolicis actibus inſignitus, & in operatione ſignorum penè fuerit pluſquam apoſtolus; quid impedit ùt paritatem gloriæ non obtineat, quem per omnia vitæ ſimilitudo commendat? Quid ergo? Dum iſta de Martino aſſerimus, ſublimitati apoſtolicæ derogamus? Abſit. Apoſtolos magis pro noſtra facultate extollimus, dum ad eorum imitationem, Martini perfectionem fieri non negamus. Verumtamen etſi non ſit eis diſpar gloria, quia non eis fuit diſpar in vita: tamen ſecundum aliquid apoſtolica ſublimitas antecellit: præcedit ſicut cauſa effectum, ſicut materia materiatum, & ſicut principium eſt prius eis quæ ex eo inchoant eſſe ſuum. Unde quoniam apoſtolica doctrina cauſa & materies, & principium eſt fidei, diſciplinæ & religionis in patribus; ut hoc debet & poteſt præferri omnibus: non tamen ideo, vel meritis, vel gloriâ præeminet univerſis. Quo enim pacto apoſtolis pares non ſunt, qui ſimilem apoſtolis vitam ducunt, paria miracula faciunt, pariter judicabunt, pariter regnabunt, pariter unum denarium propter unum unius vineæ laborem habebunt? Hoc ſolùm intereſt, quòd in erogatione denarii, non eſt apud patremfamilias perſonarum acceptio; ſed fiunt noviſſimi primi, & primi noviſſimi; nec eſt inter accipientes invidia, nec jactantia meritorum. Quomodo ergo Martinum eſſe apoſtolis parem invides, cùm tanta ſit diſpenſatoris veritas, tanta accipientium caritas, ut qui fuit in labore noviſſimus, inveniatur in acceptione denarii primus? *Erunt*, inquit, *noviſſimi primi, & primi noviſſimi.* (Matth. 19. 30.) *An oculus tuus nequam eſt*, quia bonus eſt diſpenſator præmii; quia tale eſt remuneratoris beneplacitum, ut cùm omnes ejuſdem acceptione parificentur denarii, primo tamen remunerentur noviſſimi, quàm primi? Quæ poteſt inter eos eſſe diſparitas, quibus par idemque denarius erogatur? Certè quamvis ſit inter electos diſpar claritas,

quia ſtella à ſtella differt in claritate: eſt tamen in diſpari claritate par gaudium, cum ſit Deus omnia in omnibus. Quod ſi omnium electorum, quantumlibet meritis differant, ea eſt paritas, ut unum idemque ſit omnibus in conſummatione caritatis, in viſione Conditoris, in æternitate immortalitatis gaudium; quid putas gloriæ præ ceteris Martinus obtinuit, quem apoſtolorum veſtigiis inhærentem perfectio apoſtolica, virtutum prærogativa, ſignorum potentia, præ ceteris illuſtravit? Quod ſi ea quæ proſecutus ſum aſſertioni morum non ſufficiunt, jam deinde proponatur aliquid ex quo manifeſtum ſit perfectioni apoſtolicæ non imparem eſſe Martinum. Certè Spiritus-ſanctus apoſtolis & apoſtolorum imitatoribus datus eſt; ſed eo modo quo ſuper apoſtolos venit, numquam vel raro in aliquem ſanctorum deſcendit. At qui ſuper apoſtolos viſibiliter in igne apparuit: ſe quoque viſibili ſpecie & potentia in globo igneo ſuper Martini caput dum ſacramenta offerret oſtendit, qui etſi variis loqui linguis quia neceſſe non erat, Martino non contulit: ita tamen ſingularis flamma divini amoris ignivit eum, ut & vivens in corpore, per cordis caritatem totus igneus eſſet; & poſtquam migravit à corpore, aliquoties totus igneus viſibiliter appareret. Hinc eſt quod TROJANO Sactonenſi epiſcopo in igne oſtenſus eſt, & ad exequias PELAGIÆ matris AREDII abbatis globus igneus totam illuſtrans eccleſiam de cœlo venit, clamantibus energumenis, ad defunctæ exequias perveniſſe Martinum. Non diſſimiliter GREGORIO Turonenſi ejus reliquias in novam baſilicam inferenti apparuit. BRACHIO etiam vir quidam oratorium ingrediens, globum igneum per eccleſiæ ſuperiora diſcurrere ſæpius videre conſuevit. Non eſt igitur hæreticum confiteri, virum apoſtolicum per omnia ad apoſtolicæ paritatis conſortium ſublimari. Qui ergo ex ignorantia Martini meritis detrahit, intueatur, legat & diſcat Dominum non ſolum de apoſtolis, ſed etiam apoſtolorum imitatoribus dixiſſe: *Volo, Pater, ut ubi ego ſum, illic ſit & miniſter meus.* Quid eſt ubi ego ſum, niſi qualis ego ſum? ac ſi dicat: volo ut ad *ſimilitudinem gloriæ, quam ego habeo per naturam, perveniant miniſtri mei per gratiam. Inde ſcriptum eſt, *cum apparuerit, ſimiles ei erimus, quia videbimus eum ſicuti eſt.* Quid igitur an ſoli apoſtoli miniſtri Chriſti ſunt? An non Chriſti miniſter & Martinus, & ipſe inter perfectos perfectiſſimus? Si ergo miniſtri Chriſti Chriſto in gloria ſimiles ſunt, & per hoc pares ſunt, quo pacto inter miniſtros Chriſti paritas eſſe non poteſt? Quòd ſi aliquis ex invidia Martini titulos derogat, corrigatur; alioquin potens eſt Deus Martini, in Martino mirabilia faciens, ulciſci ſanctum ſuum, & temerariæ aſſertioni finem imponere: præſertim cùm ſit tibi melior pia dubitatio de occultis, quàm litigioſa contentio de incertis. Venerare itaque de cetero Martinum, qui ei hactenus, aut ignorando, aut invidendo detraxeras: & ne diffitearis apoſtolis parem, quem etiam Chriſto eſſe non dubitas in gloria ſimilem: ſi tamen verum tibi dixiſſe videtur, qui ait: *Similes ei erimus, quoniam videbimus eum ſicuti eſt.* Hîc interventu Martini opus eſt, ut qui Chriſto ſimilis, ac per hoc non diſpar eſſe apoſtolis, apoſtolicè vivendo, Chriſtum imitando, Chriſto donante promeruit, nobis adhuc in diſſimilitudinis regione viventibus impetret veniam, reducat ad gratiam, repræſentet ad gloriam, quam cum Chriſto habet, à Chriſto, qui vivit & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

Joh. 12. 26

* Edit. æqualitatem.

1. Joh. 3. 2.

Ibid.

EPISTOLA XX.
ad R. abbatem de Vernuſia.

Informat eum de pœnitentia ſeu de confeſſione.

DOmino & amico ſuo venerabili R. abbati de (a) Vernuſia frater ADAM omnium monachorum minimus eis in Vernuſia vernare floribus quos non vitiorum flamma defloret.

Ex mſ. Cluniacenſi.

Rogaſti me ſæpius, amantiſſime, ut de pœnitentia tibi aliquid ſcriberem, quod me fateor facturum promiſi. Verùm dum vires penſarem, dum metirer ingenium, pœnitere me cœpit obligationis meæ & ſuſcepti oneris, quod portare non poſſem. Eligebam magis ſiquidem in defectu meo verecundiam pati, quam ſub impoſita ſarcina periclitans temerariè incurrere præſumtionis diſcrimen. Ecce tu propoſito meo importunè obvias, quieti reniteris, menſuram cogis excedere: dumque rerum natura non habet, de vena tenui ſperas affluentiam fluentorum, & res quidem quam poſtulas utilis eſt valde & neceſſaria, major quam emis conatibus conveniat, exiguitati autem meæ nimis difficilis & ardua ſupra modum: verumtamen, orante Chriſtoque largiente auxilium, aggrediar loqui quod neſcio, docere incipiam quod non didici: confidens quod vires quas imperitia denegat, & obediendi humilitas, & tua caritas & larga Dei benignitas miniſtrabunt.

Univerſitatis Conditor ſicut unus eſt omnium Dominus; ſic unam fieri voluit omnium ſervitutem. Hebetato itaque ex lippitudine peccati humanæ rationis oculo, cùm jam non ſufficeret creatura viſibilis; & per ſubſtantiam carnis fieri voluit ut patriam ſpirituum jungeret corporum patriæ. Ut utramque in unam rempublicam ordinaret, qui hujus reipublicæ gubernator exiſtens & dominus, ſic ſuperna contemperavit infimis, ut ſuperioris patriæ divitias terrenis communes faceret, & patriæ inferioris inopiam de ſuperioris abundantia relevaret. Majeſtas igitur imperatoria de cœleſtis aulæ ſublimibus, ad ſuæ domus inferiora deſcendens, locum videlicet humanæ habitationis pro tribunali carnis aſſumtæ

(a) Vernuſia Ordinis ſancti Auguſtini monaſterium in diœceſi Bituricenſi.

reſidens; tria proponit & proponi facit edicta. Primum edictum eſt ſapientia, ſecundum eſt pœnitentia, tertium eſt gloria. Primum propoſuit hominem aſſumendo, ſecundum inter homines prædicando, tertium homines juſtificando. Edictum ſapientiæ ſonuit de nube carnis, edictum pœnitentiæ de viſceribus intonuit pietatis, edictum gloriæ promulgat amplitudo divinæ caritatis. Egrediamur jam in plateas ſcripturarum, ſi fortè audiamus ibi proponentes hæc edicta præcones. Edictum ſapientiæ proponitur, cum Chriſtus Dei virtus & Dei ſapientia MARIÆ per angelum nuntiatur. Edictum pœnitentiæ promulgatur, dum veritas mendacis mundi malitiam arguens, humanum genus ad pœnitentiam exhortatur. Matth. 3. 2. *Pœnitentiam*, inquit, *agite appropinquavit enim regnum cœlorum.* Jam per ſapientiam illuſtratis, jam per pœnitentiam emendatis, edictum gloriæ multifariè inculcatur, cum miraculorum operatione, corporis reſurrectione, glorioſa aſcenſione Dei gloria maniſeſtiſſimè declaratur. Primò venire ſapientiam oportuit, quæ & mundi ſapientiam fatuam faceret, & humanæ menti ſuas tenebras indicaret. Hanc itaque ex veſtigio ſequitur prima. Dum enim ſapientiæ inflantis typus expellitur, menſque ad lucem divinæ ſapientiæ ſe ipſam conſpicit, jàm nimirum in turpitudinis ſuæ uſu confunditur, quæ ſe antè malè metiens pulcram ſibi ſe mentiebatur. Ex hoc jam ſibi diſplicet quæ malè ſibi placebat primitùs, & cogitat eradere turpitudinem, quæ nobiles illuminati cordis oculos offendit; hoc diſplicere eſt pœnitere, pœnitere corrigi, corrigi eſt juſtificari, juſtificari eſt ad gloriam reparari. Sapientia itaque homini ſuum languorem demonſtrat, demonſtratum pœnitentia curat, ſanatum & ſalvatum gloria in ſalute conſervat. Lux ſapientiæ cor illuſtrans eſt Chriſti imitatio; dum in Chriſti imitatione tamquam in ſpeculo vitæ noſtræ vulnus conſpicimus, quid in nobis reprehenſibile, quid correctione dignum ſit invenimus. Nunc igitur quia primum regis noſtri edictum audivimus, ad tonantem in Chriſto Dei ſapientiam fide cucurrimus, quantiſque ſubjaceat malis vita noſtra ipſo nos docente didicimus. Quid reſtat, niſi ut curari valeat languor noſter, pœnitentiæ remedium aſſumamus? Unde quia naufragium paſſis loquimur, quid ſit, ubi ſit, qualiter inveniri poſſit portus pœnitentiæ, quantùm Deus donaverit diſputemus? Pœnitentia quid. Pœnitentia cognoſcentis ſeipſum dolor eſt animi, qui cum emendationis propoſito plangit, & perſequitur quidquid in ſe Deo noverit diſplicere. Dolere nimirum non poteſt, niſi is prius ex vera ſui cognitione ſibi ipſi viluerit? Vileſcere non poteſt, niſi noverit ſe; ſe noſſe non poteſt, niſi ad lucem venerit: ad lucem non veniet, niſi Dei ſapientiam, hoc eſt Chriſtum vitæ humanæ ſpeculum & fide & imitatione ſecutus fuerit: ſed nec ſequi poteſt, niſi liberum arbitrium prævenerit gratia Redemtoris. Reſpectus itaque A gratiæ generat in corde humilitatem, humilitas dolorem. Humilitas quippe eſt virtus, qua homo veriſſima ſui cognitione ſibi ipſi vileſcit, cui contrarium operatur ſuperbia, per quam homo ſuprà ſe elatus, dum propriam excellentiam inordinatè diligit, majorem ſe quàm ſit mentitur. Dolor itaque cordis quo pœnitet hominem quod peccaverit, punit in homine quicquid à veritatis linea diſtortum reperit, & ferens in manu ſua radium illuſtrantem, de reſpectu gratiæ miſerentis accenſum, B per omnes angulos cordis, ſedulus malitiæ perſecutor diſcurrit, nec ſolum portat ſecum radium cognitionis; ſed & ſtimulum compunctionis, & malleum contritionis. Dolor nimirum pœnitentiæ circa animæ vulnera morem medici gerens, primò cor pungit, ſecundò conterit, tertiò ungit. In pungendo acuitur, in conterendo malleo ferit, in ungendo emplaſtrum apponit. Primò ergo compunctionem, ſecundò contritionem, tertiò devotionem operatur. Videamus quibus jam ſtimulis cordis punctio ſive compunctio fiat. Cordis punctio quibus fiat ſtimulis. Pœnitentia C certè triplici aculeo cor pungit, ut non ſimpliciter pungi, ſed compungi, hoc eſt ex omni parte pungi dicatur. Primus eſt pudor oriens ex conſiderata turpitudine operis, ſecundus anxietas quam parit offenſa multiplex Creatoris; tertius formido pœnæ infernalis. Confunditur ergo, quia turpiter egit; anxiè dolet, quia benignitatem Dei male vivendo exacerbavit; & quia malorum ultor eſt Deus, vehementer expaveſcit. Putaſne, elicietur ſanguis, niſi tot ſtimuli cordi altius infigantur? Sanguinem puncti cordis intellige lacrymas ap- D parentes in oculis. Pennatæ ſunt lacrymæ iſtæ, nil in ſe habentes carnalis ponderis miro divinæ ſapientiæ artificio ſtatim de corde aſcendunt ad oculos, & de oculis volant ad cœlum. Vis lacrymarum. Vis videre quòd volant ad cœlum? Regem ſæculorum attende, quid dicat: *Gaudium eſt*, ait, *angelis Dei ſuper uno peccatore pœnitentiam agente.* Luc. 15. 10. Quàm impetuoſa eſt aqua de abyſſo cordis erumpens! uno eodemque momento animam lavat, oculos rigat, cœlos pulſat, lætificat angelos, ſpoliat inferos: quia ſicut per compunctionis lacrymas flamma divini amoris E accenditur, ſic flammæ inferi extinguntur. Hujus itaque fluminis impetus lætificat civitatem Dei, dum beati cives ſuper Jeruſalem pœnitentium lacrymis delectantur. Adeo, inquam, impetuoſus eſt torrens compunctionis, ut Deum commoveat, animæ ſordes amoveat, & linguam moveat ad cordis accuſationem, ad peccati exprobrationem, ad oris confeſſionem in facie ſacerdotis. Certè lacrymæ iſtæ amaræ ſunt & dulces, & per hoc efficaces. Amaræ ſunt, in quantùm eas extorquet vehementis doloris violentia. Dulces ſunt in quantùm ex eis F ſperatur indulgentia. Sic ſic neceſſe eſt, ut antidoto amaritudinis ſanetur venenum ex parte delectationis. Vidiſti quid ſit actus compunctionis, vide & malleum contritionis; utrumque timor eſt, ſed ex diverſo reſpectu. Timor initialis acus eſt, ſed malleus eſt timor perfe-

ctus. Acus initialis timoris pungendo, cor ad ſanitatem aperit, & ſaniem inſani tumoris emittit; malleus autem contritionis, dum cor penitus mundo mortuum reddit cum propoſito non peccandi; etiam amorem mundi in corde occidit. Initialis itaque timor in corde generat odium mali, & ex parte amorem boni. Perfectus timor facit ex integro contemnere mundum, & toto deſiderio ſequi Chriſtum. Quatuor ſunt in quibus perfectus amor conſiſtit, ſcilicet odium peccati, contemtus mundi, contemtus ſui, amor ſolius Dei. Initiali timori ſufficit odiſſe peccatum, diligere bonum: contemnere autem mundum, abnegare ſeipſum, nonniſi cordis eſt, cujus omnis groſſitudo malleo perfecti timoris eſt attrita, ut dicere veraciter poſſit: *Mihi vivere Chriſtus eſt, & mori lucrum.* Et iterum: *Cor contritum & humiliatum, Deus, non deſpicies;* quia conteritur, comminuitur, & redigitur in pulverem. Tunc cor in pulverem malleo contritionis redigitur, quando prorſus depoſito tumore, homo ſe verè lutum exiſtimat & fatetur. Pulvis eſt, ſed quem non projicit ventus à facie terræ. Pulvis eſt, in quem ſpuit Jesus, & ſalivâ ſapientiæ ſalutaris humectat. Pulvis iſte de cœlo pluviâ devotionis infunditur, ne vento diabolici turbinis aliquatenus agitetur. Devotionis enim lacrymæ de cœlo ſunt, quia non ex puteo extrahuntur timoris, ſed ex nube deſcendunt amoris. Puteus eſt timoris compunctio, nubes amoris eſt devotio. Ideo nubes eſt devotio, quia pluit, & umbram facit: pluit irriguum ſuperius; umbram ne urat æſtus facit. Irriguum ſuperius eſt in lacrymis, quas ſcindit devota mens ex magnitudine amoris. Æſtus eſt concupiſcentia carnis. Igitur poſtquam mens fuerit initialis timoris acu perforata, & poſtmodum perfecti timoris malleo comminuta; tertiò irrigui ſuperioris imbribus irrigata, jam ſuper ſe venientem bibens imbrem, generat herbam opportunam. Quid eſt hoc? ſtatim veritas de terra cordis ideo fructuoſi, quia devotionis imbre compluti exoritur. Ecce de bona terra fructus optimus. Fructus hic veritatis, eſt verax confeſſio criminis, confeſſio eſt voluntaria & verax accuſatio animi & peccatorum ordinata manifeſtatio in facie ſacerdotis: voluntaria, non tormentis extorta: ordinata, ut fiat cui debet, & de quibus debet. Illi tantùm confiteri debes, qui in rebus hujuſmodi ſuper te acceperit poteſtatem, vel cui ipſe permiſerit. Tua enim confiteri debes, non aliena peccata, & eâ ſimplicitate quâ te feciſſe commemoras, nil ex falſa humilitate adjiciens, nil ex fallaci juſtitia, vel ex inordinato pudore ſubtrahens. Timoratè, non irreverenter; humiliter, non ſuperbè; ſimpliciter, non jactanter; modeſtè, non procaciter; privatim, non publicè: ſacerdoti tuo tantùm, non cuilibet; coram Deo, non coram hominibus eſt confeſſio facienda. Quocirca de quibuſdam ſcriptum eſt, quia peccatum ſuum ſicut Sodomæ prædicaverunt, non abſconderunt. Notandum tria genera eſſe confitentium. Confitentur quidam non habentes propoſitum deſiſtendi à peccatis. Confitentur quidem alii propoſitum emendationis habentes, ſed cùm tempus tentationis advenerit minimè perſiſtentes. Confitentur tertii, qui ſe quidem à peccatis continere proponunt, & per auxilium gratiæ propoſitum ad finem perducunt. Eorum qui ſine propoſito emendationis ſunt, alii propriam iniquitatem in tantùm diligunt, ut nolint à peccato deſiſtere, etiamſi poſſint: alii quidem vellent iniquitatem deſerere; ſed conſuetudine peccati, quaſi inviti retinentur in peccati oblectatione. Illi miſeri, iſti miſerabiles: illi mortui Lazari & ſepulti morte & ſepulturâ ſignati: iſti viventes ſepulti ſunt, qui etſi quia inviti portant lapidem malæ conſuetudinis, ſub lapide tamen vivunt per deſiderium liberationis. Illi difficillimè liberantur, pro eo quod exaſperant in ſepulcris. Exaſperare in ſepulcris eſt teneri in profundo mortalis peccati, & tamen contemnere ſuſcitari. Illi facilius & frequentius revocantur, quos etſi vinciens catena conſuetæ voluptatis fortiter ad interitum trahit; & fragilitas naturæ proclivior, quia ad malum, ad mortem compellit, frequenter tamen ad cor redeunt. Sæpe poſt tergum reſpiciunt, ſi fortè reſpectum gratiæ ejus qui educit vinctos in fortitudine ſua, aliquatenus mereantur. Unde & in ipſis flagitiis poſiti, multa bona plerumque faciunt, operibus miſericordiæ inſiſtunt, eſurientes paſcunt, nudos veſtiunt, hoſpites colligunt, indigentibus officia humanitatis impendunt: à Deo, tam precibus, quàm operibus implorantes, ut peccata ſua quæ nimis diligunt, quibus carnali voluptate contra ſcientiam ſuam adhæſerunt, pro quibus ad mortem ſe pertrahiſcunt, quæ per ſe nullatenus deſerere poſſunt, divinâ tandem inſpiratione dexteræ Excelſi mutatione per veram pœnitentiam converſi relinquunt. Dicendum eſt iſtis, quia *regnum cælorum vim patitur, & violenti diripiunt illud;* & quia in revincenda conſuetudine prava ſummâ violentiâ opus eſt. Qui enim malè blandientibus illecebris vim inferre, Deo auxiliante, noluerint, poterunt quandoque per Dei gratiam ad pœnitentiæ remedium de profundo iniquitatis emergere, & redire in gratiam Patris miſericordiarum, qui non vult mortem peccatoris, ſed ut convertatur, & vivat. Alioquin, ſi (quod abſit) eos computreſcentes in ſtercoribus ſuis horâ mortis invenerit, eis utique & pro eis dolendum eſt: quoniam hinc male exeuntes; mala invenient; & quos diutiùs ad pœnitentiam Dei pietas expectavit, non converſos duriùs ſeveritas divina condemnabit. Non confidant omnino in bonis operibus quæ viventes inter etiam ſua ipſa flagitia faciunt: quia etſi nullum bonum irremuneratum, tamen non omne bonum meritum eſt ad ſalutem. Unde bonorum quæ fecerunt, aut in vita ſua à Deo receperunt temporalem retributionem, aut ſi poſt mortem reſervata ſunt, non erunt quidem remunerabilia ad ſalutem, ſed ad æternæ pœnæ aliquantulam mitigatio-

Confitentium tria genera.

Matth. 11. 12.

nem. Væ illis, qui in vita ſua de bono opere quod fecerunt, receperunt mercedem ſuam. Receperunt autem multi, aut in ſalute corporis, aut in dono ſapientiæ litteralis, aut in divitiis, aut in quibuſlibet aliis ſucceſſibus terrenæ & tranſitoriæ felicitatis: quæ etſi temporalia ſint, & bonis maliſque communia, tamen ab æterno & juſto Deo miſeris mortalibus conceduntur. Diximus aliqua de his quorum voluntas in tantùm captiva eſt, ut malæ quidem conſuetudinis patiantur tyrannidem: ſuam tamen rogant mutari in melius voluntatem, id eſt quodam modo volentes, dum & vellent nolle quæ carnaliter volunt, & tamen carnali voluntati vim inferre non volunt. Sed quid dicendum eſt de illis, qui etſi malam voluntatem omnino ſe gerere norunt, velle tamen corrigere nolunt? qui in tantùm proprias tenebras diligunt, ut non ſolùm non velint corrigi, ſed nec velint habere voluntatem hoc volendi. Talis voluntas diabolica eſt; diabolus enim non ſolùm non habet voluntatem, ſed nec vellet habere bonam. Verumtamen cùm hoc in diabolo corrigi non poſſit, corrigi poteſt homo quamdiu vivit. Mutet voluntatem, & inveniet gratiam; immò ipſam voluntatem per gratiam immutari oportet. Verùm cùm ſine gratia boni eſſe non poſſumus, non eſt tamen culpandus Deus, ſi gratiam noluerit elargiri. Si mali ſumus, culpandi ſumus; ſi boni, laudandi minimè: quia à nobis non ſumus quòd boni ſumus. Laudandus eſt Deus de bono noſtro, non culpandus de malo; nos è contra de malo culpandi, ſed de bono minimè laudandi, quia à nobis malum quod ſumus, à Deo autem quicquid boni in nobis, vel habere poſſumus, vel habemus. Jam ad illud confitentium genus, qui cum emendationis propoſito ad judicium ſacerdotis accedunt, ſed in eodem propoſito non perſiſtunt, animum revocemus. Laudandi ſunt iſti, quia bene incipiunt, quia contra diabolum arma aſſumunt, quia vitiis ſuis certamen indicunt, quia cum diabolo conflictum inveniunt, quia JESUM peregrinum priùs & hoſpitem intra ſe per pœnitentiam colligunt, quia ſe cœleſti medicinæ ſanandos offerunt: ſed vehementer arguendi ſunt, quia tam citò à pugna deſiſtunt, arma rejiciunt, JESUM quem ſuſceperant à ſe tam irreverenter expellunt, ſanata per pœnitentiam vulnera cuſpide iniquitatis redivivæ confodiunt, valentes utique dicere cum Propheta: *Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ.* Igitur nil profuerunt eis lamenta præcedentia, ubi replicantur peccata. Recurrant ad fontem miſericordiæ, innovent lamenta pœnitentiæ; tantò amariùs ingemiſcentes, quantò Dei gratiam ſuperbiùs irritaſſe noſcuntur. De cetero omnem locum ſuſpectum habeant, eventuum occaſiones, temporum opportunitates formident, nulli ætati ſe credant, omni ſtudio conſortia devitent, aſpectus, colloquia perſonarum, quas peccati ſui complices habere conſueverunt; in cibis & potibus teneant modum, magis inſiſtentes operibus caritatis, quàm amplificationibus terrenæ facultatis. Hoc modo poterunt ſanari vulnera eorum, quæ ſunt eis tantò periculoſiùs inflicta, quantò delectationis toxicatæ cuſpide ſæpiùs ad irritationem medici innovatâ. Veniendum eſt ad eos quorum eſt compunctio efficax, confeſſio verax, propoſitum perſeverans. Ex occaſione iſtorum, de confeſſione plenius agendum. Sacerdos vicem Chriſti tenens, cùm viderit ſaucium ſecùs viam, non pertranſire miſerum immiſericorditer debet; ſed Samaritani, hoc eſt JESUS geſtu, voce, officio, affectu, debet prætendere, & oſtendere viſcera miſericordiæ, ſe coaptare vivum ſemivivo, oleumque vulneribus inſtillare: & cùm utrumque ſit neceſſarium, oleo primitùs demulcenda ſunt vulnera, ut cùm ſe, ob levitatem olei experti tractabilem vulneratus exhibuerit, poſtmodum infundi ſecuriùs vini auſteritas poſſit. Debet itaque ſacerdos, id eſt cuſtos animarum exiſtens, pœnitentem benignè ſuſcipere, diligenter de modo confeſſionis inſtruere, ſpe veniæ confovere. Ecce oleum, per cujus levitatem peccator attrahitur, ne vel timore pavefactus refugiat, vel pudore confuſus confiteri quæ fecerat erubeſcat. Inſtruendum eſt diligenter quid ſit, quantùm valeat, quo ordine facienda ſit confeſſio: ſiquidem debet eſſe in corde gemitus, in ore ſingultus, in oculis fletus. Debet eſſe in contritione cordis malorum omnium recordatio, in labiis accuſatio, in propoſito emendationis ſatisfactio. Debet verè pœnitens humiliter & veraciter confiteri Chriſti vicario, hoc eſt ſacerdoti, quod fecerit, modum quo fecerit, quoties fecerit, ubi & quando fecerit. Si de luxuria agitur, in quem ſexum deliquerit, cujus profeſſionis, aut ordinis, aut legis fuerit, per, aut cum qua deliquerit. Hæc omnia à diſcretis in vera confeſſione conſideranda ſunt; & cùm multa ſint peccandi genera, exprimendum eſt peccati genus, & utrùm ſit ex ignorantia, aut ex infirmitate, aut induſtria perpetratum. De modo peccandi dicendum eſt, quia etiam in naturali luxuria, quæ ſolummodo inter conjuges licita eſt, modus execrabilis eſſe poteſt. Notandum eſt hìc, quia luxuria alia non naturalis, & per hæc omnino non licita, alia naturalis & illicita, alia naturalis & licita. Turpe quidem eſt loqui de talibus; ſed turpius eſt talia operari. Si non facerent homines quæ turpia eſſent, & omnino reprehenſibilia; nec nos reprehendere, nec de turpibus turpia loqui oporteret. Nunc autem turpiſſima opera hominum incorrepta relinquere, turpe quidem eſt, quia Deo odibile eſt: & quia gratum eſt Deo, ideo pulcrum humani operis turpitudinem reprehenſionibus quibus poſſumus emendare. Luxuria itaque non naturalis, & ideo illicita in pari ſexu, vel in ſexu diſpari, etiam inter conjuges membris non ad hoc conceſſis abuti: naturalis & illicita in ſcortationibus: naturalis & licita in conjugibus, ſi tamen conſuetum modum teneant, ſi in hoc ipſo modum cuſtodiunt, ſi loco & tempore mutuæ infirmitatis debitum ſolvant. Non enim quia aliquo modo licet, ſtatim omnimodo, omni

Deus laudandus de bono noſtro, non culpandus de malo.

Pſal. 37. 6.

In confeſſione ut ſe gerat ſacerdos.

Digitized by Google

loco, omni tempore licet. Obſervandus eſt locus, ne ſacratus ſit; tempus quoque gravidi ventris, tempus ſeparationis præſcriptum, tempora quoque quibus eſt divinis obſervantiis inſiſtendum; quæ omnia ſi inter conjugatos neglecta, valde reprehenſibilia ſunt, & offendunt Deum. Quid putas offenſæ erit, ſi exerceantur in abominabili luxuria ſcortatorum? pro modo itaque, loco & tempore de facto judicandum eſt. Cumque rebus ſemper illicitis hæc etiam ad augmentum iniquitatis adjuncta fuerint, debet in auctores ſpiritualis Judicis pia ſeveritas acrius commoveri. Verumtamen in omnibus judiciis anteponenda eſt miſericordia; & qui propriæ iniquitatis eſt conſcius, in ſua debet penſare, & metiri infirmitatem alterius: ne dum manu minus diſcretæ ſeveritatis de fragili vaſe rubigo abraditur, vas fragile penitus conteratur. Sic oleo vinum, ſic vino oleum viciſſim, & temperatè miſcendum eſt, ut nec ſola olei levitas per mollitiem remiſſionis timorem evacuet, nec vini auſteritas per exacerbationem terroris, nimiam veniæ lenitatem elonget. Numerus quoque inquirendus eſt, tantoque puniri debet diſtrictius malum, quantò fuerit ſæpius repetitum. Jam in ſexu hæc eſt habenda diſcretio. Inquiratur utrum clericus, aut laicus fuerit; ſi laicus, utrum liber ab uxore, necne: nam ſi perſonæ à lege thori liberæ ſint, reſtat ut peccatum ſit ſimplex fornicatio, inter conſanguineos & affines inceſtus. Raptus verò eſt quando vim inferunt caſtitatis prædones. Pluſquam adulterium inter religionis cujuſlibet profeſſores. Si de clerico agitur, inquirendum eſt cujus ordinis, utrum diaconus, vel ſacerdos; tantò enim quis magis, vel minus deliquit, quantò eum ſacri miniſterii dignitas magis vel minus ſanctitati addicit. Inquiratur itidem de muliere utrum conjugata fuerit, an non; utrum virgo vel vidua; utrum votum continentiæ fecerit; utrum habitum religionis habuerit; utrum denique pretii cupiditate, an ſolius voluptatis amore, conſenſerit ad peccatum. Hæc omnia inquirere ad diſcretionem pertinet ſacerdotis. Confiteri humiliter, diſtinguere ſubtiliter, emendare ſalubriter, ad contritionem pertinet confitentis. Non enim ſufficit innoteſcere medico, ubi doleas, aut quomodo langueas, niſi morbi cauſam, & languoris efficaciam manifeſtes. Jam expoſitis vulneribus, ſapienti incumbit medico, ut oleum infundat & vinum, circumliget medicamentum, imponat in jumentum, ducat in ſtabulum. Oleum eſt miſericordia Dei, quæ dolorem pœnitentiæ per ſpem veniæ lenit. Vinum eſt auſteritas divinæ Juſtitiæ, quæ peccata nullatenus inulta dimittit. Oleum infundimus, cum Deum tantæ miſericordiæ dicimus, ut ex juſtitia ejus commiſſa mala puniri oporteat. In hoc eſt oleum quod verè pœnitens æternaliter non damnatur: in hoc vinum intellige, quod neceſſe eſt ut perpetrata iniquitas, aut hic temporaliter, aut poſt mortem graviter puniatur. Horrendum eſt enim incidere in manus Dei viventis. Melius eſt enim ut mala tua, dum vivis, tu ipſe punias, quàm ea poſt mortem divinæ ultioni reſerves. Si tu punire volueris, ipſe ex miſericordia parcet: non enim judicabit bis in idipſum. Si malis tuis parcere vis, ipſe ex juſtitia diſtrictius puniet, quia malorum non eſt amator Deus, ſed ultor. Poſt infuſionem olei & vini, vulnera alligantur: tunc medicamenta circumligantur, cum propoſitum vitæ melioris aſſumitur. Jumentum in quod levatur, eſt adjutorium gratiæ, quo per profectuum varios gradus defenditur. Stabulum in quo ponitur, eſt propriæ humilitatis utilis recordatio, quæ præteritæ felicitatis immemorem animum eſſe non patitur. De cetero ſacerdoti miniſterii ſui clavibus utendum, ut ei quem videt educi divinitus de lacu fæcis, feſtinet aperire theſauros ſalutis. Claves iſtæ duæ ſunt; ſcilicet judicandi ſcientia, & poteſtas ligandi & ſolvendi. Hæ ſunt claves regni cœlorum, quæ collatæ ſunt Petro, & cuilibet ſacerdoti. Debet itaque judex ſpiritualis diligenter audire, & examinare prudenter, ſubtiliter agere, ut quantum poſſibile eſt, cognoſcat animum & propoſitum confitentis. Interpres nimirum contritionis eſt gemitus, dimiſſi & afflicti vultûs verecundia, teſtificatio promiſſionis ſpontaneæ humilis ad omnem ſatisfactionem ſubjectio, certa ſunt indicia verè pœnitentis. Cum igitur ſit in corde ad Deum contritio; foris appareant ſigna contritionis ad hominem. CONTRITIO verò omnino eſſe ſine caritate non valet. Jam manifeſtum eſt hujus per gratiam ſuſcitatum eſſe interius peccatorem, conſecutum veniam; quia caritas operit multitudinem peccatorum. Denique ſcriptum eſt quia quacumque horâ ingemuerit peccator, de peccato ſalvus erit. Perpendens hæc judicis ſcientia, ſuſpendat judicium; interim timeat inferre ſententiam, ubi tantam mirari poteſt Dei miſericordiam: quia non eſt arctandum ſatisfactionis injunctæ vinculum, quantam miſericorditer abſolvit divinæ bonitas pietatis. In multis enim de Dei miſericordia præſumendum eſt: præſertim cum quis toto corde converti cognoſcitur ad eum qui juſtificat impium. Ubi quippe Spiritus Domini, ibi libertas: ubi libertas, nulla neceſſitas: unde Veritas in evangelio: *Si Filius*, ait, *ſi Filius vos liberaverit, vere liberi eritis.* (Joh. 8. 36) Quid igitur in hujuſmodi pœnitentibus non habent ſacerdotes poteſtatem ligandi & ſolvendi? Tu dicis quia ligandi non ſunt per ſatisfactionis impoſitæ neceſſitatem, quos Deus & à vinculo peccati abſolvit, & debito pœnæ æternæ per veram cordis contritionem, ſed iterum quid ſacerdotis auctoritas ſolvit, ſi, ut aſſeris contriti verè cordis caritas quælibet iniquitatis vincula rupit? Si ergo ſacerdos nil ibi ligat, aut ſolvit, ubi ſunt claves quas accepit? Videtur etiam oris confeſſio ſuperfluè fieri, ſi ante confeſſionem conſtat per ſolam cordis contritionem peccata dimitti. Quòd autem dimittantur in compunctione, teſtatur Pſalmiſta, dicens: *Dixi, Confitebor adverſum me injuſtitias meas Domino*, (Pſal. 31. 5) &c. Non ait, confeſſionem feci; ſed de facienda

da confeſſione in corde contrito deliberavi, & A tu miſericors remiſiſti impietatem peccati mei, & illud quod ſupra poſuimus: *Quâcumque horâ ingemuerit peccator de peccato ſuo, ſalvus erit.* Fruſtra ergo ſacerdos quæritur; fruſtra peccator confitetur; fruſtra Chriſti ſacerdotibus ligandi & ſolvendi poteſtas datur: ſed ecce, ſi ſola cordis contritio peccata diluere creditur, cur confeſſio oris, tam corpore, quàm corde facienda jubetur. Interim enim oris confeſſio pœnitentibus dicitur eſſe neceſſaria, ut qui tempus habens, confiteri neglexerit, indulgen- B tiam peccatorum conſequi omnino non poſſit. Ecce quomodo, non una, ſed multiplex, ſolvat nodos ejus qui omnium habet ſcientiam.

Confeſſionis præceptum. Dicendum eſt itaque, quòd contritio cordis peccata diluit, & tamen oris confeſſio facienda ſit. Si quæras quare facienda ſit confeſſio, cum ſufficiens ſit peccata delere contritio? Reſpondeo tibi, quia præceptum eſt ut fiat. Si præcepum eſt, obedire teneris; ſi teneris, & non obedias cum poſſis, contemnis; ſi contemnis, ſuperbus es; ſi ſuperbus es, tibi reſiſtit Deus, quia C alta à longè cognoſcens, non niſi humilia reſpicit. Quòd ſi etiam præcepti cauſam requiras, humilitati tuæ ſatis eſſe debuerat Dei cognoſcere voluntatem, non inquirere rationem. Ideo ergo præcepit, quia ſic voluit: ideo voluit, quia ſic nobis expedire cognovit: unde nec ſimiliter præcepit, ſed etiam in præcepto iſto remedium ſpirituale noſtræ ſaluti conſtituit. Quare hoc voluerit Deus, ut in hoc præcepto ſalutis noſtræ ſummam poneret, ſicut eſt non credere pernitioſum, ita inquirere præſumtuo- D ſum. Voluit quippe Deus, ut quod per ſe agit, in corde infundendo gratiam compunctionis, manifeſtum fiat vices ſuas agentibus in Eccleſiâ per confeſſionem oris. Quare hoc? Ut videlicet myſteriorum cœleſtium diſpenſatores, rectores animarum, ſacerdotes quos noverint ſolutos interius per gratiam Dei, ſolvant & ipſi per poteſtatem miniſterii: quos autem ſolvant, ſolutos ſciant, pro ſolutis habeant, ſolutos pronuntient. Solvant denique à metu pœnæ, quos abſolvit caritas à vinculo culpæ. Hoc eſt enim ſacerdotem ſolutos oſtendere, quos per ſe dignatio divinæ pietatis abſolvit. Denique Dominus per ſe Lazarum ad vitam reducit; per ſe de ſepulcro ſuſcitatum educit; ſed apoſtolis reſuſcitati & educti ſolutionem indicit, dicens:

Joh. 11. 44. *Solvite eum, & ſinite abire.* Prodierat quippe vivificatus, ſed tamen ligatus inſtitis. Tres ſunt inſtitæ quibus ligantur mortui, etiam poſtquam fuerint à Deo inviſibiliter ſuſcitati: infamia ſcilicet, quam peccando publicè crudeliter neglexerunt: horror gehennæ; quam dum ſe meruiſſe non ambigunt, relaxatam ſibi per contritionem ex nimio pavore diffidunt: ſacramentorum participatio, quâ ſe indignos injuſtitiam operando fecerunt. Prima inſtita ſolvitur, dum teſtimonio ſacerdotis ejus medicatur converſio, qui infamis anteà in populis habebatur. Secunda ſolvitur, dum ſacerdote docente, quanta ſit veræ contritionis efficacia, promiſſæ ſpei ſola ſolvitur ſolatio, amaritudo in ſpirituale gaudium commutatur. Tertia ſolvitur, dum ſacerdos verè contritum, verè emendatum, ad ſacramenta accedere fiducialiter exhortatur. Ligat quoque, dum doctrina religionis diligenter informat, ne ulterius diſſolutus per vana deſideria effluat. Hoc modo ſolvit & ligat judex eccleſiaſticus pœnitentes. Eos autem confitentes, qui pluribus quidem criminibus involuti, minus compuncti inveniuntur, fortiùs ligare, fortiùs condignæ ſatisfactionis vinculis arctare debet: ut quod minus efficit dolor cordis, ſaltem ſuppleat labor carnis. Poteſt quidem dolor contriti cordis ſufficere ad omnem emendationem, etiam ſine labore corporis; ſed numquam poteſt ſufficere labor pœnitentiæ exterioris, ſi omnino defuerit dolor cordis. Cùm autem pœnitentia ſacramentum ſit: ſacramentum verò ſit inviſibilis gratiæ viſibilis forma; hic verè pœnitentiam agere dicitur, qui & rem ſacramenti habet interiùs in compunctione cordis, & ſacramenti ſpeciem viſibilem foris repræſentat in labore ſatisfactionis. De ſatisfactione verò dicendum eſt, quòd ſecundum modos peccatorum & diverſitates peccantium, menſura ſatisfactionis imponenda eſt: quod diſcretioni relinquitur ſacerdotum, in cujus rei diſcretione etiam ligandi & ſolvendi habent poteſtatem; dum pœnitentes, & ſatisfactione debitâ ligant; & iterum ſolventes de pœnitentia aliquid miſericorditer relaxant. Sunt & alii ligandi & ſolvendi modi, de quibus nil ad præſens pertinet: ut cùm anathematis vinculo ſtringitur, & iterum ab eodem vinculo per ſacerdotalem indulgentiam liberatur. Sed de his hactenus. Ceterùm de pœnitentia multa dicenda erant, quæ nos, aut cauſâ brevitatis omittimus, aut fortaſſe ideo quia ad proſequendum ſingula ingenii ſufficientiam non habeamus. Hoc tamen noſſe velim eos, qui pœnitentem ſuſcipiunt pluribus irretitum criminibus, non poſſe pœnitere de uno, dum perdurat in aliis: quia Deus illius ſatisfactionem non approbat, qui unum dimittens, in aliis perſeverat. Ut igitur dignè Deo ſatisfaciat, confiteatur de ſingulis & dimittat.

E Militibus etiam illis conſtitutis officiis, quæ ſine peccato agi non poſſunt, & ex quorum occaſione multa flagitia perpetrata ſunt, dicendum eſt, quòd dignos pœnitentiæ fructus facere non poſſunt, niſi peccati differentes officia, mutent vitam. Peccata ſemel expoſita humili confeſſione, & congruâ ſatisfactione juxta judicium ſacerdotis mulctata, non ſunt ulteriùs in confeſſione repetenda, niſi cauſâ humilitatis voluerint qui confitentur. Solent tamen abrenuntiantes ſæculo, habitumque religionis aſſumentes in ingreſſu monaſterii, omnem vitam Nota. F ſuam ſpirituali Patri per ordinem humiliter explicare. Pœnitentibus in extremis non eſt injungenda ſatisfactio, ſed innoteſcenda. Incendiarii & homicidæ diœceſani epiſcopi ſunt judicio reſervandi. Sunt & alia multa, & fortè neceſſaria, quæ ſalubriter ſcribi de pœnitentia poſſent: ſed hæc interim tibi, Pater venerande, ſufficiant, uſquequo uberioris fontis tibi venas

aperiat, qui emittit fontes in convallibus, qui ſitientes juſtitiam potat aquâ ſapientiæ ſalutaris. Suſcipe itaque munuſculum, & contra magniloquos ruſticanum excuſa ſermonem, ſciens profectò quòd non multùm curavi de nitore verborum, aut de ſubtilitate ſententiarum, dummodo aliquatenus viderer impleſſe promiſſum.

EPISTOLA XXI.
ad comitiſſam Carnotenſem.

Ad rerum mundanarum contemtum, & Dei amorem eam accendit.

Ex mſ. Claraevallenſi.

NObili comitiſſæ Carnotenſi, dilectiſſimæ ſuæ in CHRISTO, frater ADAM pauperum Perſeniæ ſervitor indignus ſalutem in Domino.

Poſtquam, cariſſima, diſceſſi à te, corpore quidem, qui non diſcedere corde potui, recordatus ſum ſæpius tuæ liberalis benevolentiæ, quæ parùm licèt cognitum, cum tanto tamen gaudio me ſuſcepit. Tenaciter inhæſit animo illa tuæ devotionis alacritas, quæ piâ quâdam violentiâ tecum remorari etiam per biduum me coëgit. Veniunt in mentem dulcia verba amicitiæ novellæ, colloquia quibus conferebamus pariter, de peccati odio, de contemtu mundi, de virtutum ſtudiis, de ſermonibus ſcripturarum, de ſanctorum exemplis, de cœleſtis vitæ gaudiis appetendis. Hæc ſunt quæ per totum ferè biduum illud contulimus, & ex his de te ſpem incœpi habere & concipere; quod utinam mea deſideria non fraudentur. Hac igitur æmulatione ſuccenſus, decrevi dilectioni tuæ ſcribere aliquid, quo te ad appetitum illius rei admoneam, quæ ſola quod ſalus ſit operatur. Eſt certè in JESU ſola ſalus & ſumma, quam facilè obtinet verus vanitatis humanæ contemtus. Fallax quippe gratia, & vana eſt ſæculi pulcritudo; umbra eſt levis & fugax, nocturnoque ſomnio ſimilis figura vanitatis tranſitoriæ, quæ ſola poteſt illudere dormienti: verùm vigilans animus hujuſmodi phantaſias non patitur, quippe quem inſtituit ratio, fides illuminat, ſollicitat timor, movet caritas, ſpes extendit, gloriæ cœleſtis pulſat ambitio, pia pauperum compaſſio crucifigit. Sic dirigitur mentis aſpectus in JESUM, & intenta in verum lumen intelligentiæ acies, dum à ſe excutit ſomnium fallaciæ, inſaniæ non admittit. Somnus ſanè, & ſomnia vanitates, & inſaniæ falſæ penes te abundant copioſiùs: ſcilicet luxus opum, pretioſarum veſtium pompa, faſtus honoris, ſuperfluitas veſtium & ſumtuum, ciborum accurata exquiſitio. Tantarum devoratio delitiarum, tanta epulorum frequentia, alti ſanguinis tanta nobilitas, tanta obſequentium multiplicitas, tanta rerum proſperitas, tantis morum rerumque diſpendiis conquiſita laudis humanæ vaniſſima vanitas, quæ omnia ſemper ferè voluptuoſæ carnis illecebris famulantur. Nolo, obſecro, iraſci vera dicenti

A amico, quia etſi veritas odium parit, non id tamen agit inter eos qui ſanctæ caritatis vinculis aſtringuntur. In odium vitiorum ſanctus amor ſemper igneſcit, & loquitur, & in illos invehitur magis, quos magis diligere comprobatur. Amicorum parcere vitiis adulatio eſt, non dilectio: nec tam amicitiam, quàm inimicitiam ſapit, non redarguere quos amamus. Felicem planè te dixerim, amabiliſque JESUS deſideratiſſimâ viſione digniſſimam; ſi pro amore illius ab oculis cordis pulveres ſupranominatos abſterſeris, B ut videas clariùs, quàm cariùs valeas adamare. Pulcher eſt enim, & deſiderabilis aſpectu Specioſus formâ præ filiis hominum; qui cùm ſit ſplendor gloriæ, & omni ſpecie elegantior, nihil minus habet in plenitudine bonitatis, quàm in perfectione ſplendoris: tam bonus, quàm pulcher: tam ſpecioſus, quàm pretioſus: tam patiens, quàm ſapiens: tam humilis, quàm ſublimis. In ipſum reſpice, in ipſum intende, ad ipſum extendere, tende ad ipſum, & quicquid ad ipſum non pertinet, corde & animo deſerere ne cuncteris. Amoto C luxu, reſecatis ſuperfluis, parſimoniæ metas ingredere, ſobriumque immerge ſpiritum divinæ torrentibus veritatis. Verùm hanc ebrietatem non hauriunt, niſi quos ſanctæ mediocritatis amor inſobriat, nec Mediatoris merentur gloriam, cui mediocritatis moderantia non medetur. Medicinalis parſimoniæ ſtudio & elapſæ vitæ damnum reſtituitur, & quod de vita remanet ne pereat providetur. Mediocritas autem non receditâ medio, etiam modum non deſerit, dumque Moderatori ſæculorum inhiat, D Mediatorique Dei & hominum CHRISTO inhæret, omne quod ultra citraque ſuperfluit exſecratur. Non hîc longi veſtium tractus matronarum pedes impediunt, nec pulveris concitati turbinibus offendunt intuitus oculorum. Ubi, inquam, regnat mediocritas, non de pupillorum prædiis augentur prædia, nec partitæ onerantur mutatoriis, quibus corpora vaſa ſtercorum adornentur. Non patitur mediocritas ut de exactionibus viduarum equorum ſtramenta imphaleret ambitioſior apparatus: E non patitur de ſpoliis pauperum ingurgitari ventris ingluviem, nec gulæ irritamenta ex cibo conquirere lautiori. Non, inquam, patitur ſancta mediocritas illâ dari hiſtrionibus, unde paſci, aut tegi debuit indigentia miſerorum. Certè ſi purpurato diviti placuiſſet mediocritas, nec ad januam ejus Lazarum cruciaſſet eſuries, nec ipſum divitem cruciatus inferi ſuſcepiſſet. Epulabatur quotidie ſplendidè, induebatur purpurâ & byſſo: & quamvis ſcriptura ſacra hæc eum de rapina, vel uſura feciſſe non dixerit, incurriſſe tamen F eum æternæ periculum damnationis oſtendit. Nota quòd ſcripturæ veritas divitem illum de nullo prorſus crimine arguit, niſi quia in delitiis agens, miſericordiam pauperi non impendit. Quid, ſi in delitiis ageret, eaſdemque delitias illicitè conquiſiſſet? Certè in delitiis vivere, grande peccatum Apoſtolus reputat, ubi de inſtitutione viduarum ad Timotheum, ſic

Mediocritas in magnalibus quænam reſecat.

Deliciæ quàm noxiæ.

1. Tim. 5. 6. ait: *Vidua quæ in deliciis vivit, vivens mortua eſt.* Non erat mirum hæc dicere, ſi de acquiſitis illicitè deliciis viduam cauſaretur. Non erat mirum hæc dicere, ſi vivens in deliciis vidua, nil pauperibus largiretur. Nunc autem ſimpliciter dixit, quòd vivens in deliciis, mortua ſit, licèt eam, aut rapinæ in ſubditos, aut tenacitatis in pauperes non cauſetur. Suſpectas proinde debes habere delicias, illudque ſolerter attendere, unde ſcilicet veniant, aut quò vadant. Veniunt plerumque certè de injuſtis ſubditorum exactionibus, de gravaminibus pauperum, de pupillorum lacrymis, de ſpoliationibus viduarum; & unde lætantur qui diripiunt, inde lugent inconſolabiliter qui amittunt. Illud autem ſatis evidens eſt, quò vadunt quæ ſic direpta ſunt, quia nulla ex eis utilitas alia quæritur, niſi quia ſummâ diligentiâ ex eis carnis citò morituræ ſterquilinium inquinatur. Toto igitur ſtudio circa cultum & curam animæ vigilandum eſt, cui Auctor vitæ & immortalitatem in conditione contulit, & imaginem ſuam gratuitâ bonitate impreſſit, & gloriæ cœleſtis indeficientes delicias ex nimiâ dilectione promiſit. Ceterùm ne de forma vivendi alia eſſet dubitatio, per ſeipſum venit, per ſeipſum vitæ præcepta contradicit, in ſeipſo converſandi exempla præbuit; & quod impoſſibilitati noſtræ erat difficile, facto facile fecit ſuæ actionis exemplo. Debemus itaque ſuſcipere & implere præcepta, mirari & imitari exempla, diligere & deſiderare promiſſa. Præcepta omne quod vanum eſt omni animæ interdicunt. Exempla crucis gloriam prædicant & proponunt. Promiſſa, ne in crucifixione deficias, de beatæ ſpei conſolatione ſuſtollunt. Spes autem tota & conſolatio nobis eſt in partu noſtræ Virginis, in flore fragrantiæ ſingularis. O ſempiterni veris fructiferum florem, omnì gratiâ pretioſum, omni plenum gloriâ, omni elegantiâ ſpecioſum! Quàm inæſtimabilis illi eſt in odore ſuavitas! quàm incomparabilis amœnitas in decore! quàm magna in ſapore dulcedinis multitudo! Utinam, anima mea, odor iſte ſit tibi ſemper in naribus! utinam ſapor hic à cordis faucibus non recedat! Per te inæſtimabili certè tantæ ſuavitatis fragrantiâ quicquid ſæculum redolet fœtidum reputatur. Præ hujus ſaporis dulcedine judicatur amariſſimum quicquid carni dulceſcere conſuevit. Quam oblectat tam mirificæ amœnitatis jucunditas, non poteſt vel ſaltem reſpicere vanitatem. O Virgam de radice Jeſſe! O Virginem omni laude digniſſimam, quæ dum abſque ſui defloratione, hunc florem protulit angelorum, corda & hominum ſuavitate mirificâ ſatiavit! Hæc nobis eſt inter ſæculi fluctus, inter maris procelloſi naufragia, præſidium ſingulare. Ipſa eſt naufragis portus, deſolatis ſolatium, mœſtis conſolatio, reparatio perditis, languentibus medicina. Virga eſt, quâ magiſtra unctio utitur veritatis, ſectatoribus correctionis tribuens diſciplinam: Sanctus nimirum Spiritus officinam diſciplinæ pleniſſimè habitans, & eam flexibilem per miſericordiam & per rectitudinem juſtitiæ fecit porrectam. Eſt enim hæc virga flexibilis, porrecta, gracilis, recta, levis, fructifera, fertilis, odorifera & ſuavis; flexibilis per miſericordiam, porrecta per excellentiam, gracilis per humilitatem, recta per æquitatem, levis per peccati immunitatem, fructifera per fœcunditatem, fertilis per virtutum plenitudinem, odorifera per opinionem, ſuavis per amorem. In iſtam reſpice, amplectere iſtam, iſtam lauda & dilige, quia cui MARIA advocata eſſe voluerit, contra omnes inimicitias prævalebit. Lauda Virginem voce, & vide ne voci vita aliquatenus obloquatur. Cùm ſit tota laudabilis, nil in te ceſſet à laudibus: quia nil eſſe arbitror laudabilius, quàm ſe laudibus ejus totam impendere, quæ Conditoris honor & gloria, laus eſt & lætitia angelorum. Sed jam in MARIÆ laudibus finem ſuum ſortiatur epiſtola: quam forſitan tibi facit ſuiipſius prolixitas oneroſam. Si quid in ea durum vel difficile intellectui tuo occurrerit, habes penes te G. venerabilem capellanum, qui tibi poſſit & ſciat ſingulas difficultates explanare. Laïco ſermone tibi ſcripſiſſe debueram, niſi quia te comperi latini ſermonis aliquantulam intelligentiam percepiſſe. Utinam te illam ex nomine meo ſalutare non pigeat, quam ad conſilii noſtri myſterium tertiam, me tamen priùs commonente te, vocaſti. Tam tenaciter illa pro ſui devotione & honeſtate meis inhæſit viſceribus, ut ſuavem ejus memoriam nulla mihi oblivio valeat invidere; cùm eam ex parte mea ſalutaveris; id etiam ipſam ex nomine meo commoneas, ut tam integrâ dilectione Sponſo virginum CHRISTO inhæreat, ne virginitatis ipſius lilium, quo adhuc vernare creditur, aliquâ ſæculi marceſſere corruptione patiatur. Vale.

EPISTOLA XXII.
ad Agnetem virginem.

De pia utriuſque animorum unione.

Ex mſ. Claravallenſi.

AGNETI virgini, quam totâ animi dilectione complectitur frater ADAM peccator ſalutem in Agno ſponſo virginum.

Indubitatâ fide teneo, quòd Spiritus-ſanctus in te ſuam conſtituerit manſionem. Ipſius operante gratiâ, ſpretâ concupiſcentiæ carnalis turpitudine, angelorum pulcritudinem adamaſti. Propterea & ipſe totus tibi inhæreo: quia penes te deſiderii mei theſauros teneas, amorem ſcilicet & deſiderium Creatoris. O felix amor, quo vera vanis, certa dubiis, utilia noxiis, honeſta lubricis, æterna tranſitoriis præferuntur! O delectabile deſiderium, quo ille ſolus quæritur, cujus inquiſitio delectabiliter cruciat, cujus inventio eſt lætitiæ plenitudo! Cùm ſui copiam tibi præbuerit, numquid te mei patietur eſſe immemorem, qui nec ad horam caritatis tuæ me patitur oblivìſci? O quantum me lætificat tui amoris ſinceritatis recordatio, quamquam piè me ſollicitat tui profectus deſiderium, &

diu jam expectata conſolatio de aſpectu. Plurimùm certè ſanctæ dilectioni confert mutua confabulatio ſe piè amantium, & mirum in modum etiam de aſpectu corporeo ſpiritualis igneſcit affectus. Quanta putas jucunditas eſt illum videre, qui ſolus eſt ſalus & ſumma ſuavitas, ſi tam ſalutiferum eſt & ſuave tantæ ſuavitatis habitacula intueri? Videbo te cùm vacuum fuerit, etiam oculis carnis; nam te videre animo ſemper vacat. Cùm magna ſit nobis in equitaturis penuria, & palefridum te audiente nobis regina promiſerit, ne te pigeat accedere ad ipſam, & ut ſuis promiſſionibus fidem faciat commonere. Diu enim eſt quòd inviſere ſanctum iſtum conventum deſidero, & ſi haberem quo competenter tibi evehi poſſem, deſiderii mei conſummatio non tardaret. Vale.

EPISTOLA XXIII.
ad J. Beliſmenſem archidiaconum.

De ſilentio.

Ex mſ Claravallenſi.

Dilecto ſuo in CHRISTO J. Beliſmenſi archidiacono, frater ADAM peccator ſalutem.

Injungit mihi aliquid, frater cariſſime, tuæ petitionis inſtantia, quod fateor formidoloſus aggredior; quippe cui nec ſubeſt animi virtus ad experientiam, nec ſcientia ſufficiens intelligentiam adminiſtrat. Et certè cui iſta duo defuerint, non poteſt laudabili pollere facundiâ, præſertim cùm non ſit in mente unde linguæ tinguatur calamus, nec mores ſapiant quod ſermonibus explicetur: meliùs mihi ſuaderes ſilentium, quàm de cenſura & utilitate ſilentii ſcriptum à me aliquod poſtulares. Rei nimirum rationem quam poſtulas non inveniunt, niſi amatores ſilentii, quietis ſectatores: quibus datum eſt cultum juſtitiæ ſilentium æmulari. Verumtamen licèt gratiam iſtam non meruerim, merebitur fortaſſis tua devotio, etiam in ſterili fructum quem deſideras invenire. Aderit itaque diſputanti de ſilentio amica ſilentii Trinitas, quæ & ex ore infantium & lactentium ſuas laudes perficere conſuevit.

Verbum Dei audire cupientem decet ſilentium.

Quicumque ſub diſcipuli forma Verbi incarnati frequentat auditorium, eò debet diligere & ſervare ſilentium, quò in magiſtrum ſibi eligit Dei Verbum. Magiſter enim humilium CHRISTUS, non modò eâ ratione Verbum Patris dicitur, quòd ſit voluntas ejus omnipotens; ſed ideo etiam dicitur Verbum, quòd ſemper requirat auditum. Qui audit, auſcultat: qui auſcultat, ſilet: qui ſilet & audit, alieni audientiam præſtat. Semper igitur Pater exigit à creatura rationali ſilentium, cui ſemper loquitur tale Verbum. Nam Verbi hujus ineffabilis generatio ſola eſt creaturæ rationalis eruditio: cui ſola ſpiritalis infantia eò exhibet reverentiam debitæ audientiæ, quò feriatam cuſtodit innocentiam in ſilentio & quiete. Semper loquitur nobis Pater, dum ſemper Verbum ineffabile generat, & ad æternum ejus

A eloquium continuum debet creatura ſilentium. Verbum autem omnipotens cognoſcitur, nec intelligere, nec diligere, qui ab eo non metuit cordis auditum avertere; unde ſcriptum eſt: *Vir linguoſus non dirigetur in terra*; in terra Eccl. 2.
quippe non dirigitur qui divini rationem eloquii percipere, aut intelligere non meretur. Id autem non meretur vir linguoſus, qui dum in linguâ & linguâ loquitur minima, quid Verbi Spiritus in linguis igneis deferat experitur. Vides quantùm tota Trinitas approbet ſilentii diſ-

Trinitas ſilentii approbat diſciplinam.

B ciplinam. Pater ſilentium diligit, quia dum de ſubſtantia ſua coæternum ſibi Verbum ineffabiliter generat & proponit, proculdubio id hujus arcani intelligentiam intentam cordis autem requirit; unde in pſalmo loquitur: *Eructavit cor meum verbum bonum*. Pſal. 44. 2.
Verbum quoque ipſum non immeritò ſibi fieri ſilentium exigit, quia dum theſauros ſapientiæ & ſcientiæ omnes in ſe cuſtodit, ad illos quaſi noſtris auribus inculcandos, quaſi quamdam linguam nobis non ignotam noſtram humanitatem ſuſcepit; unde Moyſes: *Prope eſt Verbum in ore tuo &*
C *in corde*. Et evangeliſta Johannes: *Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis*. Joh. 1. 14.
Spiritus etiam Verbi ſummam ſibi obedientiam fieri voluit, dum Verbum abbreviatum, & ideo magis obſcurum, quaſi per quaſdam gloſſas exponens, ſe in linguis igneis revelavit; nam gloſſæ linguæ interpretantur. Spiritus enim ſanctus de obſcuritate Verbi abbreviati, id eſt uſque ad ſervi formam exinaniti, quaſi quamdam expoſitionem fecit, dum tanti myſterii cauſas ipſius Verbi diſcipulorum tam evidenti diſperſione
D linguarum impreſſit. De iſto ſui gloſſatore & expoſitore Spiritu-ſancto ſic Verbum Patris loquitur: *Ille me*, inquit, *clarificabit, quia de* Joh. 16.14.
meo accipiet. Et iterum: *Cùm veniet Paraclytus*, Joh. 15.26.
quem ego mittam vobis à Patre, ille teſtimonium perhibebit de me. Quòd autem ſilentium diligat Spiritus-ſanctus teſtatur Dominus per Prophetam: *Super quem*, inquit, *requieſcet Spiritus* Iſa. 66. 2.
meus, niſi ſuper humilem & quietum & trementem ſermones meos? Ubi nimirum humilitas & quies, ibi motio ſpiritalis ſilentii, pax & tran-
E quillitas ſolemniſant, amicum eſt paci, amicum tranquillitati ſilentium, non poteſt agi ſabbatum cordis, ubi labor labiorum ſilentii retundit diſciplinam. Hinc eſt quòd Spiritûs-ſanctus ſeptiformis dicitur, quia in ſeptem feriis ad vacandum Verbi auditorio componit & ordinat ſabbatum cordis: unde illæ feriæ ſeptem dona Spiritûs-ſancti ſunt, quæ enumerat Iſaïas, quæ quaſi ſeptem ſilentia ſunt, dum univerſitatem vitiorum ab animo ſilere & ceſſare compellunt; nam & ſeptenarius pro uni-

Septem dona Spiritûs-ſancti quaſi ſeptem ſilentia.

F verſitate ponitur, & ſilere ceſſare dicitur. Quaſi igitur ſeptem ſilentia ſunt, quæ univerſis vitiis ſilentium ſuâ auctoritate imponunt. Silentia ſunt, quæ dum peccatorum reatus & vitiorum tumultus ſopiunt, ad deligenda & diligenda Verbi incarnati myſteria aures cordis idoneas reddunt. Unde ex his omnibus ſilentiis Sermo omnipotens ſibi interim medium eligit, quia ad illum à regalibus ſedibus familiarius venit,

Digitized by Google

qui in Spiritu fortitudinis quicquid eſt puritati contrarium ſuperat & proſternit. *Dum medium*, inquit, *ſilentium tenerent omnia, Sermo omnipotens à regalibus ſedibus venit*; quia nimirum illum regali ſede dignum mediator judicat, qui in medio conſtitutus, fortiter peccatis repugnat. Nonniſi in Spiritu fortitudinis imponitur ſilentium vitiis, nec id alibi quàm in medio agri: quia virtus medium vitiorum utrumque redactum à ſapientibus appellatur. Virtute ſiquidem animi opus eſt, ut vim inferas regno cœlorum, ut violentâ illud aviditate diripias, ut ab auditione mala avertens aures, ſoli illas accommodet auditorio Verbi & obedientiæ mandatorum. Silentium iſtud eſt medium, quo omnipotens Sermo ad medium mediator deducitur, & parvulum in medio diſcipulorum ſe ſtatuens, ſe parvulis imitandum quaſi modò genitis infantibus exhibeat in magiſtrum. Infantes ergo hujuſmodi non fantes, id eſt ſilentes ſunt, qui videlicet ſalutare Dei cum ſilentio præſtolantur. *Bonum eſt*, ait Propheta, *præſtolari ſalutare Dei cum ſilentio.* Salutare Dei myſterium eſt & gratia Verbi incarnati: cui audiendi aurem non accommodant, cui audientiam minimè præſtant, qui linguam maris Ægyptii non deſiccant: id eſt qui loquacitatis ſuperfluæ fluxum non cohibent, & linguam à multiloquio non caſtigant: *Qui dimittit aquam*, ut dicit Scriptura, *caput eſt jurgiorum.* Dimittere aquas, eſt linguam maris Ægyptii non tenere, id eſt linguæ fluxum amaricantis minimè cohibere. Quid eſt tam tumidum & tam inſtabile, quàm mare? Quid tam amarum, quàm jurgium? Et quid mare Ægyptium, niſi cor amaricans & tenebroſum? Ægyptus enim Tenebræ interpretantur. Aquas, inquam, maris Ægyptii dimittit, qui per linguæ miniſterium & oris meatus cordis amaritudinem, & tumidam vanitatem effundit. Nonne videtur tibi jurgium eſſe contra Verbi incarnati myſterium, contra regulæ præceptum, contra conſcientiæ teſtimonium, loquendi excedere terminos, & ſilentii frangere vota? Certè Verbum Dei omni homini quamdam ſilentii legem indixit, cùm de omni verbo otioſo rationem in die judicii reddendam comminatus eſt & prædixit. Silentium enim eſt, non omnino non loqui, ſed ponere cuſtodiam ori tuo, & oſtium circumſtantiæ habere in labiis: id eſt, quomodo & quando oporteat, ubi & quantùm debeas, quid & unde conveniat eloquaris. Eſt enim tempus tacendi & tempus loquendi. Sit itaque vox Domini ſuper aquas, ut aquæ Siloë fiant & fluant cum ſilentio, ut verbis tuis Verbum Deus præſideat, & linguæ præcipitis volubilitas lege ſilentii refrænetur. Fides, ratio, & auctoritas multùm cœleſtis philoſophiæ profeſſoribus commendant ſilentii diſciplinam: primò quia Sapientia Dei attingens à fine uſque ad finem fortiter, omnia ſuaviter ſilenterque diſponit. Secundò, quia eadem Sapientia ſibi Verbi nomen aſſumit; unde: *In principio erat Verbum*, &c. Tertiò, quia idem Verbum infans, id eſt, ſilens in carne noſtra apparuit; unde: *Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis.* Quartò, quia ſuſceptioni infantiæ noſtræ medii ſilentii tempus elegit. Quintò, quia cùm in eo eſſent theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi, per ætatem carnis jam duodennis, jam in ſynagoga docuit, ſed ab hominibus legis doctrinam humiliter audivit. Sextò, quia in paſſione ſua, quaſi agnus coràm ſe tondente, obmutuit. Septimò, quia vox ejuſdem Verbi, ſcilicet Johannes Baptiſta, ſilentium legi & prophetis impoſuit: *Lex enim & prophetæ uſque ad Johannem.* Octavò, quia Spiritus Verbi in igneis linguis adveniens, Verbi diſcipulos ſilentes & orantes, & corda audientium ſonitu repentino commovit. Nonò, quia ipſius Verbi ſponſa, id eſt Eccleſia, eò ſilentium æternæ quietis non deſerit, & eò affectuoſiùs aurem tribuit, quò ſibi dici divinitùs audit: *Audi, filia, & vide, & inclina aurem tuam.* Audi, ut credas, quia fides ex auditu. Vide, ut diligas, quia amor proficit & perficitur de aſpectu, & inclina aurem tuam, ut obedias ex humilitatis affectu, & obedientiæ perſeveres in actu. Audi famam Sponſi tui, quoniam nomen ejus eſt oleum effuſum. Vide ſpeciem dilecti, quia ſpecioſus eſt formâ præ filiis hominum. Et, inclina aurem tuam, ad executionem mandatorum, & imitationem exemplorum. Audi priùs, & vide poſteriùs; quia fides ducit ad intelligentiam, & per fidem ad ſpeciem pervenitur. Sic ſponſam Verbi non loqui & garrire, ſed audire & videre convenit, quia videre non poterit, niſi priùs audierit: unde ſilentium deſerit, & Verbi gratiam perdit, & nominis dignitatem. Eccleſia Convocatio, ſive Convocata dicitur; non enim veniſſet, niſi convocata fuiſſet: non ſe vocari audiſſet, niſi voci Verbi in ſilentio audientiam præſtitiſſet. In tantùm Verbi vocatio vult in diſcipulis ſuis permanere ſilentium, ut cùm diſcipulos ad prædicationem mittit, neminem per viam ſalutare permittat: *Neminem per viam ſalutaveritis.* Certè dùm Dei populo lex divina proponitur, in ipſis ſuis initiis de facienda Deo audientia, & de tenendo ſilentio Iſraël commonetur: *Audi*, inquit, *Iſraël, & tace; Deus tuus, Deus unus eſt.* Proinde Verbi diſcipulus, aut ſe falsè profitetur Verbi diſcipulum, aut veraciter tenet & diligit ſilentii ſacramentum. Quid hîc dicturi ſunt quidam, tam monaſtici, quàm canonici ordinis profeſſores, qui cùm linguam & labia Dei Verbo dedicaverint, & ſe ſilentii diſciplinæ ex vocis obligatione ſubdiderint, nihilominus aſſiduè per multiloquium diffluunt, & laborant omnimodis ne teneant quod voverunt? Non eſt in ore eorum veritas, quia cor eorum vanum eſt. Nec poteſt munda veritas ſedere in labiis quæ loquuntur ex abundantia vanitatis. Ut enim ait Dominus CHRISTUS, Verbum omnipotens, *Ex abundantia cordis os loquitur.* Quid dicam de his qui venenum aſpidum habentes, ſub labiis ſæpe imprudenter turpia proferunt, detractionibus venenatis inſerviunt, mentiri, perjurare, contendere, perversè interpretari quicquid boni viderint in aliis nul-

Sap. 18, 15. — Thren. 3, 26. — Prov. 17, 14. — Silentium non excludit omne verbum. — Silentii motiva. — Joh. 1, 1. — Joh. 1, 14. — Luc. 16, 16. — Pſ. 44, 11. — Luc. 10, 4. — Luc. 6, 45.

latenus erubeſcunt? Sepulcrum ſanè eſt guttur eorum, & de ſepulcro gutturis tot quaſi mortuos efferunt, quot mortis exempla in aliorum perniciem proponunt, perverſa loquendo, & eadem actitando. Hæc tibi, frater, interim de ſilentii utilitate ſufficiant; quæ & ſi devotioni tuæ non ſatisfaciunt, menſuram tamen meæ parvitatis excedunt. Jam ſupereſt ut æmulemur ſilentium, & teneamus ipſi quod commendavimus, non ſilentes ab ejus laudibus ad quem auditus noſter debet eſſe ſuſpenſus, Sermo omnipotens JESUS-CHRISTUS, qui vivit & regnat per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

CARTA JOHANNIS Regis Anglorum.

De jure epiſcopi Lexovienſis in civitate & banleuca Lexovienſi.

Anno 1199. *Ex ſchedis noſtri Franciſci Pommeraye.*

JOHANNES Dei gratiâ rex Angliæ, dominus Hyberniæ, dux Normandiæ & Aquitaniæ, comes Andegavenſis, archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, comitibus, juſtitiariis, vicecomitibus, præpoſitis, & omnibus ballivis, & fidelibus ſuis ſalutem.

Inter ea quæ ad conſervationem juſtitiæ pertinere noſcuntur, nihil ſpecialius regibus & principibus incumbit, quàm dignitates eccleſiaſticas in ſua ſtabilitate tueri; & ne fortè per obliviones hominum, rerumque, aut temporum immutabilitates, ea quæ piâ conſideratione geſta ſunt, & præcipuè per judicium definita, novis in poſterum poſſint implicari calumniis, neceſſe eſt authenticorum ſcriptorum ea patrocinio communiri. Cùm autem inter nos & dilectum noſtrum in CHRISTO GUILLELMUM de Rupetra Lexovienſem epiſcopum ſuper jure & poteſtate ab antiquis temporibus anteceſſorum noſtrorum in civitate & banleuca Lexovienſi ad nos pertinente contentio verteretur; tandem ne quid de jure epiſcopi & eccleſiæ Lexovienſis videremur nobis aliquatenus uſurpaſſe, fecimus per multitudinem legitimorum & antiquorum militum de vicinia illa, juramentis interpoſitis, recognoſci quantum juris ad nos in civitate & banleuca prædicta, quantum ad epiſcopum Lexovienſem, & quantum ad militem quemdam ROBERTUM ſcilicet cognominatum Vicecomitem pertinebat. Qui utique miles vicecomitatum ſibi apud Lexovium hereditario jure competere aſſerebat. Recognitum eſt autem in curia noſtra coram nobis & baronibus noſtris per teſtimonium octodecim militum juratorum nos tantummodo tria placita, quæ de ſpatâ vocantur, in illa civitate & banleuca habere, videlicet de ſubmonitione exercitûs noſtri, de via curiæ noſtræ, & de moneta, quæ etiam tria placita per manum epiſcopi, vel ballivorum ſuorum ante nos, vel ſeneſcallum noſtrum, vel in aſſiſias noſtras debent adduci: ita tamen quòd nihil de emendis alicujus trium placitorum ſibi poteſt epiſcopus vendicare, ſed eas per manum ipſius, vel ballivorum ſuorum debemus habere; & præter illa tria placita nihil nobis juris in prædicta civitate remanet & banleuca. Cetera autem omnia jura & placita, tam de ſpata, quàm alia, quibuſcumque modis, vel cauſis eveniant, cum eorum emendis ad epiſcopum ſine omni contradictione pertinent & querela. Recognitum etiam fuit per eoſdem milites, quòd prædictus ROBERTUS nihil habuerit in vicecomitatu prædicto juris, vel hereditatis, ipſeque poſtmodum in curia noſtra coram nobis & baronibus noſtris in perpetuum remiſit ipſi epiſcopo & ſucceſſoribus ſuis totum jus quod ſibi vindicaverat & clamaverat in vicecomitatu prædicto. Teſtibus his, H. Cantuarienſi & G. Eboracenſi archiepiſcopis, ROGERIO de Sancto Andrea de Scotia epiſcopo, &c.

Datum apud Rothomagum per manum H. Cantuarienſis archiepiſcopi cancellarii noſtri, tertiâ die Septembris, regni noſtri anno primo.

LITTERA S. ABBATIS MOSOMENSIS ad P. ſancti Remigii abbatem, L. decanum Remenſem, & H. cantorem.

Obedientias, ut vocant, conventui conſignaſſe ſe ſignificat, rogatque ut ratum habeant pactum quod cum monachis pepigit.

Anno 1199. *Ex autographo.*

VIris venerabilibus, & amicis ſuis, P. abbati ſancti Remigii, L. decano ſanctæ Mariæ Remenſis eccleſiæ, H. cantori, S. Moſomenſis eccleſiæ dictus abbas ſalutem & dilectionem.

Noverit dilectio veſtra, me cum fratribus noſtris concordaſſe, & eos qui mihi adverſari videbantur in oſculo pacis ſuſcepiſſe. Ego ſi quidem ad petitionem ipſorum omnes obedientias ad conventum pertinentes, videlicet præpoſituram, camerariam, cellariam, theſaurariam, infirmariam, præpoſituram de Roſerolis ex integro, & abſque ulla partium ſubtractione, ſalvo tamen jure noſtro & regulâ beati Benedicti in renovando obedientiarios & compoto recipiendo, voluntariè conceſſi de cetero per monachos adminiſtrandas, qui ſciant fratribus neceſſaria providere. Et ut voluntati eorum plenariè ſatisfacerem, coopertoria, ſtragula, botas, caputia, quæ anteà non habebant, eos habere conſtitui. Ut autem hæc conſtitutio noſtra inconcuſſa permaneat, nec à quoquam poſſit immutari, eamdem volumus auctoritate domini P. cardinalis quâ fungimini in hac parti ſcripti veſtri & ſigillorum veſtrorum munimè (a) roborari.

EPISTOLA ABBATIS PRATELLENSIS ad monachos Pratellenſes.

De abſtinentia diebus ſolemnibus obſervanda.

Ex ms. ſancti Germani à Pratis.

NOn eloquentiæ, ſed ſalutis ad vos habeo verbum, fratres cariſſimi, nec perſuaſio-

(a) Hanc conſtitutionem anno 1199. auctoritate legati apoſtolici confirmaverunt.

Digitized by Google

ne mihi opus eſſe in animo decrevi. Si enim pro ſalute veſtra loquor, ſpero me facilè, & abſque magno labore impetraturum quod volo. Quis enim tam rudis, ut ſalutis medicinam recuſet? Non erit ergo vobis moleſtum, ſi ad obſervantiæ veſtræ ſancta decreta reſtauranda, verùm ad regulam ſuppreſſam relevandum vobiſcum adjutor ſim. Exiſtimo enim vos, non profeſſionis veſtræ, non religionis, non clauſtralium votorum eſſe immemores, nec concipere poſſum vos eâ mente clauſtralem intraſſe curam, ut monachi ſolùm portaretis habitum, ſed normam potiùs religioſi conſervaretis illæſam. Fruſtra enim bonus ille paſtor B. BENEDICTUS vigilaſſet, qui tantos pro nobis labores in ſanctis legibus & regulis conſtituendis ſuſcepit, & tot noctes duxit inſomnes, ut poſteritati ſuæ conſuleret, niſi eſſent qui obſervarent. Sed proh dolor! multi ſunt his temporibus, qui ſolo hoc religioſi nomine contenti, relinquunt ſucceſſoribus ſuis regulam adimplere: quorum ſtudium eſt intus, non dico mundana appetere, non dico delicatè vivere, ſed nec epulæ regiæ, aut mundus eis ſufficeret. Vos non ſic eritis, fratres, nolite animarum veſtrarum facere periculum; grande eſt enim & pretio magno redemtum. Scitis enim inter homines & homines, inter regulares & non regulares, clericos & monachos latam eſſe differentiam. In ſancta converſatione, caſtitate, obedientia, humilitate, jejuniis, carnium abſtinentia, & paupertate fundata eſt religio & clauſtralis vita. Viri ſæculi non ſic omnino coguntur ambulare, & tamen in multis, quod dolendum eſt, nullam penitus differentiam invenimus. Non amplius ſunt jejunia in clauſtris, non macerationes quæ corpus caſtigant, non carnium abſtinentiæ. Apud viduam, vel pauperculam mulierem potius invenies; ſæpiſſimè enim à via ſalutis & Dei cognitione, crapula & carnium æſtuationes, maximè diebus ſolemnibus, quibus magis quiſque Deo appropinquare debet, & ad Sancta ſanctorum accedere, etiam fortem religioſum diverterunt. Unde infiniti lapſus & turpia proceſſerunt; & ad eccleſiam cui immeritus præſideo, querimonia magna his diebus evolavit. Hac de cauſa motus, fraternitati veſtræ ſcribere in præſenti decrevi: qui vos & meipſum ſalvos eſſe deſidero. Res enim parva & facilis, nec tamen minoris fructûs aut utilitatis; quæ etſi ardua, conſuetum erat ab antiquo, & uſque ad pauca tempora continuatum, ut diebus feſtivis ſolemnibus omnes in refectorio ad refectionem capiendam convenirent; & à carnalibus epulis ſe abſtinerent; quod & in multis monaſteriis, & fere in omnibus maximè bene regulatis hæc obſervantur, miror de Pratellenſi cœnobio qui hac ſancta caruit obſervatione. Sed quid? periculo aliorum ſapientes facti ſumus. Facilitas abbatum, & nimia licentia peccandi in regulam, ſimul monachorum clauſtralium importunitas & murmur in damnum animarum ſuarum hoc egerunt, & nunc pœnam fortè luunt tardè pœnitentes: quare ne nos cum malis diſpenſatoribus & male obedientibus damnemur, dum tempus eſt, nobis ipſis providere cura noſtra ſit. Vos igitur, fratres, rogo & moneo, ſicut ſalutem veſtram diligitis, ut his diebus ſolemnibus abſtineatis ab epulis carnalibus, ſimulque in refectorio omnes diſcumbere diſcatis. Sitque vobis hujus ſancti operis initium hæc proxima Paſchalis dies; jugum enim ſuave eſt, & onus leve. Si feceritis, intelligam vos animarum veſtrarum ſalutem diligere, obedientiam potiùs ſequi, ut ſummæ obedientiæ filios decet, quàm propriâ frui voluntate. Non temporalem expectetis remunerationem, non aurum, non argentum, non terrena, aut lapides pretioſos polliceor. Hæc enim non ſunt præmia veſtra: gemmas etenim cœleſtes promitto & coronam victoriæ, quam nobis Deus concedat. Valete.

Claustralis religio in quo fundata.

ALIA EJUSDEM,

De eodem argumento.

FRater, vobis & fratribus religioſis ſcribo ſuper carnium abſtinentia diebus ſolemnibus. Præſentabitis litteras meas conventui. Res ſancta eſt, non gravis, ſed leviſſima; & prodeſſe multùm poterit, ſi executioni demandetur. Hanc vobis cauſam committo: nec aliter in animum meum inducere poſſum, quin ad ea quæ ſalutis totius domûs ſunt libenter intendatis. Breve eſt quod dico; ſat eſt mihi ut intelligatis quod volo. Date operam ut omnia quæ ſcripſi adimpleantur. In rem veſtram potiùs quàm in meam hæc ſunt: mihi damnum temporale eſt, ſed ſpirituale lucrum. Facite ergo in hac cauſa ut cognoſcam zelum & fervorem quos habetis in legem & ordine veſtro, nec minuatur æſtimatio veſtra, quam priſco tempore habuiſtis, & ſic officium veſtrum adimplebitis, hancque laudem ſimul cum fructu reportabit hoc pium opus. Euge fidelis, ſuper pauca fidelis, ſupra multa te conſtituam. Valete.

FORMA SERVITUTIS contrahendæ.

Ex mſ. Vicedominiſ.

EGo ALANUS, merâ & ſpontaneâ voluntate, non coactus, nec deceptus, do & trado tibi, B. & tuis heredibus perſonam meam & filiorum meorum ad ſervitutis jugum, ut nos habeas ad diſciplinandum, tenendum, imperandum, & quicquid tibi placuerit faciendum, tam de perſonis noſtris, quàm de noſtro peculio, acquiſito, vel acquirendo, ad tuum beneplacitum diſponendo; ita quòd ſi fugam à te, vel heredibus tuis fecerimus de veſtro ſervitio quolibet modo exeundo: ubicumque nos inveneritis, injectionem manuum in nos & noſtrum peculium habeatis, & de nobis, & de ipſo peculio, ſine omni noſtra noſtrorumque contradictione, quidquid volueritis faciatis.

Factum fuit, &c.

Digitized by Google

FORMA CONCEDENDÆ libertatis.

Ex mſ. Vindocinenſi.

NOtum ſit omnibus, quòd ego & pro remedio meorum peccaminum hoc manumiſſionis inſtrumento, do tibi, B. ſervo meo meam libertatem, ut ab omni ſervitutis jugo ſis penitùs abſolutus, ac ſi ex ingenuis parentibus natus eſſes: ac libertate uti, poſſis etiam de vendendo, permutando, alii te obligando, in judicio ſtando, teſtamentum condendo, teſtimonium perhibendo, & omnia faciendo, quæ quilibet ingenuus facere poteſt. Inſuper jus patronatûs tibi remitto penitus, tuumque peculium & talem poſſeſſionem pariter tibi dono, promittens per me & ſucceſſores meos, atque juro etiam quòd numquam contra tibi datam veniam libertatem. Et ut inſtrumentum iſtud ſuper hoc factum firmitatem habeat, rogavi dominum talem comitem, ut ipſum ſui ſigilli munimine confirmaret. Et nos Dei gratiâ talis comes ipſum ducimus ſigilli noſtri robore confirmandum.

Factum fuit, &c. anno Domini, &c.

LITTERÆ JOHANNIS domini Montis-mirabilis.

De dote Helvidis uxoris ſuæ.

Anno 1200. Ex cartario Campaniæ Colbertino.

IN Nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, ego JOHANNES Montis-mirabilis dominus, notum facio, tam præſentibus, quàm futuris, quòd ego pono comitem Campaniæ, & ejus ſucceſſores & obſides, ſuper feodum quod de eo teneo, & de dote quam reddo HELVIDI uxori meæ, pro excambio de *Sonſois*, quam ego & ipſa quitamus. Hujus pono omnes homines meos ligios, plegios: ita quòd ſi ego, vel filii mei ſuper hoc vellemus ei nocere, ad eam abſque fidei læſione liceret reverti, inde debet fieri ſecura per litteras pendentes Remenſis archiepiſcopi, & Sueſſionenſis epiſcopi. Diviſio autem iſta pertenditur à molenum uſque ad crucem ſuper *Sparm*, & inde ad crucem de *Chambarium*, inde ad *Vardum*. Item extenditur à mollenum ad vivarium, inde ad *Corboini*, inde ad *Antrene*, inde ad *Creſſanti*, inde ad *Molins*, inde ad Barram, inde ad Capellam, inde ad *Evri*. Quicquid infra prædictas metas, hoc in omnibus proficuis, & etiam prædictæ metæ continentur infra dotem, quito & laudo, domuſque de *Conde* continetur in dote. Quod ut ratum remaneat, ſigilli mei teſtimonio feci confirmari. Actum iſtud anno ab Incarnatione Domini MCC. menſe Maio.

BALDUINI FLANDRIÆ & Hannoniæ comitis leges de homicidio anno MCC. editæ.

Anno 1200. Ex mſ Camberonenſi, & Cartario Haſnonienſi dominorum de Aveſnis.

HÆc eſt forma pacis in toto comitatu Hannonienſi, quam dominus Flandriæ
A & Hannoniæ BALDUINUS, & viri nobiles, & alii milites ſuis juramentis aſſecuraverunt & confirmaverunt, appoſitiſque ſigillis ſuis, tam domini comitis, quàm virorum nobilium roboraverunt.

I. De hominibus igitur qui milites, vel filii militum non fuerint, mortuum pro mortuo, membrum pro membro. Filii verò militum, qui uſque ad vigeſimum-quintum annum ætatis ſuæ non fuerint facti milites, poſt vigeſimum-quintum annum tales erunt ad pacem
B quàm ruſtici.

II. Si quis homo hominem invaſerit, quod vulgariter aſſalire dicitur, & homo aſſalitus erit ſupra corpus ſuum defendendum illum interfecerit, qui eum aſſalaverit, pacem firmam inde debet habere erga Deum & erga amicos occiſi.

III. Si quis in cuſtodia fructuum terrarum ſuarum, vel nemorum, vel aquarum, vel pratorum, vel hujuſmodi, per ſe, vel per ſervientem ſuum panna, ſeu vadia accipere voluerit,
C & ei pannum, vel vadium denegatum, id eſt ſconditum fuerit, & inde inter eum & illum qui vadium denegaverit, id eſt ſcondiverit, quem ſupra ſuum invenerit, rixæ & contentiones, vel conflictus moveantur; & ille cujus fuerit terra, vel nemus, vel pratum, vel aqua, vel hujuſmodi, illum interfecerit, quem ſupra ſuum invenerit, nulla in eum fiet vindicta, nec ipſe faciet emendationem aliquam, ſed pacem firmam habere debet.

IV. Si homo hominem interfecerit, & ille
D homicida aufugerit, ejus amici & proximi eum abjurare & forjurare debent; & ſic pacem habere debent. Qui verò eum forjurare noluerit, talis erit qualis & homicida qui aufugerit, quouſque eum forjuraverit.

V. Si quis cum homicida fugerit, vel occaſione illâ ſe abſentaverit, & patriam exierit, quòd homicidam abjurare noluerit; infra annum redire poteſt, & forjurationem facere. Poſt annum verò non plus redire poteſt, quàm ille qui malefactum perpetraverit; & infra an-
E num illum dominus in cujus juſtitia manſerit, mobilia illius habebit, ubicumque fuerint illa in comitatu Hannoniæ. Amici autem & cognati illius hominis qui occiſus fuerit, debent aſſecurare omnes homines illos qui homicidam forjuraverunt: qui verò illos aſſecurare noluerit, in eodem puncto erit quo & ille qui malefactum fecerit. Hoc tamen addito, quòd poſtquàm ammonitus fuerit de aſſecuratione facienda, de die in craſtinum uſque ad veſperam poteſt patriam exire, & dominus in cujus juſtitia manſerit, mobilia illius habebit, ſicut præ-
F dictum eſt. Si verò poſt ammonitionem patriam non exierit de die in craſtinum, de eo fiet idem quod de illo deberet fieri qui malefactum perpetraverit. Hic etiam infra annum redire poteſt ad aſſecurationem faciendam.

VI. De membro ablato erit ad pacem eodem modo ad valentiam facti, videlicet de ablatione membri & de aſſecuratione.

VII. Homicidæ qui fugerit, & illius hominis

Digitized by Google

minis qui alii membrum abſtulerit & aufugerit, dominus in cujus juſtitia manſerit, mobilia omnia ubicumque fuerint in comitatu Hannoniæ, & fructus terræ anni unius habebit.

VIII. Fugitivi quidem, vel banniti hominis terra ultra annum dominus tenere non poteſt; ſed tranſacto anno propinquus heres illius hereditatem & terram ejus habebit, ſi eum abjuraverit.

IX. De occiſo homine mortuam manum habebit ille cujus ſervus, vel de cujus advocatia fuerit.

X. Si homo fugitivus, qui hominem interfecerit, vel homini membrum abſtulerit, vel bannitus in patriam redierit; nulla villa libera, nullusque dominus, vel homo, illum tueri, vel garrandire poteſt, quin ubicumque inventus fuerit, eum capere poſſit omnis qui pacem juraverit. Captivum debet præſentare illi ſupra cujus juſtitiam captus fuerit, ut ille de eo juſtitiam & vindictam prædictam faciat. Quòd ſi ille non fecerit juſtitiam & vindictam, dominus comes Hannoniæ eam facere debet.

XI. Si homo vulneratus fuerit, vel graviter læſus, unde de morte, vel de perditione membri dubitetur; vulnerator, vel læſor tenendus eſt, & cuſtodiendus, quouſque viſum fuerit quid de vulnere illo, vel læſione evenerit.

XII. Si miles hominem illum tentum in cuſtodia habuerit, & ei evaſerit; miles jurare debet ſe tertio militum, quod abſque culpa ſua ei evaſerit, ſalvâ tamen bonâ pacis veritate. Si autem villico, vel alicui ballivo, vel cuilibet homini, qui miles non fuerit homo ille tentus & cuſtodiendus evaſerit, ſe ſeptimo hominum juret, quod abſque culpa ſua ei evaſerit, ſalvâ tamen bonâ pacis veritate.

XIII. Qui cultellum cum puncta portaverit, niſi ſit venator, vel coquus, vel macellarius, vel alienus homo tranſiens per patriam; emendare debet per ſexaginta ſolidos denariorum illi in cujus juſtitia inventus fuerit. Si autem præ paupertate emendationem illam ſolvere non poterit, auris ei amputetur.

XIV. Emendatio malefactorum in omnibus villis in quibus forum non currit, de vicino ſcilicet contra vicinum, tam in hominibus domini comitis, quàm aliorum, hæc eſt. De homine roiſnato, vel de membro fracto, quinquaginta ſolidi denariorum dandi ſunt, unde homo læſus triginta ſolidos habebit, dominus in cujus juſtitia manſerit homo læſus viginti ſolidos. De effuſione ſanguinis triginta ſolidi dandi ſunt, de quibus homo medietatem habeat, dominus vero in cujus juſtitia manſerit homo ille medietatem. De capillatione, vel percuſſione ſine ſanguine quindecim ſolidi, unde capillatus, vel percuſſus medietatem habeat; dominus vero in cujus juſtitia manſerit, aliam medietatem.

XV. Hæc omnia per bonam veritatem comprobanda ſunt. Si vero veritas non comparuerit; ille, qui alterum inculpaverit, juret ſolus, quod ille eum læſerit, aut percuſſerit, aut capillaverit. Alter vero ſe tertio juret, quod inde non culpabilis ſit, & per hoc pacem debet habere.

XVI. In juramentis illis nullæ occaſiones ammiſcendæ ſunt, quæ gitta dicuntur.

XVII. Si quis hominum, quorum emendationes ſunt in quinquaginta ſolidis, vel triginta, vel quindecim miſſus fuerit illi ad quem pertinet juſtititia pro homine ſuo qui læſus fuerit, ſi infra quindecim dies emendationem ſolvere non poterit, vel noluerit, dominus inde juſtitiam faciet ſecundum malefactum. Si autem ille aufugit, fugabitur ſicut alii banniti; & confuſus habebitur; amici ejus pacem habebunt.

XVIII. Per has emendationes pax firma debet eſſe inter dominos & vicinos & homines, tam de hominibus domini comitis, quàm de aliis.

Hæc omnia dominus comes Flandriæ & Hannoniæ BALDUINUS, & homines ſui viri nobiles, & alii milites, quorum ſubſequuntur nomina, tactis ſacro ſanctis evangeliis, ſe plenariè obſervaturos juraverunt, PHILIPPUS videlicet marchio Namurcenſis, ſæpedicti comitis germanus, HENRICUS etiam ejuſdem comitis germanus, WATERUS de Aveſnis, ALARDUS de Cymaco, RASSO de Gaura, GERARDUS de Jace, EUSTACHIUS de Rues, NICHOLAUS de Barbencione, WILHELMUS præfati comitis patruus, ÆGIDIUS de Traſiniis, WILHELMUS de Kevi, RENERUS de Trit, NICOLAUS de Ruminio, ENGELBERTUS de Ængien, ARNULFUS de Moreliner, GODEFRIDUS de Thuin, WILHELMUS de Hauſſi, ALULFUS filius ejuſdem Wilhelmi, VVALTERUS de Villa, VVALTERUS de Kavreng, NICOLAUS de Condato, HUGO de Gaïa, BERNERUS de Roucourt, NICOLAUS de Mainwaut, HUGO de Beverna, ÆGIDIUS de Brena, HENRICUS frater ejus caſtellanus Bincienſis, OSTO de Vvadripont, NICOLAUS de Flamengeria, HENRICUS caſtellanus Montenſis, GILLENUS caſtellanus Bellimontis, OSTO de Arbro, BALDUINUS de S. Remigio, VVALTERUS de Sotenghien, ARNULFUS de Aldenarda, GERARDUS de Sancto Oberto, HENRICUS patruus ſæpedicti comitis, ADAM de Vvalencourt, ÆGIDIUS de Berlaimont, HUGO de S. Oberto, GERARDUS præpoſitus Duacenſis, VVALTERUS caſtellanus Duacenſis, PETRUS de Duaco, STEPHANUS de Deneng, JOHANNES de Semeriis, JOHANNES de Heriſpont, BALDUINUS de Strepi, ALARDUS & NICOLAUS & VVALTERUS filii ejuſdem Balduini, ÆGIDIUS, ULBADUS de Harveng, BALDUINUS de Valenchenis, RENARDUS de Strepi, ROBERTUS de Loviniis, NICOLAUS de Montinio, HUGO de Harven, Franco de Felliu, FASTREDUS de Cambron, RENERUS de Montibus, KAROLUS de Cruce, DROGO de Quarinum, ROMUNDUS de Quarinum, GOSWINUS præpoſitus Senogienſis, VVALTERUS de Blandeu, GERARDUS filius ejus, OBERTUS de Fonti-

Digitized by Google

niis, ÆGIDIUS de Montibus, VVILHELMUS de Montinio, BALDUINUS de Curtiſolva, ALARDUS de Grandirivo, GILLEBERTUS Cornutus, VVILHELMUS Flaons.

Actum anno Verbi incarnati MCC. Montibus in Caſtro v. Calendas Auguſti, feria VI. ante feſtum ſancti Petri ad Vincula.

ITEM ALIÆ LEGES ejuſdem BALDUINI comitis, de Succeſſionibus, & aliis rebus.

Anno 1200. Ex Haſnonienſi cartario dominorum de Aveſnis.

HÆc eſt declaratio legum in curia & comitatu Hainoenſi communi conſenſu & conſilio ac deliberatione, ſanâque recordatione virorum nobilium & miniſterialium ad comitatum Hainoenſem pertinentium diſcretiùs conſcriptarum, ſigillisque & juramentis domini BALDUINI comitis Flandrenſis & Hainoenſis, & fidelium hominum ſuorum ad comitatum & dominationem Hainoenſem pertinentium, ad perpetuam obſervationem confirmatarum.

I. Firmatum eſt igitur ad legem, ut ſi homo tenens feodum duxerit uxorem, & ex ea filiam habuerit, & non filium: ipſa filia ſuccedet patri & matri in feodum.

II. Si prima hominis uxore defunctâ, homo aliam duxerit uxorem, & ex ea filium habuerit, filius ſuccedet in feodis ſui patris, ſed non filia primæ uxoris.

III. Eſt quoque ad legem firmatum, ut ſi homo tenens feodum habuerit filios, vel filias tantùm; & primus filius, vel prima filia habuerit heredem proprii corporis, & moriatur, ipſe primus filius, vel ipſa prima filia, antequàm pater, heres illius non ſuccedet avo in feodo, ſed ſuccedet ei in feodi tenore morienti propinquior heres ſupervivens, filius ſcilicet, vel filia in feodo.

IV. Si homo tenens feodum, moriatur abſque proprii corporis herede, feodi ſucceſſio deveniet ad propinquiorem ejus heredem, illum ſcilicet qui de illa fuerit conſanguinitate de qua feodum illud ante deſcenderat.

V. Eadem eſt lex de femina tenente feodum, ſi abſque proprii corporis herede deceſſerit.

VI. Si homo ducens uxorem, de feodo eam donare voluerit: hoc per dominum feodi, & per teſtimonium hominum ipſius domini fieri oportet.

VII. Si homo abſque proprii corporis herede deceſſerit, ejus uxor in ejus feodis, vel in allodiis quæ ex parte viri jure hereditatis provenerint, nihil retinebit, niſi tantummodo dotalitium & mobilia in terra cultibili illius anni.

VIII. Eſt etiam ad legem, ut ſi homo & femina per matrimonium convenerint, & ex parte unius vel utriuſque feoda, ſeu allodia provenerint, & moriatur homo vel femina abſque proprii corporis herede, feoda vel allodia quæ ex parte hominis mortui, vel feminæ mortuæ provenerant, ad ſuos propinquos heredes ſtatim redibunt; ita quòd vir in uxoris hereditate nihil retinebit, nec femina in ſui viri niſi dotalitium, ſalvis tamen utriuſque mobilibus in terra cultibili illius anni.

IX. Si homo moriatur antequam ejus uxor, heres ejus, ſi ætatem habuerit, ſuccedet patri ſtatim in feodis: ita quòd uxor nihil inde retinebit, niſi dotalitium ſibi datum, & mobilia illius anni in terra cultibili, quæ vulgariter *Vvangnaule* dicitur.

X. Similiter ſi femina deceſſerit antequam ejus vir, heres ejus, ſi ætatem ſuam habuerit, ſuccedet ſtatim matri in feodis; ita quòd vir in illis nihil retinebit, niſi mobilia quæ ſupra terram ſuam cultibilem, id eſt *Vvangnale*, fuerint illius anni.

XI. Ad legem ætas hominis eſt quindecim annorum, feminæ verò duodecim.

XII. Habetur etiam ad legem, ut ſi homo & ejus uxor feodum pariter acquiſierint, & homo abſque proprii corporis herede deceſſerit, feodum illud ad propinquum ipſius hominis heredem ſtatim devenire debet; ita quòd heres propinquior, illud à domino feodi recipiet, & ei hominium faciet, & munitionem, ſi qua fuerit, habebit, & hominia ad feodum pertinentia. Uxor verò, dum vixerit, medietatem commodorum & proventuum habebit in illo feodo, abſque ſervitio faciendo, & abſque juſtitia facienda domino feodi; heres verò aliam medietatem, qui inde ſervitium & juſtitiam facit domino feodi.

XIII. Si homo & femina allodium pariter acquiſierint, & deceſſerit homo ſine proprii corporis herede, femina quoad vixerit totum allodium tenebit; poſt deceſſum verò feminæ, totum allodium ad propinquos viri heredes deveniet.

XIV. Si femina deceſſerit ex cujus parte feoda vel allodia provenerint, vir ejus ante puerorum ſuorum plenam ætatem in ipſis prius, & in feodis eorum, & bonis bajulationem habebit, quouſque parvi ætatem ſuam habuerint.

XV. Similiter ſi homo deceſſerit, ex cujus parte feoda vel allodia provenerint, femina in pueris ſuis, & eorum feodis & bonis eamdem bajulationem habebit. Homo autem, dum vixerit, allodia eodem modo tenebit.

XVI. Si homo & femina deceſſerint, antequàm parvi eorum ætatem ſuam habeant, propinquior heres parvorum qui de illa fuerit proximitate, in pueris & eorum feodis & allodiis bajulationem habebit, quouſque pueri ætatem ſuam habuerint.

XVII. Servus aliquis allodium ſuum à manu ſua nullatenus poteſt ejicere, vel feodum facere, niſi aſſenſu domini ſui.

XVIII. Bajulus domini comitis Hanonienſis ſupra omnes alios Bajulos ſub teſtimonio hominum domini comitis conſtitutus, juſtitiam non poteſt facere de uno homine contra alium, & exercere de omnibus rebus tamquam dominus comes. Homines verò domini comitis pro illo juſtitiam plenariè debent facere,

Digitized by Google

de uno ſcilicet homine contra alium tamquam A pro domino comite. Ipſe autem bajulus de poſſeſſionibus & tenuris, & hereditate domini comitis placitare non poteſt, quod comes per illius juſtitiam, vel manu-tenementum perderè poſſit, nec poteſt bajulus aliquem domini comitis hominem trahere in cauſam vel querelam de tenuris ſuis, vel hereditate ejus, niſi in præſentia domini comitis.

XIX. De mobilibus autem inter comitem & homines ſuos poteſt bajulus poteſtativè placitare, & de catallis cauſæ præteritæ, & querelæ quæ anteà judicatæ fuerant, remaneant ſicut inde judicatum fuerat. B

XX. Dominus vero comes BALDUINUS Flandrenſis & Haynoenſis, & fideles homines ſui PHILIPPUS ſcilicet marchio Namucenſis, ipſius comitis germanus, HENRICUS etiam ejuſdem comitis germanus, WALTERUS de Aveſnis, ALARDUS de Cymaco, RASSO de Gavera, GERARDUS de Jacea, NICOLAUS de Barbenchione, EUSTACHIUS de Rues, C VVILHELMUS avunculus prædicti domini comitis, WILLHELMUS de Kevi, RENERUS de Trit, NICOLAUS de Ruminio, WALTERUS de Kavren, ÆGIDIUS de Traſiniis, ENGELBERTUS d'Angien, HENRICUS patruus domini comitis, GERARDUS de S. Oberto, WILHELMUS de Hauſſi, ADAM de Vallencurt, ÆGIDIUS de Blainmont, ARNULFUS de Aldenarda, WALTERUS de Sotenghien, OSTO de Wadripont, WALTERUS de Villa, NICOLAUS de Condato, ÆGIDIUS de Brena, HENRICUS Caſtellanus Binchienſis, GERARDUS D præpoſitus Duaci, WALTERUS caſtellanus Duaci, PETRUS de Duaco, GERARDUS ſeneſcalcus Bulcheni, STEPHANUS de Deneng, ARNULFUS de Kavren, HUGO de S. Oberto, WILHELMUS de Gominiis, GILLENUS caſtellanus Bellimontis, HENRICUS caſtellanus Montenſis, OSTO de Arbro, HUGO de Gaia, RENARDUS de Strepi, ACHARDUS de Verli, HUGO de Crois, & quàmplures alii hæc omnia, tactis ſacro-ſanctis, ſe obſervaturos juraverunt, ſuo addentes juramento, quod ſi quis E hominum has leges conſcriptas in aliqua parte infringere præſumſerit, omnes alii contra illum erunt ad plenam omnium prædictorum obſervationem.

Actum anno Verbi incarnati MCC. Montibus in Caſtro V. Calendas Auguſti, feria VI, ante feſtum ſancti Petri ad Vincula.

PACTUM INTER REGEM ANGLIÆ & comitem Flandriæ & Hannoniæ. F

Anno 1200. Ex cartario Haſnonienſi dominorum de Aveſnis.

NOtum ſit univerſis hoc ſcriptum viſuris, quod hoc eſt fœdus & conventio inter JOHANNEM regem Angliæ & BALDUINUM comitem Flandriæ & Haynnoniæ conſanguineum ſuum; videlicet quod idem rex Angliæ pacem aut treugam cum rege Franciæ non faciet, nec facere poterit, abſque voluntate & conſenſu ejuſdem comitis, nec idem comes faciet, aut facere poterit pacem aut treugam cum rege Franciæ, abſque voluntate & aſſenſu prædicti regis Angliæ. Et ſi fortè de voluntate & aſſenſu utriuſque pax aut concordia fieret inter regem Franciæ & eos, & rex Franciæ poſtmodum alterutrum guerraret, tenerentur prædicti rex Angliæ & comes ad mutuum ſubſidium & auxilium ſibi invicem conferendum, prout meliùs poterunt, & ſicut fecerunt tempore quo fœdus iſtud inter eos eſt contractum. Et ſciendum eſt quod hoc fœdus & hæc conventio non ſolummodo duratura eſt tempore guerræ, ſed in perpetuum inter eos & inter heredes eorum, qui terras ipſorum tenebunt poſt eos, ſive pax fuerit, ſive guerra: ita quod ſi rex Angliæ hoc fœdus & hanc conventionem non obſervaverit, illi qui juraverunt hoc fœdus & hanc conventionem tenendam pro rege Angliæ, mittent ſe in captionem præfati comitis infra menſem poſtquàm id bonâ fide ſcierint, non expectatâ ſummonitione dicti comitis. Similiter ſi dictus comes hoc fœdus & hanc conventionem non obſervaverit, illi qui juraverunt hoc fœdus, & hanc conventionem tenendam pro ipſo comite, mittent ſe in captionem dicti regis Angliæ infra menſem poſtquàm id bonâ fide ſcierint, non expectatâ ſummonitione dicti regis Angliæ. Hoc juravit pro ipſo rege Angliæ bonâ fide tenendum ROBERTUS comes Leyceſtriæ, & in animam ejuſdem regis, & pro ſeipſo juravit idem comes in animam ſuam, & alii, quorum nomina ſubſcripta ſunt, juraverunt in animas ſuas idem fœdus & eamdem conventionem bonâ fide tenendam: Videlicet WILHELMUS mareſcalcus comitis de Pembroc, RANDER comes Ceſt, BALDUINUS comes Albemart, WILHELMUS Arundell. RAD. comes Augi, ROBERTUS comes de Mellento, HUGO de Gornaco, WILHELMUS de Kaeu, GAUFRIDUS de Cella, ROGERUS conſtabularius Ceſtr. ROBERTUS filius Walteri, WILHELMUS de Albiniaco, ROBERTUS de Ros, RIC. de Muntficeth, ROGERUS Etthoen, SAHERUS de Quincy, WILHELMUS de Munt-cheneſy, PETRUS de Pratellis, WILHELMUS de Stangno, ADAM de Portu, ROBERTUS de Turneham, WILHELMUS Males, EUSTATIUS de Veſcy, PETRUS de Brus, WILHELMUS de Humeit conſtabularius Normanniæ, WILHELMUS de Preſciniaco, HUBERTUS de Burgo, WILHELMUS de Manſeio, PETRUS Savarici.

Hoc fœdus & hanc conventionem bonâ fide tenendam juravit prædictus BALDUINUS comes Flandriæ & Haynoniæ manu propriâ in animam ſuam; & alii, quorum nomina ſubſcripta ſunt; juraverunt in animas ſuas idem fœdus & eamdem conventionem bonâ fide tenendam pro ipſo comite: Videlicet HENRICUS frater comitis, WILHELMUS avunculus comitis, SAHERUS caſtellanus de Gant, HUGO de Sancto Auberto, RENERUS de Trit, REGINALDUS de Aria, GILLENUS caſtellanus de Bellomonte, DANIEL de Curtraco, præpoſitus de Bruges, BALDUINUS de Cumines,

Henricus de Bailliol, Terricus de Beverne, Gerardus de Rodes, Walterus de Sotenghien, Bokardus de Burgell. Walterus caſtellanus de Duaco, Osto de Arbre.

Acta ſunt iſta coram ipſo rege Angliæ apud Caſtrum de Ruppe-Andeliaci XVIII. die Auguſti, regni ſui anno I.

G. ABBATIS SACRI-PORTUS EPISTOLÆ ALIQUOT.

I. ad Ciſtercienſem, Pontigniacenſem, & Clarevallenſem abbates.

Laudat epiſcopum Meldenſem de ſancta ejus apud Sacrum-portum converſatione.

Ex mſ. Prulliacenſi.

VEnerabilibus patribus ſuis, & in Chriſto cariſſimis E. Ciſtercii, G. Pontiniaci, G Clarevallis, reverendis abbatibus, frater G. dictus abbas Sacri-portûs ſalutem, & æterni gaudii portionem.

De domino Meldenſi epiſcopo veſtræ, Patres, ſuggerimus ſanctitati, quod in domo noſtra aliquanto tempore converſatus, irreprehenſibilem in omnibus, & bonorum operum exemplum, juxta Apoſtoli præceptum, ſe præbuit: religioſè admodum ſe habuit, & honeſtè, ſicut Domini decebat pontificem; ita ut ex humili ejus converſatione & vita laudabili plurimum ædificationis ſumſerimus. Multimodis ſtuduit vitam ſuam decorare virtutibus, & gradui conferre decorem, quem ab eo proculdubio non accepit; nec enim loca & ordines, ſed vita & mores ſanctum faciunt ſacerdotem. Sed morum honeſtatem quâ pollet ſuperſedemus efferre, ne ſupervacuis videamur laborare impendiis, ſi certemus ſolem facibus adjuvare. Nec miremini, vel arrogantiæ deputetis, quod eminentiæ veſtræ auſa eſt noſtra parvitas deſtinare. Quia enim Romam proficiſcitur dominus præfatus antiſtes dominum papam ſuper quibuſdam negotiis rogaturus, attentiùs nos rogavit, monuit & induxit, ut preces pro eo vobis dirigere curaremus, quatenus eum ſummo pontifici commendetis, cauſam ejus precibus foveatis, & ut ei reconciliari valeat, & ejus gratiam promereri affectuoſiùs ſupplicetis.

II. AD ABBATEM BONÆ-VALLIS.

Commendat ipſi monachum qui ex nigro ordine ad Ciſtercienſem tranſire cupiebat.

Ex mſ. Prulliacenſi.

VEnerabili patri ſuo, & in Christo cariſſimo Bonæ-vallis abbati, frater G. dictus abbas Sacri-portûs æternam in ſalutis auctore ſalutem.

Sanctitati veſtræ præſentibus litteris intimamus, quòd frater G. lator præſentium caſtigatioris vitæ & viæ artioris ſedulus appetitor, de nigro ordine ad noſtrum ordinem jam dudum aſcendit, & in domo noſtra longo jam tempore ſub noſtræ religionis habitu religioſè ſit & laudabiliter converſatus. Verùm natalis ſoli allectus, & tractus dulcedine, ſuos diſponebat adire, patriam reviſere domum modis omnibus cupiebat. Sed nos hujuſmodi tentationi ac voluntati ejus diu reſtitimus, multa prece devinximus volentem ſeparari à nobis, detinuimus quantum potuimus recedere cupientem. Sed quia diutius juſtè retinere non poteramus invitum: præcipuè cùm nullus factæ aliquando profeſſionis eum nexus aſtringeret. Tandem cùm nihil noſtram valere induſtriam videremus, dolentes & inviti dimiſimus, cùm tali ſcilicet veſte quali ad nos intravit, quam veſtem de proprio noſcitur comparaſſe. Ad precum ejus inſtantiam vobis hæc ſcribimus, ut cùm ad domum veſtram venerit, quàm maximo deſiderio ſibi eſſe aſſeruit, ibique profiteri voluerit, abſque ſcrupulo venientem excipere valeatis.

III. AD A. FRANCORUM REGINAM.

f. Adelæ. Ex mſ. Prulliacenſi.

EXcellentiſſimæ Dominæ ſuæ & in Chriſto chariſſimæ A. illuſtri Francorum reginæ frater G. dictus abbas Sacri-portûs ſalutem & æterni gudii portionem.

Serenitati veſtræ Dominus abbas Joyaci & nos attentius ſupplicamus pro latore præſentium, quatenus ei ut homini veſtro faciatis juſtitiam exhiberi. Qui cum juris ſit veſtri etiam ſine noſtra ſupplicatione illi debetis in ſua neceſſitate adeſſe, ne aliquam patiatur gravaminis injuſti moleſtiam.

LITTERA G. ABBATIS Clarevallis ad N. abbatem.

Scribit in gratiam cujuſdam monachi qui ad Urſi-campi monaſterium tranſire cupiebat.

Ex mſ. Prulliacenſi.

VEnerabili & in Christo dilecto patri N. abbati, frater G. dictus abbas Claræ-vallis ſalutem & Spiritum pietatis.

Apud Urſicampum conſtituti quemdam juvenculum monachum veſtrum ibidem invenimus, qui licèt apud vos ſe religioni tradiderit, tamen in deſideriis hoc accepit, ut ad domum veſtram nullatenus revertatur, utpote qui locum reperiſſe ſe aſſerit tam devotioni ſuæ congruum quàm ſaluti. Quantùm verò poſſumus æſtimare, voluntas hæc ejus nullatenus adſcribenda eſt inconſtantiæ puerili, ſed maturitati ſenilis conſilii, quâ minimè votum primæ religioſitatis ſuæ mutare diſpoſuit, quod ibi opportunius ſecundo redditurum intendit. Unde rogamus attentiùs quatenus Clarevallenſis domûs gratiâ, & precum noſtrarum intuitu, deſideriis ejus facilem præbeatis aſſenſum, & tranquillitatem ſtatûs ejus nullâ ulteriùs revocatione turbetis.

Digitized by Google

EPISTOLA A. ABBATIS S. PETRI, & A. lectoris Autiſſiodorenſis, ad abbatem Barbellenſem.

Ut reſtituat ablatum Petro de Neelle ab A. facto monacho apud Sacrum-portum.

Ex mſ. Prulliacenſ.

REverendo patri & domino ſuo cariſſimo, venerabili abbati de *Barbeel*, A. eccleſiæ ſancti Petri dictus abbas; & magiſter A. eccleſiæ ſancti Stephani Autiſſiodorenſis lector ſalutem in vero ſalutari.

Mandatum domini cardinalis ſub hac forma recepimus. OCT. Dei gratiâ Hoſtienſis, &c. Inſinuavit nobis *P. de Neellè* cruce ſignatus, quòd A. preſbyter quondam *de la Celle* quoddam dolium ſuum vino plenum injuſtè detinens, cum bonis ſuis ad monaſterium *de Barbeel* ſe tranſtulit, ibique habitum religionis aſſumens, illi ſatisfacere non curavit. Cum igitur indignum ſit, ut de ſubſtantia pauperum ditari debeant ditiores, diſcretioni veſtræ legationis quâ fungimur auctoritate mandamus, quatenus ſi conſtiterit vobis quod monaſterium illud dolium cum vino, vel parte receperit, nec fuerit prædicto homini ſatisfactum, abbatem ejuſdem loci ad reſtitutionem debitam, monitione præmiſſâ, ſicut juſtum fuerit, per cenſuram eccleſiaſticam compellatis. Hujus igitur auctoritate mandati vobis mandamus, quatinus cum jam dicto P. de querela iſta componatis, aut ſabbato ante Aſcenſionem Domini ante nos Autiſſiodori veniatis, eidem P. ſufficienter ſuper hoc reſponſurus.

EPISTOLA GALCHERII ABBATIS Ciſtercienſis ad Stephanum cognomento Munerium.

Ne eleemoſyna ad luminaria eccleſiæ Ripatorii monaſterii ab ipſo facta alios in uſus transferatur.

Ex cartario Ripatorii.

FRater GAUCHERUS dictus abbas Ciſtercii, dilecto in Chriſto STEPHANO cognomento Munerio ſalutem in Domino.

Quia divina vobis bonitas inſpiravit ut de bonis vobis à Deo collatis domui de Ripatorio conferretis eleemoſynam, de qua in eadem domo ad miſſas celebrandas cerea luminaria miniſtrentur, & etiam ad matutinos & ad veſperas duo luminaria circa magnum altare diebus ſolemnibus quibus ſermo habetur in capitulo, concedimus devotæ petitioni veſtræ, quæ nobis per abbatem ipſius domûs propoſita eſt, ut ipſa hæc eleemoſyna veſtra nullâ ratione in alios uſus aliquando expendatur, & hoc auctoritate ordinis firmiter inhibemus, inhibitionem iſtam ſigillo proprio confirmantes.

LITTERÆ WILLELMI REMENSIS archiepiſcopi approbantis monachorum in eccleſia Elnonenſi S. Andreæ inſtitutionem, cedentibus aut decedentibus canonicis.

Anno 1200. Ex cartario S. Amandi.

VVILHELMUS Dei gratiâ Remenſis archiepiſcopus, S. R. E. titulo S. Sabinæ cardinalis, omnibus ad quos litteræ iſtæ pervenerint in Domino ſalutem.

Noverit univerſitas veſtra, quòd cùm infra ſepta eccleſiæ ſancti Amandi quædam eccleſia de ſancto Andrea à longis retrò temporibus haberetur, in quâ erant ſæculares prabendæ, quarum donatio pertinebat ad abbatem ſancti Amandi, tempore procedente ipſe abbas & fratres ſancti Amandi piâ conſideratione ac zelo propagandæ religionis inducti, cedentibus & decedentibus canonicis, monachos inſtituerunt ibidem, qui Domino diligentiùs ac honeſtiùs deſervirent. Quia igitur hujuſmodi factum, nec à ratione deviat, nec derogat honeſtati, quin immò uſu longi temporis dignoſcitur approbatum, ſicut obſervatum eſt hactenus, & ſine calumnia pacificè ac quietè obtentum, præſentis ſcripti patrocinio, & ſigilli noſtri muniminè (a) confirmamus. (a)

Actum anno Verbi incarnati MCC. Datum per manum Matthæi cancellarii noſtri.

EPISTOLA S. DE NAMURCO ad H. Villarienſem.

An liceat monachis à ſæcularibus accipere injuſtè acquiſita.

Circa 1205. Ex mſ. Villarienſ.

REverendo domino H. de Vilers S. de Nanmur in Domino ſalutem.

Quærit veſtra benignitas à quibus liceat accipere. Super hoc dicit Hieronymus: Cavendum ne ab illis accipiamus, qui de lacrymis pauperum congregant divitias, ne ſimus ſocii furum, & dicatur nobis: Si videbas furem, currebas cum eo. Quid ergo dicendum eſt de religioſis, ſi indifferenter accipiant ab omnibus? Ad hoc dicitur, quòd quatuor ſunt de quibus non poteſt fieri eleemoſyna, niſi ut fiat reſtitutio, ſi ſciat detentor à quibus habuerit, vel reſtituere poſſit. Hæc ſunt ſymonia, ſive res ſimoniacè acquiſita, uſura, furtum, rapina. Si ergo uſurarius velit dare clauſtralibus, monendus eſt ut priùs reſtituat. Sic enim dixit Tobias Annæ, quando attulit agnum: *Vide ne furtivus ſit.* Si autem dicat uſurarius, vel raptor, quòd neſcit à quibus habuerit, vel quibus reſtituere poſſit; dicatur ei ut reſtituat eccleſiæ, & tunc de licentia epiſcopi illius loci bene poſſunt accipere. Ita dicendum eſt, ſi nihil habeat ille qui dare vult, niſi injuſtè acquiſita; ſi enim habeat mixta bona, id eſt multa juſtè, & multa injuſtè acquiſita, tunc poſſent accipere clauſtrales, & præſumere quòd illud datum eſſet de juſtè acquiſitis, cùm neſ-

(a) Eamdem mutationem ſuo diplomate approbavit & confirmavit Innocentius papa III. III. Idus Martii, pontificatûs ſui anno IV. & VIII. Idus Novembris, pontificatûs ſui anno XIII.

Digitized by Google

ciant contrarium. Item terram vel poſſeſſionem non emant, ubi fama habet quòd vendens injuſtè detinet eam, ſcilicet ubi terram illam reclamant heredes, vel juſtè reclamarent, ſi auſi eſſent. Sed ſit ita, quòd uſurarius ex denariis per uſuram habitis emerit quamdam terram, vel aliquid hujuſmodi, licetne eam emere clauſtralibus, hoc etiam addito, quod uſurarius neſcit quibus poſſit reſtituere? Ad hoc dicunt quidam quod recipere poſſent in eleemoſynam, ſi dare vellet, ſed non emere. In dando enim reſtituit eccleſiæ, & non in vendendo. Alii dicunt quod poſſent etiam emere, quod non videtur eſſe verum. (a) . . . . .

Reliqua deſunt.

EPISTOLA ALEXANDRI ABBATIS Gemmeticenſis.

De Filio hominis.

Circa 1100. *Eruit ex mſ. Gemmeticenſi noſter* Nicolaus Quitteveuf.

R. dilecto in Domino fratri, fr. ALEXANDER videre voluntatem Domini.

Secretâ mihi meditatione aliquando quærenti qualiter illud evangelicum: *Quem dicunt homines eſſe filium hominis?* ſimplicioribus fratribus Gallico ſermone exponerem, tanta obviavit difficultas, ut vel nimis remota interpretatione uterer, & quæ vix ad litteram videretur accedere, vel quia hominibus, non litteræ ſatisfaciens, aliud pro alio dicerem eorum de more qui ſophiſticè diſputantes, non ad orationem, ſed ad hominem proferunt ſolutionem. Cùm enim hoc nomen (Homo) non determinet ſexum: Filium hominis, nec filium viri, nec filium feminæ rectè poteram interpretari. Horum enim & alterum omnino falſum eſt, & neutrum de littera haberi poteſt. Non enim filius hominis determinatè hoc exprimit quod filius feminæ, vel filius Virginis, quamvis penitus idem ſit filius hominis quod filius Virginis; ſed neque aliud aliquid facilè occurrebat quod hoc termino (filius hominis) determinatè inſinuaretur. Hac igitur difficultate coactus, ad profundiora meditationis ſubſidia recurrebam, & veluti ruminando quod ab aliis audieram, ad memoriam revocabam quicquid id eſt totum tibi, frater cariſſime, ſine fictione effundo, ut cùm cedulam noſtram inſpexeris, legiſſe in pectore noſtro videaris. Aiunt igitur quod unus ſolus ſit filius terræ, unus ſolus filius hominis, ceteri omnes filii hominum. Adam ſolus filius eſt terræ, per carnalem concupiſcentiam geniti omnes ſunt filii hominum, ſine qua genitus non hominum, ſed hominis filius eſt ſolus Chriſtus, quod quia illi ſoli convenit, immo quia ipſe ſic voluit, pro deſcriptione ei aſſignatum eſt, quæ illi & ſoli & ſemper convenit. Si vero objicitur quod & de Ezechiele ſcriptum hoc reperitur, impropriè dictum putant, ut qui dicitur filius hominis, A intelligatur & filius hominum, & hæc eſt omnium fere de prædicta appellatione ſententia.

Tu tamen qui non verborum ſuperficie falſo deliniri, ſed interiore veritatis medulla refici quæris, animadverte quod prædicta verba in parte quaſi verum, in parte autem prætendunt ſubterfugium. Quod enim hac oratione filius hominis Chriſtus appelletur, certo certius eſt, quod autem ideo dictum ſit quia unius, & non plurium hominum filius eſt, non de verbis exponunt, B ſed verbis imponuntur. Sciendum eſt autem quod filius in ſacra ſcriptura quatuor modis accipitur: ratione creationis, ut in Luca *Adam filius Dei*; ratione ſucceſſionis & generis, ut ibi de Chriſto *filii David*, *filii Abraham*; ratione legis, ſecundum quod Joſeph dicitur *filius Eli*. Nam ſecundum carnem filius Jacob fuit, & fortaſſe in hac eadem ſignificatione ſecundum legem mundanam dicuntur filii adoptivi. Quarto autem modo filius dicitur ſecundum propriam ſubſtantiæ de ſubſtantia generatio- C nem, ſecundum quam Chriſtus dicitur Filius Dei & filius hominis. Utrumque autem horum credere de ſubſtantia eſt fidei chriſtianæ; & ideo nec tropo nec figura uſus eſt aliquando JESUS-CHRISTUS, cùm ſe Filium Dei & filium hominis nominaret; ſicut enim in aliis ſacramentis in quibus ſubſtantia fidei vertitur, qualia ſunt Euchariſtia & Baptiſmus. Quid enim manifeſtius eſſe poſſit eo quod dicit carnem ſuam manducandam & ſanguinem ſuum bibendum? Quid apertius eo quod dicit: *Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſalvus erit.* Ita D luce clarius & ſine omni involucro filium hominis ſe nominat, non hominum, viri ſcilicet & feminæ, ſed ſingulariter hominis, ut ex neceſſitate intelligamus, non maſculi, ſed feminæ, cujus naturalis proprietas eſt concipere & parere. Ut igitur veritatem humanæ naturæ nobis credendam in ſe oſtenderet, filium hominis ſincera Veritas ſe vocabat & ſingulariter unius, ut ſingulari numero & virum excluderet, & tacitè innuendo Spiritum ſanctum intimaret. Unde ſic intelligitur filius hominis ac ſi E diceret filius illius B. Virginis quæ à principio in collegio Chriſti inveniebatur. Aliter fortaſſe autem hujus quæſtionis ſolutio ex verbis Apoſtoli conjici poterit, ubi dicit CHRISTUM nequaquam decimatum fuiſſe in lumbis Abrahæ, eò quòd ſine peccato Adæ natus eſt de Adam, ut illius peccatum poſſet abolere. Dicit autem beatus Hieronymus, quòd ubi apud nos legitur *filius hominis* in evangelio, in Hebræo habetur *filius Adæ*. Idem enim eſt Adam quòd homo. Unde quia hoc nomen, *homo*, primum F fuit veteris Adæ, & nos ab illo per carnis propaginem derivamus, etiam ab illo vetere homine dicimur, juxta illud: *Exuite vos veterem hominem*, &c. Adam enim meritò vetus appellatus eſt, quia & ipſe primus inveteravit, & inveterandi aliis cauſam dedit. Cùm enim peccaſſet, atque à primo ſtatu ſuo in deteriorem

(a) Hanc ſententiam ſequutus eſt quidam piiſſimus abbas Villarienſis, dum oblatam ſibi uſurarii pecuniam conſtanter recuſavit, & Namurcum, ubi ille defunctus fuerat, iterato remiſit, atque in foro publico reddendam fraudem paſſis coram omnibus expoſuit, uti videre eſt apud Thomam Cantipratanum, & in lib. 1. Hiſt. Villarienſis, cap. 6. tom. 3. hujus Anecdotorum Theſauri.

Digitized by Google

ſtatum declinaſſet, jure vetus atque inveteratus dictus eſt: novus ſiquidem beatus fuerat, ſed inveterando, id eſt, amiſſâ gratiâ quâ floruerat, & naturâ per peccatum debilitatâ, in ſeſe deficiendo miſerrimus inventus eſt. Quæ miſeria vetuſtatis nomine ſignata eſt, eo quod ab illo inveterato exordium habet. Filii autem nomine novitas ſignatur, quia cùm filius auditur, novum aliquid indicatur: ideoque Chriſtus filius hominis, id eſt novus ex veteri appellatur. Ex homine enim ſecundum carnem eſt Chriſtus, quod eſt eſſe ex Adam, ſed nulla vetuſtatis ſeu peccati contagia contrahens: licèt veteris ſit filius hominis totus, ideo eſt novus, quia ſine peccato eſt totus. Quod autem Chriſtus verè filius Adæ fuerit, & ita filius quod etiam heres, apertè ipſe monſtravit, dum aſcendendo in cœlum hereditatem ejus apprehendit. Adæ enim & ſemini ejus, niſi peccaſſet, ex decreto Dei hereditas in cœlo debebatur, ubi conſtruenda erat eccleſia ex duobus parietibus, hominum ſcilicet & angelorum, numero ac dignitate æqualiter ſibi invicem reſpondentium; ſed primus homo hanc hereditatem ſibi & ſuis tranſgrediendo forisfecit, in quo quia omnes homines tunc fuerunt, eâdem hereditate omnes privati ſunt, qui ab eo cum cauſa ſeu pœna peccati deſcenderunt propter eamdem cauſam. Omnes enim naſcentes in mundo, de corrupto primo parente corruptionem trahebant, & cùm corrupti concupiſcentiis reſiſtere non poſſent, omnes inobedientes Deo erant, ſicut & pater eorum Adam. Erat autem decretum Dei, neminem intrare in cœlum, donec tanta obedientia in uno homine inveniretur, quanta inobedientia fuerat in primo parente. Nemo igitur ceterorum propriè filius hominis, id eſt heres Adæ fuit, quia nemo hereditatem ejus obtinere valuit, niſi ille ſolus qui ſine omni peccato & cauſa peccati conceptus eſt & natus. Obediens Deo Patri per omnia, quia nulla illi concupiſcentia reſiſtebat: potens omnino, quia Deus & Dei Filius, qui cùm per oblationem ſui corporis Deum nobis reconciliaret, non habuit neceſſitatem primùm pro ſuis peccatis offerre, deinde pro populo, ſed tantùm quæ non rapuit ſolvit. Inde eſt quod tanto præconio, nunc heres, nunc filius hominatur. Unde eſt illud: *Poſtula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam.* Et alibi: *Tu es filius meus dilectus in quo mihi complacui.* Et iterum: *Parvulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis.* Poſtremo ipſe eſt ſemen Abrahæ, in quo benedicuntur omnes gentes. Non igitur æſtimes me dicere eum filium hominis, ſeu Adæ, ideo tantùm quod ab eo ſecundum carnem deſcendit. Hoc enim habuerunt & alii: ſed quia heres eſt, quod alii qui quaſi ſpurii in peccatis concepti ſunt, nullomodo eſſe potuerunt. Hic eſt ille maſculus quem peperit mulier in Apocalypſi, cui nocere non potuit draco nec matri ejus, eo quod raptus eſt ad Deum. Et quia non ſolus Adam, ſed in eo totum totum humanum genus hereditate privatum eſt: etiam toti humano generi filius datus eſt, juxta illud: *In eum gentes ſperabunt.* Bene ergo in ejus appellatione ponitur hoc nomen, *homo*, quod non diſcernit genus, quia nulli diſcretivè, ſed omnibus datus eſt in commune qui voluerint ei adherere. *In Chriſto enim* Jesu, ut ait Apoſtolus, *non eſt maſculus, neque femina; non eſt ſervus, neque liber, nec acceptio perſonarum; ſed qui timet Deum, acceptus eſt illi.* Reminiſci autem te oportet quòd Adam & homo eamdem habent etymologiam; utrumque enim interpretatur terrenus. Homo enim, ut dictum eſt, proprium Adæ nobis factum eſt commune, in quo, ſicut & in Christo, omnes ſine generum fuimus diſcretione. Sed ut jam parcat oculis nimis evagata oratio, filium hominis credimus eſſe id quod eſt novus ex veteri, ſeu filius Adæ, habito reſpectu ad eum ſtatum in quo fuerat Adam ante peccatum.

S. ABBATIS BLANGIACENSIS ad Radulphum abbatem Fiſcannenſem.

Rogat R. de Locellis monachum Fiſcannenſem ad proprium monaſterium revocari.

Circa 1106. *Ex archivis monaſterii Fiſcannenſis.*

Reverendis patribus & dominis, & amicis cariſſimis R. Dei gratia abbati Fiſcannenſi, & ejuſdem loci ſancto conventui frater S. Dei patientia dictus abbas de Blangiaco & ejuſdem loci humilis conventus ſalutem & præceptum ad obſequia famulatum.

Cùm inter eccleſiam Fiſcannenſem & eccleſiam de Blangiaco in multis retroactis temporibus una fuerit fides mentium & pietas actionum, & cùm prædictæ eccleſiæ approbatæ ſocietatis & compoſitionis laudabiliter diu fuerint vinculis innodatæ, durum eſt ut per invidiæ amaritudinem mellifluæ ſocietatis dulcedo confundatur, & per auſteritatis malitiam veneranda compoſitionis auctoritas infirmetur. Non ergo quæratis nodum in ſcirpo, nec in planam ſemitam & apertam ponatis offendiculum: immo dominus Fiſcannenſis in eccleſia de Blangiaco quod ſui juris eſt plenius exerceat, & abbas de Blangiaco in eccleſia Fiſcannenſi dignitatem quam anteceſſores ſui habuiſſe dignoſcuntur gaudeat obtinere. Inde eſt quod ad excellentiæ veſtræ genua provolvimur, ſanctitatem veſtram quoad poſſumus implorantes, quatenus R. de Locellis monachum veſtrum, qui tamdiu laboravit ſuſtinens intuitu pietatis & miſericordiæ ad propriæ matris ubera amodo reverti permittatis. Si enim mediante juſtitiâ, cooperante judicio à grege veſtro alienatus ſit, inter oves noſtras nec poteſt, nec poterit de cetero numerari. Si verò ſub numero veſtrarum deprehenditur ovium ex veterum relatione, didicimus, quod vos illum ad petitionem noſtram & honeſtæ vitæ commendationem antiquæ ſocietatis & compoſitionis gratia recipere tenemini, niſi judicio regulari ſententiam incurrerit damnationis. Liquet enim quod lon-

giſſimam egerit pœnitentiam, nec de ipſo verè dici poteſt:

Iſtum pugnantem cum frigore cumque ſagittis
Cumque ſuo fato ſexta fatigat hyems.

Cum ſagittis dictum eſt propter Allobrogenſem populum qui ſemper guerras continuat, in quo diu fuit commoratus. Miſericorditer ergo agatis in eum, ut ejus miſericordiam poſſitis conſequi, cujus miſericordia ſecundùm magnitudinem ejus eſt qui per miſericordiam ſuam centeſimam ovem quam perdiderat ſuis humeris reportavit. Ovis enim iſta à grege veſtro ferè ſex annis aliena miſericordiam quærit & non ſacrificium: jam ad veſtrum clamat oſtium, jam ad veſtram pulſat januam. Aperite ergo portas principes veſtras, ut ingrediatur pulſans, ut refocilletur afflictus, ut ad viam vitæ revocetur erroneus.

EPISTOLA B. ABBATIS ELECTENSIS ad R. abbatem & conventum Moiſſacenſem.

De prioratu de Cuberiis.

Circa 1100. Ex ſchedis Colbertinis.

REverendis in Chriſto fratribus R. Dei gratia venerabili abbati Moiſſiacenſi & omni conventui ejuſdem monaſterii B. Dei gratia Electenſis eccleſiæ abbas ejuſque conventus ejuſdem eccleſiæ ſalutem cum ſincera & integra dilectione.

Ex litterarum tenore quas Brunoni monacho miſericorditer tradidiſtis, ſcimus vos ei in vita ſua prioratum eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Cuberiis cum omnibus pertinentiis ſuis ei dediſſe: ita tamen quod nos aut ſucceſſores noſtri propter tenentiam præfati Brunonis nihil in prædicta eccleſia de Cuberiis aut in pertinentiis ſuis de jure poſſimus requirere. Et nos dicimus vobis & teſtamur, quod numquam propter tenentiam dicti Brunonis aliquid requiremus in præfata eccleſia de Cuberiis, nec in pertinentiis ejus. Et ut iſta quæ ſuperiùs dicta ſunt rata & firma conſiſtant, ſigilli noſtri caractere pari voto & voluntate hanc præſentem cartam fecimus ſigillari.

EPISTOLA CONVENTUS Sancti Pancratii in Anglia ad Conventum Cluniacenſem.

Rogant ut pactum ſuper electione prioris initum ratum habeant.

Anno 1101. Ex cartario Cluniacenſi.

SAnctiſſimis patribus & dominis ſuis, domino priori & ſacro conventui Cluniacenſis eccleſiæ, humiles & devoti filii ſui conventûs S. Pancratii humilem & devotam cum ſalute obedientiam, & ſuper dulcedinis adipe ſaginari.

Sicut forte ſiniſtrâ & animo amaro laborantibus domeſticum eſt quæſtu lugubri frequenter auras replere, & aures amentium ſollicitare: ita ſedato tumultu, & conceſſâ poſt cultum lætitiâ, ipſius cauſam & materiam non occultare videtur non abſurdum, ut quorum fuit, communicato doloris calice, flere cum flentibus, eorumdem ſit, propulſa mœroris nebula, gaudentibus congaudere. Veſtræ ſanctitati ſatis innotuit quæſtio diu mota, dura ſatis, & hactenus indeciſa, inter nos & dominum patronum noſtrum ſuper ordinatione domûs noſtræ: quæ quidem tractu temporis ſumens convaleſcentiam, jam nunc eatenus adſcendit, quod niſi maturiori conſilio & celeri operâ malis quæ ſecum convectaverat, fuiſſet obviatum, illa ſpecialis filia veſtra, ille oculus veſter dexter, quem nominare conſueviſtis, non tam caligaſſet jam, quam prorſus erueretur. Si quidem cùm ſanctiſſimus pater noſter, cujus prudentiæ litis tam ſumtuoſæ, quàm diſpendioſæ terminationem divina dignatio reſervavit, in Angliam hac de cauſa veniſſet, ipſam totam hoc ſtatu infectam invenit, quod regis, comitum, baronum, & omnium magnatum terræ una erat ſententia, Warennenſi, ſtatum ad illius dignitatis & juris defenſionem modis omnibus inſiſtendum. Quicquid moleſtiæ vel rigoris in ipſum exerceretur, toti regno illatum, & omnes ejus debere patrocinio qui pro omnibus agebat. Inter hæc quas ſpoliationes, quas cruces inediæ & famis, nos ſuſtinuerimus moroſum eſſet exprimere, cùm ſingula nihil aliud nobis intentarent, niſi manifeſtum & inrecuperabilem ſubverſionem. Ceterum inter tot malorum malleos, & domino patri noſtro & ſanctæ Cluniacenſi matri noſtræ omnem ſemper humilitatem, reverentiam, obedientiam, & ſubjectionem impendimus, & impendere parati fuimus, ſumus, & ſemper erimus. Et licèt aliquando in contrarium fama ſiniſtra ſonuerit, mera veritas hæc eſt, quod ab his ſeparare nos & non poterit periculum vel gladius. Huic autem innocentiæ noſtræ teſtimonium, ſi placuerit, perhibere poterit pius pater noſter, in cujus audientia publicè proteſtati in jure, & adhuc liberè proteſtamur, nullam nos contra ſanctam Cluniacenſem eccleſiam habuiſſe, vel habere velle querelam, nec nos in nominatione, vel electione prioris noſtri jus aliquod vindicare. Ad hæc ſanctiſſimus pater noſter conſulto ſatis & modeſto diſcretionis veſtigio in cauſa procedens, conſideratâ temporis malitiâ, circumſpectis malis quotidie creſcentibus & grandeſcentibus, intuens quod eſſet indemne caput, à quo tam generoſum membrum præciſum eſſet aut avulſum, de conſilio magnorum & multorum prudentium, cenſuit aliquantum ſubducendum ſeveritati, & cum domino patrono noſtro amicabiliter componendum, quod Deo ipſius conatibus aſpirante feliciter actum eſt in forma quæ vobis poterit demonſtrari, in qua licèt ſuperficietenus antiquam viam conſuetudini & libertati videatur modicè aliquantulum derogatum. Clarius tamen intuentibus, & diligentius diſcutientibus palam erit in hoc veſtræ dignitati per omnia eſſe conſultum, & noſtræ paci perpetuè proviſum & infinitis malis obviatum. Quia igitur totum quod ſumus veſtrum eſt, nec

Digitized by Google

nec habet unde glorietur palmes, niſi de pinguedine radicis bonæ, nos omnes ad pedes veſtræ univerſitatis proſternimus cum multis lacrymis poſtulantes & ſupplicantes quatenus ipſam formam pacis per dominum patrem Deo cooperante roboratam & à nobis approbatam, gratam & acceptam, ſicut & nos habere dignemini veſtri gravaminibus tolerantiam, ſi quid in ipſa eſt, intuitu noſtræ pacis æquè ferentes. Conſervet ſanctitatem veſtram divina protectio. (a)

Actum & recitatum publicè in capitulo noſtro anno Verbi incarnati MCCI. Calendis Julii.

CARTA BALDUINI FLANDRIÆ comitis pro monaſterio Clarevallis.

Proficiſcens Hieroſolymam, & ſanctitate Clarevallenſium monachorum compunctus, donationem eis facit.

Anno 1202. Ex cartario Claravallis.

IN Nomine Patris & Filii, & Spiritûs ſancti. Ego BALDUINUS Flandrenſis & Hannoniæ comes, notum fieri omnibus volo, quòd Jeroſolymam profecturus, cùm per monaſterium Clarevallenſe tranſitum facerem, congregationis ſanctæ viſione roboratus, & in Dei nimirum amore ferventior, ex tantæ devotionis accenſus exemplo, eidem loco benefaciendi animum chriſtianâ præviâ fide ac religione concepi. Quia verò rebus meis diſpoſitis, & reditibus ordinatis, pro voluntate mea quod conceperam pleniter ordinare non potui, memoriale ſaltem quoddam liberalitatis initium arrhamque diſpoſitæ interim ordinavi, eleemoſynamque perpetuam ad panem & vinum conſecrationi Dominici Corporis & Sanguinis neceſſarium eis liberè contuli, & liberaliter aſſignavi, decem videlicet libras Valencenæ monetæ in grangia mea de Montibus in feſto ſancti Remigii paratè ſingulis annis accipiendas, & per manum abbatis Camberonenſis prædicto monaſterio deferendas. Hanc autem eleemoſynam pro ſalute animæ meæ & cariſſimæ conſortis meæ MARIÆ illuſtris Flandrenſis & Haioniæ comitiſſæ, & anteceſſorum meorum, ac deinceps ſucceſſorum à me ſolemniter ordinatam atque conceſſam, ut rata & inconcuſſa in perpetuum perſeveret, dignum duxi præſentis ſcripti patrocinio, & ſigilli mei impreſſione firmandam. Nihilominus eâdem auctoritate firmans omnes eleemoſynas & libertates quas memorato conventui ſanctitatis eximiæ per ſua authentica confirmavit omni poſteritati veneranda in perpetuum & tenenda illuſtris memoriæ quondam Flandrenſis & Viromanduorum comes avunculus meus PHILIPPUS princeps toto orbi clariſſimus, ſicut in eiſdem authenticis continetur.

Actum anno Domini MCCII. menſe Aprili.

(a) Hæc epiſtola ſcripta eſt occaſione contentionis inter H. abbatem Cluniacenſem & H. comitem Vvarenniæ ſuper nominatione prioris S. Pancratii Leuvenenſis. Concordia inter diſcordantes inita, ſtatutum ut defuncto priore duo monachi Louvenienſes mittantur Cluniacum, quibus abbas Cluniacenſis duos fratres deſignabit, quorum alterum, modò tamen non ſit prior Cluniacenſis aut Caritatis, dicti duo deputati eligent priorem.

CONCORDIA INTER HENRICUM comitem Grandis-prati & B. comitiſſam Trecenſem, de Caſtro S. Johannis.

Anno 1203. Ex cartario Campaniæ Colbertino.

EGo HENRICUS comes Grandis-prati, notum facio & teſtificor omnibus præſentibus & futuris, quòd cùm inter me & cariſſimam dominam meam B. comitiſſam Trecenſem Palatinam diſcordia eſſet de Caſtro Sancti Johannis, tandem pacificata & declarata eſt in hunc modum: Quòd forteritia primi foſſati quod eſt circa Motam, & prætereà homines ſancti Remigii & ſancti Petri de Adveneio, & ſancti Martini de Sparnaco, ſunt & remanent in feodo ligio dominæ meæ comitiſſæ, & hæc omnia tenet de ea Gilo de Sancto Johanne. Prætereà Gilo de Sancto Johanne tenet de me burgum in quo eccleſia ſedet unà cum juſtitia & banno, tam intus, quàm extra; & ego teneo de domina mea comitiſſa. Quod ut permaneat firmum, præſentem paginam fieri volui, & ſigilli mei teſtimonio roborari.

Actum apud Sezannam an. Dom. MCCIII. menſe Septembri.

EPISTOLA ANONYMI teſtis oculati.

De capta urbe Conſtantinopolitana.

Anno 1204. Ex mſ. Dunenſi.

NOveritis quod ALEXIS * Bariſiaci, ſicut aliàs vobis ſub ambiguitate mandavi, ad nos venit apud *Corfaut*, ibidem genibus flexis, lacrymis profuſis, coràm nobis ſuppliciter exorans, quatenus nos cum ipſo Conſtantinopolim venientes, ei auxilium præſtaremus, ut patris ſui fratrem, quem pater ejus de priſione gentilium liberavit, qui liberatus & redemtus à fratre, tale mutuum retribuit ei, quod propter imperii ambitionem fratrem ſuum nequiter excæcavit, per noſtrum auxilium à ſede imperiali repelleret, quam inſtinctu avaritiæ uſurpaverat, & injuſtè detinebat. Super hoc diſſentio maxima in exercitu exorta eſt & tumultus. Clamabant autem omnes ire ad Aſcaron, & pauci fuerunt qui viam Conſtantinopolim collaudaſſent, quorum fuit unus comes Flandriæ, LODOVICUS, marchio de Monte-ferato, & comes MATTHÆUS de Monte Mozanchi mareſcallus Campaniæ, CONO de Bethunia, M. de Brabant, JOHANNES Fuſienum, JOHANNES de Triere, PETRUS de Braicos, ANSELMUS de Cayeu, R. de Trith, MACHARIUS de Sante Mainehelth, M. de Inſulis, epiſcopus de Halveſtath, epiſcopus de *Troies*, JOHANNES Facete. Qui omnes toti exercitui manifeſtè oſtendimus quòd via Jeroſolymitana, cùm ipſi eſſent inopes & victualibus imminuti, nec aliquis eſſet inter eos, qui milites ad ſtipendia

* f. Iſaacii

ſociantes ad ſolidos detineret, qui petrarias faceret pertrahi, vel alia belliea inſtrumenta perduci, inerat omnibus inutilis & damnoſa. Tandem verò vix nobis acquieverunt tali conditione, quòd apud Conſtantinopolim moram non facerent ultra menſem. Reſponſum eſt, quòd brevis moræ mentio publicata non erat nobis neceſſaria, quia Græci minùs nos formidarent, ſi brevis moræ noſtræ ſpatium praſciretur. Attamen impetierunt ut de mora ſolùm unius menſis eos ſecuros in palam faceremus. Et ita factum eſt. Quò facto, juvenis imperator ecantavit nobis, quod toti exercitui per annum integrum victualia largiretur, & quod decem millia equitum ad annum Terræ-ſanctæ ſuccurſum ad ſumtus ſuos haberet. Promiſit etiam quantùm viveret ad ſtipendia ſua ſe in Terra ſanctâ quingentos milites habiturum, & quod duci Venetiæ decem marchas argenti, & noſtro exercitui totidem largiretur. Quibus poſitis, & communi voluntate conceſſis, naves noſtras conſcendimus. Dehinc octavâ die ad portum Ducæaviæ proſperè applicantes, ab eodem loco centum leugæ uſque Conſtantinopolim numerantur. Ab ipſo portu uſque Conſtantinopolim per ſtrictum mare & velociter currens eſt tranſitus. Inde per illud fretum navigantes, tranſivimus per Brachium ſancti Georgii, & portum cepimus ad firmam terram verſus Iconium, qui portus diſtat à Conſtantinopoli unâ leugâ. Ibidem ſtupuimus vehementer ammirantes, quod nullus amicorum, nullus parentum juvenis qui nobiſcum erat, vel aliquis nuncius eorum venit ad eum, qui ei ſtatum Conſtantinopolis declararet, nec mora, imperator imperium tenens duci Venetiæ, marchioni, comiti Flandriæ, comiti Ludenſi, & nobis ſua munera deſtinavit. Nos vero conſilium ſecretum ineuntes inter nos, quod imperatoris nuncios nullatenus audiremus, niſi ſe priùs deponeret ab imperialis cathedra majeſtatis, aliter ipſum, vel ejus nuntios nequaquam audiremus. Nolebamus enim quod Græci ſuis doloſis muneribus nos attentarent, ſuis pollicitis demollirent. Interim exercitus imperatoris in littore nobis oppoſitè paratus erat nobis tranſitum prohibere, oſtendens nobis animoſitatis imaginem præliandi nobiſcum: quod videntes, ad confeſſiones peccatorum noſtrorum recurrimus, in Dei ſolùm miſericordi potentia confidentes. Poſt noſtras ordinavimus pugnas, deinde omnes armati naves inſtituimus. Cum vero, Deo ducente, ultra fuimus applicati, omnes Græci convenerant, ut noſtrum tranſitum impedirent. Ita autem à nobis ſe Dei gratiâ elongaverunt, quod aliquem eorum non potuimus etiam volatu ſagittæ attingere. Deinde perreximus ad quamdam fortiſſimam turrim, quæ Galatha nuncupatur, ad quam firmabatur maxima catena ferrea groſſa nimis, quæ poſita ſuper ligna tranſverſa mare tranſnatabat, attingens à terra uſque ad muros civitatis. Catena illa portum tenebat, juxta quam naves & galeæ civitatis cum bargis latere ad latus junctæ nobis introitum inhibentes. In terra ſiquidem ſæpedicta erant ſerjanti Piſani, Geneciani, Daci, & alii ad eam conſervandam & protegendam conſtituti, qui exibant turrim, & introibant ſicut volebant ad ſagittandum noſtros. Super turri autem illa locuti fuimus cum duce Veneciorum viro prudentiſſimo, dicentes, quod nullomodo caperetur, niſi per minitores & petrarias cum variis ſuis inſtrumentis bellicis ſuper naves. Nos quoque noſtra fecimus ingenia erigi, ut ſic undique terris obſeſſa Dei noſtroque auxilio caperetur. Dum autem hæc proponerentur, ſerjanti præfatæ turris, noſtris crebro ſagittando importunos faciebant inſultus. Verùm nullâ vice in nos fecere ſaltationes, quin forent alacriter retromiſſi, & ſuorum damna multimoda ſuſtinuerunt. Tertio vero die quo tentoria noſtra ibidem confixa ſunt, illi deintus exeuntes, militibus noſtris & peditibus poſt nos fecerunt inſultus. Petrus vero de Branicol cum quibuſdam militibus & ſerjantis armatus ſupervenientes, ſic eos cum feſtino impetu atrociter invaſit, quod non potuerunt reſiſtere, nec ad turris refugium remeare: immo noſtris inſtantibus, oportuit quoſdam eorum in mare præſilire, & ſubmerſi ſunt, quidam truncati, quidam verò retenti. Statim, Deo mirabiliter operante, turris capta eſt abſque bellico inſtrumento, & catena ferrea rupta fuit. Mox ſiquidem navibus civitatis retro abeuntibus, naves noſtræ portum liberum habuerunt, & quoſdam eorum ſimul cum galeis & naviculis, & bargis ceperunt. Tunc vero navibus & nobis ordinatis ad pugnam, proceſſimus uſque ad quemdam pontem lapideum, diſtantem à terra nominata unâ leugâ & ampliùs. Pons vero ille potentior erat Parvo-ponte Pariſiacenſi, & erat adeo ſtrictus, quod tres equites ſimul junctis lateribus vix poſſent tranſire, vadum profundum exiſtentibus non potuimus tranſmeare niſi trium leugarum faceremus torturam. Si vero tantùm à navigio noſtro diſtaremus, fortaſſe periculum magnum incurriſſemus & damnum. Cùm perveniſſemus ad pontem ipſum, Dei patientiâ, nullo obſtante, pertranſivimus, & procedentes tentoria fiximus inter palatium imperatoris, quod Blakerna dicitur, & palatium Boimond, & ſic propinquavimus Blakernam, quod ſagittæ noſtræ ſuper palatium imperatoris & infra per feneſtras, & ſagittæ Græcorum ſuper tentoria noſtra cadebant. Hoc facto, exercitum noſtrum groſſis palis & circumcinximus & liciis. Deinde ingenia noſtra bellica per petrarias ante muros ereximus. Dux vero Venetiæ ſuper quamlibet navim conſtituit de antennis pontem altiſſimum, in altitudine pedes centum habentem, & ſuper quemlibet pontem poterant ire quatuor milites armati. Præterea quidam Uſſarius ſuus habebat magnellum erectum. Dum autem hæc fierent, Græci pede & equo plures fecerunt inſultationes. Verùm quique in hoc ſemper nos deterius habuerunt. Quâdam die militum multitudo de quadam porta catervatim exiens, quæ porta patet à dextra parte ſuperiùs, exi-

Digitized by Google

lii, & nos provocavit ad arma. Quos noſtri ita cum ingenti impetu & forti audacter pepulerunt, quod multi eorum altero alterum inclinante corruerunt in foſſas, inter quos filius ducis de *Duras*, qui inter Conſtantinopolitanos generoſior & pulcrior dicebatur, cum quibuſdam aliis extitit interfectus. Craſtinâ quoque die quædam cohors militum civitatis, per portam Blakernæ exiliit, eâ parte quâ ingenia noſtra bellica conſtitui feceramus; ſed, Deo juvante, intrò remiſſi ſunt turpiter & potenter. Tunc quidem fuit interemtus quidam vir potentior, & in militia melior omnibus civitatis, & conſiliarius imperatoris. Die Mercurii poſt ordinatum fuit & propoſitum quod in craſtino fieret inſultus ad civitatem, videlicet dux Venetiæ per mare, marchio & comes Flandriæ per terram aſſiliret. Ego ſiquidem & M. de Monte-Morentiaco mareſcallus Campaniæ, A. de S. Cyrone dum aſſultus fieret, cuſtodiremus exercitum juxta vallum forinſecus & per campos, & ſic fecimus. Factâ autem ordinatione, & propoſito terminato, dux & Venetii cum quibuſdam de noſtris qui per mare navigio potenter inſtabant, prope muris navibus applicatis, ſcalas muris acclinantes intraverunt cum virtuoſo impetu civitatem viginti-quinque tribus lucrefactis, juxta quantitatem atrebati de civitate non modica combuſſerunt. Noſtri quoque per terram ſuos facientes aſſultus, ſcalis ſimiliter muris appoſitis, ſuas ſuper muros poſuerunt banerias & vexilla. Minitores verò murum inferius excavantes, unam turrim ſtraverunt. Tunc imperator incendio civitatis & noſtris inſidiis & importunis inſultibus undique coartatus, ad portas ſingulas quæ ad campos exitum faciebant, conſtituit turmas militum non paucorum, ut nos circumquaque invaſos truncarent. E contra nos noſtras ordinavimus pugnas, comes Flandriæ cum ſuis, & ego quoque cum meis, uterque ſcilicet in cuneo ſuo conſiſtens ante cuſtodiam, & equitavimus ordinatè, & conjuncti juxta prælium nobis contrarium eis adeo appropinquantes, quod eorum ſagittarii & arbaliſtarii trahebant in nos, & noſtri in ipſos. Cum ipſi viderent nos magnanimos & conſtantes ordinatè procedere & ſeriatim, & nos non poſſe de facili expugnare, valdè perterriti & confuſi cedentes nobis, non auſi fuerunt bellum nobiſcum committere. Et ſciatis quòd non eramus in exercitu noſtro plures quàm ducenti milites, & totidem equites alii, non habuimus plures quàm duo millia peditum; major enim pars ſtatuebatur ad ingenia conſervanda. Nos verò videntes eos fugere, noluimus eos proſequi, ne fortè per eorum dolos exercitui noſtro & bellicis machinis & turribus, quas Venetii ceperant, damnum inferretur. Imperator verò rediens ad palatium ſuum, aſſeruit ſe in craſtinum pugnaturum nobiſcum, ſed mediâ nocte latenter aufugit. Die verò Jovis, ſicut promiſerat, debuimus pariter dimicare. In craſtinum verò, Deo operante, fuit nobis civitas reddita, & fuerunt octo dies completi à civitatis obſidione. Tunc verò Kariſacus imperator, & imperatrix uxor ejus, videlicet ſoror regis Hungariæ, qui diu in horrore tenti fuerunt & incluſi, nobis multimodas gratias referentes, mandaverunt quòd per Dei gratiam, & noſtrum auxilium, fuerant à carcere liberati, & quòd decus imperii rehabebant, & quòd in craſtino nos in palatium veniremus tamquam noſtrum cum filio ſuo diu deſiderato, & ita fecimus, & manducavimus in palatio cum magnis exultationibus & honore ſolemni. Hæc equidem ſcire vos volo quòd R. *de Parke* & R. de Monte-Miralo, A. *de Boue*, Jeroſolymam petentes, & J. *de Boue*, & S. de Monte-forti, R. Malus-vicinus abbas de Vallibus, magnam in ſtolio facientes diſſenſionem ad regem Hungarorum properantes, exercitu noſtro relicto, nos in mortis diſcrimine reliquerunt. De duce ſiquidem Venetiarum, tamquam de viro prudentiſſimo, & in conſiliis arduis erudito, nos plurimùm collaudamus. Aliud equidem multò melius & glorioſius antedictis ſubjunctum eſt, propter quod principaliter ad civitatem regiam curavimus adventare vobis ſatago explicare, videlicet quòd eò uſque ad negotium Salvatoris proceſſimus, quòd Eccleſia Orientalis, cujus Conſtantinopolis caput extitit, cum imperatore & univerſo ejus imperio, capiti ſuo Romano pontifici ſe eſſe filium recognoſcit, & vult de cetero eidem more ſolito humilitate captivâ devotiùs obedire. Ipſe etiam ejuſdem patriarcha huic aſpirans operi, applaudens ſuæ dignitatis pallium à ſummo pontifice recepturus, Romanam ulteriùs ſedem requiret, & ſuper hac ipſe cum imperatore jurationis præſtitit cautionem. Ad hac noſter imperator omnibus, quæ promiſerat, plenè & integrè perſolutis, juramento ſe nobis conſtrinxit, ſe nobiſcum transfretare ad medium inſtantis Martii cum decem millibus bellatorum, toti exercitui domini in annum victualia largiturum, & ſtolium Venetorum nobis prolongat in annum. Præmiſſis etiam ex parte ſua & noſtra nuntiis, ad Suldanum Babyloniæ Terræ-ſanctæ ipſius detentorem, mandat quòd ipſe devotionem populi chriſtiani genti ſuæ incredulæ in proximo oſtenſurus, ad contritionem infidelitatis Dei virtutem & miſericordiam expectabit. Nos igitur tot & tantis utilitatibus provocati, & ſpe ſanctâ futurorum bonorum detenti, apud civitatem præſcriptam proponimus hyemare, & hoc idem fratribus noſtris qui tranſmarinis partibus noſtrum præſtolantur adventum curavimus intimare, ut ipſi noſtrorum auditis rumoribus gaudiorum, quorum eos participes eſſe peroptamus, amminiculo ſpei ſanctæ ſuffulti, conſtantiùs expectent.

EPISTOLA M. MARCHIONIS Montis-ferati, B. Flandriæ comitis, L. Bleſenſis, & H. S. Pauli, ad univerſos Chriſti Fideles.

De expugnatione urbis Conſtantinopolis.

UNiverſis Christi fidelibus, archiepiſcopis, epiſcopis, ceteriſque eccleſiarum præ- Anno 1203 *Ex mſ. Elnonenſi.*

latis & clericis, baronibus, militibus & ſerjantis, ad quos litteræ iſta pervenerint, M. marchio Montis-ferrati, B. Flandriæ & Hannoniæ, L. Bleſenſis & Claromontis, & H. S. Pauli comites, ceterique barones & milites exercitûs ſignatorum in ſtolio Venetorum ſic currere per ſtadium, ut ad bravium perveniant vocationis æternæ.

Quanta fecerit nobis Dominus, immò non nobis, ſed nomini ſuo, quantam gloriam dederit ſuis diebus, quantâ poſſumus brevitate perſtringimus, ipſo prænotantes initio, quia ex quo urbem tranſgreſſionis exivimus, ſic enim Jaderam nominamus, cujus excidium vidimus, dolentes quidem, & neceſſitate compulſi, nihil inter nos ordinatum eſſe meminimus, quod communiter ad utilitatem pertineret exercitus, quin illud in melius providentia divina mutaverit, ſibique totum vindicans, ſtultam fecerit ſapientiam noſtram. Hinc eſt quòd eorum quæ facta ſunt apud nos glorioſè, omnem à nobis gloriam jure repellimus: quippe qui operis adhibuimus parum, conſilii nihil. Unde neceſſe eſt, ut ſi quis ex nobis voluerit gloriari, in Domino glorietur, non in ſe, vel in altero. Fœdere igitur Jaderæ confirmato cum illuſtri Conſtantinopolis quondam imperatoris Iſachii filio Alexio, cum victualibus & rebus egentes, Terræ ſanctæ videremus gravamen potiùs illaturi, ſicut & alii ex nobis, qui nos præceſſerant, quàm juvamen aliquod allaturi, nec terræ Sarracenorum, in tanta egeſtate nos crederemus applicare potentes: veriſimilibus quidem omnino rumoribus & argumentis inducti, quòd dicti Alexii ſuſpiraret adventum regiæ pars potior civitatis, & pondus imperii, quem electione concordi & ſolemnitate debitâ imperiali diademate ſublimaſſet, contra conſuetum ordinem temporis, aurâ favente, obedientibus Domino ventis & mari, ad urbem regiam, præter omnium ſpem, proſperè applicuimus, & in brevi; ſed nec adventavimus improviſi, qui uſque ad ſexaginta millia equitum præter pedites in urbe reperimus: & tranſilientes loca tutiſſima, pontes, turres, & flumina ſine damno noſtrorum, terrâ & mari obſedimus civitatem & tyrannum pariter, qui commiſſo in fratrem parricidio, faſces imperii diutinâ incubatione polluerat. Præter igitur omnium opinionem, univerſorum civium mentes contra nos invenimus obfirmatas, nec aliter contra dominum ſuum civitatem muris & machinis obſeratam, quàm ſi adventaſſet populus infidelis, qui loca ſancta polluere, & religionem proponeret inexorabiliter evellere chriſtianam. Imperii ſiquidem crudeliſſimus incubator, domini ſui & fratris proditor & orbator, quique eumdem carcere perpetuo ſine crimine condemnaſſet, idem filio ejus illuſtri facturus Alexio, ſi non eumdem à manibus ejus felix eripuiſſet exilium, præhabitâ in populum deteſtabili contentione, potentes ſimul & plebem ſermonibus adeo infecerat venenatis, ut ad ſubverſionem libertatis antiquæ Latinos adſereret adventare, qui Romano pon-

A tifici locum & gentem reſtituere properarent, & Latinorum legibus imperium ſubjugare. Hæc profectò res ſic omnes contra nos animavit pariter & armavit, ut contra nos & exulem noſtrum, & barones noſtros, ſeu etiam noſmetipſos à civibus poſtulantes audiri, nec adventus noſtri cauſam, nec petitionis noſtræ modum potuimus explicare, ſed quotiens terrâ, vel mari ſtantibus in muro ſermones obtulimus, totiens retulimus tela pro verbis. Conſiderantes igitur quod præter ſpem noſtram cun-
B cta contingerent, in eum ſtatum neceſſitatis impacti, ut ſtatim neceſſe haberemus, aut perire, aut vincere; cùm & obſidionem ipſam in quindecim dies nullâ ratione protelare poſſemus, quos victualium omnium incredibilis urgeret anguſtia, non ex deſperatione quidem, ſed inſpiratâ quâdam ſecuritate divinitus ſuſpirare cœpimus ad bella promtiſſimis periculis nos audacter opponere, & incredibiliter in omnibus obtinere. Ad conflictum etiam campeſtrem ſæpius ordinati, inæſtimabilem multitudinem fugâ in urbem ignominioſâ concluſi-
C mus. Aptatis igitur interim terrâ & mari bellicis inſtrumentis, die obſidionis octavâ violenter civitas introïtur, graſſatur incendium. Diſponit contra nos in campo acies imperator, & paratis nobis excipere venientes, conſtantiam noſtram cum paucitate miratus, ignominioſe fræno reflectit in urbem retrogreſſus ardentem. Ipſâ nocte fugam cum paucis aggreditur, ſuamque in urbe relinquit uxorem & parvulam prolem. Eâ re compertâ, neſcientibus nobis, Græcorum proceres in palatio con-
D gregantur, & exulis noſtri ſolemnis celebratur electio, ſeu potius reſtitutio declaratur, inſperatamque lætitiam copioſa in palatio luminaria proteſtantur. Mane facto, prodit in caſtra inermis Græcorum procerum multitudo, ſuumque cum gaudio quærit electum. Reſtitutam civitati aſſerit libertatem, & regredienti filio, ad faſces imperii cum gaudio inæſtimali ſublevatum de carcere caput patris Isachii quondam imperatoris oſtendunt. Præordinatis itaque quæ neceſſaria videbantur ad eccle-
E ſiam ſanctæ Sophiæ novus imperator cum ſolemni proceſſione deducitur, exuli noſtro ſine omni contradictione imperiale reſtituitur diadema cum plenitudine poteſtatis. His peractis, ad ſolutionem promiſſorum proſilit imperator, & promiſſa rebus accumulat, victualia ſervitio Domini profutura præbet in annum. Ducenta marcharum millia nobis ſolvere pergit & Venetis, ſumtibus ſuis ſtolium nobis prolongat in annum, ſeque juramento aſtringit, quod erigere debeat nobiſcum regale vexillum, & in paſſagii Martii nobiſcum ad ſervitium Domi-
F ni proficiſci, cum quantis potuerit millibus armatorum, & ſub eadem promiſſione concludit quod eam reverentiam præſtare debeat Romano pontifici, quam anteceſſores ſui imperatores catholici prædeceſſoribus ſuis pontificibus pridem impendiſſe noſcuntur, & Eccleſiam Orientalem ad hoc idem pro viribus inclinare. Tantis igitur utilitatibus provocati, ne ſalu-

Digitized by Google

tem quam dederat Dominus in manibus noſtris ſpernere videremur, & vertere in opprobrium ſempiternum quod ad hominem nobis incomparabilem ceſſiſſe videbatur. Promtâ devotione conſenſimus, & ibidem hyemem, Deo dante, facturi, ad partes Ægypti proximo paſſagio tranſmeare, tam certo propoſito, quàm irrevocabili juramento promtâ voluntate ſumus aſtricti. Et nunc ſcire vos volumus, quoniam gaudii hujus & gloriæ participes omnes vos eſſe in viſceribus Christi-Jesu deſideramus ardenter. Ad hoc nuntiis jam præmiſſis, tam dicti imperatoris, quàm noſtris, Soldano Babyloniæ Terræ-ſanctæ impio detentori, qui ex parte regis noſtri Jesu-Christi Nazareni & ſervorum ejus dicti videlicet imperatoris & noſtra, regaliter, ut decet, debeant intimare, quod devotionem populi chriſtiani incredulæ genti ſuæ, Deo dante, in proximo proponamus oſtendere, & ad contritionem infidelitatis de cœlo nos expectare virtutem. Hæc autem fecimus de veſtra potiùs ſub Domino, quàm de noſtra virtute confiſi: quos eò devotiùs ac vehementiùs nobis deſideramus adjungi, quò meliores ac plures regis noſtri miniſtros nobiſcum viderimus decertare, ne Judæis pridem traditus in Galilæa illudendus, de cetero gentibus relinquatur. Hæc eadem fratribus noſtris, qui in Terra-ſancta noſtrum præſtolantur adventum ſignificare curavimus, tam nos, quàm ipſos chriſtiani nominis zelatores, conſolationis quam dedit nobis Dominus fieri fraternâ ſocietate participes, modis omnibus in Domino præoptantes. Vobis igitur, venerabiles Patres, eccleſiarum prælati, humiliter ſupplicamus, ut ſermo exhortationis divinæ vivus & efficax ſpargatur in populos, & ad conſummationem propoſiti voluntarios in lege excitetis, atque ad virtutis gloriam capeſcendam, quam Dominus eiſdem pro labore permodico dignatur offerre, viriliter animetis. Nihilominus & verbi requirimus auditores, ut ſint etiam promtâ & virili animoſitate factores. Oſtium enim magnum apertum eſt eis, ut modicum tribulationis & laboris non ſolùm nomen faciat eis temporale, ſed & æternum gloriæ pondus operetur in eis. Nec enim eos manet quæ ſuper dorſa noſtra pertranſit laborum difficilis ac penè intolerabilis magnitudo, quàm nobis virtus quæ de cœlo eſt miſericorditer levigavit.

EPISTOLA BALDUINI imperatoris Conſtantinopolitani, ad Cameracenſem, Attrebatenſem, Morinenſem, & Tornacenſem epiſcopos.

Conceptam ſpem de Terræ-ſanctæ recuperatione ſignificat, rogatque ut nobiles ad transfretandum exhortentur.

Ex mſ. Camberonenſi.

Balduinus Dei gratiâ fideliſſimus in Christo imperator, à Deo coronatus, Romanorum moderator ſemper auguſtus, Flandriæ & Hainoniæ comes, venerabilibus & amicis in Christo cariſſimis, Cameracenſi, Attrebatenſi, Morinenſi, Tornacenſi, eadem gratiâ epiſcopis, gratiam ſuam & omne bonum.

Statutum & progreſſum noſtrum, & totius exercitûs chriſtiani litteris & nuntiis noſtris vobis pleniſſimè declaraſſe meminimus, quàm mirâ diſpenſatione Dominus per miniſterium chriſtiani exercitûs eccleſiæ ſuæ procuravit unitatem. Hinc enim, ſicut à ſapientibus evidenti ratione conjicitur, ad ſubventionem Terræ ſanctæ oſtium manifeſtè patebit & aditus. Non ſolùm enim tranſitum habituri ſunt à modo liberum per nos peregrini, ſed præter vires noſtras quas per gratiam Dei etiam in præſenti haberemus non modicam, & quas omnino illi terræ devovimus, victualium illis quoque abundantiam ferax gratia miniſtrabit. Ad liberationem enim terræ, in qua Vita mortua mortem triumphavit, totis viſceribus anhelamus. A cujus rei propoſito, cum ipſum & pretium nobis extitit, numquam deſiſtemus quoad vixerimus, donec cum tot ante conceſſis in hac etiam parte ſe nobis etiam oſtenderet ſalutare Dei. Verùm cùm ad tantum & ſolemne negotium, non ex noſtra ſufficientia, ſed univerſorum Christi fidelium adminiculis ſub Deo audeamus præſumere, dilectionem veſtram exoramus attentiùs, quatinus nobiles & ignobiles in epiſcopatibus veſtris conſtitutos, ad idem propoſitum monitis ſalutaribus accendatis. Omnibus enim qui ad nos venerint paratos nos eſſe noveritis & ſufficientes ſecundum ſtatum perſonarum & modos amplis occurrere poſſeſſionum largitionibus & honorum. Ad hæc rogamus obnixius quatinus orationibus veſtris & precibus perſonam noſtram, necnon & coadjutores imperii in eccleſiis veſtris commendetis, & ad idem clerum & populum vobis commiſſum moneatis, ut Dominus Jesus, pro cujus hereditate indeſinenter laborare propoſuimus, tam nos, quàm imperium noſtrum, ſicut cœpit non deſinat conſervare.

EPISTOLA ANONYMI,

De indulgentia ab epiſcopis conceſſa Terræ-ſanctæ negotium promoventibus.

Ex mſ. Camberonenſi.

Significavit nobis dominus Attrebatenſis, quod dominus papa epiſcopos qui Romæ fuerunt hoc anno rogavit attentiùs modis omnibus, & præcepit ut ſinguli in diœceſibus ſuis imperii Conſtantinopolitani negotium curarent cum ſumma diligentia promovere, prout terræ meliùs expedire viderent. Ad cujus ſubventionem, tam dominus Conſtantinopolitanus imperator, quàm alii barones qui cum eo ſunt, principaliter intencionis ſuæ aciem direxerunt. Noveritis ergo ipſos epiſcopos, ſuper hoc habito conſilio, de indulgentia taliter ordinaſſe, quoniam omnibus verè pœnitentibus cruce ſignatis, & confeſſis delictis ſuis, nullam aliam

Digitized by Google

injungerent pœnitentiam, niſi laborem quem ſuſtinebunt in via, addito quòd domini imperatoris parebunt conſilio, ſi Conſtantinopolim venerint ad ſubſidium Terræ ſanctæ. Hoc ergo volumus, ut annuntietis populis, diligentius exhortantes ad recipiendam hereditatem Domini, ſignum crucis aſſumant, exponentes eis quòd de indulgentia nullatenus poteſt præſumere, qui vadit Conſtantinopolim, ut dicetur, niſi Terræ-ſanctæ ſubvenire intendit.

LITTERÆ BALDUINI imperatoris Conſtantinopolitani, quibus ſigillum ſuum revocat.

Anno 1204. ex cartario Haſnonienſi dominorum de Aveſnis.

B. Dei gratiâ fideliſſimus in CHRISTO imperator, à Deo coronatus, Romanorum moderator, & ſemper auguſtus, Flandriæ & Hannoniæ comes, omnibus ad quos litteræ iſtæ pervenerint ſalutem.

Noveritis quòd à tempore coronationis noſtræ, hoc eſt à ſeptimo-decimo Calendas Junii, ſigillum noſtrum antiquum, quod litteris iſtis appendet, viribus carere decrevimus; & ſi quid à tempore jam dicto fuerit aliquid inde ſigillatum (quod non credimus) omnino falſum, irritum judicamus & vacuum.

Datum anno Domini MCCIV. menſe Junio.

EPISTOLA INNOCENTII PAPÆ III. ad epiſcopos provinciæ Turonenſis.

Ut ſuos hortentur ad ferendas ſuppetias Balduino imperatori Conſtantinopolitano.

Circa annum 1204. Ex mſ. Elnonenſi.

INNOCENTIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus, Turonenſi archiepiſcopo, & ſuffraganeis ejus ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Vir unus de Ramatha duas ſibi copulavit uxores, Annam videlicet & Fenennam; ſed quæ priùs fuit prolis gloriâ decorata, quoniam ſuperbivit, ubi altera cœpit fœcunditate ſobolis in Domino exultare, meruit infirmari, ſicut ipſius canticum manifeſtat. Ea ſiquidem quæ ſub umbra legis hiſtorialiter leguntur accidiſſe, cùm ſecundum Apoſtolum omnia illis contingerent in figuram, ſpiritualiter eveniunt in populo Dei tempore gratiæ revelatæ, ut à Moyſi facie ſublato velamine, per evangelicæ doctrinæ fulgorem tenebroſa aqua in nubibus aëris eluceſcat, & ſignificatum pro ſignificatis appareat evidenter. Mediator etenim Dei & hominum CHRISTUS JESUS, unus omnino, non confuſione ſubſtantiæ, ſed unitate perſonæ duas convocans ad ſe gentes, Græcum videlicet & Latinum, ipſas ſibi conjunxit per fidei ſacramenta; ſed & alter eorum, videlicet Græcus, qui ſepteno eccleſiarum numero gloriatur, de quibus & eorum angelis mentionem facit in Apocalypſi Johannes, ubi Latinorum eccleſiæ vidit funiculos dilatari, quaſi ſtimulis invidiæ agitatus, ab unitate diſceſſit, non attendens quòd cum Sponſus præmiſiſſet in Canticis: *Sexaginta ſunt reginæ, & octoginta concubinæ, & adoleſcentularum non eſt numerus;* ſtatim ſubjunxit: *Una eſt columba mea, perfecta mea, una eſt matri ſuæ electa genitrici ſuæ. Viderunt eam filiæ Sion, & beatiſſimam prædicaverunt, reginæ & concubinæ laudaverunt eam; nam multæ filiæ congregaverunt divitias, hæc autem ſupergreſſa eſt univerſas.* Poſtquam autem Græcorum populus, rupto vinculo pacis, ab unitate diſceſſit, elanguit etiam circa fidem, renuens confiteri quòd Spiritus ſanctus qui eſt unitatis æqualitatiſque connexio, procedat à Filio, ſicut à Patre procedit. Quia igitur circa proceſſionem Spiritus ſancti profiteri renuit veritatem, meritò tenebras mentis incurrit, cum ipſe Spiritus omnem doceat veritatem, ſicut Filius in evangelio proteſtatur; ſpirituali etenim intellectu privatus, quia in Spiritum peccavit, fermentum non ejecit à domo, ubi epulantur in azymis ſinceritatis & veritatis; ſed veteri fermento retento, Corpus CHRISTI, quantum in ipſo comedit fermentatum. Benedictus autem Deus & Pater Domini noſtri JESU-CHRISTI, Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, qui volens Eccleſiam ſuam conſolari, ut Effraim convertatur ad Judam, & ad Jeruſalem Samaria revertatur; ſuper eumdem populum quaſi montem caliginoſum ſignum dignatus eſt mirabiliter elevare, ac ejus portas ſanctificati Domini ſunt ingreſſi. Græcorum imperium à ſuperbis ad humiles, à ſuperſtitioſis ad religioſos, à ſchiſmaticis ad catholicos, ab inobedientibus transferens ad devotos. Cum enim chriſtianus exercitus illuc cum Alexio filio Iſacii adveniſſet, & captâ urbe Conſtantinopoli, idem fuiſſet Alexius coronatus, dictus exercitus ibidem propoſuit hyemare: ſed quæ novus imperator pro beneficiis ab eo collatis retribuere ſtuduerit longum eſſet præſenti paginâ enarrare. Verùm ut multa breviter perſtringamus, eorum malitia quaſi Amorræorum iniquitate completa, dextera Domini fecit virtutem, & exaltavit exercitum chriſtianorum, illos dignâ ultione percutiens, atque eorum terram auro & argento gemmiſque refertam, frumento, vino & oleo ſtabilitam, & bonorum omnium copiis affluentem exercitui tribuens memorato. Expulſis igitur de Conſtantinopoli Græcis, & eorum terrâ pariter ſubjugatâ, cariſſimum in CHRISTO filium B. comitem Flandriæ & Haſnoniæ ad imperii regimen voluntate Domini & unanimi ſublimarunt, ut videatur in illo completum quod fuerat de Cyro prædictum: *Subjiciam,* inquit, *ante faciem ejus gentes; & dorſa regum vertam, aperiam coram eo januas, & portæ non claudentur; ego ante te ibo, & glorioſos terræ humiliabo: portas æreas conteram, & vectes ferreos confringam, & dabo ei theſauros abſconditos, & arcana ſecretorum.* Hic igitur mirabiliter ſublimatus nobis humiliter ſupplicavit, ut apoſtolicæ ſedis devotos clericos, ſimul & laïcos, nobiles & ignobiles cujuſlibet conditionis & ſexûs dignaremur exhortationi-

Digitized by Google

bus invitare, ut ad ipſius accedant imperium, ab eo ſecundum qualitates & merita perſonarum gratas divitias accepturi. Attendentes igitur quòd mutatio hujus imperii, dexteræ mutatio ſit Excelſi, & ab eo factum ſit iſtud, qui tempora mutat, & transfert regna, cùm per illud imperium Terræ ſanctæ poſſit utiliùs ſubveniri: quin potiùs per illud iſta credantur poſſe recuperari de levi, fraternitatem veſtram monemus & exhortamur in Domino per apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus tam clericos, quàm laïcos efficaciter inducatis, ut ad capeſcendas ſpirituales, & pariter temporales divitias ad præfatum imperatorem accedant, qui, ut verbis ejus utamur, cùm ſufficiat univerſis, quos ad eum chriſtianæ religionis zelus adduxerit, ſingulos vult & poteſt, ſecundum ſtatus ſuos varietatemque natalium & augere divitiis, & honoribus ampliare, ut Conſtantinopolitano imperio roborato, & in devotione apoſtolicæ ſedis ibidem eccleſia ſtabilita idem imperator ad expugnandas barbaras nationes, quæ terram in qua Deus rex noſter ante ſæcula noſtram dignatus eſt ſalutem operari, peccatis exigentibus detinent occupatam in manu forti & brachio extenſo valeat properare, ſperantes in Domino Jesu-Christo, quòd ipſe qui per eum incœpit mirabiliter operari, opus incœptum ad laudem & gloriam nominis mirabiliùs conſummabit.

BULLA INNOCENTII PAPÆ III. ad priorem de Charitate.

Approbat conſuetudinem orandi pro malefactoribus.

Anno 1204. Ex mſ. Caritatis.

INNOCENTIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis priori & conventui de Charitate ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Si juſta filii hominum judicarent, & animadverterent diligenter impenſam ſibi gratiam Redemtoris, qui prò nobis tradidit ſemetipſum, uſque ad mortem factus obediens, ut nos de inimici faucibus liberaret, ſanctam Eccleſiam, ſponſam ejus, quam ipſe proprio ſanguine dedicavit, & in ea famulantes ſtuderent propenſiùs honorare, atque à læſione ipſorum ſuas retraherent penitùs voluntates. Verùm quod dolentes referimus, tanta eſt peccatis exigentibus, nunc malitia hominum ſuper terram, & in tantum excrevit audacia malignantium, quòd non ſolùm ad res eccleſiaſticas avidas manus extendunt, & pro ſuo diripiunt arbitrio voluntatis, immò etiam eccleſias & poſſeſſiones earum quaſi ſignum ad ſagittam ponentes, viros religioſos odio execrabili proſequuntur, ſanctum eorum otium nequiter perturbantes. Et quoniam hujuſmodi homines, licèt cenſeantur nominis chriſtiani, à Christi tamen operibus ſunt alieni; latantes cùm male fecerint, & in rebus peſſimis exultantes, & admoniti ſæpius, à ſua nolunt deſiſtere pravitate, nolentes intelligere ut bene agant; ſed iniquitatem in ſuis cubilibus meditantes, cum malefactoribus ipſis, ſicut veſtrâ relatione didicimus, per vos reſiſtere non poſſitis; mos in veſtra eccleſia inolevit, ut cum aliquis malefactor res monaſterii veſtri occupat per violentiam, vel diripit per rapinam, & monitus vobis ſatisfacere non procurat, vos in miſſarum ſolemniis, cùm Patri Filius pro mundi reatibus immolatur, eccleſiæ pavimento proſternitis, & pro perſequentibus exoratis, oculos levantes ad Dominum, & humiliter ſupplicantes, ut veſtri miſereri dignetur, qui prope eſt invocantibus ipſum in veritate, timentium ſe peragit voluntates, & orationes exaudit eorum, faciens eos ſalvos. Cùm igitur orare pro perſequentibus non ſolùm præcepto, verùm etiam exemplo Dominico inſtruamur, nos præmiſſam conſuetudinem piam eſſe credentes, præſentium vobis auctoritate concedimus, quatenus eam minimè deſeratis, ſed ipſam humiliter ac devotè ſervetis: ita quòd orationibus veſtris à malo revocentur iniqui, voſque optatâ pace fruamini ac quiete.

Datum Lateranis II. Idus Aprilis, pontificatûs noſtri anno VII.

INNOCENTIUS PAPA III. Rothomagenſi archiepiſcopo.

Ex mſ. ſancti Michaëlis in periculo maris.

CUm aſperitate meritò te poſſemus increpare pro eo quod nobis tuis litteris intimaſti, plures juriſperitos valde mirari ſuper continentia litterarum quas dilecto filio archidiacono, cantori & magiſtro A. de *Beaford* canonico Ebroïcenſi deſtinavimus ad petitionem R. de Berlaïco ad eccleſiam de Malevilla electi, quod in eis contra jus commune, ac totius provinciæ conſuetudinem contineatur mandatum: cum hoc ſit à veritate penitus alienum. Cauſam enim admirationis exponens, quæſiſti quomodo preſbyter ille plura beneficia potuit objicere alteri clerico, cui tu præfatam eccleſiam conceſſiſti, cum ipſe plura beneficia obtineat; & quomodo intra annum debuit ordinari cum ſcholaris exiſtat, & magna de ipſo ſit ſpes, quod ad fructum pertingere debeat ampliorem, nec alia eccleſiaſtica obtineat beneficia, unde valeat ſuſtentari. Sanè ſi litterarum illarum tenorem diligentius attendiſſes, & expoſuiſſes fideliter juriſprudentibus in jure peritis, advertiſſes pro certo quod nihil in illis exprimitur, per quod nos intelligere debuerimus quod preſbyter ille aliam eccleſiam obtineret, neque quod clericus alter exiſteret ſcholaris; de quo ſpes eſſet quod ad fructum pertingere debeat ampliorem, quamvis ſi utrumque fuiſſet expreſſum, neutrum eorum illius formâ mandati potuiſſet de jure vel conſuetudine impedire, cum is qui habet unam eccleſiam, ad aliam canonicè poſſit aſſumi, ſi videlicet illam dimittat, & ſcholaris de quo ſpes bona concipitur ad parochialem eccleſiam aſſumi non debeat, ſi forſitan intra annum nolit;

Digitized by Google

aut nequeat ordinari. Quocirca fraternitatem A tuam volentes eſſe de cetero ſuper intelligentia litterarum noſtrarum amplius circumſpectam, per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus non impedias, quominus ſecundum formam litterarum illarum in prælibato negotio procedant, maximè cum in illis tuo diligentiſſimè curavimus, non ſolum juri, ſed honori deferre.

INNOCENTIUS PAPA III. abbati & conventui Sancti Michaëlis de Terraſcha. B

Ut promiſſum R. clerico conferat beneficium.

Ex ms ſancti Michaëlis in periculo maris.

ACcedens ad ſedem apoſtolicam dilectus filius R. clericus ſuâ nobis inſinuatione monſtravit, quod cum promiſeritis vos proviſuros in eccleſiaſtico eidem beneficio cum poſſetis, ſicut per litteras decani Sueſſionenſis & ſuorum conjudicum ſuper hoc à ſede apoſtolica delegatorum, quibus tenor litterarum veſtræ promiſſionis erat inſertus, liquidò edoce- C bat; vos id hactenus efficere non curaſtis, allegantes coram judicibus memoratis quod talis promiſſio vos nullatenus obligavit, cum videretur eſſe facta contra ſtatuta Lateranenſis concilii, quod promiſſionem inhibet beneficii non vacantis. Nos autem conſiderantes quòd aliud eſt prælatum promittere beneficii collationem cùm poterit, aliud cùm vacabit: cùm in multis caſibus ſe facultas poſſet offerre quibus non eſſet collatio in expectatione vacaturi beneficii differenda, per apoſtolica noſtra ſcripta mandamus, quatenus memorato R. competens D eccleſiaſticum beneficium adſignetis; alioquin abbati ſancti Johannis & decano Sueſſionenſi dedimus noſtris litteris in mandatis, ut vos ad id per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione remotâ, compellant.

G. PRIORIS CAMALDULENSIS ad ſummum pontificem.

Monaſterio ſuo in favillas redacto commendatitias ab eo petit litteras pro obtinendis à fidelibus E *ſubſidiis.*

Ex mſ. S. Illidii Claromontani.

VEſtræ intimat ſanctitati G. Camaldulenſis prior, & omnes qui cum eo ſunt fratres, quod pridie Calendas Junii circa medietatem noctis inopinatus ignis domos eorum ità repentè conſumſit, quòd ſequenti die de omnibus quæ remanſerant prandium facere nequiverunt, ſicque plus quam trecenti inter monachos & converſos mendicare coguntur. Ea F propter petunt à clementia veſtra, ut per totam Italiam eis litteras concedatis in remiſſionem peccatorum, injungentes CHRISTI fidelibus ut illis caritativa ſubſidia miniſtrare velint.

EPISTOLA PHILIPPI REGIS Francorum ad regem Arragonenſem.

Notas ei facit victorias quas de Anglo reportavit.

Circa annum 1204. Ex mſ. S. Illidii Claromontani.

QUamquam orbem univerſum ſcire credamus victoriam quam nuper habuimus de rege Anglicorum; tamen ut ſerenitas veſtra clarius intelligat, principalia duximus enarrare, in primis quòd cepimus *Giſors* & *Leon*, & præter civitatem Rothomagenſem totam devicimus Normandiam, & inſuper univerſam Pigtaviam, & Andegavenſem comitatum ſine diminutione aliqua obtinemus.

RESPONSIVA AD PRÆCEDENTEM.

Ex eodem mſ.

FAma præambula veſtram nobis victoriam inſinuaverat ac triumphum, unde plurimum lætabamur; ſed nunc eſt nobis lætitia geminata, quia per triumphatorem triumphi & victoriæ, rerumque geſtarum notitiam jam habemus: unde Arragonenſe regnum exultat, & nos alacritate multiplici gloriamur, quoniam in triumpho veſtro glorioſius triumphamus.

EPISTOLA P. SEDIS APOSTOLICÆ legati ad canonicos Lingonenſes.

De Reliquiis ſancti Mammantis martyris.

Circa annum 1204. Ex autographo.

VEnerabili in CHRISTO patri & amico cariſſimo.... Dei gratiâ epiſcopo, & dilectis in CHRISTO fratribus capitulo Lingonenſi, P. divinâ permiſſione tituli ſancti Marcelli preſbyter cardinalis apoſtolicæ ſedis legatus, ſalutem in Domino ſempiternam.

Eo zelo & caritatis affectu eccleſiam veſtram diligimus, ut ea velimus & affectemus agere, quæ ad ipſius honoris exaltationiſque augmentum, ad laudem Dei ac ſanctorum poſſint gloriam provenire. Veſtræ itaque fraternitati præſentibus innoteſcat, quòd inter alias ſanctorum reliquias, quæ fuerunt in manus bonæ memoriæ Trecenſis epiſcopi à peregrinis in captione Conſtantinopolis reſignatæ, caput glorioſi Mammetis martyris ad ipſius Trecenſis manus pervenit. Quòd cùm dilectus in CHRISTO filius GUALO de Damna-petra devotus filius, & utile eccleſiæ veſtræ membrum, vir vitæ honeſtæ & boni teſtimonii in exercitu Latinorum per relationem ejuſdem epiſcopi comperiſſet, poſt ipſius deceſſum, ſicut frequenter anteà laboraverat, & requiſierat diligenter à nobis, cùm multa inſtantia & precum ſupplicatione quæſivit reliquias memoratas ad veſtram eccleſiam, quæ in honore prænominati fabricata eſt martyris, deferendas. Nos autem ut de ipſis reliquiis plenè certificari poſſemus, accedentes ad domum epiſcopi, in quâ erant eædem reliquiæ, cum multis aliis titulum ſubſcriptum græcis litteris in argento

Digitized by Google

argento ipſi capiti circumducto, per quemdam monachum familiarem noſtrum, peritum græcis litteris, coram nobis legi fecimus diligenter, & comperto in veritate quòd ipſius martyris eſſent reliquiæ, præfato GUALONI presbytero, pro eccleſia veſtra conceſſimus & dedimus lætâ manu, utpote qui ad ipſius honoris augmentum inveniri cupimus promtiores. Idem etiam GUALO ſeipſum & nos volens magis ſuper eo certificare, quemdam presbyterum N. nomine, boni teſtimonii virum, ad præſentiam noſtram duxit, qui in verbo veritatis coram nobis aſſeruit, quòd cùm quidam abbas & monachi Græci, qui erant in quodam monaſterio ſub vocabulo ipſius martyris fabricato, caput ſancti Mammetis vidiſſent, cum magna reverentia lacrymantes ante ipſas reliquias prociderunt, ſupplicantes ipſi G. presbytero, ut eas in eccleſia ſua mererentur habere, pro ipſis multam pecuniam promittentes. Ad hujus etiam rei majorem inquiſitionem, quemdam clericum familiarem noſtrum cum ipſo G. & presbytero memorato, ad idem monaſterium curavimus deſtinare, qui nobis veridicâ relatione narravit, quod abbas & fratres prædicti monaſterii ſibi dixerunt, quod illæ reliquiæ quas presbyter G. penes ſe habebat, beati martyris Mammetis erant, quæ per quemdam calogerum, id eſt bonum ſenem, monachum videlicet de terra illa in qua martyr ipſe paſſus fuerat, cum aliis reliquiis quatuor ſanctorum Conſtantinopolim fuerant deportatæ. Cui calogero cogitanti ubi poſſet ipſas reliquias honorificè collocare, ipſis monachis aſſerentibus datum eſt in ſomno reſponſum, ut ad eccleſiam B. Mammetis, quæ ſumtibus YSACHII imperatoris Conſtantinopolitani de novo tunc fabricabatur, eas portaret, nec laboraret aliam eccleſiam fabricare. Qui etiam monachi coram prædicto clerico noſtro, ipſi G. attentiùs ſupplicarunt, ut ipſas reliquias portaret ad ſuam novam eccleſiam, quia parati erant magnam commutationem pro ipſis ſibi facere, vel pecuniæ, vel rei alterius magis caræ promittentes, etiam ſe ipſum G. perpetuum dominum habituros, ſi reliquias ſibi daret. Cùm itaque ſæpedictus G. tam pro inquirendis & habendis prænominatis reliquiis, quàm pro exaltatione & honore veſtræ eccleſiæ ſemper fuerit ſollicitus & attentus, & poſt ipſas habitas relinquens quidquid honoris & boni habebat Conſtantinopoli, qui profectò cuſtodiam cantoriæ in eccleſia ſanctorum XL. martyrum, quæ una eſt de majoribus triginta præpoſituris, & cuſtodiam alterius præpoſituræ quam de triginta in ipſa urbe habebat, multoſque alios præponens honores, ut poſſet tantum obſequium eccleſiæ veſtræ impendere, ad eam ipſas præclaras reliquias deferendo ad vos, omnibus omiſſis, cum gaudio & tanto patrono veſtro ſtuduerit remeare, ipſum autem devotum filium & eccleſiæ veſtræ membrum utile fraternitati veſtræ duximus pro ſuæ devotionis ac probitatis merito propenſiùs commendandum, quatenus eumdem pro tanto in poſterum utili ac memorando eccleſiæ noſtræ per ipſum collato obſequio affectuoſius diligentes, taliter ejus laborem & ſtudium remunerare curetis, ut idem ex decreto fiat devotior, ac alii ejus animati exemplo ad obſequiorum eccleſiæ veſtræ portanda onera fortiùs accingantur. Nos verò ſecundum ea quæ vidimus & audivimus, veritati teſtimonium perhibentes, rogamus in Domino, ut prænominatas reliquias cum honoris reverentia & omnimoda devotione ſuſcipientes, inter cetera quæ pretioſa erga vos habentur, velitis habere præcipuè cariora, gratum Deo & ipſi acceptum præbentes martyri famulatum, nobis quoque, qui pro exaltatione veſtræ eccleſiæ ſemper ſollicitì fuimus & intendimus laborare, participium orationum veſtrarum reddatis,[r] & ad memoriam noſtri habendam nomen noſtrum in veſtro calendario ſubſcribatis.

CARTA FUNDATIONIS
Turritani monaſterii in Sardinia, Ordinis Ciſtercienſis.

Anno 1205. Ex mſ. Clarevallenſi.

EGO PETRUS Dei gratiâ Sorenſis epiſcopus, notum facio præſentibus & futuris, quòd nobilis vir Comita judex Turritanus, devotionem concipiens ædificandi monaſterium de ordine Ciſtercienſi, miſit ad Claram-vallem, omnimodis cupiens ex ea monachorum & converſorum habere conventum. Cujus voluntati & deſiderio pius Dominus annuens, conventum fratrum, monachorum videlicet & converſorum de præfata Clara-valle obtinuit. Quibus videlicet fratribus, pro remedio animæ ſuæ, omniumque parentum ſuorum, dedit & conceſſit omnia quæ inferiùs deſcripta continentur liberè & pacificè perpetuò poſſidenda. In primis itaque prædictus judex dedit præfato conventui Paules cum pertinentiis ſuis, Incurratoria de Romagna, Curiam de Save cum pertinentiis ſuis omnibus, & Augoſolum cum pertinentiis ſuis omnibus, excepto Dorgori de Monte cum filiis ſuis. Dedit etiam Hennene cum omnibus pertinentiis ſuis, & Septupalmæ cum omnibus pertinentiis ſuis, & Taverra cum pertinentiis ſuis, Innurra, curiam de Herahilo cum omnibus pertinentiis ſuis, exceptis quibuſdam liberis quos ad ſervitutem incurvavit, & curiam de Loco cum omnibus pertinentiis ſuis, & curiam de Subiana cum omnibus pertinentiis, & Incurratoria de Nolauro, curiam de Obneto cum omnibus pertinentiis ſuis. Et ſi in his præfatis curiis trecenti fuerint ſervi inventi, vel à numero trecentorum ultra quotquot fuerint, dedit & conceſſit. Si autem minus trecentis fuerint, uſque ad numerum trecentorum vult impleri. Similiter de ovibus, ſi fuerint in eiſdem curiis, decem millia dedit, alioquin jubet impleri, & capras mille, & porcos duo millia, & vaccas quingentas, & equas ducentas, ſub eadem conditione quam ſupramemoravimus, de ovibus videlicet reſtaurandis, ſi expediret, & ca-

ballos centum interdomitos & domandos, & boves centum; & ſimiliter venientibus fratribus pro eorum indumentis & calciamentis, & apparatu librorum & paramentorum, dari jubet duo millia bizantorum. Jubet itaque ut expenſas quas ego P. Sorenſis epiſcopus feci pro apportandis fratribus in integrum perſolvantur. Panem, vinum, lecta, & omnia neceſſaria, ab adventu eorum, uſque dum recolligant novos fructus, faciet eis dari. Præterea duo ligna pro piſcari, juxta velle venientium: ita quòd unum ſit in Nuvra; ſi placuerit eis, & allud in Nolauro, vel utrumque, ſi eis ſederit in Nolauro; & ſi datum fuerit deſuper, quòd monaſterium iſtud ad honorem Dei & beatiſſimæ MARIÆ Clarevallenſis ordinis debeat fieri, illam libertatem quam habent in monaſteriis ſuis dedit huic & ſuis ſimiliter. Præterea liberi qui voluerint ſervire eis, voluit eſſe exemtos à regalibus operibus, prout fuerunt tempore illo illi de Capite aquæ.

Actum anno Domini MCCV.

CARTA JOHANNIS DE BRANA, de Villa *Fontaine-Macon*, quam ille B. comitiſſæ Trecenſi vendidit.

Anno 1205. Ex cartario Campaniæ Colbertino.

EGO JOHANNES DE BRENA notum facio, tam præſentibus, quàm futuris, quòd ego villam quæ dicitur *Fontaine-Macon*, quæ eſt de dotalitio reverendæ dominæ B. illuſtris comitiſſæ Trecenſis: quam villam dominus meus vir ejus inclytæ recordationis comes TH. poſtquam eam duxit in uxorem, & ei dotalitium fecit, mihi ſine aſſenſu ipſius dederat in feodum & caſamentum, eidem comitiſſæ vendidi octingentis libris; & quidquid habebam in villa illa in omnibus commodis ipſi comitiſſæ quitavi, & perpetuò habendum conceſſi. Pro hoc autem contractu inter me & dominam comitiſſam ſic facto, ponam quadrigentas libras in feodo ipſius comitiſſæ, in loco qui ſit de dotalitio ſuo, quando ab ipſa fuero requiſitus, & ipſa me viderit ſuper hoc aiſatum, & habere opportunitatem id faciendi. Fiduciavi etiam manu meâ propriâ, quòd ſi aliquis, vel aliqua ſuper eadem villa aliquid voluerit reclamare, aut dictam comitiſſam ſuper hoc modis aliquibus fatigare, ego mihi ipſi rectam garantiam portabo. Statuo etiam, & concedo, quod heredes mei, ſi fortè deceſſero, vel quicumque terram meam tenebunt, hæc omnia quæ prædixi, dictæ comitiſſæ teneor, & facere teneantur, ſicut ego nunc teneor; & ſi fortè in illis tenendis in aliquo deficerent, dominæ comitiſſæ liceat inde ſe capere, ſine fidem mentiri, ad ea omnia quæ ipſi de terra mea tenerent. De prædictis autem, ſicut dictum eſt, tenendis à me; fidejuſſores dedi dominæ comitiſſæ de octingentis libris, ſcilicet Garnerum de Triangulo de C. lib. Gualterum de Joingnaco de C. lib. Simonem de Jonvilla de C. lib. Robertum de Nulhaco de C. lib. Ogerium de S. Karolo de C. lib. Odardum mareſcallum Campaniæ de C. lib. Hugonem de S. Mauritio de C. lib. Odonem de Barris de C. lib. Iſti autem prænominati fidejuſſores, ſi ego in prædictis tenendis aliquo modo deficerem, infra quindenam poſtquam à domina comitiſſa fuerint requiſiti, tenebunt captionem apud Sezannam, de villa non exituri, donec dominæ comitiſſæ reddiderint octingentas libras, ſcilicet ſinguli C. lib. vel vadia valentia C. lib. Ut autem hæc omnia nota permaneant, & rata teneantur litteris annotata, ſigilli mei munimine roboravi.

Actum Pruvin. anno Domini MCCV. menſe Aprili.

LITTERÆ S. DOMINICI canonici tunc Oximenſis.

De reconciliatione Poncii Rogerii hæretici.

Circa 1206.

UNiverſis CHRISTI fidelibus, ad quos præſentes litteræ pervenerint, frater DOMINICUS Oximenſis canonicus, Prædicatorum minimus, ſalutem in CHRISTO.

Auctoritate domini abbatis Ciſtercienſis, apoſtolicæ ſedis legati, qui hoc nobis injunxit officium, reconciliavimus præſentium latorem Poncium Rogerium, ab hæreticorum ſecta, Deo largiente, converſum, mandantes ei in virtute præſtiti ſacramenti, ut tribus Dominicis, aut feſtis diebus ducatur à ſacerdote nudus in femoralibus ab ingreſſu villæ uſque ad eccleſiam verberando. Injunximus etiam illi, ut à carnibus, ovis & caſeo, ſeu omnibus quæ ſementinam trahunt carnis originem, abſtineat omni tempore, excepto illo die Paſchæ, die Pentecoſtes, & die Natalis Domini: in quibus ad abnegationem erroris priſtini præcipimus ut eis veſcatur. Tres quadrageſimas in anno faciat, à piſcibus abſtinens, tribus diebus in hebdomada ſemper à piſcibus & oleo & vino abſtineat & jejunet, niſi corporalis infirmitas, vel labores æſtatis exegerint diſpenſationem. Religioſis veſtibus induatur cum informatum etiam in colore, quibus indirecto utriuſque papillæ ſingulæ cruces parvulæ ſint aſſutæ. Quotidie, ſi opportunum fuerit, miſſam audiat, & diebus feſtis ad veſperas in eccleſiam pergat. Alias horas, tam nocturnas, quàm etiam diurnas, ubicumque fuerit, Deo reddat, ſcilicet ſepties in die decies *Pater noſter* dicat, mediâ nocte vigies. Caſtitatem penitùs obſervet, & maneat apud Trierum-villam. Cartam iſtam capellano ſuo per ſingulos menſes oſtendat. Capellano etiam præcipimus ut de vita ejus diligenter curam adhibeat. Hæc omnia diligenter obſervet, donec abbas ſuper his ſuam nobis exprimat voluntatem. Quòd ſi obſervare contemſerit, tamquam perjurum, hæreticum, & excommunicatum haberi præcipimus, & à fidelium conſortio ſequeſtrari.

Digitized by Google

EPISTOLA B. SUBPRIORIS & conventûs Sancti Martini de Campis, ad B. priorem clauſtralem Cluniaci.

Rogat eum ut provideatur electioni prioris Sancti Martini de Campis in locum Guillelmi in abbatem Cluniacenſem aſſumti.

Anno 1207. *Ex cartario Cluniacenſ.*

REverendis in CHRISTO patribus & dominis B. priori clauſtrali Cluniacenſi, & ejuſdem eccleſiæ ſancto conventui, frater B. humilis ſubprior Sancti Martini de Campis, & ejuſdem loci humilis congregatio, ſalutem, & tam debitæ, quàm devotæ ſubjectionis obedientiam.

Quoniam eccleſia Cluniacenſis omnium ſibi ſubditarum eccleſiarum mater eſt & magiſtra, ipſas, cùm neceſſe fuerit, piè conſolationis amplexibus debet refovere, & tamquam pia mater earum utilitati & honori maternâ ſollicitudine providere. Veſtræ placuit ſanctitati piiſſimi patris & magiſtri noſtri W. quondam prioris noſtri, nunc abbatis Cluniacenſis, ſpecialiter nomen ſuper vos invocare, cujus diſceſſum à nobis quotiens ad memoriam cogimur reducere, non eſt inter nos humani cordis qui poſſit, aut debeat lacrymas continere. Noveritis enim vos nobis in eo lucernam pedum noſtrorum, & lumen ſemitarum noſtrarum, baculum debilitatis noſtræ, & coronam capitis noſtri ſubtraxiſſe. Verumtamen licèt in ipſius abſentia eccleſia noſtra non modicam incurrerit jacturam & gravamen, tamen patienter ſuſtinet, dum per eum matris ſuæ ſuſcitatum ſolatium conſiderat & levamen. Sanè novimus ſanctitatem veſtram non latere, nos paſtoris ſolatio deſtitutos, quaſi oves errantes in deſerto remanſiſſe. Ne igitur navis Petri inter mirabiles hujus mundi maris elationes conſtituta, & ejuſdem fluctuum importunitatibus expoſita, propter rectoris inopiam procellarum incurſionibus impulſa, ſcopulis adverſitatum confringatur, pietatem veſtram quantâcumque poſſumus affectione humiliter exoramus; & devotè, ut eccleſiæ noſtræ, imò potiùs veſtræ veſtro labore & abſtinentiâ fundatæ, & religione ampliatæ, conſilium & auxilium procuretis impendere, ut eidem de perſona idonea provideatur, per quam ſtatus ipſius antiquus in temporalibus conſervetur.

EPISTOLA PHILIPPI AUGUSTI regis Francorum ad baillivos Normanniæ.

De modo dirimendi lites circa præſentationes beneficiorum.

Anno 1207. *Ex mſ. S. Michaëlis in periculo maris.* (a)

PHILIPPUS Dei gratiâ Franciæ rex, univerſis baillivis ſuis Normanniæ, ad quos litteræ præſentes pervenerint, ſalutem.

Noveritis quòd dilecti & fideles noſtri (a) WALTERIUS Rothomagenſis archiepiſcopus & ejus ſuffraganei epiſcopi Normanniæ nos requiſierunt ut ſuper eccleſiis vacantibus, de præſentatione quarum fuerit contentio, recognitio fiat per quatuor preſbyteros & quatuor milites, ita videlicet quòd archiepiſcopus, ſive epiſcopus, in cujus contentio epiſcopatu erit ſuper præſentatione eccleſiæ, & baillivus noſter illius diœceſis eligant bonâ fide preſbyteros & milites fideliores & legaliores, quos potuerint invenire; & illi quatuor preſbyteri & quatuor milites ſuper ſacro-ſancta jurabunt, & archiepiſcopus, ſive epiſcopus * excommunicabit, quòd illi octo dicent ad quem debeat ſpectare donatio eccleſiæ de jure patronatûs. Archiepiſcopus verò, ſive epiſcopus, & baillivus noſter, ſingulos preſbyterorum & militum qui juraverint, pro recognitione diligenter examinabunt ſeorſum unum poſt alium, & in quem major pars convenerit, ille habebit jus patronatûs. Et ſi illi octo non poſſent ſcire ad quem debeat ſpectare donatio eccleſiæ de jure patronatûs, ipſi dicerent quis ultimam fecerit præſentationem eccleſiæ, & inde ille habebit ſaiſinam. Et ſi aliquis clericus contra hujuſmodi inſtitutionem venire præſumeret, archiepiſcopi & epiſcopi ſui eſſent in nocumentum eidem clerico de querela illa ipſi etiam conceſſerunt unanimiter bonâ fide, quòd ipſi hujuſmodi negotium ſine dilatione terminabunt. Et ſi aliqua contentio inde emergerit, ad nos referretur; & nos exinde faceremus ſicut videremus expedire. Nulla verò eccleſia, de quâ contentio fuerit, interim donari poterit ab archiepiſcopo, vel epiſcopo, antequam diffinitum fuerit, ſicut ſupradictum eſt, niſi vacaverit per ſex menſes, ſalvò etiam tunc jure patronatûs ei qui patronatum obtinuerit. Archiepiſcopus vero, vel epiſcopus, non poſſet ſe exoniare ſuper his, niſi haberet exonium proprii corporis; & ſi exonium proprii corporis haberet, tunc loco ſuo mitteret bonâ fide fideliorem & legaliorem quàm poſſet invenire ad id faciendum. Nos autem ad archiepiſcoporum & epiſcoporum Normanniæ petitionem id concedimus, & ſicut hîc continetur, firmiter volumus obſervari. Unde vobis præcipientes, mandâmus quatenus ita obſervetis, & obſervari faciatis.

* *f.* excommunicabit.

Actum apud Giſorem anno Dom. MCCVII. menſe Octobri.

(a) Litteræ Vualterii Rothomagenſis archiepiſcopi & ſuffraganeorum ejus habentur in Spicilegii tom. 9. p. 154.

EPISTOLA GUILLELMI DE RUPIBUS ſeneſcalli Andegavenſis ad Philippum regem.

De maritandis domicellis, quibus terræ accidunt in Cenomannia, Andegavia, & Turonia.

Ex mſ cl. V. Petri Ménard urbis Turonenſis præfecti.

EXcellentiſſimo domino ſuo PHILIPPO Dei gratiâ illuſtri regi Francorum, GUILLELMUS de Rupibus ſeneſcallus Andegavenſis, ſalutem, & tam debitum, quàm paratum ſervitium.

Digitized by Google

Cùm ante præſentiam veſtram ad præſens comparere non poſſim, ſicut per litteras veſtras mihi mandaviſti, excellentiæ veſtræ ſignifico ſuper affaria *de la Valle*, quod quando contigit in comitatu Andegaviæ, Cenomanniæ, & Turoniæ, quod terra accidit alicui domicillæ, quod vos poteſtis & debetis illam maritare de conſenſu generis, & ille qui domicillam habuerit, debet finire vobiſcum de rachato.

Actum apud Turon.

EDICTUM PHILIPPI ROMANORUM regis, pro ſubſidio Terræ-ſanctæ.

Anno 1207. *Ex Haſnonienſi cartario d minorum de Aveſnis.*

PH. Dei gratiâ Romanorum rex & ſemper auguſtus, fidelibus ſuis archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, ducibus, marchionibus, comitibus, liberis, miniſterialibus, univerſiſque chriſtianæ profeſſionis hominibus per totum imperium ubicumque conſtitutis gratiam ſuam & omne bonum.

Licet occulta Dei judicia humanus intellectus inveſtigare*, quare videlicet divinâ permiſſione Terra-ſancta, quam Dominus noſter JESU-CHRISTUS pedibus calcavit, poteſtati Sarracenicæ tamdiu ſit ſubjecta, potiùs tamen piè credendum eſt, quàm temerè judicandum, quòd Pater miſericordiarum veros athletas ſuos ad palmam victoriæ volens incitare, & chriſtianæ militiæ pugnam in exercitium ducere, ſalutiferæ terræ ſubverſionem minatus, ut ad ejus ſalvationem electorum ſuorum animus vehementius accendatur, & in tam ſancto exercitio ſalvandorum numerus creſcat & augeatur. Ad conſulendum igitur indifferenter ſaluti omnium, notum ſit univerſis præſentis paginæ inſpectoribus, quòd cùm apud *Northuſen* curiam ſolemnem celebraremus, ibidem ad nos acceſſerunt viri diſcreti & providi, & nobis valdè* conniti, & ex parte Jeroſolymitani patriarchæ & magiſtri militiæ domûs Templi, & magiſtri domûs Hoſpitalis, ex parte quoque univerſorum catholicorum hominum in tranſmarinis partibus degentium, afflictiones & miſerias innumerabiles Terræ ſanctæ nobis inſinuarunt, id tam vivâ voce, quàm ſcripto veraciter nobis exponentes, quòd niſi feſtinum ab omnibus fidei catholicæ hominibus habeant ſubſidium, Terra-ſancta tantum & tale diebus noſtris periculorum incidet diſpendium, quod vix, vel numquam à poteſtate Sarracenorum poterit liberari, & ad ſolamen totius chriſtianitatis recuperari. Nos itaque, audito tam mœſto legationis verbo, communicato ſuper ipſo univerſorum principum noſtrorum conſilio, in hoc piæ deliberationis verbo pariter convenimus omnes, ut pro communi omnium ſalute, ad tam ſanctum opus generalem per totum Romanum imperium eleemoſynarum collectam inſtitueremus, & eam ad conſervationem Terræ-ſanctæ deſtinaremus. Sub hac autem forma eleemoſynæ unà cum principibus convenimus, ut per ſingulas imperii provincias de quolibet aratro ſex denarii perſolvantur. In ſingulis etiam civitatibus, aut villis, quilibet mercator, vel alterius officii, ſeu cujuſcumque fuerit homo, proprias habens ædes, duos denarios perſolvat. Si quid autem præter id quod conſtitutum eſt, quiſquam intuitu æternæ retributionis erogaverit, ſuper eo copioſam remunerationem in æterna requie ſe obtenturum gaudebit. Principibus vero, ſive ſint clerici, ſive laici, comitibus quoque, & liberis, ſive quibuſcumque nobilibus, nulla eleemoſynæ ſumma eſt conſtituta, niſi quantum unicuique, juxta arbitrium ſuum divina gratia voluerit inſpirare. Hæc autem collecta de noſtra & principum conſtitutione, per quinque annos fieri debet, & taliter eſt quolibet anno expedienda, ut quilibet epiſcoporum, per totam diœceſim ſuam eam per certos & utiles nuntios colligi faciat. Quilibet etiam princeps, laïcus, ſive comes, vel alius nobilis, in ſui juriſdictione eam cum diſcretione dari præcipiat, & ita unuſquiſque eam in ordine ſuo expediat, ut in proxima Nativitate Domini per omnes partes imperii pariter collecta, nuntiis certis ad ipſam deferendam deputatis, parata ſit aſſignari. Ad hoc utique, tam pium tamque ſalubre opus feliciter exequendum omnium catholicorum hominum eo fervore accendatur intentio, ſicut deſiderat unuſquiſque, quòd pro talento ſibi credito condigna ipſum Altiſſimi retributio comitetur. Latores autem præſentium de conſilio principum ad hoc negotium promovendum ordinavimus, monentes attentè & rogantes, ut prædicta fidelium eleemoſyna ipſis aſſignetur, eis qui eam ad ſubſidium Terræ-ſanctæ deferre debeant præſentanda.

* *ſupple* nequeat.

* *id eſt* cogniti.

Datum in ſolemni curia apud *Quidelingebert* anno Domini MCCVII. indictione X. XVIII. Calendas Octobris.

PACTUM MATRIMONII inter Hugonem regem Cypri & Aëlidem filiam Henrici comitis Campaniæ.

Anno 1267. *Ex cartario Campaniæ.*

EGo C. Dei gratiâ Tyrenſis archiepiſcopus, notum facio, tam præſentibus, quàm futuris, præſentem cartam inſpecturis, quod domnus Johannes de Ibilino bajulus regni Jeruſalem, & domnus Philippus de Ibilino ſuus frater, & domnus Willelmus de Petra, habuerunt tales pactiones cum domino Garnerio de Legniaco comitiſſæ Campaniæ milite, quod ipſi facient matrimonium bonâ fide, & ſine malo inganno, ad poſſe ſuum, inter HUGONEM regem Cypri filium regis AIMERICI, & inter AELIS majorem filiam domni HENRICI comitis Campaniæ, quod ſcilicet matrimonium barones ac milites regni Jeruſalem tenendum & faciendum juraverunt. Si autem prædicta AELIS moreretur antequàm prædictus rex Cypri eam ſibi in matrimonio jungeret; eiſdem pactionibus præfatus de Ibelino, & alii prædicti ſuo juramento tenerentur, quod aliam filiam minorem nomine PHILIPPAM ſupradicto regi Cypri matrimonio copularent. Super

iſtas pactiones omnes ſæpenominati domino de Legniaco graantaverunt quod tenebunt in terra Syriæ prænominatam PHILIPPAM à proxima Paſcha ad minus uſque ad duos annos. Sæpedictus autem Johannes de Ibelino, & dominus Philippus frater ejus, & dominus Willelmus de Petra juraverunt domino G. de Legniaco, quod bonâ fide & ſine malo ingannó iſtas pactiones prædictas tenebunt. Regina vero mater ſæpenominati Johannis de Ibelino & domini Philippi fratris ejus graantaverunt tenendum & faciendum iſtas pactiones, ſicut hîc ſunt ſcriptæ bonâ fide & ſine malo inganno ad poſſe ſuum, quas filii ſui juraverunt. Cùm autem præfatus HUGO rex Cypri ſibi majorem vel minorem filiam comitis HENRICI matrimonio copulaverit, prædicta comitiſſa Campaniæ præfato Johanni de Ibelino, & aliis ſæpe nominatis debet donare CL. marchas auri, LVI. Ber pro marcha. Si vero præfatam pecuniam non donaret, de prædictis pactionibus comitiſſæ ſæpedictæ reſpondere non teneretur. Hujus vero pactionis & iſtorum ſacramentorum ego C. Tirenſis archiepiſcopus teſtis ſum, & frater G. Turonenſis Templi theſaurarius, & Johannes ſuus clericus, & dominus G. de Legniaco. Et ut hoc ſit firmum & ſtabile, ego C. Tyrenſis archiepiſcopus ſigillo meo confirmavi.

Actum Acconæ Nonas Decembris anno ab Incarnatione MCCVII.

LITTERÆ JORDANI
Lexovienſis epiſcopi, & abbatum de Perſennia & de Savigneio, ad abbatem & monachos S. Michaëlis in periculo maris.

Significant eis mandatum apoſtolicum de ſui reformatione monaſterii.

Anno 1208. *Ex mſ. S. Michaëlis in periculo maris.*

J. Dei gratiâ Lexovienſis epiſcopus & abbas de Perſennia, diœceſis Cœnomanenſis, venerabilibus & cariſſimis in CHRISTO abbati & conventui Montis Sancti Michaëlis de periculo maris, ſalutem in Domino.

Mandatum domini papæ ſuſcepimus in hæc verba. INNOCENTIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri epiſcopo Lexovienſi, & dilectis filiis de Savigneio & de Perſennia abbatibus Cœnomanenſis & Abrincenſis diœceſis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Inſinuante venerabili fratre noſtro Abrincenſi epiſcopo noſtro fuit apoſtolatui reſeratum, quod cùm monaſterium S. Michaëlis de periculo maris in ſua diœceſi conſtitutum olim in ſpiritualibus & temporalibus conſueverit reflorere; nunc per abbatis incuriam & quoſdam fautores ejus in utriſque graviter eſt delapſum. Nolentes igitur hæc, ſi vera ſunt, ſub diſſimulatione tranſire, diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ad monaſteirum ipſum perſonaliter accedentes, inquiratis ſuper iis & aliis quæ inquirenda videritis diligentiùs veritatem, ut corrigentes, tam in corpore, quàm in membris, appellatione remotâ, quæ inveneritis corrigenda, ſtatuatis ibidem quod regulare fuerit & honeſtum, contradictores, ſi qui fuerint, vel rebelles, per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſitâ, compeſcentes. Quod ſi non omnes, &c.

Datum Lateranis III. Nonas Maii, pontificatûs noſtri anno XI.

Hujus igitur auctoritate mandati vobis præcipiendo mandamus, quatenus in craſtino feſti ſancti Marci Evangeliſtæ proximo venturi, coram nobis in capitulo veſtro compareatis, ut tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus, quæ corrigenda fuerint corrigamus, & mandatum apoſtolicum fideliter exequentes, quæ ſuper præmiſſis fuerint ſtatuenda, ſervato juris ordine, ſtatuamus. Valete.

Infra habentur ſubſequentes articuli, in quibus haud dubium abbas inventus eſt reprehenſibilis, aut ſaltem accuſatus:

De eo quod cum eorum conſilio nihil facere volebat.

De eo quod de dimidio redituum poſſit abbatia ſuſtentari ſufficienter.

De conſumtione & deſtructione . . . theſauri eccleſiæ.

De venditione & deſtructione nemorum.

De reditibus priori, cantori, ſacriſtæ, infirmario, cellerario ablatis.

De maneriorum vaſtatione & dilapidatione.

De talliis terræ ſancti Michaëlis, de quibus nullum commodum venerat.

De dominicis male traditis.

De ſervorum liberatione.

De caritatis ſupervenientium adnullatione.

De pane fratrum noſtræ congregationis ablato.

De eo quod nec ad ordinem, nec ad ſervitium Dei veniebat.

De eo quod inhoneſtos & maneria male tractantes non corrigebat.

De eo quod religioſos minus ſuſtentabat, & ſecum habere conſueverat.

De eo quod multa ſacramenta juravit, & nullum tenuit.

CARTA FUNDATIONIS
cellæ de Brolio-Beſlay, Ordinis Grandimontenſis.

Anno 1208. *Ex mſ. Annalibus ordinis Grandimontenſis.*

UNiverſis præſentes litteras inſpecturis, BERLAYUS dominus de *Monſtreybeſlay*, ſalutem.

Quod omnibus cognitum fieri volumus, litterarum monumento tradere dignum duximus. Noverint igitur, tam præſentes, quàm futuri, quod ego BERLAYUS de Montreil pro ſalute animæ meæ, patris & matris, uxoris, filiorum & filiarum mearum, omniumque anteceſſorum, dedi & conceſſi in puram & perpetuam eleemoſynam Deo & beatæ MARIÆ, & fratribus Grand'montis ordinis, cum aſſenſu & voluntate GERALDI & BERLAYI filiorum meorum, locum qui vulgò appellatur Brolium-Berlay, & totum nemus, & totam terram cultam & incultam, ſicut foſſatis exterioribus

Digitized by Google

claudit, dividitur, & diſtinguitur, ad habendum pro voluntate ſua, & quidquid eis placuerit faciendum: ut ibidem fratres novellæ plantationis in Domino ponerent fundamentum, & ſummipotenti Domino deſervirent. Et terras quas habebant in Vaura, & etiam terras quæ fuerunt Bocharii *de Maroet* in prædicta Vaura: quas terras prædictus Bochardus mihi dedit & conceſſit ſpontaneâ voluntate cum omni jure, dominio & diſtrictu, quod in prædicto nemore, loco, & terris ſupradictis habebam, vel habere poteram, ita liberè & quietè, quod penes fratres plena juriſdictio, & juſtitia alta & baſſa omnium prædictarum rerum remanebit. Dedi etiam fratribus ſupradictis decimam minagii & telonei mei quod habeo apud Salmurium, & Campum belli, & terras quas emeram juxta dictum campum. Præterea dedi & conceſſi prædictis fratribus Michaëlem *Dubois* cum hebergamento ſuo, quod eſt apud *Ogne*, cum omnibus aliis rebus & pertinentiis dicti Michaëlis, liberis ab omnibus coſtumis & exactionibus quibuſcumque mihi & ſucceſſoribus meis pertinentibus: nihil juris mihi in prædicto Michaële & in prædicto hebergamento retinens, vel heredibus ſeu ſucceſſoribus meis. Hujus doni & eleemoſynæ teſtes ſunt GERARDUS filius meus, Aymericus Barba-torta, Hugo de Sancto Medardo, &c. Poſteà verò timens ne aliquis mihi ſuccedens, jam dictos fratres in reddenda decima minagii & telonei, vel per dilationes, vel per aliquas occaſiones moleſtarent, vel defraudarent, aſſenſu & voluntate prædictorum fratrum, & GERARDI & BERLAYI filiorum meorum, pro prædicta decima dedi eis in excambium in reditibus meis de Salmurio annuatim viginti libras uſualis monetæ. Nec prætereundum eſt, quod ſerviens meus de Salmurio, vel ſerviens ſucceſſorum meorum tenebitur facere fidem jam dictis fratribus, ut eiſdem prædictum reditum fideliſſimè, & abſque dilatione, annuatim perſolvat, centum ſolidos in medio quadrageſimæ, centum ſolidos in octavis ſancti Florentii ad veſtimenta, centum ſolidos in Nativitate beatæ MARIÆ Virginis, centum ſolidos in feſto ſancti Michaëlis. Hujus excambii ſunt teſtes, RACAUDUS abbas de Anneriis, & alii. Ut autem prædictæ donationes & eleemoſynæ firmæ & ſtabiles perpetuis temporibus perſeverent, præſentem cartulam ſigilli mei & filiorum meorum pariter munimine roboravi.

Actum anno Verbi incarnati MCCVIII. indictione XI.

EPISTOLA G. DE VILLA-HARDOINI, & Milonis Brebani, ad Blancham comitiſſam Campaniæ.

Quod comes Bleſenſis, & comes Sacri-cæſaris ſunt ligii comitiſſæ Campaniæ.

Ex chartario Campaniæ Colbertino.

EXcellentiſſimæ dominæ ſuæ B. Campaniæ comitiſſæ, G. de Villa-Hardoini Romanorum mareſcallus, & M. Brebanus Romanorum buticularius, homines & fideles ſui in omnibus ſalutem & promtum ſervitium, quàm debitum, tam devotum.

A Nobis per veſtras mandaviſtis litteras, quòd nos feoda quæ ad comitatum Campaniæ pertinere dignoſcimus, vobis enuclearemus: Sciatis ſiquidem, quòd ſi aliqua de feodis veſtris oritur diſcordia, nobis per veſtras ſcribatis litteras, & nos adſiſtente divinâ gratiâ, vobis enucleamus inceſſanter; de illis vero de quibus nobis mandaviſtis ſpecialiter, ſciatis quod B comes TH. Bleſenſis, & comes Sacri-cæſaris ſunt veſtri homines ligii, & quidquid jure hereditario poſſident, eſt de veſtro feodo, & Sacrum-cæſar eſt veſtrum prædium: ſed eum comes tenet in feodum de Campaniæ comitatu. Intimamus vobis præterea quod ſcripta feodorum veſtrorum ſunt in eccleſia ſancti Stephani Trecarum, & in ſcriptis continentur duo millia & ducenti milites: quorum mille & octoginti ſunt, tam ligii, quàm munitionis obſervatores, C exceptis illis quos comes H. & domina noſtra comitiſſa, & comes TH. feoderavit. Ad tractandum vero [materiam] feodorum in eccleſiam beati Stephani, ego MILO Brebanus interfui, & comes HENRICUS ſecum tulit exemplarium ultra mare.

EPISTOLA INNOCENTII papæ III. ad Johannem Anglorum regem.

Anno 120[illegible] Ex mſ. S. Juliani Turonenſis.

D INNOCENTIUS III. JOHANNI regi Anglorum.

Tacti ſumus dolore cordis intrinſecus, & vehementi mœrore turbati, quòd cùm ex illa ſpeciali prærogativa dilectionis, quâ te ſedes apoſtolica diligebat inter ceteros principes, ut verſâ vice rependeres ei reverentiam & honorem, odium pro dilectione ei retribuis, & quaſi conjuraveris in teipſum, tuo non parcis honori, ut noſtro valeas derogare. Quin immò tuam & famam negligens, & ſalutem in præjudicium utriuſque, temerè contra noſtram, E & Eccleſiæ, immo Dei diſpoſitionem erigeris: non attendens quod in vanum eam evacuare moliris, cùm extentam manum Altiſſimi nemo poſſit avertere, & quicquid fuit ab illo decretum nullus valeat immutare. Sanè quantum & qualiter ſuper negotio Cantuarienſis eccleſiæ tuæ regali celſitudini detulerimus, etſi tu forſan hoc non recolis ut ingratus, de memoria tamen univerſalis Eccleſiæ facilè non poterit aboleri, quæ bonitate malitiam non vincente, noſtram circa te patientiam admiratur. Heu! quæ, cariſſime fili, duritia tuum obturavit F auditum, ut ſalutaria monita tibi à nobis totiens inculcata non caperes? Quæ duritia tuum abſorbuit intellectum, ut diſcreta conſilia tibi à nobis ſuggeſta ſæpius non ſervares? Jam ſic induratus eſſe conſpiceris, ut creſcentem vulneris tui plagam non ſentias. Ita faſcinatus eſſe videris, quod nec medicaminis opem, vel operam medicantis admittas; ut quaſi de te conqueri poſſimus, cum Propheta dicendo:

Digitized by Google

Cui loquemur, & quem conteſtabimur amplius? incircumciſæ ſunt aures ejus, & audire non poſſunt. Piget te verbi quod pro tua tibi ſalute ſuggeritur. Tædet boni quod pro tua tibi honorificentia ſuadetur, dum nec animæ detrimentum te miſeret; nec famæ quam nec infamiæ dixerimus mundanæ te pudet: unde tanto magis ſuper tanta duritia miſeramur, quanto in crudelem ipſe tibi mutatus miſereri tui hactenus miſerabilius refugiſti. Licèt autem paterna caritas ex qua tibi iſta ſuggerimus, tibi ſit forſitan odioſa, circa te tamen prudentis & amantis medici vices agimus, qui infirmum quamvis invitum & improviſum, & reluctantem ſalubriter ſecat & urit. Ideoque (quod abſit) ſi morbum tuum invenerimus induratum, violentiori nos coges inſiſtere medicinæ, juxta quod neceſſaria cura depoſcet. Cujus aſperitatem etſi forſitan in præſenti refugias, ſanitate tamen recuperatâ, ipſius collaudabis effectum, ac peritum quoque medicum benedices. Ut autem adhuc ſermonis apportemus unguentum; ſi forſitan ipſo inolitus aſperiora molimina non expectes: ſerenitatem regiam rogamus attentiùs, & monemus per eum qui venturus eſt judicare vivos & mortuos, obteſtantes quatenus uſus conſilio ſaniori, à tanto revoceris errore: ſaltem in ipſo negotio procedendo juxta continentiam litterarum, quas filius abbas Belli-loci à nobis dudum tuo nomine impetravit. Quia procul dubio præter culpam priorem, hoc ad culpam alteram tibi poterit imputari, ſi ab eo recedere videaris: quod ſub tuarum litterarum teſtimonio tam expreſſo, cum tanta fuerat inſtantia poſtulatum: per quas videlicet litteras nobis humiliter ſupplicabas, ut quod ipſe abbas de negotio ipſo tuo nomine nobis diceret, firmiter crederemus: propter quod debueras ſine difficultate qualibet adimplere, quod per ſuam fuerat ſollicitudinem impetratum: præſertim cum hoc demum viſus fueris acceptare; quandoquidem propter illud à te prius auditum, diligenter & examinatum prudenter delegatos noſtros ad præſentiam tuam poſteà quaſi pro complemento negotii venire feciſti. Quapropter, fili cariſſime, ne ſis durus, & negotio ipſi difficultatem nullam ingeras, ne te (quod abſit) in illam difficultatem inducas, de qua non facilè valeas expediri. Alioqui quantumcumque perſonam tuam in Domino ſincerè diligamus, & canonicam diſciplinam indignanter ſis forſitan recepturus: quia tamen cum is qui diligitur caſtigatur, tunc circa eum pietas exercetur, eò quod amor habeat plagas ſuas, quæ dulciores ſunt, cum amariùs inferuntur: niſi uſque ad tres menſes poſt harum ſuſceptionem, vel recuſationem præſentium, quæ præmiſimus adimpleveris; ex tunc ex parte omnipotentis Dei Patris & Filii, & Spiritus-ſancti, & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus, quorum licèt indigni auctoritatem habemus, te anathematizatum decernimus; & à communione fidelium præcidimus: venerabilibus fratribus noſtris firmiter dantes in præceptis, ut ſententiam ipſam, appellatione remotâ, non differant publicare: facientes eam ſingulis Dominicis ac feſtivis diebus, pulſatis campanis, & candelis accenſis, uſque ad ſatisfactionem condignam ſolemniter innovari. Quam etiam & nos ipſi, auctore Domino, ore proprio publicabimus, ut ſic certiùs & validiùs pœna ejus in omnem Eccleſiam innoteſcat, cujus culpa generalem Eccleſiam noſcitur offendiſſe. Ad hæc cum adjutorio Dei contra te multipliciter proceſſuri, ſi nec ſic tuum corrigere feſtineris errorem. Ecce tenſus eſt arcus; fuge, fili cariſſime, à ſagitta, quæ non conſuevit abire retrorſum, ne ſauciatus ab illa, graviter infirmeris, ut non ſolum non poſſis ad meliora proficere, verum etiam vix valeas ad priora redire, cujus utique plaga ſine deformi non poterit cicatrice ſanari.

Aliâ manu. Actum anno gratiæ MCCIX. quando plebs fidelis contra hæreticos Albigenſes arripuit iter, PHILIPPO regnante in Francia, magiſtro STEPHANO de Langatenoie à domino papa in archiepiſcopum Cantuarienſem ordinato contra voluntatem JOHANNIS regis Angliæ, propter quod terra ipſius poſita fuit ſub interdicto.

FORMA INTERDICTI ab Innocentio III. in Angliam conſtituta.

HÆc eſt generalis interdicti per Angliam forma conſtituta ab INNOCENTIO III. propter contumaciam JOHANNIS regis. Quod clerici, quando voluerint, ſine omni ſolemnitate, & ſine nota, omnes horas in eccleſiis dicant, & legant evangelium, oſtiis tamen clauſis, ita ut nullus laïcus ingrediatur, nec cauſâ orandi, nec aliter, niſi ſit aliqua potens perſona non excommunicata, quæ cum omni devotione petat ingreſſum, ex cujus repulſa graviter lædi poſſet eccleſia. Tunc autem ſolus ineat, ſed nihil audiat à ſacerdote, niſi verbum prædicationis, ut plus Deo obediat, quàm homini, & cetera hujuſmodi. Item convocent capellani parochianos ſuos ſingulis diebus Dominicis, & præcipuis feſtivitatibus ad crucem aliquam in villa, vel in cimiterio, & prædicent eis cum omni diligentia patientiam & obedientiam, quia CHRISTUS factus eſt obediens Patri, &c. Et doceant plus eſſe obediendum Deo, quàm homini. Nolite timere eos qui poteſtatem habent occidendi corpus, &c. Factâ autem prædicatione, dicant ſacerdotes preces devotiſſimè pro pace Eccleſiæ, & pro domino rege, ut Dominus JESUS-CHRISTUS dirigat pedes ejus in viam ſalutis, & det ei ſpiritum conſilii, ut quæ agenda ſunt ſecundum Deum videat, & ad implenda quæ viderit convaleſcat. Dicant etiam preces pro vivis & pro defunctis, ſicut conſueverant; omnes flexis genibus, & diligentiſſimè populum moneant, ut die ac nocte talibus orationibus inſiſtat, ut defectum miſſarum vigiliis & orationibus ſuppleant; quia omnes illi qui obe-

Ex ms. ſancti Michaëlis in periculo maris.

dientes erunt Eccleſiæ Dei, & viam ſalutis ingrediuntur; qui autem rebelles extiterint, vindictam Domini poterunt formidare: maledictus enim puer qui matri verberanti pugno reſiſtit. Capellani etiam feſta denuntient, ſed neque panem faciant, neque aquam benedictam. Item parvuli baptizentur in domibus cum chriſmate & unctione, & cum omni debita ſolemnitate. Et conveniant omnes archidiaconi & decani in die Cœnæ, ſicut conſueverant, & ibi eis dicetur quid eos oporteat facere: vetus autem chriſma ubique reſervetur. Habeant autem parochiani vas commune ad baptizandum pueros, quod poſſit deferri per domos: aqua autem baptiſmatis honeſtè reponatur, & vas honeſtè cuſtodiatur. Quicumque confeſſionem petierit, habeat quandocumque voluerit, & legitimum teſtimonium faciat, & omni ſolemnitate, ſed ſine Euchariſtia, & ſine Extrema-unctione. Corpora defunctorum, tam clericorum, quàm laïcorum, ponantur ubi amici eorum voluerint extra cimiterium, præcipuè ubi tranſeuntes poſſunt commoveri, ita quod nullus ſacerdos in ſepultura laïcorum præſens ſit; ſed corpore jacente in domo, poterit ſacerdos, ſed ſine cruce, & ſine aqua benedicta, facere privatim commendationem animæ. Clerici defuncti bene poſſunt reponi in truncis ſignatis, vel plumbeis vaſis ſuper arbores cimiterii, vel ſuper murum; & corpora religioſorum ponantur infra ſepta ſua, terra cimiterii non aperta. Item altaria denudentur in eccleſiis. Mulieres autem ad purificationem non admittantur. Sponſalia & matrimonia non contrahantur. Ubicumque videbitis, vel audieritis violentiam factam in rebus eccleſiaſticis, ſtatim faciatis damnum appretiari & commendari ſcripto, & nomina eorum malefactorum redigatis in ſcriptum, & ipſos publicè denuntietis excommunicatos; qui ſi pœnituerint, ad epiſcopum mittantur. Magiſtri ſcholarum, ſi à laicis permittantur, recipiantur honorificè, legant & doceant. Illis autem qui potuerint recipere Corpus Domini, quibus denuntiatum eſt ut reciperent, & contemſerint; non licet comedere carnes ſine conſilio epiſcopi, vel alicujus authenticæ perſonæ in die Paſchæ, nec deinceps. Hoc autem eis publicè denuntietis, ſine diſtrictione tamen. Teneantur à decanis capitula, & extirpentur crimina, tam clericorum, quàm laïcorum, in quantum fieri poterit; poterunt autem puniri per excommunicationem. Capitula autem in cimiteriis, in domibus ſacerdotum, & non in ipſa eccleſia teneantur. Omnes verò epiſcopi Angliæ ſolemniter excomunicabunt, exceptâ perſonâ domini regis, & reginæ, & perſonâ juſticiarii domini regis, quicumque miſerint violentam manum in eccleſias, vel in poſſeſſiones clericorum, vel catalla eorum, & quicumque, invitis clericis, aliquid de bonis eorum à raptoribus emerint, vel de domo malefactorum receperint, vel amoverint, vel aſportaverint, vel ad cuſtodiendum receperint, niſi de voluntate clericorum, vel ad opus eorum. Hoc autem publicè

A denuntient capellani, quoties prædicabunt. Corpus Domini ſicubi reſiduum fuerit, reſervetur honeſtè in eccleſia, donec dicatur quid inde fieri debeat, ita quòd à nullo ſumatur, nec à ſacerdote, nec ab alio. Clerici ſua reponant in eccleſiis & cimiteriis, quæ ibi, Deo dante, pacem habebunt. Si dies Hoſpitaliorum evenerint, diligenter admoneant ſacerdotes populum, ut conveniat extra eccleſiam ad eorum prædicationem, & confraternitatem illam devotiſſimè obſervent: oſtia tamen eccleſiæ eis B non aperiantur, nec aliquem in cimiterio ſepelire permittantur: ſed aliter quibus modis fieri poterit clerici eorum coadjutores exiſtant, & eis oſtendant ſacerdotes quòd hoc interdictum domini papæ eſt, cui nullus poteſt reſiſtere. Ita generale & ita violentum eſt, quòd nullum privilegium, nulla permiſſio miſſarum, vel aliarum libertatum poteſt obſervari. Nihilominus tamen eleemoſynas & promiſſas parochiani teneantur perſolvere, ne Deus, ob duritiam illorum, durius iraſcatur; & cùm Deus pacem dederit eccleſiæ, tam vivis, quàm de C functis omnia recompenſentur. Fugitivi etiam quicumque ad pacem eccleſiæ confugerint, cum omni diligentia in protectionem eccleſiæ admittantur. Benedictiones in prandiis & gratiarum actiones more ſolito licet facere. Valete.

LITTERÆ JOHANNIS comitis de Brana, & W. comitis Joignaci.

D *De hominio Branchæ comitiſſæ Campaniæ præſtito à W. comite Sacri-cæſaris.*

EGo JOHANNES comes Brenæ, & ego W. comes Joignaci, notum facimus, tam præſentibus, quàm futuris, quod dilectus & fidelis noſter W. comes Sacri-cæſaris in præſentia cariſſimæ dominæ noſtræ BLANCHÆ illuſtris comitiſſæ Campaniæ, nobis præſentibus, recognovit ſe tenere Sacrum cæſaris de dicta comitiſſa, cum omnibus pertinentiis ſuis, tam in feodo, quàm in dominio. Hæc autem ſunt E magna feoda quæ movent de Sacro-cæſaris, videlicet feodum Montisfalconis, feodum domini de *Vvævre*, *Lereum* cum omnibus pertinentiis ſuis, tam in feodo, quàm in dominio. Hæc prædicta cum aliis minutis feodis quæ inde movent, & de Sacro cæſaris, tenet dictus comes de præfata comitiſſa. Similiter tenet de ipſa Sanctum Brictium cum omnibus pertinentiis ſuis, tam in feodo, quàm in dominio; Caſtellionem ſuper Loam cum omnibus pertinentiis ſuis, tam in feodo, quàm in dominio. De F hiis omnibus fuit pater inclytæ recordationis comes STEPHANUS homo ligius præfatæ comitiſſæ ante omnes homines. Ut autem hæc nota permaneant & rata teneantur, litteris annotata, ſigillorum noſtrorum munimine fecimus roborari.

Actum anno gratiæ MCCIX.

Anno 1209. Ex cartario Campaniæ Colbertino.

CARTA

Digitized by Google

CARTA BLANCHÆ COMITISSÆ Trecenſis de mille libris ſibi pro filio Theobaldo conceſſis.

Anno 1209. Ex cart. Latiniacenſi.

EGo Bancha comitiſſa Trecenſis Palatina notum facio tam præſentibus quàm futuris, quod cum à burgenſibus Latigniaci peterem auxilium pro Theobaldo filio meo, dederunt mihi pro auxilio illo mille libras, ſalvis ſibi libertatibus & conſuetudinibus ſuis, & ſalvo ſimiliter mihi & ſucceſſoribus meis comitibus Campaniæ jure noſtro & ſalvis conſuetudinibus noſtris. Actum anno MCCIX. menſe Martio.

PRÆCEPTA FACTA BARONIBUS à domino Milone ſedis apoſtolicæ legato.

Anno 1209. Ex ms. illuſtriſſimi Marchionis Danbais.

IN nomine Domini anno pontificatûs domni Innocentii papæ III. duodecimo, XIV. Calendas Julii ego Milo domni papæ notarius apoſtolicæ ſedis legatus, vobis baronibus videlicet Guillelmo de Baucio, Hugoni de Baucio, R. de Baucio, Dragoneto, Guillelmo Alnaudi, R. Dagot, Ricano de Caranpno, Br. de Lauduno, G. de Lauduno, A. de Anduſia, P. Bremundi, R. de Uſetia, & decano filio veſtro, R. de Poſqueriis, R. Gancelini, & Po. Gancelini, ſub debito præſtiti (a) juramenti præcipio, ut mainadas nullo umquam tempore habeatis.

Item, ut Judæos ab omni adminiſtratione publica & privata removeatis omnino, & nullo umquam tempore eos ad eamdem vel ad aliam reſtituatis, nec alios Judæos ad adminiſtrationem aliquam aſſumatis, nec eorum conſilio contra chriſtianos utamini.

3 Item, ut eccleſias incaſtellatas ad arbitrium dioceſanorum epiſcoporum diruatis, vel etiam reſervetis, ſi quas duxerint reſervandas, quæ dioceſanis epiſcopis vel aliis eccleſiarum prælatis ad quas pertinere noſcuntur, tradantur, & ab eis perpetuò poſſideantur.

4 Item præcipio, ut eccleſias & domos religioſas in libertate plenaria conſervetis, videlicet quod albergarias, procurationes & exactiones quaſcumque nullatenus exigatis vel percipiatis, ſed omnia ſine diminutione ſervetis, & defunctis earum epiſcopis vel aliis rectoribus, ipſas nullatenus ſpolietis, nec adminiſtrationi earum ſeu cuſtodiæ, occaſione alicujus conſuetudinis vel aliqua alia, eorum ſucceſſoribus reſerventur, & electioni epiſcopi vel alterius rectoris eccleſiæ faciendæ per vos vel per quamcumque aliam perſonam nullatenus admiſceatis, nec umquam violentiam faciatis, vel aliquod impedimentum præſtetis, quominus electio liberè & canonicè celebretur.

5 Item præcipio, ut pedagiorum & quidagiorum exactiones penitus dimittatis, niſi quas regum vel imperatorum conceſſiones probaveritis vos habere, nec dimiſſa pedagia ſeu quidagia denuo reſumatis.

6 Item præcipio, ut pacem ſeu treugam ſecundùm quod vobis injunctum fuerit obſervetis.

7 Item præcipio, ut de vobis conquerentibus ſecundum meum vel alterius legati vel judicis delegati ſeu ordinarii arbitrium juſtitiam faciatis.

8 Item præcipio, ut ſtratas publicas ſecurè ſervetis.

9 Item præcipio, ut eos quos epiſcopi hæreticos nominabunt receptatores vel fautores eorum hæreticos habeatis.

(a) Hoc juramentum edidit Catellus in Hiſtoria comitum Tolofanorum pagina 247. ſed & Labbæus Tomo undecimo conciliorum pagina 38.

LUDOVICI PRIMOGENITI REGIS Francorum de conventionibus inter regem & Blancham Campaniæ comitiſſam pactis.

Anno 1209. Ex cartario Campaniæ.

LUdovicus domini regis Francorum primogenitus. Noverint univerſi ad quos præſentes litteræ pervenerint, quòd hæ ſunt conventiones inter kariſſimum genitorem & dominum noſtrum, & dilectam noſtram Blancham comitiſſam Campaniæ, ſcilicet quod prædictus genitor noſter Theobaldum filium prædictæ comitiſſæ tenebit ab inſtanti Purificatione beatæ Mariæ uſque ad quatuor annos, & ex tunc inantea prædicta comitiſſa habebit dictum Th. filium ſuum quandocumque voluerit. Dictus autem genitor noſter tenebit Bravim & Monſteriolum, ſicut modo tenet, & per eas conventiones quibus nunc tenet, videlicet dum dictus Th. habeat viginti & unum annos, & juramenta baronum & civitatum, caſtrorum, & terræ dictæ comitiſſæ, dicto genitori noſtro facta vult teneri, quouſque dictus Th. filius comitiſſæ habeat viginti & unum annos. Quando verò dicta comitiſſa ad terminum prædictum voluerit habere filium ſuum, ſi genitor noſter voluerit habere amplius terræ illius, quod tam ipſa quàm Th. filius ejus erunt fideliter ad ſervitium ſuum, ipſi eum amplius juramenta facient habere. Cum autem dictus Th. impleverit viginti & unum annos, genitor noſter recipiet eum in hominem ligium de terra de qua pater ejus tenens erat quando deceſſit, ſalvo alterius jure, nec ante ipſum in hominem recipiet exinde genitor noſter, ſicut dictum eſt, quamdiu ipſa comitiſſa vixerit, niſi per ipſam comitiſſam. Et ſi filiæ Henrici quondam comitis conſanguinei noſtri vel aliquis alius eumdem Th. vel comitiſſam traherent in cauſam de comitatu Campaniæ priuſquam viginti & unum annos impleſſet, dictus Th. vel comitiſſa non tenerentur reſpondere exinde infra prædictum terminum, quamdiu idem Th. viveret citra viginti & unum annos, nec genitor noſter audiret inde cauſam, quia uſus

Digitized by Google

& conſuetudo Franciæ talis eſt, quod nullus infra vigeſimum primum annum reſpondere debet ſuper hereditate, de qua pater ejus tenens eſſet ſine placito cum decederet. Propter conventiones ſupradictas tenendas dicta comitiſſa debet dare genitori noſtro quindecim millia librarum Pariſienſium his terminis, in inſtanti feſto ſancti Andreæ duo millia & quingentas libras, ad Purificationem beatæ Mariæ proximè ſubſequentem duo millia & quinquagintas libras, ad octabas Paſchæ ſubſequentis duo millia & quingentas libras, in octabis ſanctæ Mariæ Magdalenæ duo millia & quinquagentas libras, in octabis feſti ſancti Remigii ſubſequentis duo millia & quinquagenta libras, in feſtivitate ſancti Andreæ ſubſequentis duo millia & quinquaginta libras. Si verò, quod abſit, dictus Th moreretur infra terminum qui eſt à Purificatione beatæ Mariæ in quatuor annos, ſi genitor noſter teneret comitatum Campania in manu ſua, dictæ comitiſſæ gratum ſuum faceret infra unum annum de prædictis quindecim millibus librarum: & ſi comitatum alii tradere vellet, nullum de eo ſaiſiret, quouſque dictam comitiſſam ad gratum ſuum ſecuram feciſſet de prædictis quindecim millibus libris infra annum reddendis, & de prædicto termino qui eſt à Purificatione beatæ Mariæ infra quatuor annos inantea, nec genitor noſter nec alii qui tenerent comitatum Campaniæ tenerentur reddere quindecim millia libras. Omnes iſtas conventiones aſſecuravit genitor noſter & in animam ſuam jurari fecit comitiſſæ & Th. ejus filio bona fide tenendas & ipſa genitori noſtro. Nos autem de mandato domini & genitoris noſtri eaſdem conventiones aſſecuramus & juravimus prædictæ comitiſſæ & Th. ejus filio bona fide tenendas. Actum Pariſius anno Domini MCCIX. menſe Auguſto.

EPISTOLA INNOCENTII PAPÆ III. ad epiſcopos Galliæ.

De vitanda ſimonia in receptione monachorum aut ſanctimonialium.

Anno 1210 Ex ms. ſancti Michaëlis in periculo maris.

INNOCENTIUS epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabilibus fratribus archiepiſcopis & epiſcopis in regno Franciæ conſtitutis ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Multotiens audivimus & à multis quod in quibuſdam monachorum monialium & aliorum religioſorum monaſteriis per veſtras diœceſes conſtitutis conſuetudo damnabilis, immo damnatus & damnandus abuſus uſque adeo inolevit, ut penè penitus nulla perſona recipiatur in ipſis abſque labe ſimoniacæ pravitatis. Ne igitur clamorem totiens iteratum videamur, quod abſit, ſimulando fovere, univerſitati veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus atque præcipimus, quatenus ſemel in anno hujuſmodi monaſteria ſinguli per veſtras diœceſes viſitantes, ſub anathematis interminatione vetetis, ne qua perſona de cetero recipiatur in eis per hujuſmodi pravitatem, ſemper in veſtris ſynodis denunciantes hoc ipſum, & circa eas quas ſic receptas inveniertis auctoritate apoſtolica, ſublato appellationis obſtaculo, ſtatuatis quod ſaluti & honeſtati videritis expedire. Datum Lateranis xv. Calendas Maii pontificatus noſtri anno XIII.

LITTERÆ HUGONIS EPISCOPI Conſtantienſis & abbatum de Perſennia & de Savigneio ad J abbatem S. Michaëlis in periculo maris.

Significant mandatum apoſtolicum de corrigendis ejus exceſſibus.

Anno 1210. Ex ms. ſancti Michaëlis in periculo maris.

H. Dei gratia Conſtantienſis epiſcopus, abbas de Perſennia, & abbas de Savigneio J. abbati ſancti Michaëlis de periculo maris ſalutem in Domino.

Mandatum domini papæ ſuſcepimus in hæc verba: INNOCENTIUS epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabili fratri Conſtantienſi epiſcopo & dilectis filiis de Perſenia & de Savigneio abbatibus Cœnomanenſis & Abrincenſis diœceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Proponente dilecto filio C. monacho S. Michaëlis de periculo maris Abrincenſis diœceſis, noſtris auribus eſt relatum, quod cum olim monaſterium ſuum jocunda ſpiritualium amœnitate floruerit & temporali in ubertate, per ipſius abbatis incuriam & exceſſus nunc adeo graviter eſt collapſum, quod ordo monaſticus enervatur ibidem, vixque fratribus ibi Deo ſervientibus licet paucis neceſſaria miniſtrantur. Abbas enim non ſolum purpureas cappas, libros & alia eccleſiæ ſuæ vendidit ornamenta; verum etiam cruces & calices ejuſdem eccleſiæ propriis manibus confringendo diſtraxit. Reditus inſuper monaſterii partim vendens, & partim præſumens pignori obligare. Cumque quatuor monachi ſacerdotes vellent ei movere de tantis exceſſibus quæſtionem; ipſos ab eccleſia violenter extractos fecit compedibus mancipari, & tractari adeo inhumane, quod duo ipſorum ex acerbitate verberum deceſſerunt. Ceterum idem abbas præter incendia quæ per manum armatam fecit nequiter perpetrari, prædictum monachum cum litteris teſtimonialibus capituli ſui ad ſedem apoſtolicam accedentem in itinere fecit capi ac duris afflictum verberibus cumdem litteris ſpoliari, multaque alia committit enormia, per quæ monaſterium ipſum graviter infirmatur. Volentes igitur eidem monaſterio paterna ſollicitudine providere; diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ad monaſterium ipſum pariter accedentes, inquiſita ſuper his ex aliis veritate, corrigatis ibidem, appellatione remotâ, quæ ſecundum Deum fuerint corrigenda, & quæ ſtatuenda videritis ſtatuatis. Ita quod ſi dictus abbas de ſede fuerit amovendus; amo-

Digitized by Google

to eo, faciatis monaſterio in abbatem per electionem regularem de perſona idonea provideri. Contradictores ſi fuerint vel rebelles per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Si verò prædictum monachum hoc non juſtitiæ zelo ſed invidiæ typo conſtiterit ſuggeſſiſſe, tamquam ſui patris infamatorem caſtigare curetis. Quod ſi non omnes, &c. tu ea, frater epiſcope, cum eorum altero nihilominus exequaris. Datum Laterani Nonis Septembris pontificatus noſtri anno XIII. Hujus igitur auctoritate mandati vobis mandamus quatenus ſitis coram nobis in domo veſtra die Dominica proxima poſt inſtantem Domini Aſcenſionem, ut juxta tenorem mandati apoſtolici, quod juſtitia dictaverit recipiatis: & hunc diem peremtorium propter temporis prolixitatem vobis aſſignamus. Valete.

INNOCENTII PAPÆ III. ad abbatem de Becco.

Ne loci diœceſanus contra perſonas monaſterii inquirat.

Ex mſ. S. Michaëlis in periculo maris.

TAm ſuppliciter quàm humiliter petiſti nuper à nobis, ut cùm per otioſas inquiſitiones & crebras ſpiritualiter & temporaliter eccleſias deperire contingat, idemnitati monaſterii tui paterna ſollicitudine præcaventes, dignaremur, ne loci diœceſanus ad inquiſitionem procedat contra monaſterii prædicti perſonas, cùm id aliqua cauſa non exigat, providere. Ne autem per leve compendium ad grave diſpendium veniatur, cùm malignæ criminationis janua, ne quis criminetur injuſte, ſit penitus præcludenda: nos tuis juſtis poſtulationibus inclinati, auctoritate præſentium inhibemus, ne diœceſanus loci ejuſdem ad inquiſitionem contra perſonas ipſius monaſterii propria auctoritate procedat, niſi quis ſuper exceſſibus ſuis non à malevolis, ſed à providis & honeſtis fuerit graviter infamatus.

EPISTOLA INNOCENTII PAPÆ III. ad abbatem de Becco.

Concedit facultatem ut ex pluribus cellis unam conficiat.

Ex mſ. ſancti Michaëlis in periculo maris.

INNOCENTIUS &c. Ex parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut cùm quaſdam cellulas habeatis, in quibus duo vel tres monachi commorantes non ſic omnino vivunt, ſicut ordinis congrueret honeſtati, revocandi monachos ipſos cum poſſeſſionibus quas obtinent, ad conventum, vel ex eis unum vel plures conventus noviter ordinandi licentiam concedere dignaremur. Quia igitur bonum eſt & jocundum habitare fratres in unum, faciendi prædictorum alterum abſque præjudicio alieno quod magis videritis expedire liberam vobis tribuimus facultatem. Tu denique, fili abbas, ſuper te ipſo & credito tibi grege taliter vigilare procures, &c. Datum, &c.

EPISTOLA INNOCENTII PAPÆ III. ad abbatem de Becco.

Concedit facultatem quoſdam monachos ab irregularitate abſolvendi.

Ex mſ. ſancti Michaëlis in periculo maris.

EX tua inſinuatione didicimus, quod nonnulli monaſterii tui monachi quorum quidam per violentam manuum injectionem inciderunt in canonem ſententiæ promulgatæ: alii verò ſymoniacum ibi habuerunt ingreſſum; abſolutionis beneficio ſeu diſpenſationis gratia non obtentis, ſacros ſuſceperunt ordines, & in eis non ſunt veriti poſtmodum miniſtrare, de quorum ſalute ſollicitus poſtulaſti, ut cum eos venire ad ſedem apoſtolicam oporteret, & verendum aſſeras ne ad noſtram veniendo præſentiam vagarentur, & ſalutis cujus cauſa venirent incurrerent detrimentum, miſericorditer ſuper hoc agere dignaremur. Nos autem plenam de diſcretione tua fiduciam obtinentes, conſiderantes quoque quod religionis favore multa in regularibus, quæ non pateremur in aliis, ſuſtinemus: per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus hujuſmodi manuum injectoribus juxta formam eccleſiæ conſuetam in talibus abſolutis, niſi eorum difficilis fuerit vel enormis exceſſus, propter quem meritò ad ſedem apoſtolicam ſint mittendi, ſervata generali conſtitutione concilii circa eos qui noſcuntur ingreſſum ſymoniacum habuiſſe, ſuper eo quod taliter receperint ordines, & in eis poſtmodum miniſtraverint, auctoritate noſtra facias cum eiſdem prout animarum ſuarum ſaluti videris expedire.

EPISTOLA P. COMITIS Autiſſiodorenſis ad Innocentium papam tertium.

Declarat ſe tenere à comitiſſa Campaniæ Malliacum & Vitriacum.

Anno 1216. Ex cartario Campaniæ.

SAnctiſſimo patri & domino INNOCENTIO Dei providentia ſummo pontifici P. comes Autiſſiodorenſis & Tornodorienſis pedum oſcula tam debita quàm devota.

Sanctitati veſtræ notum facio quod ego teneo & recognoſco me tenere de cariſſima domina mea BLANCHA illuſtri comitiſſa Campaniæ, & tenui de anteceſſoribus ſuis dominis Campaniæ Malliacum caſtrum & Vitriacum, quod eſt de caſtellaria Malliaci: quamvis epiſcopus Autiſſiodorenſis quaſdam litteras oſtendat continentes, quod ego teneo prædictum caſtrum Malliaci de illo. Sed dico & plane recognoſco quod litteræ illæ non ſunt veræ, nec meo ſigillo ſigillatæ. Litteras autem quas prædicta domina mea inde habet ſuper hoc quod Malliacum caſtrum & omnia feoda quæ ſunt de caſtallaria Malliaci ab ipſa comitiſſa teneo, veras eſſe confiteor, & meo ſigillo ſi-

Digitized by Google

gillatas, præſentibus litteris teſtificantibus ſigilli mei munimine roboratis. Actum anno gratiæ MCCX. Menſe Julio.

CARTA GUIDONIS ABBATIS Clarevallis, de dono Balduini de Lobiis ſeneſcalli Valencenenſis.

Anno 1210. Ex cartario Claravallis.

EGo frater GUIDO dictus abbas Claræ-vallis, notum facio univerſis, præſentibus & futuris, quòd BALDUINUS de Lobiis ſeneſcallus de Valencenis, dedit domui Claræ-vallis in eleemoſynam CLX. libras blancorum, quas eâ conditione poſuit in emtione cujuſdam poſſeſſionis, videlicet in villa Campigniaci prope Campigniacum grangiam Claravallis, ut de decem libris Pruvinienſibus ex fructu & proventu jam dictæ poſſeſſionis percipiendis ematur oleum, ſive cera, pro luminaribus faciendis, quæ deſerviant altaribus in celebratione miſſarum. Prætereà dedit idem BALDUINUS eidem domui Claravallis in eleemoſynam XX. libras blancorum pro uno calice, in quo ad majus altare cantatur. In cujus rei memoriam, &c.

Actum anno gratiæ MCCX.

EPISTOLA HENRICI IMPERATORIS Conſtantinopolitani ad univerſos amicos ſuos.

Certos eos facit de victoria ab ipſo contra Laſcarum imperatorem reportata.

Anno 1211. Ex mſ. Cameronenſi & Elnonenſi.

HENRICUS Dei gratiâ fideliſſimus in CHRISTO imperator à Deo coronatus Romanorum, & moderator ſemper auguſtus, univerſis amicis ſuis ad quos tenor præſentium pervenerit, ſalutem in dominorum Domino.

Quoniam dilectio veſtra de ſtatu noſtro certificari deſiderat, & de proſperitate noſtra, ſicut confidimus, habitura eſt lætitiam; idcirco quædam etſi non ſingula quæ circa nos fecit Dominus, vobis cartula præſenti nuntiamus. Intelligatis igitur nos hactenus in noſtro imperio quatuor inimicos habuiſſe principales & potentiſſimos, in medio quorum poſiti & expoſiti, illorum incurſus aſſiduè ſuſtinuimus undique & inſultus. Horum quidem primus & maximus fuit LASCARUS, qui totam terram ultra brachium ſancti Georgii uſque ad tranchiam tenuit, & ibidem pro imperatore ſe gerens, nos ex illa parte frequenter aggravavit. Ex alia verò parte BURILLUS nobis inſtitit, qui ſimiliter inter gentem Bulgarorum, quibus per violentiam ſe præpoſuit, imperiale nomen ſibi cum ſingulis ſignis imperialibus uſurpavit, & inde nos diu & multis incurſibus fatigavit. In altera verò parte, ſcilicet in regno Theſſalonia MICHALITIUS traditor potentiſſimus, & STRATIUS nepos Johannicii magni olim populatoris Græciæ, qui duo licèt nobis fidelitatis juramento ſacramentum præſtitiſ-

A ſent, totis tamen viribus ſuis in partibus illis noſtro exitio imminebant. Unde pro illis duobus debilitandis, & dejicienda eorum elata potentia, de conſilio baronum noſtrorum deſcendimus duodecim diebus à Conſtantinopoli, ſicut jamdudum ad vos credimus perveniſſe. Illuc verò cum præfatis hoſtibus longo luctamine habito, tandem auxilio Dei illos ad hoc deduximus, quod nihil aut parum nos, vel quemdam alium potuerunt aggravare, nec

B profuerunt illis ſubtiles & excogitatæ proditiones, quibus contra nos uſi ſunt ſæpiùs. Quater enim MICHALINUS, & ter STRATIUS juramenta nobis præſtiterunt: quæ neuter illorum totiens infringere dubitavit. Sed nos illos ita caſtigatos ſuper hoc dimiſimus, quòd coacti fuerint pœnitere fidem nobis fregiſſe totiens præ aliis peccatis omnibus quæ fecerunt. Nos enim de optima & ſpecioſa terra quam tenebant, majorem eis partem abſtulimus, & niſi majora negotia nos conſtanter revocaſſent, non eis ſola domuncula remanſiſſet in noſtro impe-

C rio. Sed alii duo hoſtes noſtri imperii, BERILLUS ſcilicet & LASCARUS nimis graviter opprimebant. Conſtantinus unus per mare, per terram alius: & jam LASCARUS unum de hominibus noſtris majoribus, dominum ſcilicet Petrum de Brucello & maximum galearum numerum coadunavit, ut Conſtantinopolim expugnaret. Qua de cauſa civitas in magna deſolatione trepidabat: ita quòd multi de noſtris de noſtro reddi tu deſperantes, per

D mare proponebant fugere: plures vero ad ipſum LASCARUM tranſierunt, ei contra nos promittentes auxilium & jurantes. Ob hoc igitur cum feſtinatione redeuntes die Paſchæ ad quamdam civitatem noſtram, quæ Roſſa dicitur, pervenimus; & in die ſequenti exeuntes diluculo, & parum jam à civitate elongati, didicimus per nuntium fidelem quod BURILLUS ibidem prope ante nos erat cum maximo Comannorum & Bulgarorum, & Blacorum

E exercitu, & noſtro inſidians adventui, viam quâ tranſituri eramus quæ nimis ſtrictiſſima fuit & difficilis, utrobique mons montibus clauſa occupaverat, volens nos intra montium difficultatem deprehendere fraudulenter, & niſi Dominus fraudem, & occultum detexiſſet nobis laqueum, comprehendi leviter potuiſſet noſtra paucitas in illo tranſitu, quia non plures tunc quàm ſexaginta milites habebamus; ſed cùm per nuntios & ſpeculatores quos illuc miſimus hoc verum eſſe probaſſemus, ab illa via declinantes, per aliam viam quæ circa mare protendit obliquavimus iter noſtrum, & per quædam

F caſtella quæ illic habebamus tranſeuntes, armatos qui ibi erant adjunximus, & ſic ulterius procedentes obviavimus quoſdam noſtrorum, qui de Conſtantinopoli tribus dietis procul nobis occurrerant. Et tunc videntes numerum noſtrum augmentatum, ſtatim ad inſequendum BURILLUM iter refleximus, proponentes pugnare cum eo, ſi ipſum alicubi inveniremus; ſed ipſe adventum noſtrum præſentiens, iter arripuit, & nos illum duobus diebus inſequen-

Digitized by Google

A tes, nequaquam invenire, vel alicubi conſequi potuimus celeriter fugientem. Tunc vero Conſtantinopolim revertentes, ibi cum gaudio & ſolemnitate magna recepti ſumus, velut qui longo tempore expectati à populo deſideranter fueramus. Significaverunt enim nobis barones noſtri, quos in fine & in marchia regni Theſſalonici ſervanda dimiſeramus, BERTHOLDUS comes videlicet & frater noſter EUSTACHIUS, & quidam alii, quod inimicus noſter STRATIUS quem omnino reliqueramus deſtitutum viribus, animos reſumſerat per Burillum, qui ei in auxilium venerat cum LII. aciebus, & jam multa nobis damna intulerat; ſed præfati barones, collectis viribus & aſſociato MICHALITIO qui tunc cum eis concordiam invenerat, eidem STRATIO in plano Pelagoniæ occurrebant, ubi cum eo pugnantes obtinuerunt victoriam. Itaque majorem partem ſui exercitûs dimiſit STRATIUS in eadem planitie gladiatam, ex alia vero parte nobis innotuit quod Soldanus Iconii, qui nobiſcum amicitiam juramento firmaverat, & auxilium contra ipſum LASCARUM pepigerat, ingreſſus erat terram Laſcari cum maximo Turcorum exercitu; ſed Laſcarus ei cum majori Græcorum multitudine occurrerat, & etiam Latinorum, qui ſub excommunicatione ſummi pontificis ei adhæſerant, quorum auxilio obtinuit victoriam contra Soldanum LASCARUS in prælio: ita quod ipſe Soldanus retentus fuit & occiſus cum maxima parte ſuæ gentis. Qua de cauſa tunc LASCARUS acrior & elatior factus, miſit litteras ad omnes Græcorum provincias, continentes honorem & lucrum ſuæ victoriæ, ſignificans etiam illis quòd ſi eum vellent adjuvare, citò terram de Latinis canibus liberaret. Ob hæc igitur Græci omnes murmurare incipientes contra nos, ei promittebant auxilium, ſi veniret Conſtantinopolim pugnaturus. Nos verò hoc intelligentes, cum fidelium noſtrorum conſilio, ad eum invadendum brachium ſancti Georgii tranſivimus, magis volentes eum invadere, quàm ejus invaſionem Conſtantinopoli expectare. Cùmque Brachium tranſiſſemus, nec adhuc tamen milites noſtri omnes tranſiſſent, occurrit nobis LASCARUS cum gravi multitudine ante civitatem Spigacii, quam illuc ſolam habebamus, & nos licèt pauci numero, multi tamen virtute & animo eſſemus, ei contra civitatem ad pugnam nos obtulimus; ſed ſtatim fugam arripiens in quibuſdam vicinis montibus, de quorum vicinitate confidebat, ſe recepit. Non tamen velociter fugere potuit, quin nos qui eum ſequebamur, eidem grave damnum inferremus; in cauda ſui exercitûs, cujus partem maximam detruncavimus, equos plurimos cum equitantibus retinentes. Poſteà verò, collecto noſtro exercitu, equitare per terram cœpimus, nec ipſe in planis audebat nobis occurrere, ſed cum exercitu ſuo montes tenere inſidiabatur noſtris curſoribus, qui pro victualibus mittebantur. Sed tandem terræ populus quod ad libitum noſtrum per terram equitaremus, ut vidit, congregatus eſt ad Laſcarum, dicendo ei communiter quod hoc diutius ſuſtinere nolebant; ſed aut ipſe nobiſcum pugnaret, aut ipſi nobis ſe reddere non differrent. Quod audiens LASCARUS, congregavit infinitum populum, tam peditum, quam equitum: ita quod habuit nonaginta magnas acies, quarum octo erant ex Latinis, qui ei contra nos auxilium faciebant ſub excommunicatione domini papæ, timorem Dei & hominum relinquentes. Cum hac multitudine occurrit nobis B LASCARUS XV. die Octobris juxta fluvium Luparci, ubi tentoria fixeramus. Non autem exercitum ſuum traxit in planitiem, ſed retro quemdam montem latens, duas acies miſit ante noſtra tentoria, quas cùm quidam noſtrorum fugarent & inſequerentur, invenerunt ibi prope nos maximam multitudinem congregatam. Quod cùm nobis renuntiaſſent, arma ſumi ſtatim juſſimus, & illuc accedentes, percuſſi fuimus ammiratione & extaſi, videntes ibi tantum populum ordinatum per acies & diviſum. C In ſola enim acie Laſcari erant mille & ſeptingenti loricati homines, plures ſcilicet quàm in toto noſtro exercitu haberemus. Nos enim parvas, & ſolum XV. habebamus acies; & ex illis ad conſervanda tentoria una remanſerat, & in unaquaque nonniſi quindecim erant milites, exceptâ noſtrâ ſolâ, in qua miſimus quinquaginta. Videntes tamen quod ſalubriter bellum non poſſemus ſubterfugere, in ſolo Deo & in ejus ſancta cruce, quæ ante nos ferebatur, ſpem noſtram omnino poſuimus, & ſic duodecim ex noſtris aciebus concurrere præcepimus, timen- D tes quòd ſi pauciores concurrerent, ab hoſtili multitudine involverentur. Illi vero cum magnis clamoribus & tubarum ſonitibus occurrerunt, equos equis & gladios gladiis opponentes, & primum conflictum ſatis viriliter ſuſtinentes, non tamen eventus belli, niſi per brevem horam duravit dubius. Statim enim poſt receptionem primorum ictuum adverſa pars incepit fugere, & fugientes terga gladiis noſtrorum obtulit ferienda. Nos vero tunc acriùs & audatiùs inſtantes eos ſternere & ſequi non ceſſavimus ab E hora meridiei quâ bellum incepit uſque ad ſolis occubitum; ita illis immixti, quod vix ſuos ab aliis dinoſcebant. Unde non oportet vos dubitare multos illâ die corruiſſe gladio. Quod tamen mirabile eſt in oculis omnium audientium, quia nullus de toto exercitu noſtro periiſſe, vel mortale vulnus recepiſſe inventus eſt, & multi Latinorum ex parte Laſcari ceciderunt in prælio, quidam verò vivi capti ſunt & retenti, & alii qui vivi potuerunt evadere, ad noſtram miſericordiam nocte ſequenti re- F dierunt. Ab illa autem die LASCARUS fuit viribus deſtitutus, nec auſus fuit nobis alicubi apparere, & omnes uſque ad Marchiam Turchiæ noſtro inclinare venerunt imperio, exceptis aliquibus caſtellis, quæ in inſtanti æſtate bene confidimus auxilio Dei compellere ad reddendum. Eodem tempore dum taliter ageremus in partibus illis, nuntiatum fuit nobis à noſtris baronibus regni Theſſalonicenſis, comite videlicet BERTHOLDO, & fratre noſtro

Digitized by Google

Euſtachio, & aliis quibus Marchiam ſervandam commiſeramus, quòd Burillus illuc venerat cum magno exercitu, damna nobis plurima inferendo; ſed barones inſimul collecti & aſſociati, Sclavo Græco noſtro occurrerant, ſed ipſe illos metuens, terram fugiendo exiverat, relictis poſt ſe viginti-quatuor acies peditum & duabus equitum, qui omnes à noſtris ſequentibus ſunt occiſi, nullo penitùs evadente. Sic igitur intelligatis undique nos divino auxilio obtinuiſſe victoriam, & quatuor prænominatos hoſtes, Burillum ſcilicet, Lascarum, Michalicium, & Stratium, humiliatos, & penitùs viribus deſtitutos. Nihil autem nobis deeſſe ſciatis ad habendam plenam victoriam, & poſſidendum imperium, niſi Latinorum copiam, quibus poſſimus prabere terram quam acquirimus, immò quam jam acquiſivimus, cùm, ſicut ſcitis, parum proſit acquirere, niſi fuerint qui conſervent.

Datum apud Pergamum in octavis Epiphaniæ anno Domini MCCXII.

LITTERÆ PHILIPPI AUGUSTI regis ad Gilibertum de Chancellis & Matthæum Drocarum.

De Moneta Bituricenſi.

Anno 1212. *Ex cartario Bituricenſi.*

PHilippus Dei gratiâ Francorum rex, Giliberto de Chancellis & Matthæo Drocarum ſalutem.

Mandamus vobis & præcipimus ut inquiſitionem quam feciſtis de viduis mulieribus Bituricis faciatis obſervari, & ſicut multotiens vobis mandavimus, monetam noſtram Bituricenſium per totam balliviam veſtram currere faciatis, & aliam pravam monetam penitus aboleri. Dicatis etiam ex parte noſtra uxori quondam Guidonis Jorneti, & filiis ejus qui excommunicati ſunt per annum & diem pro quadam decima, quòd niſi ſatisfecerint eccleſiæ, nos in eis propter hoc manum apponere curabimus graviorem.

Actum apud Montem-agri anno MCCXII. menſe Januario.

STABILITUM BLANCHÆ comitiſſæ Trecenſis, de diviſione terrarum inter filias baronum, ſi barones deceſſerint abſque maſculo.

Anno 1212. *Ex cartario Campaniæ Colbertino.*

EGo Blancha comitiſſa Trecenſis palatina, notum facio univerſis, tam præſentibus, quàm futuris, me communi conſilio & aſſenſu baronum meorum & vavaſſorum meorum ſtatuiſſe, quòd ſi aliquis baronum meorum, vel vavaſſorum Campaniæ, vel Briæ, ſine herede maſculo deceſſerit, & plures habuerit filias, primogenita filiarum habeat caſtellum, aliæ verò habeant planam terram: ita quòd de terra illa plana unicuique illarum portio ſua rationabilis aſſignetur, juxta valentiam reddituum caſtelli, non æſtimata vel computata valentia dominii vel forteritiæ ſive caſtelli ſui, neque valentia juſtitiæ infra caſtellum, neque valentia feodorum quæ pertinent ad caſtellum. Et ſi poſt rationabilem cujuſlibet portionem, ſicut ſuperiùs eſt expreſſum, factam de terra illa plana, aliquid reſiduum fuerit; in reſiduo illo primogenita filiarum domina caſtelli cum aliis ſororibus ſuam habeat portionem: ſi verò plana terra non valuerit tantum, quod qualibet filiarum poſſit habere rationabilem portionem, juxta valentiam reddituum caſtelli, ſicut prædictum eſt, de caſtelli redditibus ſuppleatur. Si autem duo, vel tria, vel plura fuerint caſtella, prima filiarum melius habeat caſtellum; ſecunda melius poſt illud; tertia tertium; quarta quartum; & ſic de aliis. Aliæ verò filiæ habeant terram planam; ita quòd ſi de plana terra non poſſunt habere rationabilem portionem juxta valentiam caſtellorum, non æſtimata vel computata valentia dominii, vel forteritiæ illorum caſtellorum, ſicut prædictum eſt, neque valentia juſtitiæ infra caſtella, neque valentia feodorum quæ pertinent ad caſtella; unicuique illarum portio fiat rationabilis, & augeatur de redditibus caſtellorum. Hoc idem ſtabilimentum feci de caſtellanis & de vavaſſoribus qui habent caſtella, vel domos fortes. Statutum eſt etiam, quòd ſi aliquis firmaverit duellum, & deceſſerit infra dies qui ei poſſent aſſignari, non iccirco perdat querelam ſuam: ſed heres ejus ſit loco ejus, pro requirendo, vel deffendendo. Et ſi aliquis firmato duello, ad hoc devenerit, quòd coram juſtitia dederit advocatiam ſuam alicui qui facere debeat duellum pro ipſo. Si ille qui receperit advocatiam illam, infra dies qui ei jure poſſent aſſignari deceſſerit: non ideo perdat querelam ille qui duellum firmavit, qui ei dederat advocatiam ſuam: ſed liceat ei alium ſubſtituere loco illius qui deceſſit. Ut autem hæc omnia nota permaneant, & nota teneantur litteris annotata, ſigilli mei munimine roboravi. Quidam etiam de baronibus & vavaſſoribus meo huic ſtabilimento ſuorum appoſuerunt teſtimonium ſigillorum.

Actum anno ab Incarn. Domini MCCXII.

EPISTOLA B. REGINÆ LEGIONIS & Galeciæ ad Blancham Ludovici regis Francorum primogeniti uxori.

Annuntiat ei victoriam à patre ſuo de Sarracenis reportatam.

Annò 1212. *Ex ms. Camberonenſi.*

DIlectæ & diligendæ ſorori ſuæ B. Lu. domini regis Francorum primogeniti uxori B. Dei gratia regina Legionis & Galeciæ cum fraterna dilectione quam ſibi ſalutem & felices ad vota ſucceſſus.

Nota facio vobis jocunda. Gratia Deo à quo omnis virtus, quod rex & dominus & pater noſter vicit in pugna campeſtri Ammiramomelinum. In qua re credimus honorem ade-

Digitized by Google

ptum præcipuum. Quia hactenus fuit inauditum regem de *Marach* in congreſſione campeſtri ſuperatum. Et ſciatis famulum domus patris noſtri iſta mihi nuntiaſſe, ſed credere illi nolui, donec proprias litteras patris noſtri vidi: modus belli talis fuit. Pater noſter, ſicut vice alia mandavi vobis, obtinuit caſtella quæ ſunt inter Toletum & portum expectando pugnam. Videns ergo venientem AMMIRAMOMELINUM cœpit tranſire portum. In exitu portus ex parte alia anguſtus erat locus. Tunc præcepit AMMIRAMOMELINUS ſuis providere ne noſtri tranſire poſſent. Videntes noſtri ſe illac tranſire non poſſe, aliàs tranſierunt, & erat VI. feria XIII. die Julii, factaque eſt congreſſio non modica antequam tranſirent & feria VI. & ſabbato. Die Dominica ipſo mane fixere Saraceni tentoria, & AMMIRAMOMELINUS valde prope tentorium patris noſtri: paratique erant Saraceni ad pugnandum ipſo die: pater noſter verò noluit eo die propter reverentiam diei ſancti. Verumtamen ſagittarii noſtri & fundibalarii non parum eo die oſtenderunt audaciæ & virtutis: ita ut neceſſe eſſet amoveri tentorium AMMIRAMOMELINI à loco in quo fixum fuerat uſque ad tres ſagittæ jactus. Die ipſo pater mandavit noſtri in ſecunda feria ſummo mane paratos eſſe, & fuerunt optimis inſtructi armis. Partitus eſt ergo pater noſter ſuos in tres acies. Dialopes & tres barones cum ſuis & peregrinis qui remanſerant ex hac parte portus & omnes dordre in prima acie. In ſecunda fuit rex Aragoniæ cum ſuis & cum tribus conreix quos pater noſter ei dedit: & de alia parte fuit rex Navarræ cum ſuis, cum tribus ſimiliter conreix, quos pater noſter ei dedit. Rex autem pater noſter cum ſuis in quarta acie. Prima acies Saracenos impetiit & amovit à loco. Illi receptis viribus noſtros retrorſum compulerunt ex majori parte, primam aciem uſque in ſecundam. Videns hoc pater noſter, prævenit occurrere à latere duarum acierum, congregans ſuam aciem ad priorem & virtute repulit Saracenos, & retrorſum compulit: ita ut primam aciem reſtitueret loco ſuo, & ſic rediit in locum ſuum cum tota ſua acie. Rurſum Saraceni, ſicut prius fecerant, noſtris inſtiterunt. Videnſque iterum pater noſter ſuum cornu primo cornui copulavit, & retrorſum compulit Saracenos uſque ad aciem AMMIRAMOMELINI. Saraceni verò iterum convaleſcentes fortiter uſque ad meridiem reſtiterunt. Vidit itaque pater noſter ſuis adjutorio opus eſſe, & venire juſſit omnes ſuos, quos retro dimiſerat. Viſo autem Saraceni vexillo patris noſtri, fracti ſunt animo, & in fugam verſi. Inſequuti ſunt eos pater noſter cum ſuis uſque poſt occaſum ſolis ad duarum leugarum iter in noctem. Inde redierunt pater noſter cum rege Arragoniæ & rege Navarræ ad tentoria AMMIRAMOMELINI ſani & incolumes, dimittentes ſuorum plurimos fugantes fugientes uſque in craſtinum. Æſtimati ſunt autem numerus occiſorum uſque LXX. millia virorum, feminarum verò XV. millia. Ex noſtris autem circiter CC. reperti ſunt occubuiſſe. Præda quæ reperta eſt in Saracenorum tentoriis in auro & argento veſtibus animalibus æſtimari non potuit præ multitudine. Sola jacula & ſagittas XX. millia ſommariorum ferre vix poſſent. Æſtimata quoque tentoria fugatorum ad centum millia. Nihil horum omnium quæ in præda acquiſita ſunt pater noſter retinuit ad opus ſuum vel ſuorum. Partitus eſt autem univerſa regibus Navarræ & Arragoniæ & his qui cum ipſis erant & toti ..... expeditioni ſicut vero credimus rex adhuc procedet. Nota ergo facite hæc regi Franciæ de domino noſtro H. & omnibus quibus putaveritis expedire, licet autem omnes Francigenæ reverſi fuerint, THEOBALDUS tamen de Blazon non eſt reverſus, ſed fideliter ſervivit patri noſtro, & viriliter militavit in conflictu.

CARTA BLANCHÆ COMITISSÆ Trecenſis & Amalvini abbatis Silvæ-Majoris.

De conſtructione villæ Bellæ-vallis & ejus legibus.

Circa 1212. *Ex cartis Silvæ majoris.*

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Amen. Ego BLANCHA comitiſſa Trecenſis palatina, & ego AMALVINUS gratia Dei dictus abbas beatæ MARIÆ Silvæ-majoris (a), notum facimus præſentibus & futuris quod ego AMALVINUS abbas beatæ MARIÆ Silvæ-majoris, & ejuſdem eccleſiæ conventus aſſociamus comitiſſam Trecenſem ad nemus noſtrum juxta Bellam-vallem, quod dicitur nemus de *Larvis*, tali conditione quod nos ſimul faciemus illi novam villam, in qua eccleſia Bellæ-vallis habebit altare & decimam liberam & quietam Omnes redditus autem & proventus ejuſdem villæ inter nos æqualiter partiemur. Præterea, nec ego comitiſſa nec prior ejuſdem villæ aliquid poterimus acquirere nec capere aliquo modo in jam dicta villa, quod non ſit inter nos commune; excepto quod ſi aliquis de villa ſub teſtimonio capellani & duorum hominum ejuſdem villæ legaverit aliquod mobile priori eccleſiæ in eleemoſynam, prior illud habebit per ſe. Si verò domus vel alia hereditas priori legaretur, ultra unum annum & diem non teneret niſi de voluntate domini Campaniæ. Comes ejuſdem villæ etiam habebit duo arpenta terræ in eadem villa ab omni exactione & tallia libera & quieta pro herbergio ſuo faciendo, & prior tantumdem. Prior autem in dicta villa majorem ponet & deponet ad ſuam voluntatem. Et ſciendum quod ſi major domino Campaniæ diſplicuerit prior, completo anno illum amovebit,& alium ſubſtituet. Et ſi major aliquod ſervitium fecerit pro majoria, dominus Campaniæ habebit inde medietatem,& ſi fortè contigerit, quod abſit, ut villa deſtruatur,

(a) Anno 1204. electus in annos circiter octodecim.

vel alio modo deficiat, fundus eccleſiæ remanebit in integrum. Et ſciendum quod dominus Campaniæ villam extra manum ſuam non poteſt mittere, nec ullo modo à manu ſua alienare. Si verò aliquis comitum Campaniæ has conventiones non tenuerit, tam villa quàm fundus eccleſiæ remanebit: in prædicta autem villa nullus hominum meorum, nec aliquis alius de feodis meis, vel de cuſtodia mea, nec etiam aliquis hominum dicti prioris, nec aliquis eorum qui manent in ejus poteſtate recipietur pro remanentia facienda. Additum eſt etiam quod ſi homines ejuſdem villæ extra metas ipſius villæ aliquid acquiſierint in territorio prioris, prior per ſe habebit terragium & conſuetudinem inde ſibi debitam. Similiter ſi aliquid acquiſierint in territorio comitis Campaniæ, comes per ſe habebit terragium & conſuetudinem ſibi debitam. Item, ſtatutum eſt quòd ſi aliquis de feodo meo vel de cuſtodia mea venerit in villam illam, qui ſit homo de corpore alicujus militis, vel alicujus eccleſiæ, vel cujuſlibet alterius perſonæ, & dominus hominis illius juramento trium militum & trium aliorum proborum hominum probaverit quòd homo ille ſit homo ſuus de corpore, & quod eum pro voluntate ſua talliabat, ſicut hominem ſuum de corpore, dominus ille, hoc probato hominem ſuum rehabebit, ſine vadio duelli dando, & ſine omni alia lite, ſalvo ſibi conductu quindecim dierum debito hominibus dictæ villæ. Statutum eſt præterea ut unuſquiſque hominum ſupradictæ villæ annuatim duodecim nummos villico coram ſcabinis perſolvat, & hoc ſtatutis terminis, in feſto ſancti Johannis ſex, & in Natali Domini ſex, & duos capones. Conceſſimus etiam nos comitiſſa, & abbas beatæ Mariæ Silvæ majoris hominibus jam dictæ villæ totam terram ſuam ad terragium quartæ decimæ garbæ, & ubi pratum elaborare potuerint, unius falcis fœnariæ ..... pro nummo annuatim ſoluto hereditariè poſſidebunt. Venationem omnem liberam habeant, excepta quarta parte apri & cervi, quæ noſtris cedent uſibus. Præterea eis dedimus, ut ſi quis amicorum ſuorum gratia viſitandi eos venerit, per totam terram noſtram eundo & redeundo nequaquam impediatur; ita dumtaxat ſi monſtrari potuerit quòd prædicta de cauſa venerit. Ipſi autem conceſſerunt quòd quotieſcumque comes Campaniæ captus fuerit, vel ejus filius, juxta ſcabinorum & juratorum rationabilem & legitimam conſiderationem, ad eum redimendum de ſuis opibus adjuvabunt. Ad torneamenta duci non poterunt, niſi aliquis arroganter comminatus fuerit ſe dominum Campaniæ & ſuos incluſurum in aliquod municipiorum ſuorum, aut vaſtaturum terram ſuam. Ibi enim eos communiter ad honorem ſuum tuendum ducere poterit. Si guerra inter comites Campaniæ & aliquem ſeu aliquos oriatur, ad ſumtus ſuos per diem & noctem unam ipſum eos ducere licebit. Sequenti die in eo negotio, ſi diutiùs manſerint, vel eos procurabit, vel ſine forisfacto ad propria redire poterunt. Uſum etiam totius ſylvæ quæ noſtri juris eſt, uſque ad preſſorium eis donavimus. Super burgenſium aliquem, neque dominus Campaniæ, neque villicus ejuſdem villæ, clamores facere poterit, niſi ſub teſtimonio ſcabinorum; ita tamen quod ſi clamoris alicujus duo jurati teſtes conſonuerint, hereditate exceptâ, poſt juratorum teſtimonium jus cujuſque judicio ſcabinorum relinquetur. Quòd ſi neque ſcabinos, neque juratos teſtes habuerit, per *Leucroy* eum vocabit, id eſt ſolâ manu faciet jusjurandum. Ille verò per ſe & per ſex alios jurejurando, ſi ſanguis effluxerit, ſe purgabit; ſi non, tria juramenta perſolvet. Si quis clamorem de quolibet fecerit, & eum perſequutus non fuerit, judicio ſcabinorum ſuberit, alter verò in pace erit. Si quis ſuper prædictæ villæ hominem clamaverit, & ambo ad placitum venerint, placito non terminato, uterque faciendi quod jus ſcabinorum exiget, vadium vel obſidem dabit. Si quis alii convicia dixerit, & conviciatus clamaverit, nec ille negaverit, duos ſolidos conviciato dabit, & duodecim denarios villico. Quòd ſi negaverit ille uno juramento approbabit, alter tribus ſe deffendet. Quicumque eorum furnum, aut cauponam, aut molendinum caballinum, aut manualem facere voluerit, faciat; de duobus horum nihil dabit, ſed de caupona quatuor Atrebatenſes ſextarios cerviſiæ domino dabit, preſbytero duos. Si terra calumniata per annum & diem teſtibus duobus ſcabinis liberè habita fuerit, non exinde reſpondebitur; ſi teſtes defuerint, ſeptem facient juramenta. Qui vendit domum cum fundamento, domino dat quatuor denarios, & emtor quatuor, & duos villico pro cyrothecis. Et qui ſine fundamento vendit, nihil dat. Poſt mortem mariti, uxor, ſit ſterilis, an non, quatuor tantùm denarios dat domino infra octo dies. Pueri, mortuis parentibus, nihil dant. Si burgenſis villicationem tenuerit, dominus neque vim, neque injuriam ei facere poterit; ſed ſi aliquam querelam contra eum habuerit, judicio ſcabinorum, ſicut alium burgenſem eum tractabit. Quicumque repatriare voluerit, quæcumque habuerit, vendere, vel dare poterit; & ſub præcepto villici coram ſcabinis, ſi ampliùs burgenſis eſſe noluerit, liber abibit. Quicumque in villa per annum & diem manſerit, niſi dominus ejus infra hunc terminum eum repetierit, liber ut alius burgenſis manebit. Si autem infra prædictum terminum eum repetierit, & ille ſe ejus eſſe cognoverit, infra libertatem villæ non tenebitur: ſed ſi requiſitus, ſe ejus eſſe negaverit, proprio corpore requirens dominus eum probare debebit. Si quis pecuniam quamlibet infra villam adduxerit, niſi furtum eſſe comprobari poterit, ſalvam & liberam poſſidebit. Si quis in villa ſine herede moritur, burgenſes ejus poſſeſſionem per annum & diem conſervabunt; & ſi interim aliquis advenerit, qui ejus poſſeſſionis ſe heredem eſſe monſtraverit, prout juſtum eſt, eam obtinebit. Si autem nullus advenerit, medietas poſſeſſionis

Digitized by Google

poſſeſſionis cedet domino, & alia eccleſiæ. Si burgenſium quiſpiam militi aliquid crediderit, nec ab eo debitum ſuum extorquere potuerit, ex civibus ſuis ne ulterius ei aliquid credant, vel vendant prohibebit. Quòd ſi aliquis prohibitum iſtud infringerit, creditor ſuper eum damnum ſuum recuperabit: & ſi creditor pro debito ſuo ſuper militem ad dominum clamorem fecerit, niſi teſtimonium juratorum, ſeu ſcabinorum affuerit, miles jusjurandum faciendo, ſeu per ſe, ſeu per manum miniſtri ſui, nullum ejus debiti ſui damnum ei reſtituet. Quidquid à burgenſe alicui credatur, & non reddatur, de ſuo non capiet. Ditior nihil credet domino, niſi aut panem, aut vinum, aut carnes, & hoc uſque ad quinque ſolidos. Mediocriter dives uſque ad tres ſolidos; pauper uſque ad duodecim denarios, nec plura, donec ea debuerit. Si quis vadimonium vicini ſui habeat quod redimere non velit, ter ei coram ſcabinis offerat. Si ille redimere noluerit, illud vendet, nec poſteà exinde reſpondebit. Si quis inculpatus aliquo crimine fuerit, & ille ſe deffendere noluerit, ſeptem ſacramentis ſe purgabit, ille verò uno probabit. Si autem reus ſe deffendere non poterit, convictor eum excæcabit, vel ſuſpendet, vel ſecundum judicium damnabitur. Si ille cui creditur dicit non tantùm eſſe ſuper vadium quantùm qui credidit dicit, creditor debitum ſuum uno ſacramento obtinebit; ſeptem ſint ſcabini, quorum ſi aliquis moriatur, alius de ſcabinis ſubſtituatur. Quicumque in prædicta villa novam metretam frumenti, vel alicujus leguminis, ſeu liquoris facere voluerit, villico quatuor nummos dabit, &c.

CONSUETUDINES
quas dominus comes Montis fortis ſtabilivit apud *Pamias.

*ſ. Apamias.

Anno 1212. Ex mſ. Illuſtriſſimi marchionis Daubais.

HÆ ſunt conſuetudines & omnia privilegia eccleſiarum & domorum religioſarum à jure canonico & humano conceſſa, & libertates earumdem ab omnibus & ubicumque ſerventur & cuſtodiantur.

I. Eccleſias à laïcis incaſtellari prohibemus, & in ſervitutem redigi, immò & incaſtellatas dirui præcipimus, vel ſervari arbitrio epiſcoporum; ſed in caſtris & in villis aliorum dominorum epiſcopi non poſſint retinere tales munitiones.

II. Item, omnes primitiæ ſine difficultate aliqua reddantur eccleſiis, ſicut conſueverunt reddi in partibus iſtis, & omnes decimæ reddantur, ſicut ſcriptum eſt, & præcipitur à papa.

III. Item, nullus clericus tallietur occaſione hereditatis, ſi quam habuerit, niſi eſſet mercator, aut uſurarius, & idem de paupere vidua.

IV. Item, in dominicis diebus nullum fiat forum venale de cetero; & ſi inventum fuerit inſtitutum, in aliam diem ad arbitrium domi- A ni terræ & communitatis mutetur.

V. Item, quicumque in quolibet crimine, vel alio modo clericum ceperit; etiamſi non haberet niſi coronam, reddatur epiſcopo, vel archidiacono, aut mandato ſuo ſine dilatione. Quòd ſi renuerit, ſtatim excommunicetur, & à domino ſuperiore reddere compellatur.

VI. Item, nulli baronum, aut militum cogant dare talliam homines eccleſiarum & domorum religioſarum, illos ſcilicet homines, quos ex donatione & ex conceſſione regum & principum, & aliorum dominorum terrarum, vel B alio juſto modo liberos poſſederunt uſque ad tempora iſta, ſed ſint liberi ab omni exactione illorum in quorum terris vel villis morantur; ſi verò eorum poſſeſſio per malitiam hæreticorum, & aliorum malorum principum in hac parte interrupta fuerit, & hac de cauſa dubitatio exorta fuerit, ſine omni dilatione veritas inquiratur, aut probatio admittatur ſine diffugio; & ſi violentia interveniſſe verè fuerit inventa, ex tunc ab omni exactione & tallia abſtineant domini caſtrorum, aut villarum in C quibus habitant.

VII. Item, parochiani cogantur venire ad eccleſiam dominicis & feſtivis diebus, in quibus ceſſatur ab operibus, & ibidem miſſam & prædicationem ex integro audire: ita quòd ſi in his diebus feſtivis, dominus, vel domina cujuſlibet domûs ad eccleſiam non venerint, & in villa præſentes fuerint nullâ præpediti infirmitate, aut aliâ cauſâ rationabili, perſolvent ſex denarios Turonenſis monetæ, quorum medietas erit domini villæ, & alia medietas per medium ſacerdotis & eccleſiæ.

D VIII. Item, in omnibus villis in quibus non ſunt eccleſiæ, & extant domus hæreticorum, detur domus una quæ aptior erit ad faciendam eccleſiam, & alia detur ſacerdoti ad habitandum. Si vero eccleſia ibi fuerit, & ſacerdos domum non habuerit, detur domus una in perpetuum preſbytero quæ vicinior erit eccleſiæ.

IX. Item, quicumque de cetero dimittet in terram ſuam hæreticum morari, ſive per pecuniam, ſive propter quamcumque aliam cauſam, & fuerit inde confeſſus & convictus, ob E hanc ſolam cauſam amittet in perpetuum omnem terram ſuam, & corpus ſuum erit in manu domini ad redimendum pro voluntate ſua.

X. Item, cuilibet, ſive militi, ſive ruſtico, licitum erit delegare in eleemoſynam de hereditate propria uſque ad quintam partem, ad conſuetudinem & uſum Franciæ circa Pariſius, ſalvis tamen baroniis & fortiis, & jure alieno, & ſalvo integro ſervitio ſuperioris domini, quod debet habere dominus in reliqua terra, quæ remanet pro hereditate heredibus.

XI. Item, in juſtitiis exhibendis, aut judi- F ciis exercendis, nulla exactio fiat à partibus ſub prætextu alicujus conſuetudinis, aut occaſione advocatorum aut aſſeſſorum, ſed gratis omnino exhibeatur juſtitia hujuſmodi, & pauperi non habenti advocatus detur ad omnia.

XII. Item, nullus credens hæreticus, licèt

Digitized by Google

ſit reconciliatus, fiat præpoſitus, aut bajulus, aut aſſeſſor, in judicio teſtis, aut advocatus. Et idem prorſus ſit de Judæo, excepto hoc quod Judæus poterit contra Judæum teſtimonium ferre.

XIII. Nullus hæreticus vetitus & reconciliatus habeat licentiam remeandi in villam in qua converſabatur in illa perverſa parte, ſed extra villam illam poterit converſari, ubi comes permiſerit.

XIV. Item, clerici, & quilibet viri religioſi, & peregrini, & milites liberi & immunes ab omni exactione pedagii, tranſeant per totam terram noſtram, niſi eſſent mercatores.

XV. Item, barones Franciæ, & milites, tenentur ſervire comiti, quando, & ubicumque habebit guerram contra perſonam quamlibet, ratione hujus terræ acquiſitæ, vel acquirendæ in hac terra, & hoc cum numero militum, ad opus quorum comes dedit terram ſuam & reditus: ita tamen quòd ſi reditus ex integro ſecundum promiſſum fuerint aſſignati ſufficienter, tunc cum promiſſo numero militum tenebuntur ſervire baro, aut miles ſic aſſignatus, quamdiu habebit guerram dominus comes pro hac terra acquirenda, vel acquiſita, ſicut eſt dictum. Ille autem miles, cui non eſſet plenariè facta aſſignatio, ſecundum pactionem, non teneretur ſervire cum integro numero militum ad ſerviendum. Verùm ſi comes *in neceſſitate ſua, aut terræ ſuæ, ſed pro voluntate vellet juvare aliquem, aut aliquos in guerra, ſive vicinos, ſive remotos, milites ſui prædicti non tenentur eum ſequi in hoc, aut eidem ſervire per ſe, vel per alios, niſi hoc fecerint pro amore & beneplacito ſuo.

*f. non neceſſitate.

XVI. Item, milites Francigenæ qui debent ſervitium domino comiti, tenentur ei ſervire cum militibus Francigenis, nec poſſunt in loco militum Francigenarum ponere milites iſtius terræ in ſervitio ſuo uſque ad viginti annos: ſed ex tunc cum talibus militibus idoneis quos in terra invenire poterit, quilibet ſerviet ei.

XVII. Item, milites licentiati à comite, in Francia non debent morari ſine cauſa rationabili ampliùs, niſi uſque ad terminum ſibi præfixum à comite: & tamen comes tenetur eos expectare poſt terminum elapſum, ſalvo ſervitio ſuo uſque quatuor menſes; ſed ex tunc ſine omni reclamatione poterit terram eorum in manu ſua recipere communi, & inde facere liberè voluntates ſuas, niſi poterint oſtendere comiti plenariè ſufficientem cauſam, aut inevitabilem, quare citiùs non potuerint venire.

XVIII. Item, omnes barones, milites & alii domini in terra comitis tenentur reddere caſtra & fortias comiti, ſine dilatione & conditione aliqua, irato & pacato ad voluntatem ſuam, ſcilicet quotieſcumque voluerit illas fortias & caſtra quæ tenent ab eo, & ipſe comes tamquam bonus dominus in illo ſtatu & valore, in quo receperit, tenetur reddere eiſdem ſine diminutione & damno, peractis negotiis ſuis.

XIX. Item, ad bellum campale, ſive nominatum, vel ad ſuccurrendum comiti, ſi fuerit obſeſſus, vel arcebatur, tenentur omnes ire communiter, barones, milites, majores, minores qui fuerint citati. Quòd ſi baro, miles, vel alius dominus terræ in hac ſumma neceſſitate comprobatus fuerit non veniſſe ad commune, auxilium daturus, niſi ſufficienti cauſâ poſſet excuſari, terra quam tenet à comite erit in manu & voluntate comitis. Alii autem minores, ſcilicet burgenſes, rurales, & agricolæ tenentur ire in ſupradictis articulis, ſi citati rationabiliter fuerint, de qualibet domo duo meliores, ſi ibi fuerint: ſi autem in domo non fuerit niſi unus, ille idem tenebitur ire. Qui autem non ierit, & ſuper hoc comprobatus fuerit, niſi ſufficienti cauſâ poſſit excuſari, bona mobilia erunt in manu & voluntate comitis & domini ſub quo manebit per medium.

XX. Item, barones, milites, & alii domini terrarum, qui debent ſervitium comiti, ſi citati ad quindenam non venerint ad locum præfixum à comite ad exercitum: ita quòd infra quindenam iter arripuerit, ſexta pars redituum ſingulorum unius anni, ſcilicet terræ illius quam tenent à comite, erunt pro emenda in manu & voluntate comitis, niſi cauſâ ſufficienti poterit excuſari. Si verò venerit, ſed non cum debito numero militum, pro quolibet milite qui deerit, dabit duplicia ſtipendia, quamdiu ibidem ſine debito numero militum fuerint. Hæc eadem pœna erit baronibus & militibus indigenis, ſi comiti debitum ſervitium non reddiderint.

XXI. Item, nullus in terra comitis quæ ſubeſt ditioni ac poteſtati ſuæ attentet firmare de novo, aut reædificare caſtrum vel fortiam quæ diruta ſunt ſine aſſenſu comitis.

XXII. Item, milites indigenæ, qui fuerint catholici, & hucuſque in fide catholica perſeveraverint, tenentur præſtare ſervitium dominis ſuis, ſive comiti, ſive aliis quod debebant, antequam cruce ſignati veniſſent dominis propriis indigenis. Illi autem qui fuerint credentes hæreticorum, tenebuntur ſervire comiti & baronibus ad arbitrium ipſorum.

XXIII. Item, nulli judicentur credentes fuiſſe hæreticorum, aut fuiſſe hæretici, niſi teſtimonio epiſcoporum & ſacerdotum.

XXIV. Item, nullus baro, aut miles, aut quilibet alius dominus, cui comes dederit terram in partibus iſtis, poterit exigere ultra menſuram talliæ ſtatutam & confirmatam litteris eorumdem dominorum & comitis, ſive nomine talliæ, ſive quæſtus, ſive nomine bonitatis, vel cujuſcumque alterius cauſæ, ſalvis tamen cenſu & aliis reditibus vinearum, domorum, & aliarum rerum & juſtitiis. Hæc enim tallia pro omni alia tallia, ſive quæſtu, ſive demanda eſt inſtituta & commenſurata, ultra quam non liceat aliquid exigi, aut extorqueri ampliùs ab aliquo. Quòd ſi quiſquam ultra exigere comprobatus fuerit, & clamor fuerit comiti, tenebitur ad villam & dominum villæ, in qua hoc factum fuerit mittere, & per eumdem compellitur dominus conſtituere & authenti-

Digitized by Google

care quod ultra cartam ſuam exegerit, & cogitur cartam ſuam ſervare.

XXV. Item, licitum erit omnibus hominibus qui poſſunt talliari tranſire à dominio unius ad dominium alterius pro voluntate ſua: ita tamen quòd illi qui dicuntur liberi, cum omnibus mobilibus ſuis poterunt tranſire ſine aliqua contradictione ad dominium alterius, relictâ hereditate & hoſtiſia priori domino ſuo, cum omnibus iis quæ tenent ab aliis. Alii verò qui dicuntur homines proprii ſervi, poterunt ſimiliter tranſire liberè ad dominium alterius, non ſolùm relictâ hereditate & hoſtiſiâ, ſed mobilibus priori domino ſuo: ita quòd prior dominus, occaſione mobilium aut quæſtæ, vel alterius rei, poſtquam relicto dominio remanſerunt ſub dominio alterius, nihil ampliùs poterit exigere ab eo ubicumque fuerit: ita tamen quòd non poterunt tranſire in dominio clericorum, aut eccleſiarum, quouſque in hoc conſenſerint, & ſuper hoc litteras ſuas dederint comiti, aut baroni.

XXVI. Item, nullus homo mittatur in carcerem, aut retineatur captus, quamdiu poterit ſufficientes plegios dare quod ſtabit juri.

XXVII. Item, nullus dominus recipiat plegios, aut cautionem ab hominibus ſuis, ne cùm voluerint, recedere poſſint à dominio ſub ſua forma ſcripta.

XXVIII. Item, ſecundum conſuetudinem antiquam terrarum & villarum, recipient ab hominibus ſuis jornalia in operibus ſuis, & ſecundum conſuetudinem antiquam dent eis ad comedendum.

XXIX. Item, ſi homines principum & dominorum indigenarum, in hac terra ſuper talliis & exactionibus nimis aggravati fuerint & conqueſti comiti, comes debebit convenire dominos & milites, ut ſuper talliis & exactionibus menſuram ſervent competentem & rationabilem; & ſi neceſſe fuerit, poterit eos compellere ad hoc conſervandum, ne eorum ſubditi nimis aggraventur, propter nimiam malitiam dominorum ſuorum.

XXX. Item, in nemoribus, aquis, & paſcuis habeant uſuarium ſuum homines villarum, ſicut habuerunt à triginta annis uſque huc; & ſi contentio inde orta fuerit inter populum & dominum, qui in poſſeſſione eſt, remaneat in eadem, donec inquiſita fuerit veritas per juramenta antiquorum, qui ſunt in eadem terra, vel alio modo.

XXXI. Item, nullus capiatur pro debito domini ſui, niſi plegius fuerit, aut debitor.

XXXII. Item, nullus baro, ſeu miles, ſeu burgenſis, ſeu ruralis audeat pignorare, vel capere res alterius per violentiam, nec ille cui injuria facta fuerit audeat ſe vindicare ſine licentia ſuperioris; ſed referat clamorem ad ſuperiorem. Si autem contrà hoc feciſſe convictus fuerit, aut confeſſus fuerit; ille qui priùs receperit, alterius dabit pro emenda domino ſuperiori: ſi baro fuerit, viginti libras; ſi miles, decem; ſi burgenſis, centum ſolidos; ſi ruralis, viginti ſolidos; & inſuper ad mandatum domini reddet totum quod ceperit injuriam paſſo; & pro damno, ſi quod habuerit, plenariè ſatisfaciet ei. Qui autem ſe vindicaverit, eodem modo prorſus emendabit ſuperiori, & inſuper illi de quo ſe vindicavit, faciet emendam quadraginta ſolidorum, factâ reſtitutione ablatorum & damni: hoc tamen excepto, quod cuilibet licet incontinenti vim vi repellere.

XXXIII. Item, nulli barones, milites, burgenſes, ſeu rurales audeant aliquo modo ſe colligare, mediante fide, ſeu ſacramento, aut conjurationem aliquam facere, etiam ſub prætextu confratriæ, aut alterius boni, niſi de voluntate & aſſenſu domini. Quòd ſi aliqui fuerint comprobati conjuraſſe contra dominum, erunt tam ipſi, quàm res eorum, in manu & voluntate domini. Si verò conjurati fuerint, licèt non contra dominum, tamen in aliorum damnum: ſi inde fuerint convicti, aut confeſſi, dabunt ſinguli decem libras, ſi fuerint barones; ſi ſimplices milites, centum ſolidos; ſi burgenſes, ſexaginta ſolidos; ſi rurales, viginti ſolidos. Excipiuntur autem ab hujuſmodi pœna negotiatores, aut peregrini, qui jurant pro ſocietate ſibi ſervanda.

XXXIV. Item, quicumque in terra comitis poterit capere hoſtes fidei & ſuos, & non ceperit, & poterit inde comprobari, aut convinci, terra ſua erit incurſa, & corpus ſuum in manu & miſericordia comitis. Hoc ipſum fiet de illo, qui cùm viderit tales, & noluerit proclamare & ſequi eos ſecundum mores terræ bonâ fide.

XXXV. Item, quicumque conducet de cetero victualia, aut res alias quaſlibet, aut quoſcumque homines, ſine licentia comitis Tholoſani, vel ad quoſlibet alios hoſtes CHRISTI, & ſuper hoc convicti fuerint, aut confeſſi, perdent hereditatem in perpetuum cum aliis bonis ſuis, ob hanc ſolam cauſam. Si autem ſerviens aliquis, aut bajulus, ſine licentia domini ſui fecerit hoc ipſum, amittet omnia bona ſua, & corpus ſuum erit in manu & miſericordia comitis. Omnes autem res captæ & homines in hujuſmodi conductum, illius erunt ſine diminutione, aut reclamatione, qui capient eos.

XXXVI. Item, quòd tutela & cura orphanorum in manu illius qui propinquior invenitur, uſque ad ſexdecim annos; & ſi nullus propinquitatis inveniatur, erunt in manu domini de quo movet feudum uſque ad eumdem terminum, comes, vel alius dominus poterit dare pro recompenſatione alicujus aſſignationis promiſſæ. In decimo-ſexto autem anno reddetur terra ex integro orphanis hujuſmodi, & tunc tenebuntur perſolvere ſervitium domino ſuo. Et iſtud capitulum pertinet ad eos tantùm quibus dominus comes dedit terram in partibus iſtis.

XXXVII. Item, piſtores, ſecundum modum & menſuram, ſive pondus à domino ſuo datum eis, panem faciant & vendant. Et ſi hoc non ſervaverint, quotienſcumque contra hoc fecerint, panem totum amittant, & idem fiat de tabernariis.

Digitized by Google

XXXVIII. Item, meretrices publicæ ponantur extra muros in omnibus villis.

XXXIX. Item, pedagia quæ à principibus & aliis dominis ſunt inſtituta à triginta quatuor annis & circa tollantur abſque dilatione aliqua.

XL. Item, cenſus reddantur dominis ſtatutis terminis in domibus ſuis, & quotieſcumque tranſierint ſtatutum terminum, pro ſingulis terminis tranſactis perſolvent dominis pro emenda quinque ſolidos. Quòd ſi tres annos permiſerint tranſire abſque ſolutione cenſûs, dominus poterit dare abſque ulla reclamatione terram ejus alteri, vel vendere; ſi in manu ſua eam retinuerit, tenebitur reddere, ſi pro ſingulis terminis tranſactis perſolvatur, ſicut dictum eſt, quinque ſolidis pœna.

XLI. Item, poſſeſſiones cenſuales non dentur, vel vendatur cum diminutione domini ſuperioris.

XLII. Item, barones, milites, burgenſes, & rurales ſuccedant heredes in hereditatem ſuis ſecundum morem uſum Franciæ circa Pariſius.

XLIII. Item, maritagia mulierum revertantur ad heredes ipſorum, ut poſſint inde contendere teſtamentum, ſi voluerint.

XLIV. Item, nullæ viduæ, magnates, aut heredes, mulieres nobiles habentes municiones in caſtro audeant nubere infra decem annos, ſine licentia comitis pro voluntate ſua indigenis iſtius terræ, ſed Francigenis quibus voluerint, poterunt nubere, non requiſitâ licentiâ comitis, vel alterius; ſed termino elapſo, poterunt nubere communiter.

XLV. Item, omnes uxores proditorum & hoſtium comitis, licèt catholicæ fuerint, eo vivente terram exibunt comitis, ne aliqua ſuſpicio habeatur de eis, & habebunt terras & reditus maritagii ſui, præſtito tamen ſacramento, quòd nullam inde faciant portionem maritis ſuis, quamdiu permanſerint in guerra contra chriſtianitatem & comitem.

XLVI. Item, qualibet domus inhabitata terræ comitis acquiſitæ perſolvat tres denarios Melgorienſes annuatim domino papæ & ſanctæ Eccleſiæ Romanæ, in ſignum & in perpetuam memoriam, quòd per ipſius auxilium contra hæreticos acquiſita fuit comiti, & ejus ſucceſſoribus conceſſa in perpetuum. Terminus autem erit hujuſmodi colligendi ab initio quadrageſimæ uſque ad Paſcha.

XLVII. Item, nullus baro, ſive miles, vel quilibet alius dominus in terra noſtra recipiat in curia ſua duellum pro aliqua cauſa, niſi pro proditione, vel latrocinio, vel pro rapina, vel pro perjurio.

XLVIII. Item, nullus baro, aut miles, vel dominus, faciat tallias in terra ſua, donec menſura poſita fuerit in talliis, ſecundum quod conſtitutum eſt in colloquio domini comitis & baronum apud Apamiam.

XLIX. Item, nullus baro, ſive miles, ſive ſerviens, intrabit modo caſtrum quod ſuum erat tempore hæreticorum, ſi comes eum, aut aliquis, cui comes dederit.*

* Deeſt hic aliquod verbum.

L. Hæ ſunt conſuetudines, quas dominus comes debet ſervare inter ſe & barones Franciæ, & alios quibus dedit terram, tam inter barones & milites, quàm inter burgenſes, & rurales in partibus iſtis. Succedant heredes & hereditatibus ſuis, ſecundum morem & uſum Franciæ circa Pariſius.

LI. Item, in placitis, judiciis, dotibus, feudis, portionibus terrarum, comes tenetur ſervare baronibus ſuis de Francia, & aliis in quibus dederit terram in partibus iſtis eumdem uſum & eamdem conſuetudinem, quæ ſervatur in Francia circa Pariſius.

Actum apud Pamiam in palatio noſtro, anno Incarnationis Domini MCCXII. primâ die Decembris.

CONCORDATIO INTER ABBATEM J. Montis & conventum de partitione ſuorum redituum inter ſe.

Anno 1175. Ex mſ. ſancti Michaëlis in periculo maris.

QUoniam actus humani citiùs per oblivionem in irritum revocantur, niſi per litteras fuerint in memoria reconditi, placuit nobis ſcribere & mandare memoriæ poſterorum quid in hoc Monte ſancti Michaëlis à domno JORDANE abbate ſcilicet & conventu pro bono pacis in perpetuum conſervandæ communiter eſt ſtatutum. Ipſe ſiquidem domnus abbas cum conſilio bonorum virorum & totius capituli conſenſu aſſignavit conventui quædam maneria, quæ conventui convenienter ad victum annuum ſufficere videntur. In hac autem aſſignatione primum poſuit ad opus monachorum Montem ſancti Michaëlis cum omnibus oblationibus & obventionibus eccleſiæ. Similiter & præpoſituram Montis. Poſuit autem & *Genet* integrè per omnia, excepta avena & fœno. In qua tamen equi balleriorum conventus congruam percipient portionem. Poſuit ſimiliter & Brionem. Poſuit nihilominus & ſanctum Paternum integraliter cum denariis & frumentis, fœnum autem & avena ſicut apud Geneſam capietur. In ſylvis vero porcos ad paſtionem ad victum noſtrum mittemus quotquot fuerit opportunum. Poſuit etiam quidquid habemus in Guernereio & Gerſoio. In his maneriis ſeu villis habebit ipſe abbas ſicut dominus revelationes & hominia & duellia. Quod autem pertinebit ad præpoſitos, noſtrum erit. Miſſio monachorum ad altare, vel in aliis officiis, obedientiis conventus cum aſſenſu abbatis ad conventum pertinebit. Similiter & de firmariis & miniſtris. Penſiones videlicet una marcha in Guernereio & dimidius modius frumenti apud ſanctum Paternum donec magiſtro *Hugneireit* beneficium eccleſiaſticum conferatur, & centum ſolidi cenſus apud *Genet* & ſexaginta ſolidi cenſus decano Abrincenſi, & piper, & cera & incenſum quæ debentur eccleſiæ vel præpoſitis villæ Abrincenſis, & cera quæ debetur monachis de Hannibeia, hæc omnia ſuper nos erunt. Ceteræ autem pen-

Digitized by Google

ſiones ad abbatem generaliter pertinebunt. Hoſpitalitas vero magnorum virorum, ſicut regis, vel ducis, vel legati, vel archiepiſcopi, vel epiſcoporum, vel baronum ſuper abbatem erit: ſed habebunt de pane & potu conventus. Abbates autem hoſpites ſi abbas vocaverit eos ad menſam ſuam, panem & potum percipient de conventu & cetera ſicut eſſent in refectorio percepturi. Apud *Genet* & Brionem abbas panem habebit ſicut haberet apud Montem Monachi tales fieri debebunt, qui ſcientia & vita ſint utiles, à quibus nihil exigetur; ſi quid tamen ſponte obtulerint nomine caritatis, conventus erit. Si maneria conventus per abbatem vel ſuper abbatem capta vel impedita fuerint; abbas per ſuam partem tenebitur ea liberare. In obedientiis erunt ſicut fuerant quando abbas aſſignavit conventui victum ſuum. De famulis vero abbatis dixit ipſe ſibi ſufficere quatuor equitantes & octo minores. Hi autem habebunt panem & potum de parte conventus ſicut ſingulis videbitur convenire. Hæc quidem in generali capitulo apud Montem prolocuta ſunt & conſtituta, & ab omnibus tactis evangeliis juramento confirmata; ipſo domno abbate præſtante primitus juramentum, ſententiam anathematis & graviſſimæ maledictionis anathema ponente ſuper omnes illos qui contra hanc tentaverint venire pactionem. In fine vero ſcripti ponendum quod abbas ſecundum juramentum ſuum perquiſivit teſtimonium epiſcoporum cum ſigillis ſuis, Abrincenſis ſcilicet Conſtantienſis & Dolenſis, necnon & abbatum vicinorum noſtrorum, necnon etiam clericorum, & inſuper laïcorum quotquot ad teſtimonium boni & congrui videbantur.

Si quem vero abbatem vel cujuſcumque religionis hoſpitem mecum manducare faciam: de communi victu conventus portionem ſicut in refectorio percipiet. Famuli autem omnium hoſpitum qui in refectorio comedunt cum conventu procurabuntur. Ego ſiquidem apud Tombelenam & qui mecum erunt monachi habebimus communem victum conventus. Si *Mont apud Genereium & Brionem mihi & meis famulis tantum panem. Si comedero in camera mea, habebo de vino & pane quantum duo, & de coquina duo fercula. Si per diem vel poſt cœnam potum in camera mea voluero; habebo ſextarium Camberlingi. Monachos quippe nullos faciam, niſi cum voluntate & aſſenſu conventus. Si vero qui monachus fiet aliquid eccleſiæ contulerit, ad conventum penitus pertinebit. Si maneria vel res quæ ad conventum pertineat per me, ſive propter me quoquo modo capta vel impedita fuerint, meis expenſis... prorſus teneor liberare, In maneriis quæ ad me pertinent, præcipuè *Bretevitt*, Domno Johanne, *Fulquerevitt*, & *Ardevon*, nullum niſi voluero tenebo monachum. Ceteris autem ut antea monachi fuerant tenebuntur. Præterea multimodis gravaminibus conventus compatiens, donec res in melius reformetur, ſufficere mihi volui tres vel quatuor equitantes & tam intus quàm … ris octo alios ſervientes, qui omnes dum intus Montem erunt, panem & potum à cellerario percipient. Cetera eis debeo invenire. Veſtitum autem duplicem de conventu per annum..... ſcilicet centum ſolid. Andeg. Debemus & invicem compotum noſtrum audire de omnibus quæ ad me vel ad ipſos pertinent, tam de iis quæ capiemus, quàm de eis quæ expendemus vel reddemus, Si autem res conventus ſuper rationabilem victum eorum ſuperabundaverint, per viſum meum ponentur in utilitatem eccleſiæ; & ſi minus ſuffecerint ego de iis quæ ad me pertinent teneor ſupplere. Similiter ſi mea meis debitis & expenſis ampliora fuerint; per viſum & conſilium conventus in neceſſitatibus eccleſiæ expendentur. Hæc itaque unanimiter cum communi conſenſu tam mei quàm conventus ſtabilita & confirmata ſunt, me prius juramentum dante, quod hanc inſtitutionem purè & ſponte inviolabiliter obſervarem, & ſimiliter ſinguli monachi juraverunt. Excommunicavimus etiam communiter omnes quicumque huic conventioni contraire voluerint, & ut hoc firmius ſtaret & curioſius ſervaretur, volumus hæc ſigilla apponi. Sigillum domni epiſcopi Abrincenſis, ſigillum domni Conſtantienſis.

*ſ. ſicut in Monte.

CARTA FUNDATIONIS cellæ de Belvaco ordinis Grandimontenſis.

Anno 1213. Ex mſſ. Annalibus ordinis Grandimontenſis.

PHILIPPUS miſeratione divina Belvacenſis epiſcopus omnibus præſentibus & futuris præſentis paginæ notitiam habituris in Domino ſalutem.

Paſtorali neceſſitate conſtringimur, & auctoritate injuncti nobis officii provocamur ad adhibendum ſollicitudinem & laborem, ut ad laudem & gloriam JESU-CHRISTI amplietur in eccleſiis cultus Dei: præſertim ut ſacra religio plantetur, & foveatur plantata, quæ pro noſtra & totius populi ignorantia apud miſericordem judicem inſtando hoſtias offerens plangat, & orationum aſſiduitate ſuarum ipſum nobis reddat propitium & placatum. Hac igitur conſideratione permoti, religionem Grandimontis & ordinem in noſtra diœceſi ampliare volentes, viris religioſis ac Deo amabilibus fratribus Grandimontis, qui pro nomine Chriſti pauperes facti, vitam ducere pauperem elegerunt, ducenta arpenta nemoris, quindecim minus, cum fundo terræ, quam emimus à Guidone Cornuto quondam fideli noſtro, & ea à nobis tenebat de feodo Saviniarum conceſſimus in eleemoſynam liberaliter & benignè ad ædificandam ibidem novam ſui ordinis cellam, in qua quatuor ſ..i ordinis ſacerdotes tenebuntur in perpetuum Domino deſervire. Ob utilitatem autem ſuam quindecim arpenta nemoris noſtri de Sorciaco pro quindecim ſui nemoris quod conceſſimus ipſis permutavimus cum eiſdem. Ad ſuſtentationem autem pauperum fratrum degentium

in eodem loco decimam *de Hanuale*, quam A emeramus à Johanne de *Ravenel* milite & uxore & liberis ejus, dedimus pro decimis *de la Vercines* & de *Savenignies*, quas eis dederamus. Vineam inſuper quæ fuit Parmentarii & vineam ſitam juxta ſanctum Johannem, & aliam quæ fuit abbatis de Becco ipſis conceſſimus perpetuo poſſidendas. Ne igitur lapſu temporis ſeu malignitate cujuſpiam hæc noſtra donatio quam ad ædificationem prædicti loci duximus faciendam, deleri valeat aut aliquatenus irritari, de conſenſu capituli noſtri, eam fecimus, ſalvo jure epiſcopali & juſtitia, ſigilli noſtri caractere roborari. B

Actum anno gratiæ MCCXIII.

DIPLOMA OTTONIS IV. imperatoris Willelmo comiti Flandriæ feoda à comitibus Hollandiæ Florentio & Theoderico poſſeſſa confirmantis.

Anno 1213. Ex cartario Haſnonienſi dominorum de Aveſnis.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. C Ejus gloria OTHO quartus Romanorum imperator ſemper auguſtus.

Juſtum eſt & imperatoriæ majeſtati convenit, ut fideles ſuos tanto majori benevolentia reſpiciat & honoret, quanto eos in ſuis obſequiis promtos magis invenerit ac devotos. Hinc eſt quod nos attendentes fidem ac devotionem magnam dilecti ac fidelis noſtri viri nobilis WILLELMI comitis Hollandiæ, omnia feoda quæ nobiles viri FLORENTIUS & THEODORICUS bonæ memoriæ comites Hollandiæ videlicet prædeceſſores præfati comitis VVILLELMI Hollandiæ ab imperiali aula tenuerint, eidem VVILLELMO in purum feodum cum omni integritate ad eamdem comitiam attinente contulimus, & ut hæc noſtra conceſſio & donatio rata ſit, & in futurum intemerata permaneat, præſens privilegium bulla noſtra juſſimus inſigniri. Hujus autem noſtræ conceſſionis hii ſunt teſtes. BALDUINUS comes de Benthere, BERNARDUS de Horſtmarre, HUGO de Forne, GODEFRIDUS de Bredha, WILHELMUS de Thelinge, & alii quàmplurimi. D

Datum per manum Johannis præpoſiti Werdenſis domni OTHONIS imperatoris clerici familiaris. Signum domni OTHONIS imperatoris IV. invictiſſimi.

Acta ſunt hæc anno Incarnationis Dominicæ MCCXIII. regni noſtri XIV. imperii vero IV. apud Ninagum, idus Januarii, indictione I.

EPISTOLA HERVEI NIVERNENSIS comitis ad decanum Carnotenſem & archidiaconum Pariſienſem.

Petit interdictum ab epiſcopo Æduenſi poſitum relaxari.

Anno 1214. Ex cartario Campaniæ.

HER. comes Nivernenſis, dilectis in CHRISTO amicis, decano Carnotenſi, & archidiacono Pariſienſi ſalutem in Domino.

Sciatis quod tenemus in feodo & homagio de cariſſima domina mea BLANCHA illuſtri comitiſſa Campaniæ caſtrum Cenſorii, Petram Pertuſii, Huchionum & terram Huchionenſem, & prædeceſſores noſtri de ſuis prædeceſſoribus tenuerunt. Verùm cùm dominus noſter Æduenſis epiſcopus caſtra illa cum pertinentiis ad Æduenſem eccleſiam aſſerat pertinere, ea ſuppoſuit interdicto, pro eo quod eadem domina comitiſſa, licèt pluries requiſita, nolebat de ipſo caſtra illa recipere. Cùm igitur nos numquam recuſaverimus, nec adhuc recuſemus ſuper iis ſtare juri, ubi debebimus, ipſam ſententiam petimus relaxari.

Datum apud Buluziacum, anno gratiæ MCCXIV.

LITTERÆ FERRANDI FLANDRIÆ comitis, & Johannæ uxoris ejus, de ſtando teſtimonio ſex militum ſuper jure Bochardi de Aveſnis in comitatibus Flandriæ & Hannoniæ, ratione uxoris ſuæ.

Anno 1214. ex cartario Haſnonienſi dominorum de Aveſnis.

EGo FERRANDUS comes Flandriæ & Haynoniæ, & JOHANNA comitiſſa uxor mea, notum eſſe volumus univerſis præſentes litteras inſpecturis, quòd hoc quod Gerardus de Jaucea, & WILLERMUS patruus, & G. caſtellanus de Bello-monte, & ARNULPHUS de Audenarde, & BALDUINUS de Cominis pater, & GILLEBERTUS de Borghella dicent pro jure, quod dominus Boſſardus de Aveſnis habere debeat, ſive in Flandria, ſive in Haynonia, pro hereditate, vel excauciis uxoris ſuæ, nos eum ſine contradictione habere permittemus, & hoc fide interpoſitâ promiſimus nos obſervaturos.

Datum Gandavi feriâ V. poſt diem Paſchæ, anno Domini MCCXIV.

LITTERÆ PETRI COMITIS & Yolandis uxoris ejus, de fundatione anniverſarii ſui in eccleſia Autiſſiodorenſi.

Anno 1214. Ex ſchedis noſtri Gorgii Viole.

E EGo PETRUS marchio Namurcenſis, comes Autiſſiodorenſis & Tornodorenſis. Ego YOLANDA uxor ejus, notum facimus præſentibus & futuris, nos dediſſe in perpetuam eleemoſynam, ob remedium animarum noſtrarum, capitulo Autiſſiodorenſi ſexaginta ſolidos redditus in ſalagio de Mailliaco annis ſingulis in feſto ſancti Remigii percipiendos. Quòd ſi redditus ſalagii ad perficiendos dictos ſexaginta ſolidos non ſufficerent, nos de aliis redditibus noſtris ejuſdem caſtri, videlicet Mailliaci, eos perficiemus, & prædicto termino reddi faciemus. F Dictum autem capitulum nobis conceſſit, ut annis ſingulis ſemel in anno miſſa de Sancto Spiritu, quamdiu vixerimus, celebretur pro nobis: poſt obitum verò noſtrum. vel alterius tantùm, annis ſingulis in anniverſario noſtro, vel alterius tantùm, miſſa celebrabitur pro defunctis. Ro-

Digitized by Google

gavimus autem venerabilem dominum patrem GUILLELMUM Autiſſiodorenſem epiſcopum, de cujus feodo dictum caſtrum movet, quòd dictam eleemoſynam noſtram ratam haberet, & litteris ſuis patentibus ſuper hoc capitulo traditis confirmaret: quod & ipſe conceſſit & fecit. Et nos in teſtimonium dictæ eleemoſynæ noſtræ præſentes litteras fecimus annotari, & ſigillorum noſtrorum munimine roborari.

Actum anno gratiæ MCCXIV.

FOEDUS INTER ODONEM ducem Burgundiæ, & Blancham Campaniæ comitiſſam, adverſus comitem Nivernenſem.

Anno 1215. Ex cartario Campaniæ Colbertino.

EGo ODO dux Burgundiæ, notum facimus univerſis, quòd ſi comes Nivernenſis apud Griſolias voluerit facere firmitatem, nos dilectæ & fideli noſtræ BLANCHÆ comitiſſæ Campaniæ promiſimus quòd ipſam comitiſſam per nos & per noſtros fideliter juvabimus tamquam fidelem noſtram ad id impediendum: ipſa autem comitiſſa ſine nobis pacem facere non poterit cùm comite Nivernenſi ſuper Griſoliis, nec nos ſine ipſa. Hæc præcedentia nos ſervaturos juravimus, niſi dominus rex Franciæ aliquid in contrarium voluerit ordinare. In cujus rei teſtimonium præſentem cartam fecimus ſigilli noſtri munimine roboratam.

Actum anno gratiæ MCCXV. menſe Februario.

CARTA WILLELMI DE SIGNELAY epiſcopi Autiſſiodorenſis,

De tradita urbe Autiſſiodorenſi burgenſibus ſub annuo cenſu ad ſex annos à Petro comite.

Anno 1215. Ex ſchedis noſtri Georgii Viole.

GUILLELMUS Dei gratiâ Autiſſiodorenſis epiſcopus, omnibus præſentes litteras inſpecturis in Domino ſalutem.

Noverint univerſi, præſentes pariter & futuri, quod nobilis vir dilectus & fidelis noſter PETRUS comes Autiſſiodorenſis tradidit burgenſibus de Autiſſiodoro ad cenſivam villam ſuam de Autiſſiodoro, cum ſuburbiis, & cum omnibus appendiciis, plenè & integrè ad ſex annos, ſingulis annis pro duobus millibus librarum Pruvinenſium: ità quod dicti burgenſes habebunt totam cenſivam, videlicet viginti ſolidos ad minus, & quinque ſolidos de equitatione, & omnes reditus, proventus, emolumenta, excaſuras, raptum, homicidium, furtum, & omnia foriſfacta integrè, ſine ullo retento. Habebunt etiam burgenſes caſtellum & domos caſtelli pro negotiis ſuis faciendis, vel pro præpoſito ſuo ibi manendo. Conceſſit etiam eis comes, quod quicumque veniet Autiſſiodorum, & ibi manebit, ſit de cenſiva, & mittat in expenſis villæ, niſi ſit homo eccleſiarum Autiſſiodorenſium, vel homo vicecomitis, vel militis qui ſit manſionarius apud Autiſſiodorum. Quicumque venire voluerit apud Autiſſiodorum, liberè & quietè poterit venire & recedere. Communitas villæ eliget duodecim burgenſes, & illi duodecim eligent præpoſitum, & iſti bonâ fide tractabunt omnia negotia Autiſſiodori, prout viderint expedire. Iſti etiam eligent tres burgenſes, qui omnia negotia forinſeca ad Autiſſiodorum pertinentia tractabunt, & ibunt pro negotiis villæ quocumque neceſſe fuerit, & erunt jurati. Si vero dicti burgenſes in aliquo deliquerint, ad conſilium noſtrum & quadraginta burgenſium emendabitur, vel mutabitur ille qui mutandus fuerit. Infra hunc terminum non fabricabitur in moneta Autiſſiodorenſi. Tranſactis his ſex annis, villa Autiſſiodorenſis redibit ad conſuetudines magnæ cartæ. Si quis infra hunc terminum litteras comitis attulerit, vel aliquam juſtam prætendat rationem ſuper aliquo debito, quod comes, vel comitiſſa uxor ſua ei debeant, & ſuper hoc non poſſint defendi ab illis, qui in loco comitis erunt, & oporteat debitum ſolvi, non de rebus burgenſium, ſed de fragmento quod burgenſes ei debent perſolvetur. Similiter ſi dominus rex voluerit habere ſervitium comitis, ratione feodi quod de illo tenet, ille qui in loco comitis erit, iſtud ſervitium faciet: alioquin de pagamento quod burgenſes ei debent, fieret iſtud ſervitium. Pagamentum autem comitis ſic fiet: duo millia librarum de primo anno ei reddent burgenſes ad proximum feſtum ſancti Remigii. De aliis annis ei facient pagamentum quolibet anno ad tres terminos, videlicet in feſto Omnium Sanctorum, in feſto Candeloſæ, & in feſto Aſcenſionis. Et fiet iſtud pagamentum comiti, vel mandato ſuo, per manum & teſtimonium noſtrum. De quolibet pagamento habebunt burgenſes litteras noſtras teſtimoniales, & illius qui pro comite recipiet pagamentum. Et quod per litteras iſtas teſtificatum fuerit, ratum erit, nec comes, nec aliquis alius ex parte ſua à dictis burgenſibus aliquid ſuper hoc poterit exigere. Si autem contingeret quod dicti burgenſes deficerent in aliquo pagamento ſtatutis terminis, comes, vel mandatum ſuum hoc oſtenderet nobis, & nos per excommunicationem, vel quibuſcumque aliis modis eos cogeremus ad ſolutionem; & exinde nobis præcipientibus, comes vel mandatum ſuum poſſet aſſignare ad res burgenſium. Dictum etiam fuit, quod ille qui aliam terram comitis cuſtodiet, ſi requiſitus fuerit à burgenſibus, eos tenebitur adjuvare, quando fuerit requiſitus. Super pagamento duorum millium librarum primi anni, ſtatutum eſt quod ſi fortè infra primum annum comitem decedere contigerit, quod de tempore reſtabit, uſque ad finem anni ad reſpectum noſtrum, vel decani, vel abbatis ſancti Petri, qui pro tempore erunt, reſtituetur burgenſibus de rebus comitis, & ſuper hoc eis obligavit Malliacum, Betriacum, & Colengias ſuper Iconiam cum omnibus appendiciis, per manum noſtram, de cujus feodo ſunt. Et iſta tria caſtella tenebimus in manu noſtra, donec

Digitized by Google

burgenſibus ſit de reditibus & proventibus ſatisfactum. Promiſit etiam comes burgenſibus, & conceſſit, quod infra hos ſex annos non tollet Autiſſiodorum de manu ſua. De eo ſiquidem quod burgenſes infra hos ſex annos non poterit comes illos, vel aliquem illorum in cauſam trahere, vel aliquid ab eis exigere, quin ipſi in pace remaneant per juramentum ſuum. Promiſit etiam eis comes, & bonâ fide conceſſit, quòd per ſe, vel per alium non faciet, nec fieri ſuſtinebit pro poſſe ſuo aliquid propter quod iſtæ conventiones poſſint diſſolvi. Anni iſti incipient ad feſtum ſancti Johannis, quod erit anno Domini MCCXVI. Hoc autem comes & Yolendis comitiſſa, & Philippus filius eorum tenere juraverunt. Et nos, ad petitionem burgenſium, promiſimus dicto comiti, quod ſi burgenſes ab iſtis conventionibus in aliquo reſilirent, nos ipſos burgenſes excommunicaremus, donec pleniùs eſſet emendatum. In hujus rei confirmationem præſentem cartulam ſigilli noſtri munimine roboravimus.

Actum anno Domini MCCXV. menſe Martio.

CARTA PHILIPPI COMITIS Namurcenſis pro confirmatione ſuperioris cartæ.

Anno 1216. Ex ſchedis noſtri Georgii Viole.

EGo PHILIPPUS comes Namurcenſis, notum facio univerſis, quod de conſenſu & voluntate mea dominus & pater meus PETRUS comes Autiſſiodorenſis tradidit burgenſibus ſuis de Autiſſiodoro ad cenſam villam ſuam de Autiſſiodoro cum ſuburbiis & cum omnibus appenditiis plenè & integrè ad ſex annos, ſingulis annis pro duobus millibus librarum Pruvinenſium. Hoc etiam dominus comes, & comitiſſa mater mea, & ego bonâ fide tenere promiſimus, & de voluntate domini comitis & comitiſſæ matris meæ litteras præſentes ſigilli mei impreſſione feci confirmari.

Actum anno gratiæ MCCXVI.

EPISTOLA MONACHORUM Grandimontenſium ad Innocentium III. papam.

De converſorum pravis moribus.

Circa annum 1215. Ex mſ S. Juliani Turonenſis.

SAnctiſſimo patri ac domino I. Dei gratiâ univerſalis Eccleſiæ ſummo pontifici, pauperes clerici Grandimontis cum omni reverentia ſalutem de tribulationibus compati miſerorum.

Ad eum oportet in tribulationibus recurrere, qui potens eſt oppreſſos de tribulationibus liberare. Clamaverunt ad Dominum filii Iſraël de Ægypto, & Dominùs exaudivit eos, ſuſcitans eis principem qui liberavit eos de poteſtate Pharaonis, & de domo pariter ſervitutis. Quid vero faciemus nos miſeri, abjectiores omnibus, ſubſannatio & illuſio his qui in circuitu noſtro ſunt, ſub dira laicorum ſervitute conſtituti? Clamare non ceſſamus omnes & ſinguli, ſed nihil proficimus, quia nullus intelligit clamorem noſtrum: dolorem oſtendimus, & nemo ſuccurrit, quippe non eſt propheta in Iſraël. Moyſes nobis mortuus eſt, nec reliquit ſucceſſorem ſibi, qui ejus opera imitetur. Joſue namque noſter non ſtat pro populo ſuo, fœdus pepigit cum alienigenis, & corruptus pecuniâ eorum, contra nos factus eſt advocatus. Non eſt princeps in populo ſuſcitatus à Domino qui liberet nos de manu laïcali. Ipſi ſiquidem laïci nos opprimunt ultra quàm credi poteſt, & affligunt, & de die in diem ſuis aſtutiis ſuæ nos ſatagunt ſubjicere ſervituti. De ſervientibus facti ſunt domini, magiſtri de diſcipulis, fratres de nuntiis, & divites de egenis. Nolunt corrigi, ſed corrigere; non doceri, ſed docere. Volunt videri philoſophi, cùm ſint omnino ſtolidi. Sapientes tamen ſunt, ut faciant mala: bona autem facere neſciunt, quia à Deo non ſunt. Domos ſiquidem ordinis quibus præſident deſtruunt, inſtituta religionis violant, bona communia diſſipant; conſanguineis, notis, & amicis ſæcularibus ea nequiter erogantes: & ſic Hebræos ſpoliant abutentes præcepto Domini, & Ægyptios ditant, & ideo de receptis & expenſis juxta mandatum tuum, Domine, nolunt reddere rationem, ſed contradicunt, dicentes quod curam habent temporalium de mandato tuo, & prout voluerint diſpenſabunt. Licèt autem hæc ferè intolerabilia ſint omni habenti zelum Dei, quædam tamen alia graviora reſtant, in quibus nos affligunt graviùs & moleſtant: manus ſcilicet in nos injiciunt violentas, & minantur fundere cerebrum, ſi in aliquo eorum pravæ voluerimus reſiſtere voluntati: cibos noſtros coinquinant, ut ſic nos perimant. Temporalia omnino ſibi vindicant, & etiam ſpiritalia nihilominus uſurpare præſumunt. Ad collationem enim pulſant, proceſſiones ordinant, ſanctuaria portant, & quod ita debeat fieri dicunt pariter & affirmant. Ipſi etiam nos accuſant ſimul & judicant: & ſi fortè aliquem illorum nos reprehendimus, vel pro aliquo delicto impoſuerimus ei judicium, quod in aliquo ſit ſuæ voluntati contrarium; & contradicit nobis apertè, aſſerens ſe ſcire quomodo debeat judicari. Longum ſiquidem eſſet evolvere contumelias & opprobria, minas & verbera quæ paſſi ſumus à falſis fratribus, & maximè in hoc anno. Sed fratres noſtros viros boni teſtimonii, fideles & religioſos, præſentium portitores ad te, Pater ſancte, tranſmittimus, qui de iis & aliis quæ brevitatis cauſâ ſupprimimus, pleniùs certificare te poterunt; quibus fideliter & indubitanter credere poteris, tamquam expertis propriis in perſonis. Sanctitatis tuæ igitur pedibus obvoluti, rogamus ſuppliciter & devotè quatenus, ſi qua ſunt tibi viſcera pietatis, prædictorum fratrum noſtrorum petitionibus quas de communi aſſenſu partis noſtræ tibi facturi ſunt, pium auditum præbeas, & effectum cœli impleas quod rogabunt. Spes enim noſtra tu es ab ipſa promotione tuâ, refugium noſtrum & virtus, & venia, adjutor in tribulationibus, quæ

Digitized by Google

quæ invenerunt nos nimis. Eripe nos, Domine, de poteſtate barbarica & à ſervitute laïcali, in qua manemus diu, & noſtris forſan peccatis exigentibus coacti pariter & inviti. Si enim nobis deficis, non eſt alius qui adjuvet, nec ſcimus alium apud quem poſt te credamus aliquem invenire recurſum. Pone, Domine, finem cauſæ noſtræ, quæ uſque nunc determinata non fuit per aliquem plenariè, nec deciſa. Verùm quia verba nimis prolixa ſæpe ſunt tædio, jam ideo cartulæ noſtræ finem facimus nos ſervi tui humiles & deſpecti, tentati ſupra modum & anxii. Tu autem, Domine, miſerere noſtri.

INNOCENTII PAPÆ III. EPISTOLA ad Robertum de Corchon cardinalem.

Arguit ipſum quod converſis Grandimontenſibus plus æquo faveat.

Anno 1215. Ex ms. ſancti Michaëlis in periculo maris.

INNOCENTIUS III. magiſtro R. de Corchon preſbytero cardinali apoſtolicæ ſedis legato.

De tua prudentiâ mirari cogimur & moveri, quod cùm aliis debeas eſſe vivendi forma, & religionis & honeſtatis exemplar; tu, ſicut ex tuarum reſcriptis perpendimus litterarum, materia diſſenſionis & ſcandali dignoſceris eſſe factus. Nam cùm converſi Grandis-montis jamdudum calcaneum ſuum erexerint contra priorem & clericos loci ejuſdem, tu converſos ipſos, ut majoris elationis cornua aſſumerent, & in faſtuoſam mentem aſcenderent ſuperbiæ grandioris, ipſos protinus, cùm fuiſti legationis tuæ fines ingreſſus, ſub tua protectione ſuſcipiens, inhibuiſti præfato priori, ne quid contra ſtatum fratrum ordinis permutare modo quolibet attentaret; mandans tam archiepiſcopis, quàm epiſcopis, ceteriſque eccleſiarum prælatis, ac univerſis CHRISTI fidelibus, ut contra ipſum priorem ipſos fideliter tuerentur, moleſtatores & contradicentes eorum excommunicationis ſententiâ compeſcendo. Priori etiam eidem inſuper præcepiſti, ut ipſe qui juxta ſui ordinis ſtatuta non audet exire ambitum domûs ſuæ, in feſto ſancti Hilarii ubicumque te fore contingeret, accederet ſufficienter in tua præſentia reſponſurus. Sic quoque ſuum ordinem infringendo, ipſum non citatum, non convictum, non confeſſum, nec alicujus cognita culpa contra juſtitiam ab executione ſui ordinis ſuſpendiſti, criminando contra ipſum totius ordinis diſciplinam. Cùmque idem prior tuum animum contra ſe indebitè commotum attendens, ac meritò pejora formidans, ſe ac ſtatum ſuum apoſtolicæ protectioni ſupponens, contra te ad noſtram audientiam appellaret, ac excommunicaſſet, poſtmodum G. de Bruis, & G. de Marzac, ac quoſdam alios ordinis ſui converſos, qui citati tertio coram ipſo comparere, de pecunia quadam à ſua domo ſubtracta, & aliis pluribus exceſſibus reſponſuri, contumaciter contemſerunt, aliis in locis ipſorum juxta ordinis ſtatuta in curatorum officio ſubſtitutis, ac facto ſuo à diœceſano epiſcopo roborato, & noſtræ protectioni ſubmiſſo, tu contra ipſum graviùs es commotus, & appellatione ipſius contemtâ, quam decreviſti per tuæ voluntatis arbitrium nullam eſſe, ipſum ab omni adminiſtratione à te ſuſpenſum præcepiſti publicè vitari; mandans univerſis ipſius ordinis fratribus, tam clericis, quàm laïcis, ut priori prædicto in nullo penitus obedirent, ac ad mandatum ejuſdem circa curioſos & converſos non crederent aliquid immutandum, quibus debitam & ſolitam reverentiam exhiberi mandaſti, propter quod curioſi & converſi quos excommunicaverat idem prior, ſicut accepimus, in tantam veſaniam proruperunt, quod à pleriſque domibus fratres ſubſtitutos ab ipſis verberibus & vulneribus afflictos crudeliter ejecerint, ipſos per violentiam detinentes. Quid ergo dicemus ad hæc? cùm in te apertè quodammodo confundamur, cùm audimus te talia operari, quæ numquam audire putavimus, & quæ aliquis idiota agere penitus formidaret. Quis enim te conſtituit judicem ſuper appellationibus noſtris, ut eiſdem contemtis, ſic temerè de ipſis judicares? Quis umquam ſapiens & diſcretus auderet in tantum virum poſt appellationem ad nos legitimè interpoſitam, tam præcipitem ſuſpenſionis ſententiam fulminare? recalcitrantes converſos auctoritate ſuâ ſubducens ab obedientia prælatorum. Nonne Dominus, qui omnia novit antequam fiant, deſcendiſſe legitur, ut videret utrùm Sodomitæ clamorem, qui de perverſis eorum actibus ad ipſum aſcenderat, opere compleviſſent? Exemplo ſuo nos inſtruens, ne facilè, cauſâ incognitâ, ad temeraria judicia procedamus. Nonne ſapiens ille Job, & Dei familiaris amicus, cauſam quam neſciebat inveſtigare ſe diligentiſſimè fatebatur? Nonne ipſe CHRISTUS Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, Scribis & Phariſæis ſervare voluit ſua jura, populum ab ipſorum obedientia non ſubducens, ſed eis præcipiens ut quæcumque præciperent obſervarent, ac inſuper decem leproſis injungens ut ſacerdotibus oſtenderent ſe mundatos, ipſis munus quod in lege præceptum eſt offerendo. Quantumcumquelibet tibi deferre velimus, ne tamen propter hanc cauſam religio illius ordinis diſſolvatur, & percuſſo vel ſuſpenſo paſtore, oves penitùs diſpergantur, & totus grex in præceps miſerabiliter ſimul ruat, ſuſpenſionem illam, utpote poſt appellationem ad nos legitimè interpoſitam latam in prædictum priorem, & ſicut attentaſti indebitè contra ipſum, auctoritate præſentium decrevimus non valere, tibi diſtrictiùs inhibentes, quatenus cavens de cetero à conſimilibus diligenter, non attentes in dictum priorem gravare ulteriùs manus tuas, vel fovere aliquos converſos ipſius ordinis contra ipſum. Nos enim præcipimus, & de novo mandamus venerabili fratri noſtro Bituricenſi archiepiſcopo, & conjudicibus ſuis, ut quod ſuper præmiſſis contra dictos converſos à priore prædicto regulariter actum

dignoſcitur, vel de cetero providè du-t faciendum, auctoritate noſtra faciant, ;llatione remotâ, firmiter obſervari: con-licentes & rebelles, ſi qui fuerint, per cen-im eccleſiaſticam compeſcentes. Quia ve-qui audit increpationes libenter poſſeſſor dis exiſtit, gaudere debes, quod ſuper iis duximus arguendum, cum in hoc repre-ıſibilis eſſe proberis. Sic enim dum virgæ n parcimus, tuum profectum in Domino igere comprobamur, eo quod pater filium em diligit corrigit, & Deus quos amat ar-it & caſtigat. Vellemus enim quod de te cere poſſemus, *Ecce odor filii mei, ſicut odor ri pleni, cui benedixit Dominus*: ad quod)tinendum cum Dei adjutorio debes totis vi-bus laborare, ut cum exultatione ad nos re-ens manipulos tuos portes nulla ambuſtos ure-ine vel nociva nebula obfuſcatos. Datum .omæ apud S. Petrum Nonis Martii pontifi-atus noſtri anno XVII.

CARTA BLANCHÆ COMITISSÆ Trecenſis de pacto matrimonii inter Ludovi-cum filium Philippi regis & filiam comitis Nivernenſis.

NOtum ſit tam præſentibus quàm futuris quod ego Blancha comitiſſa Trecenſis palatina, de mandato domini mei cariſſimi il-luſtris PH. regis Francorum, & domini filii ejus juravi H. comiti Nivernenſi, quod ſi idem Ludovicus, vel filii ejus in aliquo reſilirent à pactionibus quas habent cum eodem comite, de matrimonio filiæ ejus, & filii ejuſdem do-mini Ludovici, & de aliis ad idem matrimo-nium pertinentibus, ſecundum quod in litte-ris eorum ſuper hoc confectis plenius contine-tur: ego poſt quadraginta dies, poſtquam ſub-moniti, id emendare nollent, nullum ſervi-tium, nec auxilium, nec conſilium eis præ-ſtarem, niſi de hoc emendando, donec eſſet plenius emendatum. Quod ut firmum & ſta-bile perſeveret, præſentem paginam ſigilli mei munimine confirmavi.

Actum Meleduni anno Domini MCCXV. Menſe Junio.

LITTERÆ ARNALDI abbatis Ciſtercienſis ad Blancham comitiſſam Trecenſem.

Suffragiorum ordinis participationem concedit, pro quo ipſius benevolentiam & protectionem flagitat.

CLariſſimæ dominæ B. illuſtri comitiſſæ Trecenſi frater A. Ciſtercienſis dictus abbas totuſque conventus abbatum generalis capituli ſalutem & devotas orationes in Do-mino.

Devotionem veſtram laudabilem, quam erga ordinem geritis audientes, ſicut & di-gnum eſt plurimum in Domino commendan-tes, petitionem veſtram libenter admiſimus, plenam vobis participationem omnium bono-rum quæ per ordinem fiunt ubique terrarum à nobis conceſſimus in æternum. Præterea quan-do nuntiatus fuerit obitus veſter in generali capitulo, quidquid faciendum eſt pro uno de fratribus noſtris in ordine faciemus ſimiliter & pro vobis. Ob inde ſublimitati veſtræ ſup-plicamus attentiùs & tamquam filiæ & in Chri-ſto cariſſimæ & ſpeciali advocatæ noſtræ vo-bis injungimus, ut univerſitatem ordinis in-tuitu Dei dignemini jugiter & diligere & fovere, maximèque domos illas, quas cariſ-ſimi anteceſſores veſtri devotione piiſſima fun-daverunt.

EPISTOLA INNOCENTII papæ III. ad archiepiſcopum Bituricenſem & ejus ſuffraganeos

Ut ſubveniant regi Anglorum.

INNOCENTIUS epiſcopus ſervus ſer-vorum Dei venerabilibus fratribus Bituri-cenſi archiepiſcopo & ſuffraganeis ejus ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Anno 1216. Ex cartario Bituricenſ.

Ecce terræ malleus univerſæ, qui ſeducere nititur totum orbem diabolus & ſathanas, poſtquam in ſuæ tempeſtatis area ventilavit alias provincias atque regna, expetiit ut cri-baret ſicut triticum vobis circumpoſitam re-gionem; quod ideo juſtus judex tacitis aliis rationibus permittere nunc videtur, ut bo-nos à reprobis, Chriſti fideles ab infidelibus, & conſtantes ab arundineis, qui ab omni ven-to circumferuntur ſecernat & reddat omnibus manifeſtos. Scitis enim quàm proditoriè ac iniquè barones Angliæ inſurrexerunt in Do-minum & Chriſti militem, regem videlicet Angliæ, qui Crucis aſſumto caractere tam magnificè ac potenter ad Terræ-ſanctæ ſubſi-dium ſe parabat, & offerebat eiſdem multis modis juſtitiæ plenitudinem exhibere, nec no-ſtris monitis & mandatis ab incepta perfidia, recedere voluerunt. Quin Dei timore poſtpo-ſito & eccleſiaſticâ cenſurâ contemtâ, rupto-que omni fœdere fidelitatis & homagii dudum præſtiti ſuo regi, diſſipare ipſum regnum, quod eſt ſedis apoſtolicæ ſpeciale, ac exinde regem expellere moliantur. Propter quod ip-ſos cum complicibus, adjutoribus & fautori-bus ſuis, ac illis qui ad occupandum vel inva-dendum regnum ipſum operam vel opem im-penderint ſeu præfati regis ſuccurſum præ-ſumſerint impedire, nuper excommunicavimus in concilio generali. Ne igitur ipſorum nequi-tia invaleſcat, & per hoc diſſipetur omnino negotium Terræ-ſanctæ, fraternitati veſtræ per apoſtolica ſcripta diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus principes, milites & ba-rones per veſtras diœceſes conſtitutos monere ac inducere procuretis, ipſis ex parte noſtra in remiſſionem peccaminum injungentes, ut præ-

dicto regi feſtinum impendant auxilium & juvamen, diligentes & timentes ampliùs Regem æternum, quàm aliquid aliud temporale, oſtendentes etiam manifeſtiùs in hoc facto, quàm virtuoſè ſe pro CHRISTI nomine opponerent Saracenis, & exponerent ſemetipſos, & ſua, ſi eſſent contra ipſos in acie conſtituti, cùm illos propinquos habeant, qui pejores in hac parte Saracenis exiſtunt, eò quòd cùm ſint CHRISTI caractere inſigniti, apoſtatare videntur, dum implere contendunt deſiderium paganorum, impediendo tam grande ſubſidium Terræ-ſanctæ. Oſtendant ſe igitur in hoc tempeſtatis articulo qui ſunt Dei, & à ſequela diaboli recedentes, qui multos ſibi aggregare nititur in hoc facto, aſſocient ſe militiæ JESU-CHRISTI ejus militem, immò ipſius negotium viriliter defendendo, ut tandem recipere mereantur in cœlis triumphalem militis ſui palmam, & victorioſam gloriæ cœleſtis coronam.

Datum Laterani III. Calendas Februarii, pontificatûs noſtri anno XVIII.

HONORII PAPÆ III. EPISTOLA

Significat ſuam in ſummum pontificatum promotionem.

Anno 1216. Ex mſ. S. Illidii Claromontani.

HONORIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, &c.

Supernæ diſpoſitio majeſtatis quæ orbem terrarum cœleſti conſilio moderatur, ſacro-ſanctam Romanam Eccleſiam ab ipſo fidei primordio, caput omnium eccleſiarum inſtituit & magiſtram: ordinans in ea fidei orthodoxæ miniſtrum, juris & juſtitiæ plantatorem, qui vicem PETRI gerat in terris, ligandi atque ſolvendi habeat poteſtatem, gladium obtineat ſpiritalem, ſitque lapis angularis, per quem ſaxa & parietes diverſarum hæreſum confringantur. Sanè hic dicitur luminare majus, quod ad illuminationem gentium & gloriam chriſtianæ plebis mundo noſcitur præeminere. Super hanc equidem eminentioris Eccleſiæ ſpeculam conſtituit Dominus venerabilis memoriæ INNOCENTIUM epiſcopum III. qui per vitæ merita, & ſapientiæ magnitudinem INNOCENTIUS meruit appellari, ut ſignificatio nominis regularem conſequeretur effectum: unde fecit illum creſcere in plebem ſuam, & teſtamentum ei contulit gratiæ plenioris, quoniam Eccleſiam Græcam, quæ ſpretis azymis veritatis, in fermento ſacrificare veteri præſumebat, ſub alas Eccleſiæ Romanæ reduxit, & hodie ſibi tamquam ſpecialis filia famulatur. Verùm quia mortalis erat, & ſententiam mortis evadere non poterat temporalis; idcirco ſe armis pœnitentiæ præmunivit, optans diſſolvi, & eſſe cum CHRISTO, in quo & per quem vivere volebat & mori; ſicque de via tranſivit ad patriam, & de hoc ergaſtulo carnis tranſlatus eſt ad conſortia beatorum, cum quibus regnabit, coronâ immarceſſibilis gloriæ coronatus. Et licèt non dubitemus eſſe ſanctum, quem apex tantæ dignitatis attollit, nihilominus Omnipotentis clementiam imploremus, ut ſi aliquid veniale ſibi de contagiis humanæ fragilitatis inhæſit, dono ſuæ pietatis indulgeat, & abſtergat, & filium recipiat inter ubera Sponſæ cœleſtis, quæ patrem in terris conſtituerat & doctorem. Ipſius demum venerabili corpore, ſecundum celebrem conſuetudinem tumulato, univerſi cardinales unanimiter convenerunt, ut de ſubſtituendo paſtore tractarent; cùmque omnium & ſingulorum voluntates eſſent diligenter requiſitæ, in nos vota omnium convenerunt, & ita pari voto & unanimi concordiâ, de parte ſollicitudinis vocaverunt nos in plenitudinem poteſtatis. Nec tamen contradicere potuimus, nec etiam reluctare, noſtram inſufficientiam allegantes, ut non compelleremur ſubire pondus officii paſtoralis, quod volebamus libentiùs evitare. Cùm itaque tantæ dignitatis & honoris onus, abſque veſtrarum orationum ſuffragiis ferre noſtri humeri non valerent, univerſitatem veſtram rogamus in Domino, & monemus, quatenus Conditoris omnium clementiam exoretis, quòd nobis de munere gratiæ ſuæ conferre dignetur, ut cum temone fidei & anchora juſtitiæ, Principis apoſtolorum Naviculam gubernemus, &c.

EPISTOLA ECCLESIÆ Mediolanenſis ad HONORIUM papam III.

De ipſius ad ſummum pontificatum promotione.

Anno 1216. Ex mſ. S. Illidii Claromontani.

BEnedictus Dominus Deus Iſraël, qui orbi & Urbi patrem contulit & paſtorem, qui ſuæ rectitudinis virgâ reget populum in æquitate, ſplendore ſuæ ſapientiæ corda fidelium illuſtrabit, & Sponſam CHRISTI liberabit ab incurſibus tyrannorum. Hunc expectabat Eccleſia; hunc cleri devotio poſtulabat; hunc omnes & ſinguli totis affectionibus peroptabant. Gaudet imperium, exultant regna, & ſingulæ provinciæ conlætantur: quoniam ille factus eſt vicarius CHRISTI, & magiſter catholicæ fidei, quem ſapientia exornat, quem honeſtas morum facit luce clarius præpollere. Congaudent ſenes, juvenes tripudiant, & virgines cum junioribus prorumpunt in modulamina vocum, quoniam illum patrem ſe habere cognoſcunt, qui juſtitiam confovet, qui caritatis opera imitatur, & unicuique jus proprium nititur conſervare. Hic eſt quem caritas ædificat, quem non inflat ſcientia, quem preces non flectunt, quem non ſubvertunt munera cavilloſa: unde poteſt columna immobilis nuncupari, & candelabrum aureum quod Sancti Spiritûs noſcitur claritudine radiare. Dignum ergo erat & conſentaneum rationi, ut in quo vota omnium convenerant, omnibus præeſſe deberet. Tanto ergo patri & domino ſe Mediolanenſis Eccleſia commendat, ſupplicando humiliter & devotiùs, quatinus eam dignetur ſub protectionis ſuæ umbra tueri, & robore apoſtolico præmunire.

Digitized by Google

A

BENEVENTANÆ ECCLESIÆ ad Honorium papam III.

Ejuſdem argumenti.

BEneventana Eccleſia Eccleſiæ Romanæ filia ſpecialis, ſe vobis tamquam patri ſpecialiſſimo recommendat. Et nos qui eidem, permittente Domino, deſervimus cum jubilo, magnificamus Omnipotentem, quia viſitavit & fecit redemtionem plebis ſuæ, ſibi patrem & patronum præcipuum conferendo, qui velo juſtitiæ, temone fidei, & æquitatis anchorâ, PETRI naviculam gubernabit. Talem namque mundo præeminere decebat, qui panes in menſa propoſitionis frangeret figuratos, qui per rectitudinis itinera dirigeret arcam fœderis, & lumen ſuæ ſapientiæ ſuper candelabrum eluceret ad illuminationem gentium, & gloriam chriſtianæ plebis. Et licèt omnes profeſſores nominis chriſtiani de veſtra profeſſione lætentur; nos tamen qui nullo poſt Deum mediante, veſtræ ſpiritaliter & temporaliter ſubjicimur ditioni, tantò ampliùs exultamus, quantò ſpecialiùs ab uberibus conſolationis & protectionis veſtræ ſperamus quotidie refoveri: unde Omnipotentis clementiam aſſiduè rogitamus, ut ſemper vos faciat ſecundum utrumque hominem proſperari, & per multos annos in apoſtolatûs cathedra beatiùs reſidere.

D

CARTA GALCHERI COMITIS SANCTI PAULI,

Quâ Blancham comitiſſam Trecenſem vadem conſtituit ſuper pactis matrimonii inter Hugonem filium ſuum & ſororem comitis Barri-ducis.

EGo GALCHERUS comes Sancti Pauli, notum facio univerſis præſentes litteras inſpecturis, quòd ego & filius meus HUGO cariſſimam dominam noſtram BLANCHAM illuſtrem comitiſſam Trecenſem plegiam conſtituimus erga nobilem virum H. comitem Barri-ducis ſuper eo quod dictus HUGO filius meus ab ipſo comite, vel de herede qui de ſuo corpore procrearetur, plus non exiget pro matrimonio quod contraxit ipſe HUGO cum ſorore memorati comitis Barri-ducis, quàm quingentas libratas terræ. Si autem occaſione hujus plegeriæ domina comitiſſa aliquod damnum incurreret, ego & filius meus HUGO ei creantavimus quòd ipſam redderemus immunem, & etiam ſe poſſet capere ad feodum quod de ipſa tenemus, ſine meſacere, & ſine fidem mentiri. In cujus rei teſtimonium præſentes litteras ego comes Sancti Pauli feci fieri, & ſigilli mei munimine roboravi.

Actum anno gratiæ MCCXVI. menſe Auguſto.

LITTERÆ HENRICI COMITIS Grandis-prati,

Quibus agnoſcit plura ſe tenere caſtra à comitiſſa & comite Campaniæ.

EGo HENRICUS comes Grandis-prati, notum facio, tam præſentibus, quàm futuris, quòd ego de dilecta mea domina BLANCHA comitiſſa Campaniæ, & de THEOBALDO filio ejuſdem comite teneo caſtellum Grandis-prati, & totam caſtellaniam ejuſdem caſtelli, & caſtellum de Buſentiaco cum tota caſtellania ejuſdem caſtelli, & Sarnaium, & ea quæ tenet de me dilectus & fidelis GUIDO de Sarnaio in eadem caſtellania, & Autreium, & ea quæ tenet de me dilectus & fidelis meus BALDUINUS de Autreio, & feodum quod de me tenet dominus de Gornaio, & feodum quod GILO de Sancto Johanne de me tenebat. Et ſi præter iſta quæ in præſenti carta nominantur, aliqua in comitatu meo quæ deberent recognoſci & teneri de domino Campaniæ, ego ad diem aſſignatum à domino Campaniæ bonâ fide debeo ei ea recognoſcere. De ſupradictis autem feodis & hominibus ipſorum feodorum faciam juvari bonâ fide contra omnes homines prædictam comitiſſam, & THEOBALDUM filium ejuſdem comitem Campaniæ. Et ut hoc ratum ſit, & firmum teneatur, præſentem cartam ſigilli mei munimine roboravi.

Anno 1216. Ex cartario Campaniæ.

Actum anno Dominicæ Incarn. MCCXVI. menſe Septembri.

LITTERÆ EPISCOPORUM & abbatum,

De Pacto matrimonii inter D. Guidonem de Monteforti, & comitiſſam Bigorræ.

FIdelis eſt arca memoriæ actorum conſcriptio, quæ ſæpe occurrit & reſiſtit calumniis & malitiis hominum, dum fideliter narrat & recenſet rerum geſtarum ſeriem & proceſſum. Proinde conſideratione prudenti quæ acta ſunt coram nobis duximus conſcribenda. Nos igitur A. divinâ miſeratione Bigorritanus, S. Coſeranenſis, B. Olerenſis, & J. Adurenſis, epiſcopi: Et nos P. Clariacenſis, O. Generenſis, & A. Sancti Savini abbates, ad omnium notitiam ad quos litteræ præſentes pervenerint, volumus inſinuatione præſentium deferri; quòd nobilis vir GUIDO filius domni SIMONIS ducis Narbonenſis, comitis Toloſæ & Leyceſtriæ, Biterrenſis, & Carcaſſonenſis vicecomitis, & domini Montifortis, nobis & multis baronibus, & aliis aſſiſtentibus, & mediantibus, publicè & ſolemniter deſponſavit ſibi in legitima copula maritali nobilem mulierem P. comitiſſam Bigorræ. Porro ipſâ die diſpenſationis, antequam in facie eccleſiæ devenirent, coram nobis præſcripta comitiſſa conſtituit

Anno 1216. Ex cartario Campaniæ Bibliothecæ regiæ.

præfato nobili, cui nuptura erat, totum comitatum Bigorræ, & vicecomitatum de *Marzan* in dotem, & univerſa jura & pertinentias ſuas ubilibet conſtitutas; ut proles quam munere cœleſti ab ipſo ſuſcipiet, tamquam legitimus heres, vel heredes legitimi ejuſdem comitiſſæ omnia in integrum jure hereditario poſſideant pleno jure. Idem quoque GUIDO, de aſſenſu patris ſui, hereditatem quam ei pater ſuus aſſignabit, eidem comitiſſæ ita contulit, ut proles quam ab ipſo ſuſciperet tamquam legitimus heres, vel heredes legitimi ejuſdem GUIDONIS, eam in integrum jure hereditario poſſideant pleno jure. Inſuper hæc pacta interpoſita ſunt inter eos. Præfatus GUIDO filius dicti domini ducis cum auctoritate patris, & aſſenſu ejuſdem, conſtituit ei in donatione propter nuptias quingentas marchas argenti, in annos ſingulos, quas præfata comitiſſa, ſi ſuperſtes fuerit, percipiet quamdiu vixerit annuatim, marito deffuncto, ſive prole, ſi forte præmori eum contigerit & ipſam agere inter vivos. Præfati autem redditus annuales debent aſſignari comitiſſæ à dicto domino duce in locis competentibus citra Carcaſſonam, conſilio & arbitratu domni G. Auxitani archiepiſcopi, & A. Tarvienſis, & G. Convenarum epiſcoporum, & R. de Carraſa militis, citra Paſcha; vel uno, vel duobus, vel tribus iſtorum quatuor abſentibus, unus ipſorum dictos redditus aſſignandi plenariam habeat poteſtatem: vel etiam dominus dux ſupradictus tenetur aſſignare eoſdem redditus bonâ fide citra Carcaſſonam, & infra Paſcha, ſi fortè illos quatuor contigerit ſubtrahi ab hac luce, vel ex aliquo accidenti fortuito impediri, quominus liberè poſſet per ipſos negotium expediri. Similiter ſi præfato GUIDONE marito comitiſſæ ſuperſtite, ipſam comitiſſam præmori contingeret, & ſubtrahi ab hac luce ſine prole; conſtituit ei dicta comitiſſa quingentas marchas argenti in annos ſingulos, quamdiu vixerit, percipiendas ſuper parte terræ ſuæ, arbitrio prædictorum quatuor, vel unius eorum, aliis de hac luce ſubtractis, vel juſtâ cauſâ aliquâ impeditis; & hoc fiet ſimiliter citra Paſcha. Inſuper convenit inter præfatum ducem, & præfatum, quòd, quidquid neceſſariò, vel utiliter, idem dux ad recuperandum caſtrum de *Leurda*, vel ad alia jura ejuſdem comitiſſæ recuperanda expenderit, vel ad ipſam comitiſſam liberandam à debitis & æris onere alieni, ſeu etiam ad deffendendam terram ſuam, vel etiam in ædificiis faciendis, hoc totum ſuper totam terram comitiſſæ, & omnia jura ejuſdem, memoratus dux habebit, & eamdem terram, & jura, ipſe & heredes ſui tamdiu poſſidebunt liberè & quietè, donec univerſum debitum eiſdem fuerit plenariè perſolutum; nec fructus terræ computabuntur in ſortem, cùm ad alia onera, & neceſſitates terræ ſuſtinendas, omnes fructus & proventus totius terræ ab omnibus neceſſarii reputentur. Ad has mutuas pactiones ſervandas firmiter & tenendas, obligaverunt ſe mutuo, & ſibi promiſerunt bonâ fide, ſcilicet

A comes GUIDO pro ſe fidejuſſoriam præſtitit cautionem comitiſſæ, & baronibus ejus, ſcilicet dominum ducem patrem ſuum, & dominum Anialis . . . fratrem ſuum, in manu noſtra. Ipſa etiam comitiſſa pro ſe fidejuſſores dedit barones ſuos RAYMUNDUM GARSIÆ de Lerida *Contebondans*, Bernardum *de Caſtel Baiaq*, & Arnaudum Guillelmi *de Barbazan*. Iſti omnes promiſerunt bonâ fide, videlicet pro comite, pater & frater; & pro comitiſſa barones, quòd ſecundum tenorem præſcriptum firmiter facerent pacta ſervari. Poſt hæc, deſponſatione factâ publicâ & ſolemni, & nuptiis ſecundum morem Eccleſiæ celebratis, in craſtinum, barones Bigorræ, & homines Tarviæ ſæpedicto GUIDONI marito comitiſſæ homagium fecerunt, & de fidelitate ſervanda eidem GUIDONI, & de omnibus prædictis pactionibus ſervandis, ſæpedicto duci & heredibus ſuis præſtiterunt de mandato ejuſdem comitiſſæ juratoriam cautionem, recepto prius à dicto GUIDONE juramento, quod terram ſecundum bonas & rationabiles conſuetudines regeret & teneret. Hæc vidimus & teſtamur; & ne lapſu temporum tenor & ſeries à memoria elabantur, conſcriptionem hanc fecimus ſigillorum noſtrorum teſtimonio communiri, & ad majorem prædictorum omnium firmitatem. Nos SIMON Dei providentiâ dux Narbonæ, comes Tholoſæ & Leyceſtriæ, Biterrenſis & Carcaſſonæ vicecomes, & dominus Montisfortis; & nos P. comitiſſa Bigorræ, ſigilla noſtra apponi fecimus huic cartæ.

Hæc acta ſunt Tarviæ anno incarnati Verbi MCCXVI. Dominicâ inſtanti poſt feſtum Omnium-ſanctorum, & feriâ II. Diebus verò pauciſſimis jam elapſis, nos G. archiepiſcopus Auxitanus ſupervenientes ad inſtantiam dictorum domni ducis, G. filii ejus, & P. comitiſſæ pactiones præſcriptas ſigillo noſtro fecimus corroborari, & ad preces eorumdem nos ipſis tum ita obligavimus, ipſis ſe nobis ſuâ ſponte ſubjicientibus, quòd ſi aliquis, vel aliqui præſcriptorum omnium (quod abſit) vellent à dictis pactionibus reſilire, haberemus poteſtatem, & eccleſia Auxitana poſt nos, compellendi ipſos, & heredes ipſorum, per cenſuram eccleſiaſticam, & aliis modis omnibus quibus poſſemus; ad omnes dictas pactiones ſervandas, firmiter & tenendas.

Actum loco, anno & menſe, quibus ſuprà.

HONORII PAPÆ III. ad Blancham Campaniæ comitiſſam & Theobaldum comitem ejus filium.

Gratias agit pro miſſis xeniis.

HONORIUS epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectæ filiæ nobili mulieri comitiſſæ & T. nato ejus comiti Campaniæ ſalutem & apoſtolicam benedictionem. *Anno 1216. Ex cartario Campaniæ.*

Ad devotionem quam progenitores veſtri ad Romanam Eccleſiam habuerunt, & vos

Digitized by Google

ipſi habere noſcimini, ad eamdem plenum A habentes reſpectum, nuntios & litteras veſtras benigne recepimus: & quem ad vos gerimus affectum dilectionis & gratiæ per effectum operis curavimus demonſtrare petitionibus veſtris benignius annuendo. In firmo enim propoſito gerimus in agendis veſtris, tamquam ſpecialibus filiis apoſtolicæ ſedis vobis adeſſe, in quantum cum Deo & noſtra poterimus honeſtate & illis intendere quæ veſtrum honorem reſpiciant & profectum. De exeniis B autem in quibus nos per eoſdem nuntios viſitaſtis devotionem veſtram proſequentes, actionibus gratiarum monemus & exhortamur attentius, quatenus de gratiæ noſtræ favore ſecuri in devotione apoſtolicæ ſedis firmiter perſiſtatis: ita quod plenius & noſtram gratiam de die in diem promereri poſſitis.

Datum Romæ apud S. Petrum v. Idus Decembris pontificatus noſtri anno I.

C

LITTERÆ WILLELMI COMITIS Sacricæſaris, caſtrum Sacricæſaris Roberto de Cortenaio per quatuor annos cuſtodiendum tradentis.

Anno 1216. Ex cartario Campaniæ.

EGo Willelmus comes Sacricæſaris notum facio univerſis præſentes litteras inſpecturis, quòd ego Jeroſolymam profecturus rogavi cariſſimam dominam meam Blancham comitiſſam Campaniæ, ut dilecto meo domino Roberto de Cortenaio D cuſtodiam Sacricæſaris caſtri mei cum omnibus appenditiis ſuis (de quo caſtro & de pluribus aliis ſum homo ligius dictæ comitiſſæ) ante omnes homines habendam concederet uſque ab inſtanti Paſcha in quatuor annos completos, tali modo, quod ſi me interim decedere contigerit, idem Robertus teneat poſtea prædictum caſtrum cum appenditiis ſuis tamquam de ballio, ſalvo jure alterius, donec Ludovicus filius meus pervenerit ad ætatem tenendi terram. E Hæc autem prædicta domina mea ad preces meas voluit & laudavit, ſalvo jure & ſervitio ſuo.

Actum anno Incarnati Verbi MCCXVI. Menſe Decembri.

FORMA PACIS INTER ILLUSTRES reges Franciæ & Angliæ.

Anno 1216 Ex ms. illuſtriſſimi Marchionis Daubais.

HÆc eſt pax reformata inter dominum Ludovicum regis Franciæ primogenitum & Henricum regem Angliæ illuſtrem. F Imprimis, quòd omnes homines & impriſii ipſius domini Ludovici & coadjutores ſui Angliæ & alii laïci tantùm qui terram tenuerunt in principio guerræ in regno Angliæ, habeant terras ſuas & ſaſinas ſicut habuerunt in principio guerræ, & libertates & conſuetudines regni Angliæ, & ſi emendationes factæ fuerint de libertatibus, communes ſint tam illis quàm aliis, & quod dominus rex Angliæ & omnes homines & impriſii ſui qui terram tenuerunt in principio guerræ, habeant omnes terras ſuas & ſaſinas de quacumque terra fuerint, ſicut eas habuerunt in principio guerræ in regno Angliæ.

Item, civitas Londonienſis & omnes aliæ civitates & burgi habeant rectas libertates & rectas conſuetudines.

Item, omnes priſones qui capti fuerunt ex utraque parte poſtquam ipſe dominus Lodovicus primo applicuit in Anglia deliberabuntur. De aliis verò qui capti fuerunt ante primum adventum ejus in Angliam, ſic erit quod conſilium domini regis Angliæ eliget tres de conſilio domini Lodovici per quorum ſacramentum fiat inquiſitio, qui fuerint homines vel impriſii ipſius domini Lodovici regis die qua capti fuerunt & per ſacramentum prædictum deliberentur.

Item, de omnibus priſonibus ſic erit quod omne illud quod ſolutum eſt de redemtione eorumdem ſolutum ſit: & id quod ſolutum non eſt unius termini ſi tranſierit ſolvantur termini, & reſiduum redemtionis quittum ſit: & ſi contentio fiat, quod dicatur quod termini de redemtionibus priſonum præteriti ſunt, conſilium domini Ludovici eligat tres de conſilio domini regis Angliæ, per quorum ſacramentum declaretur ſi termini de redemtionibus tranſierint necne, & à die quâ firmabitur pax iſta, aliqua diſtrictio fieret priſonibus de ſolutione redemtionum feſtinanda, inde quiti eſſent. Omnes autem priſones, & alii de regno Angliæ, qui contra dominum J. quondam regem Angliæ fuerunt, faciant ſecuritatem domino Henrico regi per homagia, ſacramenta, & cartas ſuas. Dominus Lodovicus reddat omnes obſides illis à quibus eos habuit, qui traditi fuerint pro fideli ſervitio, & alios qui traditi fuerint pro pecunia unius termini tranſierunt ſoluta pecunia deliberabit.

Item, dominus Lodovicus reddat domino regi rotulos de ſcacario, cartas Judæorum, & cartas factas de libertatibus tempore regis Johannis à P. Rumougrend, & omnia alia ſcripta de ſcacario quod habet, bonâ fide.

Item, reddantur eidem domino Henrico regi & ſuis, ſecundum mandatum & diſpoſitionem domni legati, omnes civitates, burgi, caſtra, & terræ quæ occupatæ ſunt per guerram iſtam, in quocumque loco fuerint in regno Angliæ, exceptis his quæ rex Scotiæ & Ballonenſes occupaverint, de quibus fiet, ſicut inferiùs notatum eſt, & de inſulis ſic fiat, quod dominus Lodovicus mittat inde litteras ſuas patentes, Chanonaen præcipientes quod illas domino regi reddat; & niſi illas domino regi reddiderit, diſtruet eum dominus Lodovicus pro legali poſſe ſuo per feudum & terras ipſius quæ de feudo ſuo movent, ad illas reddendas; & ſi hoc facere noluerit, ipſe etiam ſit extra iſtam pacem domini Lodovici. De rege Scotorum ſic fiat quod dominus Lodovicus mandet ei formam pacis factæ inter ipſum & dominum regem: & quòd ſi

Digitized by Google

noluerit eſſe in pace illa, reddat domino regi A omnia caſtra, terras, & priſones quos occupavit occaſione hujus guerræ; & dominus rex faciat idem regi Scotorum; alioquin ſit extra pacem domini LODOVICI. Eodem modo mandet idem dominus LODOVICUS Dunelmens. & aliis Vallenſibus omnia debita quæ domino LODOVICO debentur, unde termini tranſierint, ei reddantur. Dominus LODOVICUS quittat omnes barones & homines de regno Angliæ de omnibus terris domini regis ab omnibus homagiis, fidelitatibus, confœderationibus, & impriſiis, & de cetero, cùm illis B nullam inibit confœderationem, unde malum, vel damnum poſſit aliquo tempore venire domino HENRICO regi, vel heredibus ſuis de regno Angliæ, occaſione hujus guerræ. Barones & homines de regno Angliæ qui eidem domino LODOVICO fecerant homagia, ſacramenta fidelitatis, confœderationes, vel impriſiàs quitabunt inde ipſum dominum LUDOVICUM, nec umquam facient ei, vel alicui alii homagium, confœderationem, fidelitatem, ſacramenta, nec impriſias contra dominum ſuum HENRICUM regem, nec heredes ſuos. C

EPISTOLA CRASSENSIS & Caunenſis abbatum ad Narbonenſem vicecomitem.

Conqueruntur de illatis monaſterio Villæ-magnæ injuriis eaſque rogant emendari.

Anno 1216. *Ex Villæ magnæ tabulis.* (a) (b) (c)

ILluſtri & venerabili viro (a) A. vicecomiti Narbonenſi, & dominæ M. uxori ſuæ, (b) G. Dei gratia, abbas Craſſenſis, & (c) G. eadem gratia Caunenſis abbas ſalutem, & D ſic tranſire per temporalia ut non amittamus æterna.

(d) Ex conqueſtione venerabilis abbatis Villæmagnæ (d) didicimus, quod vos per inſultus varios & invaſiones ac deprædationes bonorum ſuorum, injurias, damna & gravamina plurima ei intuliſtis, captoſque burgenſes ſuos detinetis Narbonæ, quamvis pro pace ſæpe reclamaverint, & pro ſuis ac hominibus ſuis vobis juſtitiam obtulerint coram judicibus delegatis, qui auctoritate domini papæ terminare tenentur quæſtiones quæ inter vos & abbatem vertuntur ſuper his quæ poſſidetis vel E petitis in monaſterio Villæ magnæ, videlicet coram domino epiſcopo Biterrenſi & domino comite Montis-fortis, qui ſunt paciarii, coram utroque, vel coram altero, quo malletis, vel coram nobis, qui electi fuimus cùm præeſſemus abbatum Narbonenſis provinciæ capitulo univerſo, vel coram archiepiſcopo Narbonenſi, vel coram domino papa, vel etiam coram rege Franciæ, à quo illud monaſterium eſt fundatum, & præceptis ſeu privilegiis regalibus communitum, ſive coram quibuſcum- F que aliis arbitriis bonis viris. Quare igitur non paci voluiſtis deferre, nec juſtitiæ ſic oblatæ? Et noſtra intereſt, auctoritate Lateranenſis concilii anno præterito celebrati, & tenemur compeſcere advocatos, nobiles & quoſcumque alios per cenſuram eccleſiæ ſi monaſteria in rebus offenderint, vel perſonis Rogamus humiliter, & ſalubriter conſulimus, ac cum quanta poſſumus caritate vos monemus, ut ſuper offenſis ſatisfaciatis abbati, & ſibi reſtituatis dictos homines, & ablata; & ab inquietatione ejus & hominum ſuorum abſtineatis. Ita quod de vobis juſtam non habeant conquerendi cauſam. Alioquin non poſſemus ſibi deeſſe in juſtitia. Quinimmo per cenſuram eccleſiæ contra vos & contra fautores veſtros procedere teneremur, & cum aliis abbatibus & prælatis Narbonenſis provinciæ ad dominum comitem & regem Franciæ & ſummum pontificem conclamare.

CAPITULI SANCTI MARTINI Turonenſis ad epiſcopos & canonicos Pariſienſes.

De numero præbendarum in eccleſia S. Martini

Anno 1217. *Ex autographo.*

REverendo patri ac domino Dei gratia Pariſienſi epiſcopo & cariſſimis concanonicis ſuis magiſtris ſuis Gaufr. Puverelli archidiacono & Gir. canonicis Pariſienſibus, N. decanus, P. theſaurarius totumque capitulum eccleſiæ B. Martini Turonenſis ſalutem & reverentiam cum famulatu.

Cùm in eccleſia noſtra fluctuaverit hucuſque & effrænata & incerta numeroſitas præbendarum, exinde contingebat quandoque & inordinatas ordinationes fieri & præbendas in tantum attenuari, quod nulli ad victum ſufficerent & veſtitum; unde diſcretioribus & honeſtioribus ipſius eccleſiæ canonicis ad alias eccleſias tranſeuntibus, paupertate redditiuum compellente, in ea remanebant pauci canonici, & ſimplices ne dicam idiotæ, qui nullatenus ſufficiebant vel in ſervitio chori, vel in conſilio capituli, vel in exteriorum regimine eccleſiæ providere. Nos ergo his incommodis & innumeris aliis inde originem ducentibus occurrere ſummis deſideriis anhelantes, de prudentum conſilio propoſuimus præbendas noſtras veſtro conſilio ad certum numerum revocare, ipſarum numero eccleſiæ facultatibus adaptato. Poſt deliberationem ergo diutinam diligenter penſatis facultatibus noſtris, viſum eſt tam nobis quàm multis aliis & expediens & honeſtum, quòd de cetero ſint in eccleſia noſtra quinquaginta præbendæ perſonales tantummodo, & aliæ viginti præbendæ quæ duplicia vocantur, quæ conſuetam præbendam bladi & vini percipient & conſuetos denarios computationum. Præterea quia eccleſia noſtra archiepiſcopos, epiſcopos & alios magnates viſitantes ſepulcrum beati MARTINI, col-

(a) Aimerico hujus nominis V.
(b) Guillelmus de *Cerviex.*
(c) Gerardus de Villa-nova
(d) In Occitania, Biterrenſis diœceſis.

lationе præbendæ & fraternitatis eccleſiæ conſuevit multotiens honorare, nos conſuetudinem iſtam tam laudabilem duximus retinendam ſub certo numero definitam, ne hujuſmodi præbendarum infinitas finito & certo præbendarum noſtrarum numero diminutionem aut damnum poſſit ullatenus generare: ita videlicet ut in eccleſia noſtra triginta perpetuæ ſint præbendæ, quæ archiepiſcopis, epiſcopis, abbatiis cum quibus fraternitatem hucuſque habuimus, dividantur, quæ parvam præbendam percipient, ſicut hactenus peregerunt, & pro hujuſmodi fratribus in ſingulorum obitu per ſeptem dies fiat obſequium mortuorum, ut fieri conſuevit. Inſuper ad Dei & beati MARTINI ſervitium melius pergendum, placuit nobis & illis quorum conſilio ſuper hoc uſi ſumus, ad imitationem aliarum eccleſiarum in noſtra eccleſia vicarios inſtituere perpetuos, quorum numerus & diſpoſitio talis fiat, quod quinquaginta ſex perpetuas vicarias habeamus, quarum quinquaginta annexæ ſint quinquaginta præbendis perſonalibus ſuperius memoratis, & ſex aliæ vicariæ ſex prioratibus ſint annexæ: ita quod cedente vel decedente vicario, canonicus cujus præbendæ vicaria illa annexa fuerit, conferet vicariam idoneæ perſonæ, cujus approbatio vel improbatio erit capituli, vel duodecim juratorum, qui ſuper correctione eccleſiæ noſtræ ſunt auctoritate apoſtolica executores. Cùm igitur de bonorum & prudentium virorum conſilio nobis viſum fuerit expediens admodum & honeſtum hæc prædicta circa noſtram eccleſiam ordinare, vobis ſupplicamus humiliter & devotè quatenus intuitu Dei & beati MARTINI his velitis veſtrum conſilium & auxilium efficaciter impartiri, & auctoritate apoſtolica confirmare.

LITTERÆ THOMÆ PRIORIS, & conventûs Sancti Michaëlis in periculo maris.

De penſione ſolvenda Radulfo abbatiam reſignanti.

Anno 1217. Ex ms. ſancti Michaëlis in periculo maris.

UNiverſis CHRISTI fidelibus, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, THOMAS prior, & conventus Montis Sancti Michaëlis in periculo maris ſalutem in Domino.

Cùm vir venerabilis RAD. quondam abbas noſter tantam ſui corporis incommoditatem incurrerit, gravi ægritudine oppreſſus, ut in regimine ſibi commiſſo minùs potens efficiatur, de convaleſcentia ad plenum non confidens, ſuam impotentiam conſiderans, & monaſterii ſibi commiſſi damnificationem metuens, adminiſtrationis ſuæ tempore, divinâ gratiâ operante affluenter honeſtati; univerſitati veſtræ notum fieri volumus, nos eidem ad habenda vitæ neceſſaria quamdiu vixerit, aſſenſu unanimi, pietatis intuitu, conceſſiſſe manerium noſtrum de *Ardevon*, & reditus ad prædictum manerium, cum reditibus de cruce pertinentes, & reditus molendinorum de *Beuron*, & villæ ejuſdem loci, & inſuper omnes fructus redituum quos apud Montem Roaldi & apud Sanctum Georgium percipere conſuevimus annuatim, exceptis placitis, relevagiis & ſervitiis vavaſſorum ad equum, & aliis eſcaretis in prædictis maneriis quæ nobis volumus reſervari. Præterea prædictus quondam abbas cum duobus ſociis monachis, quos voluerit & poterit habere utiliores in quinque panes conventuales ſingulis diebus in domo noſtra percipiet in augmentum. Alteri autem monachorum qui ſecum morabuntur, in veſtimentis providebit. De fœno autem pratorum de *Ardevon* ad uſus neceſſarios habebit. Si autem prædictos reditus per defectum noſtræ defenſionis in aliquo contingeret diminui, nos tandem eidem teneremur reſarcire. Et ſi aliquid de reditibus ſibi aſſignatis, ultra ſumtus neceſſarios reſiduum fuerit, monaſterio debet reſervari. Libri autem quos ſuo tempore acquiſivit in tuto loco in eccleſia noſtra ſub duabus clavibus, quarum ipſe alteram, reliquam aliquis de conventu habeat, conſervabuntur, ita quòd ad uſus ſuos valeat habere. Ut autem prædicta firma conſiſtant, venerabili patri noſtro Abrincenſi epiſcopo unanimiter conceſſimus, quòd contradictores & rebelles, omni appellatione remotâ, per cenſuram eccleſiaſticam valeat cohibere. Ad majorem autem firmitatem, ſigilli noſtri munimine, cum ſigillo venerabilis patris noſtri Abrincenſis epiſcopi, præſens ſcriptum dignum duximus roborare.

Actum anno Domini MCCXVII. in feſto beati Gregorii, menſe Martii.

LITTERÆ ARCHEMBALDI de Borbonio,

De conceſſa ſibi à B. comitiſſa Trecenſi conſtabularia Campaniæ.

Anno 1217. Ex cartario Campaniæ Colbertino.

EGo ARCHEMBAUDUS dominus Borbonii, notum facio univerſis præſentes litteras inſpecturis, quod cariſſima domina mea B. illuſtris comitiſſa Trecenſis palatina dedit & conceſſit mihi, de pura & bona voluntate ſua, conſtabulariam Campaniæ. Ego autem recognoſco me nullum jus hereditarium habuiſſe, vel habere in illa; ſed quandocumque eam de manu mea alienavero, vel poſtquam in fata conceſſero; prædicta conſtabularia ad dominam comitiſſam, vel ad heredem ſuum liberè revertetur, & debebit reverti. Quod ut ratum ſit, in hujus rei teſtimonium, præſentem paginam ſigillo meo feci communiri.

Actum anno Domini MCCXVII. menſe Aprili.

LITTERÆ

Digitized by Google

LITTERÆ ODONIS BURGUNDIÆ ducis, & Galcheri de Caſtellione comitis Sancti Pauli.

Referunt Guidonis de Gaſteblé teſtimonium ſuper querela quæ inter Campaniæ & Niverniæ comites verſabatur ſuper Nulliaco & Ulcheris.

Anno 1217. Ex cartario Campaniæ.

EGo ODO dux Burgundiæ, & ego GALCHERUS de Caſtellione comes Sancti Pauli, notum facimus univerſis præſens ſcriptum inſpecturis, quòd cùm in nos & ROBERTUM de Cortenaio fuiſſet compromiſſum de querela quæ vertebatur inter comitiſſam Campaniæ & comitem Nivernenſem ſuper eo quod comes Nivernenſis petebat à comitiſſa Ulceias & Nuilliacum: nos inquiſitionem noſtram facientes, fecimus jurare GUIDONEM GASTEBLE' militem, qui in hunc modum teſtificatus eſt. GAUFRIDUS DE DANZIACO (*Traiſnel.*) dedit filiam ſuam ANSELLO DE TRIANGULO in uxorem, & ſponſalia facta fuerunt apud Danziacum quâdam die Veneris. GAUFRIDUS DE DANZIACO dedit ANSELLO DE TRIANGULO in maritagio Nuilliacum, & quicquid habebat ibidem, & id quod habebat in burgo de Ulcheis, videlicet medietatem: quia nihil habebat in caſtello. ANSELLUS verò dedit propter hoc prædicto GAUFRIDO circiter quingentas libras & ampliùs, ſicut credit Guido. ANSELLUS DE TRIANGULO non jacuit cum uxore ſua eâ nocte quâ eam deſponſavit; ſed ſtatim rediit in terram ſuam. Poſteà contingit quòd comes STEPHANUS cepit eamdem dominam in uxorem, & adduxit eam apud Sanctum Anianum; & fuit ſaiſitus de Sancto Aniano pro uxore ſua. ANSELLUS DE TRIANGULO, hoc audito, conqueſtus comiti HENRICO per quem fecerat matrimonium illud, & qui debebat ei garantire quod inde factum fuerat. Comes autem HENRICUS ſtatim ivit ad regem LUDOVICUM, & oſtendit ei quòd tantam injuriam & tantum dedecus fecerat frater ejus domino ANSELLO militi ſuo, quem tantum diligebat, immò ipſi comiti HENRICO, quia dedecus illud ſibi factum reputavit. Tantum autem fecit comes HENRICUS erga regem, quòd rex & ipſe obſederunt Sanctum Anianum, quòd tandem redditum fuit eis, & tamdiu detentum ab eis, quòd GAUFRIDUS DE DANZIACO & uxor ejus, & comes STEPHANUS facerent pacem cum ANSELLO DE TRIANGULO tali modo, quòd propter injuriam & dedecus ei facta, & pro denariis quos dictus GAUFRIDUS habuerat de prædicto ANSELLO, quittaverunt ei Nuilliacum & medietatem burgi Ulcheiarum, & laudari fecerunt ab illis, ad quos laudatio pertinebat. ANSELLUS autem & ERMESENDIS uxor ejus tenuerunt Nuilliacum & medietatem burgi Ulcheiarum per quindecim annos & ampliùs. Poſteà verò excambivit ANSELLUS comiti HENRICO Nuilliacum & id quod habebat apud Ulcheias, & inde habuit medietatem pedagii pontium, & portam Pruvini. Poſteà ANSELLUS DE TRIANGULO aſſignavit G.* DE TRIANGULO fratri ſuo triginta libratas terræ in pedagio pontium pro parte quam idem G. habebat in denariis quos ANSELLUS dederat dicto GAUFRIDO. Illud teſtificatus eſt dictus GUIDO GASTEBLE' per ſacramentum ſuum. Quia ergo idem GUIDO langævus eſt & magnæ ætatis, timentes ne decederet, recepimus ſuper hoc ejus teſtimonium, & redactum in ſcripto præſenti, ſigillorum noſtrorum fecimus munimine conſignari.

(* Garnerus)

Actum anno Domini MCCXVII. menſe Julio, Dominicâ poſt Octavam Apoſtolorum Petri & Pauli.

CONFIRMATIO CELLÆ de Carboneriis, Ordinis Grandimontenſis.

Anno 1217. Ex mſſ. Annalibus Grandimontis Johannis Levesque.

EGo ANSERICUS Montis-regalis dominus, tam præſentibus, quàm futuris, notum eſſe volo, quod eleemoſynam illam, quam bonæ memoriæ ANSERICUS pater meus, quondam Montis-regalis dominus dedit Deo & beatæ MARIÆ, & fratribus Grandi-montis qui morantur in Carboneriis, locum ſcilicet & nemus, in quo ipſi fratres habitant, & terram cultam & incultam, & quicquid infra terminos exteriores, vel clauſuras dicti loci & nemoris eorumdem fratrum continetur, cum ingreſſibus & egreſſibus ſuis, laudavi, conceſſi, & ſigillo meo confirmavi eiſdem fratribus liberè, quietè, & pacificè, ſine ulla reclamatione mei, vel heredum meorum, in perpetuum poſſidendum, & utendum omnibus modis pro ſuæ arbitrio voluntatis, & unum ſextarium frumenti ſingulis ſeptimanis in meo granario, & unum modium avenæ ſingulis annis recipiendum in meſſe, & centum ſolidos veſtiendis fratribus in feſto ſancti Johannis Baptiſtæ annuatim perſolvendos. Præterea dedi & conceſſi eiſdem fratribus in perpetuam eleemoſynam, pro remedio animæ meæ, & anteceſſorum meorum quamdam particulam nemoris, quam novum foſſatum juxta viam Avalonis claudebat, ſicut nemus antiquum à nemore tunc temporis vendito ſeparatum erat & diviſum. Dedi etiam apud Salviniacum duos homines & manſum eorum præfatis fratribus, ſicut in alia carta meo ſigillo confirmata, quam ipſi fratres habent, pleniùs continetur. Ut autem hæc omnia dona rata & conceſſa in æternum permaneant, præſentem paginam in teſtimonium veritatis ſigilli mei impreſſione roboravi.

Actum anno Verbi incarnati MCCXVII. menſe Auguſto.

LITTERÆ SIMONIS DE JOINVILLA, quibus tranſigit cum comitiſſa Campaniæ ſuper ſeneſcallia Campaniæ.

Anno 1218. Ex cartario Campan. Colbertino.

EGo SIMON dominus Jonvillæ, Campaniæ ſeneſcallus, notum facio univerſis præſentes litteras inſpecturis, quod cùm diſcordia eſſet inter me ex una parte, & dominam comitiſſam Trecenſem, & TH. comitem natum ejus ex altera, ſuper eo quod petebam ab eis B ſeneſcalliam Campaniæ ad me & ad heredes meos jure hereditario pertinere, quod ipſi non recognoſcebant: tandem inter nos talis concordia intervenit, videlicet quod pro bono pacis, dicti comitiſſa & comes qualicumque modo fuiſſet inter nos litigatum, ſeneſcalliam Campaniæ mihi & heredibus meis conceſſerunt jure hereditario poſſidendum. Ego autem redii ad fidelitatem eorum & ad homagium eorum, quod ligium contra omnem creaturam quæ poſſit vivere & mori, & creantavi & bona fide C juravi, quod malum non eveniet eis, aut terræ eorum, per me, vel per homines meos; ſed ipſos juvabo bonâ fide contra omnem creaturam quæ poſſit vivere & mori, & præcipuè contra ERARDUM DE BRENA & PH. uxorem ejus, & contra omnes heredes HENRICI quondam comitis Campaniæ, & eorum coadjutores, occaſione guerræ quam movet ERARDUS DE BRENA contra comitiſſam & filium ejus, nec per me, nec per meos conſilium eis, vel auxilium impendetur. Pro his itaque con- D ventionibus firmiter obſervandis, ego poſui in manu comitiſſæ & comitis feodum meum *de la Fauche*, quàm cito feodum illud veniet in manum meam tali modo tenendum. Quod ſi non obſervarem prædictas conventiones, & ſubmonitus infra quadraginta dies non emendarem, feodum *de la Fauche* veniret in manum comitiſſæ & comitis, aut feoda illa quæ ipſi comiti comitiſſa & comes poſuerunt in manu mea pro feodo *de la Fauche*, videlicet feodum Petri de *Bourlainmont*, feodum Hugonis de *Landricort*, E feodum Gaufridi de *Ceris*, & feodum Arnulphi de Riſnello, & ea tenerent comitiſſa & comes, uſque dum eſſet emendatum: & poſtquàm eſſet emendatum feodum *de la Fauche*, aut illa quatuor feoda ad me reverterentur. Adjunctum eſt quod ſi non emendarem infra duas quarentenas, poſtquam eſſem ſuper hoc requiſitus, ego prædictam ſeneſcalliam dimitterem, ita quod nec ego, nec heredes mei in ipſa poſſemus aliquid de cetero reclamare. Tradidi etiam eis propter hoc in oſtagium GAUFRIDUM fi- F lium meum, & poſui in manu domini epiſcopi Lingonenſis fratris mei caſtrum meum de Jonvilla; concedens & volens quod ſi deficerem in prædictis conventionibus adimplendis, & requiſitus infra quadraginta dies non emendarem, ipſe frater meus epiſcopus comitiſſæ & comiti traderet dictum caſtrum tenendum uſque dum pleniùs emendaſſem: & cùm emendatum fuerit, caſtrum illud reveniet in manu

A domini epiſcopi, ſicut erat ante. Cùm autem rediero de partibus tranſmarinis, ego ſecuritatem faciam comitiſſæ & comiti, quan ocumque voluerint, de prædictis conventionibus obſervandis; vel eis tradam caſtrum meum de Vallecolore in eo ſtatu in quo modo eſt, vel in meliore, & ſic rehabebo caſtrum meum de Jonvilla & Gaufridum meum filium. Si autem interim me decedere contingeret, Gaufridus filius meus eſſet erga prædictos comitiſſam & filium ejus in tali puncto in quo ſum erga ipſos. Durabit autem conventio oſtagiorum & caſtri depoſitio, quamdiu guerra durabit inter prædictos comitiſſam & filium ejus comitem ex una parte, & ERARDUM DE BRENA & PH. uxorem ejus, & eorum coadjutores ex altera, vel inter heredes quondam HENRICI comitis Campaniæ, ſi eorum aliqui transfretarent. Quod ut notum permaneat & firmum teneatur litteris annotatum, ſigilli mei munimine roboravi.

Actum anno gratiæ MCC. octavo decimo menſe Junio, die Jovis poſt Pentecoſten.

RESCRIPTUM HONORII papæ tertii pro priore & clericis Grandimontenſibus.

Anno 1218. Ex ms. hiſtoria Grandimontis.

HONORIUS epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis vicariis epiſcoporum, in quorum dioceſibus domus eccleſiæ Grandimontenſi ſubjectæ conſiſtunt, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Detrimenta quæ Grandimontenſis eccleſia tempore jam longo perpeſſa eſt, & adhuc patitur inceſſanter ex diſcordia quam concordiæ inimicus inter clericos & converſos ipſius eccleſiæ ſeminavit, vobis ſunt adeo manifeſta, ut relationi eorum nos nequaquam oporteat immorari. Cùm autem dilecti filii abbas Pontiniacenſis Ciſtercienſis ordinis & prior ſancti Victoris Pariſienſis, quibus ſatagentes hujuſmodi diſſentionis materiam extirpare, ipſius eccleſiæ viſitationem commiſimus, dilectos filios priorem & clericos, ſicut accepimus, propter periculum quod imminere timebant, eduxerint ab eadem in domibus ſui ordinis moraturos, quouſque proceſſu eorum plenariè intellecto, provideamus prout penſatis negotii circumſtantiis videbimus providendum. Nos verentes quod ipſorum bona interim temerè diſtrahantur, præſertim cùm converſi eidem priori obedire contemnant, & in bonis ipſis dicantur privatim & publicè debacchari: diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus, cum illi quorum vices geritis ſint abſentes pro ſubſidio Terræ-ſanctæ, ſtudeatis ſinguli per commiſſas vobis dioceſes bonis providere, quod hujuſmodi procedente negotio, ea nec clerici nec converſi contra ipſius prioris inhibitionem diſtrahere vel detinere præſumant. Ad recuperationem eorum quæ jam diſtracta dicuntur, impendentes diligens ſtudium & operam efficacem: contra-

Digitized by Google

dicentes ſi qui fuerint vel rebelles tam eccleſiaſtica quàm temporali diſtrictione, ſublato appellationis obſtaculo, compeſcentes. Ad hæc principes & barones & quoſlibet alios quos idem prior duxerit nominandos, ſinguli in commiſſa ſibi diœceſi conſtitutos moneatis prudenter & efficaciter inducatis, ne occaſione diſſentionis hujuſmodi debitos reditus ſubtrahant eccleſiæ ſupradictæ vel domibus pertinentibus ad eamdem. Nec impediant quominus dictus prior de domibus ipſis & bonis ad eas pertinentibus, prout ad eum pertinet, valeat ordinare, ac proventus percipere conſuetos. Eos qui admonitionibus veſtris acquieſcere non curaverint per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo.

Datum Laterani octavo Calendas Septembris pontificatus noſtri anno tertio.

TESTAMENTUM HERVEI comitis Nivernenſis & uxoris ſuæ Mathildis.

Anno 1218. Ex cartario Pontigniaci.

EGo Herveus comes & Mathildis uxor mea comitiſſa Nivernenſis, omnibus notum facimus tam præſentibus quàm futuris, quod nos de teſtamento noſtro ſic ordinavimus, ſi de nobis in aſſumto crucis itinere humanitus evenerit. In primis abbatiæ Pontigniaci ubi ſepulturas noſtras elegimus donamus nemus *de la Seuz* in puram & perpetuam eleemoſynam pro anniverſariis noſtris ſingulis annis faciendis. Simili modo & propter eamdem cauſam abbatiæ (a) Quinciaci, præter alia quæ jam contulimus, viginti ſolidos cenſuales in pratis & agri foliis, quos nobis eadem abbatia annuatim ſolvere tenebatur. Abbatiæ (b) Regniaci quod poſſint vindemiare vineas ſuas apud Clameciacum ſine banno, ſicut petunt. Abbatiſſæ & conventui de (c) Rubeo-monte vineam noſtram, quam ibidem habemus. Abbatiæ (d) Boni-radii pro anniverſariis noſtris annuatim faciendis clauſum novellarum vinearum, quas habemus apud Gachiacum. Abbatiæ Bardellarum partem illam nemoris quæ prope eſt, & quæ ad nos ſpectat. Eccleſiæ beatæ Mariæ de Caritate quingentas marchas argenti, quas nobis debet teſtimonio litterarum prioris & conventus. Et præterea eidem conferimus decem libratas redditus pro anniverſariis noſtris annuatim in perpetuum faciendis. Domui de Juliaco ſimiliter pro faciendis anniverſariis decem libratas reditus ad camiſias emendas annuatim percipiendas in Nativitate Domini in reditibus noſtris de Rubeo-monte & de Averiis, & paſcua dictæ villæ Averiarum in perpetuum poſſidenda. Domui de (e) Puteo-orbo ſimiliter pro anniverſariis noſtris partem illam molendini quod partitur cum eis. Domui noſtræ de Eſ-

A paulo juxta Danziacum quinquaginta arpenta nemoris ſiti prope domum illam. Domui noſtræ de *Beaulairiz* paſturam in foreſta noſtra ſicut petunt. Abbatiæ Fontis-morigniaci aquam de Rotundo boſco. Eccleſiæ ſancti Stephani Bituricenſis ſimiliter pro anniverſariis noſtris inſulam quam tenet Porcherius, & ad fabricam ipſius eccleſiæ quadraginta libras per duos annos perſolvendas. Eccleſiæ S. Aniani de Caſtro noſtro in Bitaria molendinum noſtrum quod eſt in introïtu ejuſdem caſtri. Generali capitulo Ciſtercienſi decem libratas reditus in cenſibus pratorum noſtrorum de Cruiſiaco. Pueris de Treableio terram ſuam quam in vadio habemus quittamus. Valletis de Riveria terram ſuam, quam habemus in vadio quittamus pro quingentis libris. Hugoni *Soet* nemus ſuum quittamus. Humbaudo militi de Rubeo-monte quittamus terram ſuam quam pro ducentis libris in vadio habemus. Domui de Firmitate conferimus duos modios frumenti, & unum modium avenæ percipiendos annuatim apud Cuſiacum in reditibus bladorum noſtrorum: capellæ noſtræ de Druya decem libratas reditus: capellæ noſtræ de Sancto Hilario decem: capellæ noſtræ de Diſcia decem: capellæ noſtræ de Duciaco decem: capellæ noſtræ de *Conam* decem: capellæ noſtræ de Cuyſiaco decem. Prætereà viginti mille libras quas accepimus in teſtamento noſtro ſic ordinavimus, ut medietas illarum diſtribuatur per villas noſtras hominibus noſtris, & aliis quibus injurias intulimus & gravamen, unicuique ſcilicet ſecundum modum gravaminis. De alia medietate ſic ordinavimus, ut duabus domicillis quæ nobiſcum pro Deo & pro nobis transfretaverunt ducentæ libræ conferantur pro illis maritandis. Servientibus noſtris conferantur quingintæ libræ, reſiduum per manus delegatorum noſtrorum pauperibus & perſonis, & locis, prout nobis & animabus noſtris viderint expedire conferantur. Notum ſiquidem fieri volumus univerſis, quòd qua ſta quam dominus Danziaci habet in villa Prati juxta Danziacum, non poteſt levari, niſi per manus prioris, cùm ipſe illam levare voluerit, de nemoribus noſtris de S. Hilario ſic ordinavimus, ut ita teneantur ſicut & à domino Willelmo *de Chaillent* tenebantur, exceptis illis nemoribus quæ illis in partibus pro emtione tenemus. Volumus etiam quod nemora quæ in terra Bituriæ pro emtione tenemus, ad eamdem conſuetudinem teneantur ad quam illi qui nobis ea vendiderunt tenere ſolebant. Omnes verò gagerias quas habemus, ubicumque ſint, vel à quibuſcumque teneamus, abſolutè quittamus, exceptâ illâ quam habemus de Valletis de Riveria, de qua ſuprà fecimus mentionem. Teſtamentum vero noſtrum, ſicut in præſenti pagina continetur, in proborum & diſcretorum virorum Nivernen-

(a) In pago Tornodorenſi dioceſis Lingonenſis abbatia ordinis Ciſtercienſis.

(b) Ordinis etiam Ciſtercienſis ad Jonam fluvium dioceſis Autiſſiodorenſis.

(c) Ordinis ſancti Benedicti in dioceſi Lingonenſi hodie Divionem tranſlata abbatia.

(d) Ordinis Ciſtercienſi de linea Pontigniaci in dioceſi Autiſſiodorenſi.

(e) Parthenon ordinis ſancti Benedicti, cujus hodie ſanctimoniales Caſtellionem ad Sequanam ſunt tranſlatæ.

Digitized by Google

ſis epiſcopi, Quinciaci, Regniaci, Boni-radii, Pontiniaci abbatum manus delegavimus. Rogamus ſiquidem venerabiles patres noſtros & dominos, Senonenſem archiepiſcopum, Æduenſem, Lingonenſem, Autiſſiodorenſem, & Nivernenſem epiſcopos, ut ſi alter noſtrûm qui de poſt reliquo ſupervixerit, vel ille ad quem terra noſtra devenerit, ſi in hac præſenti peregrinatione de nobis humanitus evenerit, prædicti teſtamenti tenorem frangere, vel eidem in aliquo obviare voluerit, illum de ſupradicti teſtamenti obſervatione per cenſuram eccleſiaſticam compellant.

Actum apud Januam ſuper mare, anno Domini MCC. octavo-decimo menſe Septembri.

EPISTOLA H. DUCIS LOTHARINGIÆ ad Aloiſum Colonienſem archiepiſcopum.

Scribit ei de Berithi, & aliorum caſtrorum expugnatione, ſuaque illi commendat.

REverendo in CHRISTO patri ac domino A. Dei gratiâ Colonienſi archiepiſcopo, totus ſuus H. dux Lotharingiæ, & capitaneus atque magiſter exercitûs chriſtiani in terra promiſſionis, licèt indignus, tam voluntarium, quàm debitum in omnibus obſequium.

Quoniam de honoris noſtri promotione, ac totius chriſtianitatis proſperitate, vos plurimùm ſcimus lætari; diſcretionis veſtræ prudentiæ ſignificamus, quod cùm à principibus Romani imperii & baronibus terræ Hieroſolymitanæ, & communi populo in magiſtrum totius exercitûs fuiſſem electus, cum conſilio principum, ac totius exercitûs iter verſus Berithum arripuimus, ac cùm in nocte beati Severini inter Tyrum & Sydonem ordinatis aciebus incederemus, SAPHADINUS & admiraldi Babyloniæ atque Damaſci cum magna multitudine Sarracenorum à latere in montanis ſe nobis oſtendentes, & à tergo uſque ad mare exercitum noſtrum circumdantes, in acies noſtras graves & continuos fecerunt inſultus, omneſque vires ſuas, coadunatis omnibus, quas habere potuit, contra nos exercuit gens iniqua. Propoſitum quidem eorum fuit, totas vires ſuas contra nos effundere, omneſque vires noſtras & potentiam attentare. Sed protector in ſe ſperantium Deus, qui liberat pauperem à potente, non ſine multa eorum damnificatione pauperes ſuos eripuit de manibus impiorum. Dominum quippe Sydonis, & alios quàmplures Sarracenos ibidem mortuos reliquerunt; & poſtmodùm nuſquam nobis occurrere auſi fuerunt: ſicque eodem die ſupra flumen Sydonis cum gaudio tentoria fiximus. Cum autem naves noſtræ exercitum noſtrum præcederent, & Sarraceni exiſtentes in caſtro Berithi naves venientes viderent, metu perterriti, caſtrum Berithi munitiſſimum reliquerunt, & proximâ die cum exercitu ſubſequentes, caſtrum ibidem quod erat munitiſſimum, abſque omni difficultate cepimus, & tot arma alebaſtrariorum & ſagittariorum in illo caſtro invenimus, quæ vix viginti-quinque plauſtra ferre poſſent; & tot victualia, quæ quingentis hominibus per ſeptennium ſufficerent; & cum per quindecim dies moram faceremus, alii Sarraceni adventum noſtrum metuentes, caſtrum quod dicitur *Gibel*, & aliud caſtrum fortiſſimum, quod dicitur *Lieche* reliquerunt. Hoc audito & cognito quod omnia caſtra maritima uſque Antiochiam eſſent ſub poteſtate chriſtianorum, verſus Sydonem revertentes terram circumquaque, quam tenebant Sarraceni, vaſtavimus: & ſic per auxilium ſuperni Regis fugatis Sarracenis, qui nuſquam audent comparere, ſanctam civitatem Jeruſalem in brevi capiendam ſperamus. Ipſi enim exercitum noſtrum ſcientes magnum eſſe & fortem, nuſquam audent nobis occurrere, vel adventum noſtrum expectare. Inde eſt quod veſtram obnixè exoramus reverentiam, quatenus pro noſtra & totius chriſtianitatis proſperitate per totum archiepiſcopatum veſtrum memoriam diligentem nocte ac die haberi faciatis: & ut ſignatos in archiepiſcopatu veſtro ad perſolvendum votum ſuum, & ad ſuccurrendum chriſtianitati in brevi venire compellatis. Si qui etiam in terra promiſſionis remanere voluerint, redditus ſufficientes eis aſſignari faciemus. Quoniam autem tamquam humilis atque conſanguineus veſter de vobis cariſſimo domino noſtro maximè confidimus, honoris noſtri promotionem, totam terram noſtram, uxorem & unicam filiolam noſtram, & omnes homines noſtros vobis committimus. Reverentiam quoque veſtram affectuosè imploramus, ne aliquod ſchiſma in imperio oriri permittatis, ſi verum eſt quod dominus imperator deceſſit.

Datæ apud Tyrum in die beatæ Ceciliæ virginis.

EPISTOLA SCOL. COMITISSÆ Viennenſis & Matiſconenſis ad BLANCHAM comitiſſam, & THEOBALDUM Campaniæ comitem.

Eligit ſibi ſepulturam in monaſterio de Miratorio.

Anno 1218. *Ex cartario Campaniæ.*

EXcellenti dominæ ſuæ B. comitiſſæ Trecenſi palatinæ, & cariſſimo nepoti ſuo THEOBALDO comiti Campaniæ SCOL. comitiſſa Viennenſis & Matiſconenſis, ſalutem & promtam ad obſequia voluntatem.

Noverit diſcretio veſtra, quod ego de aſſenſu & voluntate comitis WILLELMI, & filiorum meorum GIR. & HENRICI, in abbatia Miratorii mihi ſepulturam elegi, & eidem abbatiæ, tam de mea, quàm mariti mei comitis W. & filiorum meorum G. & H. voluntate & aſſenſu, reditus quos in nundinis veſtris habeo, videlicet centum quinquaginta libras, quamdiu vixero, aſſignavi. De illis autem reditibus viginti libras annui & perpetui reditûs, volentibus & laudantibus comite W. & filiis meis ſupradictis G. & H. in perpetuam eleemoſy-

nam contuli eccleſiæ ſupradictæ. Poſt deceſſum autem meum, præfati reditus ad comitem, vel ad filios meos, ſine contradictione, revertentur, exceptis prædictis viginti libris, quæ prædictæ eccleſiæ in perpetuum remanebunt. Prætereà conceſſimus, ego videlicet Sco. & comes W. & filii mei G. & H. quòd eccleſia prædicta in primis duobus annis, pro remedio animæ meæ & anteceſſorum meorum præfatos reditus percipiet in integrum quicquid de me contigerit. Et ut in perpetuum ratum habeatur, rogamus vos, ut hoc ipſum mandari ſcripto faciatis, & ſigillo veſtro munitum dominum abbatem de Miratorio ex parte noſtrâ inveſtiatis.

Actum anno Domini MCCXVIII. XVII. Calendas Januarii.

Ejuſdem tenoris eſt Vuillelmi comitis ad comitiſſam Blancham, & filium ejus Theobaldum comitem Campaniæ.

CARTA PHILIPPI FRANCORUM regis, continens & approbans cartam Guillelmi de Rupibus, de diviſione terrarum ſuarum facta filiabus ſuis.

Anno 1218. Ex archivo S. Petri vivi Senonenſis.

IN Nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Amen. PHILIPPUS Dei gratiâ Francorum rex.

Noverint univerſi, præſentes pariter & futuri, nos inſpexiſſe litteras cariſſimi amici fidelis noſtri GUILLELMI DE RUPIBUS ſeneſcalli Andegavenſis ſub hac forma:

Omnibus, tam præſentibus, quàm futuris, præſentes litteras inſpecturis, GUILLELMUS DE RUPIBUS ſeneſcallus Andegaviæ ſalutem in Domino.

Noveritis quod cùm ſigno ſanctæ crucis aſſumto contra hæreticos Albigenſes eſſem in procinctu peregrinationis meæ arripiendæ, de aſſenſu & voluntate uxoris meæ MARGARITÆ DE SABOLIO diſtribui terras & poſſeſſiones meas duabus filiabus meis, JOHANNÆ primogenitæ, & CLEMENTIÆ, tam de hereditatibus quàm de acquiſitionibus, in hunc modum. JOHANNA habebit caſtrum Sabolii, Brioletum, Caſtrum novum ſuper Sartam, Precigneium, Bryon. Iſta omnia conceſſi eidem, cum omnibus pertinentiis ſuis, ſalvo jure MARGARITÆ uxoris meæ, quæ omnia, quamdiu vixerit, poſſidebit. CLEMENTIÆ verò dedi caſtrum Lidi, Mayetum, Suſam, & Suppelandam, cum foreſtis & aliis pertinentiis ſuis, ſalvo dotalitio uxori meæ. Hanc autem diviſionem ratam habuerunt MARGARITA uxor, & prædictæ filiæ meæ, & AMAURICUS de Credone maritus filiæ meæ primogenitæ, & firmaverunt propriis juramentis quod contra diviſionem iſtam non venirent. Et ut hoc ratum haberetur & firmum, ego & uxor mea præſentem cartam ſigillorum noſtrorum munimine duximus confirmandam.

Actum anno Domini MCCXVIII. Ut autem præmiſſa perpetuæ ſtabilitatis robur obtineant, ſicut in litteris ſeneſcalli prædicti continentur, nos, tam ad petitionem dicti ſeneſcalli, quàm AMAURICI prædicti, præſentem cartam ſigilli noſtri auctoritate, & regii nominis caractere inferiùs annotato, ſalvo jure & ſervitio noſtro, confirmamus.

Actum apud Pontem Arch anno Dominicæ Incarnationis MCCXVIII. regni verò noſtri quadrageſimo, aſtantibus in palatio noſtro, quorum nomina ſuppoſita ſunt & ſigna, dapifero nullo.

Signum GUIDONIS buticularii.
Signum BARTHOLOMÆI camerarii.
Signum MATTHÆI conſtabularii.
Data vacante cancellariâ.

BULLA HONORII III. ad abbatem & conventum Sacri-portûs.

De feſto Dedicationis celebrando.

Anno 1219. Ex cartario Sacri-portûs.

HONORIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis abbati & conventui Sancti portûs, Ciſtercienſis ordinis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Poſtulatis à nobis, ut cùm veſtri ſtatuta ordinis vos obſervare oporteat illibata, & Dedicationis eccleſiæ veſtræ feſtivitas eo quandoque tempore celebranda vobis occurrat, quo ſecundum ejuſdem ordinis veſtri ſtatuta nullum vobis eſt licitum celebrare, providere vobis ſuper hoc miſericorditer dignaremur. Nos igitur veſtris ſuper hoc poſtulationibus pio condeſcendentes affectu, præſentium auctoritate ſtatuimus, ut feſtivitas ſupradicta tertio Nonas Octobris annis ſingulis perpetuò celebretur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Lateranis v. Calendas Aprilis, pontificatus noſtri anno tertio.

PACTUM MATRIMONII inter THEOBALDUM comitem Campaniæ & Briæ, & MARGARETAM ſororem regis Scotiæ.

Anno 1219. Ex cartario Campaniæ.

VVILLELMUS Dei gratiâ Remenſis archiepiſcopus, univerſis præſentes litteras inſpecturis in Domino ſalutem.

Noverit univerſitas veſtra, quod dilecta & fidelis noſtra BLANCHA comitiſſa Trecenſis palatina, & THEOBALDUS natus ejus comes & Briæ palatinus, in præſentia noſtra conſtituti, recognoverunt ſe tales habere conventiones inter ipſos & nuntios illuſtris regis Scotiæ ſuper matrimonio contrahendo inter ipſum THEOBALDUM comitem, & nobilem domicellam MARGARETAM ſororem dicti regis, videlicet quod ipſe rex Scotiæ, & regina ma-

ter ejuſdem domicellæ infra proximum feſtum A beati Andreæ apoſtoli debent eis mittere ipſam domicellam, & ſex millia marcharum argenti ad pondus Trecenſe, cum ipſa domicella: ita quod, tam domicellam, quàm prædicta ſex millia marcharum tenentur eis tradere infra prædictum terminum, citra mare in Flandria in feodo qui ſit de regno regni Franciæ. Debent etiam dicti rex & regina Scotiæ, prænuntiare præfatis comitiſſæ & comiti adventum illius domicellæ, & quo loco debeant occurrere ei. Debent ergo ipſis dicti B rex & regina infra præfatum terminum facere ſecuritatem per magnum magiſtrum Templi, & per magnum magiſtrum Hoſpitalis regni Angliæ de aliis ſex millibus marchis argenti ad idem pondus reddendis eis ab inſtanti feſto ſancti Michaëlis in unum annum: ita videlicet quod magnus magiſter Templi Franciæ, vel theſaurarius Templi Franciæ, vel magnus magiſter Hoſpitalis Franciæ prædicta ſex millia marcharum creantabunt infra dictum feſtum ſancti Andreæ ſe reddituros comitiſſæ & comiti ad terminum ſupradictum, ſcilicet ab C inſtanti feſto ſancti Michaëlis in unum annum. Ipſi autem comitiſſa & comes ſervientibus ſuis, Jacobo ſcilicet de Hungaria, Gaufrido de Pariſius, & Guillelmo, latoribus præſentium expreſſe dederunt in mandatis, ut quilibet eorum juret in animas comitiſſæ & comitis, quod quando omnia prædicta fuerint adimpleta, ipſe Th. comes Campaniæ præfatam domicellam ducet in uxorem, ſi ita tempeſtivè venerit, quod ante dictum feſtum ſancti Andreæ poſſit eam deſponſare: quoniam ſecundum conſuetudinem Eccleſiæ Gallicanæ, in D Adventu Domini nuptiæ non celebrantur. Adjecerunt autem hæc ſpecialiter & expreſſe dicti comitiſſa & comes, quod ſi præfati rex & regina mater ejus, ſupradictas conventiones infra prædictum terminum non adimplerint, videlicet infra proximum feſtum ſancti Andreæ apoſtoli, ipſi ex tunc non tenerentur eis, vel prædictæ domicellæ, nec matrimonium contrahere, nec alias pactiones obſervare. Si verò prædicti comitiſſa & comes deficerent in prædictis conventionibus obſervandis; ipſi voluerunt & conceſſerunt nobis, quod nos ad ob- E ſervationem earumdem conventionum per cenſuram eccleſiaſticam compelleremus. Quod ut notum permaneat & ratum teneatur, præſentes litteras ſigilli mei munimine roboravi.

Actum anno gratiæ MCCXIX. menſe Auguſto.

LITTERÆ HUGONIS de Caſtellione.

F

De conceſſa ſibi à Blancha comitiſſa buticularia Campaniæ.

Anno 1219. Ex cartario Campan. & Colb. nunc.

EGo Hugo de Caſtellione, filius quondam comitis Sancti Pauli, notum facio univerſis præſentes litteras inſpecturis, quod A cariſſima domina mea Blancha illuſtris comitiſſa Trecenſis, ad preces patris mei, mihi donavit buticulariam Campaniæ, quam de dono comitis habuerat pater meus. Ego autem proteſtor & recognoſco quod nullum jus hereditarium habeo in illa, nec ego, vel heredes mei in ipſa habenda, jus aliquod hereditarium poſſimus reclamare. In cujus rei teſtimonium præſentes litteras ſigilli mei munimine roboravi.

Datum anno gratiæ MCCXIX. menſe Sep- B tembri, die Jovis ante feſtum ſancti Michaëlis.

EPISTOLA ÆGIDII DE LEVRES Pelagii Albanenſis epiſcopi pœnitentiarii.

De expugnatione urbis Damiatæ à Chriſtianis.

Anno 1219. Ex mſ. Elnonenſi.

UNiverſis Christi fidelibus in Brabantio & Flandria conſtitutis, ad quos litteræ iſtæ pervenerint, frater Ægidius de Levres, domini Pelagii Albanenſis epiſcopi apoſtolicæ ſedis legati in partibus Orientalibus pœnitentiarius, ſalutem & orationes in Domino.

Exaudivit Dominus de excelſo ſancto ſuo preces ſervorum ſuorum, non permittens tot expenſas apud Damiatam à chriſtianis factas inutiliter fieri, & tantam chriſtianorum ſtragem impunitam relinqui. Sed in his omnibus exercitui ſuo miſericorditer providens ac clementer, pro parte magna noſtrum deſiderium adimplevit. Cùm enim propter multiplicem ſui defenſionem, non per terram, nec per aquam poſſet capi civitas Damiatæ, & jam quaſi de ejus captione deſperaret exercitus chriſtianus, nec de virtute, vel probitate alicujus viventis, ſed ſolius Dei dextrâ mirabiliter pugnante pro nobis ignorantibus omnibus de exercitu, præter dominum legatum, qui per ſuos familiares & quoſdam de ſtipendiariis ſuis negotium providè & prudenter procuravit, Nonis Novembris intempeſtæ noctis ſilentio, furtivè, ſed tamen piè, immò potiùs miraculoſe capta eſt Damiata: adeo quod in captione ipſius, nec unus de noſtris extitit interfectus, nec etiam, quod minus eſt, vulneratus, præter unum, qui tamquam flebotomiæ ictum ſagittæ recepit in pede. De Sarracenis verò tot ceciderunt eâ die in ore gladii, quod etiam nobis diſplicuit. Majores tamen admirati & alii qui ſe in turribus & munitionibus receperant, ſunt reſervati ad vitam, pro quibus captivos noſtros non ſolùm rehabere ſperamus, ſed etiam pecuniam infinitam. Civitatem autem ipſam invenimus plenam auro & argento, pannis ſericis, lapidibus pretioſis, frumento & ordeo, & aliis multis divitiis, quibus ditatus eſt exercitus chriſtianus, Ægyptiis ſpoliatis. Hæc ideo univerſitati veſtræ duxi per ordinem intimanda, ut exultetis & lætemini, & concorditer omnes unà nobiſcum gratias referatis Altiſſimo, qui ſuâ ſolummodò miſericordiâ, non noſtris meritis, tantam & tam famoſam, & tanto tempore per terram & aquam chri-

Digitized by Google

ſtianis infeſtam nobis ad cultum ſuum tradidit civitatem. Aſſerunt quidem illi, qui diverſas mundi partes circuierunt & loca in ædificiis, turribus, muris, & antemuralibus, foſſatis lapideis ex una parte, & aquis ex altera, non eſſe Damiata pulcriorem civitatem in mundo, nec munitiorem in plano: quæ ſicut captivi in ipſa reperti aſſeverant, munita extitit, quando primò obſeſſa fuit in gyrum XLV. millibus bellatorum, præter decrepitos parvulos & mulieres qui fuerunt ultra XV. millia æſtimati. Præter prædictos verò pridie captionem civitatis CCLX. de nocte civitatem intraverunt miſſi à Soldano, & CC. qui eadem nocte reperti fuerunt, à noſtris ſunt interfecti, quos omnes communiter, ſed diverſimodè in manibus ſuorum fidelium Dominus miraculoſe concluſit. Civitas autem ſancta Jeruſalem poſt deſtructionem murorum recedentibus Sarracenis ex toto à ſolis Surianis & aliis Chriſticolis habitatur, nec reſtat de cetero, niſi ut in valida manu populus chriſtianus accedat, & dirutos muros refirmet. Datum Damiatæ IV. Idus Novembris.

HONORII PAPÆ III. ad prælatos Hiberniæ.

Arguit eos quod pullulantem in ſubditis hæreſim tolerarent.

Anno 1219. Ex cartario Campaniæ Bibliothecæ regiæ.

HONORIUS epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabilibus fratribus archiepiſcopis & epiſcopis & dilectis filiis ceteris eccleſiarum prælatis & capitulis per Hiberniam conſtitutis ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Expectavimus hactenus, expectantes ſi monitis & ſtatutis concilii generalis, exculta Domini ſabaoth vinea floruiſſet, ſi Aaron virga turgentibus gemmis erupiſſet in flores & dilatatis foliis amigdala produxiſſet, ſi geminaſſent mala punica, & ficus produceret groſſos ſuos: quia ficus præcoquas anima Sponſi deſiderat & ſponſa diligit botros cypri. Sed ecce dolentes dicimus ante meſſem ſeges effloruit, & vinea ferè tota & ficus ac virga magis aruit, & vindemiator manum ad carcallum non revocat: ſed ſic ſemper vindemiat, quod poſt vindemiatores racemos aliquos colligere vix valemus. Nam unuſquiſque ferè in viam ſuam abiit, & ad ſuam negotiationem revolat à regiis nuntiis damnabiliter ſe excuſans. Jam quidam miniſtri altaris ſicut jumenta non ſolum in ſtercore computreſcunt; ſed peccatum ſuum velut Sodoma prædicant, nec abſcondunt, facti ruina & laqueus populorum. Quidam etiam eccleſiarum prælati, qui gladios ancipites in ſuis manibus acceperunt, ad faciendam vindictam & increpationes in populis, errantes non corrigunt, membra putrida non excidunt, à caulis oves contagioſas & morbidas non excludunt, vulnus, livorem & plagam tumentem non ligant, nec curant neque fovent oleo vel amplaſtro: propter quod quia cicatrix populi non obducitur, in Ga- A laad non cenſetur eſſe medicus vel reſina. Proinde in conſilium ſubditorum venire anima prælatorum convincitur, dum iidem proximorum vitiis non reſiſtunt: ſicque manus mulierum miſericordium parvulos ſuos coquunt. Hi etiam bona ſibi commiſſa diſſipant & conſumunt, diſpergunt ſanctuarii lapides in capite omnium platearum, indignos promovent, perniotioſis ſtipendia eccleſiaſtica largiuntur, in ſuis eccleſiis conventicula de ſanguinibus congre- B gantes. Tales utique non attendunt quod Eli filios ſuos palpans de cella retrorſum cecidit, & principes populorum, quia non cohibebant Hebræos initiantes Beelfegor, & cum Madianitis in eorum oculis coëuntes præcepto Domini ſuſpenſi ſunt in patibulo contra ſolem. Quia cùm de manibus prælatorum negligentium ſanguis requiratur pereuntium ſubditorum, dum fortioribus inſtat fortior cruciatus, ſit durum judicium eis qui præſunt. Clauſtrales quam plurimi qui fregerunt jugum, ruperunt C vincula, quin etiam ſicut ſtercus terræ jam contemtibiles ſunt effecti, ſe non corrigunt, ſubditos non caſtigant, capitula juxta concilii generalis ſtatutum, non celebrant, ne in lucem prodeant opera tenebrarum & à lumine arguantur. Propter hæc ſiquidem hæreſes invaleſcunt: quia cùm perpauci hodie murus æneus vel columna ferrea ſint prælati, vix eſt qui ſe opponat murum pro domo Domini aſcendentibus ex adverſo: eo quod conſcientia remordente, dum canes muti proje- D ctum in terra ramunculum in os habent, & ſint quaſi baculus arundineus jam confractus, nec latratu nec baculo arceat lupos dilacerantes Eccleſiam, & in ipſam ululatus validos emittentes. Cum igitur non poſſimus diſſimulare de cetero vel conniventibus oculis pertranſire tantum cleri contagium & populi chriſtiani diſcrimen, quod procedit & proficit ex negligentia prælatorum evacuantium per incuriam & torporem ſanctiones canonicas, & ſtatuta ſalubria concilii generalis; increpationis ſecurim comminantem excidium nunc radi- E cibus infructuoſæ arboris applicamus, confoſſæ ficulneæ cophinum ſtercoris apponentes antequam maledictionis gladio feriatur, & arceat, ſi fructum non fecerit in futurum quem jam diutius expectat. Quocirca univerſitati veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus & diſtrictè præcipimus, quatenus præteritam negligentiam novo ſtudio redimentes, per ſollicitudinem geminatam ſic præfati ſtatuta concilii, & illa præſertim quæ ſalutem reſpiciunt animarum, deinceps conſervetis, & faciatis à veſtris ſubditis inviolabiliter obſervari, quod F poſſitis exinde laudem conſequi, & æterna præmia promereri, nec quemquam veſtrum pœnam oporteat formidare, ad quam ex nunc potenter accingimur, contra deſides & remiſſos. Invigiletis autem propenſius ad hæreticam pravitatem è veſtris finibus, ſi forſan irrepſerit, penitus extirpandam: quia ſerpit ut cancer, capita ut hydra multiplicat, & ut draco ſtellas de cœlo detrahit, & mulieri tendit

Digitized by Google

inſidias, cupiens filium quem concepit devorare. Ponat etiam unuſquiſque gladium ſuper femur per medium caſtrorum tranſiens de porta in portam, nec parcat fratri proximo vel amico, qui ſtatutis concilii vilipenſis morum vel vitæ abjicit honeſtatem, vel non obſervat in tonſura, veſtibus, & aliis modeſtiam clericalem. Præcaventes ſollicitè ne beneficia conferatis indignis, nec quemquam permittatis habere plures perſonatus, ſeu parrochiales eccleſias habitas poſt concilium generale quibus cura ſit animarum, annexa, niſi forſan ſuper hoc habeat indulgentiam ſedis apoſtolicæ ſpecialem. Abbates vero Nigri ordinis celebrare hoc anno provincialia concilia non obmittant, prout exiſtit in præſcripto concilio ſtabilitum, & ut bonorum ſtudium commendare poſſimus, & punire negligentiam perverſorum, ſuper hoc ab illis certiorari volumus & mandamus. Sane cum olim vas aureum manna plenum Chriſti Corpus deïtatem continens præfigurans, in arca fœderis auro tecta infra Sancta ſanctorum fuerit collocatum, ut munde in loco venerabili ſervaretur; dolemus plurimum, & triſtamur quòd in provinciis ſacerdotes ſanctiones canonicas immo divinum judicium contemnentes, ſanctam Euchariſtiam incaute cuſtodiunt & immunde & indevote contrectant, quaſi nec creatorem timeant vel recreatorem diligant; aut judicem omnium expaveſcant: quamquam Apoſtolus terribiliter comminetur deteriora illum mereri ſupplicia, qui Filium Dei conculcaverit, vel ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, aut ſpiritui gratiæ contumeliam fecerit, quam tranſgreſſores legis Moſaïcæ, qui mortis ſententia plectebantur. Nè igitur de cetero propter incuriam ſacerdotum in indevotos divina indignatio gravius exardeſcat, diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus à ſacerdotibus Euchariſtia in loco ſingulari, mundo etiam & ſignato ſemper honorifice collocata devote ac fideliter conſervetur. Sacerdos verò quilibet frequenter doceat plebem ſuam, ut cum in celebratione miſſarum elevatur hoſtia ſalutaris, quilibet reverenter inclinet, idem faciens cum ipſam portat preſbyter ad infirmum; quam in decenti habitu ſuperpoſito mundo velamine ferat & referat manifeſte & honorifice ante pectus cum omni reverentia & timore, ſemper tamen lumine procedente, cum ſit candor lucis æternæ, ut ex hoc apud omnes fides & devotio augeatur. Prælati autem hujus mandati graviter punire non differant tranſgreſſores, ſi & ipſi divinam & noſtram volunt effugere ultionem. Attendat igitur unuſquiſque ut ſic mandatum noſtrum juxta ſuſceptum officium exequatur, quod nemo coronam ejus accipiat, vel de ſuo loco ejus candelabrum amoveri contingat, ſed potius coronari gloria & honore.

Datum Viterbii XIII. Calendas Decembris pontificatus noſtri anno IV.

LITTERÆ MATTHÆI ducis Lotharingiæ,

Quibus promittit ſe pacta cum comitiſſa & comite Campaniæ obſervaturum.

Anno 1220. Ex cartario Campaniæ.

EGo MATTHÆUS dux Lotharingiæ & marchio, notum facio præſentibus & futuris, quod cariſſimæ dominæ meæ BLANCHÆ comitiſſæ Trecenſi, & cariſſimo domino meo THEOBALDO comiti Campaniæ nato ejus, propriâ manu meâ juravi has conventiones ſubſcriptas bonâ fide tenendas, videlicet quod eos juvabo contra filias comitis HENRICI & heredes earum, & contra omnem creaturam quæ poſſit vivere & mori, præter quam contra dominum regem Romanorum. Nullum hominum, vel feminarum de domanio eorum in domanio meo potero retinere. Nanciacum & Gundrevillam quæ eis aſſignavi pro dotalitio cariſſimæ ſororis meæ GERTRUDIS comitiſſæ Metenſis & Dauburgenſis, quondam ducíſſæ Lotharingiæ, & quicquid in duobus caſtellis illis, & in caſtellaniis eorum habebam, tam in domanio, quàm in feodis, in dominio, in juſtitia, & in omnibus modis & commodis faciam eis quittari à cariſſima matre mea duciſſa Lotharingiæ. Poſt mortem verò dictæ GERTRUDIS, prædicta duo caſtella, cum omnibus appenditiis ſuis, ad me, vel ad homines, ſine contradictione qualibet, revertentur. Præterea omnia feoda ad caſtellaniam Gundricuriæ pertinentia, quæ GUIDO DE PLANCIACO de me tenebat, & de fratre meo tenuit, ſupradictis B. comitiſſæ & TH. comiti nato ejus dedi in perpetuum & quittavi, jure hereditario poſſidenda. Omnes etiam litteras regis Ottonis, regis Frederici, & epiſcopi Metenſis, & omnes alias litteras, cujuſcumque ſigillo fuerint ſigillatæ, quas penes me habeo, vel habere potero, pertinentes ad Metenſem & Dauburgenſem comitatus, & ad aliam hereditatem comitiſſæ GERTRUDIS reddam bonâ fide comitiſſæ & comiti ſupradictis. Et ſi forte comitiſſa GERTRUDIS deceſſerit ſine herede de corpore ſuo (quod abſit) comitiſſa & comes prædicti de illis litteris mihi reddent, quæ utiles & neceſſariæ mihi erunt. Ut autem hæc omnia nota permaneant & rata teneantur, litteris annotata ſigilli mei munimine roboravi.

Actum anno Verbi incarnati MCCXX. menſe Maio.

HONORII PAPÆ III. ad archiepiſcopum Bituricenſem.

Contra Judæos in Bituria novas ſynagogas conſtituentes.

Anno 1220. ex cartario Bituricenſi.

HONORIUS epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri archiepiſcopo Bituricenſi, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Pervenit

Pervenit ad audientiam noſtram, quod Judæi in tua diœceſi habitantes, ſynagogas de novo contra ſanctiones canonicas conſtruere præſumſerint, ideo fraternitati tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi ita eſt, ſynagogas ipſas facias demoliri, fideles ſi qui ſe oppoſuerint, per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo.

Datum Lateranis XIV. Calendas Junii, pontificatûs noſtri anno IV.

LITTERÆ MATTHÆI ducis Lotharingiæ.

De ſolvendis debitis Theobaldi Lotharingiæ ducis.

Anno 1220. *Ex cartario Campaniæ.*

EGo MATTHÆUS dux Lotharingiæ & marchio, notum facio univerſis præſentes litteras inſpecturis, quòd cum cariſſimus dominus meus THEOBALDUS comes Campaniæ nobilem mulierem G. comitiſſam Dauburgenſem & Metenſem, relictam claræ memoriæ THEOBALDI quondam ducis Lotharingiæ fratris mei, acciperet in uxorem; cariſſima domina mea BLANCHA comitiſſa Trecenſis, & prædictus dominus meus THEOBALDUS comes natus ejus ex una parte, & ego qui prædicto duci fratri meo in eodem ducatu ſucceſſeram, ſtatuimus & conceſſimus, alter alteri bonâ fide ſervandum, quod debita omnia quæ idem dux THEOBALDUS debebat burgenſibus Metenſibus, communiter per medium redderemus: ipſi verò comitiſſa & comes redderent omnia debita quæ prædictus dux TH. debebat in comitatu Dauburgenſi. Ego verò rederem omnia alia debita quæ dux TH. debebat. Et ſi aliquis de creditoribus ducis TH. quibus ego ſatisfacere teneor per conventionem prædictam dominam comitiſſam, vel filium ejus ſuper aliquo debito ducis TH. impeteret, vel vexaret, ego ab impetitione & vexatione illius eos liberare tenerer. Si verò aliquis de creditoribus ducis TH quibus ipſi comitiſſa & comes tenentur ſatisfacere, me ſuper aliquo debito ducis TH. impeteret; vel vexaret, ipſi tenerentur me liberare ab impetitione & vexatione illius. In hujus itaque rei teſtimonium præſentes litteras fieri volui ſigilli mei appenſione munitas.

Actum anno ab Incarnatione Dom. MCCXX.

LITTERÆ AGNETIS Lotharingiæ duciſſæ,

Quibus Nanciacum Matthæo duci filio ſuo cedit, qui de illo inveſtit comitem Campaniæ.

Anno 1220. *Ex cartario Campaniæ*

EGo AGNES duciſſa Lotharingiæ, notum facio univerſis præſentes litteras inſpecturis, quod Nanciacum cum omnibus pertinentiis ſuis, quod nomine dotalitii poſſidebam, & quicquid habebam ibi in omnibus modis & commodis, totum reddidi & quittavi MATTHÆO duci Lotharingiæ filio meo, & inde me deveſtivi in manu ipſius coram domina comitiſſa Trecenſi, & TH. comite nato ejus. Ipſe verò filius meus præfatum comitem & GERTRUDEM uxorem ejus de Nanciaco & de omnibus pertinentiis in mea præſentia inveſtivit.

Datum anno gratiæ MCCXX. menſe Junio.

LITTERÆ MATTHÆI ducis Lotharingiæ,

Quod comitiſſa & comes Campaniæ pro ipſo erga matrem obſides nullum inde patiantur detrimentum.

Anno 1220. *Ex cartario Campaniæ.*

EGo MATTHÆUS dux Lotharingiæ & marchio, notum facio univerſis præſentes litteras inſpecturis, quod cùm cariſſima domina mea B. comitiſſa Trecenſis, & cariſſimus dominus meus TH. comes natus ejus, ad preces & inſtantiam meam ſe pro me erga dominam & matrem meam AGNETEM duciſſam Lotharingiæ obſides & oſtagios conſtituiſſent, de hoc videlicet quod dictæ matri nullam violentiam in aliquo, vel injuriam irrogarem, nec ab aliquo de meis permitterem irrogari. Ego eis conceſſi bonâ fide, quòd ſi propter hoc damnum aliquod incurrerent vel gravamen, ego eis tenerer in integrum reſtaurare: quod ſi non facerem, conceſſi eis & concedo, ut de meo capere poſſint ſine meſfacere, & ſine fidem mentiri.

Actum anno gratiæ MCCXX. menſe Junio.

LITTERÆ HENRICI comitis Grandis-prati,

Quibus declarat datum ſibi à comite Campaniæ caſtrum Portuenſe cuſtodiendum.

Anno 1220. *Ex cartario Campaniæ.*

EGo HENRICUS comes Grandis-prati, notum facio omnibus præſentes litteras inſpecturis, quod cariſſimus dominus meus THEOBALDUS comes Campaniæ tradidit mihi caſtrum Portuenſe, fortereſſiam ſcilicet & proventus, cum omnibus pertinentiis ejuſdem caſtri, ſicut eadem tenebat, ad tenendum & tuendum ea quamdiu ipſi placebit. Ego ſiquidem teneor ipſi reddere, & caſtrum, & fortereſſiam, cum omnibus ſupradictis, in integrum ad magnam vim & ad parvam, quotienſcumque inde ex parte ſua fuero requiſitus. Debeo etiam eidem ſupradicta reddere omni eodem puncto quo mihi illa tradidit ad ſervandum.

Actum anno gratiæ MCCXX. menſe Julio.

LITTERÆ MATTHÆI Lotharingiæ ducis,

Quibus à Blancha comitiſſa Campaniæ, & Theobaldo comite ejus filio, recipit in feodum Novum-caſtrum in Lotharingia.

Anno 1220. *Ex cartario Campaniæ.*

EGo MATTHÆUS dux Lotharingiæ & marchio, notum facio univerſis præſen-

Digitized by Google

tibus & futuris, quod Novumcaſtrum in Lotharingia, quod de allodio meo erat, & totam caſtellaniam ejuſdem caſtri, cum omnibus appenditiis quæ de allodio meo erant, recepi in feodum & hommagium de cariſſima domina mea B. comitiſſa Trecenſi, & de cariſſimo meo Th. comite Campaniæ nato ejus, in augmentum feodi quod de ipſis tenebam: Et eis juravi bonâ fide & ſine malo ingenio, quod quandocumque & quotieſcumque fuero requiſitus ab ipſis, vel ex parte ipſorum, tradam eis, vel eorum mandato, dictum caſtrum, forteriſſiam videlicet & burgum, ut ibi ponant de ſuis gentibus ad voluntatem ſuam. Ipſi autem infra quadraginta dies, poſtquam de Eſſonio, vel de guerra ſua liberati erunt, tenentur mihi reddere per juramentum ſuum caſtrum illud ita munitum, & in eo puncto in quo eis traditum fuerit bonâ fide. Prætereà faciam milites & homines univerſos de dicto caſtro & de tota caſtellania jurare ſuper ſanctos, quod ſi ego (quod abſit) caſtrum illud nollem tradere comitiſſæ & comiti, vel ipſorum mandato, ipſi milites & homines caſtrum illud eis, vel eorum mandato traderent, & ipſos bonâ fide jurarent, tamquam dominos ſuos. Hæc eadem juramenta & eaſdem conventiones tenentur facere & obſervare ad invicem heredes prædictorum comitiſſæ & comitis qui erunt comites Campaniæ, & heredes mei qui Novumcaſtrum tenebunt. Quæ ut nota permaneant & firma teneantur, litteris annotata ſigilli mei munimine roboravi.

Actum anno ab Incarn. Domini MCCXX. menſe Julio III. Cal. Auguſti.

LITTERÆ MATTHÆI DUCIS Lotharingiæ, quibus providet ne comitiſſa & comes Campaniæ damnum patiantur pro oſtagione ab ipſis facta pro comite Barri-ducis.

Anno 1220. Ex cartario Campaniæ.

Ego Matthæus dux Lotharingiæ & marchio. Notum facio univerſis præſentes litteras inſpecturis, quod ſi cariſſima domina mea Blancha illuſtris comitiſſa Trecenſis, & Theobaldus comes Campaniæ natus ejus dominus meus, damnum aliquod incurrerent pro oſtagione quam ad preces & inſtantiam meam fecerunt pro me erga dilectum & fidelem meum Henricum comitem Barri-ducis, videlicet de tribus millibus libris Metenſibus, de quibus tenentur facere creantum ipſius comitis Barri-ducis, ſi ego infra inſtans Natale Domini non darem ei oſtagios, quos teneor ei dare de tenenda pace, quæ facta eſt inter me & ipſum comitem Barri-ducis; ego tam catalla quàm damna quæ propter hoc ipſi comitiſſa & comes filius ejus haberent, tenerer ipſis reſtaurare ad plenum. In cujus rei teſtimonium præſentes litteras meas eiſdem tradidi ſigilli mei appenſione munitas.

Actum anno gratiæ MCCXX. prima die Septembris.

EJUSDEM DE PACE TENENDA cum Henrico comite Barri-ducis.

Anno 1220. Ex cartario Campaniæ.

Ego Matthæus dux Lotharingiæ & marchio, notum facio univerſis præſentes litteras inſpecturis, quod cariſſima mea Blancha illuſtris comitiſſa Trecenſis & cariſſimus meus Th. comes Campaniæ natus ejus ad preces & inſtantiam meam conceſſerunt dilecto & filio meo Henrico comiti Barri-ducis, quod ſi ego forſan, quod abſit, deficerem de tenenda pace quæ inter me & dictum comitem Barri-ducis facta fuit apud Vitriacum coram dicta domina comitiſſa, ſicut litteræ meæ exinde confectæ pleniùs proteſtantur; ipſi comitiſſa & comes filius ejus juvarent comitem Barri-ducis contra me ſine meffacere & ſine fidem mentiri, & ſine ſacramentum tranſgredi, quo aduſque defectum meum emendaſſem & adreciaſſem ſecundùm conventiones quas in prædictis litteris meis ſuper illa pace confectis continetur. Quod ut notum ſit & firmum teneatur, litteris annotatum ſigilli mei munimine roboravi.

Actum Vitriaci anno Domini MCCXX. menſe Septembris, prima die ejuſdem menſis.

LITTERÆ MATTHÆI DUCIS Lotharingiæ quibus B. comitiſſam Campaniæ & Th. natum ejus erga Agnetem de Novo-caſtro obſides conſtituit.

Anno 1221. Ex cartario Campaniæ.

Ego Matthæus dux Lotharingiæ & marchio, notum facio univerſis præſentes litteras inſpecturis quòd ego Agnetem de Novo-caſtro & Petrum filium ejus aſſecuravi, numquam in perſonas eorum manus violentas miſſurus, ſed eos eadem libertate qua antea fruebantur, gaudere permittam. Super quo obſides eis conſtitui dominam meam B. comitiſſam Trecenſem palatinam & dominum meum Th. comitem Campaniæ filium ipſius comitiſſæ, qui ad res meas ſe tenerent, fide violenta permanente, ſi dictam conventionem minimè obſervarem. In cujus rei teſtimonium præſentem paginam ſigilli mei munimine roboravi.

Datum menſe Aprili anno Incarnationis Dominicæ MCCXXI.

EPISTOLA JOHANNIS regis Herusalem, ad Blancham comitiſſam Campaniæ, & Theobaldum ipſius filium.

Hortatur eos ut Gualterio Brenæ comiti comitatum ſuum reddant.

Anno 1221. Ex cartario Campaniæ.

Dominæ Blanchæ comitiſſæ Campaniæ Trecenſi palatinæ, & domino Theobaldo ejuſdem filio, Johannes Dei gratiâ Jeruſalem rex ſalutem.

Digitized by Google

Noveritis quod Gualterus nepos noſter, filius comitis Gualteri Brenæ, accedit per bonam voluntatem noſtram ad partes veſtras, ut in poſſeſſionem hereditatis ſuæ intret, videlicet comitatus Brenæ cum pertinentiis ſuis: quare vos exoramus, & à vobis & filio veſtro domino Theobaldo requirimus quatinus comitatum Brenæ cum pertinentiis ſuis eidem Gualtero reddatis, & in poſſeſſionem pacificam ponatis; nec propter hanc cauſam, videlicet quod nos inde fuimus homo veſter & filii veſtri, & quod dictus Gualterus nondum eſſet ad ætatem, eumdem impediatis. Voluntas enim noſtra eſt & præceptum, quod vos terram ſuam & hereditatem ſuam, videlicet comitatum Brenæ cum pertinentiis ſuis reddatis eidem, & in poſſeſſionem pacificam ponatis; nam vos bene ſcitis, & noſmetipſi bene ſcimus, hoc ſuum jus eſſe, & ad ipſum jure hereditario pertinere.

Actum in Accon. anno Domini MCCXXI. menſe Aprili.

HONORII PAPÆ III. RESCRIPTUM ad Grandimontenſes.

Hortatur eos ut ſciſſuris & contentionibus abdicatis, priori reverentiam exhibeant, & ſtatuta ordinis ſedulo obſervent.

Anno 1221. Ex mſ. biſt. Grandimontis.

HONORIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis priori & fratribus Grandimontenſibus ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Utilitati, famæ, & ſaluti veſtræ non modicum expedit, ut ſicut proximè retroactis temporibus contentiones ad invicem habuiſtis, ſic de cetero ſervetis pacem in vinculo caritatis: quatenus fama veſtra, quæ per diſſentiones hujuſmodi eſt plurimum denigrata, nitorem poſſit recipere conſuetum, & veſtra religio in conſpectu Dei & hominum ſolitam invenire gratiam mereatur. Cùm igitur inſtanti feſto beati Johannis Baptiſtæ de more celebraturi ſitis capitulum generale, univerſitatem veſtram ſollicitandam duximus & hortandam, auctoritate vobis præſentium firmiter injungentes, quatinus ſciſſuris & contentionibus penitus abdicatis, ad ea quæ pacis ſunt unanimiter intendentes, ordinis veſtri ſtatuta, prout in apoſtolico ſunt privilegio comprehenſa, ſtudeatis inviolabiliter obſervare: priori veſtro impendendo reverentiam & obedientiam humilem & devotam: pro certo ſcituri, quod ſi ſalubribus monitis noſtris damnabili temeritate contemtis, perturbare vos ipſos, & ſcandalizare alios per jurgia præſumſeritis conſueta, nos vineam Domini, eccleſiam ſcilicet Grandimontis, curabimus aliis locare agricolis, qui opportunum fructum temporibus ſuis reddant, vobis dignè datis in diſperſionis opprobrium: ut quibus culpa veſtra fuit ſcandalum, pœna ſit in exemplum.

Datum Laterani III. Idus Maii, pontificatûs noſtri anno v.

LITTERÆ ROBERTI DE MILLIACO

Quibus agnoſcit ſe cambellanum Campaniæ ex merâ comitis liberalitate.

Anno 1221 Ex cartari Campaniæ.

EGo Robertus de Milliaco notum facio univerſis præſentes litteras inſpecturis, quod cambellaniam Campaniæ jure hereditario non poſſideo, nec in ea ego, vel heredes mei aliquid poſſumus per hereditatem reclamare. De mera enim liberalitate poſt mortem patris mei eam mihi donavit comes Campaniæ ad vitam meam tantummodo poſſidendam. In cujus rei teſtimonium præſentem cartam feci fieri, & ſigilli mei munimine roboravi.

Datum anno gratiæ MCCXXI. menſe Julio.

LITTERÆ AMALRICI de Monte-forti ducis Narbonenſis, & comitis Toloſani.

Declarat ſiniſtri nihil adverſus Aginnenſes moliri, quibus, eorum fidelitate laudatâ, ſuam promittit protectionem.

Anno 1221 Ex Archivio regio Carcaſſonenſi.

AMALRICUS Dei providentiâ dux Narbonæ, comes Tholoſæ, & dominus Montis-fortis; univerſis Christi fidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino.

Omnibus has litteras inſpicientibus earum inſinuatione volumus innoteſcat, quod cùm hoſtis antiquus qui deſiderabiliora ſanctæ matris Eccleſiæ frequenter indefeſſe perſequi conſuevit, & caritatem quam in cœlis habere noluit, interius perſequi non deſiſtit. Cives Agennenſes qui pro deffenſione pacis & fidei uſque ad ſanguinem decertarunt, ut eos ab unitate Eccleſiæ poſſet excutere, contra ipſos ſuæ fraudis machinamenta conſtruxit; miniſtrorum ſuorum linguas exacuens, ut eorum animos à noſtræ fidelitatis obſequiis & Eccleſiæ devotione divelleret. Eorum ſiquidem auribus, ut audivimus, fuit à perditionis filiis intimatum, nos (quod Deus avertat) contra civitatem Agennenſem indignationis ſpiritum concepiſſe, & ad res eorum propoſuiſſe manus extendere, & obſides violenter extrahere, quod nobis in opprobrium cederet ſimpiternum, cùm devotionem quam ergà nos & Eccleſiam Dei gerunt, eorum opera commendatione digniſſima, & omnibus fidelibus imitanda, manifeſtis indiciis proteſtentur. Quapropter, ne ipſorum damnationi perturbandæ detractricibus linguis aliquid liceat, & ut eos in devotione pacis & fidei & Eccleſiæ firmos reddamus deinceps firmiores: nos prædictam civitatem Agennenſem, & habitantes in ea ſub noſtra ſpeciali dilectione ac protectione ſuſcepimus, eis fidei & juramenti interpoſitione firmiter promittentes, quod eos, vitâ comite, cariſſimos habebimus & acceptos, & tam à nobis quàm à noſtris, & ab omni vivente, ab omni moleſtia, gravamine ac injuria, modis omnibus pro viribus deffendemus. Et ſi, ex eo quod nobis dictum fue-

Digitized by Google

rat, quod à fidelitate noſtra propoſitum recedendi habuerant, & eccleſiæ inimicis propoſuerant adherere, vel propter aliam occaſionem, vel ſuſpicionem, rancorem aliquem nos æſtimant, quod non fecimus, concepiſſe; nos eis totum ex corde remittimus, & ut ſupradictum eſt, in noſtra benevolentia, amicitia & familiaritate recepimus, ſub prædicti juramenti interpoſitione; promittentes ne de cetero obſides de civitate Agennenſi trahamus, neque aliquem in civitate capiamus, quamdiu nobis juſtitiam facere voluerint ſecundum legitimas conſuetudines civitatis à noſtris prædeceſſoribus antiquitùs comprobatas. Nihilominus legitimas & antiquas conſuetudines civitatis cum aliis principibus civitatis & dominis longo uſu obtentas, eas confirmamus, & ſub prædicta firmitate promittimus obſervandas, quamdiu & ipſi nobis extiterint legitimi & fideles. Ipſi autem cives ſimiliter nobis juraverunt, quod nobis & heredibus noſtris quicumque nobis ſuccedant, in perpetuum adherebunt, fidem præſtabunt, & fidelitatem contra omnes homines & omnes feminas obſervabunt, nec permittent aliquem de inimicis Eccleſiæ & noſtris in civitatem Agennenſem ingreſſum habere, vel pariam cum eiſdem, ſed ipſam civitatem deffendent firmiter contra ipſos; noſtros autem bajulos & certos nuntios, etiam eos qui non ſunt de lingua iſta, quos conſtiterit nobis firmiter adherere, liberè permittent in jam dictam civitatem intrare, & nos maximè cum noſtris quandocumque voluerimus, vel neceſſe habuerimus ſine omni difficultate in ſæpedictam intrabimus civitatem, ſi ad hoc de prædictis conſuetudinibus in cauſa aliqua dubitatio suboriretur, nos illam determinari faciemus bonâ fide, ad conſilium duodecim conſulum, vel duodecim aliorum; ſi conſules tunc temporis non fuerint in civitate prædicta. Hæc omnia in præſentia venerabilis patris G. Dei gratiâ Portuenſis & S. Rufinæ epiſcopi apoſtolicæ ſedis legati. interpoſito juramento, nos promiſimus ſervaturos. In cujus rei memoriam, conſulibus civitatis prædictæ litteras noſtras patentes dedimus ſigillo noſtro munitas, facientes cum noſtro pariter appendi ſigilla domini legati prædicti, & venerabilium patrum Bituricenſis archiepiſcopi, Claromontenſis, & Lemovicenſis epiſcoporum.

Actum autem Claromontis ſuper Garonam anno Domini MCCXXI. Calendis Auguſti.

EPISTOLA CONVENTUS Domûs-Dei Pruvinenſis, ad Blancham Campaniæ comitiſſam.

Significat obitum magiſtri David, & petit facultatem eligendi.

Anno 1221. Ex cartario Campaniæ Bibliothecæ regiæ.

ILluſtri dominæ B. comitiſſæ Trecenſi palatinæ, tota congregatio Domûs Dei Pruvinenſis ſalutem cum omni devotione & ſubjectione ſeipſos ad pedes.

Tribulationes & amaritudines cordium noſtrorum, præter quotidianas quas inceſſanter patimur, de novo ſubortas vobis, pia mater, apud quam poſt Deum habemus refugium, & reperimus ſolatium, duximus exponendas. Cùm adhuc nobis recens & continuus eſſet dolor de obitu piæ recordationis ODONIS quondam patris noſtri & compatris veſtri, qui domum noſtram quæ ante tempus promotionis ſuæ pene penitus nulla erat, ſanctis moribus inſtructus, per Dei gratiam, mediante ope & opera veſtra, rebus, perſonis, & ædificiis feliciter ampliavit; ſuper nos aggravavit Dominus manum ſuam, tollens de medio magiſtrum DAVID, qui nuper chriſtianiſſimè diem clauſit extremum. Cùm igitur domus noſtra paſtore ſit viduata, petimus à vobis, pia mater & domina, licentiam eligendi. Super eo verò quod in altera electione offenſam veſtram per ſimplicitatem noſtram & ignorantiam juris incurrimus, nos omnes fratres, ſorores, pauperes & infirmi pedibus veſtris cum omni humilitate & devotione proſtrati, miſericordiam, & non judicium poſtulamus, ad omnem emendam & ſatisfactionem pro veſtra voluntate parati.

Datum anno Domini MCCXXI. menſe Octobri.

LITTERÆ JOHANNÆ COMITISSÆ Flandrenſis & Hannonienſis,

De pecuniis ad uſuram mutuo acceptis pro redemtione Ferrandi comitis Flandrenſis regis Francorum captivi.

Anno 1221. Ex cartario Campaniæ Colbertino.

EGo JOHANNA comitiſſa Flandriæ & Haynonenſis, univerſis præſentes litteras inſpecturis, notum facio quod cùm pro liberatione cariſſimi viri mei FERRANDI comitis Flandriæ & Haynonenſis, qui in captione domini regis Franciæ detinebatur, à Senenſibus, Romanis, & aliis mercatoribus me & dictum virum meum oporteret accipere, videlicet à *Cortebragne* & ſociis ſuis, undecim millia & quadraginta libras, de quibus habebunt tredecim millia & quadraginta libras; ab Huberto de Caſtro-novo tria millia, & quadraginta libras & octo; de quibus habebit quatuor millia libras, à Johanne Judæo tria millia libras, de quibus habebit tria millia quingentas & triginta-ſex libras & quinque ſolidos; à Gregorio Alexi & ſociis ejus quinque millia & centum & ſex libras, de quibus habebit ſex millia; à Bartholomæo ſeptem millia, de quibus habebit octo millia & quinquaginta libras: de quo quidem debito ipſi creditores habent litteras cariſſimæ dominæ & amicæ meæ BLANCHÆ illuſtris comitiſſæ Trecenſis, & TH. comitis Campaniæ nati ejus. Memorati comitiſſa & comes Campaniæ ad preces viri mei & meas de voluntate & aſſenſu noſtro jam dictis creditoribus promiſerunt, & etiam litteras ſuas patentes eiſdem dederunt. Quòd ſi fortè prædicta pecunia perſoluta non eſſet terminis conſtitutis, & tunc

dicta comitiſſa & comes Campaniæ, ad requiſitionem ipſorum creditorum, nundinas ſuas interdicerent omnibus mercatoribus & burgenſibus terræ noſtræ, & tam in nundinis, quàm extra nundinas, ſaiſirent & caperent, tam res, quàm corpora burgenſium & mercatorum terræ noſtræ, ubicumque ea invenirent, ſive in terra ſua, ſive alibi, & ea tenerent, donec de prædicta pecunia, & de coſtamentis plenariè [eſſet] ſatisfactum creditoribus ſupradictis. Ego autem, & prædictus vir meus, promiſimus & B conceſſimus, & tam perſonas noſtras, quàm omnia bona quæ habemus, aut habituri ſumus, obligavimus comitiſſæ & comiti ſupradictis: ita quidem quòd ſi occaſione prædictorum, aliqua fortè damna incurrerent, vel expenſas aliquas pro liberatione prædicti viri facerent, nos eis ea omnia reſtitueremus ad plenum, & de perditis & expenſis quas providè facerent, eis vel eorum alteri per ſimplex verbum redderetur. In cujus rei teſtimonium, præſentes litteras feci fieri, & ſigilli mei munimine roboravi. C

Datum anno ab Incarnat. Dom. MCCXXI.

BULLA HONORII PAPÆ ad J. archiepiſcopum Viennenſem, & Gratianopolitanum epiſcopum.

Ut inquirant de vita & miraculis ſancti Hugonis abbatis Bonarum-vallium.

Anno 1221. *Ex mſ Bonarum-vallium.*

HONORIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiſcopo Viennenſi, & epiſcopo Gratianopolitano ſalutem & apoſtolicam benedictionem. D

Qui ſuâ incommutabili providentiâ cuncta diſponit ab æterno, licèt in operibus primæ creationis mirabilem ſe oſtendit, & mirabiliorem in exhibitione redemtionis humanæ: adhuc tamen miſericordias ſuas mirificare non deſiſtens, variis miraculorum inſignibus Eccleſiam ſuam ornat, dum electos ejus quos in eccleſiaſticæ fidei veritate renatos provehit, in augmentum virtutum dat miraculis coruſcare, E ut ſic magis & magis fides in CHRISTO credentium roboretur, ſpes proficiat, & caritas accendatur, ut confundantur & revereantur Eccleſiæ inimici, qui vitam ejus inſaniam æſtimantes, eidem detrahere multipliciter moliuntur. Sanè gaudemus in Domino, & in ejus laudibus gloriamur, quod ſicut dicti filii abbas & conventus Bonæ-vallis Ciſtercienſis ordinis, ſuis nobis nuntiis & litteris, adhibitis quoque multorum prælatorum teſtimoniis, intimarunt; F felicis memoriæ HUGO quondam eorum abbas piè ac juſtè in hoc ſæculo vivens, multa obtinuit à domino miracula fieri manifeſta: & nunc anima ejus in ſanctorum ſplendoribus habitante, corpus ipſius multis fulget mirabilibus glorioſum. Quare nobis ſupplicant inſtanter, ut cùm valde reputetur indignum eum quem pro ſuæ merito ſanctitatis conſtat à Domino in triumphanti Eccleſia honorari, ab hominibus A ſine debita veneratione in Eccleſia militanti relinqui, eumdem aſcribi ſanctorum catalogo faceremus. Nos igitur, licèt ſupplicationes hujuſmodi libentiſſimè amplectamur, ne tamen in hoc aliquid de contingentibus videamur omittere, fraternitatem veſtram de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, rogamus & monemus attentè, per apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus tam de vita, quàm miraculis ſancti prædicti pleniſſimè inquirentes, reſcribatis nobis ſuper hiis fideliter veritatem: quâ cognitâ, procedamus exinde, prout ſecundum Deum viderimus procedendum.

Datum Laterani IV. Nonas Decembris, pontificatûs noſtri anno VI.

JOHANNIS ARCHIEPISCOPI Viennenſis, & Gratianopolitani epiſcopi, ad Honorium papam III.

Mittunt depoſitiones teſtium de miraculis ſancti Hugonis abbatis Bonarum-vallium.

Anno 1221. *Ex mſ. Bonarum-vallium.*

BEatiſſimo patri ac domino Ho. Dei providentiâ ſacro-ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſummo pontifici, ſolâ ejuſdem permiſſione J. Viennenſis eccleſiæ miniſter indignus, & ſanctæ eccleſiæ Gratianopolis ſacerdos cum omnimoda ſubjectione & reverentia.

Beati viri & glorioſæ memoriæ domni HUGONIS quondam abbatis Bonarum-vallium, Ciſtercienſis ordinis in Viennenſi diœceſi conſtituti felicem vitam, & laudabiles actus, & multiplicia & varia miracula, quæ per ipſum, dum adhuc in mundo eſſet, & poſt tranſitum ipſius, dominus noſter JESUS-CHRISTUS ad laudem & gloriam nominis ſui clementer operatus eſt, & aſſiduè operari non deſinit, juxta mandatum veſtrum, diligenter ac fideliter ſecundum juris ordinem inquiſivimus, & ut invenimus ſtuduimus puram & ſimplicem paternitati veſtræ reſcribere veritatem. Nomina teſtium inferiùs ſubſcriptorum, & depoſitiones eorumdem, præſenti cartæ facientes interſeri & inſcribi. Et licèt ex grandi parte ipſius viri inſignia & multiplicia miracula quæ fieri à Deo piè obtinuit, in noſtris, & etiam in variis & remotis regionibus nota ſint, nullum tamen miraculum inſeruimus præſentibus, niſi quod ſub juramenti religione, qui de hoc quicquam teſtificati ſunt manifeſtè dixerunt. Igitur beatus HUGO de nobilibus & catholicis Valentinæ diœceſis ortus parentibus, nobilitatem ſanguinis animi nobilitate venuſtans, à primævo juventutis flore in caſtris Domini militaturus, habitum religionis aſſumſit, in quo quàm ſtrenuè, quàm viriliter & perfectè perſtiterit, ſubjecta ſatis miracula manifeſtè demonſtrant.

LÆTITIA mulier jurata dixit, quod cùm morbo qui dicitur *Vertarpes* miſerabiliter laboraret, ad tactum manûs domni HUGONIS abbatis Bonarum-vallium, apud Viennam per Dei gratiam eſt ſanata.

WILLELMUS de Sancto Georgio juratus

Digitized by Google

dixit, quod cùm eſſet cum domno HUGONE A apud Maſſiliam, à quodam equo recalcitrante percuſſus graviter in facie, præ nimio timore vulneris & dolore anxius, palam faciem oſtendere non audebat. Tandem beatus HUGO ſputo ſuo faciem linivit ipſius, & ſtatim idem ſanatus eſt ab inflatura pariter & dolore.

PETITA jurata dixit, quod cùm neptis ſua Maria nomine, caduco morbo ter vel quater in die caderet, fecit eam adportari ad ſanctum HUGONEM, quæ ad tactum manûs ipſius mirabiliter ſanata eſt. B

RADULFUS epiſcopus Siſtaricenſis juratus dixit, quod cùm equitaret cum domno HUGONE, quâdam die quidam epylepticus ad tactum ipſius HUGONIS perfectè ſanatus eſt, ipſo Radulpho præſente & vidente.

GUIDO de Portario juratus dixit, quod cùm gravi & intolerabili affectus eſſet ægritudine: adeo quod de convaleſcentia ipſius prorſus medici deſperarent, cùm idem S. HUGO Lugdunum veniſſet, pater ipſius Guidonis de ſalute ipſius ſollicitus, adportari fecit eum ad virum Dei: qui corpus & membra ipſius manu C tangens propriâ, ad tactum ejus per Dei gratiam ita ſanatus eſt, quod lætus & exultans ad domum propriam remeavit.

JOHANNES Darbo civis Lugdunenſis juratus dixit, quod cùm beatus HUGO in villa quadam, quæ dicitur Bellus-locus, in diœceſi Lugdunenſi, in eccleſia loqueretur ad populum, inter cetera de excommunicatis & excommunicationis efficacia quædam propoſuit: ad quorum confirmationem & informationem populi, panem purum & album in conſpectu D ejus & omnium qui aderant ſibi fecit afferri, & eumdem panem excommunicavit coram omnibus, & ſtatim ad modum carbonis panis factus eſt niger. Quo facto, panem palam demonſtrans omnibus, dixit: Ecce quàm terribilis & timenda eſt excommunicatio; tales ſunt excommunicati coram Deo. Poſtea ipſum panem abſolvens & benedicens, ſtatim panis ad priſtinam rediit albedinem & puritatem. Hoc miraculum vidit ipſe Johannes, & præſens fuit.

BRAONA mulier jurata dixit, quod cùm E eſſet apud Clavaſium in campis ſub quadam piro, beatus HUGO comedebat, & faciens ſibi aquam adportari, poſt ipſius benedictionem, aqua converſa eſt in vinum, ipſâ vidente & præſente. DURANDUS Pax juratus idem dixit.

BONA-AMICA jurata dixit, quod cùm pater ſuus Johannes Longus nomine, in die ſancto Veneris ad matutinas iret, canes maladeriæ Lugdunenſis vultum ejus graviter vulneraverunt, & naſum ejus morſibus amputaverunt. Accidit autem, quod cùm beatus HUGO feriâ tertiâ poſt Paſcha veniret Lugdunum; ipſa F Bona-amica adventum ipſius HUGONIS nuntiavit patri ſuo: qui coram eo adductus, ſignatus, & tactus ab eo, ſanus factus eſt: ita quod nec aliqua cicatrix appareret in facie ſua.

WILLELMUS de Lariveri juratus dixit, quod cùm ipſe laboraret artetirâ, ita quod à menſe Aprili uſque ad Septembrem, nec incedere, nec à lecto ſurgere potuiſſet, ſæpedictus abbas fecit tranſitum per caſtrum Montis-Bruſſonis; quod audiens, fecit ſe portari in via, per quam tranſibat: qui ſignavit eum, & tetigit crura ejus, & ſequenti die, ipſe qui per quinque menſes non ſurrexerat, ſuper pedes ſuos ambulavit per domum ſuam. Tertiâ verò die perrexit ad vindemias ſuas, & procuravit negotia ſua, ſicut priùs.

PETRUS Montaneſii juratus dixit, quod ipſe rupturam habebat in inguine, & cùm beatus HUGO apud Romanis veniret, facto ſigno crucis, ſputo ſuo linivit eum in inguine ſuper rupturam, & injunxit ei, ut ſingulis diebus per annum diceret quinquies Orationem Dominicam, & poſt triduum ſanus factus eſt meritis viri Dei.

ESTIBROZ *Deuzrians* jurata dixit, quod Petrus filius ejus privatus erat officio manuum & pedum, & attulit eum ad beatum HUGONEM apud Romanis, qui tetigit eum, & palpavit pedes & manus ejus, & in craſtinum ſanus factus eſt, & ivit meritis & interceſſione viri Dei.

DURANNUS Brunus ſacerdos juratus dixit, quod ipſe fiſtulatus erat: ita quod habebat tredecim foramina ſub aſcella, & B. HUGO tetigit foramina ipſa, & ſanus factus eſt meritis viri Dei. Idem Durannus juratus dixit, quod laborabat acutâ & fluxu ventris & tuſſi: ita quod comedere non poterat, nec de vita ipſius ſpes erat, & beatus HUGO dedit eidem quoſdam fructus quæ benedixerat, & comedit, & ſtatim convaluit.

DOMENGIA de Rurvone jurata dixit, quod brachio dextro prorſus arido, per quatuor annos brachii ipſius officio deſtituta fuerat, & nihilominus gravi quartanâ febricitans, ipſum abbatem quem apud Romanis adveniſſe cognoverat adiit, & ad tactum manûs dicti abbatis, brachii recuperavit officium, & febris meruit infeſtatione ſanari.

JOHANNES monachus & ſacerdos juratus dixit, quod Guichardus de Montannis, Lugdunenſis diœceſis, ægritudine quâdam quæ linguâ noſtrâ dicitur *mauxmorz* in pedibus & tibiis univerſaliter oppreſſus; ita quod ſine adjutorio alterius nuſquam poſſet incedere, petiit à beato HUGONE, ut eum tangeret, qui ſputo ſuo ſignaculo ſanctæ crucis impreſſo ſuper tibias, ad tactum ipſius tibiæ ſanatæ ſunt.

Idem JOHANNES juratus dixit, quod cùm à ſummitate cujuſdam ſcalarii improviſus cadens, fractis cervicibus, ſanguinem cum ingenti fluxu perderet: domnus HUGO ad ipſum accedens, facto ſignaculo ſanctæ crucis ſuper vulnus, ſanguinis fluxum inhibuit, & etiam ipſe ſauciatus, tam mirabiliter, & tam plenè ſanatus eſt, quod vulneris veſtigia nulla apparerent.

GIROUDUS monachus & ſacerdos juratus dixit, quod cum morbo fiſtulæ manum haberet diverſimodè perforatam, à domno HUGONE ſanari meruit; nam de ſputo & terra luto facto, abbas manum ipſius linivit, & obturata

Digitized by Google

ſunt foramina ita quod veſtigium fiſtulæ aliquod non remanſit.

Bellinus civis Viennenſis juratus dixit, quod cum B. Hugo & ſocii ejus à Lugduno veniſſent, & eſſent in hoſpitio Bonarum-vallium, & ad menſam ſederet, converſus quidam Fulcherius nomine aquam, ſicut vir ſanctus petierat, ad bibendum ei in ſcifo attulit: & facto ſignaculo ſanctæ crucis ab eodem abbate, ſtatim aqua in vinum eſt converſa: & cùm ſenſiſſet ſaporem dixit converſo: Vos decepiſtis me, date garſionibus ad bibendum: de quo vino ipſe Bellinus & plures alii qui erant in prandio biberunt. Interrogatus Bellinus ſi ſaporem haberet vini pariter & calorem, reſpondit quod ſic. Iterum aquam ut biberet ſibi præcepit afferri: quæ ei ablata eſt, & facto ſicut prius ſanctæ crucis ſignaculo, in vinum converſa eſt aqua; & tunc tertiò aqua ei ablata eſt, & facto crucis ſignaculo ſicut prius à viro Dei, aqua in vinum converſa eſt. Et tunc dixit idem abbas, ex quo voluntas Dei eſt, de vino bibam.

Petrus de Vardana juratus dixit, quòd dum eſſet curſor ipſius abbatis, quadam die dum tranſitum faceret per Caſtrum-novum Valentinæ diœceſis; occurrit eidem abbati Guesilius frater ipſius, dominus ejuſdem caſtri; & cùm inſtantiſſimè invitaſſet ipſum dictus Gue. ut ad caſtrum jam dictum rediret, & cum eo comedere dignaretur; vir ſanctus ejus precibus annuens, ait fratri ſuo, caveas ne in menſa mea aliquid ponas quod de rapina fuerit adquiſitum. Ipſum enim noverat raptorem publicum & ſtratæ publicæ inſidiatorem. Tandem cùm ad menſam ſediſſet, oravit vir ſanctus & dixit: ſi in menſa iſta eſt aliquid de rapina, diabolus auferat partem ſuam, & ſtatim ab oculis recumbentium evanuerunt omnia. Magiſter Pontius *Delebrat* ſacerdos dixit, ſe idem vidiſſe. Tandem aliis oblatis cibariis, quæ non fuerunt de rapina, vir ſanctus comedit & bibit.

Aymo converſus juratus dixit, quod cùm beatus Hugo tranſitum faceret per caſtrum quod dicitur Chalmen in diœceſi Viennenſi, cuidam nobili mulieri quæ diu paralytica fuerat, manum ſuper caput ejus appoſuit & facto ſignaculo ſanctæ Crucis, mulier quæ prius ire non poterat ſanata propriis pedibus incedens receſſit, ipſo Aymone vidente & præſente. Giroudus monachus & ſacerdos idem per omnia

Petrus de Vaudana juratus dixit, quòd apud caſtrum de Bello-viſu Viennenſis diœceſis, ſerpens mulierem quamdam momorderat: quæ ex miſeratione pariter & dolore, ita vexabatur, quod in extremis miſerabilis mulier laborabat: cui domnus abbas raſuras factas de baculo quo ſuſtentabatur in aquam poſitas ad bibendum obtulit; & cùm bibiſſet, cœpit paulatim ſanari: ita quòd ſequenti die perfectè ſanata eſt, ipſo Petro vidente & præſente.

Idem Petrus juratus dixit, quod vidit & præſens fuit, quando miles quidam Willelmus Alamanni nomine filium ſuum qui numquam capillos in capite habuerat, licet eſſet in anno quinto decimo conſtitutus, ad virum ſanctum adduxit, in domo Bonarum-vallium: cujus capiti domnus Hugo manus impoſuit, & facto ſignaculo ſanctæ Crucis, poſtmodum capillaturam habuit competentem: quam ipſe Petrus & plures alii multoties viderunt.

Sane miracula quæ poſt obitum ipſius Hugonis abbatis Bonarum-vallium Dominus noſter Jesus-Christus clementer operatus eſt, ſecundum quod à teſtibus infra ſcriptis recepimus, præſentibus interſeri placuit & inſcribi.

Ainardus Boci juratus dixit, quòd cùm quartana laboraret graviſſima, pane à beato Hugone benedicto ei oblato & guſtato, curatus eſt, qui panis reſervatus eſt pluſquam per viginti annos poſt obitum Hugonis. Requiſitus Aynardus ſi panis ille quem comederat, & qui tanto tempore reſervatus fuerat, recens eſſet, quando comedit, reſpondit quod ſic.

Johannes monachus & ſacerdos juratus dixit, quòd cum mulier quædam Maria nomine à dæmonio graviſſime vexaretur, ad portam Bonarum-vallium acceſſit, & candelam accenſam ſoror ſua Polita nomine ad tumulum viri ſancti (*a*) tranſmiſit, & die craſtina meritis beati viri mulier ſanata receſſit. Petita jurata idem dixit.

Giroudus monachus & ſacerdos juratus dixit, quod ruptura inguinis anxiatus acceſſit ad tumulum beati viri, & manu ſua tangens tumulum, eadem manu rupturam palpabat, & cùm lacrymis orans ſanari poſcebat, & ſicut petiit per Dei gratiam ſanus diſceſſit.

Aymo converſus juratus dixit, quod quidam dæmoniacus vinctus, cùm aliter teneri non poſſet, ad tumulum beati viri adductus eſt, ubi cùm ſtetiſſet aliquantulum diei intervallum perfectè ſanatus eſt, ipſo A. præſente & vidente.

Jacobus monachus & ſacerdos juratus dixit, quòd vidit & præſens fuit quod claudus quidam officio pedum penitus deſtitutus: ita quod nuſquam ire poterat, niſi quantum manu & cubito & genibus ſerpebat, ad tumulum beati viri devotus accedere laboravit, ubi perfectè ſanatus eſt.

Petrus converſus juratus dixit, quod vidit & præſens fuit quando furioſus quidam, qui caput ſine intermiſſione movebat, ad tumulum beati viri acceſſit; & inde recedens cùm ante altare quoddam obdormiſſet in eccleſia in qua vir beatus quieſcit, apparuit ei homo quidam domno Hugoni ſimilis, qui quamdam rem teterrimam & horribilem ab ore ejus ejecit, & mox à ſomno evigilans ſanatus perfectè ſurrexit. Arbertus converſus juratus idem.

Johannes monachus & ſacerdos juratus

(*a*) Candelam ad tumulum ſancti viri non ipſa tulit, ſed tranſmiſit: quia feminis in eccleſias Ciſtercienſium non erat licitus ingreſſus.

vidente & præſente, quidam alius epilepticus ad ſepul-i venientes, ſani & incolumes erunt.

alia plura miracula, quæ Do-ita ipſius viri in vita ipſius & ejus clementer operatus eſt & ır, frequenter in diverſis & re-us apponere noluimus, nec etiam ia hæc quæ præmiſſa ſunt ad hoc iracula ſuffectura, & ne verbo-as aures aggravet, veſtræ clemen-ollicitudinibus occupatæ. Ad lau-& gloriam Creatoris, & ad con-corroborandam fidei chriſtianæ Dei famulum B. HUGONEM s adornatum virtutibus & miracu-m clementia veſtra, ſi placeat, atalogo ſanctorum aſcribi. Eccleſiæ vet vos Dominus per multa tempo-ſancte.

CI MELDENSIS EPISCOPI ecano & capitulo Meldenſi.

ut injuriam hominibus eccleſiæ ſuæ illatam vindicent.

Dei gratia Meldorum eccleſiæ miniſter ımilis dilectis ſuis decano & capitulo ıſi ſalutem & ſinceram dilectionem.

a non omnia litteris poſſunt exprimi, ut oportet, verba noſtra in ore magi-tri duximus ponenda, quia non petitis um explicari, univerſos & ſingulos vos nus ut injuriam & dedecus de homini-noſtris incarceratis quam diu ſuſtinui-comitiſſæ adventum expectantes, ſicut ſo-ı eſt, vindicare nobiſcum curetis; orga-noſtra in majori eccleſia veſtra quod in eccleſiis fieri præcipimus ſuſpendentes.

Actum anno gratiæ MCCXXI. menſe De-ıbri vigilia S. Nicolai.

ARTA THEOBALDI CAMPANIÆ comitis de reddendo caſtro Portuenſi liberis Agnetis ejuſdem caſtri dominæ quam Erardus de Alneto duxerat uxorem.

EGo TH., &c. notum, &c. quod cum fidelis & dilectus meus ERARDUS DE ALNETO duceret in uxorem AGNETEM dominam caſtri Portuenſis, coram me recognovit, quòd cum liberi defuncti RAD. quondam mariti dictæ Agnetis, venient ad perfectam ætatem, reddet prædictis liberis caſtrum Portuenſe, & caſtellaniam liberè & ſine contradictione aliqua, ſalvo doario uxoris ſuæ. Si autem dictam Agnetem decedere contingeret, quod abſit, antequam dicti liberi ad perfectam perveniant hereditatem: ſi heredes vellent habere caſtrum Portuenſe, & terram antequam redderetur terra, computarent

A cum dilecto & fideli meo Odardo mareſcallo Campaniæ de octingintis libris, quas ipſe poſuit ſuper terram. Solutâ autem dictâ pecuniâ, caſtrum & terram tenebunt: ſi autem non ſolverent illam pecuniam, dictus ER. tenet caſtrum & terram, à feſto ſancti Martini hyemalis proximè venturo, in tres annos completos. Quibus completis, caſtrum prædictum & terra, liberè & ſine contradictione aliqua dictis liberis redderentur. Si autem contentio ſe haberet inter dictum ERARDUM & dictos B liberos, ita quod non recepiſſet uſque ad dictas octingintas libras, dicto Odardo dicti liberi quod minus reciperet, ipſi redderent: & tunc ſuum caſtrum, & terram rehaberent. Si autem quod deficeret de receptione dictæ pecuniæ non redderent mareſcallo, pro defectu pecuniæ ipſe teneret caſtrum, & terram.

Anno Domini MCCXXII.

C CARTA THEOBALDI CAMPANIÆ comitis de matrimonio inter Gobertum de Nigella & Iſabellem filiam Petri de *Leſpine-au-bois.*

Anno MCCXXII. Ex cartario Campaniæ Colbertino.

EGo TH. comes, &c. notum, &c. quod cum GOBERTUS DE NIGELLA acceperet in uxorem Iſabellam filiam dilecti & fidelis mei Petri de *Leſpine au bois*; idem Petrus dedit eidem Iſabellæ filiæ ſuæ in maritagium ducentas libras Pruvinenſes: præfatus verò Gobertus aſſignavit præfatæ Iſabelli pro dicta pecunia quidquid habet Beleſmæ in omnibus mo-D dis, & commodis & quatuor libras annui redditus, in reddità quem habet apud caſtrum Theoderici: Si verò dictum Gobertum decedere contigerit, antequam dicta Iſabella de ipſo Goberto prolem ſuſcepiſſet; eadem Iſabella teneret aſſiſiam terræ quæ facta eſt ei, pro pecunia ſuperius nominata; ita tamen quòd ſi heredes prænominati Goberti infra annum & diem, ducentas libras ſupranominatas prædictæ Iſabellæ reddiderint; dictam aſſiſiam rehabebunt. Si autem dictam aſſi-E ſiam infra annum & diem non redderent, ſæpe dicta Iſabella eamdem aſſiſiam teneret, & jure hereditario poſſideret. Si verò eadem Iſabella de eodem Goberto heredem habuerit, & idem heres ſine herede ſui corporis deceſſerit, memorata Iſabella, vel pater ejus dictam teneret aſſiſiam: & niſi infra annum & diem, ut dictum eſt, ab heredibus dicti Goberti non redimantur, ſicut præmiſſum eſt, ipſam jure hereditario poſſiderent, & exinde mihi faceret homagium quicumque ex parte ſæpe dictæ Iſabellæ dictam aſſiſiam teneret. F In hujus rei teſtimonium præſentes litteras fieri volui, & ſigilli mei munimine roboravi.

Actum anno gratiæ MCCXXII. menſe Martio.

INSTRUMENTUM

INSTRUMENTUM MARGARETÆ comitiſſæ Flandriæ & Hannoniæ in gratiam Th. de Huſaliſe.

Anno 1222. *Ex cartario Haſnonienſi dominorum de Aveſnis.*

EGo Margareta ſoror comitiſſæ Flandriæ & Hannoniæ notum fieri volo quòd dominus B. de Aveſnis maritus meus per voluntatem & aſſenſum meum dedit in feodum & in homagium domino Th. de *Huſaliſe* conſanguineo ſuo ſexaginta libras alborum annuatim accipiendas ad winagia ſua apud Aveſnas : quod ut firmum habeatur præſentes litteras ſigillo meo feci ſigillari. Datum anno Domini MCCXXII.

BULLA HONORII PAPÆ III. Ad Bituricenſem archiepiſcopum

Quod poſſit amovere moniales ſancti Hyppoliti Bituricenſis & eas includere in monaſterio ſancti Laurentii.

Anno 1222. *Ex cartario Bituricenſi.*

HONORIUS epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabili fratri archiepiſcopo apoſtolicæ ſedis legato & dilectis filiis decano & cantori Bituricenſi ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Ex parte tuâ, frater archiepiſcope, fuit propoſitum coram nobis, quod in civitate Bituricenſi ſunt duo monaſteria monialium, S. Laurentii, & ſancti Hyppoliti; quorum moniales frequenter per vicos & plateas incedunt in animarum ſuarum periculum, & ſcandalum plurimorum. Quare petebas ut in ipſo monaſterio ſancti Laurentii, quod ad hoc eſt magis idoneum, faceremus utriuſque moniales includi: ita quod exeundi monaſterii ſepta facultas de cetero adimatur, bonis præfati monaſterii ſancti Hippolyti ipſi monaſterio ſancti Laurentii applicandis, exceptâ aliquâ eorum congruâ portione, de quâ perſonis jam dicto monaſterio ſancti Hyppoliti ſervituris valeat provideri, ne locus ipſe ſine cultu divini nominis relinquatur. Cùm igitur in talibus oporteat cum multa maturitate procedi, diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus univerſis negotii circumſtantiis diligenter inſpectis, ſi ſaluti animarum videritis expedire, & fieri poterit abſque ſcandalo & juris præjudicio alieni, moniales ipſas in jam dicto ſancti Laurentii monaſterio faciatis includi, alterius monaſterii bonis applicatis eidem, excepto undè aliqui ſervituti in eadem eccleſia valeant ſuſtentari, qui & ipſi ſæpedicto ſancti Laurentii monaſterio reſpondere de temporalibus teneantur. Quod ſi non omnes his exequendis potueritis intereſſe, tu frater archiepiſcope, cum eorum altero ea nihilominus exequaris.

Datum Anagniæ Idus Martii, pontificatûs noſtri anno VI.

BULLA HONORII PAPÆ III. ad archiepiſcopum Bituricenſem.

Quod archiepiſcopus poſſit inſtituere canonicos ſæculares in monaſterio de Cella ſancti Euſicii.

Anno 1222. *Ex cartar. Bituricenſis archiepiſcopi.*

HONORIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Bituricenſi archiepiſcopo, apoſtolicæ ſedis legato, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Tua petitio nobis exhibita continebat, quòd abbatia de (a) Cellis ſancti Euſicii tuæ diœceſis, in qua ſunt canonici regulares, per malitiam habitantium in eadem, adeo eſt collapſa, ut non ſperetur quod aliquatenus poſſit à ſua ruina reſurgere, niſi tales perſonæ inſtituantur in ea, qui bona ejus à diverſis clericis laïciſque detenta potenter valeant vindicare: quare ſuades, ut cùm in ea fuerint olim canonici ſæculares, ad antiquum ſtatum reduci faceremus eamdem. Gerentes itaque de tua caritate fiduciam ſpecialem, præſentium tibi auctoritate mandamus, quatenus, ſi verum eſt, ſæculares canonicos olim in eccleſia fuiſſe prædicta, & penſatis omnibus circumſtantiis videris expedire, ut ad ſtatum reducantur antiquum, ipſius loci canonicis alibi congruè collocatis, in eadem inſtituas canonicos ſæculares, dummodò id fieri valeat abſque ſcandalo, & juris præjudiciio alieni.

Datum Anagniæ XVII. Calendas Aprilis, pontificatûs noſtri anno VI.

TESTAMENTUM ARMANDI D'ALEGRE.

Anno 1222. *Ex ſched. Caſa-*

IN Nomine Domini noſtri JESU-CHRISTI. anno Incarnationis ejuſdem milleſimo ducenteſimo vigeſimo-ſecundo, decimo-quarto Kalendas Octobris. Noverint præſentes & futuri quod ego ARMANDUS DE ALEEGRE concedo & dono ARMANDO filio meo & heredibus ſuis terram meam, videlicet caſtella *de Alegre* & de Chulmelis ab ipſis in perpetuum poſſidenda. Dominæ ALAIS uxori meæ dono & concedo *Taſſac*, *Chazaleſt*, *Chardaſſ*, & annonam macelli *de Joces*. & quidquid habeo ad *Pozols*, & feudum de Solemniaco, & undecim ſextarios avenæ in eccleſia de *Felinas* ſub hac forma, quod eadem uxor mea quamdiu vixerit prædicta in pace habeat, & poſt vitam ſuam dictus ARMANDUS filius meus & heredes ſui omnia quæ prædixi ſemper habeant & poſſideant pacificè & quietè. Tres filias habeo moniales, MARGARITAM, ELIZABETH, & SAVINAM. MARGARITÆ concedo XL. ſolidos ad *Sorliac*, SAVINÆ XL. ſolidos ad macellum de *Joces*, ELIZABETH XL. ſolidos ad ipſum macellum. Dictas ſex libras Podienſes præfatis

(a) Hæc ſancti Euſicii Cella, olim monachorum cœnobium, originem dedit oppido haud ignobili in pago Bituricenſi, quod *Cella* ſimpliciter nuncupatur. Sæculo XII. canonicis regularibus Ordinis ſancti Auguſtini data eſt, qui eam ad uſque initium ſæculi XVII. tenuerunt, quo tandem ad Fuxenſes monachos tranſiit, qui eam hactenus poſſident.

filiabus meis ad vitam ſuam concedo, & poſt vitam ſuam ARMANDO filio meo & heredibus ſuis in pace redibunt. Mercatum *de Alegre* ad vitam meam retineo & habere volo in mearum ſubſidium expenſarum. Et poſtquam naturæ debitum ſolvero, ipſum mercatum & proventus ejuſdem mercati dictus ARMANDUS filius meus habebit. Sanè pro ſalute animæ meæ & parentum meorum lego, dono, & concedo in perpetuum unam procurationem ad Brachinacum annuatim conventui Caſæ-Dei, taliter ut ARMANDUS filius meus & heredes ſui plenariè faciant ſemper ipſam procurationem ſingulis annis in anniverſario die obitûs mei conventui Caſæ-Dei. Et ſi fortè (quod abſit) dictam procurationem ipſi non facerent, volo & inviolabiliter ſtatuo, ut apud *Brachinac* conventus Caſæ-Dei centum ſolidos Podienſes ſingulis annis percipiat, & habeat in perpetuum, & ſine contradictione poſſideat pacificè & quietè. Ad confraternitatem de ſancto Aquacio de *Alegre* do & concedo in perpetuum quantumcumque ipſa fraternitas apud *Alegre* facta fuerit unum ſextarium frumenti percipiendum annuatim in territorio de *Alegre*. Præterea PONTIO filio meo canonico Anicienſi & Brivatenſi concedo & dono caſtellum de Sancto Juſto, *Mazairac*, *Cubldas*, *Solempniac*, *Temei*, *Iabrel*, & quidquid habeo ad Illamas, & quidquid habeo ad Peſſolas, & Commandas Duſfortis, de Villa-nova, de Chavertis, de Batpalmas, & de *Creniliac* ſub hac forma videlicet. Et concedo quod idem PONTIUS filius meus dictum caſtellum & alia quæ prædixi, quamdiu vixerit, liberè habeat & quietè poſſideat: ita quod non poſſit aliquo modo donare, vendere, vel impignerare, ſeu aliquo alio modo alienare; ſed poſt vitam ſuam ipſum caſtellum de Sancto Juſto, & alia omnia ſupra dicta ad præfatum ARMANDUM filium meum & heredes ſuos ſine contradictione & cum integritate redibunt. PHILIPPÆ filiæ meæ do & concedo in terra mea LXXX. marchas argenti & decem libras Podienſes debitales, injungens diſtinctè dictis filiis meis PONTIO & ARMANDO, ut ſecundum terram & reditus quos unuſquiſque habuerit, aſſedeant eidem PHILIPPÆ decem libras Podienſes debitales, & reddant ei LXXX. marchas argenti, & nolo, immò firmiter inhibeo, ne ipſa PHILIPPA, vel aliquis nomine ipſius poſſit aliquid ampliùs exigere, vel repetere à terra mea, vel à dictis filiis meis, ſeu etiam ab heredibus ARMANDI filii mei in ea ſolummodo quæ prædixi. Ego ſiquidem ARMANDUS prædictus filius, tactis ſacro ſanctis evangeliis, promiſi vobis Domino ARMANDO patri meo, quod prædicta omnia ſemper in integrum obſervarem, & nullo umquam tempore contrairem. Similiter & ego PONTIUS canonicus Anicienſis filius, tactis ſacro-ſanctis evangeliis, & præſtito juramento, vobis domino ARMANDO patri meo promitto, quod ſupradicta omnia ſemper in integrum fideliter obſervarem, & numquam infringere attentabo. Actum eſt hoc apud caſtellum *d'Alegre* anno & die quo ſuprà. Teſtibus convocatis Willelmo hoſtolario Caſæ-Dei & priore Montis-Briſonis, Stephano ſacriſta, Guinaberto infirmario, & Florio, & Raymundo monachis Caſæ-Dei, Stephano de Stablis, Pontio Michel, Armando ſacerdotibus, Euſtachio de Montebuxerio, Guigone de *Bodet*, Willelmo de Cuſſa, Arnaldo de *Rochos*, Pontio *Velmas*, Petro *de Alegre*, Raymundo *Jordain*, Petro *Roſtanc*, Willelmo de Calma, Beraldo de Charlutio, Catardo Dernio, Petro de Chalmetis, Bernardo *Vigier* militibus, Dalmatio *Chandorat*, Pontio, Franco, Petro *de Chaumont*, Petro *Beraud* clerico, Lravega clerico, Willelmo de *Agren*, Ponticio Zacharias, Willelmo de Caſtro-novo, Pontio *Veier*, *Taliafer*, Dalmatio de *Alegre*, Stephano Adiberto, Mainerio, Stephano *Morrue*, Petro de *Mollet*, Pontio de *Menteiras*, Bunſalvo, & pluribus aliis. Ut autem prædicta omnia majorem ſemper obtineant firmitatem, ego dictus ARMANDUS DE ALEGRE præſentem cartam ſigillo meo ſignavi. Nos etiam ARMANDUS Dei miſeratione abbas Caſæ-Dei ad inſtantiam præfati ARMANDI, & filiorum ſuorum, præſentes litteras ſigillo noſtro fecimus ſigillari.

EPISTOLA CONRADI EPISCOPI Portuenſis ad abbatem Cluniacenſem.

De recipiendis inter ſuos monachos canonicis regularibus apud Rocham de Saluſtrio in diœceſi Matiſconenſi commorantibus.

Anno 122[illegible]. Ex cartario Cluniacenſi.

CONRADUS miſeratione divinâ Portuenſis & S. Rufinæ epiſcopus, apoſtolicæ ſedis legatus, viro venerabili abbati & venerando conventui Cluniacenſi in CHRISTI viſceribus cariſſimis ſalutem in CHRISTO-JESU.

In ignominiam nominis religionis convertitur, ubi vallum non obviat diſciplinæ, ubi correctionis terrore relegato, impunitatem effræna ſecuritas pollicetur, & ubi ſeduli paſtores in hujus noctis medio non vigilant ſuper gregem. Verùm ad hæc non ambigimus, quæ modernorum dierum malitia, tot perturbationum agitant religionis profeſſores œſtris, tot malleis perſecutionum contundunt, & tot vexationum affligunt flagellis, quod celſæ contemplationis otium inter profundi maris mundiales procellas navigantium transfretatores..., adeo ut fruſtra jam ſecus pedes Domini Maria ſedere conetur, quia Martha potiùs eam videtur inquietare, quàm CHRISTO miniſtrare. Hæc igitur & alia circa canonicos regulæ S. Auguſtini apud Rocham de Saluſtrio in diœceſi Matiſconenſi diutiùs & propenſiùs conſiderantes, ubi & gregis paucitas & paupertas, tepiditas obſervantiæ diſciplinalis, prædonum & bellantium undique circumfuſorum oppreſſio, defenſorum deſtitutio, nonnullæ aliæ importunitates & temporalia penitus conſumunt, & ſpiritualia annullare dignoſcuntur, auctoritate tam generalis legationis quâ fungimur,

quàm ſpeciali domini papæ, quâ nobis ſpecialiter eſt indultum, ut in domibus religioſis in quibus diſſolutio invaluit, poſſimus perſonas alterius religionis conſtituere; nihilominus ad flebilem & importunam inſtantiam majoris & ſanioris partis canonicorum prædictorum memoratæ domûs, canonicos veſtro ſubjicimus regimini, & ipſam domum Rochæ de Saluſtrio cum omnibus pertinentiis ſuis veſtræ ſupponimus integræ, plenæ & liberæ, tam ſpiritualiter, quàm temporaliter, interiùs & exteriùs, diſpoſitioni & ordinationi; nimirùm ad abundantiorem cautelam, indulgentiæ domini papæ tenorem præſentibus duximus inſerendum, quæ talis eſt:

Honorius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri C. epiſcopo Portuenſi, apoſtolicæ ſedis legato, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Cùm in terra legationis tuæ multi ſint, ſicut accepimus, ſolo nomine regulares, per quorum perverſitatem eccleſiæ in quibus conſiſtunt fere penitus in ſpiritualibus & temporalibus ſunt collapſæ, collocandi eos in aliis locis ad pœnitentiam peragendam, ac ordinandi eaſdem eccleſias de perſonis regularibus, ſeu etiam ſæcularibus, prout penſatis locorum & temporum circumſtantiis videris expedire, liberam tibi concedimus auctoritate præſentium poteſtatem.

Datum Viterbii Idus Decembris, pontificatûs noſtri anno IV.

Supplicamus igitur veſtræ caritati, & nihilominus auctoritate domini papæ quâ fungimur in hac parte, diſtrictè præcipientes, quatinus ipſi domui de cetero in perpetuum tamquam ſpeciali & ſpirituali filiæ veſtræ in ſpiritualibus & temporalibus provideatis ad honorem Jesu-Christi, & cultûs ſanctæ matris Eccleſiæ incrementum. Habitum monaſterii Cluniacenſis canonicos dictæ domûs eumdem habitum ſponte volentes recipere induentes, & ſi qui ibi fortè fuerint qui anteà habitum veſtrum non petierint; nec ultra petere voluerint, vos ibi, vel alibi, ubi videritis expedire, provideatis eiſdem. Statuimus etiam ut ſi quis in poſterum huic noſtræ ordinationi & ſubjectioni monaſterio Cluniacenſi de prædicta domo factæ temerè contradixerit, aut rebellis fuerit, ipſo facto ſit anathematis vinculo innodatus.

Datum Ciſtercii anno Domini MCCXXII. IV. Calendas Octobris.

EPISTOLA EJUSDEM ad epiſcopum & capitulum Matiſconenſe.

Ejuſdem argumenti.

Anno 1222. Ex cartario Cluniacenſi.

Conradus miſeratione divinâ Portuenſis & ſanctæ Rufinæ epiſcopus, apoſtolicæ ſedis legatus, venerabili fratri Dei gratiâ epiſcopo, & dilecto ſibi in Christo capitulo Matiſconenſi, ſalutem in Christo-Jesu.

Ipſius Domini præceptis ſalutaribus moniti, & juſſionibus apoſtolicis inſtigati, ſuper gregem nobis commiſſum tenemur ſollicitè vigilare, & vigilando corrigenda corrigere, & quæ emendatione indigent in melius emendare. Hinc eſt quod circa canonicos regulæ ſancti Auguſtini apud Rocham de Saluſtrio veſtræ diœceſis, conſiderantes diligentiùs ipſius gregis paucitatem & paupertatem, ac tepiditatem obſervantiæ regularis, necnon prædonum & bellantium undique circumfuſorum oppreſſiones intolerabiles, ac defenſorum deſtitutionem, & nonnullas alias importunitates quæ temporalia conſumunt penitus, & ſpiritualia radicitùs evellunt, auctoritate tam generalis legationis quâ fungimur, quàm ſpecialis domini papæ quâ nobis ſpecialiter eſt indultum, ut in domibus religionis quibus diſſolutio invaluit poſſimus perſonas alterius religionis conſtituere; nihilominus ad flebilem & importunam inſtantiam majoris & ſanioris partis canonicorum prædictorum memoratæ domûs, canonicos, abbatis & conventus Cluniacenſis ſubjecimus regimini, & ipſam domum Rochæ de Saluſtrio, cum omnibus pertinentiis, poſſeſſionibus & juribus ſuis, liberè & integrè, exteriùs & interiùs, diſpoſitioni & ordinationi monaſterii Cluniacenſis, tamquam ipſius monaſterii filiam decrevimus eſſe ſuppoſitam, monentes dictos canonicos ut habitum & regulam ſub paſtore Cluniacenſi recipere feſtinent. Nimirum ad abundantiorem cautelam, tenorem indulgentiæ domini papæ vobis duximus intimandam, quæ talis eſt:

Honorius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri C. *&c. ut ſuprà.*

Auctoritate igitur domini papæ quâ fungimur in hac parte, vobis & univerſis inhibemus ne impedimentum aliquod, quo hac ordinatio noſtra retractari valeat, machinari præſumatis, vel dictis fratribus violentiam, vel gravamen aliquod irrogare. Statuimus etiam ut ſi quis in poſterum huic noſtræ ordinationi & ſubjectioni monaſterio Cluniacenſi de prædicta domo factæ temerariè contradixerit, aut rebellis fuerit, ipſo facto ſit anathematis vinculo innodatus; & ſi quis propter hoc contra eos excommunicationis, vel interdicti ſententiam tulerit, ipſo jure eam irritam eſſe diſcernimus & inanem.

Datum apud Ciſtercium anno Domini MCCXXII. IV. Cal. Octobris.

EPISTOLA EJUSDEM ad canonicos regulares Rochæ de Soluſtrio.

Ejuſdem argumenti.

Conradus miſeratione divinâ Portuenſis & Beatæ Rufinæ epiſcopus, apoſtolicæ ſedis legatus, dilectis in Christo filiis, priori & conventui Roccæ de Soluſtrio, ſalutem in Christo.

Inter mundanæ preſſuræ contuſiones, qui-

Digitized by Google

bus Iſmaël in Iſaac deſævire non ceſſat, & in A in dominium Saræ Agar inſurgit, dum clerum populus perſequitur, & in religionis viros hii qui in mundo ſunt, & de mundo loquuntur, non deſinunt degraſſari, vobis non compati non valemus, eo quod & hoſtilitate inſurgente viciná, & fervore religionis inter vos frigeſcente, multiſque aliis de cauſis adeo domus veſtra ad præcipitium eſt deducta, quod niſi citiori remedio manus auxiliaris porrigatur eidem, tam lapſus animarum, quàm rerum ibi vix umquam poterit reparari. Cùm B igitur monaſterium Cluniacenſe in confinio veſtro conſtitutum tam celebri fulgeat ſanctitate, tanto diſcretionis valletur vigore, ut in omnem terram exeat ſonus ejus, & in fines orbis terræ prærogativam religionis præformet: caritatem veſtram attentiùs monendam duximus, quatenus tamquam de virtute in virtutem proficiſcentes, habitum & regulam ſub paſtore Cluniacenſi recipere feſtinetis. Non enim in montem ad propheticæ viſionis ædificium pervenitur, niſi per gradus ſuos aſcendatur; & nos auctoritate domini papæ, tam generali, quàm ſpeciali, quâ fungimur in hac parte, domum veſtram, cum omnibus pertinentiis, poſſeſſionibus & juribus ſuis, liberè, integrè, exteriùs & interiùs, tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus, abbati & conventui tamquam monaſterii Cluniacenſis filiam duximus ſupponendam. Statuentes ut ſi quis in poſterum huic noſtræ ordinationi & ſubjectioni Cluniacenſi monaſterio de prædicta domo factæ temerè contradixerit, aut rebellis fuerit, ipſo facto ſit anathematis vinculo innodatus; & ſi quis propter hoc contra vos excommunicationis, vel interdicti ſententiam tulerit, ipſo jure eam irritam eſſe decernimus & inanem.

Datum apud Ciſtercium anno Domini MCCXXII. IV. Cal. Octobris.

LITTERÆ THEOBALDI archiepiſcopi Rotomagenſis ad ſuffraganeos quibus mandatum Conradi Portuenſis epiſcopi ex S. A. legati ſignificat conveniendi Senonas adverſus Bartholomæum Albigenſium epiſcopum.

Anno 1223. Ex ms. ſancti Michaelis in periculo maris. * Conradus.

TH. Dei gratia Rothomagenſis archiepiſcopus venerabilibus fratribus omnibus ſuffraganeis ſuis ſalutem, gratiam & honorem. Litteras venerabilis patris C.* Portuenſis & Sanctæ Rufinæ epiſcopi, apoſtolicæ ſedis legati recepimus in hæc verba. (a) Venerabilibus fratribus Dei gratia archiepiſcopo Rothomagenſi & ejus ſuffraganeis abbatibus, F prioribus, decanis, archidiaconis, capitulis in Rothomagenſi provincia conſtitutis C. ejuſdem miſeratione Portuenſis & ſanctæ Rufinæ epiſcopus, apoſtolicæ ſedis legatus, ſalutem in Chriſto Jeſu.

(a) Hæc epiſtola extat in Hiſtoria Anglicana Matthæi Paris pag. 219. ſed omnino mutila & truncata: hic ſanam & integram habes.

Dum pro ſponſa veri crucifixi veſtrum cogimur auxilium implorare, potius compellimur lacerari ſingultibus & plorare. Ecce enim derelicta eſt filia Sion ſicut umbraculum in vinea, ſicut tugurium in cucumerario, & ſicut civitas quæ vaſtatur dicere compellimur cum propheta: Nolite incumbere ut conſolemini me ſuper vaſtitate filiæ populi mei. Dies enim interfectionis eſt, conculcationis & fletuum. (Iſa. 22.) Non eſt qui ſuſtentet eum ex omnibus filiis quos genuit, & non eſt qui apprehendat manum ejus, ex omnibus filiis quos nutrivit. Ecce annus retributionis judicii Sion. Poſſidet eam onocrotalus, ericius, & ibix. Ecce extenditur ſuper eam menſura ut redigatur in nihilum & perpendiculum in deſolatione. Ecce pro foribus in facie veſtra lamiæ nudatis mammis catulos ſuos lactant, irruunt in Dominum ſervis videntibus & præſentibus viſpiliones & Iſauri perfidiæ. Non eſt qui arripiat gladium ultionis, qui dirident ſabbata C noſtra; & Dominum derelinquunt, blaſphemantes ſanctum Iſraël. Non eſt qui adſtruat cauſam crucifixi, clamat propheta, ſed Altiſſimus per prophetam: Surdi audite, cæci intuemini ad videndum. Quis cæcus niſi ſervus meus niſi ad quem nuncios meos miſi? Quem non moveat quod Dagon erectus contra arcam conculcat & confringit, Ecce quod vidimus in finibus Brunarum, Croatiæ, & Dalmatiæ juxta Hungariam nationem, ut per antipapam moras antichriſti de cetero breviores eſſe minimè dubitetur, dum novus lucifer novæ ar- D rogantiæ fellibus intumeſcens, ſedem ſuam contendit ponere in lateribus aquilonis, non tam ut ſit ſimilis Altiſſimo apoſtolorum principis ſucceſſori, quàm ut ipſum cum univerſali Eccleſia deprimat & annullet. Hinc eſt quod papa perfidiæ, qui maceriam vineæ Domini ſabaoth jam pro magna parte dedit in direptionem, & ſingularis ferus vineam depaſcitur & conculcat: ad eum confluunt Albigenſes, ut ad eorum conſulta reſpondeat, ejus inhiantes doctrinis, & ejus damnati ſectæ judicia complectentes. Iſte ſa- E tanas quemdam ſuæ perverſitatis hominem uſque in Agennum diœceſim diffamavit, nomine BARTHOLOMÆUM Carcaſſenſem. Eſt enim de Carcaſona oriundus, vices illius agentem, ut illis corruptis partibus propinetur uberius fel draconis in calice Babilonis. Cui BARTHOLOMÆO VIGOROSUS DE BATHONA hæreticorum epiſcopus funeſtam exhibendo reverentiam, ſedem & locum ſuum conceſſit in villa quæ dicitur * *Poiors* & ſeipſum tranſtulit (* al. Porlon) in partes Tholoſanas. Iſte eſt BARTHOLOMÆUS qui litterarum ſuarum undique diſcurrentium prius ſalutationis alloquio ſeipſum intitulat in hunc modum, BARTHOLOMÆUS ſervus ſervorum hoſpitalis ſanctæ fidei tali ſalutem: ipſe etiam, quod eſt deteſtandum dictu & horrendum auditu creat epiſcopos & eccleſias perfidiæ ordinare contendit. Et inter has & alias enormitates nullus proſilit Mathathias, qui irruat in Judæum idolis ſacrificantem: nullus Othoniel qui velit liberare Iſraël

Digitized by Google

à jugo Cuſaurachaim ; nullus accedit Sangar qui vomere percutiat Philiſtæos: non eſt Gedeon qui liberet Iſraël de manu Madian. Ecce vir levites concidit in duodecim fruſta uxorem quam acceperat de Bethleem Juda, & miſit in terminos Iſraël, qua habitatores Gabaa turpiter ſunt abuſi: ſed heu filii Iſraël pariter non congregantur, ut hujus perpetratores flagitii proſequantur: quæritur fides Jesu-Christi & non eſt qui apponat ſe murum pro domo Iſraël: non eſt qui ex adverſo aſcendat, & tandem ſanguis proditorum de manu negligentium requiretur. Hinc eſt quod nos monemus inſtantius, rogamus attentiùs, & per aſperſionem ſanguinis Jesu-Christi propenſius obſecramus auctoritate domni papæ qua fungimur in hac parte, diſtrictè præcipientes quatenus veniatis Senonas in octava apoſtolorum Petri & Pauli proximè futuri, ubi etiam alii prælati Franciæ, favente Domino, congregabuntur, parati conſilium dare ſuper negotio prædicto Albigenſium, & cum aliis qui ibidem aderunt providere, alioquin inobedientiam veſtram domno papæ curabimus ſignificare.

(a) Datum (a) Provin. vi. Nonas Junii. Hujus autoritate mandati vobis mandamus prædicta die, Senonis perſonaliter interſitis. * Ecce tis etiam eadem auctoritate omnes abbates, priores, decanos, archidiaconos, & capitula veſtrarum diœceſum, ut ibidem conveniant eadem die attentiùs proviſuri, ut negotium iſtud ita fideliter exequi ſtudeatis, ne à Domino Jesu-Christo, cujus fides in periculo conſtituta eſt, in diſtricto examine propter hoc puniri debeatis, & ne à domno papa poſſitis de negligentia ſeu inobedientia reprehendi. Datum anno gratiæ mccxxiii. vi. Idus Julii.

*f. accerſatis.

THEOBALDI CAMPANIÆ COMITIS
litteræ quibus Henrico de *Miroaut* permittit conſtruere murum circa quamdam domum.

Anno 1213. Ex cartario Campaniæ Colbertino.

Ego Th. &c. notum, &c. quod cum Henricus de *Miroaut* circa quamdam domum, quam habet Guinacus prope *Miroaut* faceret muros, dilectus & filius meus Thomas de *Miroaut* hoc contradicebat occaſione conſuetudinis quæ talis eſt in comitatu Campaniæ, quod omnes forteritiæ debent teneri de comite Campaniæ quocumque modo fiant in ſupradicto comitatu. Ego dicto Henrico conceſſi, quod ipſe vel heres ſuus poſſint facere circa prædictam domum murum quindecim pedum & dimidii in altum, & ſpiſſitudinis duorum pedum & dimidii, ſine foſſatis, & tornellis, & de archeriis & arbaleſteriis ſine aleors: ita quod non fiat ibi niſi planus murus, nec propter hoc dicto Thomæ deſinat conſuetudo in cujus feodo eſt dicta domus, &c.

Actum anno gratiæ mccxxiii.

(a) Male apud Matthæum *Planium* Planium vi. Nonas Junii, quem locum ex conjectura male etiam correxit Gabriel Coſſartius S. J. in conciliorum tomo xi. pag. 289.

CARTA DE MATRIMONIO
inito inter Reginaldum filium Symonis domini de *Comercy* & Margaretam ſororem Henrici domini Buſanceii.

Anno 1213. Ex cartario Campaniæ.

Ego Th. &c. notum, &c. quod Reginaldus filius Symonis domini quondam de *Comarci* in mea præſentia recognovit, quod cum accepiſſet ſibi in uxorem Margaretam ſororem Henrici domini Buſanceii, dictus Henricus & fratres ejus præfatæ M. ſorori ſuæ quingentas libras in maritagio dederunt, de quibus videlicet quingentis libris terram debuit emere Renaudus prænominatus. Verumtamen quia idem R. terram commodè non poterat invenire ad emendum, ſuper quamdam villam ſuam, quæ vocatur *Mondement* ipſi Margaretæ uxori ſuæ, & Henrico, & fratribus ejus aſſignavit pecuniam nominatam tali videlicet conditione, quod ſi jam dicta M. fortè decederet, & dictus R. aliam ſibi acciperet in uxorem de qua heredes procrearet: illi heredes in jam dicta villa, nihil poſſent jure hereditario reclamare. Similiter etiam, ſi dictus R. forte decederet, & dicta M. alii nuberet, unde heredes procrearet: in jam dicta villa non poſſent aliquid jure hereditario reclamare: & ſi dicta M. ſine liberis de corpore ſuo, & corpore dicti Renaudi procreatis fortè decederet, dictus Renaudus eamdem villam teneret toto tempore vitæ ſuæ: poſt cujus R. deceſſum, eadem villa ad prænominatum Henricum, & fratres ejus ſine contradictione aliqua, jure hereditario perveniret. Hoc autem Hugo dominus Brecarum frater ejuſdem Renaudi de cujus feodo villa illa movet, in mea præſentia voluit, & laudavit: ſalvo ſibi jure ſuo. Et ego ſimiliter, de cujus feodo eadem villa principaliter movet, iſtud laudavi ſalvo in omnibus jure meo.

Actum anno gratiæ mccxxiii. menſe Junio.

ACTA INQUISITIONIS
de miraculis ſancti Roberti abbatis Moliſmenſis, Honorio III. ſummo pontifici directa, ad ipſum Sanctorum catalogo inſcribendum.

Circa annum 1213. ex cartario Moliſmenſi.

Sanctiſſimo patri ac domino Honorio Dei gratiâ ſanctæ ſedis apoſtolicæ ſummo & univerſali pontifici, H. Dei gratiâ Lingonienſis, & G. Valentinenſis epiſcopi, cum pedum oſculo ſalutem, & debitæ reverentiæ famulatum.

Mandatum Sanctitatis veſtræ recepimus, ſub hac forma:

Honorius epiſcopus, &c.

Hujus igitur auctoritate mandati, ad locum

perſonaliter accedentes, domino abbate Cluniacenſi collega noſtro, nobis epiſcopo Valentinenſi committente vices ſuas teſtes recepimus, quorum depoſitiones de verbo ad verbum ſcribi fecimus in hunc modum:

ODO Moliſmenſis abbas juratus dixit quod cùm eſſet in habitu ſæculari in pueritia conſtitutus, vidit quamdam mulierem cæcam à nativitate habentem filiam, ſicut ipſa mater firmiter aſſerebat, quam ipſa ad venerabilis patris ROBERTI, de quo agitur, adduxit ſepulcrum, & cùm ibi cum matre quâdam nocte vi- B gilaret, viſum recuperavit. Huic facto interfuit idem abbas, & vidit. Vidit etiam idem abbas tempore dedicationis eccleſiæ Moliſmenſis, poſtquam habitum monachalem & ordinem ſacerdotalem ſuſcepit, cùm ſepulcra, propter reverentiam dedicationis, ab eccleſia tollerentur, & ventum eſſet ad ſepulcrum ejuſdem venerabilis patris, ad motum ſepulcri, proprios oculos de terra liniens, recepit ibi mulier quædam viſum; altera de eadem terra comedens, recuperavit loquelam, quæ per triennium muta fuerat, ſicut maritus ejus & ipſa C firmiter aſſerebant. Accidit poſteà nondum à præſenti teſtium examinatione, duobus annis elapſis, quod quædam vacca vulnerata fuit à lupo: quod perpendens mulier cujus erat, vulnus aquâ benedictâ reſperſit*, ſtatimque ipſam capitis & brachii tremor continuus & enormis, quæ ipſâ die ad memoratum ſepulcrum rediens, ſtatim curata eſt penitus & ſanata. Hoc vidit idem ODO temporibus iſtis jam abbas in eadem eccleſia conſtitutus. Vidit prætereà quemdam monachum, Reverium nomine, qui D factus fuerat furioſus, ad ſepulcrum ejuſdem venerabilis patris ligari, & ibidem recuperavit per divinam gratiam ſanitatem.

* [illegible]que.

WILLELMUS preſbyter juratus dixit de muliere, quæ viſum receperat tempore dedicationis, idem quod abbas, de muliere quæ loquelam recuperavit audivit, ſed non vidit, de muliere quæ tremorem capitis & brachii patiebatur, idem quod abbas vidit. Præ
tereà quamdam mulierem quæ tempore feſtivo fuerat operata propter hoc ipſa die, ſicut creditur in manu percuſſa, & uſque adeo curva E uit manus, quod deſperabatur ipſam poſſe ſanari, ſed per divinam clementiam ſtatim ſanata eſt, ad ſepulcrum accedens. Vidit etiam ibi quemdam furioſum ſanari.

AUCHERIUS monachus & preſbyter juratus dixit de miraculis factis in dedicatione idem quod abbas, de muliere quæ recuperavit ſanitatem manus idem quod Guillelmus.

JACOBUS monachus & preſbyter juratus dixit quod quidam frater ejus carnalis in ætate puerili conſtitutus, ita enormiter læſus fuit F in capite, quod oculus de proprio erutus, in ejus facie dependebat, qui ad ejus inſtantiam, ad ſupradictum tumulum deportatus, ſtatim ibi per divinam clementiam ſanatus eſt, & abſque omni læſione, oculus ad locum debitum eſt reverſus. Hæc omnia vidit idem monachus Jacobus circa fratrem ſuum. De aliis duobus

A miraculis factis in dedicatione, idem quod alii. Vidit etiam ſupradictus Jacobus quamdam mulierem de longinquis partibus deportari, quæ longo tempore fuerat contracta, ſtatim viſo monaſterio in quo requieſcit vir venerabilis, cui ſe in ſpe recuperandæ ſalutis devoverat, curata eſt, & omnino ſanata.

MILO laïcus juratus dixit de oculo eruto & recuperato idem quod Jacobus; de miraculis factis in dedicatione, & de muliere quæ tremorem capitis & brachii patiebatur, idem quod abbas & alii.

BARTHOLOMÆUS monachus & preſbyter juratus dixit de duobus miraculis factis in dedicatione, & muliere percuſſa in manu, idem quod alii.

HUGO preſbyter & monachus juratus dixit, quod vidit quemdam civem Metenſem cæcum, venientem cauſa devotionis, & ſpe recuperandi viſus, ad ſæpedictum ſepulcrum, qui veniens ad ſepulcrum, viſum recuperavit, & vidit ſcamas ab oculis ejus viſibiliter defluentes: qui civis inde ad ſanctum Jacobum proficiſcens, hoſpitatus eſt in itinere in domo cujuſdam mulieris quæ contracta jacebat in lecto; ſed ad conſilium illius civis, ad ſepulcrum viri venerabilis ſe deportari faciens, eſt ſanata. Hæc eſt autem illa de qua ſuperiùs loquitur Jacobus monachus & ſacerdos, qui Jacobus convenit cum prædicto Hugone, ſed de auditu.

GUILLELMUS monachus & preſbyter juratus dixit, quod vidit quemdam clericum qui longo tempore contractus fuerat ad idem ſepulcrum ſanari, de duabus mulieribus in dedicatione idem quod alii.

LIECELINUS monachus & preſbyter juratus dixit de duobus miraculis in dedicatione idem quod alii.

MARTINUS juratus dixit de miraculis factis in dedicatione idem quod alii, & de muliere quę ſanata fuerat à læſione manus idem quod alii.

HAIMO monachus & ſacerdos juratus dixit, quod vidit quemdam furioſum ibi ſanari.

Magiſter SIMON preſbyter juratus dixit de miraculis factis in dedicatione idem quod alii, adjiciens quod quidam laïcus apud Moliſmum, cùm luderet cum deciis, in venerabilem patrem, & ejus miracula blaſphemias proferebat: qui inde recedens, ſequenti die infra fines ejuſdem villæ à duobus militibus eſt occiſus. Hoc etiam dicit Jacobus ſe vidiſſe. Vidit præterea quemdam laïcum qui contractus fuerat per undecim annos, ad ſæpedictum ſepulcrum ſanari.

FULCO & Jacobus monachi & ſacerdotes jurati dixerunt, quod cùm quadam die eſſent juxta tumulum ſæpedictum, & ipſi viro venerabili reverentiam exhiberent, capita inclinando, quidam monachus aſtitit cum eiſdem in hæc verba ipſis præſentibus & audientibus contumelioſè prorumpens: Ut quid ei capita inclinatis? ſciatis profectò quod numquam ſanctus fuit, immò quidam ruſticus

Digitized by Google

multùm difformis, ſepulcrum pede proprio percutiens, hoc dicendo, ſtatim autem tumor arripuit pedem illum per totum corpus univerſaliter aſcendendo: ita quod infra quindenam illa infirmitate gravatus, ſpiritum exhalavit.

De furioſis & febricitantibus ſanatis infinita multitudo clamabat coram nobis, & ſe eſſe ſanatos firmiter aſſerebant: ita quod communis opinio totius regionis in tantum invaluit, cura iſta quod plurimi ipſum tenorem atteſtationum extollit. Hæc noſtris temporibus accidiſſe dicuntur, ſicut ſuperiùs eſt expreſſum: à tempore autem obitûs ipſius cujus non conſtat memoria infinita miracula referuntur, ita quod tota vicinia jam reputet ipſum Sanctorum catalogo meritis coæquatum. Ceterum vita ipſius Sanctitati veſtræ per nuntios Moliſmenſes porrigetur in ſcriptis, quæ ſatis oſtendunt ipſum multis meritis claruiſſe: at quæ audivimus cum multa diligentia fideliter inquirentes, beatitudini veſtræ per ſcripta præſentia declaramus, ut veſtra ſancta paternitas videat quid in talibus ſit agendum.

SIMONIS ARCHIEPISCOPI Bituricenſis, Bernardi epiſcopi, & Guidonis archidiaconi Lemovicenſis litteræ,

Quibus auctoritate apoſtolicâ permittunt Grandimontenſibus poſſeſſiones habere extra metas.

Anno 1213. Ex mſſ. Annalibus Grandimontis.

SIMON Dei gratiâ Bituricenſis archiepiſcopus, Aquitaniæ primas; & BERNARDUS eadem gratiâ epiſcopus, ac magiſter GUIDO archidiaconus Lemovicenſis, univerſis præſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino.

Mandatum domini papæ recepimus in hunc modum:

HONORIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiſcopo Bituricenſi, epiſcopo Lemovicenſi, ac dilecto filio magiſtro Guidoni archidiacono Lemovicenſi, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Olim quibuſdam clericis & converſis ordinis Grandimontis ſuper quibuſdam regulæ ſuæ capitulis in noſtra præſentia litigantibus; nos quibuſdam ejuſdem capitulis per interpretationem congruam declaratis, cum converſi proponerent inter cetera, quòd extra ſepta ſua non debeant habere mobilia vel ſtabilia ſecundum ordinis ſui inſtituta: quia in tanto negotio non ſubitò providere per litteras noſtras poteramus; mandavimus archiepiſcopis & epiſcopis in regno Franciæ conſtitutis, ut omnia, tam mobilia, quàm immobilia, quæ domus Grandimontis & ejus cellæ in eorum diœceſibus obtinent contra ipſius regulæ inſtituta, ſibi facerent Eccleſiæ Romanæ nomine aſſignari, & diſtractis mobilibus cum conſilio aliquorum ex fratribus, quos prior ad hoc duceret deputandos, eorum pretium atque mobilia fideliter conſervarent, donec de ipſis ad utilitatem ipſius ordinis duceremus aliter providendum. Tu verò, frater archiepiſcope, & dilectus filius N. officialis Bituricenſis, quibus & N. decano Bituricenſi exſecutionem eorùm quæ tunc ordinavimus pro tranquillitate ipſius ordinis duximus demandandam, paulopoſt veſtris nobis litteris intimaſtis, quòd vos præfato decano legitimè excuſato, ad Grandimontis eccleſiam accedentes, illam inveniſtis incredibiliter deſolatam. Cùmque præfatæ litteræ ibidem fuiſſent in veſtra præſentia recitatæ, tam vos, quàm nonnulli alii Boni-viri qui præſentes aderant, videntes totum ordinem gravi diſcrimini & damnis irreparabilibus ſubjacere, ſi eo tempore publicarentur litteræ antedictæ, duxiſtis deliberato conſilio, ſtatum ipſius ordinis nobis priùs plenariè intimandum, quam ad aures regis & principum, qui ordini ſæpedicto bona hujuſmodi contulerunt ipſis fratribus in perpetuum profutura, prædicti mandati notitia perveniret. Intimatum etiam fuit nobis, tam per vos, quàm per multos alios fide dignos, quòd multiplicatis fratribus ordinis memorati, & eleemoſynis quæ illis dari conſueverant imminutis, res ad eum ſtatum devenit, quòd dictus ordo non credebatur aliquatenus poſſe ſubſiſtere, ſi ea quæ extra metas obtinent, eis penitus auferrentur. Quare cum priore ac fratribus memoratis fuit nobis à vobis & multis aliis humiliter ſupplicatum, ut cùm de illis ad utilitatem ipſius ordinis diſponere haberemus, juxta prædictarum continentiam litterarum id celeriùs efficere dignaremur. Licèt igitur prædicti fratres, qui plures modos proviſionis excogitare curaverant, poſtularent inſtanter, ut eis ſecundum unum provideremus illorum. Nos tamen in hujuſmodi negotio procedere cum neceſſaria maturitate volentes, venerabilibus fratribus noſtris, Aurelianenſi & Cenomanenſi epiſcopis, dedimus in mandatis, ut ſalvâ inſtitutione regulæ ordinis ſæpedicti, omnes vias providendi prædictis fratribus per ſeipſos & alios excogitare ac indicare curarent, & eas nobis per ſuas litteras intimantes exponerent, quæ illarum, penſatis omnibus circumſtantiis, ſibi & aliis viris prudentibus potior videretur, ut freti conſiliis eorumdem, qui de contingentibus ipſum negotium ſcrutari poterant pleniùs veritatem, in eodem negotio ſecuriùs procedere valeremus. Nuper autem præfatus Aurelianenſis epiſcopus, & dilectus filius ſubdecanus Aurelianenſis eccleſiæ, cui dictus Cenomanenſis termino, quem clericis & converſis Grandimontis, unà cum collega ſuo Bituricis aſſignaverat, intereſſe non valens, commiſerat vices ſuas; ſuis nobis litteris intimarunt, quòd cùm in die revelationis beati Guillelmi confeſſoris veniſſent Bituricas, ubi terminus ipſo die de induſtria fuerat aſſignatus, eo quod multi, magni, & authentici viri venturi ad ſolemnitatem hujuſmodi ſperabantur, invenerunt ibi vos & venerabilem fratrem noſtrum Claromontenſem epiſcopum, & Ciſtercienſem, ac pluſquam viginti Ciſtercienſis ordinis abbates, & plures alias magnas authenticas perſonas, tam religione, quàm juriſpru-

Digitized by Google

dentia commendandas; ibique præſentibus quam plurimis clericis & converſis ſæpedicti ordinis, tenore regulæ ipſorum diligenter inſpecto, invenerunt quod ipſa regula eis eccleſias, poſſeſſiones extra metas, beſtias, decimas, reditus, fora, nundinas, cauſas ſive judicia, quæſtum, quamdiu una die vivere quoquo modo poterunt interdicit. Auditis igitur & diligenti meditatione penſatis omnibus providendi modis & viis, quas ipſi fratres olim propoſuerant coram nobis, vel etiam poſtmodum cogitarant vobiſcum & cum ſupradictis Bonis-viris, propter hoc inſimul congregatis, ſtuduerunt conferre ac diſcutere diligenter, ſi quo modo de bonis quæ ipſe ordo obtinet extra metas eis poſſet, ſalvâ regulâ, utiliter provideri: & tam vobis quàm eis concorditer viſum fuit, quod niſi regula ipſa temperaretur in aliquo, nulla utilis proviſionis via poterat inveniri, cum omnes modi excogitati ab eiſdem fratribus & ab aliis obviare ipſi regulæ viderentur. Adjecerunt etiam prædicti epiſcopus & ſubdecanus, quod converſi & clerici ejuſdem ordinis, qui aderant præſentes, & in ordine ipſo multo tempore fuerant, teſtificati ſunt publicè coram eis, quod numquam viderunt quod regula ipſa, ſicut ſcripta eſt, fuerit obſervata. Ceteri quoque qui plenius noverant ejuſdem ordinis ſtatum concordi voce dixerunt, quod non credunt ordinem prædictum aliquo modo poſſe ſubſiſtere ſine bonis quæ obtinet extra metas: cum magna pars domorum ipſius ſita ſit in locis aridis & ſterilibus, & multiplicatus ſit numerus fratrum ordinis ſæpedicti, adeoque refriguerit caritas & abundaverit malitia, ut moderni potius auferant eiſdem fratribus ea quæ ſui majores ipſis in eleemoſinam contulerant, quam propria largiantur. Aſſeruerunt inſuper epiſcopus & ſubdecanus prædicti ſibi per litteras decani & officialis Bituricenſis delegatorum à ſede apoſtolica conſtitiſſe, quod Guillelmus *Leſpinas* & Petrus *Bruſchars* converſi Grandimontis jurati confeſſi ſunt coram eis quod litteras per ipſos & alios converſos impetratas à nobis ſuper poſſeſſionibus, quas obtinent extra metas, in odium prioris & clericorum impetraverant malo animo & iniquo, deſtructionem totius ordinis & præſertim prioris & clericorum tunc temporis affectantes; ac nihilominus ſub juramento dixerunt ordinem ſine prædictis poſſeſſionibus non poſſe aliquatenus ſuſtentari. Sæpedicti ergo epiſcopi & ſubdecanus pro ipſis priore ac fratribus & cum eis nobis humiliter ſupplicarunt, ut ſuper his articulis, videlicet ſuper habendis poſſeſſionibus extra metas, & beſtiis neceſſariis ad laborem, certis reditibus & repetendis ablatis, diſpenſare miſericorditer in jam dicta regula dignaremur. Et idipſum tam venerabilis frater noſter Portuenſis epiſcopus apoſtolicæ ſedis legatus, quam vos & venerabilis frater noſter Burdegalenſis archiepiſcopus, aliique nonnulli tam epiſcopi quam abbates aliique prælati nobis ſuadere per ſuas litteras curaverunt, aſſerentes ordinem ipſum ſuſtentari non poſſe, niſi per diſpenſationem, ut dictum eſt, provideatur eidem. Cùm igitur nos & fratres noſtri ſatagentes obviare ruinæ ipſius ordinis, pro cujus ſtatu apoſtolica ſedes his & aliis temporibus plurimum laboravit, conveniſſemus in unum ſuper ipſo negotio tractaturi, tres proviſionis viæ nobis inter ceteras occurrerunt. Prima fuit, ut diſtractis bonis quæ ſæpe dicta Grandimontis domus & ejus cellæ obtinent contra regulæ ſuæ inſtituta, ex eorum pretio fierent novæ cellæ, & in earum ſingulis tot collocarentur de fratribus, quot viderentur de bonis intra earum metas poſitis ſuſtentari: quatinus numero fratrum in cellis veteribus conſiſtentium per hoc redacto ad congruam paucitatem, & ipſi ſuſtentari poſſent de bonis quæ cellæ ipſæ obtinent intra metas. Secunda fuit, ut tam poſſeſſiones, quam alia quæ contra ſtatuta regulæ ſuæ obtinet dictus ordo, perſonis committerentur idoneis, quæ illa nomine Eccleſiæ Romanæ tenentes, de illorum proventibus ſupplerent defectum proventuum poſſeſſionum conſiſtentium intra metas, ac reſiduum, ſi quid eſſet, in elemoſynas erogarent, inhibito ipſius ordinis priori & fratribus, ne aliquos reciperent in capite vel in membris, quouſque ad eum numerum deveniſſent, qui poſſet poſſeſſionibus intra metas poſitis congruè ſuſtentari: ac deinceps in ipſo numero permanentes eſſent bonis intra metas poſitis contenti juxta ipſius inſtituta, & tunc demum poſſeſſiones extra metas venderentur, fierentque novæ cellæ ipſius ordinis de pretio earumdem. Tertia vero fuit, ut fratribus jam receptis, regulam ipſam juxta ſuæ profeſſionis debitum obſervantibus, eadem circa recipiendos de cetero temperetur hoc modo, ut videlicet prædicti quatuor articuli de regula ſubtraherentur eadem, & recipiendi de cetero profiterentur regulam per ſubtractionem articulorum hujuſmodi temperatam, hique illarum quæ nunc obtinet dictus ordo contra regulæ ſuæ inſtituta jam liciti poſſeſſores curam gerentes eorum, ipſorum proventibus ſibi & aliis fratribus fraternæ caritatis miniſteria neceſſaria miniſtrarent, totque aſſumerentur de novo ſic temperatam regulam profeſſuri, quot ad curam ſufficerent ſupradictam. Duobus ſingularum domorum miniſterio deputandis, uno videlicet clerico, alioque converſo. Quorum alter converſus ſcilicet curioſi, clericus verò correctoris officium gereret, ſecundùm quod etiam nunc obſervatur in ordine ſupradicto: ut ſic profeſſis regulam taliter moderatam paulatim ſuccedentibus illis qui fuerunt auſteriorem profeſſi, tandem proceſſu temporis omnes ipſius ordinis fratres eamdem ſic moderatam profiterentur & ſervarent. Sanè vias diſcutientes eaſdem, nullam earum invenimus omni prorſus ſcrupuloſitate carentem, ſed ſingulæ pluribus patere objectionibus videbantur. Propterea attendentes quod in partibus illis poterit plenius de contingentibus negotium indagari, de

Digitized by Google

de fratrum noſtrorum conſilio negotium ipſum veſtræ circumſpectioni duximus committendum. Quocirca diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus ad Grandimontis eccleſiam perſonaliter accedentes, ibique præſentibus ejuſdem loci clericis & converſis, ac aliis viris prudentibus, quos ad hoc videritis evocandos, quæ dictarum viarum ſingulas diſcutientes ſollicitè, ſtudeatis indagare prudenter ex qua illarum plus minuſve difficultatis, ſcandali, ſeu inconvenientis emergat, & ſecundum illam quam penſatis omnibus commodiorem eſſe videritis, vice noſtrâ provideatis ordini ſæpedicto: proviſo quamcumque viarum ipſarum duxeritis eligendam, ut debitus honor priori, quoad fieri poterit, conſervetur. Taliter autem occaſione ac excuſatione ceſſantibus mandatum noſtrum adimplere curetis, quod nec nos, nec fratres ipſos pro hujuſmodi negotio, ſuper quo jam diutiùs laboratum eſt, pro veſtra negligentia vel defectu oporteat ulteriùs laborare. Quod ſi non omnes his exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrûm ea nihilominus exequantur.

Datum Laterani XIV. Calendas Maii, pontificatûs noſtri anno VII.

Nos igitur apoſtolicis cupientes obedire mandatis, perſonaliter ad eccleſiam Grandimontis accessimus, ibique præſentibus ejuſdem loci clericis & converſis, ac multis abbatibus, & aliis viris prudentibus ad hoc evocatis, diſcutientes ſollicitè vias ipſas, de ipſorum abbatum, & aliorum prudentium conſilio, ultimam tamquam commodiorem & minùs difficultatis, inconvenientis, & ſcandali continentem elegimus, & tam clericis, quàm converſis apoſtolicâ auctoritate præcepimus obſervandam, injungentes eiſdem ut priori, juxta mandatum apoſtolicum, honorem debitum in omnibus conſervarent.

Datum in Grandimonte anno Domini MCCXXIII. Dominicâ poſt Nativitatem beatæ MARIÆ Virginis, cum appenſione trium ſigillorum.

STATUTA REFORMATORIA monaſterii Sancti Michaëlis in periculo maris, à Theobaldo Rothomagenſi archiepiſcopo in actu viſitationis anno MCCXXIII. edita.

Anno 1223. Ex ms Sancti Michaëlis in periculo maris. *Radulpho.

TH. Dei gratiâ Rothomagenſis archiepiſcopus, dilectis CHRISTO filiis* R. abbati (& conventui) S. Michaëlis in periculo maris ſalutem, gratiam & benedictionem.

Domum veſtram, prout ad noſtrum ſpectat officium, viſitantes quædam circa vos in ſpiritualibus & temporalibus invenimus corrigenda. In primis vobis, in virtute obedientiæ, diſtrictè præcipimus, ut circa obſervationem ſilentii ſolito diligentiùs intendatis, & ut meliùs & diſtrictiùs ſilentium & alia quæ ſunt ordinis obſerventur, vobis præcipimus ut infra inſtans feſtum ſancti Michaëlis de tertio priore & circis vobis providere curetis, ut unus clamet alium, caritativè tamen, quem viderit in ſilentio & aliis delinquentem: qui verò ſocium ſuum aliqua de cauſa clamare prætermiſerit, per unam diem jejunet in pane & aqua. Sub eadem diſtrictione vobis præcipimus, ut omnia bona ad eleemoſynam deputata, in uſus pauperum ad portam ſine diminutione aliqua convertantur. Infirmis autem, tàm in neceſſariis, quàm in ſervitoribus, & præcipuè in ſervitio divino provideatur honeſtè. Quia verò, ſicut audivimus, numerus monachorum longè minor eſt, quàm fuerit ab antiquo, licèt in temporalibus per Dei gratiam abundetis, congregationem veſtram infra biennium decem monachis ad minus præcipimus augmentari. Omnes verò reditus cantariæ in uſus debitos expendi præcipimus & converti. Si tamen in fine anni, peracto officio cantariæ, ſine aliqua diminutione aliquid de prædictis bonis ſuperfuerit, abbati à cantore fideliter aſſignetur. Meterias terrarum quas cantor acquiſivit, dum erit ballivus, ad communes uſus domûs præcipimus aſſignari, ne occaſione earum idem cantor officium ſibi creditum intermittere compellatur. Prætereà priorem de *Genet* G. *Jelboc* R. *Gode* cauſâ correctionis ad clauſtrum præcipimus revocari, vel ad alia monaſteria, ſi expedire videritis, deſtinari. Quia te, fili abbas, intelleximus eſſe circa ſubditorum tuorum correctionem nimis deſidem & remiſſum, tibi in virtute obedientiæ diſtrictè præcipimus, quatenus præteritam negligentiam & deſidiam vigilanti ſtudio & ſollicitudine debita redimere non omittas; alioquin inobedientiam tuam animadverſione debitâ pro loco & tempore puniemus. Excommunicamus omnes monachos domus veſtræ, qui proprium habent & detinent, quantulumcumque illud ſit, niſi illud integrum reddant abbati in craſtino inſtantis feſti ſancti Michaëlis, vel infrà. In virtute obedientiæ vobis diſtrictè præcipimus, ut ad loca veſtra, ubi ſolent eſſe duo, vel plures monachi, infra inſtans feſtum Omnium-ſanctorum totidem tranſmittatis ibidem Domino ſervituros. Singulares autem monachos, ubicumque ſint, auctoritate papæ domini, ac noſtrâ, præcipimus revocari. Abbas ſingulis menſibus compotum audiat à ballivis, & ſic receptum bis in anno referat ad conventum expreſſa ſumma debitorum & nominibus creditorum. Hæc autem mandata noſtra ſalubria ſingulis menſibus in capitulo præcipimus coram fratribus recitari. Et ne abbas, quod nollemus, prædicta mandata negligat, vel omittat, priori, ſubpriori, & cantori, in virtute obedientiæ præcipimus, ut eâ vice noſtra diligenter & fideliter exequantur.

Datum tempore viſitationis noſtræ, anno gratiæ MCCXXIII. in craſtino ſancti Matthæi. Valete.

Digitized by Google

CONVENTIONES FACTÆ inter Ludovicum VIII. Francorum regem & Guillelmum epiſcopum Andegavenſem.

LUDOVICUS Dei gratia Francorum rex univerſis præſentes litteras inſpecturis ſalutem. Noveritis quòd dilectus & fidelis noſter GUILLELMUS Andegavenſis epiſcopus præſtitit nobis ſacramentum fidelitatis ſicut alii epiſcopi regni noſtri nobis faciunt, & nos recognovimus ei quod non tenetur in exercitum vel equitatum noſtrum in propria perſona, vel in aliquem mittere ſumtibus ſuis, neque occaſione ejuſmodi juramenti ullum novum onus vel gravamen imponitur ei vel eccleſiæ ſuæ: ſed ipſe & ejus eccleſia manebunt in illis libertatibus quas habuerunt tempore bonæ memoriæ PHILIPPI quondam regis Francorum genitoris noſtri & HENRICI & RICHARDI quondam regum Angliæ. Item recognovimus ei, quod quando electus Andegavenſis eccleſiæ erit confirmatus à metropolitano, vel ab alio qui poteſtatem habebit confirmandi, nos reddemus ei regalia ſua per nuntios deferentes patentes litteras confirmationis ejus. Ipſe tamen electus tenebitur bona fide nos adire, ſi fuerimus in regno noſtro, infra XL. dies poſt ſuſceptionem regalium, & nobis juramentum fidelitatis præſtare. Et ſi infra XL. dies ad nos, ſicut dictum eſt, non venerit, nos poterimus ſeſire regalia ſua, & ea tam diu tenere, quouſque nobis dictam fecerit juramenti fidelitatem. Sciendum eſt quod ſi futuris temporibus comitatus Andegaviæ ſeparetur à regno, epiſcopus Andegavenſis non teneretur facere comiti Andegavenſi ejuſmodi juramentum. Actum Pariſius anno Domini MCCXXIII. menſe Novembri.

EPISTOLA ARNALDI ABBATIS Villæ-magnæ ad Guillelmum epiſcopum Albienſem.

Appellat ad papam à ſententia ab ipſo injuſte lata in priorem ſancti Gervaſii.

REverendo nobis patri ac domino GUILLELMO Dei gratiâ Albienſi epiſcopo, eadem ARNALDUS dominus & abbas Villamagnenſis ſalutem in Domino JESU-CHRISTO.

Miramur plurimum quòd à tam diſcreta perſona ſicut vos eſtis, hoc factum potuit emanare, primò videlicet, quòd ob vilem cauſam, pecuniariam videlicet, quæ velut ſtercora reputatur, tam religioſas perſonas in vinculis excommunicationis innodare viriliter attentaſtis. Secundò quòd non præmiſſâ trinâ admonitione. Tertiò quòd nobis inconſultis ad quem jure monaſterii emendatio, ſive correctio prioris de Sancto Gervaſio, & aliorum pertinet ſubditorum. Quartò, quòd nullam contumaciam pateat præceſſiſſe. Verum tanta videntes & præſentientes gravamina, ab hac minus canonica ſententia, quæ dici poteſt forſitan nulla, licet perſonam veſtram, dignitatem, & etiam eccleſiam caram habeamus, & in omnibus reverendam, ad dominum papam ſuper his appellamus, & nos & priores noſtros & eccleſiam ſancti Gervaſii, & alias eccleſias noſtras in veſtra diœceſi conſtitutas, clericos & alios parochianos noſtros ſub protectione domini papæ & domini Portuenſis epiſcopi ponimus, diem appellationis proximè venturam Aſcenſionem Dominicam præfigentes. Inhibentes vobis ex parte ipſorum ne aliquid in eccleſiis noſtris per veſtros ſubditos facere attentetis. Placeat tamen ſi dominus Portuenſis interim ad has partes redierit, de hujuſmodi, pro ut ei viſum fuerit, litigare. Facta fuit hæc appellatio anno Dom. MCCXXIV rege LODOICO regnante XII. Kal Februarii, præſentibus R. de Malavetula electo in abbatem Nannetenſem, & Sigerio & R. Bernardi Paſchale monachis, & Guiraudo Jordani canonico Biterrenſi.

LITTERÆ MANUMISSIONIS factæ à capitulo Aurelianenſi.

Anno 1224. Ex ms. annalibus ordinis Grandimontenſis.

LUDOVICUS Dei gratia Francorum rex dilectis ſuis decano & capitulo Aurel. ſalutem & dilectionem. Concedimus vobis quod manumittatis homines veſtros de corpore qui habitant in terra veſtra Stampenſi, ut illi qui tenent de ea & quod eis vel ſucceſſoribus eorum & veſtra imponatis onera & conſuetudines ſicut convenit inter nos & homines memoratos, ſalvo jure noſtro. Actum anno Domini MCCXXIV menſis Januarii.

Ego LEBERTUS decanus & univerſum capitulum Aurelianenſe omnibus in perpetuum. Noverint univerſi tam præſentes quàm futuri, quod omnes homines noſtri de corpore tam maſculi quàm feminæ, qui habitant in terra noſtra de Stampeſio, & illi etiam qui de ea tenent vel poſſident ubicumque commorantes adſtrinxerunt ſe nobis per ſacramentum à ſingulis ſingillatim corporaliter præſtitum & receptum, quod ſi ſervitutis opprobrium ab eis tolleremus, libertatis beneficium eis & filiis ſuis tam natis quàm naſcituris impendentes, quaſcumque redhibitiones, quæcumque onera eis & heredibus ipſorum & terræ noſtræ vellemus imponere, ipſi libenter reciperent, firmiter obſervarent, & in nullo penitus contrairent. Nos igitur attendentes multimoda commoditatum genera tam noſtris hominibus, quàm eorum heredibus & nobis, ac eccleſiæ noſtræ ex ejuſmodi conceſſione libertatis poſſe pervenire, eis libertatem duximus concedendam, & tam ipſos quàm uxores eorum & filios tam natos quàm naſcituros ab omni ſervitutis jugo emancipantes, in perpetuum liberos conceſſimus permanere, cum impoſitione tamen redhibitionum & onerum

Digitized by Google

quæ ſunt inferiùs annotata. In primis igitur ad extirpandum penitus de terra noſtra in Stampeſio conſtitutæ ſervitutis opprobrium; ſtatuimus, ut nullus ſeu nulla conditionis ſervilis homo vel femina de cetero in ea domum, vineam, vel agrum valeat poſſidere, ut ſic terra illa in poſterum præconio exaltetur libertatis, quæ hucuſque humilis fuit & depreſſa opprobrio ſervitutis. Nullus de manumiſſis vel eorum ſucceſſoribus manens in terra noſtra ſine voluntate noſtra Stampenſem intrare poterit communitatem. Quilibet in terra noſtra manens ad molendina noſtra molere tenebitur, & alibi ei molere non licebit. Nullus poterit tranſmittere vel transferre aliquo modo terram noſtram in aliam perſonam quæ non teneatur nobis, omnino ad omnem redhibitionem ad quam ipſe teneretur. Volumus autem iſtud onus quod præcipuè propter beneficium libertatis conceſſæ imponimus, ut de ſingulis XII. gerbis, quæ colligentur in terra noſtra, vel etiam de undecim, ſi plures non ſuperſerunt in campo numerandæ, unam gerbam habeamus à nobis numerandam & eligendam & per cultorem agri ad noſtram grangeam deportandam, quæ appellabitur gerba libertatis. Circa campi partem tantum, & decimam propter hoc nihil immutamus, ſed ſalvum ſit nihilominus nobis per omnia jus campi partis & decimæ ſicut ante. Simili autem modo per omnia duodecimam partem habebimus de bladis non ligatis. Per hæc autem quæ ſpecialiter expreſſa ſunt in hac libertatis carta, in nullo alias juri noſtro volumus præjudicium generari. Super ceteris enim redhibitionibus noſtris, conſuetudinibus, corveis, juſtitiis, talliis, & generaliter ſuper alio quocumque jure noſtro nihil immutamus; ſed volumus quod ea omnia illibata & inconcuſſa in perpetuum maneant, exceptis tamen capitalibus quæ remittenda eis penitus duximus & quittanda. Nomina autem hominum noſtrorum quos manumiſimus, ſicut ſuperiùs eſt expreſſum præſenti paginæ duximus inſerenda, & primo nomina hominum noſtrorum de *Menot* Odo, Pius, &c. *Sequuntur nomina manumiſſorum.* In hujus autem libertatis robur, fidem & teſtimonium, præſentes litteras fieri fecimus, & ſigilli noſtri munimine roboravi. Actum anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo quarto menſe Februario.

LITTERÆ GUILLELMI de Mont. vicecomitis Bearnenſis quibus fœdus init cum Theobaldo comite Campaniæ.

Anno 1224. Ex cartario Campaniæ.

EGo Guillelmus de Mont. vicecomes Bearnenſis notum, &c. me juraviſſe, promiſiſſe & creantaſſe cariſſimo amico meo TH. Campaniæ & Briæ comiti palatino, quòd ego juvabo ipſum contra omnem creaturam quæ poſſit vivere & mori, præter quàm contra dominos meos & homines meos quos modo ha-
A beo. Juravi etiam, promiſi & creantavi dicto TH. comiti, quòd ſi contingeret ipſum venire ad acquirendum regnum Navarræ, mortuo rege Navarræ avunculo ſuo; vel etiam ipſo rege Navarræ vivente, dummodo dictus TH. comes regnum haberet de aſſenſu regis & voluntate, & aliquis vellet contra ipſum comitem venire, & ipſi comiti vellet vim & violentiam inferre de regno Navarræ, ego juvarem ipſum comitem pro poſſe meo ad regnum Navarræ deffendendum viriliter & tuen-
B dum. Sciendum ſiquidem dictum TH. comitem Campaniæ mihi juraſſe, promiſiſſe & creantaſſe, quod me juvabit contra omnem creaturam quæ poſſit vivere & mori præter quam contra regem Franciæ, & dominos ſuos, & homines ſuos, quos habebat illa die qua præſentes litteræ factæ fuerunt, & præterquam contra comitem March. & S. illuſtrem regem Navarræ avunculum ſuum & homines de regno Navarræ. In cujus rei, &c. Actum anno M C C X X I V. die Jovis proxima ante
C Paſcha.

DIPLOMA FERRANDI Caſtellæ & Toleti regis, caſtrum de Aſcala militiæ fratrum Silvæ-majoris concedentis.

Anno 1224. Ex cartario Sylvæ-Majoris.

REgalis excellentiæ convenit dignitati viros religioſos cultoreſque vineæ Domini ſabaoth ſuis patrociniis conſolari, eos vero maximè qui murum pro Domino Iſraël vi-
D riliter ſe opponunt. Eapropter modernis ac poſteris, præſentibus & futuris innoteſcat, quòd ego FERRANDUS, Dei gratia, rex Caſtellæ & Toleti, unà cùm uxore mea BEATRICE regina, & filiis meis ALFONSO & FRIDERICO ex aſſenſu ac beneplacito dominæ BERENGARIÆ reginæ genitricis meæ, facio cartam donationis, conceſſionis, confirmationis, & ſtabilitatis Deo & monaſterio ſancti GERARDI de Silvâ-majori, vobiſque domino VITALI DE LANGON inſtante priore de Exceïa, & veſtris ſucceſ-
E ſoribus omnibus: necnon & militiæ fratrum ejuſdem monaſterii, præſentibus & futuris perpetuò valituram. Dono itaque vobis & concedo Alcala caſtrum meum *, caveas de *Gondem*, ſitas in Ripa de *Xucar*; & cum eis apothecam meam *d'Alcoeer*, atque medietatem omnium hereditatum & domorum quæ habeo in latalia de *Ferrus*, necnon & vineam meam, quam habeo in *Alarcon*, & domos quas habuit ibidem Bernardus Probus, & hereditatem ſufficientem ſex paribus boum ad anni vicem in Geneſtâ. Eccleſias quas in prædictis heredita-
F tibus ſeu caſtris fundare vos contigerit, cum decimis & primitiis, & oblationibus, ſalvo jure Concheñſis eccleſiæ, vobis dono. Ad faciendum inſuper vobis cortigium in altalaya de *Ferrus* me obligo, in quo poſſitis competenter à principio habitare, & ad dandum vobis viginti paria boum cum neceſſariis eorum ad populandum agriculturam uſque ad annum,

* Diœceſis Concheñſis.

Digitized by Google

& vitalia ad cuſtodiendum caſtrum & caveas memoratas duobus primis annis, prout aliis ſpeculatoribus eorum tradidi uſque modò. Omnia igitur prætaxata dono vobis, roboro & confirmo, cum terminis, montibus, paſcuis, rivis, aquis, vineis, hereditatibus, & omnibus pertinentiis ſuis, cum omni jure quod ibi habeo, & habere debeo jure hereditatis habenda, & irrevocabiliter in perpetuum poſſidenda, ſtatuendo in eiſdem caſtris familiam militum & ſervientium, qui ea cuſtodiant pro viribus, & deffendant. Et hæc meæ donationis & conceſſionis pagina rata & ſtabilis omni tempore perſeveret, ſalvâ mihi & ſucceſſoribus meis debitâ fidelitate, quod irati vel placati recipiamur in ipſis caſtris, & de eis fiat guerra & pax pro nobis & cum ipſis, vos & veſtri ſucceſſores noſtri fideles vaſſalli ſitis, reddendo nobis caſtra & munitiones quæ à Mauris acquiſieritis, Deo dante, & concedendo vobis in aliis jura omnia quæ in talibus domibus obtinemus. Si verò (quod abſit) propoſitum iſtud quod proponitis ad Dei ſervitium, præſumſeritis revocare, debetis mihi, vel ſucceſſoribus meis relinquere ſine difficultate caſtra & hereditates ſuperiùs memoratas. Si quis verò hanc cartam auſu temerario infringere, ſeu diminuere in aliquo præſumſerit, iram omnipotentis Dei plenariè incurrat, & regiæ parti mille aureos perſolvat, & damnum nobis illatum reſtituat duplicatum.

Data carta XVI. Julii æra MCCLXII. anno regni noſtri VII. Et ego prædictus rex F. regnans in Caſtella & Toleto, hanc cartam, quam fieri juſſi, manu propriâ roboro & confirmo. RODERICUS Toletanæ ſedis archiepiſcopus, Hiſpaniarum primas, confirmat. MAURITIUS Burgenſis epiſcopus confirmat. TELLIUS Palentinus epiſcopus confirmat. GERALDUS Secombienſis epiſcopus confirmat. LUPUS Seguntinus epiſcopus confirmat. GARSIAS Conchenſis epiſcopus confirmat. MELENDUS Oxomenſis epiſcopus confirmat. DOMNUS Placentinus epiſcopus confirmat. DOMINICUS Abulenſis epiſcopus confirmat. JOHANNES Calagurrenſis electus confirmat. JOHANNES domini regis Cancellarius abbas confirmat. Abbas Vallanſti confirmat. Infans dominus ALFONSUS frater regis confirmat. RODERICUS Didaci confirmat. Comes GOLCALVUS confirmat. ALVARUS Petri confirmat. ALFONSUS Tellii confirmat. RODERICUS Roderici confirmat. GARSIAS Ferrandi majordomus reginæ dominæ BERENGARIÆ confirmat. GUILLELMUS Gonçalvi confirmat. GUILLELMUS Petri confirmat. DOMINICUS Secubienſis juſſu jam dicti cancellarii ſcripſit. LUPUS de Favo Alferis domini regis confirmat. RONCALVUS Roderici cancellarius majordomus curiæ regis confirmat.

CARTA THEOBALDI CAMPANIÆ & Briæ comitis pro Grandimontenſibus cellæ (*) Harvici.

Anno 1224. Ex mſſ. Annalibus ordinis Grandimontenſis.

EGO THEOBALDUS Campaniæ & Briæ comes palatinus notum facio univerſis præſentes litteras inſpecturis, quod cum bonæ memoriæ HENRICUS avus meus Campaniæ & Briæ comes palatinus pro remedio animæ ſuæ & anteceſſorum ſuorum in puram & perpetuam eleemoſynam dediſſet Deo & beatæ MARIÆ & Bonis-hominibus Grandimontenſis ordinis in nemore de Harvico commorantibus quinquaginta modios vini de prima gutta pede preſſa in decima de Boilliaco; & ſi fortè dicti quinquaginta modii vini in dicta decima non poſſent inveniri, de primo vino clauſi comitis ejuſdem villæ prædictis Bonis-hominibus annuatim ſuppeterentur tempore vindemiarum indilatè: & centum ulnas burelli idonei ad veſtiendum fratres, in pedagio de Trecis annuatim percipiendas annis ſingulis à prædictis fratribus in nundinis ſancti Remigii: & quinque ſolidatas panis apud Inſulas, quas major de Inſulis reddere tenebitur de reditibus ejuſdem villæ: Et quotieſcumque contingeret dictum comitem apud Inſulas, vel apud Trecas per unam noctem morari, toties prætaxati Boni-homines haberent, tam à ſe, quàm ab heredibus ſuis, viginti ſolidos Pruvinenſes de eleemoſynâ ſua: Et etiam totam aquam, quæ vocatur Foreſtà, quæ ſita eſt juxta Sanctum Theobaldum, & omne jus ejuſdem aquæ, ut facerent in ea & de ea quodcumque vellent facere, prout in litteris felicis recordationis HENRICI avunculi mei vidi pleniùs contineri. De quo etiam reditu reddendo & habendo fratres prædicti fuerant in poſſeſſione pacifica per aliquantulum temporis, prout ex teſtimonio fide dignorum ſuper hoc juratorum didici; & poſtmodum de prædicto reditu à bonæ memoriæ matre mea BLANCHA comitiſſa Trecenſi palatina, dum adhuc ſub tutela ſua eſſem, propter guerras & alios caſus difficiles, ut dicitur fuerunt ſpoliati. Ego factus miles & exiſtens mei juris, volens mitius agere cum fratribus antedictis, ob remedium animæ meæ, necnon pro ſalute dominæ matris meæ & anteceſſorum meorum, & in recompenſationem dictarum eleemoſynarum ſuperiùs ablatarum, dono & concedo quadraginta libras Pruvinenſes annui reditus de reditibus meis apud Trecas, poſt deceſſum meum à prædictis fratribus percipiendas terminis inferiùs annotatis, videlicet in nundinis ſancti Johannis viginti libras, & in ſubſequentibus nundinis ſancti Remigii alias viginti libras. Et ut iſtud in poſterum & in perpetuum robur obtineat firmitatis, ego præſentem paginam ſigilli mei feci caractere muniri.

(*) Harvicus, cella ordinis Grandimontenſis, diœceſis Trecenſis, haud longè à Cantumerula, fundata anno 1180. ab Henrico Campaniæ comite; hodie unita abbatiæ de Machereto.

Actum anno gratiæ MCCXXIV. menſe Decembri.

CONSTITUTIO THEOBALDI Campaniæ & Briæ comitis,

De partitione bonorum inter filios nobilium.

Anno 1224. Ex cartario Campaniæ.

EGo THEOBALDUS Campaniæ & Briæ comes palatinus, notum facio univerſis præſentes litteras inſpecturis, quòd cùm eſſet contentio de faciendo judicium qualiter liberi maſculi caſtellanorum & baronum meorum deberent partiri inter ſe, videlicet quantum primogenitus debeat capere contra poſtgenitum, ego de aſſenſu & conſilio baronum & caſtellanorum meorum, ſcilicet reverendi patris M. epiſcopi Belvacenſis, & cariſſimi conſanguinei mei & fidelis HENRICI comitis Barri-ducis, & dilectorum & fidelium meorum G. comitis S. Pauli, JOHANNIS comitis Carnotenſis, comitis Rociaci, comitis Waudemontis, SIMONIS de Jonvilla, ERARDI de Brena, SIMONIS de Caſtro-villani, HUGONIS de S. Paulo, GALTERII de Gangionis-rivo, GARNERII de Triangulo, RENERII de Nogento, ANSELLI de Poſſeſſa, GUIDONIS de Arceis, THOMÆ de Cociaco, NICOLAI de Rumilliaco, GALTERII de Ardilieriis, EUSTACHII de *Coſtant*, caſtellani Vitriaci, RAINARDI de Dampetra, SIMONIS de Saxofonte, GUIDONIS de Sacli, JACOBI de Chacenaio, PHILIPPI de Planceio, MANASSERII de Pogiaco, GUIDONIS de Planceio, CLAREMBAUDI de Capis, GALTERII de Raſnello, ROBERTI de Amiliaco, ERARDI de Alneto vice domini Cathalanenſis, & aliorum baronum meorum, quorum ſigilla ſunt appoſita præſenti cartæ, ſtabilivi quod primogenitus filius capiet contra omnes fratres ſuos poſtgenitos, licèt non haberent inter ſe niſi ſolum caſtellum, primogenitus haberet illud caſtellum & feoda illius caſtelli, & carrucagia, prata, & vineas, aquas, & ſtagna, quæ ſunt infra parrochiatus illius caſtelli. Reditus & exitus illius caſtelli erunt appretiati cum alia terra, & in omnibus iſtis habebit unus quantum habebit alius: tali modo quòd pars primogeniti aſſedebitur & in reditibus & exitibus qui erunt in caſtello. Et ſi aliquis fratrum haberet aliquid in caſtello, illud eſſet de juſtitia fratris ſui primogeniti. Et ſi haberent inter ſe domum fortem, ſecundo natus haberet eam cum omni avantagio de feodis, carrucagiis, pratis, vineis, aquis, ſtagnis quæ eſſent infra parrochiatus villæ in qua eſſet domus illa. Et ſi haberent plures forteretias, dividerentur ſecundum factum caſtellorum, ſicut inferiùs eſt notatum. Si verò contingeret quòd haberent inter ſe duo caſtella, vel tria, & non eſſent niſi duo fratres: primogenitus caperet quod mallet caſtellum, & poſtgenitus caperet poſteà caſtellum quod meliùs amaret, & quiſque eorum heres feoda illius caſtelli quod ſibi retineret &
A haberet, carrucagia & vineas, prata & aquas, & ſtagna quæ eſſent infra parrochiatus illius caſtelli; & poſteà primogenitus caperet tertium caſtellum, & feoda illius caſtelli & carrucagia, prata & vineas, aquas & ſtagna quæ ſunt infra parrochiatus illius caſtelli. Reditus, exitus & proventus illorum caſtellorum & caſtellaniarum erunt appretiati, & de hoc quod valebunt, quiſque eorum habebit medietatem: tali modo quod quiſque capiet partem ſuam in caſtello quod ſibi capiet, & in caſtellaria illius caſtelli, ſi pars ſua valeat tantum. Et ſi ille qui
B habebit pejus caſtellum & pejorem caſtellariam, non haberet valentiam partis ſuæ ſecundum pretium terræ quod prædictum eſt, ille qui habet majorem partem, perficeret ei in terra plana; & ſi non poterat perficere in terra plana, perficeret in caſtellis ſuis, ſalvâ juſtitiâ domini caſtelli, ſicut ſuperiùs notatum eſt. Et ſi haberent inter ſe quatuor caſtella, poſtgenitus haberet quartum caſtellum; & ſi haberent plura caſtella, ſimili modo dividerentur. Si verò eſſent plures heredes quàm ſuperiùs
C ſunt dicti, & plura eſſent caſtella, primogenitus caperet unum ad ſuam voluntatem, & poſtgenitus aliud caſtellum quod meliùs amaret, & alius minor natu aliud caſtellum quod meliùs amaret, & taliter ſemper dividerentur: videlicet quòd primogenitus primò caperet ad ſuam voluntatem, & ita quiſque eorum haberet in ſuo caſtello avantagium caſtelli, ſicut ſuperiùs eſt expreſſum, & reditus & proventus eſſent appretiati, ſicut eſt prænotatum. Si verò tot eſſent heredes, quòd quiſque eorum non poſſent habere caſtellum, ille qui non poſſet
D habere caſtellum, haberet partem ſuam in terra plana, ſicut eſt prædictum. Siquidem ſciendum eſt quòd ſtabilimentum illud factum eſt de omnibus caſtellis quæ movent de me; & ab hac die quâ factum eſt inanteà firmiter permanebit, & partitiones quæ factæ fuerunt uſque ad diem quâ præſentes confectæ fuerunt litteræ, ſtabiles erunt & durabunt. Quod ut notum permaneat, & firmum teneatur, ego & barones præſentes litteras ſigillorum noſtrorum munimine fecimus roborari.

Actum anno gratiæ MCCXXIV. in feſto Na-
E talis Domini, menſe Decembri.

EPISTOLÆ IV. JORDANI, Ordinis Prædicatorum Generalis magiſtri.

I. ad MARIAM ſanctimonialem Horrenſis Parthenonis.

Annuntiat ipſi obitum Henrici fratris prioris Colonienſis ordinis Prædicatorum.

Circa 1224. Ex mſ. cod. Cœleſtinorum Metenſium.

F PRædilectæ in CHRISTO virgini & faſciculo myrrhæ qui inter ubera cordis mei commoratur, quamvis in (a) Horreo glorioſæ Vir-

(a) Horreum eſt inſigne virginum ordinis ſancti Benedicti monaſterium à ſancto Modoaldo archiepiſcopo Trevirenſi fundatum, cui Irminam & Modeſtam filias Dagoberti præfuiſſe ſcribit auctor hiſtoriæ Trevirenſis, Spicil. tom. 12.

Digitized by Google

ginis commoratur, Mariæ, inquam, faſciculo myrrhæ, non quòd ſolùm jam ad horreum reponitur, immò in arca excutitur per tribulationes, in mola molitur per tentationes, in fornace decoquitur per ferventes in Christo meditationes, in menſa ponitur velut panis propoſitionis calidus, ſabbato renovatur per delectabiles de Christo contemplationes, ipſum quem deſiderat, & deſideratum tandem pleniſſimè poſſidere.

Longa mihi ad te, ſoror dilectiſſima, ſalutatio, immo ſi non dedigneris, filia dicam, veriùs ſoror dicam & filia, quia non valet nec modicum affectum exprimere, quantumcumque ſit ſalutatio longa. Quid igitur dicam, de quam maxima magna, quâ plurimùm te diligo caritate in Jesu noſtro mediatore: qui mediator eſt, non ſolùm hominum ſe in Christo diligentium, ſed & ei Dei & hominum, qui fecit utraque unum: unum enim fecit, ut Deus eſſet homo, & homo Deus, ut homo Deum in homine, & hominem in Deo diligeret. Dilecta & ſemper diligenda dilectio hæc, in qua non comprehendit angelos ſed filios Abrahæ. Diligamus & nos invicem in ipſo, & per ipſum, & pro ipſo diligamus. Curramus in dilectione ad invicem per ipſum Jesum, qui via; ipſo ducente qui veritas, ut ad eum perveniamus qui vita; ipſo præſtante, qui vivit & regnat in vita & regno glorioſo. Me plura de dilectione tibi ſcribere doceret ipſa dilectio, immo cogeret, niſi quia dilectus noſter abiit & receſſit, & flos aruit; ita ut jam vinea noſtra non det odorem, ſed mœrorem. Et utique vox turturis obmutuit in terra noſtra. Surge & propera mecum, deplora florem qui aruit, & turturem quæ tacuit. Quem volo dicere, niſi Henricum tuum, immo meum? Tuum dicam & meum. Utique & meum & tuum dicam, veriùs omnium, quia omnibus omnia factus erat, ut Christum lucrifaceret. Hic inter flores lilio & roſæ comparabitur, nec indebitè candens lilio innocentiæ. Hoc ego teſtor, & ſcio quia verum eſt teſtimonium. Inveni enim ego, licèt indignus, ultimos carpens flores in horto cordis ſui, caſtitatem immaculatam cordis & corporis, quam à prima ætate zelavit, & uſque ad mortem incorruptam ſervavit. Inveni non minus & roſam caritatis vernantem. Ex utroque qualis odor erupit, non ſolum ego novi, ſed tota provincia, quæ in odore ejus currebat accincta ad bravium. Plora igitur mecum, ut ipſum deplorem pro quo tota ploravit Colonia, immo Teutonica; ſed non ſicut ceteri qui ſpem non habent. Fateor tibi, ut puto, me numquam tam uberes habuiſſe lacrymas pro morte alicujus, & ante mortem, & in morte, & poſt mortem flevi, & plus flere libuit mihi, quia non deſolationis, ſed conſolationis mihi affluxerant lacrymæ: lacrymæ, inquam, non plangentis & lugentis mortuum, ſed orantis, & devotionem habentis ad Deum vivum, velut aliquando devotis ſolet fieri, cum commemorat Eccleſia natales ſanctorum ſibi patronorum. Fuit enim dies beati Severini Colonienſis archiepiſcopi, dies natalitius, & ipſe ab hoc ſæculo tranſiens mortuus quidem eſt mundo, ſed natus Deo, Christo videlicet. Calendas Novembris in ipſa nocte, cùm jam pulſatum eſſet ad matutinas, ad ipſum, antequam adirem chorum, acceſſi: quem cùm viderem multum laborantem, & jam criſim celebrantem, quæſivi an inunctionem vellet? reſpondit ſe multum deſiderare: ſed & deſiderio ejus ſatisfeciſſemus, antequam matutinas inchoaremus: quam inunctionem ipſe ſibi potius viſus eſt impoſuiſſe, quàm ab aliis recepiſſe: quia orationes per ſe devotiſſimè dixit. Uncta perfecta, ad matutinas ingreſſi ſumus, & pro reverentia beati Severini Colonienſis patroni novem lectiones diximus, quas cum adverterem omnes de jam invia exiſtente ad patriam, Henrico videlicet, cor meum interpretatum eſt ſimiliter & cantum. Unde & rugitus inundantis aquæ lacrymarum mihi influxit, & plus affluere cœpit multus & ſuavis. Poſt ad ipſum reverſus, inveni ipſum de Deo & cum Deo vehementer loquentem, cantantem, & ad deſiderium patriæ ſe & alios excitantem, præſens exilium vehementer deteſtantem, fratres aſtantes conſolantem, & dicentem: Fratres, dilatata eſt anima mea ſuper vos. In hoc verbo exultavit in ſpiritu, cantans etiam, & ſæpe repetens illud cum jubilo: Ora, Virgo, nos illo Pane cœleſti dignos effici. Deinde ad jam fulgentes quaſi luminaria in mundo, & ſtellæ in firmamento, vos elegit Deus in poſſeſſionem ſibi. Hæc & multa conſimilia dicens, & ſibi mortem deſiderans, nos ad vitam bonam hortans, cum jam ad exitum ſe præpararet illa beata anima, & à Domino vocaretur, & ab inimico ſervaretur, qui omnium calcaneo inſidiatur, dixit illud verbum Jacob: Si Dominus fuerit mecum in via iſta, quam ego ambulo, & certò duxerit me, & dederit mihi panem ad edendum, & veſtimentum quo operiar, erit mihi Dominus in Deum, & crux Christi in titulum. Deinde verò poſtquam pauca locutus eſt, dixit: Venit princeps mundi hujus, & in me non habebit quidquam. His & multò pluribus dignis memoriâ dictis, agoniſari cœpit, & nos animam Deo commendare, plangere & flere. Verba ſingultus rupit, & quandoque ſilentio interrupit. Quanta ibi lamenta, quantæ lacrymæ, ubi non tam bonus pater tam dilectos dereliquit filios, & filii patrem amiſerunt. Et ego pater qualiſcumque tam mihi neceſſarium perdidi filium, quem ſine dolore pepereram, jam non ſine dolore perdidi. Hunc tamen non amiſi, ſed præmiſi, qui quamvis adhuc juvenis, plenus tamen dierum non mortuus eſt, ſed obdormivit in Domino. Hoc me plus conſolatur, quàm ipſius me abſentia deſoletur. Sic & tu conſolare, habes fidelem in Christo nuntium & interceſſorem, & tu ora pro ipſo ad Dominum, ut ſi fortè purgetur citius, purgatus pro te orans apud Deum. Aliis ipſum committe. Ora & pro me, ſicut ſoleo frequenter pro te. Vale in Jesu-Christo.

Digitized by Google

EPISTOLA II.
ad eamdem.

Hortatur ad perfectionem.

Ex P. Cœleſtinorum Metenſium.

FRater JORDANUS ordinis Prædicatorum miniſter inutilis dilectæ in Chriſto filiæ meæ de Horreo Agnum ſine macula ſequi quocumque ierit.

A die qua poſuiſti cor tuum ad inveſtigandum, ut non ſolum tuos & tua, ſed & te perfectò relinqueres, facta es Deo amicabilis valde. Sta igitur quaſi columna immobilis in timore Dei & obſervantia tui ordinis, cariſſima, exerce teipſam ad pietatem quæ eſt cultus Dei. *Pietas enim ad omnia utilis eſt*, ut dicit Apoſtolus. Abſtrahe te quantum potes à confabulationibus & collationibus inutilibus: conjungere Deo per familiaritatem aſſiduam orationis: dilectus JESUS ſponſus tuus, & facies dilecti electi ex millibus tibi ſit amabilis. Dilectus tuus candidus & rubicundus quem circumdant flores roſarum & lilia convallium, hoc eſt martyrum virginumque chori. Ipſe virgo & martyr. Huic tu ſis affabilis. Ipſi me quoque peccatorem, ſicut de te confido, aſſiduè recommenda. Vale.

EPISTOLA III.
ad eamdem.

Iterum de obitu Henrici prioris Colonienſis ſcribit.

Ex ms. P. Cæleſtinorum Metenſium.

DIlectæ JESU-CHRISTI ſponſæ de Horreo frater JORDANUS ordinis Prædicatorum ſervus inutilis ſalutem æternam.

Quoniam Deus omnem lacrymam ab oculis ſanctorum abſterget, & illas quas, me abeunte, tam largiter flens effudiſti. Ego autem ſperaveram aliquas conſolationes, licet non ſecundum multitudinem dolorum tuorum in corde tuo ex inſpiratione Spiritus Paracleti benigni conſolatoris tuæ reſcribere caritati, ſed heu! heu! heu! evacuata eſt hæc ſpes, abſcondita eſt enim conſolatio ab oculis meis, quia ipſe qui dividit ſingulis inter ſingulos prout vult, ipſe utique fratres dilectos, non jam dividet, ſed ſicut ipſi placuit, ita diviſit. Unde & ego lugeo, lugeo, lugeo utique ſocium fideliſſimum, lugeo amicum dulciſſimum, lugeo fratrem amantiſſimum, lugeo filium meum cariſſimum, HENRICUM priorem Coloniæ. Ipſe, ipſe, cariſſima, ante adventum Coloniæ de hac vita migravit ad Dominum. Et quidem felix feliciter migravit, & me miſerum, miſerum huic ſæculo nequam reliquit. Quis loco ejus vocavit ad arcem Sion? Angelus enim pacis, qui portabat pacem & illuminabat patriam rediit in patriam ſuam. Nec immeritò angelum dico, qui in terris vitam ducebat angelicam. Erat enim verè angelus Domini exercituum, & loquens magis linguis angelorum quam hominum. non æs ſonans, aut cymbalum tinniens, ſed cymbalum jubilationis omni ſpiritu ſuo laudans & prædicans Dominum. Hic erat à cunctis fratribus amatus, eo quod à patre plus cunctis fratribus amaretur: eo etiam quod ipſe erat fratrum amator, ſed & populi Iſraël, omnium fidelium ſcilicet Deum providentium in conſpectu ſuo ſemper. O frater mi Jonatha amabilis valde! Eras enim mihi donum columbæ glorioſæ Virginis MARIÆ. Dum enim in corde meo firmaveram ingreſſum ordinis, poſtulavi à domina mea, ut ipſa daret mihi eum in fratrem: quod & fecit, & ſi non virtute precum mearum, caritate tamen miſerationum ſuarum. Ipſe fortiſſimis lacrymis à domina mea petiit, ut daret voluntatem ingrediendi mecum in ordine. Petiit & obtinuit. Dedit enim ipſum illa una columba ordini. Hoc donum ſicut erat columbæ; ita utique columbinum fuit, ambulans ſimpliciter & ideo confidenter. Hic erat bonus operarius in vinea Domini, quem non cùm ſero factum eſſet vocavit: ſed jam circa horam ſextam vocavit, & reddidit illi mercedem. Non enim in ſenectute tardius, ſed in florida juventute ardentius & velocius currens & citius præveniens bravium ſupernum, & coronam incorruptam accepit. O ſerve bone & fidelis, qui talentum tibi creditum Domino multiplicaſti, & idcirco officio fideliter peracto in gaudium dilecti Domini tui ſecurus intraſti! Laudo te poſt mortem, prædico poſt conſummationem. Vide, cariſſima, quam inopinate & inſperate hoc mihi Deus fecerit. Quam ergo conſolationem ad præſens à me deſolato expectare poteris? Sed beatus Deus JESUS-CHRISTUS, cujus nomen tibi à Felice filio meo reſcribi....: qui conſolatur humiles, & te & me conſolatur, & ut matrem diſcipulo commiſit in cruce; ita te committat gratiæ ſuæ in omni tua tribulatione.

EPISTOLA IV.
ad virginem devotam.

Laudat eam de ſua dilectione, cui ſe dolet non ſatis reſpondere, additis quibuſdam conſolatoriis.

Ex ms. P. Cæleſtinorum Metenſium.

JESU-CHRISTI ſponſæ electæ frater JORDANUS ordinis Prædicatorum ſervus inutilis ſalutare Dei noſtri, & dicere animæ tuæ ſalus tua ego ſum.

Amor tuus, quo me ſecundùm Deum in Chriſto vehementer & veraciter amplecteris, nihil aliud tibi ſuggerit de me, niſi quod & te diligam. Et hoc quidem facio, alioquin, non ero imitator ejus qui ait *Ego diligentes me diligo*. Hoc etenim ethnici & publicani faciunt. Deterior eis ero, ſi non diligo te. Scio tamen quod plus diligor à te. Doleo fraudari in hac parte dilectionem tuam. Injuriam tibi facio. Jactaſti jamdudum verum ſemen amoris tui in me ſterilem terram, & recipis quòd ſe-

Digitized by Google

minaveris. Seminaſti multum & fers parum. Minor eſt amor quem metis, quàm ille ſit quem in me pleno cumulo effudiſti. Sed ſuſtine patienter, non tibi ſoli hanc injuriam facio, ſed ſponſo tuo Chriſto, cujus Pater agricola expectavit jam dudum ex me pretioſum fructum ex pretioſo ſemine ſuo. Sic enim me Deus dilexit, ut Filium ſuum unigenitum daret pro me. O quam verum amorem! O quam bonum ſemen ſuſcepi! Sed ubi quæſo fructus? ubi ſaltem modicus tanto amori redditus? Etiam, Domine, cum & Pater ſis, ubi amor tuus? O maledicta terra mea proferens ſpinas & tribulos. Hoc puto, ſi attendis, ſufficit ancillæ, ut fiat ſicut domino ejus. Gaudeo diligi à te; ſed minuit gaudium quod minus diligeris à me. Omnino diligis, quia verbum ſalutis & donum tuæ converſionis putas te accepiſſe per me. Ego autem puto quod antequam conveniremus, inventa es in utero habens de Spiritu-ſancto. Et ideo magis gratuito amore me diligis, ſic & abundantius confidentiam in me ponis, ut velis pendere ad meum conſilium. Angelus magni conſilii ponat in nobis conſilium ac beneplacitum ſuum. Scio quod deſideras exire de terra & de cognatione tua. Hoc ad præſens non audeo conſulere, nec te reputes de habitantibus in terra, ad quos deſcendit diabolus, quibus etiam debetur Væ. Non enim ad te deſcendit: ſed magis tu aſcendiſti in altum ad Chriſtum, cui tibi adhærere bonum eſt, converſationem habens in cœlis. Quod ſi tibi non videtur, cogita tamen quod advena & peregrina es ſuper terram pro amore Dei, & eò magis peregrina, quod amici & noti tui ſunt in oculis tuis. Veniet dies quando non jam peregrina eris in terris: ſed in æternum lætaberis cum angelis in cœlis. Gaudens & exultans in choro virginum cantantium canticum novum, quod nemo alius poterit cantare, ubi eris ſine macula ante thronum Dei ſequens Agnum immaculatum, quocumque ierit, cum videbis eum in decore ſuo, in quem angeli deſiderant proſpicere, cujus pulcritudinem ſol & luna mirantur, cum circumdabit te vernantibus atque corruſcantibus gemmis. Tunc quoque cum Job miſeriæ tuæ obliviſceris, & non erunt in memoria priora quæ jam tranſierunt, quoniam abſterget Deus omnem lacrymam ab oculis tuis. Quare ergo mœrore conſumeris? Numquid conſiliarius non eſt tibi? Quid enim loquitur conſiliarius tuus? Ipſum audi: *Dixit filia Syon, dereliquit me Dominus, oblitus eſt mei; ſed numquid poteſt mater obliviſci infantem ſuum, ut non miſereatur filio uteri ſui? Et ſi illa oblita fuerit, ego tamen non obliviſcar tui. Ecce in manibus meis deſcripſi te.* Hoc per Iſaiam dicit, qui non mentitur. Si ergo ſe aliquando ſubtraxerit modicum, iterum modicum & videbis eum. Sed hoc modicum longum tibi videtur. Sed tamen ſi moram fecerit, expecta eum: quia veniens veniet, non tardabit. Ipſemet conſolabitur te qui conſolatur humiles Jesus-Christus, qui eſt benedi- A ctus in ſæcula ſæculorum. Amen.

EFISTOLA G. PRIORIS provincialis in Teutonia ordinis Prædic. ad devotam virginem.

Hortatur ut cum patientia Domini adventum expectet.

Ex ms. Cœleſtinorum Metenſium.

B Prædilectæ ſponſæ Jesu-Christi frater G. dictus prior provincialis fratrum Prædicatorum Teutoniæ per manum ſponſi apprehendi, & in cellam vinariam introduci.

Quoniam peregrini ſumus & advenæ ſuper terram, neceſſarium profectò nobis eſt per viam caritatis habitaculi incedendo ad portam voluptatis illius æternæ cum deſiderio anhelare, expeditos quidem ab omni onere ad currendam viam donec aſpiret dies, & inclinentur umbræ. Interim tamen, cariſſima, C non contemnamus ſedere ſub umbra illius quem deſideramus; quia licet nondum orto ſole videamus regem regum, expedit tamen per ſingulas hujus miſerias noctis lectulum ſponſi floridum rigare lacrymis, quoad uſque tandem cùm audita fuerit, immo exaudita vox turturis in terra illa viventium, complaceat eidem ſponſo noſtro venire, & pulſare ad peſſulum hoſtii noſtri, ut confeſtim aperiamus ei. Siquidem dies Domini ſicut fur ita veniet, non ad terrorem, non ad periculum, immo feliciter beatis illis ſervis quos cùm venerit in- D venerit vigilantes. Ea propter, tu dilectiſſima mihi in Domino Jesu, non ad inſipientiam tibi manum mittis ad fortia, digiti tui apprenderunt fuſum, quatenus in hujus noctis tenebroſa caligine ex operibus digitorum tuorum tibi compares panem illum angelorum, habentem omne delectamentum & omnem ſaporem ſuavitatis: ut mendicare tibi neceſſe non fuerit cum venerit æſtas, quemadmodum fatuæ illæ virgines in evangelio à nuptiis repelluntur: eo quod in nocte hac torpentes otio vacuis lampadibus ſint inventæ. Sed forte dum E per noctes in ſæculo quæris quem diligit anima tua: quæris, inquam, & non invenis. Dices mihi quod vigiliarum tuarum prolongata expectatione defecerunt oculi tui, dum ſperas in Deum tuum, quod plorans ploraveris in nocte, & lacrymæ tuæ in maxillis tuis, & jam non ſit qui conſoletur te, licet etiam ſurgentem media nocte: ut confitearis nomini ipſius in cujus deſiderio anima tua liquefacta eſt, & defecit in ſalutare ipſius præ amoris F magnitudine. Ad quod ego tibi cum fideli David reſpondeo, credis videre bona in domo Domini in terra viventium? expecta Dominum, viriliter age & conforta cor tuum & ſuſtine Dominum. Suſtine, inquam, quia ſuſtinentes Dominum ipſi hereditabunt terram. Suſtine igitur, quia prope eſt ut veniat tempus ejus, & dies ejus non elongabuntur. Dies, inquam, illa, vera dies, quæ melior eſt in atriis Domini ſuper millia, cum te Jesus tuus

Digitized by Google

tuus de tenebris hujus noctis tranſportabit ad requiem & diem æternitatis in qua fulgeas tamquam ſtella, immo ſicut ſol in perpetuas æternitates in regno Patris tui. Qui te collocavit inter Sion juvenculas & Jeruſalem filias, ut talamo gaudeas regio conjuncta Dei filio, ut replearis ab ubertate domus ejus, & poteris aqua ſapientiæ ſalutaris. Numquid inſipida & refectionis expers? Immo ſuper aquam refectionis educabit te. Sed ne modicam reputares hanc refectionem, torrente, inquit, voluptatis ſuæ potabit eas. Nihilominus tamen reſtat tibi quæſtio; eo quod torrens aqua ſit pertranſiens cito & non permanens. Contra quod ab hoc tibi conſolatio reſtat, ubi dicatur, quoniam fluminis impetus lætificat civitatem Dei, beatam illam civitatem, cujus artifex & conditor eſt Deus, ad quam nos perducat Jeſus filius Dei, qui eſt ſuper omnia benedictus in ſæcula. Amen.

PACTUM MATRIMONII inter OTHONEM filium comitis Burgundiæ, & BLANCHAM filiam comitis Campaniæ.

Anno 1225. Ex cartario Campaniæ Colbertino.

EGO ODO Meraciæ dux, comes Burgundiæ palatinus, & ego BEATRIX uxor ejus, notum facimus univerſis, tam præſentibus, quàm futuris, tales conventiones eſſe inter nos ex una parte, & nobilem virum THEOBALDUM Campaniæ & Briæ comitem palatinum ex altera, ſuper maritagio faciendo inter OTHONEM filium noſtrum, & BLANCHAM filiam ipſius TH. comitis Campaniæ. Videlicet quòd nos donavimus, & conceſſimus Othoni filio noſtro, quando duxerit in uxorem BLANCHAM filiam TH. comitis Campaniæ, totum comitatum Burgundiæ integrè, in domaniis, in feodis, & dominiis, ſalvo quod nos poſſimus dare noſtro trecentas libratas terræ in terra plana; & unam fortem domum, quæ non ſit nimium fortis. Illâ die quâ celebrabuntur ſponſalia inter dictum OTHONEM filium noſtrum, & dictam BLANCHAM filiam dicti TH. comitis Campaniæ, idem Ottho filius noſter ſaiſietur plenariè de terra ſuperiùs nominata. Matrimonium verò debet celebrari quando OTHO filius noſter habebit quatuordecim annos completos. TH. verò comes Campaniæ debet adducere BLANCHAM filiam ſuam apud Borbonam, & eam tradet nobis, ut ibidem ſponſalia celebrentur. TH. comes Campaniæ donat filiæ ſuæ quingentas libratas terræ in terra plana, & tria millia marcharum argenti. Nos verò juravimus quod nos juvabimus dictum comitem contra omnes homines, præterquam dominos noſtros quos habebamus, antequam præſentes litteræ confectæ fuerint. Similiter TH. comes Campaniæ juravit quod ipſe juvabit nos contra omnes homines, præterquam contra dominos ſuos quos habebat die confectionis præſentium litterarum. Quando nos veniemus in auxilium TH. comiti, nos & gentes noſtræ erimus in expenſis noſtris. Quando verò TH. comes veniet in auxilium noſtrum, ſeu terræ noſtræ, comes & gentes ſuæ erunt in expenſis ſuis, ſalvo quod comes Campaniæ capiet forragium in terra noſtra pro ſe & ſuis gentibus. Nos faciemus jurare omnes burgenſes comitatûs Burgundiæ, quod ipſi cuſtodient corpus TH. comitis Campaniæ, & honorem ipſius, & gentes ipſius, & quod ipſi burgenſes ſervient comiti TH. contra omnes homines, præterquam contra nos. Nos requiremus à militibus comitatûs Burgundiæ, quod ipſi faciant homagium dicto comiti, ſalvâ fidelitate noſtrâ. Et ſi aliqui milites, ſeu barones, nollent facere homagium dicto comiti Campaniæ TH. nos faceremus quod barones illi & milites facerent dicto TH. comiti Campaniæ fidelitatem. Nos non poſſumus commendare comitatum Burgundiæ alicui, neque ponere extra manum noſtram, niſi in manu comitis Campaniæ, vel in manu alicujus ex hominibus noſtris, qui ſit de comitatu Burgundiæ; nec in manu comitis STEPHANI, nec HENRICI DE VIENNA, nec JOHANNIS comitis Cabilonis. Nos faciemus jurare illum cui commendabimus comitatum Burgundiæ, quod ſervabit corpus TH. comitis Campaniæ, & honorem ejus, & gentes ipſius. Jurabit etiam quod juvabit TH. comitem Campaniæ de totâ terra comitatûs Burgundiæ, & ſerviet comiti ex eadem terra comitatûs Burgundiæ, ſicut nos tenemur facere, & ſicut ſuperius eſt expreſſum. Et ſi de iſtis deficeret, infra quadraginta dies poſt requiſitionem TH. comitis Campaniæ per ſe, vel per nuntium ſuum, ille mutaretur, & ſic de aliis qui de prædictis deficerent & meſfacerent. Comes verò Campaniæ tenetur jurare baillivis comitatûs Burgundiæ, ſicut tenetur nobis jurare. Quotieſcumque comes THEOBALDUS veniet in comitatu Burgundiæ, propter negotium terræ, ſeu propter negotium ſuum, vel amicorum ſuorum; totiens gentes comitatûs Burgundiæ tenentur juvare ipſum THEOBALDUM comitem Campaniæ cum expenſis noſtris. Comes Campaniæ tenetur morari nobiſcum & gentibus noſtris, ad diruendum caſtrum de *Roſcheſort* & caſtrum de *Trane*: & ſi comes haberet legitimum ciſſonium, ipſe dimitteret gentes ſuas, ad id agendum. Quando nos intraverimus in guerram propter negotium Barri-ducis; & TH. Campaniæ comes exinde redire voluerit, ipſe dimitteret* ibidem centum quadraginta homines, cum armis videlicet ſexaginta milites, & octoginta ſervientes equites in ſuis expenſis. Omnia illa, ſicut ſuperius ſunt expreſſa, juravimus tenenda dicto TH. comiti Campaniæ bonâ fide, & idem TH. comes juravit eadem tenenda nobis bonâ fide. Sciendum ſiquidem quod licèt idem TH. comes teneretur nos adjuvare extra comitatum Burgundiæ, niſi fuerit de ſua propria voluntate: ad majorem verò ſupradictorum ſecuritatem, obligavimus nos erga dictum comitem TH. de feodo quod dilectus & fidelis meus RICHARDUS DE DAMPETRA tenet de nobis, & de feodo quod dominus GUALTERUS DE GANGIONISRIVO tenet à nobis, & de feodo quod dominus

*f. dimittet

Clarimontis tenet à nobis, & de feodo quod A domini de *Chanlite* tenent à nobis, & de feodo quod dominus HENRICUS DE FONVEZ tenet à nobis. Et ſi de iſtis conventionibus vellemus, quod abſit, reſilire: iſti ſupradicti venirent ad dictum TH. comitem cum feodis quæ tenent à nobis. Comes verò Campaniæ poſuit ex parte ſua feodum quod dominus GUALTERUS DE RISNELLO tenet ab ipſo, & feodum quod domnus GAUFRIDUS DE DARISEYO tenet ab ipſo, & feodum quod dominus GALTERUS DE GANGIONIS-RIVO B tenet ab ipſo, & feodum, quod dominus RENERUS DE NOGENTO tenet ab ipſo, & feodum quod dominus JACOBUS DE DURNAYO tenet ab ipſo, ita quod ſi TH. comes Campaniæ ab illis conventionibus vellet reſilire, illi ſupradicti venirent ad nos cum feodis ſuis. Quod ut notum permaneat & firmum teneatur litteris annotatum, ſigillorum noſtrorum fecimus munimine roborari. Actum anno gratiæ MCCXXV. die Lunæ poſt octavam Epiphaniæ. C

HONORII PAPÆ III. ad epiſcopos Galliæ.

Petit ab eis unam præbendam in ſingulis eccleſiis cathedralibus & collegiatis

Anno 1225. *Ex ms. ſancti Michaëlis in periculo maris.*

HONORIUS &c. venerabilibus fratribus archiepiſcopis, epiſcopis & dilectis filiis univerſis eccleſiarum prælatis per regnum D Franciæ conſtitutis ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Super muros Jeruſalem cuſtodes poſiti, quanto eminentiorem ſpeculam dignitatis attendimus, tanto in eminentiori debito ſollicitamur officii, ut vigilanti cuſtodia nobis & aliis vigilemus, nobis quoque per meritum, aliis per exemplum, quatenus in conſpectu Altiſſimi conſcientiæ puritas conſervetur, & in facie propriæ famæ integritas non lædatur. Multum enim cedit ad commodum, ut & conſcientiam fama non deſerat, & famam conſcientia contemni non exponat. E Sed potius mutuis promoveantur ſuffragiis & mutuis ſibi promotionibus ſuffragentur: propter quod in veſtibus Aaron mala punica cum tintinnabulis dependebant. Porro dum attendimus, quid onus honoris expoſcat, quid ſarcina dignitatum deſideret, multa nos cura ſollicitat, multæ nos ſollicitudinis urgemur inſtantia, qualiter Deo ſatisfaciamus & homini, & ſi non ut volumus & debemus, ſaltem prout permittimur & valemus. Sane multos multotiens & audivimus F & vidimus murmurantes propter expenſas, quas venientes ad ſedem apoſtolicam faciebant. Scimus autem quid ex talibus inferebat præſumtio detractorum, quid labia doloſa, quid lingua magniloqua præſumebant, cum nonnulli ſermones in publico monſtrantes, & mittentes periculoſius jacula in occulto, Romanam niterentur mordere eccleſiam, parati non ſolum ea quæ vigor juſtitiæ, ſed etiam quæ judicium æquitatis, necnon benignitatis gratia conſummabat ſuis loquutionibus depravare, præſertim apud eos, qui aures prurientes habebant & graves & erectas ad malum. Illos quoque in talibus frequenter experti ſumus oſtendere, qui miſſi procurare negotia, dum ea quæ illis ad neceſſarias deputabantur expenſas, ſuis voluptatibus applicabant, ad miſerabile ſubſidium mendacii recurrentes, alienis moribus impingebant quod propriè defraudaverant. Quia verò in iis contra ſedem apoſtolicam detractionis obrepebat occaſio; & eccleſiis, & eccleſiarum prælatis, necnon & aliis videbatur imminere gravamen; cum fratribus noſtris diligenter curavimus habere tractatum, quo ſtudio, qua cautela, ſecundum Deum & hominem inveniremus in talibus ſalubrem proviſionis effectum: & tandem, prout Domino placuit, communi & unanimi deliberatione conſilii rem non novam, nec inexcogitatam à prædeceſſoribus noſtris ſumus aggreſſi, volentes quod illi ſalubri conſilio providerent efficaci opere conſummare, videlicet ut ad opus ſedis apoſtolicæ in ſingulis cathedralibus eccleſiis & aliis præbendalibus ſingulæ præbendæ reſerventur, & interim donec id fiat competentes in eis reditus aſſignentur. In monaſteriis verò, & ceteris domibus regularibus, ac aliis collegiatis eccleſiis, necnon de bonis epiſcoporum ſecundum facultates ſuas conſtituantur certi reditus præbendas æquantes, quorum proventus in commune recepti, tam in noſtras quam fratrum noſtrorum neceſſitates, capellanorum, necnon cancellariæ, oſtiariorum, aliorumque ſedis apoſtolicæ officialium convertantur; ut ſic & provideantur noſtris in vitæ neceſſariis & gratis omnibus omnia pro quibuſcumque venientibus negotiis miniſtrentur, nec ſit qui per ſe, vel per alium, expreſſè, vel tacitè, aliquid exigat, vel etiam ſponte oblata recipiat, præter villæ reditum conſuetum. Quod ſi quis Gieziacus tantæ cupiditati animam audebit exponere, tantæ pœnæ duritiæ ſubjacebit, quod præter publicæ confuſionis opprobrium, culpam in pœna cognoſcet. Quis igitur frater gratiæ, quis devotionis filius, quis ſponſi & ſponſæ dilectus, ad hujuſmodi ſtratum eccleſiæ conſilio & auxilio non aſſurget? An non licet, non decet, non expedit, ut ſic filiæ dextram porrigant ad ſubſidia matris, quæ occupationibus multis & magnis involvitur pro neceſſitatibus filiorum? Nonne id quam plures eccleſiarum prælati magnique teſtimonii viri tempore generalis concilii ſua dabant? Nonne ad id toto videbantur deſiderio aſpirare? Tunc tamen ſedes apoſtolica diſtulit, ne videretur ad hoc concilium evocaſſe. Ne igitur tam pii, tam ſancti propoſiti conſummatio retardetur, per quod creſcere poterit decor eccleſiæ Dei, multaque ſubtrahi occaſio detrahendi; univerſitatem veſtram monemus, rogamus, & exhortamur in Domino per apoſtolica ſcripta vobis mandantes, quatenus ad executionem proviſionis hujuſmodi tam in

Digitized by Google

cathedralibus, quàm in aliis eccleſiis, ut dictum eſt, impendentes ſic opere ut operam efficacem, quod interprete facto monſtretur quantum domûs Dei vos decor alliciat, quantum ſponſi & ſponſæ amor accendat, quantum multorum relevatio moneat, quantumque utilitas generalis inducat. Ceterum cùm ad relevanda eccleſiarum onera, & gravamina prælatorum, prout poſſumus, intendamus, de præbendis clericis Romanis, vel aliis, à ſede apoſtolica conceſſa duximus providendum, ut poſtquam fuerint ſupradicta completa, cùm eos vacare contigerit, ad proprias eccleſias revertantur, ne ſi ſucceſſivè conferantur extraneis, ſicut aliquando conſuevit, filiis eccleſiarum, qui continuo ſervitio reſident, reddentur inutiles, & voluntate quodammodo fierent alienæ.

Datum Lateranis v. Calendas Februarii, pontificatûs noſtri anno IX.

WILLELMI ABRINCENSIS EPISCOPI ad R. abbatem Sancti Michaëlis in periculo maris.

Significat ei mandatum Romani legati, quo excommunicat omnes regno & regi Franciæ adverſus Albigenſes cruce ſignato moleſtiam inferentes, eique decimam bonorum eccleſiaſticorum concedit.

Anno 1225. Ex ms. ſancti Michaëlis in periculo maris.

VVILLELMUS Dei gratiâ Abrincenſis epiſcopus, dilecto in CHRISTO viro religioſo & honeſto R. abbati Montis Sancti Michaëlis de periculo maris ſalutem in Domino.

Mandatum domini legati per venerabilem patrem noſtrum dominum TH. Rothomagenſem archiepiſcopum recepimus in hunc modum: THEOBALDUS Dei gratiâ Rothomagenſis archiepiſcopus, venerabili fratri WILLELMO eâdem gratiâ Abrincenſi epiſcopo, ſalutem, gratiam, & benedictionem. Noverit fraternitas veſtra, quod nos litteras domini legati nuper recepimus in hæc verba: Venerabili in CHRISTO patri Dei gratiâ Rothomagenſi archiepiſcopo, ROMANUS eâdem gratiâ Sancti Angeli diaconus cardinalis, apoſtolicæ ſedis legatus, ſalutem & ſinceram in Domino caritatem. Rex regum & Dominus dominantium JESUS-CHRISTUS, qui ſe cum Eccleſia ſua promiſit uſque ad finem ſæculi permanſurum, nec permiſſurum quod adverſus eam mortis portæ prævaleant, nolens eamdem in fluctuum turbationem deficere: in cujus manu ſunt omnia corda regum, & quò voluerit vertit illa; diebus iſtis ad revelationem ejuſdem, quæ miſerabiliter peccatis noſtris exigentibus erat ab inimicis pacis & fidei depreſſa, mirabiliter operando. Regis Franciæ illuſtris cordi ratione ſuæ gratiæ ex alto infudit, quod divinâ gratiâ faciente, negotium pacis & fidei contra hæreticos terræ Albigenſis in ſe aſſumens, ad honorem Dei & Eccleſiæ, crucis vivificæ à nobis eſt caractere inſignitus ad purgandam terram illam ab hæretica pravitate, & ad relevationem in illis partibus Eccleſiæ Dei, quæ jam eſſe ſubmerſa penitus videbatur; cùm quo plures archiepiſcopi, epiſcopi, comites, & barones, & magnates regni Franciæ crucis ſimiliter aſſumſerunt [inſignia,] propter quod eumdem regem, familiam ſuam, & regnum ſuum, & omnes qui in hoc negotio ibunt, & perſonaliter laborabunt, in Eccleſiæ protectione ſuſcepimus, quamdiu fuerint in ſervitio JESU-CHRISTI. Excommunicamus, & excommunicatum denuntiamus R. filium R. quondam comitis Toloſani, fautores, complices ſuos, & omnes qui conſilium & auxilium eidem dederint contra Eccleſiam Dei & fidem chriſtianam, & contra regem Franciæ, qui pro eadem defendenda laborat. Item excommunicamus omnes illos, qui guerreabunt vel invadent regnum Franciæ, ſive ſint de regno, ſive de extra regnum; ſtatuentes ut à ſententia excommunicationis nullatenus abſolvantur, donec de damnis & injuriis dicto regi & ſuis ſatisfecerint competenter, & egrediantur regnum illi guerreatores vel invaſores, qui ſunt de extra regnum. Item excommunicamus omnes illos qui ſunt de regno Franciæ, qui inter ſe guerram moverint, nec treugam, vel pacem fecerint ad mandatum dicti regis. Quia vero regnum magnum eſt, & magnos ſumtus exigit & expenſas, promiſimus, ſacro approbante concilio Bituricis congregato, eidem regi dare decimam omnium proventuum eccleſiaſticorum legationis noſtræ, uſque ad quinquennium, ſi negotium tantum duraverit, deductis expenſis illis quæ proveniunt ex cultura vinearum & agrorum. Decimam autem illam prælati non ſolvent, nec clerici de familia ſua, qui perſonaliter in hoc negotio laborabunt, nec alii quos nos & rex prædictus elegerimus ad perſonaliter laborandum in negotio ſupradicto. Fiet autem ſolutio decimæ duobus terminis per annum, videlicet in feſto Omnium ſanctorum, & in Paſcha: & incipiet prima ſolutio in inſtanti feſto Omnium-ſanctorum. Quocirca paternitatem veſtram rogamus, & monemus attentiùs, quâ fungimur auctoritate mandantes, quatenus excommunicationis ſententias prædictas per veſtram provinciam denominari publicè facientes, verbum crucis per perſonas diſcretas & litteratas, nec eccleſiis oneroſas in eadem prædicari faciatis. Concedentes illis catholicis, qui crucis aſſumto caractere ad exterminium eorumdem ſupra hæreticorum ſe accinxerint, & in perſonis propriis laboraverint, & expenſas (contulerint,) necnon & illis, qui in perſonis propriis illuc acceſſerint, ſed in ſuis dumtaxat expenſis juxta facultatem & quantitatem ſuam viros idoneos demonſtraverint; ut illis ſimiliter, qui licèt in alienis expenſis, in propriis tamen perſonis acceſſerint, ut illa gaudeant libertate, illoque privilegio ſint muniti, quæ accedentibus in Terræ-ſanctæ ſubſidium conceduntur. Hujus quoque remiſ-

ſionis denuntiantes eſſe participes, juxta quantitatem ſubſidii & devotionis affectum, qui ad ſubventionem prædicti negotii Jesu-Christi de bonis ſuis congruè miniſtrabunt, aut circa prædicta conſilium & auxilium impenderint optimum. Monemus etiam diſcretionem veſtram, & hortamur in Domino Jesu-Christo quatenus ſuffraganeos veſtros ad hujuſmodi Christi obſequium invitetis, ut ſignum crucis, tam vos, quàm epiſcopi, accipiatis pro amore illius, qui pro vobis ſanguinem ſuum fudit. Sic enim ſtudeatis in hoc opere ſollicitius vigilare, quod proximos ipſe caritatis veſtræ ardor accendat, voſque præter bonæ famæ mercedem, æternum poſſitis præmium à Domino expectare. Scientes quod præfatus rex ad menſem poſt feſtum Reſurrectionis Dominicæ proximum erit Bituris perſonaliter cum exercitu ſuo, concedente (Deo,) profecturus viriliter & prudenter contra hæreticos ſupradictos, noſque ſimiliter tunc ibidem perſonaliter erimus cum eodem. Datum Pariſius nonis Februarii. Hujus igitur mandati auctoritate vobis mandamus, quatenus prædictas ſententias excommunicationis per veſtram diœceſim denuntiari publicè faciatis, verbum crucis in eadem per perſonas diſcretas, litteratas, & eccleſiis non oneroſas prædicari faciatis, & exponi libertatem & privilegium, quæ eis, qui crucem contra hæreticos aſſumſerint, conceduntur; fraternitatem veſtram in Domino nihilominus exhortantes, quatenus crucem ad prædicti negotii ſubſidium ſalubriter aſſumatis pro amore illius qui in crucis anguſtia nos redemit, ut veſtræ devotionis exemplo ad prædicti negotii ſuccurſum ſubditi noſtri faciliùs inducantur. Datum anno gratiæ MCCXXV. Dominicâ quâ cantatur: *Circumdederunt me.* Hujus itaque mandati vobis auctoritate mandamus, quatenus per decanatum Abrincatinum juxta formam ipſius mandati verbum crucis prædicantes, necnon & prædictas excommunicationis ſententias publicè denuntiantes, fideles Christi ad ſumendum crucis ſignaculum invitetis.

Datum die feſto ſancti Gregorii, anno gratiæ prædicto, apud Abrincas. Valete.

EPISTOLA R. primogeniti Roberti comitis Drocarum, ad Blancham comitiſſam Trecenſem,

De dote Yolandis comitiſſæ, uxoris Roberti comitis Drocarum.

Anno 1225. *Ex cartario Campaniæ Colbertino.*

Reverendæ dominæ ſuæ B. comitiſſæ Trecenſi palatinæ, R. primogenitus comitis Roberti domini Drocarum & Branæ, & fratres ejus P. H. & J. ſalutem & dilectionem.

Noveritis quod nos, & Yolandis comitiſſa cariſſima mater noſtra, ita compoſuimus ſuper dote ejus, quod de aſſenſu & voluntate noſtra, quoad vixerit, in integro tenebit terram Branæ, & Arſeti, & Tardeneti, ſicut eam tenuit bonæ memoriæ Agnes comitiſſa temporibus ſuis, exceptis villa de *Geyn* & foreſta de *Ree*, quas nobis quittavit; ſuper quo litteras noſtras habet patentes: unde vobis mandamus & rogamus, quatinus dictæ comitiſſæ matri noſtræ, dictam dotem ſuam confirmare velitis, ſicut continetur in carta quam ſuper hoc habet de vobis.

CARTA HELISSENDIS comitiſſa Barri,

Quâ ſe vendidiſſe Th. Campaniæ & Briæ comiti totum ſuum dotalitium teſtatur.

Anno 1225. *Ex cartario Campaniæ Colbertino.*

Ego Helissendis Barri-ſuper-Sequanam comitiſſa, notum facio univerſis, tam præſentibus, quàm futuris, me vendidiſſe cariſſimo domino meo Th. Campaniæ & Briæ comiti palatino totum dotalitium meum comitatûs Barri-ſuper-Sequanam, quod ſcilicet dotalitium movet de feodo comitatûs Campaniæ, & omnes conqueſtus meos, quos feci tempore bonæ memoriæ M. comitis Barri mariti mei, quos habebam & tenebam tempore venditionis, excepto feodo Roberti militis de *Fontetes*, & excepto Bardino qui erat in contentione poſt dictam venditionem: de qua quidem contentione prædictus Th. comes, & ego, promiſimus in dominum Hugonem preſbyterum de Barro, & Guillelmum *Putemonoie*, qui bonâ fide, & per juramentum ſuum ſecundum veritatem quam inde ſciunt, & ſecundum legitimam inqueſtam quam inde facient, proferrent dictum ſuum. In hujus rei gratia, &c.

Actum anno Domini MCCXXV. menſe Auguſto.

CARTA MATHILDIS Nivernenſis comitiſſæ,

De juſtitia in omnibus villis & terris ad Caritatem ſpectantibus.

Anno 1225. *Ex mſ. Caritatis.*

Ego Mathildis comitiſſa Nivernenſis, notum facio præſentibus & futuris, quod ego, ob remedium animæ meæ & anteceſſorum meorum, pro damnis & injuriis quæ feci & fieri mandavi monachis de Caritate & rebus ſuis in obſidione villæ Caritatenſis & alibi, dono, quitto, & concedo Deo & B. Mariæ de Caritate, & monachis ibidem Deo ſervientibus, omnes juſtitias & diſtrictus, ſi quos habeo, vel habere poſſum in villis, terris, granchiis, domibus, & aliis locis ſuis quibuſcumque in toto comitatu meo, nolens quod inter me, ſeu ſucceſſores meos, & ipſos monachos diſcordia de cetero oriatur occaſione juſtitiarum aliquarum. Prætereà concedo ipſis & confirmo, laudo & approbo omnes cartas prædeceſſorum meorum, & me & ſucceſſores meos

in perpetuum obſervare promitto, & ad hæc A me & heredes meos obligo & aſtringo. Actum anno gratiæ MCCXXV. menſe Septembri.

GARINI EPISCOPI SYLVANECTENSIS decretum de Judæis.

Anno 1225. Ex ms. ſancti Michaëlis in periculo maris.

IN ſcacario de termino Paſchæ MCCXXV. præceptum fuit à domino Sylvanectenſi epiſcopo quod Judæis non reſpondeatur per cartam confectam tempore retroacto ante qua- B tuor annos elapſos ante prædictum ſcacarium, niſi carta cognita fuerit. Si vero carta negata fuerit, & dicatur à chriſtiano quod Judæis cartam illam non monſtraverit, vel inde querimoniam fecerit, non in aſſiſia, quæ recordationem habet, vel coram baillivo ſe tertio militum per inſtitutionem domini regis fiat recordatio, & ſi recordatum fuerit quod Judæis cartam illam monſtraverit, vel exinde querimoniam fecerit: tunc ei per cartam reſpondebitur. Si verò non fuerit recordatum: tunc ei non reſpondeatur.

EPISTOLA LUDOVICI VIII. regis Francorum ad Romanum ſedis apoſtolicæ legatum.

Ex mſ. S. Michaëlis in periculo maris.

LUDOVICUS Dei gratia Francorum rex cariſſimo & ſpeciali amico ſuo ROMANO S. Angeli diacono cardinali, apoſtolicæ ſedis legato, ſalutem & ſinceræ dilectionis affectum.

Ad veſtram notitiam pervenire (credimus) quod in quibuſdam regni noſtri partibus uſque adeo quorumdam excrevit malitia, quod cum ſub ſacramenti vel fidei religione ad certum terminum ſuis ſint creditoribus obligati: paulo ante terminum coram judicibus delegatis à vobis ſeu ordinariis ſuos conveniunt creditores, liberatione petita pro eo quod aſſerant contractus, quibus obligentur, continere uſuras. Unde contingit interdum quod creditores per hujuſmodi fraudem creditum ſuum amittere compellantur, & quandoque eis invitis differtur ſolutio in terminum longiorem. Proinde dilectionem veſtram rogamus, quatenus per veſtras dignemini litteras prohibere, ne qui judices ordinarii ſeu delegati à vobis quemlibet audiant contra fidem præſtitam vel ſacramentum proprium vincentem, ſed potius debitores ad obſervandum juramentum auctoritate veſtra compellant, & poſtea ſi quas actiones adverſus creditores ſuos ſe habere confidunt, eis ſecundum juris ordinem liceat experiri. Meminimus enim vos ſuper hoc ipſo ſcripſiſſe domino papæ ad petitionem noſtram.

ROMANI LEGATI EPISTOLA ad R. archidiaconum Bajocenſem.

Ut procurationes non exigat à priore de Tortavalle.

Anno 1226. Ex mſ. ſancti Michaëlis in periculo maris.

ROMANUS miſeratione divina S. Angeli diaconus cardinalis, apoſtolicæ ſedis legatus, dilecto in Chriſto R. archidiacono Bajocenſi ſalutem in Domino.

Cum ſicut accepimus in prioratu de Tortavalle Bajocenſis diœceſis archiepiſcopi vel epiſcopi procurationes aliquas non conſueverint aliquando percipere vel habere, nolentes quod ex facto noſtro eis in poſterum aliquod præjudicium generetur, diſcretioni veſtræ, auctoritate qua fungimur, mandamus, quatenus, ſi eſt ita, ab ipſo prioratu nomine procurationis noſtræ nihil exigas vel requiras: & ſi forte propter hoc contra ipſum in aliquo eſt proceſſum, auctoritate noſtra ſtudeas revocare. Datum Abrincis anno Domini MCCXXVI.

LITTERÆ MATHILDIS comitiſſæ Nivernenſis quibus ſuum & Hervei mariti ſui anniverſarium fundat in eccleſia Fontis-ebraldi.

Anno 1226. Ex cartario Fontis Ebraldi.

EGO MATHILDIS comitiſſa Nivernenſis, omnibus notum facimus tam præſentibus quam futuris, quod nos pro remedio animæ C noſtræ & H. quondam bonæ memoriæ domini & mariti noſtri comitis Nivernenſis, dedimus & conceſſimus poſt deceſſum noſtrum abbatiæ Fontis-ebraudi pro anniverſariis noſtris in eccleſia ipſius abbatiæ annuatim in perpetuum celebrandis, decem libras reditus cenſualis monetæ in roagio Tornodorenſi & in molendino Galteri annuatim in perpetuum percipiendas. Volumus ſiquidem & præcipimus ut epiſcopus qui pro tempore fuerit ponat ſententias excommunicationis in perſonam D heredis aut ſucceſſoris noſtri, & interdicti in terram ipſius, ſi contra donum iſtud ullo modo ire attentaverit, nec ipſas relaxet, quouſque dictæ eccleſiæ de dicto reditu ad plenum fuerit ſatisfactum. Si verò, quod abſit, ante magiſtrum Guillelmum clericum noſtrum canonicum Senonenſem decederemus, cui iſtud ad vitam ſuam dedimus; volumus & præcipimus, ut heres aut ſucceſſor noſter de ſuo proprio uſque poſt deceſſum dicti clerici dictum reditum dictæ eccleſiæ ſine difficultate aliqua annuatim perſolvat. Alioquin dictus E epiſcopus ſententias in ipſum & in terram ſuam ponat ſicut ſuperius eſt expreſſum. Quod ut ratum permaneat ſigilli noſtri munimine præſentes litteras facimus roborari. Actum anno Domini MCCXXVI. menſe Maio.

BULLA HONORII PAPÆ III. ad epiſcopum Sueſſionenſem, Petrum de Collemedio & N. archidiaconum.

F *Ut de cauſa matrimonii inter nobilem virum W. de Dampetra & nobilem mulierem M. ſororem comitiſſæ Flandriæ inquirant.*

Anno 1226. Ex cartul. D. D. de Aveſnis.

HONORIUS epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabili fratri Sueſſionenſi epiſcopo, & dilectis filiis magiſtro P. de Collemedio capellano noſtro Pariſius commoranti & N. archidiacono * Bugonenſi S. A. B.

* Lingonenſi.

Digitized by Google

Cùm cauſam matrimonii, quod inter nobilem virum WILLELMUM de Dampetra, & nobilem mulierem M. ſororem comitiſſæ Flandrenſis dicebatur minùs legitimè fore contractum, bonæ memoriæ Catalaunenſi epiſcopo, & vobis, filii, capellano & archidiacono ſub certa forma duxerimus committendam, quia, ſicut dicitur, dictus epiſcopus viam eſt univerſæ carnis ingreſſus, cauſa ipſa dubium non potuit habere proceſſum. Ne igitur hujuſmodi cauſa remaneat diutiùs in ſuſpenſo, te, frater epiſcope, loco ejus duximus ſubrogandum, diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus in eademcauſa, juxta priorum litterarum continentiam, ratione prævia procedatis. Quòd ſi non omnes iis exſequendis potueritis intereſſe, duo veſtrûm ea nihilominus exſequantur.

Datum Laterani VIII. Cal. Junii, pontificatûs noſtri anno X.

EPISTOLA SIMONIS Bituricenſis, GALTERII Senonenſis, & aliorum epiſcoporum & baronum, ad THEOBALDUM comitem Trecenſem palatinum,

Ut Remis interſit inaugurationi ſancti Ludovici Francorum regis.

Anno 1226. Ex cartario Campaniæ Bibliothecæ regiæ.

S. Bituricenſis, G. Senonenſis Dei gratiâ archiepiſcopi, M. Belvacenſis, G. Noviomenſis, G. Carnotenſis eâdem gratiâ epiſcopi, Ph. comes Bolonienſis, G. comes Bleſenſis, Ing, dominus Couciaci, A. comes Montis-fortis, Archambaldus de Borbonio, Johannes de Nigella, & Stephanus de Sacro-cæſare, nobili viro & amico cariſſimo TH. comiti Trecenſi palatino ſalutem cum dilectione ſincera.

Significamus vobis quod die Martis proximâ poſt præteritum feſtum Omnium-ſanctorum, dum piæ recordationis Francorum rex LUDOVICUS apud Montem-Pancerii gravi valetudine corporis laboraret, timens de regni Franciæ periculo poſt deceſſum ipſius, providâ deliberatione, & præhabito ſalubri conſilio, nos coram ſe convocatos, & plures fideles ſuos attentè rogavit, & ſub fidelitate quâ ſibi tenebamur, nihilominus adjuravit ut tactis ſacroſanctis evangeliis juraremus ibidem, quod ſi de ipſo humanitus contingeret, quatinus poſſemus bonâ fide, fidelitates & hominagia faceremus LUDOVICO filio ejus majori, tamquam domino & regi, procuraremus bonâ fide, quod ipſe quàm citò commodè fieri poſſet coronaretur in regem; quod juramentum unanimi voluntate fecimus coram ipſo. Nobis igitur bonum videtur, quod idem LUDOVICUS coronetur apud Remos, die Dominicâ proximâ ante inſtans feſtum beati Andreæ. Inde eſt quod vos affectuosè rogamus & requirimus; quatenus præfatâ die eidem coronationi veſtris perſonaliter intereſſe.

HONORII PAPÆ III. ad Stephanum Cantuarienſem archiepiſcopum.

Laudat corpus ſancti Thomæ Martyris è terra elevari.

Ante annum 1227. Ex mſ. Lyrenſi.

HONORIUS, &c. S. Cantuarienſi, &c. Rex cœleſtis, Dominus angelorum, regnum Angliæ ceteris altius noſtris temporibus honoravit, dum mundo poſito in maligno, & malitiâ hominum excuſante, virum ſibi exinde ſine macula prælegit, qui non ſolùm in tempore iracundiæ reconciliatio factus eſt ut ſacerdos, verùm etiam ad cœleſte convivium invitatus illum ſaporare meruit, quem bibebat Dominus, calicem paſſionis. Et quia inventus eſt Deo gratus, coronavit eum gloria & honore, coronam quidem ipſius capiti ſuperponens de lapide pretioſo, ut ſic unus ex angelicis inter angelos ſuper opera manuum Domini conſtitutus, pro peccatis populorum omnium fieret interceſſor. Cantet igitur novum Domino canticum felix Cantuarienſis eccleſia, cujus aram ſuo purpuravit pretioſo ſanguine martyr THOMAS: quin immò civitas ipſa tota Deo poteſt exultationis voce non immeritò jubilare, quæ cruore roſeo ſui martyris rubricata, pulcra facta eſt, & apparuit ſpecioſa: unde diverſarum multitudine gentium ex omni ferè quæ ſub cœlo eſt natione celebritatem ipſius ſummopere venerantes, quodam quaſi felici præſagio ſuum eſſe videtur ſortita vocabulum ex eventu, ac ſi dicatur expreſſe Cantuaria cantus aræ. Tu, inquam, diligenter attendens quantum te deceat tantum martyrem venerari, cui, diſponente Domino, in pontificalis officii onere ſucceſſiſti, ſacratiſſimum corpus ejus ſublevare proponis de terra, ipſumque tranſlatum honorabiliter collocare, cùm tibi dignum & condecens videatur illum, quantùm in te fuerit, exaltare in terra, quem in cœlo dignatus eſt omnipotens Dominus honorare. Nos igitur pium & laudabile propoſitum tuum dignis in Domino laudibus commendantes, fraternitati tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus auctoritate noſtrâ fultus, & apoſtolicâ benedictione munitus, reverenter efficias hoc in nomine Domini quod intendis.

HONORII PAPÆ III.

Ejuſdem argumenti.

Ex mſ. Lyrenſi.

HONORIUS, &c. univerſis CHRISTI fidelibus nobilibus, & aliis per Angliam conſtitutis ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Rex, *&c. ut ſuprà, uſque* CANTUS ARÆ. Vos, inquam, diligenter attendatis hunc honorem, gratiarum actionem Largitori bonorum aſſiduas exſolvetis, cui vos ex impenſæ

benedictionis gratia terræ veſtræ cognoſcere poteſtis debitores, ut ingratitudinis evitetis vitium, & poſſitis devoti filii nuncupari. Et quidem ſi omni tempore puro corde benedicere & honorare Deum debeatis: iſto tamen præcipuè vos oportet veſtes induere nuptiales, & cum jocunditate in laudes veſtro aſſurgere Creatori, cùm venturæ feſtivitatis veneranda ſolemnitas id expoſcat. Sanè fratre noſtro Cantuarienſi archiepiſcopo S. R. E. cardinali nuper accepimus inſinuante, quòd idem volens oſtendere in effectu quanto devotionis fervore martyris ſupradicti memoriam veneretur, ſacratiſſimum corpus ejus ſublevare proponit de terra, ipſumque tranſlatum honorabiliùs collocare, condignum ſibi & condecens videatur illum quantum in eo eſt exaltare in terra, quem in cælo Dominus exaltavit. Nos igitur pium & laudabile archiepiſcopi memorati propoſitum acceptantes, univerſitatem veſtram monendam duximus & hortandam, per apoſtolica ſcripta vobis mandantes, quatenus pacem mutuam & concordiam in caritatis vinculo conſervantes, veſtras conſcientias cunctis perverſitatibus expietis, & ſic vos in bonis operibus ſtudeatis exercere, ut cùm dies ipſius ſolemnitatis advenerit, in occurſu veſtri ſanctiſſimi martyris & patroni ipſum poſſitis honorificentiâ debitâ taliter venerari, quòd doceatis alios per exemplum quantum eſſe debeat celebris per diverſa mundi climata præfati martyris memoria glorioſa.

GREGORII PAPÆ IX. ad archiepiſcopum Bituricenſem.

Pro epiſcopo Magalonenſi.

Anno 1227. Ex cartario archiepiſcopi Bituricenſis.

GREGORIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri archiepiſcopo Bituricenſi ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Comitatum Melgorienſem, ſeu Montis-ferrandi non eſt dubium ad Romanam Eccleſiam pertinere, cùm ſit antiquum ipſius Eccleſiæ feudum, ſicut authentica ſcripta liquido manifeſtant, & inter Romanam Eccleſiam, ſeu legatum ejus, & quondam RAYMUNDUM comitem Tholoſanum pactio intervenerit firmata ipſius comitis juramento, quod ſi videlicet idem RAYMUNDUS ſuper hæreticorum receptatione atque favore, de quibus erat graviter infamatus, non ſervaret mandata ſedis apoſtolicæ, vel legati ejuſdem, dictus comitatus ad Eccleſiæ Romanæ dominium liberè & abſolutè rediret; & ipſum R. in prædictis non obſervaſſe ſedis apoſtolicæ, vel legati ejuſdem mandata ſit adeo manifeſtum, ut propter pravitatem hæreticam, quam fovere contra mandata eadem præſumebat, non ſolum comitatus ipſe, ſed etiam tota alia terra ejus fuerit adjudicata eidem, ſicut & propinquis notum eſt & remotis. Cùm ergo comitatus ipſe in domanium apoſtolicæ ſedis præaſſignatis rationibus recidiſſet, felicis memoriæ INNOCENTIUS papa prædeceſſor noſter attendens devotionem quam eccleſia Magalonenſis habuit ad Romanam Eccleſiam temporibus retroactis, ac habebit, auctore Domino, in futurum, bonæ memoriæ... Magalonenſi epiſcopo & ſucceſſoribus ejus eumdem comitatum in feudum, annuo cenſu ſibi reſervato, conceſſit, & tam per bonæ memoriæ HONORIUM papam prædeceſſorem noſtrum, quam etiam per nos eſt hujuſmodi conceſſio confirmata. Unde cariſſimum in CHRISTO filium noſtrum LODOWICUM regem Francorum illuſtrem attentè rogandum duximus & monendum, ut venerabilem fratrem noſtrum Magalonenſem epiſcopum ſuper comitatu, vel pertinentiis ejus, nec ipſe moleſtet, nec à ſuis permittat ſubditis moleſtari: quin immo ipſum & ejus eccleſiam in hoc, & in aliis juſtitiis ſuis pro reverentia divina & noſtra ſic foveat & defendat, quod excellentiæ regalis devotio inde poſſit Deo & hominibus, ac ſpecialiter vobis & apoſtolicæ ſedi merito complacere. Quocirca fraternitati tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus dictum regem ad id moneas attentiùs & inducas.

Datum Lateranis VIII. Calendas Junii, pontificatûs noſtri anno I.

EPISTOLA CONSULUM Caſtrenſium ad ſanctum Ludovicum Francorum regem.

Qualiter homines de Caſtris prioris ſui hortatu ſe à primo expoſuerunt domino regi & juraverunt fidelitatem.

Circa annum 1227. Ex regio archivio Carcaſſonenſi.

L. pietate & providentia divini Numinis illuſtriſſimo ac ſereniſſimo Francorum regi domino ſuo venerabiliter recolendo omni intrinſeca & extrinſeca commendatione digniſſimo conſules Caſtrenſis villæ, & tam milites quàm burgenſes univerſi, & populus univerſus, fideles ejus, & devoti in omnibus, & per omnia ſalutem, & pedum ſuorum oſcula, cum ſubjectione præoptata, & reverentia, & devotiſſimo famulatu, ac parcere ſubjectis & debellare ſuperbos.

Quamvis fidei negotium, quod in his partibus noſtris diutius geſtum eſt, & nunc geritur, à quibuſdam infidelibus ſibi blandientibus videretur graviter corruiſſe; nos tamen tamquam ortodoxæ fidei zelatores, ex perſeverantia veræ devotionis & fervore fidei & eccleſiæ, relevationem ipſius inclinati negotii ſperavimus per manum Domini, quæ numquam abbreviari potuit: ut illud relevare poſſet & facere in ipſa tentatione proventum, quod in manu noſtra & per eam dirigi potuit, & per ſuccurſum veſtrum & ſtudium indefeſſum ad hæc vexilla regis prodeunt, fulget crucis myſterium, ut cœlitus diſpenſator nos expertes non fecerit tantæ ſuæ pietatis & providentiæ, ſed impotentiam noſtram & oppreſ-

Digitized by Google

ſionem fortitudinis veſtræ brachio præmuniret, & vos velut portum nobis ſtatueret præſidii ſingularis: veſtræ igitur regiæ dignitatis ſublimitati præſenti pagina fieri volumus manifeſtum, quod ad ſaluberrimam ammonitionem reverendi patris noſtri domini (a) P. Narbonenſis archiepiſcopi & (b) G. Dei gratia epiſcopi Albienſis & prioris noſtri G. Dei gratia abbatis Caſtrenſis, ſtatim animo gratulanti, cum erga nos in vobis devotio refloreſcat, juravimus ſuper his ſuper quibus excommunicati fuimus per legatos Romanæ curiæ, vel ipſo jure ſtare univerſis & ſingulis mandamentis domini R. cardinalis apoſtolicæ ſedis legati, vel delegatorum ſuorum, ſecundum exactam à nobis ſuper eo formam à prædicto domino abbate noſtro prudenter & ſolemniter ordinatam, veſtræque excellentiæ fidelitatem reverenter juravimus: nos & noſtra in veſtra ponentes benigna voluntate, & exponentes nos vobis, & veſtræ piæ clementiæ & miſericordiæ, quibus noviſtis judicium & juſtitiam temperare. Villam autem noſtram de Caſtris, immo veſtram, prædicto domino abbati noſtro, & Caſtrum conſtructum in eadem villa, & claves portalium dictæ villæ, pro vobis tradidimus gratulanter: & eumdem dominum abbatem pro vobis recipientem prædicta omnia habere voluimus, & conceſſimus, & præoptavimus, operibus comprobantes & omnia jura ad vicecomitem quondam Biterris in villa pertinentia vobis recipiuntur à quodam vicario ibi pro vobis & ſub veſtro nomine conſtituto. Hinc eſt quod dictam villam vobis offerendo cum dicto domino abbate noſtro, prædilectos noſtros & fideles burgenſes, videlicet G. *de Pradell*, & B. *Calveti* & B. *de Vermeillis* jurisperitum ad veſtræ magnificentiæ clementiam dignum duximus deſtinandos, ex imminenti viarum periculo, & ob cuſtodiam villæ, ab inimicis eccleſiæ itineris propoſito eorumdem diutius & diutius retardato, pietatis veſtræ conſuetæ erga ſubjectos & miſericordiæ plenitudinem flexis genibus implorantes, ut voces deprecationum eorum recipiatis miſericorditer ſuper facto dictæ villæ, benigne eoſdem audientes: in quibus eos veſtra exaudiat magnitudo, recipiendo villam dictam, & nos, & bona noſtra, ſub fide & protectione veſtra, & cuſtodia, & ſecuritate: ut ex veſtris piis actibus ab illo qui dimittit debita ſua dimittentibus debitoribus ſuis mereamini exaudiri. Quidquid autem prædicti viri à nobis legati cum veſtræ ſublimitatis miſecordia egerint, tractaverint, fecerint, terminaverint; nos omnes ſicut univerſi & ſinguli hæc juravimus, & nomina omnium per dominum abbatem noſtrum in ſcriptis redacta ſunt, & firmum & ratum habebimus, & tenebimus, & contra in aliquo nullatenus veniemus: ſed veſtræ voluntatis & præcepti miſericordiam in omnibus & per omnia pro poſſe noſtro gratis & voluntate ſpontanea exſequemur in devotione veſtra: & fidelitate de bono in melius ſemper, auxiliante Domino, procedentes; ſi qua tamen contra nos ſiniſtra voce delatrata ſunt in veſtris piis auribus ab aliquibus virus ſuæ nequitiæ ſuper nos intendentibus fundere, aſſenſum ſperamus firmiter & credimus mentis veſtræ conſtantiam non præbere. Nec latere volumus excellentiam veſtram, quod villa dicta in victualibus & machinis & armorum genere multum utilitatis afferet exercitui JESU-CHRISTI. Villa verò noſtra & nos offendentes & impugnantes inimicos eccleſiæ & veſtros, ab eiſdem inſultus ſuſtinemus aſſiduos, & frequentes, & villas, & caſtra quæ poſſumus auxilio domini abbatis noſtri in honorem veſtrum ad devotionem & unitatem fidei revocamus. Prædicta omnia & ratihabitionem à nobis univerſi & ſinguli atteſtamur. In cujus rei plenius teſtimonium concorditer omnes munimine ſigilli communis noſtri hanc paginam juſſimus roborari. Datum apud Caſtras ſecundo Idus Junii.

WILLELMI ABRINCENSIS epiſcopi.

Jubet perturbatores eccleſiaſticæ pacis excommunicari.

Anno 1237. Ex ms. ſancti Michaëlis in periculo maris.

VEnerabili in CHRISTO &c.

Affectio ſpecialis, quam ſemper habuimus ad eccleſiam Gallicanam, dolorum nobis aculeos ſubminiſtrat, dum nonnullos conſideramus in ipſa, qui inter nobiliora membra ipſius eccleſiæ cenſebantur, ad illius innobilitatis deveniſſe miſeriam, ut propriæ malignitatis excæcati caligine, fidem pro cujus tuitione ſeipſos exponere debuerant, modis quibus poſſunt impugnent: vias ſequentes erroneas atque vagas, quæ ipſos in errorum & confuſionum pertrahunt labyrinthum. Dolendum quippe eſt in eis refriguiſſe taliter caritatem, ſicque induratum eſſe inſipiens cor eorum, ut à ſuo non poſſint retrahi errore, in concepta malitia de die in diem pertinaciter debacchantes: cumque ipſis improperantur hujuſmodi, ad ſui deffenſionem errores in pietatem palliantes, ſub nomine pietatis velamen malitiæ libertatem impendunt. Dicunt enim ſe pro ſuarum eccleſiarum libertate pugnare, ſervitutem ſibi æſtimantes inflictam, ſi eos quandoque oporteat in proſecutionem negotii Domini noſtri JESU-CHRISTI de proprio ipſius patrimonio, quod ſuo ſanguine acquiſivit partem vel modicam erogare, cum potius deberent advertere, quod Deo ſervire regnare eſt; & ei obſequium impendere, non eſt ſervitus, ſed libertas. Ad ſuæ quoque perverſitatis augmentum, ſicut nuper pro certo intelleximus, propria malitia non contenti, alios per conjuratores & conſpiratores alliciunt, & aſtringunt juramentis, litteris,

(a) Petrus Amelius qui anno 1225. Arnaldo archiepiſcopo ſucceſſit in ſede Narbonenſi.

(b) Guillelmus Petri qui eccleſiam Albienſem rexit uſque ad annum 1227. quo ſponte abdicavit.

Digitized by Google

ris, vel cartis, ſeu promiſſionibus interpoſitis contra leges publicas, & ſacrorum canonum inſtituta, in perturbationem ſeu potius detractionem negotii pacis & fidei, quod eſt propriæ propitiationis JESU-CHRISTI: non attendentes quod in rebus etiam licitis ſint conjurationes inhibitæ per conſtitutiones canonicas & civiles, & ea ſola dici debeant congrua & accepta, quæ non cartulæ conſcriptæ & conjuratæ, ſed ſolo caritatis glutino colligantur. Licet autem turbatores negotii pacis & fidei & hæreticorum fautores tam per generale concilium, quàm per ſummum pontificem & nos etiam ſint excommunicationis vinculo innodati, ut tamen dictorum perverſorum malitiis obviemus, omnes illos, qui ut præmiſſum eſt, conjuratores, colligatores, conſpiratores, fautores, ſeu frateas, interpoſitis juramentis, litteris, ſive cartis, ſeu aliis promiſſionibus compoſuerunt, immo etiam conſentientes eiſdem cum per ipſos negotiump acis & fidei perturbetur, excommunicamus, proceſſuri modis omnibus quibus decuerit tam per dominum papam, quam per nos dum iſta detecta fuerint, ad alias pœnas contra ipſos per canones promulgatas. Ne igitur aliqui circa hæc per ignorantiam valeant ſe tueri, paternitati veſtræ auctoritate qua fungimur, diſtrictè in virtute obedientiæ præcipiendo mandamus, ut dictam excommunicationis ſententiam tam in capitulo Abrincenſi quam in aliis eccleſiis noſtræ diœceſis publicetis, & faciatis per bonos viros ad hoc idoneos ſollemniter publicari. Qualiter autem ſuper his proceſſeritis, nobis per litteras intimetis. Datum apud Recol. v. Calendas Auguſti anno Domini MCCXXVII.

CARTA H. ABBATIS Grandis-Silvæ de pactis inter regem Francorum & Raymundum comitem Toloſanum.

Anno 1228. Ex ærario Campaniæ.

EGo H. dictus abbas Grandis-Silvæ Ciſtercienſis ordinis notum facio omnibus præſentibus & futuris quod ego à FROMONDO filio R. quondam comitis Toloſani per juramentum ipſius corporaliter præſtitum & litteras ſuas patentes conſtitutus procurator ad componendum inter ipſum & R. & dominum regem Francorum, in talem pacem cum conſilio comitis Campaniæ TH. conſenſi, ſicut inferius continetur. Totum epiſcopatum Tholoſanum, excepta terra mareſcalli quæ remanebit ex parte regis Francorum, dimittet idem rex R. filio R. quondam comitis Tholoſani, tali modo & tali conditione, quod ipſe R. ad præſens tradet regi filiam ſuam maritandam uni de fratribus ſuis, ſi eccleſia diſpenſaverit, & dictus R. à domino legato fuerit abſolutus uſque ad Paſcha primo futurum; ita quod filia REMONDI habebit totum epiſcopatum Tholoſanum poſt mortem ipſius FARMUNDI ſive idem F. habuerit alios filios ſive non. Si puella moreretur antequam ipſe FARMUNDUS & filios vel filias haberet, frater domini regis ex ea habebunt totum ipſum epiſcopatum ſive ipſe R. habebat filios vel filias ſive non poſt mortem ejuſdem REMONDI. Item ſi illa moreretur & F. non haberet filios vel filias de legitimo matrimonio procreatos, nihilominus Tholoſa cum toto epiſcopatu Tholoſano reverteretur ad dominum regem vel fratrem ejus, ſi dominus rex voluntatem B habuerit poſt mortem ipſius fratris R. Si autem R. deceſſerit ſine filiis de legitimo matrimonio procreatis, etiam alia terra remanebit prædictæ filiæ ſuæ. Si autem ipſa puella moreretur antequam pater ſuus ſine liberis, & dictus R. alios haberet de legitimo matrimonio procreatos, ad eos epiſcopatus Tholoſanus devolveretur: ita tamen quod dictus R. in omnibus caſibus ſupradictis, ut verus dominus, habebit plenum jus liberum dominium utendi & fruendi & in morte pias eleemoſynas fa- C ciendi ſecundum uſus & conſuetudines aliorum baronum regni Franciæ. Item dimittet ei dominus rex epiſcopatus Agennenſem, Rutenenſem. De epiſcopatu Albienſi dimittet eidem R. dominus rex partem illam quæ eſt ultra fluvium de *Tart* & Cuus Calven. remanebit domino regi, & quidquid eſt contra illud fluvium verſus Carcaſonam. Epiſcopatum Caturcenſem dimittet, eâ exceptâ civitate Caturcenſi & feudis & aliis, quæ habuit in eodem epiſcopatu rex PH. avus iſtius domini regis tempore mortis ſuæ: ita tamen quod ſuper hoc ſtabit idem R. & etiam dominus rex *haut &* D *bas* voluntati domini legati & comitum Campaniæ & Math. quod ſi ipſi tres diſcordarent, valebit quod factum fuerit à domino legato cum altero eorum. De villa C. Antonii rogabit dominus rex bona fide homines illius villæ quod revertantur ad dominium illius R. alioquin ſtabunt dominus rex & R. voluntati domini legati & comitum prædictorum ſupradicto modo. Supradicta omnia dimittet ei dominus rex ſalvo jure eccleſiarum de donationibus factis in terra & juribus aliorum. Loquentur domi- E nus legatus & comes Campaniæ ac nuntii domini regis cum eodem RAYMONDO in primo colloquio quod habebunt. De omnibus ſupradictis quæ remanebunt eidem RAYMONDO faciet domino regi ligium hominium & fidelitatem ſecundum conſuetudinem baronum domini regis Franciæ. Totam aliam terram quæ eſt circa Rhodanum in regno Franciæ, & omne jus quod ipſi R. competit vel competere poſſet in ea præcisè & abſolutè quitabit domino regi & heredibus ejus in perpetuum; ter- F ram autem quæ eſt in imperio ultra Rodanum, & omne jus quod ipſi RAIM. competit vel competere poſſit in ea præcisè & abſolutè quitabit domino legato nomine eccleſiæ in perpetuum. Item omnes illi qui nati ſunt de terra illa, qui fuditi fuerunt pro eccleſia & domino rege Francorum & comitibus Montisfortis & adhærentibus eis, vel propria voluntate receſſerunt ab eadem terra, niſi ſint hæretici, integrè reſti-

Digitized by Google

tuantur in ſtatum priſtinum, quoad heredita- A tes in terra quæ remanebit R. Si verò aliqui homines qui remanebunt in terra quæ dimittetur RAYMUNDO, voluerint redire ad mandatum Eccleſiæ & domini regis, & R. faciet eis vivam guerram, nec pacem cum ipſis faciet ſine aſſenſu eccleſiæ & domini regis; idem RAYMUNDUS ſecuritatem præſtabit eccleſiæ & domino regi pro pace ſervanda. Imprimis jurabit quod bonâ fide, & ſine fraude & malo ingenio obſervabit omnia ſupradicta, & faciet bonâ fide ab hominibus & vaſſallis & fidelibus B ſuis firmiter obſervari. Faciet etiam jurare illud idem omnes cives Tholoſanos, & alios homines terræ ſuæ quæ remanebit ſibi, & quod dabunt curam efficacem quod ipſe ſervet ea: ita videlicet quod ſi ipſe R. venerit contra pacem iſtam, ipſo facto ſint abſoluti à fidelitate & homagio, & omni alia obligatione quibus ipſi tenerentur, & adhærebunt eccleſiæ & domino regi contra ipſum, niſi infra XL. dies, poſtquam fuerit monitus hoc emendaverit, vel juri ſteterit coram eccleſia de iis quæ ad eccle- C ſiam pertinent, & coram domino de hiis quæ pertinent ad dominum regem, & tota terra ipſa incidet in commandam domini regis...... dem R. in eo ſtatu in quo nunc eſt, quoad excommunicationem & omnia alia quæ fuerunt ſtatuta contra ipſum & patrem ſuum in concilio generali vel paſtori. Renovabuntur autem juramenta prædicta de quinquennio in quinquennium, ad mandatum domini regis. Item dabit pro ſecuritate eccleſiæ & domini regis in manibus ipſius domini regis Caput Caſtri-novi, Caput caſtri Vauri, caſtrum de Monte-acuto, D pennam de Albig. pennam de Agenn. Rupem-Peruſii, caſtrum de Cordua, caſtrum de Verduno, caſtrum de Ville-muro, & uſque ad decennium tenebit dominus rex ea: ita quod primis quinque annis ſolvet idem R. pro expenſis cuſtodum quolibet anno mille & quingentas libras Turonenſes. Si autem dominus rex voluerit diruere Caput Caſtri-novi, Caput Vauri, Villæ-Mauri, & Verduni poterit hoc facere, & propter hoc non diminuetur ſumma prædicta mille & quingentarum librarum Turo- E nenſium. In aliis quinque annis ſi dominus rex voluerit tenere propriis expenſis, faciet cuſtodire reditus, & proventus caſtrorum erunt RAYMUNDI. Diruantur muri, & impleantur foſſata iſtorum caſtrorum & villarum, ſcilicet de Fano-Jovis, de Caſtro-novo, de Labeteda, de Avinione; item de Podio-Laurentii, de S. Paulo, de Sancto Vauro, de *Rabeſten*, de *Gaillac*, de Monte-acuto, de Podio-celſi, de Verduno, de caſtro Sorraceni, de *Moiſac*, de Monte-Albano, de Monte-cuto, de Agenna, de Condomo, de Sauduno, de Alta-ripa, de F Caſſeholio, de Pugeolio, de Alto-villari, de Villa-Perucii, de *Lourac*, & quinque alia ad voluntatem domini legati. Non poterunt reædificari ſine voluntate domini regis, nec alibi fient novæ fortalitiæ: villas tamen non infortiatas bene poterit facere idem R. quæ remanebit ei, ſi voluerit. Si autem aliqua villarum, vel caſtrorum quæ debent dirui, ſicut dictum eſt, eſſent hominum ſuorum, & nollent quod diruer........ RAYMUNDUS faciet eis vivam guerram, nec pacem vel treugas ſine aſſenſu eccleſiæ, vel domini regis cum eis faciet, donec diruantur & impleantur foſſata. Si autem Eccleſia non diſpenſaverit, ut dictum eſt, & non fuerit abſolutus à domino legato, non tenebitur dominus rex ſervare pacem iſtam; & ſi per dominum regem..... quominus ſerventur ſupradicta, RAYMUNDUS non tenebitur ſervare pacem iſtam.

Actum anno Domini MCCXXVIII. menſe Januario.

LITTERÆ AALIDIS Matiſconenſis comitiſſæ,

De caſtro Conne IMBERTO *domino Belli-joci pro mille marchis argenti conceſſo.*

EGo AALIS Matiſconenſis comitiſſa, notum, &c. quod ego ad mandatum domini mei & mariti JOHANNIS DE BRANA Matiſconenſis comitis, quitavi & conceſſi bonâ fide IMBERTO domino Belli-joci caſtrum quod vocatur *Conne* cum ſuis pertinentiis pro mille marchis argenti, quas dictus Humbertus prædicto domino marito meo JOHANNI Matiſconenſi comiti dedit pro gageria dicti caſtri. Quod ut ratum ſit, prædicto Humberto meas patentes litteras in teſtimonium tradidi ſigilli mei munimine roboratas. *Anno 1228 Ex cartario Campaniæ Colbertino.*

Actum anno Domini MCCXXVIII. menſe Februario.

GUILLELMI ABBATIS Ciſtercienſis ad Theobaldum Campaniæ comitem.

De ſigillis abbatiarum ordinis.

ILluſtri viro & amico in CHRISTO cariſſimo TH. comiti Campaniæ palatino, frater G. dictus abbas Ciſtercii ſalutem in Domino. *Anno 1228. Ex cartario Campaniæ Bibliothecæ regiæ.*

Excellentiæ veſtræ ſignificandum duximus, quod in nullo ſigillo ordinis noſtri proprium nomen alicujus abbatis imprimitur: & hoc ideo veſtræ diſcretioni ſignificamus, ut ſigillum illud quod, ſicut audivimus, in terra veſtra repertum eſt ſub nomine abbatis de Buzeio factum, in quo imprimitur proprium nomen abbatis, falſum eſſe ſciatis, & indubitanter teneatis. Unde veſtram excellentiam rogamus in Domino, quatenus ſuper mutuo in illo ficto ſigillo facto dictam domum de Buzeio indemnem cuſtodiri faciatis.

Datum apud Curiam-Dei anno ab Incarnatione Domini MCCXXVIII.

Digitized by Google

GREGORII PAPÆ IX.
ad M. Cenomanenſem epiſcopum, & magiſtros de la Valle, & R. de Danfront canonicos.

Mandat confirmari ſententiam excommunicationis in ducem Britanniæ, & interdicti in terras ejus latam. Et ſi non reſipuerit vaſallos ejus ab obedientia illi debita abſolvi.

Anno 1228. Ex ms. ſancti Michaëlis in periculo maris.

GREGORIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri M. epiſcopo, & magiſtris de la Valle & R. de Danfront canonicis Cenomanenſibus ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Si nobilis vir comes Britanniæ potentiam recognoſceret à Domino ſæculorum, ſtuderet utique ipſam in ejus beneplacitis exercere, diligendo juſtitiam, quæ diligit diligentes ſe, & ſectando quæ ad omnia valet pietatem. Sed quod dolentes referimus, gratiæ gratis ingratus, quaſi de induſtria receſſit à Deo, nec attendens quod ſit malum & amarum Dominum reliquiſſe, nec ejus apud ipſum eſſe timorem, cor ſuum contra ipſum pertinaciter elevavit, & ſpiritu ad ſuperbiam obfirmato, ſe contra Omnipotentem patenter erexit, eique manifeſtè rebellans, non ſolum tetendit contra eum damnabiliter manum ſuam, verùm etiam alios ad rebellandum iniquis conjurationibus ſibi colligans animavit. Cùm enim ſciat, vel ſcire debeat, quod unica CHRISTI ſponſa cum Sponſo unum eſt corpus, nec alteri ſine altero injuria vel moleſtia valeat irrogari: dictus comes, ut ſponſam provocet Eccleſiam liberam utique, utpote ſanguine CHRISTI redemtam, nititur de terra ſua damnabiliter ancillare, non attendens quod non eſt dignus cum filiis liberæ teſtamento patris heres adſcribi, qui matrem geſtit ſubjicere ſervituti; aliàs quaſi filius degenerans in privignum, matrem multipliciter tribulat & affligit. Præciſos ſiquidem ab Eccleſiæ corpore per excommunicationis ſententiam ſibi quaſi gratanter incorporans, non ſolum eis gratanter communicat, ſed alios communicare compellit; quia in curia ſua illos ad agendum admittit, nec patitur ut eis excommunicationis ſententia opponatur. Quin etiam quemcumque in excommunicatione perdurantem, monitum ab Eccleſia redire ad unitatem Eccleſiæ compellere parvipendit; nec à baillivis, vel ſubditis ſuis, compelli permittit. Et ſic contemtis Eccleſiæ clavibus, enervatur in partibus illis vigor eccleſiaſticæ diſciplinæ in enorme diſpendium fidei, & grave ſcandalum Eccleſiæ generalis. Cùm autem venerabiles fratres noſtri, Rhedonenſis, Maclovienſis, Dolenſis, Briocenſis, & Trecorenſis epiſcopi, proinde attendentes quod ſi non annuntiarent impietatem ſuam impio, ille quidem in impietate ſua moreretur; ſanguis autem ejus requireretur de manu eorumdem; ipſum monuerunt diligenter, ut ad Eccleſiæ rediens unitatem, ab hujuſmodi ejus præſumtionibus abſti-

A neret: ille renuens accipere diſciplinam, eligenſque perire potiùs quàm parere; non ſolùm monitis nullatenus acquievit, ſed exinde graviùs indignatus novas nocendi maneries adinvenit. Ut enim alios in errorem ſuum alliceret multos complices, cum baronibus & aliis militibus apud Rothonenſe monaſterium colloquium celebravit, multis iniquè ſuggeſſit, quod Eccleſia gravabat eumdem, excommunicans ferè ne faveat prohibendo, aſtruens quoque

B fallaciter omnes laïcos ab Eccleſia multipliciter aggravari, & ſpecialiter in tertia parte judicii defunctorum, necnon in decimis ſubtrahendis de manibus laïcorum, ſophiſticum, impium, & nequiſſimum juramentum præſtitit, & recepit ab eis, quod ſervabunt feſſivas ſuas, nec de cetero eccleſiaſticorum ſopriſas tolerabunt: ut ſic ſub velamento juſtitiæ quod de bonis eccleſiaſticorum habent, iniquè retinerent, & qui tenentur reddere, non perſolvant. Conjuratores autem hujuſmodi ſe repu-

C tant obligatos ad excommunicatos minimè devitandos, nec compellendos quantocumque tempore in excommunicatione perſtiterint, indurati & ad tertiam partem judicii defunctorum eccleſiis parochialibus non reddendam; laudabilem conſuetudinem pietate fidelium nequiter infringendo, & ad alia multa teneri ſe credunt quæ vergunt in periculum animarum. Baillivi verò & ſeneſcalli comitis ſupradicti juramentum prænotatum à militibus & aliis hominibus ejus, qui apud Rothonenſe monaſterium non convenerant, extorquentes, eos ex-

D preſſe ad prædictos articulos obligarunt. Quare prædicti epiſcopi nolentes, ſicut nec debebant, tantam nequitiam contra Deum & Eccleſiam concinnatam æquanimiter comportare, in omnes illos qui præſtiterant, vel præſtarent hujuſmodi ſacramentum, ſeu præſtitutum in eccleſiarum præjudicium obſervarent, generalem excommunicationis ſententiam pertulerunt: excommunicantes nihilominus comitem nominatum pro eo quod quaſi contemnens claves Eccleſiæ, excommunicatos non ſolùm non

E vitat, ſed nec evitari permittit, eos paſſim ad agendum & ad alios actus admittendo compellit ut tenetur, vel compelli permittit redire ad Eccleſiæ unitatem. Licèt prædictus Redonenſis epiſcopus in perſonam ejuſdem comitis excommunicationis & interdicti in terram, quam tenet de demanio in diœceſi Redonenſi, ſententias promulgaſſet, pro damnis & injuſtitiis, quas ſibi & capitulo Redonenſi ſuper hominibus & poſſeſſionibus ſuis temerè irrogarat: propter quod etiam idem

F epiſcopus ad vos noſtras litteras impetravit, ut eaſdem ſententias facientes firmitus obſervari, illos, qui eidem comiti faverent in crimine, cenſura percellatis eadem: nec permitterentur prædictos epiſcopum & capitulum ab eodem comite, vel fautoribus ſuis temerè moleſtari: moleſtatores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita, compeſcendo: conteſtaturi nihilominus quod niſi comes ad cor rediens mala attentata celeriter revocaret, &

Digitized by Google

Deo & hominibus ſatisfaceret competenter, A nos abſolveremus à fidelitate vaſallos ipſius. Ceterum quamvis mandatum apoſtolicum fideliter exſequentes, ſæpedictum comitem ſuper hiis monueritis diligenter; ipſe tamen nolens intelligere ut bene agat, non ſolum memoratis epiſcopis & capitulo ſatisfacere, & alia revocare, quæ contra Eccleſiam egerat, non curavit: verum etiam factus de protervo protervior, eoſdem Redonenſem, Briocenſem, Trecorenſem epiſcopos ſuis reditibus ſpoliatos ab eccleſiis B ſuis exſulare compellit, propter quod exſules ipſi in prædictum comitem excommunicationis ſententiam promulgantes, ſinguli diœceſes ſuas ſuppoſuerunt eccleſiaſtico interdicto. At dictus comes percuſſus non dolens, immo malleum velut ſtipulam reputans, eccleſias & eccleſiaſticas perſonas odio proſequitur nequiori: quia ſi qui de terra ſua injuriantur eiſdem, quod frequentius & tutius faciunt, ſcientes ſe inde illi placere, non ſolum injuriam paſſis defenſionis auxilium denegat requiſitus: verùm C etiam faciens injuriantibus non patitur decimas trahi de manibus laïcorum, nec permittit eos in foro eccleſiaſtico ſuper decimis conveniri: & pietatis inviſor terrarum eleemoſynas eccleſiis non ſuſtinet fieri conſuetas, eccleſias modis omnibus quibus poteſt evacuat & enervat. Clericorum autem parentes & alios conſanguineos, ſi laïcos ſuper aliquibus injuriis auctoritate apoſtolicâ, ſeu metropolitanicâ extra ſuam diœceſim trahunt in cauſam, comes & baillivi ejus capi faciunt, & à ſubditis ejus capi per- D mittunt, & tamdiu detineri captivos, donec renuntient quæſtioni: alias eccleſias, breviter, intolerabilibus cruciat injuriis & jacturis, ſicut nobis prædictorum epiſcoporum lacrymoſa querela, & aliorum prælatorum fide dignorum ſolemnis inſinuatio patefecit. Cùm igitur tanta ſævitia vel perfidia non ſit ulterius toleranda; cùm etſi ex ſe minùs ſit enormis, multo tamen propter exempli perniciem exiſtens enormior, facilè poſſet in ſubverſionem fidei & eccleſiaſticæ libertatis exterminium redundare: E diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus prædictas & excommunicationis & interdicti ſententias ſolemniter publicantes, & facientes per partes publicari vicinas, renovetis eaſdem ſingulis Dominicis diebus & feſtivis, & faciatis auctoritate noſtrâ, ſubmoto appellationis obſtaculo, uſque ad ſatiſfactionem condignam inviolabiliter obſervari, totamque terram ejus, necnon loca ad quæ idem comes pervenerit ſuperponentes eccleſiaſtico interdicto: ita quod ibi nullum divinum F officium celebretur, præter pœnitentiam morientium & baptiſmata parvulorum, donec idem comes ſuper præmiſſis omnibus ſatisfaciat competenter. Prænotatum autem juramentum apud Rothonenſe monaſterium celebratum, quod præſumtum illicitè, licitè ſervari non poteſt, mutantes, juratores ut id abjurent, appellatione remotâ, per cenſuram eccleſiaſticam compellatis. Clericos quoque in ejus ſervitio familiariter commorantes, ut ab ipſo recedant, monitione præmiſſâ, per ſubtractionem beneficiorum & excommunicationis ſententiam, appellatione remotâ, cogatis. Alios quoque complices & fautores, niſi moniti reſipuerint, ſententiâ ſimili percellatis. Quod ſi fortè dictus comes nec ſic ad cor redierit, ut Deo & Eccleſiæ, & injuriam paſſis ſuper præmiſſis omnibus intra quatuor menſes poſtquam à vobis monitus fuerit, ſatisfactionem exhibeat competentem; vaſſallos & confœderatos ejus à fidelitatis & confœderationis ipſius juramentis penitus abſolvatis. Quod ſi non omnes hiis exſequendis poteſtis intereſſe: tu ea, frater epiſcope, cum eorum altero nihilominus exſequaris. Verùm quia qui medicinalem Petri gladium non formidant, ſæculari ſunt gladio comprimendi, ne de ſua malitia glorientur; Serenitatem regiam rogamus, monemus, & exhortamur attentè, quatenus prudenter attendens, quod niſi præfatus comes in hujuſmodi protervia confundatur, gravia inde pericula poſſent formidari, fidei zelo ſuccenſus, & parentum ſuorum exemplis inhærens, illum ut ad Eccleſiæ redeat unitatem traditâ tibi cœlitùs poteſtate compellat, ita proſecuturus com..... Christi, quod exinde propitiationem divinam uberiùs merearis, & nos ſinceritatem tuam debeamus meritò commendare.

Datum Aſſiſii IV. Calendas Junii, pontificatûs noſtri anno II.

EPISTOLA GREGORII PAPÆ IX. ad Henricum Frederici imperatoris filium.

De quibuſdam hæreticis Germaniæ.

Gregorius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio nobili viro Henrico, chariſſimi in Christo filii noſtri Frederici Romanorum imperatoris, illuſtris ſemper auguſti, Jeruſalem & Siciliæ regis filio S. A. B. *Ex mſ. Ha joris-monaſterii.*

Vox in Rama audita eſt, ploratus multus & ululatus, Rachel plorat, videlicet pia mater Eccleſia, filios quos diabolus mactat & perdit, quaſi conſolationem non recipit, quia filii more vipereo matris viſcera lacerantes, ipſam interimere maluerunt. Nam multitudo dolorum urgentium, quibus ut parturiens mater ipſa circumdatur, vociferari eam, & dicere: Ventrem meum doleo, ventrem meum doleo, cùm propheta compellit. Cùm enim omnis creatura uſque adhuc ingemiſcat, ſecundum Apoſtolum, & parturiat; genitricis Eccleſiæ ſacer uterus viſcerum ſuorum dolore turbatur, quæ feri ſingularis morſibus diſcerpuntur. Ille ſiquidem coluber tortuoſus, quem, obſtetricante manu Domini, de cavernis propriis, carnalibus ſcilicet hominum cordibus eductum legimus, & contra eos pugnat extrinſecus, in quibus intrinſecus jam non regnat, & quorum dominium intus perdidit; bella molitur foras, novam perſecutionem Eccleſiæ ſponſæ Christi: immo veriùs ſponſo Chriſto per miniſtros ſuos operarios iniquitatis inſtaurat. Ipſe enim

qui à principio in veritate non ſtetit ; ſed mutare in mendacium nititur veritatem , ut latius ſuæ fraudis virus effundat , perdere pugnantes animas elaborat , ne fœtus fidei , quam ex amore divino conceperant , ad partum valeant conſummati operis pervenire. Unde nos qui cauſam tenemur fœcunditatis ejus habere, quaſi ſecantis perfidiæ mucrone conſcindimur, dum in ſuis viſceribus hæreticorum ſcindentium ejus uterum venenatis ſagittis novi erroris & confuſionis appetimur inauditæ ; totuſque in amaritudine funditur ſpiritus : effuſum eſt in terra jecur noſtrum , turbata eſt anima noſtra valde, ac impletus eſt doloribus venter noſter. Defecerunt præ lacrymis oculi noſtri, & ſuper tam nefandis abominationibus contremuerunt renes, omnia viſcera ſunt commota: reprimere lacrymas & continere ſuſpiria non valemus. Sicut enim litteræ venerabilium fratrum noſtrorum archiepiſcopi Moguntini, & epiſcopi Hyldeſenſis, ac dilecti filii noſtri (*) magiſtri Coraudi de Marburch, prædicatoris verbi Dei, grandi mœrore plenæ & immenſo dolore non vacuæ nobis exhibitæ continebant , inter diverſas hæreſum ſpecies, quæ peccatis exigentibus Alemanniam infecerunt, una ſicut deteſtabilior ceteris , ſic & generalior univerſis , quæ non ſolum referentibus , ſed etiam audientibus eſt horrori , in nobilibus membris Eccleſiæ ac valde potentibus jam erupit. Hæc enim eſt omni diſſona rationi , omni pietati contraria, omni cordi odibilis, cœleſtium omnium & terreſtrium inimica , contra quam non ſolum homines ratione utentes , verùm etiam ratione carentia , cum hæc peſtis eorum excedat inſaniam , immo & ipſa elementa debent inſurgere & armari. Hujus peſtis initia talia perferuntur. Nam dum novitius in ea quiſquam recipitur , & prædictorum primitus ſcholas intrat ; apparet ei quædam ſpecies ranæ, quam bufonem conſueverunt aliqui nominare. Hanc quidam à poſterioribus, & quidam in ore damnabiliter oſculantes , linguam beſtiæ infra ora ſua recipiunt & ſalivam. Hæc apparet interdum indebita quantitate, & quandoque in modum anſeris vel anatis ; plerumque etiam furni quantitatem aſſumit. Deinde novitio procedenti occurrit miri palloris homo, nigerrimos habens oculos, adeo extenuatus & macer , quod conſumtis carnibus ſola cutis relicta videtur oſſibus ſuperducta. Hunc novitius oſculatur, & ſentit frigidum ſicut glaciem ; & poſt oſculum catholicæ fidei memoria evaneſcit de ipſius corde totaliter. Ad convivium poſtmodum diſcumbentibus & ſurgentibus ; completo ipſo convivio , per quamdam ſtatuam , quæ in ſcholis hujus eſſe ſolet , deſcendit retrorſum ad modum canis mediocris catus, niger , retorta cauda ; quem à poſterioribus primo novitius , poſt magiſter , deinde per ordinem ſinguli oſculantur ; qui tamen digni ſunt & perfecti. Imperfecti vero qui ſe dignos non reputant, pacem recipiunt à magiſtro, & ceteris ſingulis per loca ſua poſitis , dictiſque quibuſdam carminibus , ac verſus catum capitibus inclinatis , per ſe nobis dicit magiſter & proximo , Quis hæc præcipit ? reſpondente ac dicente tertio ; Summus magiſter ; quartus ait , Et nos obedire debemus. Et his ita peractis extinguntur candelæ , & proceditur ad fœdiſſimum opus luxuriæ , nulla diſcretione habita inter extraneas & propinquas. Quod ſi fortè virilis ſexus ſuperſunt aliqui ultra numerum mulierum , tamdiu in paſſiones ignominiæ in deſideriis ſuis invicem exardentes maſculi in maſculos turpitudinem operantur. Similiter & fœminæ immutant naturalem uſum in eum , qui eſt contra naturam ; hoc ipſum inter ſe damnabiliter facientes. Completo verò tam nefandiſſimo ſcelere , & candelis iterum reaccenſis, ſinguliſque in ſuo ordine conſtitutis , de obſcuro ſcholarum angulo , quo non carent perditiſſimi homines ; quidam homo procedit à renibus ſurſum fulgens, & ſole clarior ; ſicut dicunt ; & deorſum inſipidus ſicut catus, cujus fulgor illuminat totum locum. Tunc magiſter excerpens quid de veſte novitii , fulgido illi dicit : Magiſter hoc mihi datum do tibi. Illo fulgido reſpondente : Bene mihi ſerviviſti ; pluries & melius ſervies, tuæ committo cuſtodiæ quod dediſti. Et his dictis protinus evaneſcit. Corpus etiam Domini ſingulis annis in Paſcha de manu recipiunt ſacerdotis , & illud ad domos ſuas ore portantes ; in latrinam projiciunt in contumeliam Redemptoris. Ad hæc infeliciſſimi omnium miſerorum gubernantem cœleſtia pollutis labiis blaſphemantes, aſſerunt delirando cœlorum Dominum violenter, contra juſtitiam, & doloſè Luciferum in inferos detruſiſſe. In hunc credunt etiam miſeri, & ipſum affirmant cœleſtium Conditorem, & adhuc ad ſuam gloriam, præcipitato Domino , rediturum, per quem , cum eodem, & non ante ipſum ſe ſperant æternam beatitudinem habituros. Omnia Deo placita non agenda fatentur, & potiùs agenda quæ odit. Proh dolor ! quis umquam audivit talia ? quis tam nefaria cogitare , quis tantam non poterit abominari perfidiam ? quis tantæ perfidiæ poterit non iraſci ? quis contra hujus proditionis & perditionis filios poterit non accendi ? Ubi zelus Moyſi, qui unâ die idolatrarum viginti tria millia interfecit ? Ubi eſt zelus Phinees, qui Judæum cum Madianitide uno pugione confodit ? Ubi eſt zelus Eliæ, qui quadringentos quinquaginta prophetas ad torrentem Ciſon gladio interemit ? Ubi eſt Mathatiæ zelus, cujus furor ſecundum legis judicium adeo eſt accenſus, ut inſiliens trucidaret Judæum immolantem idolis ſuper aram ? Ubi eſt auctoritas Petri , qui Ananiam & Saphiram pro eo quod Spiritui-ſancto mentiri non timuerint exarſit ? Certè ſi contra tales terra conſurgeret, & iniquitates ipſorum cœli ſydera revelarent , & manifeſtarent eorum ſcelera toti mundo, ut non ſolùm homines, ſed etiam ipſa elementa conjurarent in eorum excidium & ruinam , ipſoſque delerent de terræ facie, non

(*) De eo vide in vita S. Elizabeth regis Hungarorum filiæ apud Surium 19. Novembris.

Digitized by Google

parcentes ſexui vel ætati, ut eſſent cunctis gentibus in opprobrium ſempiternum, ultio de ipſis ſumi non poſſet ſufficiens ſive digna. Ceterum licèt magna ſit horum peſtilentium contritio velut mare: ſcientes tamen quod non eſt abbreviata manus Domini, ut ſalvare non poſſit, & excoquere ad purum ſcoriam eorumdem, & omne ſtannum auferre compatiendo ex intimo cordis ſuper contritione eorum pervalida, ne nobis valeat imputari, quod eam circumligare correctionum faſciis neglexerimus, & manſuetudinis oleo confovere: ac ſperantes quoque ut ille, qui etiam iratus non deſinit miſereri, non ſemper continebit ſuæ pietatis viſcera ſuper eos, ſed de illorum manu transfert calicem iræ ſuæ: circa correctionem illorum prævidimus laborandum. Quia verò in ore dictorum archiepiſcopi, epiſcopi, & magiſtri Coraudi non eſt verbum Dei alligatum, qui in eo infundente gratiæ ſuæ imbrem, qui dat omnibus affluenter, potentes ſunt opere ac ſermone: ipſos rogandos, ac monendos duximus in Domino, ac hortandos, in remiſſionem eis peccaminum injungentes, ut ſumant reſinam ad mitigandum dolorem, & vulnera ipſorum ſananda. Accedant angeli pacis ad exhibendam eorum plagæ medelam, & ad correctionem eorum diligenti ſollicitudine ac ſollicitâ diligentiâ elaborent. Quod ſi fortè, ut ferrum per monitionem eorum extrahatur de vulnere, non fuerit deſuper eis datum; & ipſorum computruerint adeo cicatrices, quod plaga ipſa quaſi penitus deſperata noluerint ad ſinum matris Eccleſiæ pronâ mente redire, tantam ac talem cautionem de converſione ſua & perſeverantia exponentes, quod de recidivo ipſorum perfidorum de cetero nullatenus ſit verendum, quia in tam grandi & gravi morbo recurrendum eſt ad validiora remedia, ubi medicamenta levia non profuerunt; & apponendum ferrum & ignis vulneribus, quæ fomentorum non ſentiunt medicinam, putridis carnibus, ne partem ſinceram attrahant, amputatis, advocent contra eos receptatores, defenſores & ipſorum ſpiritualis & materialis gladii præſtantem. *Videtur hic aliquid deeſſe.*

DECLARATIO JACOBI
Aragonum regis, in gratiam monaſterii beatæ Mariæ de Craſſa.

Anno 1229. Ex autographo Craſſenſi.

JACOBUS Dei gratia rex Aragonum, comes Barchinonæ & dominus Montiſpeſſulani, prædeceſſorum meorum exempla ſequens, fateor & recognoſco quod in honoribus, manſis vel hominibus ad monaſterium Craſſenſe, vel ad abbatiam, ſive ad prioratus ejuſdem pertinentibus, nullam queſtam, nullam exactionem, vel foreiam, & nullam demandam ſeu ademprivium habeo vel habere debeo aliquo jure, vel aliqua ratione. Et confirmo omnia privilegia & jura a me vel à ſucceſſoribus meis vel à quibuſcumque aliis monaſterio Craſſæ, ſive abbatiis & prioratibus ejus conceſſa, volens ut ſuam habeant perpetuò firmitatem.

Datum Barchinone VIII. Kal. Februarii anno MCCXXIX. Teſtes fuerunt RAYMUNDUS Fulconis vicecomes Cardonæ, GUILLELMUS de Montecatino vicecomes Biarnenſis, RAYMUNDUS de Moncada & alii.

CARTA FERRANDI COMITIS
Flandriæ & Hannoniæ ac Johannæ comitiſſæ de fundatione octo monachorum in monaſterio Alnenſi.

Anno 1229. Ex cartario Haſnonienſi dominorum de Aveſnis.

EGo FERNANDUS Flandriæ & Hannoniæ comes & ego JOHANNA Flandriæ & Haynoniæ comitiſſa univerſis præſens ſcriptum inſpecturis notum facimus, quod nos contulimus in eleemoſynam perpetuam domui de Alna Ciſtercienſis ordinis octoginta libras blancorum ſingulis annis ad ſuſtentandum in ſertio Dei octo monachos apud Alnam in conventu Alnenſi, qui ibidem jugiter orent pro nobis & offerant Deo ſacrificium laudis ſecundùm ordinem ſuum pro ſalute animarum noſtrarum, prædeceſſorum, & ſucceſſorum noſtrorum. Nos autem octoginta libras dictæ domui aſſignavimus percipiendas ſingulis annis apud Binchium ad accenſas noſtras de Binctio, ita quod medietatem prædictarum octoginta librarum ad inſtans Natale Domini percipere debeant & aliam medietatem in Natali S. Johannis proximo ſequentis, donec prædictas octoginta libras dictæ domui in decimis vel aliis reditibus in alio loco covenienter aſſignaverimus ad noſtram & ipſius domus utilitatem. Quod ut ratum ſit & firmum præſentes litteras inde conſcriptas ſigillorum noſtrorum munimine dedimus roboratas. Actum anno Domini MCCXXIX.

GREGORII PAPÆ IX.
ad univerſos epiſcopos & eccleſiæ prælatos.

Ut fratres Prædicatores ad officium prædicationis & confeſſiones audiendas benigne recipiant.

Anno 1229. Ex ms. F. Prædicatorum Claromontenſium.

GREGORIUS epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabilibus fratribus archiepiſcopis, & epiſcopis, & dilectis filiis abbatibus, prioribus, & aliis eccleſiarum prælatis ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Quoniam abundavit iniquitas & refriguit caritas plurimorum, ecce ordinem dilectorum filiorum Prædicatorum Dominus ſuſcitavit, qui non quæ ſua ſunt, ſed quæ ſunt Chriſti quærentes, tam contra promulgatas hæreſes, quàm contra peſtes alias mortiferas extirpandas, ſe dedicaverat in evangelizatione verbi Dei, in abjectione voluntariæ paupertatis. Nos igitur eorum fratrum propoſitum & neceſſarium miniſterium favore benevolo proſequentes, univerſitati veſtræ ipſos affectuosè duximus commendandos. Caritatem veſtram rogantes & exhortantes in Domino, ac per apoſtolica ſcripta mandantes, quatinus dilectos filios fratres ordinis memorati pro reverentia divina & noſtra ad officium prædicandi ad quod ſunt ex

Digitized by Google

profeſſione ſui ordinis deputati recipiatis benignè, ac populos vobis commiſſos, ut ex ore ipſorum verbi Dei ſemen devotè ſuſcipiant, & confiteantur eiſdem, cum ipſis auctoritate noſtra liceat confeſſiones audire & pœnitentias injungere, ſedulò ammonentes pro veſtra & apoſtolicæ ſedis reverentia in ſuis eis neceſſitatibus liberaliter aſſiſtatis, quatenus ad prædicta ſuſcipienda veſtris exhortationibus populi præparati tamquàm bona ac fructifera terra pro vitiorum tribulis incipiant ſegetem germinare virtutum, & dicti fratres per operationem veſtram ſuſcepti miniſterii curſum feliciùs conſummando, optatum reportent ſui laboris fructum & finem, ſalutem videlicet animarum. Quia verò ſæpe vitia ſub ſpecie virtutum occultè ſubintrant, & angelus ſatanæ in angelum lucis ſe plerumque ſimulate transformat, præſentium vobis auctoritate mandamus, quatenus ſi qui de Prædicatorum fratrum ordine ſe dicentes in veſtris partibus prædicaverint, ad queſtum ſe pecuniæ convertendo, per quod religionem eorum qui paupertatem profeſſi ſunt contingeret infamari, vos tamquam falſarios capiatis, & condemnetis eoſdem. Datum Lateranis XVII. Calendas Aprilis pontificatus noſtri anno III.

PRIORIS ET CAPITULI monaſterii Blangiacenſis ad abbatem Fiſcannenſem.

De electione abbatis Giſleberti.

Anno 1229. *Ex archivis Fiſcannenſis monaſterii.*

VIris venerabilibus & religioſis dominis & amicis in Chriſto cariſſimis W. Dei gratia abbati Fiſcannenſi, & ejuſdem loci conventui ſancto frater M. prior de Blangiaco & ejuſdem loci conventus humilem vitæ ſalutem quæ nunc eſt & futuræ.

Cùm vir venerabilis domnus RAD. quondam abbas noſter, cujus animæ propitietur Deus, viam ſit univerſæ carnis ingreſſus: nos habito inter nos ſuper electione noſtra diligenti conſilio & tractatu, magiſtrum GISLEBERTUM de *Eſlectot* monachum veſtrum & quondam priorem Fiſcannenſem in abbatem noſtrum concorditer duximus eligendum. Inde eſt quod nos ipſum GISLEBERTUM à nobis electum humiliter poſtulantes, vobis mandamus & rogamus, quatenus ipſum ad regendam eccleſiam noſtram per dilectos ſocios & fratres noſtros latores præſentium ita nobis honorificè tranſmittatis, quod vobis cedat in honorem, & nos ſuper hoc vobis teneamur in gratiarum actionibus reſpondere. Datum anno Incarnationis Dominicæ MCCXXIX. feria ſexta ante feſtum B. Mariæ Magdalenæ. Bene valete.

A

ANONYMI PROOEMIUM in vitam ſancti Franciſci ſcriptam ab ejus diſcipulo.

INCIPIT PROLOGUS IN (a) VITA BEATISSIMI PATRIS FRANCISCI.

Circa annum 1230. *Ex mſ. [illegible] monaſterii.*

ACtus & vita beatiſſimi patris noſtri FRANCISCI piâ devotione, veritate B ſemper prævià & magiſtrâ, ſeriatim cupiens enarrare; & quia omnia quæ fecit & docuit nullorum ad plenum tenet memoria, ea ſaltem quæ ex ipſius ore audivi, vel à fidelibus & probatis teſtibus intellexi, jubente domino & glorioſo papa GREGORIO, prout potui, verbis licèt imperitis, ſtudui explicare. Sed utinam ejus merear eſſe diſcipulus, qui ſemper locutionum vitavit ænigmata, & verborum faleras ignoravit. In tribus ergo opuſculis diviſi omnia quæ de ipſo beato colligere potui, per ſingula capitula univerſa diſtinguens, ne C varietas rerum geſtarum confunderet ordinem, & in dubium adduceret veritatem. Primum itaque opus hiſtoriæ ordinem ſervat, ac puritati beatæ converſationis & vitæ ſuæ, ſanctiſque moribus & ſalutaribus documentis ejus potiſſimum dedicatur: in quo etiam miracula pauca de multis, quæ, ipſo vivente in carne, Dominus Deus noſter per eum operari dignatus eſt, inſeruntur. Secundum autem opus à penultimo vitæ ſuæ anno uſque ad felicem ipſius obitum geſta narrat. Tertium verò miracula multa continet, & plura tacet, quæ cum D CHRISTO regnans in cœlis glorioſiſſimus ſanctus operatur in terris, reverentiam quoque refert, honorem, laudem, & gloriam, quam ei felix papa GREGORIUS, & cum eo univerſi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinales devotiſſimè perſolverunt, cum in ſanctorum catalogo conſcribentes. Gratias omnipotenti Deo, quod ſemper in ſanctis ſuis admirabilem & amabilem ſe oſtendit.

PETITIO RADULFI E abbatis S. Michaëlis in periculo maris contra ſucceſſorem ſuum facta per procuratorem domno GREGORIO papæ IX.

Anno 1230. *Ex mſ. ſancti Michaëlis in periculo maris.*

DEcedente JORDANE abbate Montis S. Michaëlis de periculo maris, aſſumtus fuit ibidem quidam RAD. nomine in abbatem, qui cùm inveniſſet monachos ejuſdem monaſterii multipliciter ad invicem diſcordantes & contentioſos inter ſe, multos autem eorum proprietarios, & monaſterium multis debitis oneratum, videlicet circa decem & octo millia librarum Turonenſis monetæ, maneria quoque meliora ejuſdem monaſterii & prioratûs F quoſdam cum molendinis, reditibus, & aliis bonis, & etiam oblationes majoris altaris prop-

(a) Extat apud Surium, & alibi, vita ſancti Franciſci à ſancto Bonaventura ordinis eximio doctore ſcripta. Verùm inter acta ſanctorum ea ſemper præferuntur quæ ab auctoribus coævis ſcripta ſunt, utpote qui res, ut viderunt, referunt.

Digitized by Google

ter hoc in uſurariorum manibus obligata, quod in ſcandalum plurimorum oblationes peregrinorum recipiebant in altari. Item cum inveniſſet ibidem & in exterioribus membris ædificia enormiter dirupta & deteriorata, & ordinem ita deformatum, immò quaſi adnihilatum, quod propter prædicta, & propter diſſipationem bonorum, licèt multi de monachis proprietarii divites eſſent, & haberent loculos, conventum deſolatum oportebat vivere pauperrimè in cibariis & indumentis; & multos multoties propter vinum & cibaria mittere ſua pignora per tabernas, & comedere per ſocietates diviſas in camerulis & locis diverſis: quare nec ordo ſervabatur ut deceret, nec officia divina celebrabantur ut deberent, immò congregatio illa, propter prædictam diſſolutionem, etiam plurimorum erat opprobrium ordinis & deriſio vicinorum. Tunc Rad. ille, quem Deus ſua pietate & providentia præfici voluerat gregi tam deſolato, ipſi condolens & compatiens, taliter vigilare curavit tamquam homo providus & expertus, cooperante gratia ſummi Patris tempore ſui regiminis, videlicet circa ſexdecim annos, contentiones & diſcordias reduxit ad pacem. Proprietarios & habentes loculos ſine tumultu, contentione, & ſcandalo, pacificè, tamquam mitis pater & pius induxit cum effectu ad reſignationem proprietatum quas habebant cum periculo animarum. Debita prædicta perſolvit; maneria, prioratus, molendina, altare, cum aliis bonis de manibus uſurariorum & aliorum creditorum omnino liberavit. Ædificia, tam in capite, quàm in exterioribus locis, per ſe & per bonos proviſores quos ibi ponebat, refecit & reparavit, & etiam nova conſtruxit, ita quod bene poſuit in ædificiis viginti millia librarum Turonenſis monetæ, & magis ordinem reformavit, & fecit honorificè, ut non in camerulis diviſim, ut ſolebant; ſed ſimul in refectorio, ut decebat, poſteà comederunt, & ea tam cibariis, quàm indumentis quæ neceſſaria erant, honorificè habuerunt. Ordinis regulam excellenter ultra victum monaſteria ejuſdem ordinis ſervaverunt, & divina officia celebrarunt. Quid plura? Tandem tum ſermone, tum blanditiis, tum correctionibus, tum timore, tum exemplo bonæ vitæ ſuæ & honeſtatis & converſationis probatæ, tum aliis variis modis gregem ſibi commiſſum in capite & membris exterioribus per Dei gratiam de tam peſſimo ſtatu ad tam bonum reduxit, quod totum contrarium his quæ priùs dicebantur de ipſis dici potuit, & quod ipſi qui ante tempus ejus erant deriſio, opprobrium & ſcandalum plurimorum, in tempore ipſius in omnibus bonis poſiti ſunt in exemplum. Quoniam à tempore de quo non extabat memoria, non fuerant in tam bono ſtatu. Cùm enim videbat quod conſuetus monachorum numerus minuebatur ibidem, vel quod quandoque licet habere numerum conſuetum, aut plures facultates monaſterii, quas ſemper Deus augebat in manibus ipſius, ſuppeterent ad plures; tunc quandoque per ſe in propria perſona, quandoque per fideles nuntios Pariſius & alibi ſcholares & alios bonos & utiles eccleſiæ ſuæ quærebat, & tales propagines ſuper vita, converſatione, honeſtate, ætate, litteratura, fidelitate, providentia, & potentia ad laborem, & alios diligenter examinatos & inventos utiles in conventu ſuo plantabat; per quos etiam poſt tempus ipſius in meliori ſtatu eſt monaſterium, & erit dante Domino in futurum. Item in libris ſcribendis & emendis poſuit bene in tempore ſuo duo millia librarum, vel parum minus. Procedente verò tempore, ſuperveniente flagello Dei, percuſſus paralyſi, (*) adminiſtrationis curæ reſignavit, & cùm de proviſione ſua tractaretur in capitulo, prior Thomas, qui immediatè ſucceſſit eidem, & totus conventus unanimiter & ſolemniter in epiſcopum Abrincenſem, loci ordinarium, conſenſerunt ad proviſionem ei faciendam, quam faciendam videret: qui de conſenſu eorum unanimi & concordi, conſideratis facultatibus monaſterii & onere, conſideratâ etiam voluntate ipſorum, conſideratis meritis & fama & ægritudine tanti viri & talis, conſideratis etiam onere & expenſis qui ipſum propter illos, tum propter bonitatem & famam ſuam ſæpius viſitarent, & quæ in phyſicis & phyſicalibus rebus & familia ſua oporteret ſuſtinere, proviſionem ei aſſignavit fortè propter prædicta aliquantulum pinguiorem, qui tam bona ei non feciſſet, prout in carta ipſius epiſcopi, & in carta dicti prioris & conventûs, qui eam proviſionem ejuſdem prioris tempore, & tempore quo fuit abbas factus, ratam habuerunt, ex poſtfacto pleniùs continetur. Sed ejuſdem loci abbas Rad. qui modò præeſt ibi, quem prædictus quondam abbas monachum fecerat, & ſemper exaltaverat, maligno ductus ſpiritu, cùm nulla ratio movere eum poteſt, ſine cauſa rationabili contra iſta eum de facto, cùm de jure non poſſet, auctoritate propria, excommunicationis vinculo innodavit, & tamquam ingratus, & beneficiorum præteritorum immemor, ſine conſenſu & voluntate melioris, ſanioris, & majoris partis capituli, & contra factum epiſcopi Abrincenſis, & quod ipſe tamquam unus ex aliis in minori officio conſtitutus conſenſit, cum à quibuſdam aliis ſuis complicibus ſuper prædicta proviſione dictum quondam abbatem, (licèt afflicto non deberet maximè ab ipſo addi afflictio,) multipliciter aggravans, & moleſtans ipſum ſuper quibuſdam reditibus, proventibus, & rebus aliis in eadem proviſione aſſignatis eidem, pro ſuæ voluntatis arbitrio ſpoliavit, & coram.... officiali Abrincenſi, quondam abbati ſuſpecto, eo quod familiaris ſit abbatis, ſicut ſuus, tempore quo propter guerram urgentem idem epiſcopus erat abſens ſuper diverſis articulis traxit in cauſam, coram quo cùm dictus quondam abbas exciperet de ſpoliatione, quare nec debebat, nec volebat, donec eſſet reſtitutus, aliquatenus reſpondere: quia idem officialis

(*) Non ergo anno 1218. obiit Radulfus, ut ſcripſerunt Sanmarthani, cùm ſucceſſori ſuo Thomæ etiam ſupervixerit.

Digitized by Google

exceptionem illam admittere recuſabat; ſedem A apoſtolicam appellavit. Inde eſt quod petit, quatenus epiſcopo Abrincenſi, vel aliis bonis viris veſtris detis litteris in mandatis, ut ſi ita eſt, prædicto quondam abbate in forma eccleſiæ abſoluto, & ipſo plenius reſtituto, revocetur in irritum quicquid poſt appellationem prædictam, vel ab officiali ſuo, vel ab abbate prædicto invenerit temerè attentatum, cauſam audiat, & fine debito decidat, proviſionem prædictam, ſi conſtiterit ita fuiſſe factam, ut dictum eſt, auctoritate veſtra nihilominus roB boret & confirmet, eamque faciat obſervari. Contradictores, &c.

RESCRIPTUM domni Gregorii papæ.

Anno 1230. Ex mſ. ſancti Michaëlis in periculo maris.

GREGORIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis.. Exaquii &.. Cæſarisburgi abbatibus, & ... archidiac. Inſularum Conſtantienſis diœceſis ſalutem & apoſtolicam C benedictionem.

Dilecto filio R. quondam abbate monaſterii Sancti Michaëlis in periculo maris, ordinis S. Benedicti, nobis innotuit intimante, quod cùm olim ſibi propter infirmitatem corporis cedenti regimini abbatiæ.... prior & conventus ejuſdem quoddam manerium & res alias dicti monaſterii pro ſe & duobus ſociis nomine proviſionis quoad viveret conceſſiſſent, venerabili fratre noſtro Abrincenſi epiſcopo loci dioceſano conceſſionem hujuſmodi poſtmodum conD firmante, ſicut in eorum litteris exinde confectis plenius dicitur contineri, & bonæ memoriæ.... abbas ejuſdem monaſterii, qui immediatè ſucceſſit eidem eam ratam habuerit pacificè tolerando : abbas... qui ad præſens ipſi monaſterio noſcitur præſidere, ipſum quibuſdam reditibus & rebus aliis ad eum ratione hujuſmodi proviſionis ſpectantibus contra juſtitiam ſpoliavit. Cùmque poſtmodum idem.. abbas eum ſuper hujuſmodi proviſione coram... officiali Abrincenſi non ex delegatione apoſtoE lica conveniſſet: dictus R. excipienda propoſuit coram eo, quod non tenebatur niſi prius reſtitutione eorum, quibus fuerat, ut ſuperius eſt expreſſum, contra juſtitiam ſpoliatus, habita, reſpondere. Et quia idem officialis hujuſmodi exceptionem contra juſtitiam recuſavit admittere, ſentiens indebitè ſe gravari, ſedem apoſtolicam appellavit. Quare nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ex quibus per jam dictum abbatem eſt taliter ſpoliatus, ſibi reſtitui, & dictum.... abbatem compeſci ab ejus moleſtatione ſuper hoc indebita faceremus. F Ideoque diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi eſt ita, revocato in ſtatum debitum quicquid poſt appellationem hujuſmodi temerè inveneritis attentatum, audiatis cauſam, & appellatione remotâ, fine canonico terminetis, facientes quod decreveritis per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſervari. Alioquin partes ad ipſius officialis remittatis examen, appellantem in expenſis legitimis condemnando. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint; per cenſuram eamdem, appellatione ceſſante, cogatis veritati teſtimonium perhibere. Quod ſi non omnes his exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrûm ea nihilominus exequantur.

Datum Lateranis XIII. Cal. Januarii, pontificatûs noſtri anno IV.

EPISTOLA GREGORII PAPÆ IX. ad Sutrinenſes,

Ut Frederici nuntios non admittant, nec ei auxilium ferant.

Anno 1230. Ex mſ. illuſtriſſimi epiſcopi Montiſpeſſulani.

GREGORIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Poteſtati conſilio & populo Sutrinenſi ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Semper promta, fervens, & vigilans illa veſtra debet inveniri devotio, per quæ vobis divinæ propitiationis gratia, temporalis honor & favor ſedis apoſtolicæ plenius acquiratur. Sanè ſcimus, & multitudo fidelium non ignorat, quod antichriſti præcurſor F. dictus imperator Redemtoris noſtri & ſponſæ ſuæ matris Eccleſiæ hoſtis perfidus & crudelis, ad hoc ſummam intentionis ſuæ inſaniam dirigit, ut fidem catholicam quam inſtituit & docuit ipſe Dei Filius Dominus JESUS-CHRISTUS, deducat ad nihilum, eccleſiaſticam libertatem deſtruat, & univerſos jugo ſubjiciat ſervitutis. Dignè igitur perſona ejuſdem FRE. tamquam membrum putridum præciſum ab Eccleſiæ corpore, ac ſua, ac nuntiorum ipſius verba fallacia, quorum notitiam jam mundus univerſus accepit, ſicut virus debet abjici, & tamquam horrenda peſtis ſollicitè devitari: præſertim cùm patens ſit, nihil aliud ex ejus poſſe provenire nequitiis, niſi quod fraudati ab ipſo, gravibus ſubjaceant detrimentis. Quocirca univerſitatem veſtram rogamus & obſecramus in Domino, per apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quod penſato prudenter quod illi tota virtute debeatis obſiſtere, quem Deus à ſua facie tamquam horribilem ſibi noſcitur abjeciſſe, in timore Domini, ac devotione ſedis apoſtolicæ matris noſtræ inconcuſſi & ſtabiles perſiſtentes, hujuſmodi ſathanæ nuntios nullatenus admittatis, nec ei, aut ejus fautoribus aliquod impendatis auxilium, conſilium, vel favorem; pro firmo tenentes, quod præſens fidei veſtræ ſinceritas numquam ab Eccleſiæ memoria decidet, ſed apud ipſam vobis in theſaurum gratiæ convertetur. Paratam ex tunc, ſi neceſſe fuerit, ſic potenter contra præfatum F. vobis aſſiſtere, quod divina ſibi repugnante potentia, inanem laborem contra Eccleſiæ filios triſtabitur aſſumſiſſe. Ut autem ſuper hoc vobis non deſit Eccleſiæ plenitudo, dilectum filium Johannem Guidonis capellanum noſtrum acceptum nobis & fratribus noſtris probitatis ſuæ

Digitized by Google

merito ad vos duximus deſtinandum, cujus ſalutaribus conſiliis & monitis diligenter & efficaciter intendatis.

Datum Laterani IV. Cal. Februarii, pontificatûs noſtri anno III.

COMPOSITIO
facta inter Radulfum quondam abbatem S. Michaëlis, & ejus ſucceſſorem, per Johannem abbatem Rothonenſem, & alios arbitros.

Anno 1230. Ex ms. ſancti Michaëlis in periculo maris.

OMnibus CHRISTI fidelibus, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, J. abbas Rothonenſis, JODOMUS prior de S. Paterno, & frater W. de Cadomo, monachi Montis S. Michaëlis in periculo maris ſalutem in Domino.

Noverit univerſitas veſtra, quod cùm contentiones verterentur inter venerabilem patrem noſtrum RAD. abbatem Montis Sancti Michaëlis in periculo maris ex una parte, & RAD. quondam abbatem ejuſdem loci ex altera: tandem poſt multas varietates hinc inde propoſitas, ipſi de omnibus controverſiis hinc inde habitis in nos compromiſerunt ſub hac forma: Univerſis CHRISTI fidelibus, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, RAD. abbas Montis S. Michaëlis in periculo maris, & RAD. quondam abbas ejuſdem loci ſalutem in Domino. Noverint univerſi, quòd nos de omnibus controverſiis habitis hinc inde inter nos compromiſimus in venerabilem patrem noſtrum JOHANNEM Rothonenſem abbatem, & JODOMUM priorem de ſancto Paterno, & W. de Cadomo monachos noſtros, promittentes nos bonâ fide obſervaturos quidquid tres arbitri ſupradicti ſuper præfatis controverſiis, pace vel judicio mediante, duxerint ſtatuendum. Præterea ego RAD. quondam abbas Montis S. Michaëlis promiſi me obſervaturum jam dictum compromiſſum ſacramenti religione mediante. Et ut hoc arbitrium plenius ſit vallatum, uterque noſtrûm, quantum ad hanc partem, juridictioni jam dicti abbatis Rothonenſis nos duximus ſupponendos, concedentes ut illum qui à dicto arbitrio voluerit reſilire, jam dictus abbas Rothonenſis per excommunicationis ſententiam, vel alias, prout viderit expedire, coërcendi habeat poteſtatem. In cujus rei teſtamentum uterque noſtrûm præſentes litteras ſigillorum noſtrorum munimine duximus roborandas. Nos igitur in commiſſo nobis negotio de bonorum virorum conſilio procedentes, infirmitati jamdicti RAD. quondam abbatis compatientes quamplurimùm, eidemque, quantum poſſumus, in Domino conſulentes, pro bono pacis duximus ſtatuendum, quod dictus R. quondam abbas habeat manerium de *Brion*, vitâ comite, & trecentas libras per manum ballivi Montis ſolvendas annuatim in his tribus terminis, videlicet centum libras ad nundinas Montis Martini, centum libras ad feſtum ſancti Michaëlis in Septembri, & centum libras ad Natale Domini. Conceſſimus inſuper eidem volerium pone preſſorium, & cauſagium ſuum in Bethweia quantum eidem erit neceſſarium, & decem libras Turonenſes ad dictum cauſagium apportandum, ſolvendas in nundinis Montis Martini per manum ballivi Montis Sancti Michaëlis, & præterea integrè, prout W. de *Signe* quondam prior de *Brion* ſolebat habere. Omnes autem aliæ terræ & vineæ, & boſcus, & omnes reditus ad dictum prioratum pertinentes, ad uſus abbatis & conventûs integrè remanebunt. Præterea ſtatuimus quod dictus RAD. quondam abbas in præſenti reddat abbatiæ Montis omnia volumina librorum monaſterii Montis S. Michaëlis, quæ habet apud ſe, & ipſe quatuor volumina ex omnibus voluminibus quæ maluerit habebit, & quotiens illa quatuor reddiderit, alia quatuor quæ maluerit rehabebit. Præterea ſtatuimus quod RAD. quondam abbas ſecum habeat duos monachos Montis Sancti Michaëlis, quibus abbatia in veſtibus providebit, quorum unus erit procurator totius domûs ſuæ cum conſortio ejus, & dictus procurator reddet compotum ſuum ſingulis diebus cum ſocio ſuo, & completa hebdomada reddet iterum jam dicto RAD. quondam abbati compotum ſuum præſente ſocio ſuo, de omnibus expenſis totius hebdomadæ factis. Verum procurator reddet compotum ſuum ſemel in anno duobus monachis ad hoc ab abbate deſtinandis vice conventus coram dicto RAD. quondam abbate. Et ſi fortè inter prædictum R. quondam abbatem & monachos ſuos (quod abſit) orta fuerit diſcordia, vel inter monachos; per duos monachos Montis Sancti Michaëlis ad hoc ab abbate deſtinatos pax reformabitur, vel extrinſecus modo debito corrigetur. Servientes autem dictorum RAD. quondam abbatis & monachorum jurabunt dicto procuratori, quod nec in boſco, nec in vineis, nec in aliquo monaſterium Sancti Michaëlis damnificabunt ad valorem duodecim. Statuimus etiam quod RAD. quondam abbas nihil reclamet de cetero contra monaſterium Montis, ratione alicujus donationis, vel conceſſionis, ſeu confirmationis anteà ſuperfactæ inter dictos abbatem & conventum Montis Sancti Michaëlis, & ipſum, & quod reddat omnia inſtrumenta confecta inde auctoritate venerabilis patris noſtri WILLELMI Dei gratiâ Abrincenſis epiſcopi, & conventûs abbatiæ Sancti Michaëlis.

Datum anno MCCXXX. menſe Martii, die Mercurii proximâ poſt feſtum beati Albini.

EPISTOLA JOHANNIS
abbatis Rothonenſis ad Radulphum quondam abbatem S. Michaëlis.

Hortatur ut obedientiæ memor, compoſitioni factæ inter ipſum & ſucceſſorem ſuum Radulfum acquieſcat.

Ex ms. ſancti Michaëlis in periculo maris.

JOHANNES divinâ miſeratione humilis abbas Rothonenſis, cariſſimo ſuo in CHRISTO

Digitized by Google

R. priori de *Ardevon* ſalutem in Spiritu-ſancto. A

Cùm ſacra religio multiplici virtutum privilegio decoretur, obedientia ordinato Dei conſilio in ordine regulari præficitur univerſis, & ſuperponitur tamquam ſpecioſius diadema. Mementote quid ſit patris officium, quia fuiſtis; & quid debeat eſſe filius, cùm nunc ſitis, & ſicut voluiſtis vobis in patris cathedra obediri; nunc non dedignemini in ſcabello filii obedire. Rogaſtis nos quod cum abbate veſtro de pace amicabiliter tractaremus, B volentes noſtro ſtare judicio, interpoſito juramento, dediſtis etiam nobis materiam componendi; cui adhæſimus, & pro vobis tractavimus, abſolvi fecimus vos. Statuimus de aſſenſu eorum quos veſtra prudentia ſpecialiter præelegit, & de aſſenſu totius capituli ſtatutum promulgavimus in communi in veritate Dei, ſicut ſaluti veſtræ credimus expedire. Nunc audimus quod maligno ſpiritu inſtigante, qui pacis non novit opera, ſed abhorret, nitimini reſilire. Sed quia turpe eſt referre pedem ubi eſt viriliter reſiſtendum, C & religioſo valde periculoſum eſt obedientiæ contraire, & præſtito ſacramento, rogamus vos in quantum poſſumus quatenus ubi debetis eſſe firmior, tam infamis infirmitas non ſubcreſcat; & monemus quod à tali propoſito deſiſtatis, ne denigretis tam ſublimem titulum tanti viri: alioquin in eo quod juſtum fuerit, procedere nos oportet. Valete diu & bene.

LITTERÆ HENRICI archiepiſcopi Remenſis. D

Quibus Petrum monachum ſancti Remigii, & præpoſitum villæ de Cruiſneio abſolvit à juramento ſolvendi centum & decem libras J. comiti Matiſconenſi, qui villam eamdem invaſerat.

Anno 1230. Ex autographo.

HENRICUS Dei gratia Remenſis archiepiſcopus, univerſis præſentes litteras viſuris ſalutem in Domino.

Noverint univerſi, quod cum, guerra exiſtente inter comitem Campaniæ & barones Franciæ,& cariſſimus frater noſter J. comes Ma- E tiſconenſis villam de Cruiſneio cum armis intraſſet, minans ipſam villam & domum beati Remigii Remenſis incendio devaſtare: dilectus filius Petrus monachus ejuſdem eccleſiæ, & præpoſitus dictæ villæ, cùm dictus comes à dicta violentia nollet deſiſtere, niſi centum & decem libræ ei promitterentur, hujuſmodi metu coactus dictas centum & decem libras pro ſe & hominibus dictæ villæ, ad inſtans feſtum beati Remigii in vendemiis dicto comiti fide promiſit ſe redditurum mediante: F nos verò audito facto hujuſmodi, dicto monacho diſtrictè inhibuimus, ne dictam pecuniam perſolveret, nec perſolvi faceret; & ipſum, cum juſto metu eamdem pecuniam ſe redditurum promiſiſſet, à fide præſtita abſolvimus, & denuntiamus abſolutum.

Actum anno Domini MCCXXX. menſe Septembris, feria II. ante dictum feſtum beati Remigii.

CARTA GERARDI archiepiſcopi Burdigalenſis,

De eccleſia de Benciaco conceſſa abbati & monachis ſanctæ Crucis.

Anno 1230. Ex cartario Burdigalenſ. S. Crucis.

G. Burdigalenſis archiepiſcopus, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ legatus, venerabili fratri ANDRONI abbati ſanctæ Crucis, & monachis ei à Deo commiſſis, eorumque ſucceſſoribus in perpetuum.

Quamdiu epiſcopalem ſollicitudinem gerimus, eccleſiarum ordinationi, atque venerabilium & religioſorum locorum amplificationi, quantum poſſumus, ſtudere debemus. Ea propter, cariſſimi in Domino fratres, eccleſiam S. Petri de Benciaco, perſonis ad ejus ſervitium olim deputatis deſtitutam, cum aſſenſu archidiaconorum noſtrorum GOMBAUDI & WILLELMI, & canonicorum capituli noſtri, cujus eſt eadem eccleſia cenſualis, vobis dedimus & conceſſimus, ut eam cum eccleſiis ſancti Martini & ſancti Bibiani, & omnibus poſſeſſionibus & pertinentiis ſuis, tam vos, quàm ſucceſſores veſtri in perpetuum habeatis & poſſideatis, ſalvo canonico jure archiepiſcopi & archidiaconi. Nos verò & canonici in eccleſia de Benciaco, vobis concedentibus, retinuimus, ut vos & ſucceſſores veſtri in feſtivitate ſancti Andreæ per ſingulos annos decem ſolidos Burdigalenſis monetæ capitulo ſancti Andreæ ad menſam canonicorum cenſualiter reddatis. Retinuimus etiam ut quotieſcumque ſancti Andreæ canonicus ſenex, aut debilis, aut infirmus, aut paupertate preſſus, in illa eccleſia manere voluerit, ibi maneat, & procurationem ab eadem eccleſia habeat. Retinuimus etiam ut quotieſcumque canonici ſancti Andreæ illuc ierint, ab ejuſdem eccleſiæ habitatoribus honeſtè ſuſcipiantur, & procurentur. Et ut hoc donum firmiùs & certiùs permaneat, in carta propriâ manu noſtrâ ſubſcripſimus, & ſigillo Engoliſmenſis eccleſiæ, quia nondum in Burdegalenſi eccleſia ſigillum feceramus, muniri præcepimus. Interfuerunt huic dono venerabilis EGIDIUS Tuſculanus epiſcopus, GREGORIUS & ROMANUS apoſtolicæ ſedis cardinales & legati. Ego GIRARDUS Burdegalenſis archiepiſcopus, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ legatus ſubſcripſi. Ego EGIDIUS Tuſculanus epiſcopus ſubſcripſi. † Ego GREGORIUS ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalis ſubſcripſi. † Ego ROMANUS apoſtolicæ ſedis cardinalis interfui, & ſubſcripſi.

JOHANNES ABBAS ROTHONENSIS excommunicationis ſententiam profert in Radulfum quondam abbatem S. Michaëlis, quòd nolit acquieſcere compoſitioni per arbitros factæ inter ipſum & ejus ſucceſſorem.

Anno 1231. Ex ms. ſancti Michaëlis in periculo maris.

VIris venerabilibus & diſcretis de Exaquio & de Cæſarburgo abbatibus, & .... ar-

chidiacono Inſularum J. Rothonenſis abbas A ſalutem in Domino.

Noveritis quod cùm contentio verteretur inter venerabilem virum R. abbatem Montis Sancti Michaëlis de periculo maris, & R. quondam abbatem ejuſdem loci ſuper prioratu de *Ardevon*, & quibuſdam aliis reditibus quos ex conceſſione conventûs dictus R. quondam abbas detinebat, & quibuſdam libris abbatiæ, quos contra voluntatem abbatis & conventûs penes ſe ſervabat. Tandem utriuſque partis conſenſus de omnibus controverſiis com- B promiſerunt in nos, & fratrem Jod. priorem de Sancto Paterno, & fratrem W. de Cadomo, monachos Montis Sancti Michaëlis, juramento proprio ab R. quondam abbate præſtito, & litteris ſuis patentibus ab utraque parte præſtitis, firmantes quod quicquid pace vel arbitrio mediante ſtatueremus fideliter obſervarent. Hoc etiam conſenſu partium ſuperaddito, quod ego JOHANNES abbas Rothonenſis in partem quæ ab ordinatione & ſtatuto noſtro C vellet reſilire, excommunicationis ſententiam promulgarem. Nos igitur habito conſilio cum diſcretis, attendentes dictum R. quondam abbatem abbatiam Montis tempore ſuo ad laudem Dei, & totius populi famam ſtrenuè gubernaſſe; infirmitati ejus miſerabiliter condolentes, pro bono pacis ordinavimus quod dictus R. quondam abbas annuatim perciperet trecentas libras per manum ballivi Montis ad tres terminos, videlicet ad feſtum ſancti Johannis centum libras, ad feſtum ſancti Mi- D chaëlis Septembris centum libras, ad Natale Domini centum libras, & manerium de *Brion* cum Valerio juxta preſſorium, & prata ad manerium pertinentia, ſicut W. de *Signe* quondam prior poſſidebat. Item cauſagium de boſco de Bethweia, & decem libras Turonenſes ad adducendum. Omnia verò alia, idem boſcus, & vinea, ad dictum manerium pertinentia, ad uſum abbatiæ pertinerent. Item ſtatuimus quod abbas & conventus providerent dicto R. quondam abbati duos monachos cum eo commorantes, quibus abbas & conventus E veſtitum de abbatia miniſtrarent. Statuto ſiquidem noſtro cum bonorum virorum conſilio, & ſecundum Deum confecto, poſteà publicè promulgato, venerabilem fratrem noſtrum dictum R. abbatem Montis invenimus in omnibus obedientem, fratrem RAD. quondam abbatem ex altera parte contradictorem & rebellem, ſpretâ omnino religione proprii ſacramenti. Ne ergo aliquis putaret nos erga dictum R. quondam abbatem duriùs agere, & ne de auſteritate & incuria poſſemus redargui, ipſum monuimus perſonaliter, & moneri feci- F mus per abbatem de Lucerna, & per plures alios fide dignos, per litteras noſtras primò, ſecundò, & tertiò, & ampliùs, ut à tam infelici propoſito, propter animæ ſuæ periculum deſiſteret. Qui dictus R. multiplicatis & reïteratis monitoribus reſpondit ſe ſtatutum noſtrum nullatenus obſervare. Nos autem de juſtitia procedentes, dictum RAD. quondam abbatem Montis Sancti Michaëlis pro ejus contumacia & rebellione, excommunicationis vinculo innodavimus; unde vobis ſignificamus ipſum eſſe excommunicatum, vos rogantes, quatenus ipſum ab omnibus tamquam excommunicatum artius faciatis evitari.

Datum anno gratiæ MCCXXXI.

EPISTOLA PRIORIS ET CAPITULI ſancti Antonini in diœceſi Ruthenenſi ad Gregorium papam.

Scribit in gratiam Simonis archiepiſcopi Bituricenſis.

SAnctiſſimo Patri ac Domino GREGORIO Dei gratia ſummo pontifici Willelmus prior & capitulum ſancti Antonini Ruthenenſis diœceſis devotum pedum oſcula beatorum. Anno 1231. Ex cartul. Bituricenſis archiepiſcopi.

Ut evangelica docet hiſtoria, quod lucernam ardentem abſcondere non debemus, nec ſub modio ponere, ſed potius eam ſuper candelabrum elevare, ut qui ingrediuntur videre valeant luminis claritatem; ſic nos juxta evangelicum debemus facere documentum, ut cujus opera bona, & laude digna videmus, ea nequaquam occultare debemus, ſed attollere potius & dignis in Domino laudibus commendare, quia boni operis fructus aliquando multiplicatur ex laude, & multotiens qui laudatur tamquam calcaribus ex hoc de bono in melius excitatur. Licet autem venerabilis pater & metropolitanus noſter SIMON Dei gratia Bituricenſis archiepiſcopus Aquitaniæ primas dignis à nobis laudibus, ſicut decet, extolli nequeat, de ipſo tamen audacter poſſumus & debemus laudabile teſtimonium perhibere: quantum enim vidimus, dum noſtram, prout ad ipſum pertinet, viſitaret eccleſiam, bonus paſtor non quærens quæ ſua ſunt, ſed Dei in corrigendis quæ circa nos & eccleſiam noſtram fuerunt corrigenda, & in aliis quæ ad officium ſuum pertinent laudabiliter ſe habuit, & prudenter. Audacter etiam audemus dicere, quod apud nos moderatè ſe habuit & honeſtè: ita quod de ipſo juſtam non habemus materiam conquerendi: immo de ipſius viſitatione & præſentia, quæ nobis valde eſt & eccleſiæ noſtræ neceſſaria, congaudemus. Quid plura? opera ſua de ipſo teſtimonium perhibent, nec ſuper montem poſita civitas abſcondi poterit, ſed ſplendeſcet in lucem veritas, & in ſuis, dante Domino, comprehendentur mendaciis veritati contraria ſuſurrantes. Ne igitur per malevolos & maledicos, qui ſeminando zizania, famam ejus, ſicut audivimus, moliuntur extinguere, veſtris auribus ſuggerendo quod in ſuis viſitationibus ſe habuit negligenter, poſſit apud vos opinio denigrari; pro ipſo veſtræ pietati pias preces porrigimus, ex affectu humiliter ſupplicantes, ne talibus contra ipſum obſequentibus fidem velit veſtra ſanctitas adhibere, ſed ipſum potius tamquam veſtrum devotum filium recommen-

Digitized by Google

datum habentes, ipſi dignemini vos in ſuis juſtis petitionibus benignitate ſolita favorabilem exhibere. Datum anno gratiæ MCCXXXI.

STATUTA VILLÆ MONTIS-OLIVI dioceſis Carcaſſonenſis.

Anno 1231. Ex Montis-olivi tabulis.

ERMENGAUDUS abbas, & conventus monaſterii Montis-olivi, videlicet MARTINUS prior, Bernardus *Euge* prior de Amanciavis, Raimundus de *Lauris* infirmarius, Arnaldus Amelius, Petrus de Vaſchonia, Petrus de Narbona, Guillelmus *Tornelli*, Bermundus, Bernardus de Villalerio, Guillelmus de Altiniaco, & Raimundus Arnaldus, ad honorem Dei & beatæ ac glorioſæ Dei genitricis ſemperque Virginis MARIÆ, & beati Johannis-Baptiſtæ atque omnium Sanctorum Dei, ad preces multimodas totius univerſitatis villæ Montis-olivi, volentes univerſis & ſingulis retribuere quod bene in neceſſitatibus noſtris meruerunt; ſicut in recuperatione villæ prædictæ, quæ nobis ab inimicis pacis & fidei ablata fuerat: in quo ſuſtinendo multas anguſtias & damna, invenimus eos propitios & fideles, ſtatuimus & in perpetuum volumus obſervari; quod omnes inhabitantes villam Montis-olivi mares & feminæ, & qui ad inhabitandum ibidem venerint, undecumque & quicumque ſint, exceptis latronibus; raptoribus, rubtariis, infractoribus pacis, homicidis, proditoribus, atque hæreticis, quamdiu in eadem habitabunt, gaudeant, & heredes eorum libertate & perpetua immunitate ab omnibus talliis ſeu quæſtis, forciis atque toltis.

Volumus etiam & ſtatuimus quod ſi aliquis de inhabitantibus villam prædictam alibi ſe transferre ad inhabitandum velit, privetur immunitate & libertate prædicta. Licentiam tamen habebit ſe transferendi cum omnibus bonis ſuis, & vendendi atque diſtrahendi poſſeſſiones ſuas univerſas.

Item, quod nullus inhabitans villam prædictam poſſit vel debeat ab aliquo capi vel forciari, vel pignorari, infra terminos juriſdictionis monaſterii: ſed ſi quis extraneus vel privatus ſciat vel credat aliquem de dicta villa eſſe ſibi obligatum in aliquo, vel debere ſibi aliquid, per nos vel per noſtrum bajulum repetat ut debebit. Termini autem ſunt tales. Videlicet uſque ad malolium Bernardi Gartini; & uſque ad maſelayriam; & uſque ad carreriam ſaiſſagneſiam, & uſque ad *Gannemorgue*; & uſque ad *Primayrols*; & uſque ad pinum de regina, & uſque ad furnum *Teulitz*; & uſque ad collum *Fernol*; & uſque ad vallum quod dividebat terras Arnaldi de molendino; & malollium Eleazarii, & uſque ad malolium Petri Aulini.

Item; ſtatuimus quod nullus de inhabitantibus villam prædictam ducatur per violentiam; nec incarceretur à nobis, vel bajulis noſtris, nec res ejus capiantur, modo paratus ſit dare idoneos fidejuſſores de parendo juri, niſi ſit latro, adulter, homicida, qui talam vel talas fecerit, vel crimen perpetraverit quod irroget pœnam ſanguinis.

Item, quod omnia crimina ſeu delicta quæ irrogant pœnam ſanguinis puniantur per bajulum noſtrum cum conſilio conſulum & proborum hominum villæ.

Item, quod quæ fient libertate & immunitate prædicta gaudentibus communiter emendentur.

Item, quod conſules præfatæ villæ & eorum conſiliarii, quotquot ſint; ſint ad minus ſex menſium, vel annales, quibus damus licentiam alios creandi, & ſubſtituendi ſibi conſules & conſiliarios de aſſenſu bajuli noſtri.

Item, quod conſules & eorum conſiliarii poſt præſtitum in noſtra vel bajuli noſtri manu juramentum de officio ſuo ad ipſorum honorem & villæ utilitatem exercendo, poteſtatem habeant cuſtodes villæ & foreſterios hortorum, vinearum, agrorum & aliarum poſſeſſionum inſtituendi, & de pœna infractorum quæ communitatis erat; cum conſilio & aſſenſu bajuli ordinandi.

Item, quod quilibet de inhabitantibus villam poſſit facere teſtamentum; & diſponere atque ordinare abſolutè de bonis ſuis abſque noſtra vel ſucceſſorum noſtrorum contradictione.

Item, quod bona ab inteſtato & ſine liberis morientium tranſeant ad ſibi propinquiores uſque ad gradum tertium, iis tamen deficientibus, monaſterii dominio applicentur.

Item, quod carnifices macellarii flequenæ; & tabernarii; culpabiles ad arbitrium bajuli & conſulum puniantur.

Item, ſolvimus & definimus illas palmatas ſalis quas alibi milites per toltam & forciam conſueverunt percipere in mercato.

Acta & pacta ſunt hæc in capitulo S. Johannis anno ab Incarnatione Dom. MCCXXXI. menſe Novembri.

LITTERÆ ROBERTI TRECENSIS epiſcopi de pactis matrimonii inter Th. comitem Campaniæ & Margaretam filiam Archembaudi de Borbonio.

Anno 1231. Ex cartario Campaniæ. Bibliothecâ regiâ.

R. Dei gratia Trecenſis epiſcopus univerſis ad quos præſentes litteræ pervenerint ſalutem in Domino. Noveritis quod in noſtra præſentia conſtituti nobiles viri TH. Campaniæ & Briæ comes palatinus, & ARCHEMBALDUS comes Borbonii, recognoverunt tales habuiſſe inter ſe ad invicem conventiones ſicut inferius ſunt notatæ. Videlicet quod TH. comes Campaniæ in facie eccleſiæ contrahens matrimonium per verba de præſenti cum MARGARETA filia dicti Archembaudi, idem TH. comes conſtituit, donavit & conceſſit eidem Margaretæ in præſentia conſtitutæ in donationem propter nuptias, Ceſanniam, Lachiacum, Barbonam, Nogentum ſuper Sequa-

nam, Pontes ſuper Sequanam, Meriacum, Peantium, Cantumerulam, *Semoingue* cum appendiciis & pertinentiis eorumdem: quam donationem confeſſus fuit idem Th. comes Campaniæ conſtituiſſe, donaſſe & conceſſiſſe eidem Margaretæ ex certa ſcientia, non deceptus vel circumventus ab aliquo, ſed ſpontanea voluntate, promittens per ſe & per ſucceſſores & heredes ſuos, quod contra prædictam donationem propter nuptias, nec venit, nec fecit, nec faciet quominus dicta donatio efficationem & pleniſſimam habeat firmitatem, & ad hoc obligavit ſe idem Th. comes & omnia bona ſua habita & habenda, necnon & ſucceſſores & heredes ſuos. Tum dictum fuit etiam inter eos, quod ſi contra prædicta (quod abſit) idem comes Th. aut heredes aut ſucceſſores ſui in aliquo venirent, ſuppoſuit & ſubjecit ſe & heredes & ſucceſſores ſuos juriſdictioni noſtræ, & domini epiſcopi Lingonenſis, concedens & promittens ſpecialiter quod nos & domnus epiſcopus Lingonenſis, aut alter noſtrum poſſemus in ipſum & terram ſuam in ſua diœceſi, & ſucceſſores & heredes ſuos interdicti, & excommunicationis ſententiam promulgare: renuntians in hoc facto per ſe & per ſucceſſores ſuos omni beneficio, auxilio & privilegio cohærenti rei, & perſonæ, & omni juri ſcripto, & non ſcripto eccleſiaſtico & conſuetudinario vel legali, vel competenti, vel competituro: renuntians etiam omnibus litteris impetratis vel in poſterum impetrandis, vel per officium judicis conceſſis, vel in poſterum concedendis. Præterea dictus Archambaldus recognovit quod ipſe promiſerat dicto comiti pro maritagio prædictæ Margaretæ filiæ ſuæ xxxvi. millia librarum tali conditione, quod pro uno quoque anno completo, quo dicta Margareta vixerit, per novem annos triginta ſex millia libras Pariſienſes dicto Th. comiti penitus remanebunt. Si vero infra novem annos, dictam Margaretam decedere, quod abſit, contigerit, dictus Archembaldus dictum dotalitium tenebit quouſque de redditibus dictarum villarum receperit plenius pro ſingulis annis qui deficient de prædictis novem annis quatuor millia librarum Pariſ. Si verò dicti reditus tantum non valuerunt, dictus Th. perficiet defectum, & ſi plus valuerunt dictus comes illud quod plus valebunt habebit. Et ſciendum quod ſi dicta Margareta decederet infra dictos novem annos, herede de ſuo corpore ſuperſtite, dicta pecunia prædicto comiti quita remaneret. Dum tamen heres ille viveret uſque ad dictos novem annos, & pro quolibet anno completo, uſque ad dictos novem annos quo dictus heres vixerit poſt deceſſum matris ſuæ cadent de dicta ſumma pecuniæ quatuor millia librarum Pariſ. ſicut eſt de matre ſuperius ordinatum. Si verò heredem mori contigerit, à die obitus ſui dictus Archembaudus reciperet de dicta terra annuatim quatuor millia librarum Pariſ. uſque ad dictos novem annos completos, à die matrimonii inter Th. comitem & Margaritam celebrati. Si verò contigerit, quod avertat Deus, divortium inter dictum comitem & Margaretam uxorem ejus quocumque modo celebrari ſine clamore, & quæſtione ipſius Archembaldi, dictâ Margaretâ, & dicto comite viventibus, dictus Th. comes perſolvet dicto Archembaldo omnes reditus terræ ſuæ, ubicumque eam habeat, præter ſeptem millia librarum Pariſ. de quibus idem Th. comes ſuam poterit facere voluntatem, tali conditione, quod ſi dictus Archembaldus non reciperet de dictis reditibus uſque ad viginti millia librarum Pariſ. ad minus à primo die quo fiet divortium uſque ad unum annum completum dictus Th. comes perficiet eidem Archembaldo defectum in fine anni prædicti: quod ſi tunc non perficeret eidem Archembaldo ipſe poſſet propter hoc ſuos plegios gagiare, & ſi redditus dictæ terræ valerent pluſquam viginti millia librarum Pariſ., dictus Archembaldus reciperet quod ultra valerent, & computarentur in acquitatione pecuniæ ſupradictæ. Pro reſiduo verò dictarum triginta ſex millia librarum Pariſ. dictus Th. tenebit hoſtagium Senonas anno prædicto completo, & ibidem ſingulis noctibus pernoctabit, donec dictus Archembaldus de dictis triginta ſex millibus librarum Pariſ. habuerit plenius gratum ſuum, ſolutione in primo anno factâ ſecundæ ſolutioni connumerata. Sed quamdiu idem Th. comes tenuerit hoſtagium Senon, ſicut dictum eſt, dictus Archembaldus poſſet ſuos plegios ex tunc in antea gagiare. Univerſas autem & ſingulas conventiones quæ in præſentibus litteris continentur dictus comes juravit firmiter obſervandas. Nos autem ad petitionem dicti comitis promiſimus dicto Archembaldo, quod ſi idem Th. comes, aut heredes aut ſucceſſores ſui contra prædictas conventiones, vel contra aliquam de ipſis venirent, ſicut ſuperius ſunt expreſſæ, quod nos in perſonas ſuas excommunicationis & in terras eorum unuſquiſque in ſua diœceſi interdicti ſententias promulgaremus. Nos autem præſentes litteras ſigillavimus, ſalvo jure quod nos apud Meriacum habemus.

Datum anno gratiæ MCCXXXII. menſe Martio.

Extat in eodem cartulario inſtrumentum R. epiſcopi Lingonenſis ejuſdem omnino tenoris & datæ.

LITTERÆ DURANDI epiſcopi Albienſis.

De reſtitutione canonicorum in eccleſia ſancti Vincentii Caſtrenſis.

Anno 1235. Ex archivis Albienſis eccleſiæ.

IN Nomine Domini Jesu-Christi. Amen. Cùm ea quæ per ſcripta geruntur, magis memoriæ commendentur; nos D. Dei gratiâ Albienſis epiſcopus per præſentem paginam notum facimus præſentibus pariter & futuris, à

Digitized by Google

venerabili patre in CHRISTO WALTERO eâdem gratiâ Tornacenſi epiſcopo, apoſtolicæ ſedis legato, recepiſſe litteras in hac forma: Venerabili in CHRISTO patri D. Dei gratiâ Albienſi epiſcopo, WALTERUS eâdem gratiâ Tornacenſis epiſcopus, apoſtolicæ ſedis legatus, ſalutem in Domino. Auctoritate legationis quâ fungimur vobis præcipiendo mandamus, quatenus canonicos ſancti Vincentii de Caſtris à nobis reſtitutioni.... ad poſſeſſionem eccleſiæ ſancti Vincentii, & ad ea quæ dicti canonici tenebant, vel poſſidebant ante ſpoliationem, mittatis in poſſeſſionem corporalem, facientes eos prædicta pacificè & quietè poſſidere, contradictores & rebelles, ſi aliqui fuerint, cenſura eccleſiaſtica compeſcendo. Datum apud Carcaſſonam XIII. cal. Junii, anno Dom. MCCXXXII. Cujus auctoritate mandati, nos dictus epiſcopus Albienſis ad eccleſiam B. Vincentii perſonaliter accedentes, magiſtrum P. Donatii terrinum, Bertrandum preſbyterum, & Willelmum Judicis, canonicos ejuſdem eccleſiæ, pro ſe & pro aliis inſtitutos, in corporalem vel quaſi miſimus poſſeſſionem eccleſiæ ſancti Vincentii, cum omnibus pertinentiis ſuis, & domorum ubi quondam conſueverunt permanere, & domorum ſacriſtæ, & eccleſiarum ſanctæ Mariæ de Faurgis, ſanctæ Fidis, ſancti Johannis de Bordellis, cum feodis preſbyteralibus, & primitiis oblationibus, & aliis juribus. Item miſimus dictos canonicos in corporalem poſſeſſionem eccleſiarum, & aliarum rerum quas tenebant prædicti canonici ante ſpoliationem factam ab abbate & conventu Caſtrenſi: videlicet eccleſiæ ſancti Martini de *Loder*, cum parochia ejuſdem eccleſiæ, & omnium decimarum, & redituum eccleſiæ ſancti Petri de *Avits*, & eccleſiæ ſanctæ Mariæ de *Caſlai*, & ſancti Pauli de Cheremo, & ſanctæ Mariæ de Platea, & quatuor ſolidorum cenſualium de Podio Aimardo, & prati *Cenſal*, & dimidii moutonis, & porci cenſualis manſi de *Raiſſac*, & cenſuum capellorum de Caſtris, & de *Raiſſac*, & caſearum ejuſdem manſi, & poſſeſſionum & redituum Arnaudi de Auciaco, & Boni-hominis militis, & *Montadan*, & aliorum militum Caſtrenſium, & dominatum, & cenſuum Bernardi de *Podier*. In dictorum omnium corporalem poſſeſſionem, vel quaſi miſimus canonicos ſupradictos, cum juribus omnibus & pertinentiis ſuis, & omnia ſupradicta, ut obtineant robur perpetuæ firmitatis, præſentem cartam ſigilli noſtri fecimus munimine roborari.

Actum apud Caſtras VII. Calendas Junii, anno Domini MCCXXXII.

CARTA ARCHEMBALDI DE BORBONIO,

De pactis matrimonii inter filiam ſuam, & Theobaldum comitem Campaniæ.

Anno 1232. *Ex cartario Campaniæ regio.*

EGo ARCHAMBAUDUS dominus Borbonii, omnibus notum facio, quod ego debeo nobili viro TH. Campaniæ & Briæ comiti palatino triginta & ſex millia librarum Pariſienſium bonorum legalium pro maritagio cariſſimæ filiæ meæ MARGARITÆ, reddenda ad terminos inferiùs annotatos: videlicet in proximis nundinis Latiniaci ſexdecim millia librarum Pariſienſium, & in ſequentibus nundinis Maii quinque millia librarum Pariſienſium, & in ſequentibus nundinis ſancti Aigulphi, poſt dictas nundinas Maii quinque millia librarum Pariſienſium, & in ſequentibus nundinis Latiniaci, poſt dictas nundinas ſancti Aigulphi quinque millia librarum Pariſienſium, & in ſequentibus nundinis Maii, poſt dictas nundinas Latiniaci quinque millia librarum Pariſienſium. Et ſi (quod abſit) ſolutionem ad dictos terminos non facerem, & aliqua damna vel couſtamenta dictus TH. comes incurreret: illa ad dictum Gilonis de Acceio & Iterii de Brocia militum, ſine onere alterius probationis eidem TH. comiti penitus, & ſine aliqua difficultate reſtituerem & redderem. Et ſi contingeret aliquem eorum mori, comes poneret alium de conſilio ſuo, loco illius qui moreretur. Inſuper promiſi quod ſi in aliquo de ſupradictis deficerem; propter defectum me perſonaliter obſidem apud Pruvinum conſtituerem, nec de villa exirem, quin ibidem in eadem nocte jacerem, niſi de voluntate comitis ante plenam ſatisfactionem, nec propter hoc minus dictus comes me & plegios meos gagiaret, & ad ſupradictam pecuniam, & ad omnia damna & couſtamenta, & ad ſupradictos terminos reddenda me & mea obligavi, & promiſi juramento corporaliter præſtito eadem omnia ſupradicta me facturum, & firmiter obſervaturum. In cujus rei teſtimonium præſentes litteras ſigillo meo feci confirmari.

Actum anno Domini MCCXXXII. die Mercurii proxima ante feſtum ſancti Matthæi apoſtoli & evangeliſtæ.

Præſentem cartam ipſo anno in vigilia Candoloſæ confirmavit R. Lingonienſis epiſcopus.

INSTRUMENTUM de reformatione ſigilli Sancti Remigii Remenſis.

Anno 1232. *Ex autographo.*

EGo P. decanus Remenſis, notum facio omnibus præſentes litteras inſpecturis, quod elapſis circiter tredecim annis, ſicut firmiſſimè poſſum recolere, & non ampliùs, præſens fui in pratello domni Remenſis archiepiſcopi ſito in domo ſua Remenſi, ubi idem domnus archiepiſcopus GUILLELMUS in præſentia & mea & plurimorum aliorum, ſigillum conventûs ſancti Remigii Remenſis oſſeum, ſive eburneum, fecit confringi; & dicto ſigillo uſque ad tempus illud uſus fuerat præfatus conventus. Poſtmodum verò, hoc eſt poſt fractionem dicti ſigilli, novum ſigillum ejuſdem conventûs, quo ex tunc uſque ad præſens tempus uſus eſt conventus præfatus, in mea præſentia, de mandato ſupradicti archiepiſcopi, ob ſecuritatem majorem, perfectum eſt per

Digitized by Google

ultimæ litteræ appoſitionem, & de manu mea redditum conventui memorato. In quorum teſtimonium præſentes litteras emiſi ſigilli mei appenſione ſignatas.

Datum feriâ VI. ante feſtum beati Nicolai, anno MCCXXXII.

EPISTOLA A. ABBATISSÆ & conventûs de *Lugors* ad BLANCHAM Campaniæ comitiſſam, & filium ejus.

Precum & ſuffragiorum participes efficiunt.

Ex cartario Campaniæ Bibliothecæ regiæ.

REverendæ dominæ ſuæ B. illuſtri comitiſſæ de Campania, A. dicta abbatiſſa, totuſque conventus pauperis abbatiæ ſanctæ MARIÆ de *Lugors*, ſalutem, & devotum in Domino famulatum.

Veniens in capitulo abbatiæ Liguriensis nobilis & benigniſſima domina Guibordis *de Montauder*, humiliter & devotè flexis genibus poſtulavit, ut vos, Domina, in ſororem, tam corporaliter, quàm ſpiritaliter reciperemus, & generalem inſtitutionem in conventu noſtro pro ſalute veſtra & filii veſtri faceremus; & ſimiliter pro ſalute nobilis viri domini comitis quondam mariti veſtri. Nos verò, audito nomine veſtro, ſicut illius dominæ quæ ferè præ omnibus quæ ſunt in mundo, nobilitate, morum honeſtate, & aliis virtutibus, ac præcipuè caritate fulgere dinoſcimini, precibus dictæ dominæ, quæ quaſi mater & patrona noſtra eſt, libenter aequievimus, & vos in dominam & ſororem corporaliter & ſpiritualiter recepimus, eamdem partem omnium bonorum quæ in abbatia noſtra, & in omnibus domibus conventualibus fuerint, quæ nos à ſummo Retributore recipere ſperamus, vobis concedentes. Specialiter ſiquidem inſtituimus, ut unus ſacerdos tribus diebus in unaquaque hebdomada celebret pro ſalute filii, & aliis tribus diebus pro requie mariti defuncti. Inſtitutum eſt etiam, ut ante altare majus quotidie decantetur pſalmus: *Deus noſter refugium*, & in capitulo: *Miſerere mei, Deus*; & oratio pro ſalute filii: & quando vadimus in dormitorio, convenimus ante altare, & flexis genibus & nudis, imploramus auxilium divinum ſuper filio, cantando alium pſalmum & orationem. (a) Unâquaque hebdomadâ (a) ducentis vicibus generaliter decantatur pſalterium, in unoquoque habetur memoria de filio, & altâ voce dicitur pſalmus unus, & oratio, ut Deus eum gubernet & regat, atque vitam concedat. Sexaginta verò ſex eccleſiæ conventuales ſubjacent abbatiæ de *Lugors*, in quibus totale beneficium celebrando, orando, legendo, pompam ducendo, ſicuti in eadem abbatia de *Lugors*, pro ſalute filii, & pro requie defuncti mariti ſui inſtituimus. Ad hæc, Domina, quando vobis placuerit, ut diem obitûs bonæ memoriæ mariti veſtri nobis ancillis veſtris notificetis, nos in perpetuum anniverſarium pro eo fieri inſtituemus. His & aliis bonis mandatis veſtris nos obligantes, benignitati veſtræ grates multiplices referentes, quia quaſdam ſorores noſtras benignè recepiſtis, & per eas beneficium veſtrum nobis caritativè tranſmiſiſtis. Bene & diu valeat veſtra nobilitas.

(a) Ducenta illa pſalteria, aut privatim recitabantur, aut monaſteriis Lugorienſi ſubjectis decantanda diſtribuebantur.

STATUTA GERARDI abbatis S. Theoderici, pro monaſterio ſuo.

Anno 1233. Ex cartario S. Theoderici.

UNiverſis præſentes litteras inſpecturis, frater GERARDUS eccleſiæ ſancti Theoderici Dei patientiâ miniſter humilis abbas æternam in Domino ſalutem.

Noverint univerſi, quod nos in aliquibus neceſſariis conventui noſtro ſubvenire volentes, eidem piâ conſideratione conceſſimus, quod infirmaria famulum proprium habeat ad opus & uſus infirmorum competentem, & ſpecialiter in perpetuum deputatum, qui præbendam ſuam in hoſpitio percipiet cum aliis famulis præbendatis; conceſſimus etiam quod in cœnis habeant monachi quod ex antiqua conſuetudine habuerunt: hoc piâ conſideratione & neceſſariâ appoſito, quod unuſquiſque à coquina accipiat tria ova honeſtâ varietate parata, pitantiâ prioris in ſua conſuetudine perdurante. Item conceſſimus ut ſecundum regulam beati Benedicti conventus omnibus diebus in prandio duo pulmentaria cocta habeat, quarta ſaginis, prout conſuetum eſt, confecta. In quadrageſima verò & adventu, & aliis diebus quibus ſagimine non utitur, oleo vel caſeis competenter conficiantur; generalia etiam conventûs ſimplicibus diebus ſagimine decoquantur, uſu feſtivitatum penitus obſervato. Conceſſimus inſuper, ut caſeum quem conventus à Paſcha uſque ad idus Septembris habet in cœna, ab idibus Septembris uſque ad quadrageſimam habeat in prandio. Conceſſimus etiam, ut aqua eccleſiæ noſtræ & piſcatura ſupra molendinum de *Inaſcot*, & aqua & piſcatura à molendino de *Compenſcit* uſque ad molendinum de *Macelain* in uſus conventûs liberè & perpetuò convertentur. Quod ut ratum & inconcuſſum permaneat, præſentes litteras emiſimus ſigilli noſtri robora te communitas.

Datum anno Domini MCCXXXIII. menſe Julio.

LITTERA QUA REX RECIPIT Galterium de *Aveſnin* in hominem de feodo de Andeignies & de Villaribus.

Anno 1233. Ex mſ. Cl. V. Petri Menard urbis Turonenſis præfecti.

LUdovicus &c. Noverint &c. quòd cùm Renerus de Sanis teneret de nobis ligiè feodum de *Andeignies* & de Villaribus quod videlicet feodum Baudricus de *Roiſin* tenebat de dicto Renero, ideo quòd Renerus feodum illud in manu noſtra dimiſiſſet, nos de voluntate

tate ipſius Reneri recepimus in hominem ligium de prædicto feodo dilectum & fidelem noſtrum Galterum de *Aveſnin* comitem Bleſenſem, ſalvo jure alieno, ita quod tam idem comes quàm heredes ſui tenentur reddere nobis & heredibus noſtris feodum prænominatum ad magnam vim & ad parvam, quoties ſuper hoc ex parte noſtra & heredum noſtrorum fuerunt requiſiti; & ſciendum quod ſicut de hoc feodo fecit nobis hommagium per ſe; ita & heredes ejus tenentur nobis & heredibus noſtris facere hommagium de dicto feodo per ſe. Quod ut &c. Actum Peronæ anno Domini MCCXXXIII. menſis Novembris.

EPISTOLA HENRICI archiepiſcopi Remenſis ad GREGORIUM papam IX.

De oppreſſione eccleſiæ Belvacenſis.

Anno 1233. Ex autographo.

SAnctiſſimo patri ac domino GREGORIO Dei gratiâ ſummo pontifici, H. Dei permiſſione Remenſis eccleſiæ miniſter humilis, ceterique Remenſis eccleſiæ ſuffraganei, quorum ſigilla inferiùs apponuntur, devotiſſima pedum oſcula beatorum.

Rem flebilem & miſeratione condignam, præſentibus lacrymabilibus litteris, paternitati veſtræ duximus intimandam, ut rei veritate pleniùs intellectâ, apponere conſilium acceleratum dignetur. In præterita ſiquidem prima ſeptimana quadrageſimæ nobis, totique provinciali concilio apud Noviomum congregato, fuit ex parte epiſcopi & eccleſiæ Belvacenſis, gravis expoſita contra dominum regem querimonia, videlicet quod cùm epiſcopus Belvacenſis, ejuſque prædeceſſores in civitate Belvacenſi, & in ſingulis, & in omnibus hominibus civitatis omnem juriſdictionem habeat, prout apparet ex carta bonæ memoriæ LUDOVICI quondam regis Francorum, & ea uſus fuiſſet publicè ac manifeſtè ipſe & prædeceſſores ſui per ſe, ac per ballivos ſuos hactenus pacificè & quietè; dominus rex circa feſtum Purificationis beatæ Virginis nuper ante præteritum, occaſione cujuſdam maleficii à quibuſdam hominibus civitatis ibidem perpetrati, cum multis communiis ad civitatem Belvacenſem accedens, licèt idem epiſcopus paratus eſſet dictum maleficium facere per ballivos ſuos juxta facinoris qualitatem puniri; poſt multas ſupplicationes & monitiones eidem domino regi ab ipſo epiſcopo factas, ne idem rex epiſcopum & eccleſiam ſuam juſtitiâ & juriſdictione ad ipſum plenius pertinente, & quam hactenus pacificè poſſederat ſpoliaret, homines civitatis mille quingentos & plures capi fecit, & alios exbannivit, domos dirui fecit, catalla hominum epiſcopi publicavit, eumdem epiſcopum juriſdictione & juſtitia ſpoliando, ibique per quinque dies exiſtens ſibi expenſas quinque dierum uſque ad octingentas libras Pariſienſes ab eodem epiſcopo perſolvi petiit. Et licèt epiſcopus brevem diem peteret tamquam de re gravi & penitus inaudita, ut ſuper hoc cum ſuo capitulo pertractaret. Idem tamen dominus rex hoc facere denegans, eumdem epiſcopum civitate, reditibus & proventibus ad ipſam eccleſiam ſpectantibus, exceptis paucis mobilibus, ſpoliavit: quare petebat idem epiſcopus pro ſe & eccleſia ſua à nobis & toto concilio, quatenus ſuper his conſilium apponere curaremus. Unde nos tractatu habito diligenti, licèt factum eſſet notorium, tamen tres epiſcopi noſtri, videlicet Sueſſionenſis, Laudunenſis, & Catalaunenſis epiſcopi, auctoritate concilii, ad dominum regem, & civitatem Belvacenſem, ut & ipſi regi denuntiarent quod Belvacenſem urbem accedebant, ad inquirendum ex abundanti de juſtitia & uſu & ſpoliatione epiſcopi Belvacenſis, expoſitâ certâ die, & ibidem inquirerent de omnibus diligenter, deſtinati fuerunt. Qui vocatis illis qui erant ex parte regis in civitate & civibus in communia tunc adminiſtrantibus, mandatum ſibi injunctum fideliter adimplentes, inquiſitionem nobis & concilio apud Laudunum circa Dominicam quâ cantatur *Lætare Jeruſalem* congregato, ſub ſigillis propriis reportarunt. Unde rei evidentiam attendentes, nihilominus epiſcoporum relationem conſiderantes, vidimus quod dominus rex, prædictis omnibus, contra juſtitiam ſpoliaverat epiſcopum & eccleſiam Belvacenſem: propter quod tres epiſcopi miſſi fuerunt ad dominum regem monendum ex parte concilii, quod epiſcopum & eccleſiam reſtituere dignaretur: quod ipſe monitus facere recuſavit. Verum cum poſtmodum eidem domino regi fuiſſet per nos ipſos ſupplicatum pluries, quod miſereretur eccleſiæ memoratæ, ipſum auctoritate concilii monuimus, & moneri fecimus iterum atque iterum, quod epiſcopum & eccleſiam reſtitueret ſupradictam: quod cum facere noluiſſet, tandem in concilio apud Silvanectenſem urbem poſtmodum congregato inter me archiepiſcopum & conſuffraganeos Remenſis eccleſiæ, condictum extitit, & firmiter promiſſum à ſingulis epiſcopis, quod ſi dominus rex infra vindemias nuper præteritas epiſcopum & eccleſiam non reſtituiſſet eamdem, ex tunc provincia interdiceretur. Et exinde ſicut eramus ibi ad dominum regem acceſſimus, & ipſum omnes monuimus, ut eumdem epiſcopum & eccleſiam reſtituere dignaretur: & cum nec monitiones, nec ſupplicationes aliquas exaudiret; tandem in concilio apud Sanctum Quintinum congregato, præſentes Sueſſionenſis, Catalaunenſis, Noviomenſis, Tornacenſis, Attrebatenſis, Belvacenſis, Morinenſis, & aliis tribus, videlicet Ambianenſi, Sylvanectenſi, & Cameracenſi litteratoriè excuſatis, & Laudunenſi abſente, qui curiam Romanam adierat pro negotiis ſuis procurandis, firmiter promiſerunt omnes & ſinguli, quod niſi dominus rex ſe emendaret erga eccleſiam Belvacenſem poſt octavam Omnium-ſanctorum, in provincia Remenſi poneretur interdictum: dantes mihi archiepiſcopo poteſtatem auctoritate totius concilii dictandi

formam interdicti, & ſecundum formam à me A dictatam, ipſi ad mandatum meum in ſuis diœceſibus ponerent interdictum, & facerent obſervari, ſicut ego in mea diœceſi ponerem interdictum. Et cùm interim plures dies ad tractandum de pace fuiſſent à domino rege & eodem epiſcopo recepti, tandem apud Bellummontem in craſtino ſancti Martini hyemalis interfuimus ego, & Sueſſionenſis, Cathalaunenſis, Sylvanectenſis, & Cameracenſis epiſcopi, ubi habito tractatu de pace utrimque, tandem non potuit provenire. Unde habito tractatu B cum prædictis fratribus qui ibi aderant, quia rex ſe non emendaverat erga epiſcopum & eccleſiam Belvacenſem, ex poteſtate quam auctoritate concilii habebam, interdictum in diœceſi mea ponens, auctoritate prædictâ mandavi ſingulis ſuffraganeis Remenſis eccleſiæ, ut interdictum ponerent in hunc modum: « Auctoritate totius concili & noſtrâ diſtrictè, & in virtute obedientiæ vobis præcipiendo mandamus, quatenus in diœceſi veſtra auctoritate propriâ generalis interdicti ſententiam proferatis: ita tamen quod ſubmiſſâ voce, clauſis janus, divina C celebrentur, excluſis interdictis, & nominatim excommunicatis: ſepultura eccleſiaſtica penitus denegetur, niſi perſonis eccleſiaſticis & familiis eorumdem: alia autem eccleſiaſtica ſacramenta exhibeantur, niſi ſint nominatim excommunicati, vel aliàs interdicti. Iſta verò ſententia feriâ IV. ante feſtum beati Andreæ apoſtoli publicetur: ita quod ex tunc firmiter obſervetur. Si quis autem dictam ſententiam noluerit obſervare, ex tunc infra triduum noverit ſe ſuſpenſum. D Verum ne popularium animus indureſcat, vobis præmiſſâ auctoritate firmiter injungimus, quatenus veſtris ſubditis præcipiatis ut ipſi quolibet menſe prima ſexta feria menſis ad proceſſionem conveniant, & ibidem fiat ſermo & ſpeciales preces pro pace regni & Eccleſiæ reformanda. » Qui omnes interdictum ponentes, excepto Noviomenſi, qui voluntate propriâ ductus, contra promiſſum ſuum veniens, mandato ſibi facto noluit obedire, ipſum interdictum ad mandatum meum mihi auctoritate concilii ab eis conceſſum auctoritate E ſuâ poſuerunt, ſervaverunt & præceperunt in ſuis diœceſibus obſervari. Verum quia capitula cathedralium eccleſiarum Remenſis provinciæ contra interdictum quibuſdam expreſſis cauſis, ſedem apoſtolicam appellarant, feci concilium convocari apud Sanctum Quintinum die Dominicâ ante Natale Domini: ibique cum ſperarem de capitulorum & epiſcopi Noviomenſis animadverſione tractare, quidam de coepiſcopis noſtris, licèt interdictum poſuiſſent & ſervaſſent, & à ſuis ſubditis præcepiſſent obſervari, F ad retractationem interdicti cœperunt inſtare, licèt litteræ Sanctitatis veſtræ ad ipſos directæ, ex quibus ad jus & juſtitiam Eccleſiæ conſervandam debuerunt unanimiter effici fortiores, exhibitæ & perlectæ fuiſſent ibidem, quaſdam occaſiones prætendentes: quod præſentiens epiſcopus Belvacenſis, coram nobis & concilio ne interdictum pro ſe & eccleſia ſua latum, & ab ipſis obſervatum, nullâ ſibi & eccleſiæ ſuæ à domino rege ſatisfactione factâ vel reſtitutione revocaretur vel relaxaretur, ſedem apoſtolicam appellavit, ſe & eccleſiam ſuam, & interdictum pro eccleſia ſua latum, & ſtatum in quo erat negotium ſub domini papæ protectione ponendo. Cathalaunenſis tamen epiſcopus poſt appellationem Belvacenſis pro ſe, Ambianenſi, Sylvanectenſi, & Attrebatenſi epiſcopis pro ſuæ voluntatis arbitrio coram nobis & coepiſcopis propoſuit quod interdictum relaxarent prædictum; & ne propter hoc contra ipſos procederem in aliquo, in vocem appellationis prorupit, ſpretâ appellatione à Belvacenſi epiſcopo antefactâ; & cum nobis inter has anguſtias poſitis, quidam alii epiſcopi adhærerent, eiſdem nunc poſt multos tractatus... eum temperamento interdicti, vel alio modo poſſemus eos ad unitatem reducere, tandem eorum inſtantiâ devicti, dictum relaxavimus interdictum. Unde Sanctitati veſtræ humiliter ſupplicamus, quatenus deſolationi Belvacenſis eccleſiæ, quæ in partibus noſtris manifeſta eſt, paterno compatientes affectu, celeri remedio ſalubriter dignemini providere, ſcientes pro certo quod non poteſt oppreſſioni dictæ eccleſiæ, niſi per ſupremum veſtræ Sanctitatis remedium ſubveniri.

Actum apud Sanctum Quintinum Dominicâ ante Natale Domini, an. Dom. MCCXXXIII.

GREGORII PAPÆ IX.
ad Ludovicum Francorum regem.

De injuriis abbati & monachis ſancti VValerici illatis, deque variis ſacrilegiis à civibus S. VValerici perpetratis.

GREGORIUS epiſcopus ſervus ſervorum Dei cariſſimo in Chriſto filio regi Francorum illuſtri ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Anno 1233. Ex archivis S. VValerici.

Princeps mundi hujus circa perverſitatis opera ſuum exercens aſſiduè principatum, per ſuperbos quos in partem ſuæ perditionis aſſumſit, humiles in ſortem divini nominis evocatos adeo ſæpe perſequitur & conturbat: ut quaſi adverſus divinam triumphaſſe potentiam videatur, dum tales in aliquo cernit mœrore poſitos, ſuoſque conſpicit in caduca lætitia conſtitutos. Sed ut ſibi à quo malitia duxit originem & proceſſum ſua mentiatur iniquitas, in virtute præcelſi Judicis, cujus judicio proruit in abyſſum, cujuſque vices indigni gerimus dono ſuæ ineffabilis pietatis, remediorum copia quæ nobis ab ipſo in commiſſi cura regiminis ſunt collata, ſic multotiens ejuſdem iniqui confuſa conſilia vacuamus, ut juſtè corruant quos ad ſummum exaltaſſe credidit, & exſurgant ſalubriter quos dejeciſſe in infimum exiſtimavit. Sanè gementes accepimus & turbati, quod dilecti filii abbas & conventus monaſterii ſancti Gualarici ſupra mare, quod ad Romanam eccleſiam, ſicut aſſerunt,

Digitized by Google

A nullo pertinet mediante, quia majoris & juratorum villæ ſancti Gualarici Ambianenſis diœceſis aſperis & amaris & injuriis quas clericis cruce ſignatis, & viduis ejuſdem villæ ac certis hominibus dicti monaſterii miſerabiliter inferebant, ſæpius urgebantur, idem abbas auctoritate ordinaria, quam obtinere noſcitur in eoſdem, poſt monitionis inſtantiam ad eorum proterviam elidendam, in ipſos excommunicationis ſententiam promulgavit, qui tam homines prædictæ villæ, quàm alios accedentes ad illam, ut vincendi facultas dictis abbati & conventui tolleretur, ne ipſi aliqua B venderent banniverunt, ſed tamdem contritorum effigiem prætendentes, cum poſt præſtitam juratoriam & fidejuſſoriam cautionem quod illatis injuriis ſatisfactionem debitam exhiberent, abbatis beneplacito pro ut de jure competeret parituri, ab ipſo abſolutionis beneficium obtinerent, ipſi contemto præſtito juramento, eo quod ſint virtutum & fidei contemtores, ſatisfactionis ſolvere debitum reC cuſarunt. Propter quod cum dictus abbas in eos excommunicationis ſententiam iteraret; ipſi ſervientibus dicti monaſterii carceri mancipatis & tractatis turpiter, ab eiſdem equos capientes illis, & per violentiam detinentes, quoſdam portarum & murorum eccleſiæ cuſtodiæ deputarunt, ut ingreſſus & exitus facultate ſublatâ, monachos ejuſdem ac eorum familiam gladius famis extingueret, dum illis in clauſura mœrentibus nullus neceſſaria miniſtraret. Ad hæc cum idem abbas fretus D conſilio peritorum, ne forte ſancta Domini ſacrilegè & contemtibiliter contrectarent, ad parrochialem eccleſiam ſancti Martini in ſupradicta villa poſitam proceſſionem ſolemnem per monachos ſuos fieri faceret, & inde ſalutis noſtræ viaticum, chriſma & oleum ſanctum cum debita reverentia deportarent, dicti major & jurati communitatis, campanâ pulſatâ, in eoſdem monachos cum gladiis & fuſtibus irruentes, ipſos in domum preſbyteri ejuſdem eccleſiæ retrudendo, & januas & feneſtras illius lignorum congerie poſitâ, ne E inde monachis exitus vel ingreſſus aliquibus præberetur, ipſos, quibuſque ſibi victualibus denegatis, incluſos ibi per triduum tenuerunt: quibus ad exinanitionis extremæ diſcrimina jam deductis, cùm mortis amaræ periculum emineret, quod non abſque quadam horribilitate referimus, potum amaritudinis & horroris, urinam videlicet, facti humanæ compaſſionis immemores, propinarunt. His quidem miſeriis perpetratis ſæpedicti major & jurati, ut ſe non ſolum erroneos, ſed etiam hæreticos potius propalarent, cum quibuſdam quos eis ſathanæ F ſuggeſtio colligavit, in modum proceſſionis circa memoratam eccleſiam parrochialem incedentes impoſitis ſibi ordinum & officiorum titulis, quibus eccleſiaſtica dignitas decoraretur, quaſi dementes, profundis clamoribus aërem verberantes, ac illudentes Conditori omnium & collegio ſupernorum, aqua maledictionis conſecrata loca per circuitum aſpergebant: immo ut nequioribus ſignis exponerent ſuæ perfidiæ quantitatem, eccleſiæ ſupradictæ januis redactis in cinerem, glorioſæ genitricis Dei & beati evangeliſtæ Johannis iconiam venerabilem flammæ ignis ad noſtri Redemtoris injuriam damnabiliter applicantes, & undique manibus verſantes eamdem, eidem venerandæ Virgini, *Calefac te, miſera*, miſeriæ filii dicere præſumebant. Ceterum cum quidam villæ puerulus de viventium numero ſoluto carnis debito tolleretur, duo excommunicati laïci de collegio prædictorum, quorum unus prioris, & alter præpoſiti titulum aſſumſerat, in opprobrium monachorum ſtolam ſibi de ſtramine facientes aqua maledictionis habita præ manibus in ſimilitudinem maledictæ, corpus ejuſdem pueruli, multis præſentibus, ſepulturæ eccleſiaſticæ tradiderunt. Ecce ſi hæc omnia veritatis obtinent fulcimentum, quid egemus teſtibus, quin homines tam nefandi ſint antichriſti perditi præcurſores? Quomodo tam deteſtanda facinora ſanctæ & catholicæ fidei multipliciter inimica paſſus Dei filius pro ſalute fidelium patietur, niſi forte pro ipſis patientiæ humilitas intercedat? qualiter nos ipſi qui ſuperna providentia diſponente regimen & curam ſuſcepimus animarum tantæ impietatis actores tolerare poſſumus, quin per nos & alios ipſos correctione debita caſtigemus, ut ſaltem digna ſeveritate correcti non fiant pœnis perpetuis obligati. Porro ut per evidentiam operis recognoſcat quod poſſit mater eccleſia ſuorum potentia devotorum ulciſci filiorum injuriam, & ipſorum anguſtias juſtitiæ conſolantis dulcedine roborare, ſerenitatem tuam rogamus in Domino Jesu-Christo, & tibi in remiſſionem injungimus peccatorum, quatenus diligenter attendens, quàm celebris & quàm famoſa ſit aula regni Franciæ ab antiquis temporibus virtutum ſtudiis reputata, ut illa per aſſiduæ ſtrenuitatis inſtantiam exaltationis ſuſcipiat incrementa, prædictos ſacrilegos ſacris legibus damnabiliter inimicos, necnon fautores ipſorum, ab injuriis dicti monaſterii, cùm ſuper hoc tua ſublimitas ab eiſdem abbate & conventu fuerit implorata, taliter à Domino tradita tibi poteſtate compeſcas, monaſterium dono tuæ gratiæ confovendo, quod ipſi per ultricem potentiæ tuæ dextram contèrantur, ſtatus ejuſdem monaſterii reparetur, illaque plena gratia, & omnis ſanctitatis muneribus inſignita, divinæ receptaculum majeſtatis, vita gentium & gaudium angelorum, eccleſiæ ſanctæ ſpeculum & corona Virgo beatiſſima mater omnium Conditoris de illata ſibi per prædictos perditos injuria tam enormi, ſicut tuæ poſcit excellentia virtutis vindicetur, ſicque fiat, ut ipſis & ceteris dictæ villæ impiis timentibus, amodo ad injuriam procedere Creatoris, tibi meritis ejuſdem glorioſæ Virginis laudis & honoris inſignia votiva longitudo dierum, ſedis apoſtolicæ favor & gratia, necnon poſt decurſum præſentis vitæ ſpacium benedictionis æternæ munera conferantur. Datum Laterani Idus Julii pontificatus noſtri anno VII.

Digitized by Google

Iiſdem pene verbis reſcribit Roberto comiti Drocarum, ſimilibus & archiepiſcopo Rotomagenſi, ſimilibus item decano & archidiacono Ambianenſi.

EPISTOLA GERVASIÆ dominæ Dinani ad Juhellum archiepiſcopum Turonenſem.

Rogat eum ut confirmet donationem quam Lehonenſi monaſterio fecit.

Anno 1233. Ex archivis Majoris-monaſterii

REverendo patri in CHRISTO ac domino JUHELLO Dei gratiâ Turonenſi archiepiſcopo, GERVASIA domina Dinani ſalutem cum omni reverentia & honore.

Paternitatem veſtram eâ affectione quâ poſſumus exoramus, quatenus quamdam donationem quam fecimus, & in perpetuam eleemoſynam conceſſimus eccleſiæ beati Maglorii de Lehonio, & monachis ibidem Deo deſervientibus, pietatis intuitu, & precum noſtrarum interventu, cum veſtris patentibus litteris confirmetis, ſicut in noſtra cartula videritis contineri. Volumus etiam in veſtris litteris confirmatoriis contineri, quod ſi aliquis heredum noſtrorum contra donationem iſtam venerit, vel eam revocare voluerit; quod tota terra noſtra in veſtra provincia conſtituta interdicti ſententiæ ſubmittatur, quouſque ſuper quatuor millibus librarum Turonenſium, quæ pro damnis à nobis illatis dictis monachis nos debere recognoſcimus, ab illo litigatore, qui contra dictam donationem venire præſumſerit, ſit dictis monachis plenariè ſatisfactum. Et ex tunc dicta donatio à nobis in perpetuam eleemoſynam conceſſa nihilominus ſuam obtineat firmitatem. Valete.

(a) Datum anno gratiæ MCCXXXIII. (a)

JUHELLI ARCHIEPISCOPI Turonenſis ad Mauritium Rothomagenſem archiepiſcopum.

Ut permittat in ſua diœceſi quæſtam ad Turonenſis eccleſiæ reparationem.

1233. ...ms. ...mo-

VEnerabili in Chriſto patri M. Dei gratia Rothomagenſi archiepiſcopo JUHELLUS eadem gratia Turonenſis archiepiſcopus ſalutem in pietatis viſceribus.

Paucos credimus in remotis etiam finibus ignorare, qualiter etiam mater noſtra glorioſa metropolis eccleſia Turonenſis, tam mirabili, quàm miſerabili ruina à digniore parte ſui, videlicet à parte ſacrarii, diruta ſit funditus & everſa: ad cujus reædificationem nos & capitulum noſtrum pro noſtrarum facultatum poſſibilitate tamquam devoti filii ſtrenuè intendentes, ad tam nobilis & ſumtuoſi operis pro propriis non ſufficimus facultatibus; fidelium ſubſidia ad tantum ædificium conſummandum compellimur implorare. De veſtræ igitur paternitatis clementia ſpecialiter confidentes, benignitatis veſtræ quanta poſſumus precum inſtantia humiliter ſupplicamus, quatenus amore Dei & honore Eccleſiæ ſuæ ſanctæ quæſtam in diœceſi veſtra præfatæ eccleſiæ noſtræ Turonenſi miſericorditer concedere velitis, ſi placet; & benignè ſubditos veſtros monentes & efficaciter inducentes, ut de bonis ſibi à Domino Deo præſtitis ad reædificandam præfatam eccleſiam in remiſſionem ſuorum peccaminum caritative largiantur, ut tranſmittant: & ut plebes ad id faciendum faciliùs & liberiùs inducantur; placeat bonitati veſtræ, ut cartulæ beneficia à benefactoribus dictæ eccleſiæ conceſſa continentes in eccleſiis veſtræ diœceſis diebus Dominicis & feſtivis populo exponantur: & tantum veſtri gratia ſuper iis facere velitis, ut nos & eccleſia noſtra vobis inde ad dignas gratiarum actiones & perpetuæ dilectionis debitum teneamur bene & diu. Datum.

(a) Similes dedit litteras ad Clementem Dolenſem epiſcopum.

SENTENTIA à GAUFRIDO Belvacenſi epiſcopo, & Theobaldo Ambianenſi archidiacono in majorem ſcabinos & juratos communiæ S. Walarici, ob injurias monachis illatas, & prophanationes ab ipſis perpetratas.

Anno 1234. Ex archivis S. Wallarici.

G. miſeratione divinâ Belvacenſis epiſcopus, & Theobaldus Ambianenſis archidiaconus, omnibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino.

Cùm abbas & conventus Sancti Walarici proponerent injurias quaſdam in ipſis & ſuis commiſſas, & eccleſiæ ſuæ illatas à majore, ſcabinis, & juratis, & tota communia ejuſdem villæ; quæ injuriæ continentur in reſcripto domini papæ, ab abbate & conventu impetrato ad decanum & Theobaldum archidiaconum Ambianenſem, & etiam in petitorio abbatis & conventûs. Tandem compromiſſum fuit à partibus in nos ſcilicet G. Belvacenſem epiſcopum & Theobaldum archidiaconum: ita quod quicquid arbitrando dixerimus, ſive componendo faceremus, ratum & firmum à partibus haberetur. Promittentibus ſub juramento & pœna mille librarum Pariſienſium, ſe firmiter obſervaturos dictum noſtrum. Nos autem habito prudentium virorum conſilio, inſpectis actis, & inquiſitione factâ legitimâ, delictis, eorumdem qualitate, ceteriſque circumſtantiis diligenter penſatis, pronuntiavimus in hunc modum.

In primis ut magna campana communiæ ad cujus pulſationem evocatæ fuerunt ad maleficium perpetrandum, à loco ſuo deponatur ad terram, & per petras deſtruatur. Ipſa tamen priùs pulſata hora tertia, ut ad id faciendum communitas evocetur. A majoribus autem & ſcabinis qui nunc ſunt deponatur dicta campana, & per petras, ut dictum eſt, confringatur. Damus autem eis licentiam poſtmodum faciendi aliam campanam, & ponendi in eodem loco, vel alibi ubi voluerint.

Digitized by Google

Secundò præcipimus quod Gauterus Brunus tunc major, Robertus *Goſſart*, Radulfus dictus *Brunet*, Johannes *Garnodiauho*, Hugo *Braches*, Auſbertus *Bourgeois*, Johannes Oliveri, & frater ejus, Adam *Coſteriaulx*, Andreas *Corumaulx*, Ingerannus *de Achen*, Stephanus Auriga, Henricus Boulengarii, Hugo *Baleſaulx*, Milo de Ordatis, Albertus *Rouſſeau*, Ebrardus de Abbatiſvilla, Radulfus *Faires*, Guibertus filius Julianæ, Henricus *Braſdefer*, Willermus *Ly Eſchoppiers*, Bernardus *Ly Loquies*, Hugo Blondelli, Hugo *Ly Drus*, Egidius *Ly Ras*, Chriſtianus *Salarointes*, Johannes *Gaſtiniaux*, Honoratus de Molendino, Ancellemus de Abbatia, Godefridus Sutor, Joſeph Martinus *Coſteriaulx*, Allelmus *Pallettes*, Stephanus *Britienne*, Galterus Permiſdeus, Alermus Tortus, Junioratinus Tortus, in craſtino Paſchæ, ad horam magnæ miſſæ nudi in bracis diſcalciati virgas tenentes in manibus, eant à parochiali eccleſia ad monaſterium S. Wallarici ad proceſſionem, & offerant ſe ad pedes abbatis vel prioris flexis genibus, veniam implorantes. In octabis Paſchæ prædicti nudi in bracis, diſcalceati, virgas tenentes in manibus, à porta Ambianenſi uſque ad cathedralem eccleſiam incedant. Et exinde aliâ Dominicâ apud Corbeiam ſimiliter, deinde apud S. Richarium, deinde apud Abbatis-villam ad eccleſiam canonicorum & monaſterium monachorum, deinde apud S. Judocum & Monſterolium; deinde apud Belvacum in eccleſia cathedrali, & ad monaſterium S. Luciani; deinde apud Rothomagum in eccleſia cathedrali, & ad monaſterium S. Audoëni & S. Catharinæ; deinde apud abbatiam Augi: deinde apud Ulteriorem-portum, deinde apud Albam marlam. Iſtæ autem proceſſiones fiant ſingulis diebus, quibus proceſſio fiet ſolemnis, & referant litteras, vel aliam certitudinem, quod ita fecerunt proceſſiones.

Tertiò volumus, quod Gualterus Brunus tunc major, Robertus *Buſſart*, Radulphus *de Brunet*, Hugo *Braches*, Auſbertus *Bourgeois*, Johannes Oliverus, Andreas *Corimaulx*, Stephanus Auriga, Hugo *Baleſaulx*, Henricus *Braſdefer*, Hugo Blondellus, & Hugo *Ly Drus*, Johannes *Gaſtiniaux*, arripiant iter ad pedes domini papæ, cum litteris noſtris, & reportent à pœnitentiario domini papæ litteras ſuæ liberationis ad abbatem & conventum Sancti Walarici, nec iſti tredecim eſſe poſſint de cetero majores, vel ſcabini, niſi de domini papæ licentia ſpeciali. Volumus etiam quod ſolvant abbati & conventui pro expenſis & damnis ducentas libras Pariſienſes, & in Aſcenſione Domini, & in feſto Omnium-ſanctorum ſequenti ſexies viginti libras, & centum ſolidos Pariſienſes. Volumus autem quod iſti tredecim qui debent ire ad curiam Romanam iter arripiant infra octabas Nativitatis beatæ MARIÆ, & campana frangatur infra octabas inſtantis Paſchæ.

Actum apud Centum puteos die Martis poſt Ramos palmarum, anno Domini MCCXXXIV.

S. LUDOVICI DECRETUM de Judæis.

Anno 1234. Ex ms. ſancti Michaëlis in periculo maris.

ANno Domini MCCXXXIV. hoc inſtitutum eſt à LUDOVICO filio regis LUDOVICI. Sciendum eſt quod dominus rex Francorum pro ſalute animæ ſuæ, & animæ patris ſui, & omnium anteceſſorum ſuorum, quietavit omnibus chriſtianis qui debebant Judæis, quando ultimò capti fuerunt, & debita fuerunt irrotulata, tertiam partem totius debiti quod debebant Judæis: ita videlicet quod tertia pars redderetur illis qui totum perſolverunt; & illis qui adhuc debent tertia pars quietata erit, & de duabus partibus remanentibus habebunt terminum, videlicet de prima medietate uſque ad inſtans feſtum Omnium-ſanctorum, & de alia medietate uſque ad Purificationem proximè ſequentem. Præceptum eſt etiam diſtrictè omnibus baillivis, ne corpora chriſtianorum capiantur pro debito Judæorum, & quod Chriſtiani non cogantur pro hoc ad vendendum hereditates ſuas. Præceptum eſt autem quod Judæi nullum vadium accipiant, niſi per teſtimonium bonorum hominum, & fide dignorum; quia ſi aliqua vadia penes ipſos inventa fuerint, de quibus bonam garanticationem non habuerint, catallum ſuum amittent, & per jus tamquam Chriſtiani deducentur. Præceptum eſt etiam baillivis, quod ipſi nihil capere præſumant pro ſupradictis fideliter adimplendis, ſicut carum habent dominum regem, & ſicut diligunt corpora ſua, terras, & omnia mobilia ſua. Valete.

Aliud de Judæis ſtatutum edidit ſanctus Ludovicus anno 1230. vulgatum à Cheſnio Hiſt. Franc. tom. 5. aliud antea Philippus Auguſtus Spicilegii Dacheriani tom. 6. cujus ex noſtro mſ. hſc lectiones variantes accipe.

Edit. pag. 471.	mſ.
linea 4 In antea mutuo tradet	In anno mutuo tradat.
lin. 6. ſutor, carpentarius.	ſutor, pelliparius, carpentarius.
lin. 8. niſi propriis manibus.	niſi propriis manibus laborent.
ibid. curret.	currat.
lin. 9. lucrabitur:	lucretur.
pag. 472. lin. 1. capituli.	capitanei.
lin. 7. accipiet.	capiat.
lin. 13. aſſignamentum.	*deeſt*.
lin. 24. coram ſe.	ut veniant coram ſe.
lin. 36. aut culturæ.	nec culcitra.

W. ABBATIS S. PETRI Catalaunenſis ad THEOBALDUM regem Navarræ & comitem Campaniæ.

Abſolvit eum à debito compenſandi quæ acceperat à ſuo monaſterio ad Vitriacenſem S. Jacobi abbatiam fundandam.

Anno 1234. Ex cartario Campaniæ Bibliotheca regia.

ILluſtriſſimo domino ſuo THEOBALDO Dei gratiâ regi Navarræ, comiti Campaniæ & Briæ, comiti palatino W. eccleſiæ ſancti Petri Cathalaunenſis ad Montes Cathalaunenſes miniſter humilis, & ejuſdem loci conventûs ſui in omnibus, ſalutis tam æternæ, quàm temporalis gaudia feliciter promereri.

Veſtræ placuit regiæ majeſtati nobis ſcribere, quod nos vos exoneraremus de arbitrio

Digitized by Google

quod ſuper vos recepiſtis pro recompenſatione nobis facienda de damnis quæ incurrimus, & incurrere poſſumus occaſione monaſterii monialium à vobis nuper conſtituti. Nos igitur nolentes quod conſcientia veſtra ſuper hoc ſit in aliquo ſcrupuloſa, volentes in omnibus & ſuper omnia vobis parere in quibus poſſumus & debemus, de bona voluntate veſtra quàmplurimùm confidentes, onus dicti arbitrii vobis & monaſterio de Vitriaco liberaliter remittimus & benignè, veſtram ſublimitatem in Domino commendantes ſuper hoc, quod nobis preces ſine violentia porrigere dignum duxit, ut à ſe totum ſcrupulum conſcientiæ amoveret. Veſtræ igitur beneplacito voluntatis totum committimus, ut nobis & eccleſiæ noſtræ ſuper hoc provideat, prout viderit expedire. Nos autem non immemores beneficiorum quæ à vobis & anteceſſoribus veſtris recepimus, ſperantes etiam quod voluntas veſtra & ſucceſſorum veſtrorum non mutabitur, ſed potiùs in melius convertetur, vobis concedimus pro anima veſtra & animabus parentum & anteceſſorum veſtrorum miſſam quæ pro defunctis fidelibus cantatur in eccleſia noſtra ſingulis diebus in perpetuum celebrandam. Conſervet veſtram regiam majeſtatem Eccleſiæ Dei & populo ſibi ſubdito per longa tempora profuturam.

Datum anno Domini MCCXXXIV. menſe Martio.

NARRATIO
de illatis ARNALDO inquiſitori apud Albienſem civitatem injuriis.

Anno 1234. Ex ſchedis Colbertinis.

QUod vidimus & audivimus, fideli ſcribimus narratione. Accidit namque anno Domini MCCXXXIV. feriâ V. poſt feſtum Pentecoſtes, quod frater ARNAUDUS de ordine Prædicatorum, tunc temporis ſecundum mandatum domini papæ à priore provinciali ordinis ſui in epiſcopatum Albienſem miſſus, pro inquiſitionibus hæreticorum faciendis, ex officio ſibi injuncto proceſſit in hunc modum. Horâ tertiâ prædictæ diei, priuſquam ſynodus celebraretur, quæ tunc inſtabat, vocavit bajulum curiæ domini epiſcopi Albienſis, & præcepit ei ut faceret extumulari quamdam hæreticam, nomine Beiſſeira, uxorem quondam Broſtaioni hæretici, ſicut in vigilia Aſcenſionis Domini tranſacta ipſe in præſentia curiæ, ipſo ſcilicet bajulo audiente, & multis aliis, ſententiavimus contra eos. Sed cùm timerent prædictus bajulus & nuntii ſui accedere ad ſepulturam, & hoc mandatum dare executioni; idem accitis quibuſdam capellanis & aliis multis, perrexit ad eccleſiam ſancti Stephani, in cujus cœmeterio ſepulta erat hæretica illa, & accepto ligone, primos ictus fodit in terra, & poſteà præcepit quod nuntii epiſcopi facerent, & ipſe rediit ad eccleſiam, ut ſynodo intereſſet. Et ſtatim eccleſiæ nuntii prædicti venerunt nuntiantes ipſi ſe fuiſſe expulſos turpiter de ſepultura mandato Pontii Bernardi; & tunc ipſe ivit cum quibuſdam capellanis & aliis multis, & cum domino Bernardo capellano domini epiſcopi. Et cùm veniſſent ad locum, ecce filii Belial, vaſa iniquitatis bellantia, ſicut docti fuerant à patre ſuo diabolo, minis & contumeliis multis eos affecerunt. Inſeruntur autem hîc eorum nomina, quæ non ambigimus de libro vitæ eſſe deleta: G. de Podio filius Pontii Bernardi, A. *Donadele* & Hugo frater ejus, *Curvalla*, G. *Montinha*, Michaël *Brocaion*, Ademarius Broſſa filius, R. Hugonis, Maurinus *Amat*, & Maurinus Guinhoni, Pontius Caucii ſenex de Caſtro-veteri, Iſarnus Jacobi, B. Fumetibonis, Yſarnus *Bria*, & frater ejus, G. *Botz*, G. Rogerii, Johannes *Gaugi* de Fenaſſa, Arnaudus Fenaſſa, Bernardus Fenaſſa, Aimericus Guinhoni, Bona-terra, Ademarius Frometi, *Seſtairol*, Petrus de *Miach Vlauſach*, Petrus *Bech*, Johannes de *Foiſſech*, Johannes de Porta, Aimericus *Gen den veſſelle*. Hi prædicti & alii plures, cùm ad eos uſque adpropinquaſſent, primo G. *del Piteg* manus violentas in eum injecit, & dixit: *Exeat proditor de civitate*; At illi qui ſequebantur eum, videntes quid acciderat, & ipſi manus ſuas in perſonam prædicti fratris temerè injecerunt; & tunc traxerunt ipſum quidam, percutientes eum cum pugnis in pectore, quidam alapas dederunt in faciem, alii trahebant illum per caputium, alii ſcindebant cappam, ſicut prædictis diebus apparuit. Proh dolor! ſi vidiſſetis quomodo quidam ante, quidam retrò percutiebant. Alii verò volebant eum mittere in operatoriis, ut eum jugularent. Ipſe verò videns quod futurum erat, expanſis manibus in cœlum, clamavit altâ voce: *Benedictus ſit Dominus noſter* JESUS-CHRISTUS: &, *Gratias tibi ago, Domine*, JESU-CHRISTE. Dixit autem illis qui eum percutiebant, & trahebant ad mortem: *Dominus vobis parcat*; magnaque multitudo populi ſequebatur eos, clamans, & dicens: *Tolle, tolle de terra hujuſmodi, quia non eſt fas eum vivere.* Cùmque ſic clamantes, percutientes, & trahentes ipſum, tranſiſſent primum vicum, pervenientes ad ſecundum qui vergebat ad fluvium, qui dicitur Tarnus; & cùm aliquantulum proceſſiſſent, ſupervenerunt quidam, qui eum de manibus eorum eripuerunt, cùmque ſe vidiſſet ſolutum, & deſiiſſent à verberatione, rediit ad locum ſepulturæ, & inde tranſiens, pervenit uſque ad eccleſiam ſanctæ Ceciliæ. Iſarnus verò capellanus de Denaco, cùm vidiſſet eum ſic trahi ad mortem, ſecutus eſt eum, ut videret finem, ac illi tenuerunt ipſum, & ſicut fratrem prædictum verberibus & contumeliis affecerunt, & veſtimenta ejus ſcinderunt. O quanta ſubſannatio infidelium! Cùm tranſirent per vicos redeuntes ad eccleſiam S. Ceciliæ, quidam clamabant: *Moriantur proditores*; alii dicebant: *Quare non ſcinditur caput illius proditoris, & mittatur in ſaccum, ut projiciatur in Tarnum?* Plures quàm ducenti vel trecenti, qui ibi aderant, omnes in hanc ſententiam concordabant, & nedum dicatur de illis

Digitized by Google

pro certo aſſerebat, quod tota civitas eiſdem vocibus acclamabat. Itaque cùm ad eccleſiam cathedralem veniſſet, dictus frater A. præſente epiſcopo & populo & clero, villam protinus excommunicavi. Tunc quidam eorum pœnitentia ducti, pro ſe & pro populo ſatisfacere promiſerunt, & hoc juraverunt in manus epiſcopi, quod ſuper hoc facto omnino ſtarent cognitioni ejuſdem, & rogaverunt prædictum fratrem, quod dimitteret eis hanc injuriam: & ipſe reſpondit quod injuriam perſonæ ſuæ libentiſſimè dimittebat, quantum poterat & quantum debebat: injuriam autem univerſalis eccleſiæ & domini papæ nec poterat, nec dimittebat: & ſic ad inſtantiam domini epiſcopi & omnium qui aderant, ſententiam quam tulerat relaxavit. Hujus rei teſtes ſunt B. Capellanus epiſcopi, Petrus Gutraudi ſacerdos & notarius civitatis Albiæ, Robertus capellanus de *Freraylolas*, Deodatus capellanus de *Taraburz*, Bernardus præcentor de Caſtris, Petrus Salomonis capellanus de Boiſſazo, Guillelmus capellanus de Monte-primerio, Raimundus de Sancto Africano capellanus, Petrus de Fraxino rector eccleſiæ de *Senegas*, magiſter Petrus de *Viliers*, Henricus clericus & Gallicus *Cadere* clericus, Bernardus Megerii, Petrus *Belfort*, & Iſarnus capellanus de Denato qui ſocius fuit in tribulatione.

LITTERÆ DE PRIMO dotalitio aſſignato dominæ reginæ Margaritæ.

Anno 1234. *Ex ms. cl. viri Petri Menard urbis Turonis præfecti.*

LUDOVICUS Dei gratia Francorum rex univerſis ad quos litteræ præſentes pervenerint ſalutem. Notum facimus quod nos MARGARITÆ filiæ nobilis viri R. comitis Provinciæ dedimus & conceſſimus in dotalitium quando eam duximus in uxorem civitatem Cenomaniæ cum pertinentiis ſuis, ſicut regina BERENGARIA eam tenebat, quando migravit à ſæculo. Prætérea dedimus & conceſſimus eidem MARGARITÆ ſimiliter in dotalitium caſtellum Mauritaniæ & Mannas ſicut comitiſſa Pertici ea tenebat quando deceſſit, ſalvis feodis & eleemoſynis in locis prædictis. Quod ut ratum &c. Actum Senonis anno Domini MCCXXXIV. ſexto Calendas Junii.

LITTERÆ JACOBI SUESSIONENSIS Ph. Catalaunenſis, G. Cameracenſis, W. Tornacenſis, & A. Silvanectenſis epiſcoporum.

De tranſlatione corporis ſancti Theoderici & indulgentiis ipſum viſitantibus conceſſis.

Anno 1234. *Ex archivis ſancti Theoderici.*

JACOBUS Sueſſionenſis, PH. Catalaunenſis, G. Cameracenſis, W. Tornacenſis, & A. Silvanectenſis Dei gratia epiſcopi, dilectis filiis decanis, preſbyteris & aliis eccleſiaſticis perſonis in Remenſi provincia conſtitutis ſalutem & ſinceram in Domino caritatem.

Si cum Sanctis appetimus gloriari in cœlis, gloriam & honorem ipſorum, quantum in nobis eſt, ampliare debemus in terris, ut eorum nos faciat interceſſio glorioſos. Cum igitur ſacrum corpus beati THEODERICI abbatis cujus apud homines merita multis ſæpe virtutibus declarantur, de venerabilis patris noſtri HENRICI Dei gratia Remenſis archiepiſcopi autoritate & conſenſu per manus noſtras, multis quoque tam abbatibus quàm eccleſiaſticis perſonis & aliis bonis viris præſentibus, de veteri capſa, in qua fuerat diu reconditum in ſplendidiorem & novam abbatis & fratrum ei ſervientium induſtria fabricatam honorificè fuerit tranſlatum. Nos verò ad ipſum amplius honorandum devotionem fidelium excitare volentes, de miſericordia Dei noſtri, & tam Virginis glorioſæ beatæ Mariæ, quam præfati ſancti, omniumque ſanctorum meritis confidentes, omnibus qui ad diem feſtivum tranſlationis prædictæ videlicet die Dominica poſt feſtum beati Lucæ evangeliſtæ viſitaverint ſanctum corpus, XL. dies de injunctis ſibi pœnitentiis relaxamus, & perpetuò concedimus relaxandas.

Datum anno Domini MCCXXXIV. menſe Novembri.

CARTA BARTHOLOMÆI epiſcopi Quinq. ſepulturam ſuam apud Cluniacum eligentis.

Anno 1234. *Ex cartario Cluniacenſi.*

UNiverſis præſentes litteras inſpecturis BARTHOLOMÆUS miſeratione divina Quinquanſis epiſcopus ſalutem in vero ſalutari.

Univerſitati veſtræ notum facimus, quòd ob devotionem & dilectionem quam habemus erga ſanctos patres & dominos abbatem & conventum Cluniacenſem, volumus & ipſis concedimus, ut anima divinitus vocata de corpore egreſſa, ipſum corpus noſtrum in eodem ſacratiſſimo Cluniacenſi monaſterio, in quo etiam genitoris noſtri corpus quieſcit, ſepulturæ tradatur, & ibidem incommutabiliter noſtræ ultimæ voluntatis ultimam elegimus ſepulturam. In cujus rei teſtimonium præſentibus litteris ſigillum noſtrum duximus apponendum. Actum anno Domini MCCXXXIV.

TESTAMENTUM PHILIPPI comitis Bolonienſis.

Circa annum 1235. *Ex ms. Frigidi-montis.*

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis ego PH. comes Bolonienſis de conſilio bonorum virorum condo teſtamentum meum ſub hac forma. In primis, volo & præcipio, quòd executores mei accipiant in nemoribus meis quæ ſunt in terra mea Clarimontis & Domni-Martini & Bolonoſii uſque ad ſummam XX. millium librarum Pariſienſium, & vendantur per ſucceſſores meos tali modo, quòd non uxor mea nec heredes mei poſſint aliquid vendere in prædictis nemoribus donec dicti executores

Digitized by Google

perceperint integrè in ventis factis de dictis nemoribus ſummam ſupradictam.

Item, volo & præcipio quòd primò omnia debita mea per manus executorum creditoribus integraliter perſolvantur.

Item, volo & præcipio, quòd VIII. millia librarum Pariſienſium reddantur illis, de quibus executores mei poterunt ſcire vel inquirere, quod extorſerim aliquid injuſtè.

Item, volo & præcipio, quòd duo millia librarum Pariſienſium diſtribuantur ſervientibus meis.

Item, quòd ſinguli recipiant, prout executoribus videbitur, quod debeant remunerari.

Item, volo & præcipio, quòd mille libras Pariſienſes dentur abbatiæ S. Dionyſii, de quibus emantur reditus ad uſus IV. capellanorum, qui continuè celebrabunt & facient officium defunctorum pro anima mea & animabus omnium fidelium defunctorum, & inſuper ad anniverſarium meum ſingulis annis faciendum.

Item, volo & præcipio D. libras dari Templariis & D. libras Hoſpitalariis, de quibus teneant milites in Terra-ſancta ad ſervitium Dei & exaltativum fidei JESU-CHRISTI.

Item, volo & præcipio, IV. millia librarum dari pauperibus & leproſis, & aliis locis religioſis in terris meis, & diſtribuantur ſingulis ſecundum arbitrium executorum.

Item, volo & præcipio CCCC. libras dari monialibus ſancti Corintini ad emendum reditus ad ſuſtentationem monialium, & ad anniverſarium meum ibidem faciendum ſingulis annis.

Item, volo & præcipio DC. libras dari & diſtribui Pariſius hoſpitalibus pauperum, & abbatiis, & aliis locis religioſis, ſicut executoribus videbitur expedire.

Item, volo & præcipio, ut duo millia librarum deferantur ad auxilium Terræ-ſanctæ per ROBERTUM comitem Drocenſem cruce-ſignatum, ſi contigerit ipſum in Terram-ſanctam transfretare. Si autem contingeret ipſum non transfretare, diſtribuantur per executores pro ſalute animæ meæ talibus qui valeant & ſciant & velint illa expendere in ſubſidium Terræ-ſanctæ.

Item, volo & præcipio CCC. libras his ſex militibus meis, qui mihi ſervierunt, dari pro ſalute animæ meæ, ſcilicet Symoni de Moncegniaco, Johanni *Bello*, Galtero *Hanart*, Guidoni *Chevrel*, Henrico de *Poiſſi*, Petro *de Faverolles*: ita quod quilibet eorum accipiat L. libras.

Item, volo & præcipio dari L. libras Symoni *de Toiri* militi meo.

Item, volo & præcipio CC. libras & L. libras primùm reſtitui hominibus de *Fimes*, quas nobis dederunt pro taxatione quando fuimus in guerra in terra illa.

Item, volo & præcipio, quòd omnia vaſa auri & argenti quæ habeo in domo mea vel alibi vendantur, & emantur calices qui diſtribuantur pauperibus eccleſiis in terra mea A ſecundùm voluntatem executorum meorum.

Item, volo & præcipio, quod ſi detineo aliquos feodos, vel aliquas terras, vel quæcumque tenementa propter ſtagia facienda, vel aliàm cauſam injuſtè, quod illis, quorum ſunt reſtituantur, vel ab eis emantur, vel excambientur, niſi alia vice ſuper hoc fuerit ſatisfactum.

Item, ſi per malum conſilium impoſui in terris meis aliquas malas conſuetudines vel mala B ſtabilimenta, volo & præcipio, quod per executores meos ſine aliqua contradictione penitus revocentur.

Item, volo & præcipio, quòd cariſſima uxor mea M. comitiſſa Bolonienſis habeat medietatem totius debiti quod mihi debet regina Cypri, ſi poterit haberi ab eadem.

Item, volo & præcipio, quòd omnia mea mobilia, & omnia quæ mihi debentur, quæ poterunt haberi, & quidquid reſiduum fuerit de prædicta ſumma XX. millium librarum C Pariſienſium ſupradictarum diſtribuantur ab executoribus meis pro ſalute animæ meæ, ſicut melius viderint expedire.

Item, volo & præcipio, quod communia quam feci apud Clarummontem in irritum revocetur in perpetuum, ſalvis rationabilibus expenſis & miſſis quas burgenſes propter hoc fecerunt.

Item, volo & præcipio, quòd Juſtitia multri, quam pater meus & ego poſt eum tenuimus in comitatu Clarimontis reddatur militibus & hominibus aliis, qui jus habere debent in eadem, D ſi executores mei potuerint inquirere, quod illam habuerint tempore CATHARINÆ comitiſſæ, & tempore defuncti THEOBALDI filii ejus.

Item, volo & præcipio, quòd omnia mobilia & debita Judæorum accipiantur, & per manus executorum meorum diſtribuantur illis quibus videbitur executoribus meis quod debeant diſtribui: & firmiter præcipio, quòd de cetero nullus Judæus in terris meis remaneat, niſi de proprio labore vivere voluerit, & ab E uſuris abſtinere.

Item, volo & præcipio, quòd ſi executores mei potuerint inquirere quod comitiſſa Augi habeat jus in haia de *Pailli* eidem ſine calumnia dimittatur.

Item, volo & præcipio, quòd ſi executores mei potuerint inquirere quod dominus GUILLELMUS CRISPINUS habeat jus in piſcaria aquæ de *Neauflo*, ipſi ſimiliter in pace dimittatur.

Hujus autem teſtamenti mei executores con- F ſtituo dilectos & fideles meos Symonem *de Levies*, Guillelmum de Alneto milites, & magiſtrum Richerium clericum meum; & frater Henricus prior ſancti Jacobi Pariſienſis conſilium & auxilium adhibebit quando fuerit requiſitus.

Inſuper ego rogo quantum poſſum dilectum & fidelem meum AMAURICUM comitem Montisfortis & dilectum meum fratrem Johannem de Miliaco, quatinus, intuitu pietatis

Digitized by Google

tis & precum mearum interventu, cum prædictis executoribus onus ſubeat executionis. Volo autem quod prædicti executores mei ad expenſas meas onera & negotia hujus teſtamenti exequantur & procurent.

DOTALITIUM BLANCHÆ
comitiſſæ Britanniæ.

Anno 1235. Ex cartario Campaniæ Bibliothecæ regiæ.

EGo P. dux Britanniæ, comes Richemontis, & ego JOHANNES filius ejus, notum facimus univerſis præſentes litteras inſpecturis, quod cùm JOHANNES filius meus duceret in uxorem BLANCHAM filiam nobilis viri THEOBALDI Dei gratia regis Navarræ, Campaniæ & Briæ comitis palatini; dictus JOHANNES filius meus dotavit eam de tertia parte terræ ſuæ Britanniæ, & de medietate terræ quam teneo in regno Franciæ, & in comitatu Campaniæ poſt deceſſum meum, & de caſtro de Fara, ſito infra partum* de Fara. De hiis conventionibus tenendis requiremus bonâ fide cariſſimam noſtram comitiſſam Drocarum, quod litteras ſuas patentes tradat domino regi Navarræ, de eo quod pertinet ad feodum ſuum de rebus prædictis: Et ſi ipſa nollet facere hoc pro nobis, faceremus pro poſſe noſtro, quod JOHANNES filius ejus ſuper hoc litteras ſuas patentes daret regi prædicto, quando venerit ad ætatem. Hæc autem omnia ſupradicta juravimus fideliter adimplere; & quia ego JOHANNES ſigillum non habebam, rogavi patrem meum, ut pro ſe & pro me præſentes litteras roboraret.

* *f.* parcum.

Actum apud Caſtrum-Theoderici, anno Domini MCCXXXV. die Mercurii poſt feſtum beati Laurentii.

GUILLELMI ABBATIS CISTERCII
ad THEOBALDUM regem Navarræ & Campaniæ comitem.

Concedit ipſi anniverſarium, atque fundationem abbatiæ ſancti Jacobi de Vitriaco acceptat.

Anno 1235. Ex cartario Campaniæ Bibliothecæ regiæ.

ILluſtri viro THEOBALDO Dei gratiâ regi Navarræ, Campaniæ & Briæ comiti palatino, frater G. dictus abbas Ciſtercii ſalutem & orationes devotas cum ſalute.

Noverit veſtra ſublimitas, quod nos pro anniverſario veſtro faciendo exaudivimus preces veſtras, aſſociando anniverſario bonæ memoriæ matris veſtræ, cùm obitus veſter noſtro fuerit generali capitulo nuntiatus. De incorporatione autem domûs juxta Vitriacum ordini noſtro exaudivimus preces veſtras, volentes ut ſit filia Clarevallis. Mittemus autem Triumfontium & de Cheminum abbates, ad videndum locus an ſit idoneus ad conſtruendam abbatiam, & ſi ea habere poterit quæ ſunt neceſſaria abbatiæ. Et ſicut veſtri memoriam habuimus & habemus, noſtri memoriam habeatis. Valeat ſublimitas veſtra ſemper in CHRISTO.

Datum anno gratiæ MCCXXXV. tempore capituli generalis.

SENTENTIA EXCOMMUNICATIONIS
lata in capitularios Tholoſæ inquiſitionem recipere recuſantes.

Anno 1235. Ex Archivis fratrum Prædicatorum Tholoſan.

UNiverſis CHRISTI fidelibus præſentes litteras inſpecturis, frater GUILLELMUS ARNALDI ordinis Prædicatorum ſalutem in Domino JESU-CHRISTO.

Caritati veſtræ volo fieri manifeſtum, quod venerabilis in CHRISTO pater R. prior Prædicatorum in Provincia, auctoritate litterarum domini papæ, conſtituit me judicem ad faciendum inquiſitionem contra hæreticos in Tholoſana civitate, necnon & in tota diœceſi Tholoſana. Cùmque vellem procedere in inquiſitione prædicta, juxta formam litterarum domini papæ, capitularii Tholoſæ prohibuerunt ne facerem inquiſitionem prædictam: expellentes capellanos eccleſiarum parochialium Tholoſæ, per quos citaveram quoſdam de hæreſi publicè diffamatos, ut coram me de fide ſua reſponderent: qui etiam me poſtmodum per violentiam de civitate prædicta in contemtum Eccleſiæ Romanæ, & ob conſervandam hæreſim, & in deſtructionem catholicæ fidei, publicè ejecerunt. Inſuper etiam ad complendam ſuam malitiam, priorem & conventum Fratrum Prædicatorum in Tholoſa degentium, qui clero & populo verbum Domini prædicabant, turpiter & cum ignominia ejecerunt. Prætereà prohibuerunt citatis & aliis publicè in ſuo capitulo, ſub pœna ſuarum rerum & corporum, quod nullus coram me, occaſione inquiſitionis faciendæ aliquatenus compareret. Verum cùm prædictos capitularios frequenter per me, & per alios legitimè, auctoritate papæ & mea monuiſſem, ut à ſua malitia reſilirent, & me permitterent in pace facere inquiſitionem in Tholoſa: noluerunt à ſua nequitia ut rebelles ac contradictione nefaria aliquatenus reſilire: immò de die in diem in contemtum Eccleſiæ ſuam malitiam augmentarunt. Unde ego habito diligenti conſilio & tractatu, aſſidentibus mihi venerabilibus patribus, R. Tholoſæ & C. Carcaſſonæ epiſcopis, prædicto R. priore provinciali, R. archidiacono Leratenſi diœceſis Tholoſanæ, & multis aliis bonis viris, dictos capitularios, quorum nomina ſunt hæc: B. de *Miramon*, R. *Barrau*, Grin *Roais*, W. de *Sent-Barſſet*, Pons & de Suilcurvus, B. *Senier*, R. *Rogier*, R. *Borrel*, *Mauran* juvenis, Aldric *Mauran*, tamquam fautores hæreticorum, excommunicationis vinculo innodavi, & eoſdem in Tholoſana civitate, & aliis locis circumadjacentibus, feci tamquam fautores hæreticorum in eccleſiis publicè nuntiari. Et nos R. Tholoſæ & C. Carcaſſonæ divinâ permiſſione epiſcopi, omnia ſupradicta recognoſcentes eſſe vera, aſſerimus nos prædictæ ſententiæ interfuiſſe, & conſilium præbuiſſe. In cujus rei teſtimonium præſentes litteras ſigillorum noſtro-

Digitized by Google

rum munimine duximus roborandas. Et ego frater GUILLELMUS ARNALDI ſigillum noſtrum appoſui. A

Lata fuit hæc ſententia an. Dom. MCCXXXV. IV. idus Novembris.

LITTERÆ RODEFRIDI abbatis Altivillaris,

De permutatione facta cum Theobaldo. Campaniæ comite.

Anno 1235. *Ex mſ. Altivillarenſi.*

EGo RODEFRIDUS Dei permiſſione abbas de Altovillari, omnibus ad quos litteræ præſentes pervenerint in Domino ſalutem.

Noverint univerſi, quod cùm illuſtris rex Navarræ THEOBALDUS Campaniæ & Briæ comes palatinus nobis conſtituerit & aſſeruerit viginti-quinque libras fortium annuatim percipiendas in hala ſua de Sparnaco in eſcambium domûs noſtræ de Mazo, quam eidem conceſſimus ad fundandam religioſam (a) domum ibidem: ſtatuimus ut dicta pecunia per nuntium conventus noſtri recipiatur annuatim, & penes eumdem conventum in cuſtodia reponatur, donec locum aptum providerimus, in quo ad uſum noſtri monaſterii, domum æquè, vel magis idoneam conſtruere valeamus, & tunc per communem providentiam, tam noſtri, quàm conventûs prædicti prædicta pecunia in conſtructione dicti operis expendetur.

Datum anno gratiæ MCCXXXV.

GREGORII PAPÆ IX. ad THEOBALDUM Navarræ regem.

Ut revocet ſtatuta facta contra libertatem Eccleſiæ.

Anno 1236. *Ex cartario Campaniæ Bibliotheca regia.*

GRegorius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in CHRISTO filio illuſtri regi Navarræ & comiti Campaniæ ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Rex qui regni regit æterni dominium, qui erexit Eccleſiam ſuper catholicæ fidei fundamentum, reges terrarum ad ipſius Eccleſiæ obſequium ſuis monitis excitans, & orbis principes multis ad ejus devotionem exemplis invitans, illam præcipit à mortalibus honorari, pro qua ipſe immortalis formam ſervi accipiens, crucis patibulum & mortis non expavit ſubire tormentum; exaltans illum qui miniſtris ipſius præſtat obſequium, & regnum ei ſuâ miſeratione perpetuans, qui ad tempus ſponſæ ſuæ votis favorabiliter obſecundat. Porrò, fili cariſſime, in progenitoribus cariſſimi in CHRISTO filii noſtri Franciæ regis illuſtris, & præſertim inclytæ recordationis CAROLO-MAGNO colligere poteris evidenter, diligenter attendens qualiter idem CAROLUS Romano pontifici vicario JESU-CHRISTI, & ſucceſſori beati PETRI, cui Dominus terreni ſimul & cœleſtis imperii jura commiſit, obediens pro defenſione Eccleſiæ, ſe laboribus & anguſtiis multis expoſuit, quantum exinde honoris, laudis & gloriæ reportavit. Sed forſan ad tuam notitiam non pervenit quod idem contrà perſecutores ipſius Eccleſiæ regium pluries congregans exercitum bellatorum, de ipſis magnificè triumphavit; & imperatore Conſtantinopolitano eccleſiaſticam negligente defendere libertatem, Eccleſia gladii ſpiritualis & materialis optinens à Domino poteſtatem, ut alterum ipſa exerceat, & ut alterum indicet, imperium eidem CAROLO, qui non ſolùm violatores libertatis eccleſiaſticæ, ſed & rerum eccleſiaſticarum ſuâ virtute compeſcuit turbatores, contulit, & ipſum alias immenſis gloriæ titulis inſignivit, in perſonam ejus continuans gratiam, quam retroactis temporibus ZACHARIAS papa PIPINO patri ſuo fecerat, quem ad regni Francorum ſolium exaltarat. Propter quod ipſe CAROLUS Eccleſiam à qua omnem honorem ſuſceperat, cupiens honorare, perpetuâ lege decrevit, ut omnes ipſius juridictioni ſubjecti, ſtatutum à THEODOSIO imperatore pro Eccleſiæ libertate editum inviolabiliter obſervarent: videlicet ut quicumque litem habens, ſive petitor fuerit, vel initio litis, vel decurſis temporum curriculis, ſive cùm negotium peroratur, ſive cùm jam cœperit promi ſententia, ſi judicium elegerit ſacro-ſanctæ ſedis antiſtis, illico ſine aliqua dubitatione, etiamſi pars altera refragatur, ad epiſcoporum judicium cum ſermone litigantium dirigatur, & omnes cauſæ quæ prætorio, & etiam civili jure tractantur, epiſcoporum terminatæ ſententiis perpetuæ robur obtineant firmitatis, & negotium quod judicio ipſorum deciditur, nequaquam ulterius ab aliquo retractetur. Ex quo manifeſtâ potes ratione perpendere, quantum iniquum videatur & abſonum, ſi honor Eccleſiæ, quæ tam grandis libertatis privilegio donata cognoſcitur, in illis immunitatibus, quæ multò prædictis noſcuntur eſſe minores, tuo tempore decurtetur. Ceterum non ſolum reliqui ejuſdem regis prædeceſſores, ſed & progenitores tui exaltationem eccleſiarum propriam exemplo ſimili reputantes, ſe chriſtianæ fidei, ſe matris conſtituerunt Eccleſiæ defenſores; & ſtudioſius attendentes, quod Deo, qui eos multæ potentiæ gloria ſublimarat, nihil rependere poterant ſimile; ut tamen oſtenderent ingratitudinis vitio ſe carere, eccleſias multis dotarunt facultatibus immenſis, donaverunt libertatibus, vel etiam potius à qua ipſi omnem poteſtatem acceperant, in libertate debita ſervaverunt, reputantes indignum, ut locus ubi divinum nomen excolitur, ubi CHRISTUS in altaris hoſtia in noſtrorum redemtionem criminum immolatur, alicujus ſubjiciatur oneribus, cum ſit ſupra intellectum hominis honorandus. Si ergo propriæ ſervat propago vitis originem, ſi ſuccus idem ramos vivificat & radicem, vix

(a) Virginum ſcilicet ordinis Ciſtercienſis in diœceſi Sueſſionenſi, Argenſolium dictam, & anno 1224. fundatam.

Digitized by Google

creditur, ut eiſdem progenitoribus tuis, quibus A pariſicaris honore dominii, patiaris te contrarium moribus, & inferiorem virtutum actibus inveniri. Quin immò ſperamus quod gratia bonitatis quæ eiſdem progenitoribus tuis quaſi erat innata, ad tuam derivata perſonam, te nihil permittat efficere quod libertati & honori Romanæ Eccleſiæ & membrorum ejus poſſit in aliquo derogare; cum ſapor fontium conceſſus origini fluentibus in ipſo rivulis non valeat abnegari. Sed ecce audivimus & dolemus, quod cariſſimus in CHRISTO filius noſter Franciæ B rex illuſtris, tu, & alii barones malorum uſi conſilio Eccleſiam, quæ vos ex utero ſanctificationis regeneravit in filios, ac pro ſalute veſtra immaculatum Agnum offert jugiter Deo Patri, in ſervitutem cupientes redigere, ut jam non liberæ velitis vocari filii, ſed ancillæ; immò ſponſam Regis æterni, qui eos ſuo ſanguine à ſervitute perpetua liberavit, conantes miſerabiliter ancillare, communi ſtatuto, vel potiùs deſtitutione contra libertatem ipſius, ſicut dicitur, firmaviſtis, ut homines veſtri viris ec- C cleſiaſticis, vel eccleſiarum hominibus in foro non teneantur eccleſiaſtico reſpondere: quin immò ſi judex eccleſiaſticus in eos ob contumaciam excommunicationis ſententiam tulerit, hujuſmodi ſententiam rerum occupatione ſuarum, vel eorum ad quorum inſtantiam excommunicati fuerant, in contemtum clavium Eccleſiæ, adverſus quas non poſſunt portæ inferi prævalere, relaxare cogatur: & quod deteriùs eſt, archiepiſcopos, epiſcopos, & alias perſonas eccleſiaſticas, & eorum homines ſuper D quibuſcumque cauſis civilibus, ordinem juris ſcripti & antiquæ conſuetudinis pervertentes, veſtro parere judicio coartatis; licèt ab antiquis temporibus eâ libertate uſque ad hæc tempora in regno Franciæ obſervata, uſa fuerit Eccleſia Gallicana, ut laïci perſonis eccleſiaſticis & eccleſiarum hominibus in judicio eccleſiaſtico reſponderent. Sed ecce convenit, immò ad tui honoris incrementum accedet, quod frequenter infra pectoris tui arcana revolvens, quod non ſolum prædeceſſores tui, quibus ex E honore impenſo Eccleſiæ multiplicis laudis titulus & honoris accrevit, totis eam ſtuduerunt viribus honorare; ſed & multis retroactis temporibus Valentianus imperator ſuffraganeis Mediolanenſis dixit eccleſiæ: Talem in pontificali conſtituite ſede, cui & nos qui gubernamus imperium ſincerè noſtra ſummitamus capita, & ad ejus monita, dum tamquam homines delinquimus, neceſſario veluti ad curantis medicamina recurramus, aures tuas illis ſi qui te ad afflictionem eccleſiarum pravis ſe- F ductionibus nitantur inducere, minimè præbeas, & ea tibi ſuggerentibus quibus animæ detrimentum incurris auditum penitus interdicas. Hinc eſt quod excellentiam regiam rogandam duximus & monendam, quatenus cum ſignaculum crucis profecturus in ſubſidium Terræ-ſanctæ ſuſceperis, & perſonam tuam pro Dei & Eccleſiæ ſervitio multis laboribus & periculis deputaveris, ac ob id te oporteat ſumma providere cautela, ne quid à tua ſerenitate contingat fieri, propter quod vas tanti poſſit meriti vacuari, ob divinæ reverentiam majeſtatis & apoſtolicæ ſedis honorem, ſtatutum prædictum & alia eccleſiaſticæ contraria libertati, quantum in te eſt revocans, & procurans ab eiſdem rege & baronibus revocari, ac Eccleſiam Gallicanam in priſtino ſtatu & honore conſervans, eam non moleſtes, nec patiaris ab aliis moleſtari: quin immò viros eccleſiaſticos indulta tibi cœlitus poteſtate protegens, & defendens, rebelles eccleſiæ ad ipſius mandatum & unitatem redire compellas: ita quod ex hoc Deum aliquatenus non offendas. Ceterum cum olim felicis recordationis HONORIUS papa prædeceſſor noſter in omnes aliqua ſtatuta contra eccleſiæ libertatem edentes, niſi infra duos menſes ſtatuta ipſa revocent, excommunicationis ſententiam tulerit, & ſuper hoc canonem latæ ſententiæ promulgarit, nos ipſius tenorem tibi ne id tuam ſerenitatem lateat duximus tranſmittendum. Qui talis eſt.

Noveritis quod nos nuper in baſilica principis apoſtolorum, præſente cariſſimo in Chriſto filio noſtro F. illuſtri Romanorum imperatore & ſemper auguſto, in celebratione miſſarum, poſtquam capiti ſuo impoſuimus imperii diadema, de conſilio fratrum noſtrorum, accenſis candelis, excommunicavimus ex parte Dei omnipotentis, auctoritate beatorum apoſtolorum Petri & Pauli & noſtrâ, omnes hæreticos utriuſque ſexus, quocumque nomine cenſeantur, & fautores, receptatores & defenſores eorum, necnon & qui de cetero ſervari fecerint ſtatuta, edita, conſuetudines vel potius abuſiones introductas contra eccleſiæ libertatem, niſi ea capitularibus ſuis infra duos menſes poſt hujuſmodi ſententiæ publicationem, fecerint amoveri. Item excommunicamus ſtatuarios & ſcriptores ſtatutorum; necnon poteſtates, conſules, rectores, conſiliarios locorum, ubi de cetero hujuſmodi ſtatuta vel conſuetudines edita fuerint vel ſervata, necnon & illos qui ſecundum ea præſumſerint judicare, vel publicam formam ſcribere judicata.

Datum Viterbii XII. Calendas Martii pontificatus noſtri anno IX.

EPISTOLA DURANDI Albienſis epiſcopi ad epiſcopum Biterrenſem.

Rogat ut Caſtrenſes monachos à ſe excommunicatos publice tales denuntiari faciat.

Venerabili in Chriſto patri ... Dei gratia Biterris epiſcopo, D. eadem gratia Albienſis epiſcopus ſalutem & in Domino caritatem. *Anno 123[illegible]. Ex archivis eccleſiæ Albienſis.*

Cum venerabilis pater WALTERIUS Dei gratia Tornacenſis epiſcopus, quondam apoſtolicæ ſedis legatus, canonicis beati Vincentii de Caſtris poſſeſſionem eccleſiæ beati Vincentii, & etiam omnia alia quæ prædicti canonici tenebant, vel poſſidebant ante ſpoliationem adjudicaverit & nihilominus eiſdem reſtituerit prout in ſententia ſive ordinatione ejuſ-

Digitized by Google

dem legati plenius continetur, & nos ſuper hæc executores fecerit, ſicut nobis datum fuit in aliis ejuſdem legati litteris in mandatis: nos auctoritate ſua fungentes dictos canonicos in poſſeſſionem rerum prædictarum poſuimus corporalem, contradictores & rebelles auctoritate prædicta ſuffulti excommunicantes. Verùm abbas & monachi Caſtrenſes ſalutis ſuæ immemores, contra ſententiam venire à nobis taliter latam, temerè præſumſerunt. Nam & quædam quæ per nos reſtituta erant canonicis occuparunt, & ſic ita excommunicati celebrare divina poſt modum non ceſſarunt, & iterum de novo, inſtigante diabolo, accumulantes delicta delictis, quod omne nefas videtur excedere, prædicti abbas & monachi, & quidam alii eorum complices eccleſiam beati Vincentii, & eccleſiam beatæ Mariæ de Platea, & eccleſiam ſancti Johannis de Bordellis invaſerunt, & violenter occupaverunt, multa enormia tunc in prædictis eccleſiis, & quotidie committentes. Quare ſæpedictos abbatem & monachos, & eorum complices, quos in hoc caſu comperimus eiſdem favorem, conſilium & auxilium præſtitiſſe, auctoritate præmiſſa excommunicatos denuntiavimus, per totam diæceſim Albienſem: & quia excommunicatorum nomina vicinis epiſcopis ſunt intimanda, ut per ſingulas dioceſes ab omnibus debeant evitari, benignitatem veſtram, de qua fiduciam gerimus pleniorem, attentius exoramus, auctoritate legati qua fungimur; nos inſuper inquirentes, quatenus ſupradictos abbatem & monachos, & complices eorum, per veſtram diœceſim in ſingulis parrochiis diebus Dominicis & feſtivis, accenſis candelis & pulſatis campanis, excommunicatos faciatis publicè nuntiari, in hoc facto, taliter vos habentes, ut vos poſſimus merito commendare, & vobis teneamur in conſimilibus obedire. Datum apud Caſtras quinto Calendas Junii anno Domini milleſimo ducenteſimo trigeſimo ſexto. Nos verò magiſter Willelmus archipreſbyter de Granvilleto vicarius domini epiſcopi Albienſis prædictis litteris ex originali tranſcriptis diligenter inſpectis, & de verbo ad verbum perlectis ſigillum curiæ duximus apponendum.

Datum apud Albiam anno Domini MCC. XXXIII. die Jovis ante vincula S. Petri.

FUNDATIO PRIORATUS DE PASSEIS ſeu Vallis-Sanctorum.

Anno 1235. Ex archivis S. Manſueti Tullenſis.

R. Dei gratia Tullenſis epiſcopus omnibus præſentes litteras inſpecturis veritati teſtimonium perhibere.

Univerſitati veſtræ notum eſſe volumus, quod FRIDERICUS miles de Valli-colore contulit laude & aſſenſu HUGONIS militis filii ſui in perpetuam eleemoſynam pro remedio animæ ſuæ & LUDOVICI filii ſui monachis & fratribus ordinis ſancti Auguſtini locum in valle de Pacei, in quo domus eorum ſita eſt & uſuarium in nemore de Domno-Germano, & partem ejuſdem nemoris, ſicut per metas dividitur, & quoddam pratum ſitum inter prædictam domum & Paceium, & etiam molendinum de Paceio: ita quod idem F. miles toto tempore vitæ ſuæ medietatem *Muſturæ* de ipſo molendino percipiet, & poſt deceſſum ipſius Fr. dicti monachi & fratres totum molendinum liberè poſſidebunt. Contulit etiam & conceſſit idem F. eiſdem piſcaturam in ſtanno de *Pacei* quotieſcumque dicti monachi & fratres facere piſcari voluerint. Contulit etiam idem F. miles eiſdem duas vineas, de quibus una ſita eſt apud *Pacei* & altera apud *Dum-Germen* ſuper viam quæ ducit ab eccleſia uſque ad eamdem villam. Contulit etiam eis unum campum ſitum juxta campum, qui dicitur Campus advocati in cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum ad petitionem dicti militis & dicti H. filii ſui cujus conſenſu dicta eleemoſyna facta eſt, præſenti paginæ eſt appenſum.

Datum anno Domini MCCXXXVI. feria v. ante feſtum beati Clementis.

GREGORII PAPÆ IX. ad Theobaldum regem Navarræ.

Hortatur ut ſubveniat Balduino imperatori conſanguineo ſuo.

Anno 1236. Ex cartario Campaniæ Bibliothecæ regiæ.

GREGORIUS epiſcopus ſervus ſervorum Dei cariſſimo in Chriſto filio illuſtri regi Navarræ comiti Campaniæ ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Ad ſubveniendum imperio Conſtantinopolitano multiplex cauſa excellentiam tuam inducere, multiplex ejus doloribus ratio te poterit ammonere, in cujus exterminio corpus orientalis Eccleſiæ in gravium fruſta ſchiſmatum ſcinditur, ac ſubſidium Terræ-ſanctæ plurimum impeditur. In cujus exterminio ager Dominicus diverſarum hæreſum ſpinis occupatur & tribulis, & omnium Latinorum timetur periculum in partibus habitantium Orientis. Illud autem ad hoc te debet efficaciter exhortari, quod prædeceſſores tui æternam in ſubventione eccleſiæ Terræ-ſanctæ & fidei ſuſcipere gloriam, æternam in ſubventione pro eccleſia & fide catholica oppreſſorum ſtuduerunt obtinere coronam. Hoc etiam non modicum noſtræ præſtat intentioni ſuffragium, quod nobilem virum BALDUINUM natum claræ memoriæ P. imperatoris Conſtantinopolitani, ad quem præfatum ſpectat imperium, proximè tibi intelleximus eſſe vinculo conſanguinitatis aſtrictum. Hinc eſt quod cùm VACHATIUS Dei & Eccleſiæ inimicus graviter imperium ipſum oppreſſerit, & plures ipſius civitates & loca capiens ea funditus devaſtarit, ſerenitatem regiam rogandam duximus attentiùs & monendam, in remiſſionem tibi peccaminum injungentes, quatenus eidem BALDUINO, qui ob hoc ad præſentiam tuam accedit, tale in tanta neceſſitate præſtare ſubſidium, tantum in hoc articulo imperio præ-

fato ſtudeas deſtinare ſuccurſum, quod id tibi apud Deum cedat ad præmium, & poſteris tuis in regiæ laudis exuberet incrementum; & nos ex hoc tuis ſecundum Deum conſtituas utilitatibus debitores. Ceterum cum prædictus imperator, & quondam YOLENDIS uxor ejus comitiſſa Namurcenſis, multa bona in regno Franciæ ac imperio obtinuerint, & ad ſervitium eccleſiæ in præfatum Conſtantinopolitanum imperium accedentes, ibi fuerint viam univerſæ carnis ingreſſi, dicto B. heredi ipſorum, cui eò eſſet crudelius jura hereditaria ſubtrahi, quò devotius in flore juventutis ſuæ Deo cœpit & Eccleſiæ famulari; ſi qua de prædictis bonis noſcaris detinere, reſtituas, ita quod Serenitatem tuam dignis poſſimus in Domino laudibus commendare.

Datum Interamnis v. Idus Decembris, pontificatûs noſtri anno x.

GREGORII PAPÆ IX. privilegium Carthuſienſibus Vallis-Sancti Georgii conceſſum.

Anno 1237. Ex autographo.

GREGORIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis, priori domûs Vallis S. Georgii Carthuſienſis ordinis, ejuſque fratribus, tam præſentibus, quàm futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum.

Religioſam vitam eligentibus apoſtolicum conſuevit adeſſe præſidium, ne fortè cujuſlibet temeritatis incurſus, aut eos à propoſito revocet, aut robur (quod abſit) ſacræ religionis infringat. Eapropter, dilecti in Domino filii, veſtris poſtulationibus clementer annuimus, & domum veſtram, cum omnibus bonis, paſcuis, & poſſeſſionibus, quæ impræſentiarum rationabiliter poſſidetis, aut in futurum juſtis modis, præſtante Domino, poteritis adipiſci, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus; & terminos domûs veſtræ ab ordine Carthuſienſi, quem poſt generale concilium ſuſcepiſtis, providâ deliberatione ſtatutos auctoritate apoſtolicâ confirmamus. Ad hæc auctoritate apoſtolicâ interdicimus, & ſub interminatione anathematis prohibemus, ne quis infra prædictos terminos hominem capere, furtum ſeu rapinam committere, aut ignem apponere, vel homicidium facere audeat, aut homines venientes ad domum veſtram, vel redeuntes ab ea quomodolibet perturbare; ut ob reverentiam Dei & loci veſtri infra dictos terminos non ſolùm vos & fratres veſtri, ſed etiam alii plenam pacem habeant & quietem. Liceat quoque vobis clericos, vel laïcos, liberos & abſolutos à ſæculo fugientes ad converſationem veſtram recipere, & eos abſque ullius contradictione in veſtro collegio retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli fratrum veſtrorum poſt factam in eodem loco profeſſionem abſque licentia ſui prioris fas ſit de clauſtro veſtro diſcedere, diſcedentem verò abſque communium litterarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere. Sanè novalium veſtrorum quæ propriis manibus, aut ſumtibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, ſive de hortis, virgultis, & piſcationibus veſtris, vel de veſtrorum animalium nutrimentis, nullus à vobis decimas exigere vel extorquere præſumat. Adjicientes quoque ſtatuimus, ut infra dimidiam leucam à terminis poſſeſſionum veſtrarum nulli religioſo liceat quodlibet ædificium conſtruere, vel poſſeſſiones adquirere, ſicut ordini veſtro dicitur ab apoſtolica ſede conceſſum. Conſecrationes verò altarium, ſeu baſilicarum, ordinationes clericorum veſtrorum, qui ad ordines fuerint promovendi, à dioceſano ſuſcipietis epiſcopo, ſiquidem catholicus fuerit, & gratiam ac communionem apoſtolicæ ſedis habuerit, & ea vobis gratis, & abſque pravitate aliqua voluerit exhibere: alioquin liceat vobis quemcumque malueritis catholicum adire antiſtitem, communionem & gratiam apoſtolicæ ſedis habentem, qui nimirum noſtrâ fultus auctoritate vobis quod poſtulatur impendat. Inſuper auctoritate apoſtolicâ inhibemus, ne ullus epiſcopus, vel quælibet alia perſona vos ad ſynodos, vel conventus ire forenſes, ſeu judicio ſæculari de veſtra propria ſubſtantia; vel poſſeſſionibus veſtris ſubjacere compellat, nec ad domum veſtram non vocatus causâ ordines celebrandi, cauſas tractandi, vel aliquos publicos convocandi conventus venire præſumat, nec regularem electionem prioris veſtri impediat, aut de inſtituendo vel removendo eo qui pro tempore fuerit contra ſtatuta Carthuſienſis ordinis ſe aliquatenus intromittat. Porrò ſi epiſcopus, vel alii eccleſiarum rectores, in eccleſiam veſtram, vel perſonas inibi conſtitutas, ſuſpenſionis, excommunicationis, vel interdicti ſententiam promulgaverint, ſive etiam in mercenarios veſtros, pro eo quod, ſicut dictum eſt, non ſolvitis decimas, vel aliquâ occaſione eorum quæ ab apoſtolica benignitate vobis conceſſa ſunt, ſeu benefactores veſtros, pro eo quod aliqua vobis beneficia, vel obſequia ex caritate præſtiterint, vel ad laborandum adjuverint in illis diebus in quibus vos laboratis, & alii feriantur, ſententiam ferre præſumſerint, ipſam tamquam contra ſedis apoſtolicæ indulta prolatam decernimus irritandam, nec litteræ illæ firmitatem habeant, quas tacito nomine Carthuſienſis ordinis, vel contra tenorem apoſtolicorum privilegiorum conſtiterit impetrari. Statuimus etiam, ut propter communia interdicta terrarum eccleſia veſtra, excommunicatis & interdictis excluſis, à divinis non cogatur officiis abſtinere. Obeunte verò te nunc ejuſdem loci priore, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibidem quâlibet ſubreptionis aſtutiâ ſeu violentiâ præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum major pars conſilii ſanioris, ſecundum Deum & approbata veſtri ordinis inſtituta, providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam eccleſiam temerè perturbare, aut illius poſſeſſiones auferre, vel ablatas detinere, minuere, ſeu qui-

Digitized by Google

cujuslibet vexationibus fatigare. Sed integra omnia conſerventur, eorum pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalvâ ſedis apoſtolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſæcularisve perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire tentaverit, ſecundò tertiòve commonita, niſi reatum ſuum congruâ ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate agnoſcat, & à ſacratiſſimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemtoris noſtri JESU-CHRISTI aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri JESU-CHRISTI, quatinus & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

† Ego GREGORIUS catholicæ Eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi. Bene valete.

† Ego JACOBUS Tuſculanus epiſcopus ſs.

† Ego ROMANUS Portuenſis & S. Rufinæ epiſcopus ſubſcripſi.

† Ego RAINALDUS Oſtienſis & Velletrenſis epiſcopus ſubſcripſi.

† Ego frater JACOBUS Peneſtrinus epiſc. ſs.

† Ego THOMAS tituli S. Sabinæ preſbyter cardinalis ſubſcripſi.

† Ego JOHANNES tituli ſanctæ Praxedis preſbyter cardinalis ſubſcripſi.

† Ego SINIBALDUS tituli Sancti Laurentii in Lucina preſbyter cardinalis ſubſcripſi.

† Ego STEPHANUS ſanctæ Mariæ Trans Tiberim tituli Calixti preſbyter cardinalis ſs.

† Ego REINERUS ſanctæ Mariæ in Coſmedim diaconus cardinalis ſubſcripſi.

† Ego EGIDIUS SS. Coſmæ & Damiani diaconus cardinalis ſubſcripſi.

Datum Lateranis per manum magiſtri GUILLELMI ſanctæ Romanæ Eccleſiæ vicecancellarii & notarii domini papæ VIII. Idus Februarii, indict. XI. Incarnationis Dominicæ anno MCCXXXVII. pontificatûs verò domni GREGORII papæ IX. anno XI.

HAVIDIS ABBATISSÆ Sancti Jacobi de Vitriaco ad THEOBALDUM regem Navarræ, & Campaniæ & Briæ comitem palatinum.

Rogat ut ratam habeat aquæ emtionem quam fecerat, ſignificatque electionem epiſcopi Cathalaunenſis.

Anno 1237. Ex cartario Campaniæ.

ILluſtriſſimo domino ſuo in CHRISTO cariſſimo THEOBALDO Dei gratiâ regi Navarræ, Campaniæ & Briæ comiti palatino, ſoror HAVIDIS abbatiæ ſuæ ſancti Jacobi de Vitriaco miniſtra humilis totuſque ejuſdem loci conventus ſalutem & orationes aſſiduas.

Nobilitati veſtræ ſignificamus quod nos à viro nobili HUGONE caſtellano Vitriacenſi quamdam aquam emimus, quæ movet de feodo noſtro, quæ vocatur aqua de *Merllau* ſita A prope Vitriacum, quæ bene annui reditûs eſt quindecim librarum vel ampliùs, pretio ducentarum ſexaginta & tredecim librarum Pruvinenſium & decem ſolidorum, quam ſummam pecuniæ noſter amicus PETRUS cantor de Vitriaco, causâ Dei & pietatis, & ob noſtri reverentiam pro hac emtione ſolvere promiſit: ita quod fructus ejuſdem aquæ quamdiu vixerit poſſidebit. Inde eſt quod veſtram, in quantum poſſumus, benignitatem exoramus, quatenus pro amore Dei aſſenſum veſtrum & litteras B de prædicta emtione nobis præbere dignemini. Significamus etiam vobis, quod GAUFRIDUS DE GRANDI-PRATO die Lunæ ante Pentecoſten fuit electus in epiſcopum Cathalaunenſem: cùm tamen quædam pars capituli contra ipſum appellaverit. Vale in Domino.

Datum anno Domini MCCXXXVII. die Mercurii ante Pentecoſten.

C

LITTERÆ ANDREÆ domini de Vitreio.

De ſatisfactione monachis ſanctæ Crucis facta pro illatis injuriis.

Anno 1237. Ex archivis Majoris-monaſterii.

UNiverſis præſentes litteras inſpecturis, ANDREAS dominus Vitreii ſalutem in Domino.

Noveritis quod ſuper contentionibus quæ vertebantur inter me ex una parte; & religioſos viros abbatem & conventum Majoris-monaſterii Turonenſis, priorem & monachos S. D Crucis de Vitreio, & homines eorumdem de burgo ſanctæ Crucis de Vitreio ex altera, ſuper damnis quæ ego & gentes meæ, & gentes regis Franciæ, dictis monachis & eorum hominibus de Vitreio, occaſione guerræ domini regis Franciæ & comitis Britanniæ intuleram; de conſilio bonorum virorum pacificatum eſt in hunc modum. Ego pro bono pacis dedi hominibus dictorum monachorum de burgo ſanctæ Crucis de Vitreio centum quinquaginta libras uſualis monetæ pro damnis dictis hominibus E illatis: & priori & monachis ſanctæ Crucis de Vitreio dedi centum quinquaginta libras uſualis monetæ, ad eccleſiam ſuam & clauſtrum S. Crucis de Vitreio faciendum. Dedi etiam de nemoribus meis ſæpedictis monachis quantum eis neceſſe fuerit ad eccleſiam ſuam & clauſtrum faciendum ſolùm vice iſtâ. Prætereà excambiavi, & conceſſi hominibus ſupradictorum monachorum de burgo ſanctæ Crucis de Vitreio, & heredibus eorumdem viginti quatuor plateas in campo Gorantoni, ad domos, ſi voluerint, ædificandas pro viginti-quatuor F plateis, quas ego occupaveram pro muris, foſſatis, & aliis meis ædificiis faciendis, in quibus viginti-quatuor plateis ſive domibus ego habebo tale jus & talem redhibitionem, ſicut habebam in plateis antedictis. Et dicti homines & heredes eorumdem tenebunt dictas plateas jure hereditario à priore & monachis ſanctæ Crucis de Vitreio tali modo, & tali cenſu, & cum tali

Digitized by Google

dominio, quo priores plateas de priore & monachis antea tenuerunt. De viginti vero libris uſualis monetæ, quas ego habebam ſingulis annis in burgo dictorum monachorum de tallia quittavi hominibus dictorum monachorum & eorum heredibus in perpetuum quindecim libras tantummodo, ita quod dicti homines dictorum, & heredes eorumdem hominum reddent annuatim mihi & heredibus meis reſiduos centum ſolidos uſualis monetæ in feſto Nativitatis beatæ Mariæ, tali modo & cum tali redhibitione, qua prædictas viginti libras prius reddere tenebantur. In cujus rei teſtimonium & munimen præſentes litteras conſcribi feci & ſigilli mei munimine roborari. Actum anno gratiæ milleſimo ducenteſimo triceſimo ſeptimo menſe Auguſto.

LITTERÆ TH. DUCIS MERANIÆ & comitis Burgundiæ ac Beatricis ejus uxoris.

Quibus Burgundiæ comitatum Theobaldo Campaniæ comiti in pignus obligant pro quindecim millibus librarum.

Anno 1227. *Ex cartario Campaniæ Colbertino.*

EGo Th. dux Meraniæ, comes Burgundiæ palatinus, & ego Beatrix uxor ejus, comitiſſa Burgundiæ palatina; notum facimus præſentes litteras inſpecturis, quod nos noſtra ſpontanea voluntate, in manu cariſſimi amici noſtri Th. illuſtris Campaniæ, & Briæ comitis palatini, totum comitatum noſtrum Burgundiæ & omnes exitus, & proventus ejuſdem comitatus Burgundiæ, in omnibus forteriis & in plano, in omnibus juſtitiis, in omnibus cuſtodiis, in omnibus dominiis, in omnibus domaniis, & in omnibus feodis, & in omnibus aliis modis & commodis, pro quindecim millibus librarum Stephanienſis monetæ conceſſimus, etiam & concedimus, voluimus & volumus, ut idem comes Campaniæ & heredes ſui, ſi de ipſo humanitus contingerint, teneant in manu ſua hæc omnia ſupradicta, uſque dum de exitibus & proventibus dicti comitatus Burgundiæ receperint plenam dictam pecuniæ ſummam. Scilicet quindecim millia librarum Stephanenſium. De univerſis ſiquidem proventibus, & exitibus dicti comitatus Burgundiæ dictus comes habebit duas partes pro labore ſuo, & miſſionibus ſuis, & defenſione terræ, ſi terram contigerit evenire in terram dicti comitatus Burgundiæ: tertia vero pars proventuum, & exituum dicti comitatus Burgundiæ, veniet in liberationem, & aquitationem pecuniæ nominatæ, ſcilicet quindecim millium librarum. Si vero contigerit dictum comitem Campaniæ venire in comitatum Burgundiæ, occaſione guerræ comitatus Burgundiæ, ipſe capiet per totum comitatum Burgundiæ, bladum, vinum, forragium, & omnia alia victualia, quæ tamen non computabuntur in acquitatione dicti comitatus Burgundiæ. Sciendum quod nos & dilectus Th. comes Campaniæ poſuimus in manu dilecti A & fidelis noſtri Th. de Novo-caſtro caſtrum Poloniaci ad cuſtodiendum, & in manu domini Richardi de Dampetra caſtrum Weſulii ad cuſtodiendum, tali modo quod ſi nos voluerimus reſilire de conventionibus quas habemus dicto Th. comiti & heredibus ejus, ſi ipſum decedere contingeret, infra tres menſes, quod nos fuerimus requiſiti à Th. comite, vel ejus certo mandato vel ab here- B dibus ejus, ſi contingeret eum mori. Si nos non voluerimus eis adreciare ad dictum eſguardum dilectorum & fidelium noſtrorum Jacobi de Durnayo, Erardi de *Chacenay*, Richardi de *Chais*, Guillelmi de *Pegines*, dictus Th. de Novo-caſtro & dictus Richardus de Dampetra, reddent dicta duo caſtra, ſcilicet Poloniacum & Wiſulum dicto Th. comiti, vel ejus heredibus, ſi (quod abſit) ipſum decedere contigerit uſque dum fuerit adreciatum ad dictum & eſguardum quatuor jam dictorum. Et ſi con- C tigerit quod dictus Th. comes reſilierit de conventionibus quas erga nos habet, & infra tres menſes quod fuerit requiſitus à nobis, vel à mandato noſtro, vel ab heredibus B. uxoris noſtræ, ſi nos mori contigerit, ſi non voluerint illud adreciare ad dictum & eſgardum dilectorum & fidelium noſtrorum Jacobi de Durnayo, Erardi de Chaceneio, Richardi de *Chais*, & Guillelmi de *Pegines*; dictus Th. de Novo-caſtro, & dictus Richardus de Dampetra reddent nobis vel heredibus noſtris, dicta duo caſtra, ſcilicet Poloniacum, Wiſulum, uſque dum fuerit adreciatum ad eſgardum D quatuor prædictorum. Sciendum etiam quod nos & Th. comes Campaniæ, poſſimus removere licitè dictos caſtellanos Th. & Richardum, qui cuſtodient dicta caſtra: videlicet Poloniacum & Wiſulium ex parte noſtra, & ex parte dicti Th. comitis Campaniæ, quotiens voluerimus de communi aſſenſu noſtro, & Th. comitis Campaniæ; & illi duo caſtellani, videlicet Th. & Richardus juraverunt quod facient mandatum noſtrum & mandatum Th. comitis Campaniæ, quod communi- E ter fiet de dictis caſtris Poloniaco & Wiſulio, quotiens nos & Th. requiremus eis, per communem aſſenſum, & per noſtros certos nuntios noſtras patentes litteras & ipſius Th. comitis deferentes, & iſtud tenebuntur facere heredibus B. uxoris meæ, & heredibus ipſius Th. comitis, ſicut ſuperius eſt notatum, ſi de nobis & de dicto comite (quod avertat Deus) humanitus contingeret: nos autem, & dictus Th. comes promiſimus dictis Th. de Novo-caſtro, & Richardo de Dampetra, quod non F inferemus eis violentiam de caſtris ſupradictis; & ſi aliquis voluerit eis inferre violentiam de eiſdem, nos & Th. comes Campaniæ juvaremus eos bona fide, ad violentiam removendam. Sciendum etiam quod dictus Th. de Novo-caſtro, & Richardus de Dampetra fecerunt homagium ligium dicto Th. comiti, tamquam nobis de voluntate noſtra, tamquam quamdiu dicta caſtra tenebunt: & illi qui venient poſt illos ad cuſtodiendum dicta caſtra

Digitized by Google

A Poloniacum & Wiſulium ſimiliter tenebuntur facere homagium ligium dicto comiti Th. vel heredibus ejus, ſi eum mori contingeret, quamdiu dicta caſtra tenebunt, eodem modo quo primi caſtellani erant. Et ſciendum quod dictus Th. comes, aut heredes ejus, ſi eum contingeret mori, non poſſunt dictum comitatum Burgundiæ ponere extra manum ſuam quouſque receperint quindecim millia librarum Stephanienſium, ſecundum conventiones noſtrarum litterarum, & litterarum Th. comitis Campaniæ, quæ factæ ſunt de comitatu Bur- B gundiæ. Si verò aliquam priſiam facere voluerimus in comitatu noſtro Burgundiæ, poſt duos annos tranſactos à confectione præſentium litterarum: quidquid exinde levabitur, ponetur in manu alicujus, ex parte dicti Th. comitis Campaniæ, & totum illud veniet in deliberationem & acquitationem dictæ pecuniæ, ſcilicet quindecim millia librarum: ita quod comes nihil capiet exinde, niſi pro deliberatione dicti comitatus Burgundiæ. Si autem aliquis venerit in comitatum Burgundiæ propter aſſecurationes Th. comitis Campaniæ, C ex quo idem comes fuerit ſaiſitus nomine meo de dicto comitatu Burgundiæ, non poterimus manum ponere ad corpus ejus, niſi poſt dimidium annum quod dictus comitatus Burgundiæ acquitatus fuerit, vel redemtus, ſecundum conventiones litterarum quæ factæ ſunt inter nos & comitem Campaniæ de comitatu Burgundiæ. Cùm autem tenerentur de meis militibus ſervire dicto Th. comiti Campaniæ in terra ſua in noſtris expenſis modo taliter eſt ordinatum: quod milites noſtri ſervient D dicto Th. comiti in terra ſua, in expenſis comitis, ſi eos ſubmonuerit ad ſervitium ſuum. Et ſi contingerit dictum Th. comitem venire in comitatum Burgundiæ occaſione guerræ comitatus Burgundiæ, omnes milites noſtri & gentes noſtræ tenebuntur juvare comitem Campaniæ ad defendendum comitatum Burgundiæ, ſicut & nos ipſos: & quando Th. comes fuerit pagatus de quindecim millibus librarum, prout continetur in litteris factis inter nos & ipſum de comitatu Burgundiæ, E nos ſerviemus dicto Th. comiti de militibus noſtris, ſicut continetur in carta noſtra quam habet de maritagio filii mei, & filiæ ſuæ. Et ſciendum quod dictum comitatum Burgundiæ poterimus redimere, quando voluerimus, & quando potuerimus, vel heredes B. uxoris noſtræ à Th. comite Campaniæ, vel ejus heredibus. Et ſciendum quod, ſi nos vellemus pecuniam dictam reddere dicto Th. comiti, vel heredibus ejus, ſi contingeret eum mori, facere eam portari apud Lingonenſes, & eam ibidem reddi Th. comiti, vel heredibus ejus, F vel mandato ejus litteras ejus patentes deferenti vel alibi ubi duo homines noſtri ligii ex parte noſtra; & duo homines ligii dicti comitis Th. unanimiter quatuor concordarent; ubi etiam minus periculum nobis eſſet, & comiti Campaniæ nominato. Et ſciendum quod gerentes ſervientes comitis Campaniæ quæ recipient exitus & proventus comitatus Burgundiæ, computabunt ſuper illis bis ſingulis annis coram domino Richardo de *Chais*, & domino Willelmo de *Pegines* ex parte noſtra, & coram domino Jacobo de *Durnay*, & coram domino Erardo de Chaceneio ex parte comitis Campaniæ. Nos verò & heredes noſtri poterimus mutare & amovere dictos Richardum & Guillelmum & alios ponere quotiens voluerimus, loco eorum: & Th. comes Campaniæ & heredes ſui ſi ipſum contingeret mori, ſimiliter dictos Jacobum & Erardum poterunt removere, quando eis placuerit, & alios ponere loco eorum ad id faciendum. Quod ut notum &c.

Actum anno gratiæ MCCXXVII. die Lunæ proxima poſt feſtum omnium Sanctorum.

GALCHERII ABBATIS RESBACENSIS
Ad Theobaldum regem Navarræ comitem Campaniæ & Briæ.

Rogat ut preces ſuas interponat apud Trecenſium fratrum Prædicatorum priorem, ut fratri Th. de Columbariis liberum ad Resbacenſe monaſterium tranſitum permittat.

ILluſtri viro domino ſuo THEOBALDO regi Navarræ comiti Campaniæ & Briæ Trecenſi Palatino frater GALCHERUS monaſterii Reſbacenſis dictus abbas ſalutem cum reverentia. *Anno 1237. Ex cartario Campaniæ Bibliothecæ regiæ.*

Quantum de manſuetudinis veſtræ beneficiis confidere debeamus, ſolita benignitatis veſtræ erga nos dilectio & impenſa crebro ſubſidia celſitudinem de tranſacto, & ſpem quæ non confundit nobis exhibent de futuro. Inde eſt quo pro fratre TH. de Columbariis latore præſentium dilecto & fideli veſtro nobis & monaſterio noſtro in conſiliis multum neceſſario, utpote dono ſcientiæ Theologiæ canonicæ & civilis prædito ac quotidiano rerum uſu ſufficienter experto, preces, quantas ex intimo cordis affectu poſſumus, ſublimitati veſtræ nunc dignum duximus porrigendas: rogantes humiliter & devotè, quatenus erga priorem fratrum Prædicatorum Trecenſium & conventum ipſorum fratrum, tantum per litteras veſtras & preces inſtare dignemini, ut ipſum in pace dimittant, nobiſcum in monaſterio Reſbacenſi, in quo unanimiter ab omnibus eſt receptus, perpetuo Domino deſervire. Quamvis enim de ordine Prædicatorum fuerit, tamen ad nos propter debilitatem ſui corporis & capitis tranſiit, & cum eo nuper, quando fuiſtis Lugduni, ad preces veſtras quas pro eo domino HUGONI tituli ſanctæ Sabinæ preſbytero cardinali miſericorditer porrexiſtis, de ſpeciali domini papæ mandato extitit diſpenſatum, ut nobiſcum poſſet licitè & liberè perpetuo remanere. Propterea vos rogamus quatenus nobis & conventui noſtro per veſtras patentes litteras dignemini demandare, ut dictum TH. in pace ſine aliqua contradictione recipiamus, & fraterna ſicut debemus tractemus

mus in Domino caritate. Cum ipſum recepe- A rimus omnes unanimiter in capitulo in monaſterio & in fratrem; ſunt tamen aliqui monachi noſtri, qui magis invidiæ, quàm caritatis aculeis incitati, ipſum pacificè nolunt recipere, cùm tamen, ut dictum eſt, unanimiter à nobis & conventu noſtro in capitulo noſtro in monachum ſit receptus, non quærentes quæ JESU-CHRISTI, ſed quæ ſua ſunt, utilitatem propriam præferentes. Sit vobis propitius Deus, conſervando veſtrum dominium, ac tribuendo vobis ſalutem animæ & corporis inceſ- B ſanter.

LITTERÆ WALTERII comitis de Aveſnis,

Quibus ſub certis conditionibus cedit fratri ſuo Burchardo terram de Struem, & trecentas libras blancorum.

Anno 1238. ex cartario dominorum de Aveſnis.

C JE WATIERS ſires d'Aveſnes fac ſavoir à tous ciaus qui ſunt & qui venront, que je ai doné & otroijé à BOUCHART men frere, & à ſes oirs JEHAN & BAUDUIN heritaulement *Eſtruem*, & toutes ſes appendances, ſe ai aſſenè audit BOUCHART & à ſes oirs JEHAN & BAUDUIN trois cent libres de blancs caſcun an à prendre heritaulement à men winnage d'Aveſnes, as forages, as tounins, as eſtalages, as deniers de le hale, & as appartenances dou winnage des prumiers denier ki venront ou D winnage, & as apartenances, & as choſes devant dites. Et ſe commence li priſe dou winnage & des choſes de ſeure dites caſcun an le jour de feſte ſaint Jehan Decolaſſe; & ſi puet mettre ſon ſiergant, pour recoivre le winnage, juſques à tant que il ait receus les trois cens libres devant dis contanment per men ſiergant, & cil doi ſiergant doivent faire feance de conter loiaument. Et s'il avenoit que je acenſeſiſſe men winnage: cil à qui je conſiroie, fineroit au gret doudit Bouchart, des devant dis trois cens libres, ou li dis Bouchars i meteroit ſon E ſiergant, tant que li deniers devant dit fuſſent recheu par loial conte par mon ſiergant & par le ſien; & ſi li ai dene le moitié dou winnage de Boulongne, & en tel maniere com ci devant eſt dit dou winnage de Aveſnes, en prendra il cent libres à men winnage de Landrechies, & à men winnage de Guiſe trois cens libres, tout en tel maniere com il eſt dit dou winnage d'Aveſnes. Et ſi li ai dené tote le terre que meſires Wis mes freres tint de la le haie d'Aveſnes, tout enſi com il le tient; & ſe li ai quité tous les homages qui muevent de la F terre d'Eſtruem, & ſi li winnage de ces trois lius devant dis ne valoient cel aſſenement qui eſt dis, ious & mi oir ſons tenu au parfaire, s'il ne dechaioit par commune werre. Et par ces choſes qui ci devant ſunt dites à li dis BOUCHARS, & ſi oirs JEHANS & BAUDUINS quite à mi & à mes oirs toute le terre qui nos vient de par no pere & de par no mere, c'eſt ſçavoir à HUON conte de Saint Pol & de Blois, & à MARIE ſa femme conteſſe de Blois & de Saint Pol, & à ſes oirs, & ſe la quite en l'ecort des ſigneurs enſi com drois l'enſengne, & cele terre devant dite li ai ie aſſenée ſi bienfaitement, con drois & cors l'ont enſengnié, & ſi li ont loé li cuens de Saint Pol & li conteſſe. Et toutes ces choſes devant dites tient il de mi en fié & en homage lige

Ce fu fait l'an de l'Incarnation noſtre Signeur mil & CC. & trente & wit ou mois de March, le Mardy après mi-quareſme.

LITTERÆ HUGONIS Bleſenſis comitis & Sancti Pauli, & ipſius uxoris MARIÆ,

Quibus confirmant ceſſionem Vvalteri de Aveſnis ſupradictam.

Anno 1238. Ex cartario Haſnonienſi dominorum de Aveſnis.

JOu HUES de Caſtellon cuens de Saint Pol & de Blois, & je MARIE ſa femme conteſſe de Blois & de Saint Pol, faſons ſavoir à tous ciaus qui ſunt & qui venront, que noſtres ſires noſtres peres GAUTIERS ſires de Aveſnes a doné & otroijé à mon ſigneur Bouchart de Aveſnes ſen frere, & à ſes oirs Jehan & Bauduin heritaulement Eſtruem & toutes les appendances; & ſi lor a aſſené au devant dit Bouchart & à ſes oirs devant dis trois cents libres de blancs chacun an à prendre heritablement à ſon winage de Aveſnes es forages, es tonlius, es eſtalages, es deniers de le haie & es appartenances dou winage des prumiers deniers qui venront ou winage & as appartenances & as choſes devant dites. Et ſi commanche la priſe dou winnage & des choſe de ſeure dites caſcun an le jor de feſte ſaint Jehan Decolaſſe. Et ſi puet li devant dis BOUCHARS mettre ſon ſiergant pour recoivre le winnage juſques à tant qu'il aït receus les trois cent livres devant dis contanment par le ſiergant noſtre ſignor noſtre pere; & cildoi ſiergan doivent faire feance de conter loiaument, & s'il avenoit que noſtre ſires noſtres peres acenſeſiſt ſon winnage cil à qui il l'a cenſiroit, fineroit au gret dou devant dit BOUCHART des devant dis trois cents lib. ou il y mettroit ſon ſiergant, tant que li denier devant dit fuſſent recheu par loyal conte par le ſiergant noſtre ſignor noſtre pere, & par le ſiergant dou devant dit BOUCHART: Et ſi a doné noſtres ſires noſtres peres au devant dit BOUCHART la moities dou winnage de Bolongne, & en tel maniere con ci devant eſt dit dou winnage d'Aveſnes, & en prendra li devant dis Bochars cent lib. au winnage de Landrechies, & au winnage de Guiſe trois cent lib. tout en otel maniere com il eſt dit dou winnage de Aveſnes; & ſi a doné noſtres ſires noſtres peres au devant dit Bouchars toute le terre que meſire GUIS ſes freres tint de la le haie d'Aveſnes, enſi com il le tint. & ſi a quité à celuy Bouchart & à ſes oirs tous les homages qui muevent de la terre d'Eſtruem,

& ſi li winnage des trois lius devant dis ne valoient cel aſſenement qui eſt dis, noſtres ſires noſtres peres & ſi oir eſt tenus au parfaire, ſe il ne decheoit par commune guerre, & parce choſes qui ci devant ſunt dites à li dis Bouchars & ſi oir Jehans & Bauduins quite à noſtre ſignor noſtre pere & à ſes oirs toute la terre qui lor vient de par lor pere & de par lor mere; c'eſt à ſçavoir à moy & à Marie ma femme & à ſes oirs, & ſe la quite cil Bouchars en l'acort des ſignors, enſi com droit l'enſengne; & noſtres ſires noſtres peres li a cele terre aſſenée ſi bien-faitement, con drois & cors l'ont enſengnié; & ces coſes devant dites avons loées & otroijes. Toutes ces coſes devant dites tient li devant dis Bouchars de noſtre ſignor noſtre pere en fie & homage lige; & por chou que ce ſoit ferme & eſtable, nos avons ces lettres ſaielées de nos ſaiaus.

Ce fu fait l'an del Incarnation noſtre Signeur MCCXXXVIII. ou mois de Marc, le Mardy aprés my-quareſme.

JUHELLI TURONENSIS archiepiſcopi ad Petrum epiſcopum, & capitulum Meldenſe.

Mittit eis brachium ſancti Quintini martyris.

Anno 1228. Ex cartario Meldenſi.

VEnerabili in CHRISTO patri ac domino P. Dei gratiâ epiſcopo, & viris venerabilibus & diſcretis decano & capitulo Meldenſi, JUHELLUS divinâ permiſſione Turonenſis archiepiſcopus, & cum omni honore paratam ad ipſorum beneplacita voluntatem.

Precum veſtrarum inſtantiis inclinati, quibus obtemperare quantum cum Deo poſſumus volumus & debemus, brachium glorioſiſſimi Quintini martyris per venerabilem virum magiſtrum Fulconem cancellarium veſtrum vobis duximus tranſmittendum, qui paſſus in pago Turonico & Meldis extitit oriundus, prout in ipſius legenda quam vobis per eumdem cancellarium mittimus pleniùs continetur, cujus feſtivitatem IV. Nonas Octobris conſuevimus celebrare: paternitatem ac diſcretionem veſtram eo affectu quo poſſumus attentiùs exorantes, quatenus eumdem martyrem, quem apud nos ſuâ admirabili providentiâ multis & evidentiſſimis miraculis decoravit in ſumma veneratione velitis habere, & ipſius feſtum eâ ſolemnitate quâ decet ſuo tempore celebrare. Valete bene & diu in Domino.

Datum IV. Calendas Junii, anno Domini MCCXXVIII.

THOMÆ COMITIS FLANDRENSIS, de miſſis privatis tempore meſſis apud Claram-vallem celebrandis.

Anno 1293. Ex cartario Clarevallenſi.

THOMAS Flandrenſis & Hainonenſis comes, univerſis CHRISTI fidelibus præſentem paginam inſpecturis ſalutem & rei geſtæ cognoſcere veritatem.

Intelligimus certâ fide, quod inter univerſa ſalutis humanæ remedia, illud incorporaliter dignitate & merito conſtat excellere, in quo ad noſtræ redemtionis repræſentationem Unigenitus Dei Filius in ſacramento altaris viſibiliter immolatur. Quod gratiæ munus in pignus æternæ pacis nobis à Deo Patre collatum, in quo ſpei & ſalutis noſtræ tota ſumma conſiſtit. Idcirco ferventiore ſtudio, & ardentiori devotione amplectimur, quia ex ipſo reportat chriſtiana devotio & peccatorum veniam & plenitudinem gratiarum. Inde eſt quod cum nobis certâ & fideli ratione conſtaret, ſanctum ac devotum, Deoque & hominibus amabilem conventum Clarevallis, in tantum ſingulis annis occupari in metendis terræ frugibus tempore meſſionis, quod nec privatas miſſas celebraret idem conventus, nec intereſſet celebrationi miſſarum: ſed quotidie ſummo mane, omiſſâ ſacri celebratione myſterii, ex antiqua conſuetudine ad metendum exiret. Nos attendentes & dolentes tanti boni jacturam tantique commodi, tam incomparabilem fructum à tanto conventu pro caduco & temporali commodo intermitti, ob reverentiam tam incomparabilis ſacramenti, ob remedium quoque animarum noſtrarum venerabilem & dilectum noſtrum domnum ANCHERUM abbatem Igniaci, qui in executione hujus negotii, noſtræ devotionis obtentu, fideliter ipſumque ad optatum perduxit effectum, à venerabili patre domno W. abbate Clarævallis, & à conventu ejuſdem loci, decrevimus devotè & humiliter requirendum, ut ipſi gratia devotionis & ſupplicationis noſtræ, meſſis tempore de cetero annuatim privatas miſſas celebrarent continuè, quemadmodum aliis temporibus fieri conſuevit. Ipſi verò gratuito dono gratiæ, divinâ opitulante clementiâ, & abbate Igniaci antedicto hoc ipſum efficaciter procurante, precibus noſtris gratis aſſentientes, petitionem noſtram fieri tam abbas, quàm conventus prædicti unanimiter conceſſerunt, firmiter ſtatuentes per litteras ſuas, quod amodo in perpetuum tempore meſſis, ſicut alio tempore fieri ſolet, ſacerdotes qui ſunt & erunt in eodem conventu, miſſas privatas celebrabunt. Alii verò nondum preſbyteri miſſas audient quotidie, antequam exeant ad laborem. Promiſerunt etiam iidem abbas & conventus, quod ſingulis annis, initio meſſis, prædictas litteras ſuas ſuper dicta conceſſione confectas facient coram conventu in Clarevallenſi capitulo recitari, quatenus tempore ſeneſcente, apud poſteros noſtra memoria non ſeneſcat, ſed magis ac magis in cordibus audientium per hujus facti recordationem jugiter innovetur, & tam poſteri quàm præſentes ad orandum inceſſanter pro nobis, tam in vita, quàm in morte, fervore devotionis ampliùs accendantur; quarum litterarum tenorem præſentibus litteris inſerendum duximus ſic habentem:

ILLUSTRISSIMIS & in CHRISTO cariſſimis TH. comiti Flandrenſi & Hainonienſi, & JOHANNÆ comitiſſæ uxori ejus, frater W.

Digitized by Google

dictus abbas Clarevallis & humilis ejuſdem loci conventus ſalutem & cum devotis orationibus promtiſſimam & beneplacitam voluntatem.

Piam & favorabilem devotionis veſtræ petitionem formatam, ut credimus, conſilio Veritatis, quæ dicit: *Petite & accipietis, ut gaudium veſtrum ſit plenum*, quæ per cariſſimum & venerabilem A. Igniacenſem abbatem nobis humiliter eſt oblata devotè ſuſcipimus, & diligenter intelleximus; continentem quod nos ob reverentiam Salvatoris, qui pro ſalute mundi ſeipſum obtulit in ara crucis hoſtiam ſalutarem, & in hujus oblationis memoriam pro reconciliatione humani generis ſe immolari conſtituit in ſacramento altaris dicens: *Hæc quotieſcumque feceritis in mei memoriam facietis*, ne tam inæſtimabilis beneficii incomparabilis gratia ad ſalutem univerſitatis ſalubriter inſtituta impedimentum accipiat ex occaſione commodi temporalis, ſtatuere vellemus perpetuo, ut in domo Claræallis tempore meſſis, quo à fundatione ordinis tempore meſſis miſſarum celebratio à conventu ſolet omitti, non omittetur de cetero in eadem. Nos ob devotionem quam erga nos & domum noſtram ſpecialiter exhibetis; peti ioni veſtræ tam acceptabilis Deo, & animabus veſtris inæſtimabiliter fructuoſæ grato concurrentes aſſenſu; duximus ſtatuendum, quod nos & ſucceſſores noſtri meſſionis tempore antequam fratres exeant ad laborem; miſſarum ſolemnia perpetuo celebremus, ſicut ſolent aliis diebus celebrari. Et ut tantæ ſalutis beneficium per veſtram ſollicitudinem impetratum ad memoriam veniat futurorum, volumus & ſtatuimus, ut ſingulis annis in ipſo principio meſſionis tenor præſentium in Claræ-vallis capitulo recitetur, quatenus per hujus ſaluberrimi facti veſtri recordationem ad orandum pro vobis illi qui audierint in orationibus ſuis vigilantiùs excitentur, & in ipſis miſſis præcipuè quas per veſtræ induſtriæ gratiam ſe noverint impetraſſe.

Actum anno Domini MCCXXXVIII. menſe Februarii.

His igitur gratis ita conceſſis & firmiter ſtatutis ne domus Claræallis ex occaſione hujus inſtitutionis in poſterum commodi temporalis incurreret detrimentum, dedimus poſtmodum in puram & perpetuam eleemoſynam eccleſiæ & conventui ſupradicto XXX. libras Flandrenſis monetæ, quas annuatim percipient cum aliis XXX. libris ejuſdem monetæ quas dictæ eccleſiæ in eleemoſynam antea dedimus, & in pecunia quæ nobis ſingulis annis debetur in hala Brugenſi, in qua panni venduntur die ſancti Donatiani, quæ eſt pridie Idus Octobris; aſſignavimus capiendas, eo videlicet loco & termino has XXX. libras annuatim percipient dicti fratres. Volumus ergo firmiterque præcipimus, ut illi qui tenent & tenebunt de cetero dictam halam, vel locum in quo ſita eſt ipſa hala, dictam pecuniam, videlicet LX. libras annui reditus Flandrenſis monetæ XXX. ſcilicet libras de primo dono, & XXX. de ſecundò ſine contradictione qualibet abſque alio mandato prædicto die ſancti Donatiani ſingulis annis in perpetuum reddant fratribus antedictis. De his quoque XXX. libris noviſſimè dictis fratribus à nobis collatis conducendi ſunt operari ſingulis annis tempore dictæ meſſis, qui ſuppleant & recompenſent monachorum laborem, in illo ſpacio, quo in dictarum miſſarum celebratione detenti à dicta meſſione vacabunt, ſimulque & ſæpedictus conventus hominibus venerabilis & Deo devotus per ſupradictos operarios adjutus minus ipſa meſſione gravetur. Ut autem hæc noſtra eleemoſyna & omnia prætaxata perpetuum robur obtineant, præſentem paginam conſcribi & ſigillorum noſtrorum munimine fecimus roborari.

Actum anno gratiæ MCCXXXIX. menſe Maio.

EPISTOLA PRÆLATORUM & baronum Terræ-ſanctæ ad Theobaldum regem Navarræ &c.

Conſilium dant de obſervandis in profectione ad Terra-ſancta ſubſidium.

Circa annum 1239. *Ex cartario Campaniæ. Bibliotheca regia.*

NObilibus viris & in CHRISTO cariſſimis domino T. Dei gratia regi Navarræ illuſtri & comiti Campaniæ, dominis Nivernenſi, & Forenſi, Montis-fortis comitibus; & dominis R. de *Courtenay* & Drogoni *de Marlois*. E. miſeratione divina Nicoſienſis domini patriarchæ Jeroſolymitani vicarius; & H. Dei gratia Nazarenſis archiepiſcopi, & R. Acconitidis & R. Liddenſis epiſcopi, & H. abbas Templi, & G. Hoſpitalis ſancti Johannis Jeroſolymitani pauperum CHRISTI cuſtos; & Arinaudus militiæ Templi magiſtri, comes Gualterus de Brena, O. de Monte-Beliardi coneſtabulus regni Jeroſolymitani, B. dominus Sydonienſis, & J. dominus Cæſariæ ſalutem & paratam ad obſequia voluntatem.

Placuit ſublimitati veſtræ ſuper quatuor conſilium à noſtra quærere parvitate: videlicet quando ad ſuccurſum Terræ-ſanctæ iter arripere deberetis, & ad quem portum, vel ad quos poſſetis convenientiùs congregari, & de cibariis taliter provideretur, & eorumdem inveniri poſſet copia cùm veniret exercitus JESU-CHRISTI. Super quibus de communi conſilio, non tantum noſtrorum qui præſenti cartulæ ſigilla appoſuimus; ſed etiam illorum qui de natura negotii habent notitiam pleniorem, taliter duximus reſpondere.

Ad primum dicimus; quod occaſione treugarum non oportet veſtrum paſſagium prolongare, cùm Saraceni treugam non teneant chriſtianis: immo plures interfecti & capti peregrini ſunt in hac treuga, quam fuerint ex quo perdita extitit Terra-ſancta: & cum domino papæ & vobis placuerit, poteritis arripere iter veſtrum, cum cujus benedictione & gratia vos accingetis ad ſervitium JESU-CHRISTI.

Ad ſecundum ad quos portus venire debetis, videtur nobis quod omnes de regno Franciæ commodiùs ad portum Marſiliæ vel Januæ poteritis accedere vel intrare.

Ad tertium dicimus tali modo quod omnes debeatis in Cyprum apud Minocium applicare, & ibi habito diligenti tractatu vobiſcum cum prælatis, magiſtris & baronibus Terræ-ſanctæ, poteritis ubi magis vobis placuerit navigare in Syriam, vel Damiatam, vel apud Alexandriam, ſi magis videritis expedire, & in Cypro poterit de cibariis recentibus & aliis recreari totus exercitus chriſtianus. Æqualiter enim diſtat Accon à Nimocio ſicut Nimocium ab Alexandria vel Damiata.

Ad quartum dicimus, quod fiet generale ab omnibus qui in terra dominantur interdictum, quod extra terram nulla cibaria extrahantur. Ita viſum eſt nobis, & ita Dominus dirigat greſſus veſtros, & velit veſtrum & noſtrum deſiderium adimpleri, & per vos liberetur de Saracenorum manibus Terra-ſancta, quam Patris Unigenitus præſentia ſua & effuſione ſui ſanguinis voluit conſecrare.

Datum Accon pridie Nonas Octobris.

EPISTOLA GUILLELMI patriarchæ Jeroſolymitani ad Theobaldum regem Navarræ.

Excuſat Hugonem Branæ comitem quod tardius ad eum acceſſerit.

Ex cartario Campaniæ.

A Tres-haut & tres-puiſſant Seignor amé ſire THIEBAUT par la grace de Dieu tres-noble roy de Navarre & conte palazin de Champaigne & de Brie. GUILLAUME par cele meime grace patriarche de Jeruſalem & legat de l'apoſteilat, ſage frere Thomas *Berart* maiſtre de la poure chevalerie du Temple, frere Hugues *Revel* gardeor des poures de Criſt, frere Aune meiſtre de Lopital des Alemanz, Jeofroy de *Sergines* ſeneschau de reaume de Jeruſalem, ſalus & accroiſſemans dannoran ceſt ſeigle & en la fin la vie pardourable.

Sire il neſt mie meſtiers que nos le poure eſtat & la miſere de la cretienté ou reaume de Jeruſalem; ne comment le Soudan ennemis & averſaires de la foi chretienne ſe peinnent en quenque il puet jor & nuit de la creſtianté abaiſſier; & meiment coment en ce mois de May, il a gaſté les gens & les jardins & les menors, par tout lou plain d'Acre, coment il ceſt retrais arriere aux parties dou Saphet. Faciens a ſcavoir a vôtre hautece con ſe ſoit choſe, que nos ſcons certains, que il vos a été fait a ſcavoir par pluſors autres, & que vos par les porteors de ces lettres, ce il vos plaiſt & en puiſſiez ſcavoir la pure verité. Si com par ces qui ou fait ont eſté, & lont veu, & ſau. Mais ſachiez, Sire, que li noble homme mon ſire HUGUE conte de *Briene* vôtre homme & voſtre feal, ſi toſt con il antandi & oi les decés de ſon ainé frere, JEHAN DE BRIENE, don diex ait l'arme, il fuſt alors a vos, & fiſt tout ſon ator daler i, por faire envers vos ce que il doit, ſe il nauſt eté eſloignies de mont de manieres deſloignes. Premieremant de maladies des que il a mout eté tormentez, ſi comme a noſtre Seigneur a pleü apres por les deces de ſa ante, por qui il y a covenu a quereler avecques ſon coſin meſire HUGUES DE LEZIGNAN bailly de Jeruſalem & de Chypre por ochoiſum dou bailiage, ou quel il entendoit avoir raiſon. Apres por lo beſoin qui a eſté ia ſont trois ans paſſé au reaume de Jeruſalem, ouquel il a eſté en tout ſon poor toutes les fois que li beſoins a eſté & mis lo ſien a ſon honor, & au profit de la cretianté. Et ſachiez, Sire, que au ceſt Avril qui en paſſé prochiennement, il avoit en Chypre tout atorne ſon paſſaige por aller a vos, force il entendi la venuë du Soudan en la terre de Surie, porquo il, come cil qui eſt extrais de tex gens, qui onques ne doterent lor ſanc a eſpandre por la deffanſion de la terre, o li fils de Dieu deigna lo ſien propre ſanc eſpandre por tous pecheors des poines denfer racheter: toutes choſes arriere miſes, ſon viage ou tout quanque il pot, torna vers Acre, & a anqui eté tant come li beſſoins a prochains eſté. Sor le Sodan retrait aux parties dou Saphet par lo conſeil & la volanté de nos & de tos les autres prodomes de la terre communement. Il ceſt miſt du voiage daller a vos, parcequil dotent que voſtre ſeignorie neut por mal, ce que il neſtoit pluſtot a vos ales por recoivre ſon heritage que il a, & doit avoir en voſtre ſeignorie. Dou quel nos vos prions ſi humblement, come nos poons, por Dieu & por miſericorde, que vos ſe il vos plaiſt li doies eſtre benignes & favorables en ces beſoignes, & que vos de ces beſoignes le doies delivrer prochienement, por quoi il puiſſe prochienement retorner ou ſerviſſe noſtre Seignor. De la quelle choſe il eſt mout deſirans, & nos gens & tot les gens de la creſtianté de ſa mere moult deſiront come ce neceſſaire, & de lui ſoit choſe que ſa preſance ſoit moult ou pais ſoient tos ſelonc ſon poor aidies & confortes.

Ecrites à Acre a XXVII. jors de Mai.

LITTERÆ P. PRIORIS Hireæ-vallis ordinis ſancti Auguſtini.

Quibus de ſuorum conſenſu monachorum ab obedientia ſua abſolvit fratres Vallis-Sanctorum ejuſdem ordinis.

Anno 1235. Ex archivis monaſterii Tullenſis S. Manſueti.

EGo frater P. dictus prior Hyreæ-vallis notum facio univerſis præſens ſcriptum inſpecturis quod nos conſenſu omnium tam monachorum quam converſorum ordinis noſtri fratres in Valle Omnium-ſanctorum Domino ſervientes, necnon & ipſam domum ab omni ſubjectione, ſi quam nobis aliquando debuerint, abſolvimus & quitamus, quod in nullo tenentur nobis reſpondere de cetero vel ſubeſſe: eo quod fratres prædictæ domus

Digitized by Google

cùm non habuerint nemora in quibus poſſent facere novalia, juxta conſuetudinem noſtri ordinis, de conſilio bonorum & diſcretorum virorum, à ſede apoſtolica nutrituram animalium impetraverint, & quædam alia quæ ſunt (a) contra ordinis noſtri inſtituta (a). Nos etiam hoc approbantes, & ratum habentes, præſentem cartulam ſigilli noſtri munimine roboramus.

Datum anno gratiæ MCCXXXIX.

GREGORII PAPÆ IX.
Bituricenſi archiepiſcopo.

Ad inquirendum utrum canonici Cadurcenſes fuerint aliquando regulares.

Anno 1239. *Ex cartario archiepiſcopi Bituricenſis.*

GREGORIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri archiepiſcopo Bituricenſi ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Sua nobis prior & capitulum Caturcenſis eccleſiæ petitione monſtrarunt, quod aſſerentibus quibuſdam eorum æmulis, eamdem eccleſiam regularem fuiſſe, quæ à tempore, cujus non eſt memoria, ſæcularis extitiſſe dignoſcitur, licèt ipſius canonici, honeſtatis intuitu, cappas nigras & ſuperpellicia ſemper detulerint, aliquem ordinem non profeſſi, venerabilis frater noſter archiepiſcopus Viennenſis, tunc in partibus illis apoſtolicæ ſedis legatus, correctionem & reformationem ipſius eccleſiæ venerabili fratri noſtro epiſcopo Agennenſi commiſit, qui perſonaliter ad ipſam accedens, ab univerſis & ſingulis ejuſdem canonicis de veritate dicenda petiit juramentum, & quamquam illo præſtito, ipſi certificari de forma mandati præfati archiepiſcopi poſtularent: tamen dictus epiſcopus id efficere denegans, pro ſuæ voluntatis arbitrio tulit excommunicationis ſententiam in eoſdem. Cùmque idem poſtmodum dicta ſententia relaxata, denuò viſitans memoratam eccleſiam, à præfatis canonicis prædicto ſimile depoſceret juramentum, ipſi hoc non debere fieri proponentes, petierunt eorum epiſcopum, & quoſdam abſentes canonicos uſque ad certum numerum expectari: & quia dictus Agennenſis epiſcopus id efficere noluit, ſententialiter pronuntians fuiſſe dictam eccleſiam regularem, ipſi ad ſedem apoſtolicam appellarunt, in quos idem, eorum appellatione contemtâ, interdicti ſententiam promulgavit, quam venerabilis frater noſter Soranus epiſcopus, tunc in eiſdem partibus apoſtolicæ ſedis legatus, ad cautelam relaxans, prædicto epiſcopo Caturcenſi duxit hujuſmodi negotium committendum. Verùm cùm ipſe in eo procedere noluerit, ipſi nobis humiliter ſupplicarunt, ut ſuper hoc eis providere de circumſpectione ſedis apoſtolicæ curaremus. Nos itaque de providentia tua, qui loci metropolitanus exiſtis gerentes in Domino fiduciam ſpecialem, fraternitati tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus perſonaliter ad locum accedens, inquiſitâ ſuper præmiſſis diligentiùs veritate, ſi repereris quod eadem eccleſia fuerit aliquo tempore regularis, facias ibidem debitum ordinem obſervari: alioquin eos ad regularem obſervantiam non compellas, contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſitâ compeſcendo.

Datum Lateranis v. Idus Decembris, pontificatûs noſtri anno XIII.

(a) Probabile ſatis videtur monachos Vallis-Sanctorum ab ordine ſuo rejectos, Vallis-caulium inſtituta aſſumſiſſe. Eorum porrò monaſterium anno 1305. Tullenſi ſancti Manſueti abbatiæ univit Johannes Tullenſis epiſcopus.

LITTERÆ CATHARINÆ
abbatiſſæ, & conventûs ſanctæ Bibianæ, ad Hugonem priorem & fratres monaſterii beatæ MARIÆ Deauratæ,

Mittunt eis varias Româ reliquias.

Anno 1241. *Ex autographo.*

CATHARINA abbatiſſa, CECILIA prioriſſa, MARGARETA, & reliquæ ſorores monaſterii ſanctæ Vivianæ de Urbe, ordinis ſancti BENEDICTI, HUGONI ſubpriori, & ſacræ Congregationi beatæ MARIÆ Deauratæ Tholoſanæ, ſalutem, & continuum in CHRISTO profectum.

Lætatæ ſumus in his quæ dicta ſunt nobis de odore veſtræ bonæ opinionis, & veſtri monaſterii excellentia, & honore; quodque hactenus de vobis & eccleſia veſtra, famâ referente, percepimus, ex jam aſſuetâ celebri converſatione venerandi per omnia viri PETRI [dAlbis, *d'Aux*] prioris veſtri, in curia longo tempore commorantis, quaſi per experientiam obtinemus. Cupientes itaque glorioſæ Matris Domini, cui locus ipſe dicatus eſt, & orationum veſtrarum ſuffragia promereri, de his quæ carius poſſidemus, ſanctorum videlicet reliquiis, prædicti venerabilis viri obtentu, vobis portionem aliquam duximus impertiri, ſperantes eorumdem ſanctorum nos devotè patrociniis adjuvari, ſi apud fideles populos per ſacrorum pignorum eorum participium ſuam procuremus gloriam ampliari. Reliquiæ ergo quas ſub noſtro & diſcretorum virorum Montanerii ſanctorum Marcellini & Petri ſæcularis eccleſiæ de Urbe prioris, & magiſtri Thomæ de *Dalbs rectoris eccleſiæ S. Salvii de Dalbs, diœceſis Tholoſanenſis ſigillis, in quodam vaſe vitreo per præfatum priorem veſtrum vobis mittimus incluſas, ſunt ſanctorum Papiæ martyris, ſanctorum Nerei & Achillæi martyrum, ſancti Alexandri papæ martyris, ſanctæ Martinæ virginis & martyris, ſanctorum Marii & Marthæ martyrum, ſanctæ Rufinæ virginis & martyris, ſancti Sixti papæ & martyris, ſancti Sylveſtri papæ & confeſſoris, ſanctorum quatuor Coronatorum, ſancti Marcelli papæ & martyris, ſancti Pantaleonis martyris, ſancti Maximi martyris, ſancti Soſtenis martyris, apoſtolorum diſcipuli, ſancti Dionyſii martyris, ſancti Tiberii martyris, ſanctorum trium puerorum, ſancti Aurelii martyris, ſan-

*ſive d'Aux.

ctorum Marcellini & Petri martyrum, ſanctæ Dorotheæ virginis & martyris, ſanctorum Marcelli & Superantii martyrum, unius ex lapidibus quibus ſanctus Stephanus extitit lapidatus, & Pſalterii quod ſub capite ſanctæ Vivianæ martyris repertum fuit, tempore quo bonæ memoriæ HONORIUS papa III. ejus mauſoleum fecit aperiri, cujus duorum pſalmorum principia, videlicet: *Dominus illuminatio mea*; & : *Dominus regit me*; non obſtante interpoſitione vitrei vaſis, poſſunt à reſpicientibus apertè diſtingui. In cujus rei teſtimonium præfati viri venerabiles Montanerius & Thomas præſentibus litteris ſubſcribentes, ſigilla ſua huic cartæ nobiſcum duxerunt pariter imprimenda. Orate ergo pro nobis, fratres, quia juxta beati Jacobi aſſertionem, multùm valet deprecatio juſti aſſidua, ut inter veſtras ſecretiores lacrymas ibi noſtri memoriam habeatis, ubi Patri Filius immolatur, ut quod noſtra non obtinent merita, hoc nobis ſaltem obtineat interceſſio aliena.

Datum Romæ in præfato monaſterio ſanctæ Vivianæ v. Idus April. an. Dom. MCCXLI. pontificatûs domni GREGORII papæ IX. anno XV.

BULLA COELESTINI PAPÆ IV. ad archiepiſcopum Senonenſem & abbatem ſanctæ Columbæ.

Mandat ut detentam à comite Nivernenſi domum de Colongiis faciant reſtitui monaſterio Caritatis.

Anno 1241. *Ex mſ. Caritatis.*

COELESTINUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri archiepiſcopo Senonenſi, & dilecto filio abbati ſanctæ Columbæ in Senonenſi dioceſi conſtituto, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Ex inſinuatione dilectorum filiorum abbatis & conventûs Cluniacenſis, nos accepiſſe noveritis, quod cum prioratus eorum de Caritate tempore quo cariſſimus in CHRISTO filius noſter PHILIPPUS illuſtris Francorum rex Hieroſolymam profectus eſt, Dei providentiâ & peccatis habitantium exigentibus: nimio fuiſſet debitorum onere aggravatus, & Petrus de Corzon ſerviens nobilis viri comitis Nivernenſis nimium ipſum affligeret & gravaret, prior & fratres ejuſdem loci domum de Colongiis ad ipſum prioratum ſpectantem pro tredecim mille ſolidorum Nivernenſium ipſi P. venditioni exponere coacti ſunt, unde prioratus de Caritate damnificatus eſt plurimùm & gravatus. Et licèt ipſe P. ad inſtantiam prædicti Cluniacenſis abbatis, poſtmodum in præſentia venerabilis fratris noſtri W. Rhemenſis archiepiſcopi, ſanctæ Sabinæ cardinalis, apoſtolicæ ſedis legati, tunc curam & ſollicitudinem regni Franciæ, ſimul cum cariſſima in CHRISTO filia noſtra illuſtri regina matre regis ipſius gerentis, tactis ſacro-ſanctis evangeliis, juramento firmaverit, quod priori & fratribus de Caritate, receptâ pecuniâ ſuâ, domum prætaxatam, cum omnibus pertinentiis ſuis, redderet pacificè poſſidendam, numquam poſtmodum, quamvis ipſi fratres, ut dicitur, pecuniam illam ei vellent reſtituere, illud quod juraverat voluit adimplere. Cùm igitur cura & ſollicitudo omnium eccleſiarum ſit nobis commiſſa, volentes indemnitati ipſius prioratûs de Caritate, prout debemus, paterno affectu ſollicitè providere, diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, firmiter injungentes, quatenus ſupradictum comitem Nivernenſem, qui eamdem domum de Colonges ſervientis nomine, ut dicitur, occupavit, & in proprios uſus convertit, vel ipſum ſervientem, ſi prædicta domus ei fuerit reſtituta auctoritate noſtrâ monere & inducere efficaciter laboretis, ut domum ipſam prioratui ſupradicto, receptâ ab ipſis pecuniâ prætaxatâ, ſine difficultate qualibet reſtituere non omittant. Et ſiquidem in ipſa domo ab ipſo comite, vel prædicto ſerviente ſuperædificatum eſt non computetur ipſis fratribus, ſed de reditibus domûs ipſius interim receptis illud fiat. Si verò idem comes, vel ipſius ſerviens duxerint reſiſtendum, vos noſtrâ freti auctoritate, tam ipſum comitem, quàm quoſlibet alios domum ipſam tenentes ad eamdem domum cum pertinentiis præfatis fratribus reſignandum per excommunicationis & interdicti ſententias, ſublato contradictionis & appellationis obſtaculo, compellatis, facientes utramque ſententiam uſque ad condignam ſatisfactionem inviolabiliter obſervari, nullis litteris obſtantibus harum tenore tacito à ſede apoſtolica impetratis. Quod ſi ambo eis exſequendis nequiveritis intereſſe, tu frater archiepiſcope ea nihilominus exequaris.

Datum Lateranis VIII. Idus Auguſti, pontificatûs noſtri anno I.

JUHELLI TURONENSIS archiepiſcopi ſententia,

De convocatione & ſeſſione abbatum in ſynodo Andegavenſi.

Anno 1241. *Ex mſ. Majoris-monaſterii.*

UNiverſis CHRISTI fidelibus præſentes litteras inſpecturis, JUHELLUS Dei gratiâ Turonenſis archiepiſcopus, ſalutem in Domino.

Noveritis quòd cùm judicaſſemus abbates Andegavenſis diœceſis & civitatis debere venire ad ſynodum epiſcopi Andegavenſis, noſtram temperamus ſententiam in hunc modum: Quòd ſi quis abbatum prædictorum canonicam habeat præpeditionem, poſſit à ſynodo remanere; quam tamen epiſcopo per litteras ſuas in ſynodo ſignificare tenetur, & eam veram eſſe per monachum ſacerdotem, qui ab ipſo abbate mandatum habeat ſpeciale ad jurandum in animam ipſius, in litteris excuſationis comprehenſum, vel per ſeipſum, ſi maluerit, proprio juramento firmabit. Si tamen per monachum abbas jurandum eſſe elegerit;

Digitized by Google

A ipſe monachus primò jurabit, quod ad jurandum in animam ipſius abbatis, excuſationem, quam prætenderit, veram eſſe, & ab ipſo abbate mandatum habeat ſpeciale. In his tamen tribus ſynodis primò venturis, ſi quis abbatum ſe excuſaverit, excuſationem quam prætenderit, veram eſſe, ſi epiſcopus voluerit, proprio juramento firmabit. Præterea ordinamus, quòd ſi epiſcopus in ſynodo ſua aliquid velit ſtatuere quod tangat abbatem vel monachos, illud ante ingreſſum ſynodi dictis abbatibus debet declarare, & cum eis ſuper hoc ita tempeſtivè, B quòd abbates deliberare poſſint ante ingreſſum ſynodi, an contradicere velint, vel potiùs conſentire. In hac autem deliberatione facienda quilibet abbas poterit habere ad conſilium ſuum duos monachos, vel duos clericos, vel unum monachum & unum clericum. Quomodo autem debeant in ſynodo ſedere, ita ordinamus. Abbas ſancti Albini, qui multis gaudet prærogativis, ſedebit primus à dextris epiſcopi; abbas ſancti Florentii, qui pariter gaudet C multis prærogativis, ſedebit à ſiniſtris juxta epiſcopum; abbas ſancti Sergii juxta abbatem ſancti Albini; abbas de Burgolio juxta abbatem ſancti Florenti; abbas ſancti Nicolai juxta abbatem ſancti Sergii; abbas ſancti Mauri juxta abbatem de Burgolio.

Actum de conſenſu partium apud Candatum, die Jovis poſt feſtum beati Michaëlis, anno Domini MCCXLI.

D

EJUSDEM (*ut credimus*) LITTERÆ commendatitiæ in gratiam fratrum ordinis Sanctæ Trinitatis.

Ex mſ. Majoris-monaſterii.

CUm ordo S. Trinitatis & Redemtionis captivorum, velut electa vinea Domini Sabaoth, & velut vitis, verèque CHRISTI Domini delectabile germen, palmites ſuos non ſolum à mari uſque ad mare, ſed etiam ultra maria, Deo agricolante, & incrementum mirificum præſtante, extenderit, eamque eo uſque pro- E vexerit, ut jam in civitate Pariſienſi juxta decurſus aquarum fluentium propagines ſuos produxerit, locumque ibi ad eos ſacræ doctrinæ pluvia voluntaria nutriendos, diſciplinaque excolendos, divinæ pietatis munificentia tribuerit: benignitati veſtræ, & ipſam vineam, & ejus palmites fiducialiter duximus commendandos, utpote qui non ſolùm odorem ſuavitatis, hoc eſt bonæ opinionis, ex celebris & propagatæ famæ teſtimonio de flore ejus inceſſanter capimus; ſed eccleſia de fructibus ejus F ubertatis, niſi reprobi ſimus, refectione aſſiduâ ſatiamur*. Inde eſt quod ad pietatis veſtræ dulcedinem, quantâ affectione poſſumus, requirimus, & rogamus ex affectu, quatenus ob honorem & amorem beatæ & glorioſæ Trinitatis, cujus præfati viri devotiſſimi ſervi ſunt, ac fideliſſimi, id eſt favoris & gratiæ, cùm vos adierint, dignemini impertiri, per diœceſes veſtras litteras veſtras, indulgentias veſtras cum indulgentiis domini papæ continentes ad emendicanda fidelium beneficia concedentes, ut apud largiſſimum retributorem omnium bonorum Deum mercedem copioſam in cœlis; ab ipſis verò diſciplinæ, quâ jugi ſacrificio & mortificatione aſſiduâ ſe immolant, & pietatis quâ non ſolùm ſua, ſed etiam ſeipſos in pauperum ſuſtentationem & captivorum erogant redemtionem, ceterorumque bonorum ſuorum, quæ nec exiſtimationem habent, nec numerum, gratum mereamini participium obtinere: Attendentes, ſi placet, quod duplici favore & gratiâ digni habendi ſunt, qui & ſacris ſtudiis totâ inſtantiâ invigilant, & arctiſſimæ religionis ſanctis obſervantiis Deo ſe totos jugi mortificatione ſacrificant, ſeque & ſua largiſſimâ profuſione in pauperum ſuſtentationem & captivorum redemtionem erogantes, non ſolùm ea, Deo cuſtode, theſaurizant in cœlis, ſed inæſtimabilium uſurarum pretioſiſſimam gratiſſimamque mercedem inde recepturi Domino fruantur.

*f. ſatiatur.

EPISTOLA CONVENTUS DOMUS-DEI Pruvinenſis ad THEOBALDUM Navarræ regem, Campaniæ & Briæ comitem.

Excuſat ſe, quod non petitâ facultate, magiſtrum ſibi elegerit.

EXcellentiſſimo domino ſuo TH. Dei gratiâ illuſtriſſimo regi Navarræ, Campaniæ & Briæ comiti palatino, humilis conventus fratrum & ſororum Domûs-Dei de Pruvino orationum ſuffragia devotarum. Anno 1241 *Ex cartario Campaniæ Bibliotheca regia.*

Afflictioni paupertatis & inopiæ noſtræ ſuperaddita eſt afflictio graviſſima, eo quod dolentes quamplurimùm & affecti vehementer intelleximus, quod majeſtas veſtra regia, ad quam ſolam in omnibus neceſſitatibus noſtris habemus refugium, & in qua ſola poſuimus anchoram totius ſpei noſtræ, mota eſt contra nos & domum noſtram, immò veſtram, pro eo quod dictum eſt vobis, quod ad electionem proceſſimus, licentiâ priùs à vobis, ut deceret, non petitâ. Sciat autem dominatio veſtra, quod nos priùs à vobis deberemus licentiam requirere: & quia ſimplices ſumus & juris ignari, ſolemnitates quæ in electionibus requiruntur penitus ignorantes: & quia electio quam fecimus, non eſt pura, nec vera electio, ſed ad tempus proviſio quam fecimus de viro venerabili domino GIRBERTO, quondam canonico ſancti Audomari, viro utique moribus & vitâ laudabili, & nobis in multis laudabiliter experto, ut nobis adminiſtret tam ſpiritualia, quàm temporalia, donec largitor omnium bonorum Deus dederit nobis aliquem de fratribus noſtris, qui moribus & vitâ laudabilis, & induſtriâ temporalium commendabilis poſſit & debeat vocari ad regimen domus noſtræ, immo veſtræ. Nos qui nullomodo indignationem veſtram vellemus incurrere, nec in aliquo vos offendere, majeſtatis veſtræ pedibus obvoluti, veniam remiſſionis requirentes ſup-

Digitized by Google

plicamus excellentiæ veſtræ, quatinus ſi in aliquo vos offendimus nobiſcum miſericorditer agentes remittere dignemini, ſcituri quod nos mittimus ad vos venerabilem virum dominum Adam capellanum dilectum & familiarem noſtrum latorem præſentium, ut pro nobis vobis emendet, ſi emendam propter hoc recipere velitis. Supplicantes dominationi veſtræ, ut ſuſtinere velitis, quod dictus Giſbertus ſit proviſor domus noſtræ, donec talis ſit inter nos, qui ſit idoneus curam & ſollicitudinem domus noſtræ immo veſtræ ſuſcipere. Concedentes, ſi placet, quia periculoſum eſſet tam in temporalibus quam in ſpiritualibus, ſi minus idoneus & talis præficeretur, in domo noſtra, immo veſtra: in qua ſunt quædam ſorores noſtræ ætate & ſexu fragiles, de quo poſſet oriri ſuſpicio & periculum imminere. Supplicamus etiam vobis, quod dignemini nobis concedere litteras veſtras patentes, quod vobis bene placet quod dictus Gibertus ſit proviſor domus noſtræ, immo veſtræ, donec de aliquo fratrum noſtrorum idoneo eidem domui ſit proviſum. Datum in feſto apoſtolorum Simonis & Judæ anno Domini MCCXLI.

LITTERÆ FREDERICI imperatoris ſuper natalibus Johannis & Balduini de Aveſnis.

Anno 1242. *Ex Haſnonienſi cartario dominorum de Aveſnis.*

FR. Dei gratia Romanorum imperator ſemper auguſtus Jeruſalem & Siciliæ rex univerſis baronibus vaſſallis ceteriſque hominibus per totum comitatum Haynoniæ, ac per imperium conſtitutis fidelibus ſuis gratiam ſuam & omne bonum.

Dudum petitione JOHANNIS & BALDUINI filiorum BOUCHARDI de Aveſnis & MARGARETÆ ſororis comitiſſæ Flandriæ fidelium noſtrorum propoſita coram nobis, ut ſi quis eſſet in eis defectus natalium legitimationis beneficio dignaremur proſequi & ſupplere, meminimus eos ex certa legitimaſſe ſcientia de noſtræ plenitudine poteſtatis, ut paternis & maternis bonis ſuccedere valeant, tamquam legitimi, & de thoro legitimo procreati, ad omnia jura honoris & actus legitimos admittendi, ſicut in indulto ſibi gratiæ noſtræ privilegio inſignito bulla aurea typario noſtræ majeſtatis impreſſa plenius continetur. Verùm quia nuper ad audientiam noſtram tranſmiſſa per ipſos conqueſtione pervenit, quod GUILLELMUS, GUIDO & JOHANNES, quos prædicta MARGARETA de GUILLELMO de Dompni-petra poſtmodum ſuſcepit, ac alii quidam contra noſtræ legitimationis privilegium & honorem, quo prædicti JOHANNES & BALDUINUS fideles noſtri jam diutius præmuniti legitimis natalibus decorantur, eos perperam moliuntur paternorum & maternorum bonorum ſucceſſione privare: nos id nolentes aliquatenus tolerare, velut qui cauſam honoris dedimus, reſtitutionem natalium indulgentes, quæ ſoli principi Romano in imperio noſtro debetur, ad tuitionis tenemur effectum, mandamus & præcipimus firmiter vobis quatinus ſicut honorem noſtrum & imperii ex debito vaſſallagiis fovere tenemini & fideliter conſervare, ſi quando ſuper hoc per violentiam caſus inciderit, non permittatis eiſdem fidelibus noſtris contra privilegii noſtri tenorem damnum vel injuriam irrogari: injuriatores eorum ad ea quæ jure legitimationis in toto comitatu Haynoniæ prædictis fidelibus noſtris ceſſura credantur nullatenus admiſſuri: maximè cùm, ſi quam ſuper hoc quæſtionem oriri contingeret, ad examen noſtrum tamquam ſibi debitum de his quæ aguntur in diſtrictu imperii referri debeat & decidi, non obſtantibus litteris aliquibus vel reſcripto ſuper ſucceſſione temporalium vel rebus imperii à ſede apoſtolica impetratis.

Datum Fogiæ anno Dominicæ Incarnationis MCCXLIII. menſe Martio quintæ decimæ indictionis.

LITTERÆ GUILLELMI Pariſienſis epiſcopi pro monachis Sacri-portus.

Permittit eis Pariſiis oratorium habere.

Anno 1243. *Ex cartario Sacri-portus.*

UNiverſis &c. GUILLELMUS permiſſione divina Pariſienſis eccleſiæ miniſter indignus ſalutem in omnium Salvatore.

Cùm ordo Ciſtercienſis velut ſpeciale ſpecimen religionis & ſanctitatis in eccleſia Dei evidenter effulgeat, tanto eſt uberiori gratia & favore cunctis fidelibus amplectendus, tantoque ad Dei ſervitium cui ſe totaliter dedit atque devovit propenſiùs adjuvandus, quanto ipſi placitis obſequiis ſtudet inceſſanter ſe reddere gratiorem. Hinc eſt quod fratres monaſterii Sacri-portus ob multiplices domus ſuæ neceſſitates Pariſius venientes, & nonnumquam ad tempus moram inibi facientes, propter defectum oratorii proprii, diſcurſu diſpendioſo & religioſis perſonis minimè congruenti, aliena mendicare oratoria cogerentur; de aſſenſu magiſtri Roberti ſancti Gervaſii Pariſius plebani, prænominato monaſterio de ſpeciali gratia duximus indulgendum, ut in domo ſua, quam in eadem parochia habere dinoſcitur, liceat fratribus antedictis habere oratorium & fratribus Ciſtercienſis ordinis celebrare divina excluſis omnibus his, qui cauſa vitandi ſeu ſubterfugiendi propriam eccleſiam ſive parrochiam ibidem vellent audire divina, exceptis dumtaxat hoſpitibus, qui in prædicta domo de gratia fuerint hoſpitati & eorum familia, necnon & familia fratrum prædictorum. Conceſſimus autem hoc fratribus prænominatis, ſalvis per omnia obventionibus, ſi quæ in illo oratorio obvenerint, prænominato ſacerdoti & ſucceſſoribus ſuis: ita ut per ſe, vel per quemcumque voluerit liceat illas eidem recipere, retentis etiam nobis & ſucceſſoribus noſtris & archidiaconis loci epiſcopali & archidiaconali

Digitized by Google

diaconali in eodem oratorio juridictionibus. In cujus rei teſtimonium præſentes litteras ſigilli noſtri fecimus impreſſione muniri.

Datum anno Domini MCCXLIII. menſe Junio.

URBIS SANCTI MACHARII ad Garumnam Juſtitia Burdegalenſi S. Crucis monaſterio redditur.

Anno 1243. *Ex autographo.*

UNiverſis CHRISTI fidelibus præſentes litteras inſpecturis HENRICUS *de la Bere* tunc præpoſitus ſancti Macharii & *de Benauge*, pro domino rege Angliæ ſalutem in Domino.

Noveritis me mandatum domini Nicolai *de Molis* ſeneſcalli Vaſconiæ recepiſſe in hunc modum. Nicolaus *de Molis* ſeneſcallus Vaſconiæ, dilecto & fideli ſuo Henrico *de Bere* ſalutem.

Mandatum domini regis recepimus, ut venerabili abbati ſanctæ Crucis Burdegalenſis juſtitiam ſancti Macharii redderemus. Unde vobis mandamus quatinus viſis litteris ejuſdem abbati juſtitiam reddatis prædictam, & deliberetis, præcipientes omnibus probis hominibus ſancti Macharii, dicto abbati de dicta juſtitia ſint intendentes & obedientes. In cujus rei teſtimonium has litteras noſtras vobis mittimus patentes, ſigillo noſtro ſignatas. Datum Burdegalæ die Dominica poſt feſtum S. Johannis anno Domini MCCXLIII. Unde ego mandatum Domini regis & dicti ſeneſcalli cupiens adimplere: præcipio .... ſancti Macharii auctoritate dicti domini regis & ſeneſcalli prædicti, quorum litteras ſuper hoc vidi patentes, ſigillorum eorumdem munimine roboratas, ut de dicta juſtitia quam dominus de manu prænominati abbatis occaſionaliter ad tempus tenuerat & acceperat, eidem abbati reſpondeant & obediant liberaliter & benignè. In cujus rei teſtimonium ſigillum meum feci præſentibus apponi in teſtimonium veritatis.

Actum apud ſanctum Macharium ſabbato poſt feſtum apoſtolorum Petri & Pauli anno gratiæ MCCXLIII.

INNOCENTII PAPÆ IV. ad epiſcopum & decanum Nivernenſem & priorem ſancti Petri de Monaſterio.

Confirmat ſententiam latam in epiſcopum Claromontanum quod non veniſſet ad concilium archiepiſcopi Bituricenſis.

Anno 1243. *Ex cartario Bituricenſis archiepiſcopi.*

INNOCENTIUS epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabili fratri epiſcopo & dilectis filiis decano Nivernenſi & priori ſancti Petri de Monaſterio Nivernenſis diœceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Venerabilis frater noſter Bituricenſis archiepiſcopus nobis humiliter ſupplicavit, ut ſuſpenſionis & interdicti ſententias, quas idem auctoritate metropolica in epiſcopum Claromontenſem, pro eo quod vocatus ad concilium provinciale venire noluit, nec ſe rationabiliter excuſavit, ac etiam quod ſibi obedientiam & reverentiam debitam exhibere contra juſtitiam denegabat, exigente juſtitia promulgavit, robur faceremus debitum fraternitatis habere. Quocirca diſcretioni tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus ſententias ipſas ſicut rationabiliter ſunt prolatæ faciatis auctoritate noſtra uſque ad ſatisfactionem condignam, appellatione remotâ, inviolabiliter obſervari. Quod ſi non omnes his exſequendis potueritis intereſſe, duo veſtrum ea nihilominus exſequantur. Datum Lateranis XI. Calendas Novembris pontificatus noſtri anno I.

INNOCENTII PAPÆ IV. ad abbatem & monachos Fiſcannenſes.

Uſum pileorum eis concedit.

Anno 1244. *Ex archivis Fiſcannenſis monaſterii.*

INNOCENTIUS epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis abbati & conventui monaſterii Fiſcannenſis ordinis ſancti Benedicti ad Romanam eccleſiam nullo medio pertinentis ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Juſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem præbere conſenſum, & vota quæ à rationis tramite non diſcordant effectu proſequente complere. Cùm igitur, ſicut ex parte veſtra fuit propoſitum coram nobis, monaſterium veſtrum ſit in regione frigidiſſima conſtitutum, ac ob hoc incedere diſcooperto capite vobis nimis difficile ſit & grave; Nos devotionis veſtræ precibus benignum impertientes aſſenſum, auctoritate vobis præſentium indulgemus, ut pileis ordini veſtro congruentibus uti liberè valeatis: proviſo ut in elevatione Euchariſtiæ & lectione evangelica ac aliis in divinis officiis debita reverentia obſervetur. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hæc attentare præſumſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Lugduni XIII. Calendas Martii pontificatus noſtri anno ſecundo.

LITTERÆ JACOBI METENSIS epiſcopi & Matthæi ducis Lotharingiæ, de donatione Simonis de Ravoy facta monaſterio Vallis-Sanctorum.

Anno 1244. *Ex autographo ſancti Manſueti.*

J. Dei gratia Metenſis epiſcopus & M. frater ejus dux & Marchio Lotharingiæ omnibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem in domino. Noveritis univerſi quod dominus SYMON miles *de Ravoy* in præſentia noſtra conſtitutus de conſenſu & voluntate Valteri filii ſui & noſtra monachis & fratribus de *Paſcei* ibidem Deo famulantibus, qui locus appellatur Vallis-Omnium-ſanctorum, contulit in perpe-

Digitized by Google

tuam eleemoſynam pro remedio animæ ſuæ A & anteceſſorum ſuorum quidquid juris habebat in loco, in quo domus eorum fundata eſt, & in appenditiis, & in nemore ſito inter ipſam domum & bannale nemus, pro terra facienda, uſuarium in nemore de Domno-Germano cum uſuario paſcuorum in eodem nemore pro animalibus dictorum monachorum & fratrum, prout homines de Domno-Germano utuntur; vineam ſuam in Barro, in banno Tullenſi in loco qui dicitur *Borſoutſontene* inter vineam dominæ Agnetis & viam quæ du- B cit ad Sanctum Johannem, quæ continet quatuor ordines. Dedit enim & contulit dictis monachis & fratribus unam petiam vineæ, quæ ſita eſt in loco qui dicitur *Am maguſtperier* & unam petiam vineæ quæ ſita eſt in loco qui dicitur *am Lechinel*, quæ duæ petiæ vineæ continent duos ordines. Dedit etiam & conceſſit monachis & fratribus ſupradictis quod ipſi poſſint acquirere in banno ſuo & juſtitia, tam in terris, quam in aliis, ſalvo jure ſuo. In cujus rei teſtimonium præſentes litteras ad peti- C tionem ſæpedicti Symonis & Valteri filii ſui ſigillorum noſtrorum munimine roboravimus. Datum anno MCCXLIV. menſe Martio.

LITTERÆ RAINERII de Haſonvilla militis, quibus confirmat fundationem monaſterii Vallis-Sanctorum factam à Symone de *Ravoy* milite.

Anno 1244. *Ex archi is S. Manſueti Tullenſis.*

UNiverſis præſentes litteras inſpecturis RENERUS dominus de *Haſſonville* miles ſalu- D tem. Noverit univerſitas veſtra, quod nos eleemoſynam quam dominus Symon miles de *Ravoy* fecit fratribus & monachis de Paſcei ibidem Deo famulantibus, qui locus appellatur Vallis-Omnium-ſanctorum, de loco ubi eorum domus fundata eſt, & de appenditiis ejuſdem loci, & de nemore ſito inter dictam domum & bannale nemus, & de uſuario in nemore, de Domno-Germano cum uſuario paſcuorum, in eodem nemore, quæ omnia ſunt de feudo meo, ratam habeo & gratam, ac confirmo E eiſdem monachis & fratribus in perpetuum pacificè poſſidendam. Et quia ſigillum proprium non habeo, ſigillum MATTHÆI domini mei ducis Lotharingiæ & marchionis in teſtimonium veritatis præſentibus litteris feci apponi.

Actum anno Dom. MCCXLIV. menſe Martio.

BONIFACII ABBATIS CISTERCIENSIS ad Theobaldum Navarræ regem & Campaniæ comitem.

Ut ſibi reſpondeat ſuper negotio quod ipſum inter F *& epiſcopum Pampelonenſem verſabatur.*

Anno 1246. *Ex cartario Campaniæ Bibliothecæ regiæ.*

SEreniſſimo & in CHRISTO cariſſimo domino Dei gratia regi Navarræ ac comiti Campaniæ frater B. dictus abbas Ciſtercii ſalutem & poſt regnum præſens ſerto perennis gloriæ feliciter coronari.

Quoniam multis urgentibus negotiis reſponſionem veſtram ſuper negotio epiſcopi Pampelunenſis expectare nequivimus, excellentiam veſtram affectione qua poſſumus deprecamur, quatinus litteras domini papæ bullatas, quas pro habendo conſilio retinuiſtis, & reſponſionem veſtram ſuper hoc nobis per latorem præſentium dignemini deſtinare, ſicut in caſtro veſtro de *Lachi* feria ſecunda proxima poſt quintam Dominicam quadrageſimæ, ubi vobis ſuper hoc mandatum domini papæ oſtendimus, cum noſtris monachis ſerenitas veſtra ordinavit: ſcituri quod nos ſecundum Deum ad veſtra ſemper ſumus beneplacita præparati.

Datum die prædicta anno Domini MCC. XLVI.

INNOCENTII PAPÆ IV. ad abbates Ciſtercienſis ordinis.

Ut nullum Fratrum Prædicatorum recipiant.

INNOCENTIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, univerſis abbatibus & conventibus ordinis Ciſtercienſis ad quos litteræ iſtæ pervenerint, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Anno 1247 *Ex ms. P. Prædicatorum Rothomagenſium.*

Cùm olim felicis recordationis GREGORIUS papa prædeceſſor noſter de religioſorum finibus omnem turbationis materiam amputare deſiderans, vobis in virtute obedientiæ firmiter præcipiendo mandaverit, prout in regiſtro ipſius prædeceſſoris continetur expreſsè, ut nullum de ordine Fratrum Prædicatorum, prætextu alicujus indulgentiæ, niſi priùs ſedis apoſtolicæ vel prioris ſui petitâ licentiâ & obtentâ, in veſtrum admitteretis conſortium, & receptos ad ſui reſumtionem habitûs remittere curaretis: Vos, ſicut accepimus, non ſolùm admiſſos reſtituere contemſiſtis ad plenum, verùm etiam plures poſtmodum ex ipſis fratribus, præter formam à dicto prædeceſſore noſtro vobis impoſitam, non abſque inobedientiæ vitio recepiſtis. Volentes igitur ut ejuſdem prædeceſſoris noſtri mandatum, utpote pluribus ſalutiferum & ſeminarium pacis firmiter obſervetur à vobis: univerſitati veſtræ per apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus omnes quos de ordine prædicto vos vel anteceſſores veſtri contra mandatum hujuſmodi recepiſtis, ad priores ipſorum ſine difficultatis obice remittentes, ſtudentes à receptione talium, propter quietem ordinis utriuſque, de cetero abſtinere. Alioquin ne hoc per aliquorum inſolentiam impedire contingat, venerabilibus noſtris archiepiſcopis, & epiſcopis locorum veſtrorum diœceſanis, noſtris damus litteris in mandatis, ut eos qui ex vobis hujuſmodi mandato apoſtolico noluerint humiliter obedire, ad id, monitione præmiſſâ, per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione remotâ, compellant: indulgentiâ ſedis apoſtolicæ contrariâ non obſtante.

Datum Lugduni VIII. Calendas Junii, pontificatûs noſtri anno IV.

Digitized by Google

INNOCENTII PAPÆ IV.
abbati Britolienſi

Ut in feſto ſancti Conſtantiani in adventu Domini poſſint cantare in miſſa Gloria in excelſis Deo *&* Ite miſſa eſt.

Anno 1246. *Ex autographo.*

INNOCENTIUS epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis abbati & conventui mo- B naſterii de Britolio Belvacenſis diœceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Quoties à nobis petitur quod laudi divini nominis convenire dinoſcitur: animo nos decet libenti concedere, & piis petentium deſideriis favorem benevolum impertiri. Ex parte ſiquidem veſtra fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut cùm feſtum beati Conſtantiani confeſſoris, cujus corpus in veſtro monaſterio requieſcit, nonnumquam in adventu Domini celebrari contingat, & in feſto ipſius ad dictum monaſterium propter miracula eviden- C tia, quæ Dominus ipſius ſancti meritis frequenter operatur, ibidem cauſa devotionis fidelium Chriſti conveniat multitudo, cantandi *Gloria in excelſis Deo* & *Ite miſſa eſt* in celebratione miſſæ dicti feſti vobis licentiam largiri dignaremur. Nos igitur veſtris poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, vobis hujuſmodi licentiam auctoritate præſentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis au- D tem hoc attentare præſumſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Lugduni xv. Calendas Octobris pontificatus noſtri anno quarto.

BULLA INNOCENTII PAPÆ IV.
ad JOHANNEM de Aveſnis, & AELIDEM ſororem comitis Hollandiæ.

Matrimonium inter nobilem virum Johannem de Aveſnis & Aëlidem ſororem comitis de Orlandia E *contractum approbat, etſi in quarto conſanguinitatis gradu.*

Anno 1246. *Ex cartario Haſnonienſi dominorum de Aveſnis.*

INNOCENTIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio nobili viro JOHANNI de Aveſnis, primogenito nobilis mulieris comitiſſæ Flandriæ, & dilectæ in CHRISTO filiæ nobili mulieri AELIDI ſorori nobilis viri comitis de Orlandia, uxori ejuſdem JOHANNIS, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Romanæ ſedis antiſtes, qui non ab homine, F ſed à Deo plenitudinem obtinet eccleſiaſticæ poteſtatis, piâ circumſpectione conſiderans circumſtantias & merita perſonarum; rigorem canonicæ ſanctionis, prout neceſſitas utilitaſque requirunt, interdum manſuetudine temperat circa illos qui de nobili genere duxerunt originem, & erga ſedem eamdem devotionem noſcuntur gerere ſpecialem. Ex parte ſiquidem veſtra fuit à nobis ſuppliciter poſtu- A latum, ut, cùm in quarto conſanguinitatis gradu vobis invicem accidentes, matrimonium inter vos duxeritis contrahendum; & ſi fortè inde contingeret divortium celebrari, gravia poſſent perſonarum & rerum in illis partibus pericula ſuboriri: vobis ſuper matrimonio ſic contracto, per diſpenſationis gratiam curaremus miſericorditer ſubvenire.

Nos igitur præter pericula memorata, diligenti conſideratione penſantes, quòd vos de B nobili eſtis proſapia procreati, & erga Romanam Eccleſiam filialem devotionem habentes, ſibi eſſe poteſtis per vos & veſtros quàmplurimùm fructuoſi: ſupplicationes veſtras de benignitate præfatæ ſedis clementer admittimus, & vobiſcum, ut hujuſmodi matrimonio poſſitis uti licenter, & in eo liberè remanere, conſtitutione canonicâ, quæ in præſcripto gradu prohibet conjugalem copulam, non obſtante, auctoritate apoſtolicâ diſpenſamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ diſpenſationis infringere, vel ei auſu temerario C contraire. Si quis autem hoc attentare præſumſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum apoſtolorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Lugduni VIII. Cal. Novembris, pontificatûs noſtri anno IV.

INNOCENTII PAPÆ IV.
ad priorem & conventum Vallis-Sanctorum-omnium.

D *Approbat apud eos ſtatutum numerum tredecim monachorum, computato priore.*

Anno 1246. *Ex archivis S. Manſueti Tullenſis.*

INNOCENTIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis priori & fratribus Heremitarum Vallis Omnium-ſanctorum, ordinis ſancti Benedicti, Tullenſis diœceſis, ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Eccleſiarum utilitati ac tranquillitati conſulitur, cùm numerus perſonarum Domino famulantium in eiſdem ipſarum facultatibus providè coaptatur. Cùm igitur ſicut petitio veſtra E nobis exhibita continebat, penſatis monaſterii veſtri facultatibus diligenter, tertium-decimum monachorum numerum, computato priore, in ipſo duxeritis ſtatuendum, nos veſtris ſupplicationibus inclinati, ſtatutum ipſum, ſicut provide factum eſt, auctoritate apoſtolicâ confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus: ſtatuentes ut nullus de cetero abſque apoſtolicæ ſedis ſpeciali mandato ad majorem numerum vos compellat invitos, F niſi adeo ampliari contingeret ipſius monaſterii facultates, quod etiam perſonarum numerus meritò ſit augendus, auctoritate ſedis apoſtolicæ in omnibus ſemper ſalvâ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ſemper noverit incurſurum.

Datum Lugduni VII. Kalend.

Digitized by Google

pontificatûs noſtri anno IV.

INNOCENTII PAPÆ IV. ad archiepiſcopum Bituricenſem.

Quod non fiat præjudicium archiepiſcopo Bituricenſi de facto Mimatenſi.

Anno 1247. Ex cartario archiepiſcopi Bituricenſis.

INNOCENTIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri archiepiſcopo Bituricenſi ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Cùm olim eccleſia Mimatenſi paſtore vacante, capitulum ejuſdem eccleſiæ duos ex ipſius canonicis à dicto capitulo eligendi, ſeu poſtulandi aliquem in eorum epiſcopum plenum mandatum, & poteſtatem habentes ad noſtram præſentiam deſtinaſſet; ex parte tua fuit propoſitum, quod non debebant ad eligendum ſeu poſtulandum admitti, cùm tibi, prout moris eſt, nec mortem ſui epiſcopi nuntiaſſent, nec à te petiiſſent licentiam eligendi: quia etiam tres menſes elapſi fuerant infra quos eligere debuerunt, propter quod jus eligendi erat ad te metropolitanum eorum tamquam ad ſuperiorem proximum devolutum. Nos verò his & aliis quæ fuerunt coram nobis propoſita intellectis, cupientes viduatis eccleſiis, ne propter vacationem diutinam detrimentum incurrant, quantum cum Deo poſſumus providere dictæ eccleſiæ, dilectum filium decanum Bituricenſem, per quem, dante Domino, eadem eccleſia in ſpiritualibus & temporalibus grata ſuſcipiet incrementa, in procuratorem conceſſimus de noſtræ plenitudine poteſtatis, ſibi liberam adminiſtrationem ipſius eccleſiæ in ſpiritualibus & temporalibus committentes. Verùm quia jura tua & Bituricenſis eccleſiæ illæſa ſervari cupimus, nolumus ut per hoc tibi & eidem Bituricenſi eccleſiæ ſuper præmiſſis in poſterum præjudicium aliquod generetur.

Datum Lugduni x. Calendas Januarii, pontificatûs noſtri anno IV.

INNOCENTII PAPÆ IV. ad Fratres ordinis Prædicatorum.

Ut obſequiis prælatorum & principum immorantes, ſuis ſuperioribus devote obediant.

Anno 1249. Ex mſ. FF. Prædicatorum Rothomagenſium.

INNOCENTIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis univerſis fratribus ordinis fratrum Prædicatorum in Alemannia conſtitutis, qui prælatorum aut principum obſequiis immorantur, vel eidem ſunt modo aliquo deputati, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

In conſpectu Dei & hominum decens & expediens eſſe dignoſcitur, ut præclara religio quam fratres veſtri ordinis prætendunt habitu, oſtendatur effectu: in eo præcipuè qui ſe, ſuos, & ſua reliquerunt obtentu divini nominis, nihil ſibi retineant propriæ voluntatis, ſed obedientiæ jugum cum diſtrictione pertrahant, ut ſic divinâ propitiante clementiâ, perennis vitæ bravium comprehendant. Cùm itaque apoſtolici dignitas depoſcit officii perſonas divinis adſcriptas laudibus ſpecialiter ad ea quæ ſalutis exiſtunt opportunis temporibus exhortari; univerſitatem veſtram rogamus & obſecramus in Domino JESU-CHRISTO per apoſtolica vobis ſcripta firmiter præcipiendo mandantes, quatenus præ oculis diligenter habito quid profeſſi fueritis, quando religionis habitum aſſumſiſtis, omni occaſione poſtpoſitâ, dilectis filiis magiſtro & priori provinciali veſtris ac eorum vicariis ordinis memorati ſic ſtudeatis reverenter intendere, ac humiliter obedire, quod eis & ceteris fratribus ipſius ordinis vertatur in gaudium, & vobis redundet ad cumulum meritorum. Alioquin ne veſtræ inconſultæ voluntatis arbitrium ſit vobis in perniciem, & pacem præfati ordinis ſcandalo damnoſo perturbet, prædictis magiſtro & priori, ac vicariis eorum damus noſtris litteris in mandatis, ut vos ad id per cenſuram eccleſiaſticam & ſublationem habitûs, ac per tranſlationem ad alium ordinem congruentem, monitione præmiſſâ, ceſſante appellatione, compellant; non obſtante aliquo privilegio, vel indulgentiâ, vobis ſeu quibuſlibet aliis ab apoſtolicâ ſede conceſſis, de quibus in litteris noſtris plenam, aut expreſſam oporteat fieri mentionem.

Datum Lugduni III. Calendas Decembris, pontificatûs noſtri anno VII.

LITTERÆ HENRICI electi Leodienſis ad omnes Hannoniæ pares, militiæ præpoſitos, juratos, & ſcabinos.

Mandat ut nobilem virum Johannem de Aveſnis, dominum ſuum agnoſcant & recipiant.

Anno 1247. Ex Haſnonienſi cartario dominorum de Aveſnis.

HENRICUS Dei gratiâ Leodienſis electus paribus Montis in Hannonia & Valenchenarum, & omnibus Hanoniæ militibus, præpoſitis, juratis, ſcabinis, Montis in Hanonia, Valenchenenſibus, & omnium bonarum villarum in Hanonia, dilectis amicis ſuis ſalutem in Domino.

Univerſitati veſtræ notum volumus fieri per præſentes, quod nos recepimus nobilem virum dominum JOHANNEM de Aveſnis primogenitum dominæ MARGARETÆ comitiſſæ Flandriæ in hominem de feodo Hanoniæ, & eidem dictum feodum reddidimus, ſicut anteceſſores ſui de noſtris anteceſſoribus tenuerunt, & ſuper hoc dicto domino JOHANNI noſtras dedimus patentes litteras ſigilli noſtri munimine roboratas. Quare univerſos vos & ſingulos attentiùs deprecamur, quatinus erga ipſum illud quod domino veſtro debetis facere, benigniùs faciatis.

Datum Coloniæ anno Domini MCCXLVII. menſe Octobri.

Digitized by Google

LITTERÆ MARGARETÆ Flandriæ comitiſſæ,

Quibus convenit de inducendis nobilibus viris J. & Balduino de Aveſnis ad cedendum ſexaginta millia librarum quas Lutetiæ adverſus eos clamaverat nobilis Guillelmus ejus filius Flandriæ comes. Recognoſcit etiam civitatem Namurcum, & feodum quem à ſe tenebat illuſtris comes Lucemburgi trans Moſam, juris eſſe comitis Hanonienſis.

Anno 1248. Ex cartul. dominorum de Aveſnis.

JOu MARGHERITE conteſſe de Flandres & de Haynau, fac à ſavoir à tous chiaus KI ces lettres veront & oront, que j'ai en couvent que de cele eure KE mes chiers fiuls GUILLAUMES ſera repairies de la terre d'Outremer, & revenus en Flandres, que je feray vers lui, & envers ſes freres germains GUYON & JEHAN ſans engien qu'il, & ſi frere devant dit, dedens les quarante jors puis ſe revenue en Flandres, quiteront del tout mes chiers fiuls JEHAN & BAUDUIN lor freres de LX. milles libres, dont ils fiſent clain & demande ſour jaus, devant le roy de France, pour l'ocoiſon d'Aloſt, de Replemonde, & pour autres choſes Et de ceſte choſe acomplir me fage dette & oſtage. Apries je fac à ſavoir que li homages de Namur, & des apartenances, & de tout chou que li cuens de Namur tient de moi en Haynau, & li homages le ſegneur de Lucelborg de tout chou qu'il tient en Flandres, demeurent as devant dis GUILLAUME, GUYON, & JEHAN mes fiuls, & à lor oirs. Et en thieſmongnage de ces choſes, j'ai fait faire ces lettres, & fait ſaeler de mon ſaiel.

Ce fu donné l'an del Incarnation noſtre Segneur MCCXL. & VIII. el mois de Jenvier.

EPISTOLA M. PRIORIS Weſtmonaſterii ad monachos Fiſcannenſes.

Anno 1248. Ex archivis monaſterii Fiſcannenſis.

VEnerabilibus & dilectis in CHRISTO fratribus D. priori Fiſcannenſi, & ejuſdem loci ſacro conventui, frater M. prior humilis Weſtmonaſterii, & ejuſdem loci conventus ſalutem & ſinceræ caritatis augmentum.

Cùm maneria veſtra de *Sulix* adhuc in manus regis ſint detenta, ac per hoc res maneriorum veſtrorum & homines malè tractentur, & libertates veſtræ per incuriam infirmentur, ne hujuſmodi & alia mala per ſeiſinam regis provenientia domino E. baillivo veſtro, ut quidam ſuſpicantur fortè, vel aſſerunt, debeant imputari, univerſitati veſtræ ſignificamus veraciter atteſtantes, ſicut aliàs vobis per litteras noſtras ſumus teſtificati, quod baillivus veſter numquam per ſe, nec per interpoſitam perſonam procuravit, quod maneria veſtra in manus regis caperentur, nec quod clerici per abbatem veſtrum ad cuſtodiam maneriorum deputati, per vicecomitem *Suſex* de maneriis amoverentur. Et ut præmiſſis fides adhibeatur, & noſtro teſtimonio certiùs credatis, litteris præſentibus ſigillum capituli noſtri duximus apponendum.

Datum apud Weſtmonaſterium anno gratiæ MCCXLVIII. Dominica prima Quadrageſimæ. Valeat univerſitas veſtra ſemper.

LITTERÆ WILLELMI regis Romanorum,

Quibus Aëlidi ſorori ſuæ ac Johanni de Aveſnis ipſius marito concedit in connubium terram quam à Scotiæ regibus tenuerant comites Hollandiæ.

Anno 1248. Ex cartario Hanonienſi dominorum de Aveſnis.

VVILHELMUS Dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus, univerſis hanc litteram inſpecturis ſalutem & omne bonum.

Significandum duximus, tam præſentibus quàm futuris, quod nos ex deliberatione feudum ac terram quam progenitores noſtri comites Hollandiæ à domino illuſtri Scotorum rege & ſuis progenitoribus hactenus tenuerunt; kariſſimæ ſorori noſtræ AELIDÆ, ac illuſtri viro JOHANNI de Aveſnis filio comitiſſæ Flandriæ & Haynnoniæ marito ejus in connubium duximus conferendum. Volentes quod ipſa ſoror noſtra & heres ſuus, etiamſi dictum JOHANNEM præmori contingeret, prælibatam terram liberè tenere debeat, & perpetuò poſſideret, hoc ſcilicet pacto interpoſito & condicto, ut non liceat eis vendere ipſam terram, aut aliqualiter alienare, niſi manu noſtra, & aſſenſu ſuper hoc pleniùs requiſito. Igitur ne ſuper his quæſtio aliqua poſſit in poſterum, aut alicujus dubitationis ſcrupulus ſuboriri, præſentes litteras ſigillo noſtræ ſerenitatis juſſimus communiri.

Datum apud Maguntiam, anno Domini MCCXLVIII. V. Cal. Maii, indict. VI.

JUDICIUM WILLELMI REGIS Romanorum & Principum imperii.

De comitatu Namúrcenſi adjudicato Johanni de Aveſnis.

Anno 1248. Ex Haſnonienſi cartario dominorum Aveſnis.

VVILLELMUS Dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus univerſis imperii fidelibus hanc litteram inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum. Ad notitiam ſingulorum volumus pervenire, quos ſcire fuerit opportunum, quod conſtitutus coram nobis ac principibus & magnatibus imperii cariſſimus ſororius noſter JOHANNES de Aveſnis, primogenitus comitiſſæ Flandriæ & Haynoniæ, propoſuit noſtræ celſitudini graviter conquærendo, quod cùm ipſe nobis in ſublimatione electionis noſtræ cum aliis principibus & magnatibus de comitatu Namurcenſi quem ab imperio & à nobis titulo feudi poſſidet, legium & debitum fecerit homagium, BALDUINUS

imperator Conſtantinopolitanus qui eumdem comitatum ab ipſo tenere debuit, poſtquam idem JOHANNES nobis de ipſo fecit homagium & ipſi JOHANNI tale homagium facere quale dictum feudum requirebat illud feudum, ſcilicet dictum comitatum Namurcenſem infra annum & diem, prout moris & juris eſt, nec per ſe nec per alium requiſivit, nec de ipſo fecit quod debuit. Ad hæc tam principibus, quam nobis gravius conquæſtus eſt præfatus JOHANNES, quod BALDUINUS imperator Caſtrum Namurcenſe, & omnes fortacias ac poſſeſſiones eidem caſtro & comitatui attinentes, ſine aſſenſu & voluntate ipſius JOHANNIS, qui præfati comitatûs heres erat, ſicut ille à quo teneri debebat, cariſſimo fratri & amico noſtro LUDOVICO illuſtri regi Franciæ per mutuum & cuſtodiam obligavit, caſtri & comitatûs prædictorum eum conſtituens poſſeſſorem. Quæ omnia ut prædicta ſunt dictus JOHANNES manu propria, & per teſtes idoneos legitimè comprobavit, & ſuper hoc petiit à nobis ut eidem per principes & homines noſtros de imperio quod jus exigit, faceremus. Nos enim qui vidimus & inſpeximus quod HENRICUS bonæ memoriæ anteceſſor noſter, & nos numquam habuimus alium hominem de prædicto comitatu præter dictum JOHANNEM, principes & homines noſtros de imperio requiſivimus, ut ipſi de jure dicerent quid eſſet dicto JOHANNI ſuper hoc faciendum. Principes autem magnates & nobiles imperii, quorum intererat, à noſtra celſitudine requiſiti hoc tulerunt judicium, & dederunt quod ab omnibus communiter extitit approbatum, quod idem JOHANNES qui dominus eſt feudi auctoritate noſtra & auctoritate judicii per principes & homines noſtros & imperio prolati caſtrum, comitatum, fortatias, & omnia bona prælibato feudo attinentia de pleno jure ſuis poteſt & debet uſibus vendicare, & tamquam ſua propria perpetuò poſſidere, Et hoc de jure dicentes dictum comitatum præfato B. imperatori & ſuis heredibus abjudicaverunt, & ſæpedicto JOHANNI adjudicaverunt.

Quapropter mandamus univerſis & ſingulis infeudatis tam nobilibus quàm miniſterialibus & caſtellanis ac hominibus cujuſcumque conditionis fuerint, ſæpedictis comitatui & caſtro attinentibus, noſtra & imperii auctoritate diſtrictè præcipientes, ut quemadmodum principum magnatum & nobilium dictavit judicium coram nobis ſæpefato JOHANNI de Aveſnis, tamquam veſtro domino intendatis, & reſpondeatis ad plenum, recipientes ab ipſo feuda veſtra, officia & honores ſeu quæcumque alia bona, quæ quondam à comitibus Namurcenſibus hactenus tenuiſtis, tale ſibi homagium quale debent facientes. Quod qui facere recuſaverit, ex jure lati judicii, ac de noſtra licentia & mandato, ſaiſire poterit & habere & ſingula univerſa feuda, quæ, à caſtro & comitatu prænominatis hactenus poſſediſtis. Et poſtquam ipſe ſaiſitus fuerit, omnes infeudati in dicto comitatu debent ab ipſo requirere feuda ſua infra annum & diem; quod ſi non fecerint, ex tunc ipſa tamquam ſua propria licitè poterit poſſidere. Ut autem hoc judicium rationabiliter latum & ab omnibus approbatum ratum permaneat in poſterum & inconvulſum, præſentem litteram conſcribi & ſigillo noſtræ ſerenitatis juſſimus inſigniri. Teſtes hii ſunt. Venerabilis Trevirenſis archiepiſcopus, H. venerabilis Spirenſis electus imperialis aulæ cancellarius, HERMANNUS comes de Henneberg, EMICO comes de Linigen, EMICO comes Silveſter, CONRADUS comes Irſutus, nobiles viri GODEFRIDUS de Eppenſtein, REINHARDUS de Hagnowe, ANSELMUS mareſcallus de Juſtingin, WERNHERUS dapifer de Bonlandia, WERNHERUS pincerna filius ejus, WOLRICUS camerarius de Miſemberg, GODEFRIDUS de Biegen, & alii quam plures. Actum apud Maguntiam anno Dom. MCCXLVIII. V. Cal. Mai, indictione VI.

LITTERÆ WILLELMI REGIS Romanorum, de adjudicato Johanni de Aveſnis caſtro & comitatu Namurcenſi.

Anno 1248. Ex Haſnonienſi cartario dominorum de Aveſnis.

VVILLELMUS Dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus dilectis fidelibus ſuis univerſis paribus, nobilibus, caſtellanis, hominibus cenſualibus ac aliis hominibus omnibus cujuſcumque conditionis fuerint, comitatui & caſtro Namurcenſi attinentibus, gratiam ſuam & omne bonum. Cùm per principum & magnatum & nobilium imperii quorum intererat ſententiam generalem ab omnibus approbatam BALDUINO imperatori Conſtantinopolitano comitatus & caſtrum Namurcenſe & omnia his attinentia abjudicata ſunt, ex eo quod ab ipſo à quo eadem bona titulo feodi poſſidere debebat, ſcilicet de cariſſimo ſororio noſtro JOHANNE de Aveſnis primogenito comitiſſæ Flandriæ & Haynnoniæ infra annum & diem, prout moris & juris eſt, requirere noluit & contemſit, ad hæc quod ipſum comitatum & caſtrum cum omnibus pertinentiis ſuis abſque conſenſu & voluntate ejus à quo tenere debebat, & alia bona cariſſimo fratri noſtro & amico L. illuſtri regi Franciæ pignori obligavit. Mandamus igitur prudentiæ univerſitatis veſtræ, noſtra & imperii auctoritate, firmiſſimè præcipientes, quatinus prædicto ſororio JOHANNI de Aveſnis cui adjudicatus eſt prædictus comitatus & caſtrum Namurcenſe cum attinentiis eorumdem, ſicut in inſtrumento ſuper hoc confecto plenius continetur, ad quem ſunt devoluti iidem reditus, prævia ratione tamquam domino vero intendatis & reſpondeatis ad plenum recipientes ab eo feoda noſtra, officia & honores ſeu quæcumque alia bona, quæ uſque nunc à Namurcenſi comite tenuiſtis, debitum ei proinde homagium facientes quod

Digitized by Google

qui facere neglexerit de noſtra & imperii licentia ſaiſire poterit & ſuis uſibus vendicare feodum ſuum: poſtmodum ſi requiſitus fuerit, ei juſtitiam fiodalem de eodem tenetur exhibere. Datum apud Maguntiam anno Domini MCCXLVIII. V. Cal Maii, indictione VI.

PACTUM PACIS

inter Philippum Flandriæ & Florentium Hollandiæ comites confirmatum à Willelmo Romanorum rege electo.

Anno 1248. Ex Hajnonienſi cartario dominorum de Aveſnis.

EGO WILLELMUS Dei gratia in regem Romanorum electus, ſemper auguſtus, & comes Hollandiæ, notum facio omnibus tam futuris quam præſentibus, quod conventionem illam & formam pacis, quæ facta eſt inter bonæ memoriæ PH. comitem Flandriæ proavum meum & comitem Hollandiæ, ſicut continetur in authentico ſcripto eorum, ratam habeo, & eam me firmiter & bona fide obſervaturum promitto. Cujus quidem conventionis & pacis tenor is eſt.

PHILIPPUS comes Flandriæ, FLORENTIUS comes Hollandiæ tam præſentibus quam futuris in perpetuum. Ex culpa F. comitis Hollandiæ orta eſt diſcordia inter me & ipſum, quæ in tantum excrevit, quod omnis terra quam de me in feodum tenebat judicio baronum meorum, videlicet parium ipſius comitis Hollandiæ ei abjudicata fuit, cujus interceſſores & mediatores pater meus comes TH. & frater meus MATTHÆUS comes Boloniæ, comes de *Ghelre*, & comes de *Cleve*, ad hunc finem provexerunt rem, quod eumper conventiones quæ ſubſcriptæ ſunt mecum compoſuerunt, quas idcirco dignum duximus cedulæ præſenti inſcribere, ne in poſterum deleantur oblivione. Sunt autem hæ conventiones.

Quicumque obſides inter *Sceled* & *Hedinezie* accepti fuerint, Brugis ſub cuſtodia comitis Flandriæ erunt, nec aliquem eorum comiti Hollandiæ per fidejuſſionem reddent, niſi voluerit.

Nullum verò duellum inter homines prædictæ terræ, niſi Brugis, fiet.

Quicquid pecuniæ in terra præfata acquiſitum fuerit, inter comitem æquè dividetur.

Si quis autem pro exceſſu ſuo, hereditatem, vel terram ſuam perdiderit, æquè inter ſe comites partientur, vel ad proficuum eorum per utrimque locabitur.

Nec minus comes Hollandiæ, & homines univerſæ terræ ipſius, pacem firmam & integram ſervabunt abſque dolo omnibus hominibus comitis Flandriæ.

De quacumque terra comitis Hollandiæ ſpoliati fuerint homines comitis Flandriæ, inhabitantes eam primam prædam ſolvent, ſpoliatorem de terra expellent. Si autem non expulerint, quicquid ſpoliator poſteà rapinæ vel mali fecerit, totum ſolvent.

Qui autem expulſum receperit, ut dictum eſt, quicquid poſteà prædator forefecerit, pœnam & damnum pro eo ſubibit.

A Si homines prædicti ſolvere noluerint, comes Hollandiæ pro eis ſolvet.

Si cuiquam rapina imputata fuerit, & ille negaverit; qualiter terminetur, ſub arbitrio comitum erit. Quòd ſi terminare non poterunt, ſex perſonæ probatæ & ſpectatæ in veritate ex utraque parte comitum eligentur, quarum judicio, ſecundum inquiſitam veritatem, res terminabitur. Si verò prædictæ perſonæ inter ſe non conſenſerint, quicumque comitum in aliquem in veritate rapinam illam, vel damnum
B factum dixerit, ille ſine contradictione ſolvet.

Vectigalia hactenus accepta, quæ conductus vocant, à tranſeuntibus Flandrenſibus comes Hollandiæ nullomodo accipiet, nec quod in omni comitatu ſuo ab aliquo accipiantur, patietur.

Quicquid autem ablatum fuerit, ſive vectigal, ſive rapina, ſive exactio, ſive conductus, ſive petitio vocetur, totum comes Hollandiæ ſolvet.

Sanè ad præmemorata ſtatuimus pertinere, quod neuter comitum in ſæpedicta terra muni-
C tionem faciet, nec factam emet, nec in perpetuum habere debet, nec aliquis hominum eorum in prædicta terra ab eis feodabitur, ut in illo ædificio munitio ædificetur, nec de manu alicujus poſſidentis hereditatem accipient, ut poſtmodum ei in feodum reddant.

Præterea ſupradictis ſtatuimus addere, quod ſi quis mercatorum comitis Flandriæ per terram comitis Hollandiæ tranſierit, & aliquis eum de debito aliquo impetierit, mercator tranſiens, ſi debitum negaverit, in navi ſua ne moram faciat juramentum impetenti fa-
D ciens, ſine reprehenſione ſola manu ſe purgabit. Quòd ſi impetens accipere noluerit, in oppidum, vel in villam in qua mercator manet, eum ſequetur, & judicio ſcabinorum illius oppidi vel villæ cauſa inter eos terminabitur. Si verò impetens mercatorem ſuper hoc detinuerit, & retardatio in damnum pervenerit, comes Hollandiæ totum damnum mercatori reſtituet, vel reſtitui faciet.

Supradictas verò conventiones jurejurando confirmavit, tactis ſacro-ſanctis reliquiis, ſe
E ſervaturum comes Hollandiæ comiti Flandriæ, & ſucceſſores comitis Hollandiæ ſucceſſoribus comitis Flandriæ idem facient, ſi deſiderat feodum ſuum ab eis obtinere, ſuper qua obſervatione comes Hollandiæ homines ſuos quoſcumque comes Flandriæ elegit, fidejuſſores dedit, quod juramento etiam confirmaverunt.

Si verò ſupradicta comes Hollandiæ infregerit, & ſubmonitus infra ſex ſeptimanas correcturus forefacta, niſi impedimentum manifeſtum & abſque dolo obſtiterit, ſcilicet infirmitas corporis, vel tempeſtas aëris, vel ſervi-
F tium imperatoris, de quo liberatus ſtatim, occaſione omni remota, venire contemſerit, tota terra, quam ipſe à comite Flandriæ in feodo tenet, cum ſuis munitionibus, abſque retractatione placiti, ſicut ante conventiones adjudicatâ fuit comiti Hollandiæ, libera comiti Flandriæ remanebit.

Digitized by Google

Homines verò comitis Hollandiæ imperio A & ſervitio comitis Flandriæ per omnia ſe ſubjicient, & à domini ſui ſervitio ſe ſubtrahent, & eâ fidelitate comiti Flandriæ ſervient, quâ, ſi omnia ſua de eo tenerent, ei ſervire deberent, donec comiti Flandriæ per omnia ſatiſfecerit. Si autem ſatisfacere contemſerit, homines comitis Hollandiæ ad ſupradicta obſervanda juramento conſtricti, dabunt mille marchas argenti probati comiti Flandriæ, ad quas etiam perſolvendas juramento ſunt obligati.

Supradictam verò conventionum depactio- B nem quotiens dominus comes Flandriæ innovare voluerit, ſæpedictus comes Hollandiæ, cum omnibus hominibus ſuis, quos comes Flandriæ habere voluerit, veniet, & innovationem omnium conventionum faciet. Si autem comes Hollandiæ non poterit adducere omnes quos comes Flandriæ voluerit habere, comes Flandriæ mittet nuntium ſub conductu comitis Hollandiæ, & juramentum faciant, nuntio præſente, quod in præſentia comitis Flandriæ debent facere.

Ut autem hoc ratum & inconvulſum in C perpetuum permaneat, ſigillorum noſtrorum auctoritate corroboravimus, & teſtes idoneos qui interfuerunt ſubſcribi fecimus. Sunt autem hæc eorum nomina: Matthæus comes Boloniæ, Walterus de Aine, Eustatius camerarius Flandriæ, Rasso de Gavere, Cono Brugenſis caſtellanus, Rogerus Curtracenſis caſtellanus, Walterus de Lochris, Sygerus de Sumevinghem, Henricus de Morſella, Balduinus de Praath, Vvalterus Gonela, Gillebertus de Brugis, D Herbertus de Furn, Eustatius de Malinis, Gillebertus de Nivella, Vvilhelmus de Domo, Balduinus de Victa, Gocewinus Craucas, Oliverius de Maclinis, Vvalterus de Rolinghem, Renaldus de Aria.

Qui autem ſubſequuntur, ſunt fidejuſſores comitis Hollandiæ, & teſtes rei actæ.

Theodericus de Altena, Florentius de Vorne, Isbrandus de Harlhem, Gerardus de Halhem, Symon Galo, Theodericus Perſin, Albertus Baniard, Scoltetus, Vvigerus de Riſwic, Hugo de E Vorne, Castin de Vvicela, Vvilhelmus de Vvicela, Berwoldus de Ekmunde, Elmand caſtellanus de Lerchem, Christantius dapifer, Ernestus Picerna, Vvilhelmus Guls, Ledolphus puer, Daniel de Rodenriſe, Renerus ſenex, Maurinus de Monaſterio, Volpertus de Lecce, Bertolphus de Paindrecd, Jacobus de Duſna.

Actum Brugis feriâ III. poſt Dominicam F *Reminiſcere*, in domo præpoſiti Brugenſis, anno Dominicæ Incarnationis MCXLVII. feliciter.

Hæc eadem verò approbarunt & confirmarunt, Ludovicus comes de Loës & de Hollandia, Vvilhelmus comes Hollandiæ Florentii comitis Hollandiæ filius avus meus, bonæ memoriæ Florentius pater meus, prout in eorum litteris continetur.

Omnia igitur ſubſcripta, ſicut præmiſſum eſt, approbo & confirmo, hoc ſalvo quod, prout conceſſum fuit à Fernando comite Flandriæ patri meo, nobilis domina M. comitiſſa Flandriæ, obſides pacis, quos ipſa habebit de Zelandia mihi recredet per litteras meas patentes, ſi quos voluerim, vel ipſi obſides fidejuſſores inſitos conſtituent, vel penes ipſam remanebunt.

Ut autem hæc omnia rata & inconcuſſa in perpetuum permaneant, ſigilli mei auctoritate præſentem paginam corroboravi.

Actum Brugis feria poſt octavas apoſtolorum Petri & Pauli, anno Domini MCCXLVIII.

LITTERÆ ALBERTI abbatis Indenſis,

De Advocatia domini d'Audenarde in ſeptem villis ad abbatiam Indenſem pertinentibus, deque officiis novo Indenſi abbati ab eo præſtandis.

Ego Albertus Dei gratia Indenſis abbas, totuſque ejuſdem loci conventus, notum facimus univerſis, quòd cùm nobilis vir Johannes dictus dominus *de Audenarde* miles, eccleſiæ noſtræ homo fidelis, confiteatur ſe in feodo à nobis tenere advocatias ſeptem villarum, & omnia quæ tenentur ratione advocatiarum in villis ſubſcriptis, ſive ipſe dominus J. in manu ſua teneat, vel alii teneant ab ipſo, quarum villarum ipſe ſummus advocatus eſt, ſcilicet in Ronacho, *Kayn*, *Horonbeke*, *Eleſiele*, *Bracle*, *Vvoudeke*, & in Atrinia. Item nemus quod dicitur nemus ſancti Petri. Item cenſum quemdam quem in Atrinia, *Wodeke*, *Eleſiele*, qui *Planke* & *Pele* vulgò nuncupatur. Item, equum unum quem habebit ſub forma ſubſcripta, videlicet cùm abbas noviter electus primò ad partes Flandriæ pervenerit, dictus dominus Johannes ipſi apud Atriniam occurreret, ac ipſum Ronacum conducet, ibique feodum ſuum in equo ſuo recipiet. Et cùm abbas de equo ſuo deſcenderit, ſtrepam ſuam tenebit, & equum accipiet, ſella & fræno abbati reſtitutis. Talis verò erit equus, qui talem perſonam deceat, ut abbas eſt Indenſis, & prædictus equus erit albus. Nos autem ad emendationem feodi ſui medietatem omnis Waraſcheti in quo jus habemus ad præſens, vel in poſterum habere poterimus in parochia de *Vvodeke* & *Kayn*, dicto domino J. *de Audenarde*, & ſuis heredibus perpetuo jure hereditario conceſſimus poſſidendum, ita quod cum parte ſua faciet ſuam voluntatem, ſicut homo fidelis de jure facere poterit & debebit, & ipſe partem noſtram nobis deffendet contra quoſcumque, ita quod nos cum parte noſtra poterimus noſtram liberè facere voluntatem. Promiſit etiam nobis prædictus J. dictus dominus *de Audenarde*, quod nos & bona eccleſiæ noſtræ, & Vvaraſcheta in villis prædictis contra quoſcumque deffendet tamquam prædictarum villarum

Anno 1248. *Ex Haſnoniensi cartario dominorum de Aveſnis.*

villarum ſummus advocatus, & propter hoc medietatem ipſorum wareſchetorum contulimus, ſalvo jure juſtitiæ noſtræ. In cujus rei teſtimonium & munimen præſens ſcriptum ſæpedicto J. dicto domino de *Audenarde* & ſuis heredibus contulimus ſigillorum noſtrorum munimine roboratum. Datum & actum anno Dominicæ Incarnationis MCCXLVIII. menſe Julio.

COMPOSITIO
inter ſanctum Ludovicum Francorum regem & abbatem Craſſenſem.

Anno 1248. Ex autographo.

LUDOVICUS Dei gratia Francorum rex, notum facimus univerſis, quod de omnibus feudis moventibus à Craſſenſi eccleſia, quæ qualibet ratione nos tenebamus in manu noſtra, vel aliquis per nos tenebat quando venimus apud Aquas-mortuas, quæ feuda novimus eſſe liberè reſtituta eccleſiæ prædictæ, & conceſſa cum faidimentis, & hæreſibus quæ poterant evenire in domaniis & feudis ipſius eccleſiæ per litteras cariſſimi domini noſtri & genitoris venerandæ memoriæ LUDOVICI quondam regis Franciæ in noſtra navi inter nos ad invicem & dilectum & fidelem noſtrum R. de Cane-ſuſpenſo procuratore eccleſiæ prædictæ talis compoſitio intervenit. Quod nos habeamus feuda de caſtris & villis videlicet de Luceo, Buxa, Vilario, Aureira, Aureirola, Caſtillione, Segura, Paſuls, Tuſſano, Coriſano, Furcis, Maſſaco, Maſſaquello, Duroforti, Rocca de Fano, Vallis-Cauleireira, Vallis Cauleireta, Vinea-vetula & manſionibus, ad dandum quibus nobis placuerit pro noſtra voluntate, & quibus ea conceſſerimus & eorum ſucceſſores tenebuntur facere abbati Craſſenſi homagia & redeventias debitas jure feudi. Et inſuper dictus procurator alia feuda eccleſiæ quæ nos conceſſeramus noſtræ genti, caſtra & villas Villa-longa, Monte-Gardallo, Coiano, Ventaione, Naicariis, Coſſolento, Leuco, Belliagarda, Valle pigeria, Beſſeto, Garda cum molendinis de la Parada nobis & noſtris liberè ſolvit, & perpetuè quitavit, & etiam caſtrum de Palairaco, ipſius eccleſiæ cum ſuis pertinentiis præter eccleſiam dicti caſtri cum decimis & primitiis ejuſdem, & decimam de mineriis argenti cum domo * poſt Cadoali & hereditate ac prole ſua quæ omnia remanent abbati prædicto. Nos igitur reſtituimus & concedimus liberè & perpetuè in proprietatem eccleſiæ prædictæ alia feuda ipſius eccleſiæ, id eſt caſtra & villas de Claromonte, Agrifolio inferiori, Surlacco, Monte lauro, Valleleira, Gavarto, Alarico, Albazio, Muſſo, Baderenchis, Ferralibus in Minerbeno, & in Comminiano, & Fonte cooperto dictus habet procurator, & ea quæ in manu noſtra tenebamus vel aliquis per nos tenebat in domaniis & ceteris feodis eccleſiæ ſupradictæ. quando apud Aquas-mortuas venimus. Item reſtituimus eccleſiæ memoratæ feuda de Liziniaco, Cane-ſuſpenſo, ut tenentes ea faciant abbati Craſſenſi homagia & redeventias conſuetas jure feudi & pro emenda caſtri de Palairaco & feudorum prædictorum quæ nobis liberè remanent, concedimus liberè & perpetuè *Peſenx*, Buadella, Septem-ſorores, Malvas, Valaigrilinum, *Vilaizel*, *Vilarlone*, Rivum in valle Equitania, Cervianum, *Vilaudrix*, Caunam de Laverto, *Vilatritois*, Faverium, Bibirium, Archas cum tota valle Aquitania & terminium de Petra-mala, pro quo libras annui reditus cum omnibus dominationibus & terminiis eorumdem, & omnia faidimenta & hæreſes, quæ de cetero evenient in domaniis & feudis ejuſdem eccleſiæ liberè eidem reſtituimus, & perpetuè quitamus, & omnes libertates & regalias eccleſiæ antedictæ quondam per prædeceſſores noſtros conceſſas, & per cariſſimum dominum noſtrum & progenitorem prædictum confirmatas ſimiliter approbamus & confirmamus, ſicut plenius ejuſdem eccleſiæ continetur privilegiis & præceptis. Et recipimus perpetuè eccleſiam memoratam cum tota terra ſua, ſub noſtra ſpeciali defenſione & gardia. Et inſuper mandamus & præcipimus præſenti ſeneſcallo, & futuris, ut abbatem Craſſenſem & eccleſiam cum tota terra ſua ab omnibus malefactoribus & moleſtatoribus perpetuè defendat, ſicut terram noſtram.

* f. Petri vel Pauli.

Actum in Navi, anno Domini MCCXLVIII. menſe Auguſto.

RAYMUNDI COMITIS THOLOSANI
litteræ de pecuniis ab eo acceptis pro facto crucis.

NOverint univerſi præſentes inſpecturi, quod nos RAYMUNDUS Dei gratia comes Tholoſæ, marchio Provinciæ, recognoſcimus, & in veritate confitemur, nos habuiſſe & recepiſſe pro facto crucis, à religioſo & diſcreto viro fratre Hugone de Turrena, ordinis fratrum Minorum, nuntio domini papæ, ſeptingentas quinquaginta libras Mergorienſes ex una parte, & centum quindecim libras Turonenſes ex altera: quam pecuniam Guillelmus P. Baſlerii de mandato ipſius nobis tradidit. Item ex alia parte centum aureos, & quindecim marchas ſterlingares quas pro Bertrando Ricardi miſit Sycardo Alamanni. Item decem marchas pro ſeneſcallo Agennenſi, & undecim marchas pro Raymundo Blancardi, & centum ſolidos Morlanos pro matre Odonis Eſcoti. Item ducentas libras Turonenſes pro nobili viro comite Ruthenenſi. Item trecentas nonaginta-quatuor libras eidem pro facto viceſimæ Veneſſini. In cujus rei teſtimonium, præſentes litteras ſigilli noſtri munimine fecimus ſigillari. Anno 1248.

Datum Maſſiliæ Calendis Octobris, anno Domini MCCXLVIII.

Digitized by Google

TOLA D. PRIORISSÆ
ſis ad INNOCENTIUM papam IV.

vocet facultatem datam monialibus deciarum e monaſterio egrediendi.

tiſſimo patri INNOCENTIO divinâ ridentia ſacro-ſanctæ Romanæ Eccleſiæ pontifici, ſoror D. humilis prioriſſa Ju-s eccleſiæ, & ejuſdem loci conventus ſima pedum oſcula beatorum.

amur plurimùm & movemur, quomodo ſa & moniales (a) Andeciarum, nec ſere-lo patri noſtro in CHRISTO abbati Mo-ſis eccleſiæ, nec noſtræ Juliacenſi, ex roceſſerunt, exprimentes ſubjectas, im-erunt, ut dicunt, ſe poſſe egredi mo-ium ipſum, quod nec ipſis licet aut ex-ullo modo, ſine magno ſcandalo, & ma-animarum detrimento. Quapropter San-i veſtræ ſupplicamus, ut poſſumus atten-& devotè, quatenus tolerare dignetur ſa-ancta Romana Eccleſia, ut de regno Ec-æ ſcandala colligantur, & ſpecie moniales ſcurſu quem faciunt, de quo faciunt male ari, à ſede apoſtolica corrigantur.

Datum anno Domini MCCXLVIII. menſe obri.

PISTOLA ABBATUM
provinciæ Narbonenſis ad LUDOVICUM regem Francorum.

Intercedunt apud regem pro abbate & villa Caunenſi, ne ipſius muros & propugnacula jubeat deſtrui.

EXcellentiſſimo domino LUDOVICO Dei gratiâ Francorum regi illuſtri, S. Pontii Tomerii, S. Pauli Narbonæ, de Quadraginta, S. Jacobi de Biterris, S. Tiberii, Villæ-magnæ, S. Guillelmi, prior de Caſſiano, Anianæ, S. Ægidii, Cendracenſis abbates provinciæ Narbonenſis ſalutem, & pro felici regimine temporali regnum conſequi ſempiternum.

Frater qui juvatur à fratre firmæ civitati ſcripturæ teſtimonio comparatur, & idcirco fiducialiter veritati teſtimonium perhibemus, ſcientes multorum preces apud dominum de facili exaudiri, & per conſequens apud benedictum miniſtrum Altiſſimi domini noſtri. Intellecto itaque, Benedicte Rex, à veſtra celſitudine emanaſſe mandatum de diruenda villa Caunenſi, mirantur fideles, cùm numquam legatur virtutes & vitia pari privilegio decorari, vel ſupplicio denotari. Certum eſt, ô Rex magnifice, in villa prædicta religioſorum monaſterium eſſe ſitum, ubi ſervatur religio, & cetera ſpiritualia cum debito incremento, A ubi monachi devotè Domino famulantur, & ſubeſt eccleſiæ Narbonæ, ibique tam laïci multi ac clerici cum rebus ſuis hoſtilitatis tempore pro refugio confugerunt, nempe inimici fidei & regni ibi aliqui detenti ſunt atque capti. Verùm ſi villæ diruatur clauſum, hoc eſt monachos eorumque homines exponere inimicis: quin etiam homines dicti loci aufugientes, & ſic monaſterium depauperabitur antedictum. B Si eſſet firma munitio, poſſet utique formidari, quod cùm non ſit, ut qui pari caſu ſive fortuna pœnam cum infidelibus ſortietur. Hæc eſt villa, quæ ſubverſionis tempore fidem CHRISTI tenens, à veſtra devotione, & ſanctæ Eccleſiæ non diſceſſit, licèt compluri-mos homines morte & membrorum mutilatione amiſerit, talas*, & alia damna plurima à veſtris proditoribus ſit perpeſſa. Abſit hoc, ô Glorioſe Rex, quod ſic fideles pro ſua conſtantia demeritum pro demerito eligerentur, & C pœnam pro præmio. Hoc eſſet corda eorum pervertere, & ad infidelitatis rabiem provocare: quod cedent in grave ſcandalum plurimorum. Pœna itaque ſuos auctores teneat, & fideles à veſtra magnificentiâ ſe gaudeant, ut ſic ceteri ad melius imitentur, & ſit poſteris in exemplum. Celſitudini igitur veſtræ humiliter ſupplicamus, quatinus preces noſtras dignemini exaudire, ita quod abbas dicti loci qui in dicta adverſitate conſtans extitit & fidelis, ad veſtram accedens præſentiam, gratiam obtineat & favorem, ac villa ſua ad honorem omnipotentis Dei & veſtrum in ſuo ſtatu fide-D liter conſervetur.

* *f.* talia.

LITTERA BALDUINI
imperatoris Conſtantinopolitani,

De capite ſancti Jacobi apoſtoli Roberto Arteſiæ comiti conceſſo.

Anno 1240. *Ex mſ Regalis-Montis.*

NOs BAR par la grace de Deu Empereux de Romain, feſons à ſçavoir à tous ceaus E qui ces lettres verront, que com il ſoit choſe, que ly pretieux chiez dou glorieus apoſtre noſtre ſeignor, monſeignor ſain Jacque le frere noſtre Seignor, qui ça en arrieres ſi eut eſtre entre les haus ſanctuaires, & les pretieuſes reliques de noſtre cappelle dou palais de Boquelion en Conſtantinople, fuſt venuz en noſtre part, en telle maniere que nos en poiens fere noſtre volunté, & porce qu'il nos ſembloit, que ſi haute choſe, com ly precieus chiez, ſeroit bien employés en tel liu, nos l'avons doné F au noble ſeignor monſeignor le conte ROBERT d'Artois, le frere de monſeignor lou roy de France noſtre tres-chier coſin; & teſmoignons par la tenor de ces preſentes lettres ſaelées de noſtre ſael, que ly chiez icy preſent eſt & bons & loyaus, & com de celi Jacques, qui eſt pardeſſus en ceſt eſcriz nomez.

Ces lettres furent faites à Damiette an l'an de l'Incarnation MCCXL. noveme ou mois de Juig.

(a) Andeciæ virginum monaſterium ordinis ſancti Benedicti in dioceſi Catalaunenſi olim à Moliſmenſi cœnobio dependens.

Digitized by Google

S. LUDOVICI REGIS FRANCORUM litteræ quibus confirmat fundationem monialium ordinis Ciſtercienſis factam à Galchero de Caſtellione in caſtellania S. Aniani in Bituria.

Anno 1249. Ex cartario archiepiſcopi Bituricenſis.

LUDOVICUS Dei gratia Francorum
rex. Notum facimus, quod nos litteras
dilecti & fidelis noſtri, GALCHERI
de Caſtellione vidimus in hæc verba. Ego
GALCHERUS de Caſtellione dominus S. Aniani
in Bituria, notum facio univerſis præſentes
litteras inſpecturis, quod ego in ſalute proſpera
& in bona memoria dedi & conceſſi in puram
& perpetuam eleemoſynam pro ſalute animæ
meæ & anteceſſorum meorum trecentas
libratas terræ ad Turon. ad fundandam abbatiam
monialium de ordine Ciſtercienſi aſſignandas
ſuper quintam partem hereditatis
meæ de ſancto Aniano. Et ſi quinta pars hereditatis
meæ de ſancto Aniano & de caſtellania
non ſufficeret ad hoc faciendum, volo
& præcipio quod ſuper quintam partem hereditatis
meæ de terra Carnotenſi perficiantur
trecentæ prædictæ libratæ terræ. Si autem de
me humanitus contigerit antequam redierim
ad propria, vel antequam facta fuerit aſſignatio
prædictarum trecentarum librarum, volo
quod prædictæ trecentæ libratæ terræ aſſignentur
abbatiæ prænominatæ ſecundum uſus
& conſuetudines patriæ ſine alta juſtitia infra
annum poſtquam in partibus Franciæ conſtiterit
de morte mea per perſonas inferius annotatas,
videlicet per venerabiles patres archiepiſcopum
Bituricenſem & archiepiſcopum
Turonenſem, per dominum Gilonem cantorem
ſancti Martini Turonenſis & priorem S.
Aniani in Bituria & per viros nobiles comitem
Bleſenſem, GUILLELMUM DE CLALVINIACO
dominum caſtri Radulfi, & per dominum
GAUFRIDUM DE BURIACO. Et ſi omnes non
poſſent intereſſe his agendis, vel non ſupereſſent,
volo quod hi qui poterunt vel qui ſupererunt
prædicta exſequantur. Volo etiam quod
prædicta abbatia fundetur in honore beatæ
Mariæ Virginis in caſtellania de ſancto Aniano
in Bituria per providentiam & diſcretionem
prædictarum perſonarum in loco bono,
& ideo ſecundum quod prædictæ abbatiæ melius
viderint expedire. Concedo etiam abbatiſſæ
prædictæ abbatiæ & conventui licentiam
ac poteſtatem acquirendi in manu mortua in
caſtellania de ſancto Aniano ſine mea & heredum
meorum contradictione uſque ad centum
libratas terræ. Præterea dedi & conceſſi in
puram eleemoſynam pro abbatia prædicta fundanda
duo millia librarum Turonenſium, quas
aſſigno ſuper ventas omnium nemorum meorum
de ſancto Aniano, & de tota Caſtellania
volens & præcipiens quod prædicta nemora
ponantur in ventam, & infra annum poſtquam
conſtiterit in Francia de morte mea fiat
ſolutio ad plenum de prædictis duobus milli-
A bus libris, & ad iſtam ſolutionem, ſicut dictum
eſt faciendam, obligo heredes meos qui
ſuccedent in hereditate mea de ſancto Aniano:
ita quod quamlibet in ſolidum rogo, & prædictos
exſecutores, ut ipſi provideant per ſe
vel per alios ad hoc idoneos, quod prædicta
duo millia librarum ponantur quam citius commodè
fieri poterit in ædificium abbatiæ ſupradictæ.
Nolo etiam quod propter eleemoſynam
iſtam ſuperiùs expreſſam mutetur vel minua-
B tur in aliquo legatum meum quod feci in
Francia antequam venirem ad partes Tranſmarinas,
nec illud legatum quod feci in Cypro.
In teſtimonium verò omnium prædictorum
venerabilis pater ODO miſeratione divina
Tuſculanus epiſcopus apoſtolicæ ſedis legatus
ad preces meas præſentes litteras ſigillavit,
& ut omnia prædicta rata & firma & inconvulſa
permaneant præſentem paginam ſigilli
mei munimine roboravi. Actum anno ab
Incarnatione Domini MCCXLIX. menſe Sep-
C tembri in caſtris ante Damyetam. Nos autem
prædictam eleemoſynam prout ſuperiùs continetur
quo ad dictam abbatiam fundandam
volumus, concedimus & confirmamus, ſalvo
omni jure alieno. Et in hujus rei teſtimonium
præſentes litteras ad petitionem dicti
Galcheri ſigilli noſtri munimine fecimus roborari.
Actum in caſtris juxta Damyatam anno
Domini MCCXLIX. menſe Septembri.

LITTERÆ DE RESTITUTIONIBUS
D à RAYMUNDO comite Toloſano faciendis.

Anno 1249. Ex Archivis collegii Societatis Jeſu Tholoſani.

NOverint univerſi præſentem cartam inſpecturi,
quod dominus RAYMUNDUS
Dei gratia comes Tholoſæ, marchio Provinciæ,
ſaluti animæ ſuæ cum devotione providere intendens,
voluntatem ſuam declaravit coram
teſtibus infraſcriptis, aſſerendo propoſitum
ſuum eſſe, quod ſi ab infirmitate qua tenebatur,
ipſum contingeret liberari, votum peregrinationis
ultramarinæ, pro qua crucem rece-
E perat, perſonaliter adimpleret: ſi verò dictam
peregrinationem adimplere non poſſet, voluit
& mandavit, ut pro redemtione peregrinationis
ſuæ & illorum qui pro ipſo de mandato ejus
crucem receperunt, & dictam peregrinationem
facere tenentur, heres ſuus mittat ultra
mare quinquaginta milites bene armatos &
bene pacatos in ſubſidium Terræ-ſanctæ moraturos
in partibus tranſmarinis per unum annum
integrum in ſervitio JESU-CHRISTI, &
quod illi qui pro ipſo comite crucem recepe-
F runt, recipiantur pro ceteris in numero quinquaginta
militum, ſi eis placuerit. Item voluit
& mandavit, quod petiva illa quam habuit de
viceſimis eccleſiarum, & de legatis, & de redemtione
votorum, reſtituatur ab herede ſuo
domino papæ. Item voluit & mandavit quod
pecunia illa quam habuit à domino rege Francorum
& à domina regina, occaſione paſſagii
ſui, reſtituatur eiſdem ab herede ſuo.

Actum eſt Amilianum VII. Cal. Octobris,

Digitized by Google

anno Domini MCCXLIX. Teſtes interfuerunt, dominus BERNARDUS, comes Convenarum, Jordanus de Inſula, Sicardus Alamanni, Raymundus de Alfato, &c. In cujus rei teſtimonium nos BERNARDUS comes Convenarum, Jordanus de Inſula, Sicardus Alamanni, Pontius Aſtoandi cancellarius domini comitis antedicti, & frater Guillelmus de Briva, præſentem cartam fecimus ſigillorum noſtrorum munimine roborari.

LITTERÆ GUILLELMI archiepiſcopi Narbonenſis.

De pœnitentia Petro Gaudemir impoſita, propter relapſum in hæreſim.

Anno 1251. *Ex autographo.*

G. Dei gratia ſanctæ Narbonenſis eccleſiæ archiepiſcopus, univerſis CHRITI fidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino JESU-CHRISTO.

Quoniam Petrus *Gaudermir* filius Ar. *Gaudermir* de Laireria in crimine Narbonenſi fac. in jure publicè confeſſus eſt coram nobis à tribus annis citra hæreticos vidit, ſeu viſitavit pluries, ac hæreticos credidit bonos homines & bonæ fidei. Poſt abjuratam olim hæreſim apud Craſſam commiſit omnia ſupradicta contra proprium juramentum. Nos eidem ad ſinum ſanctæ matris Eccleſiæ revertenti, ac abjurata omni hæreſi abſolutionis beneficium aſſecuto injunximus, ut in deteſtationem erroris veteris portet in omni veſte, præter quàm in camiſia perpetuò duas cruces de filtro coloris crocei, longitudinis duorum palmorum & dimidii, latitudinisque duorum, habentes in ſe trium amplitudinem digitorum, eas reficiens ſi rumperetur. Viſitet inſuper limina beatæ MARIÆ de *Rumpamant*, de Podio, de Vallewaudi, beati Antonii Vienneníis, & beati Ægidii; teſtimoniales nobis portet litteras, quod peregrinationes perfecerit memoratas. Audiat ex integro, dum vixerit, diebus dominicis & feſtivis miſſas parochiales, & ſermones qui fient in eis, & generales, ſi fiant in villa in qua fuerit, niſi canonicè fuerit præpeditus: & in miſſa cujuſque diei Dominicæ ac feſtivæ, inter epiſtolam & evangelium cum virgis in manu ſacerdoti miſſam celebranti publicè ſe præſentans, ab eo recipiat diſciplinam. Sequatur etiam proceſſiones ubicumque fuerit, inter clerum & populum, virgas longas altè in manu portans, cum quibus coram eo qui proceſſioni præfuerit, in ultima veniens ſtatione, diſciplinam recipiat ab eodem. Viſitet quoque nihilominus quolibet anno quater eccleſiam Narbonenſem, ſcilicet in Ramis palmarum, & in feſtivitatibus Aſcenſionis Domini, beatorum Juſti & Paſtoris, & Omnium ſanctorum, & ibidem proceſſionem ſequatur, & recipiat diſciplinam. Confiteatur ter in anno ante Paſcha, Pentecoſten, & Nativitatem Domini, & in eiſdem feſtivitatibus communicet, niſi de conſilio proprii abſtinuerit confeſſoris. Uſuras non exerceat; & reſtituat, ſi recepit. Bajuliis & aliis publicis officiis non taxatur, retenta poteſtate ut in præmiſſis poſſimus addere, aut detrahere quantumcumque.

Datum Narbonæ IV. Idus Julii, anno Domini MCCLI.

INNOCENTII PAPÆ IV. ad Magiſtrum ordinis Prædicatorum.

Quod nulli Fratrum Prædicatorum liceat in electionem vel poſtulationem de ſe factam ad epiſcopatum, vel alias dignitates, invitis ſuperioribus, conſentire; Quodque nullus archiepiſcopus, nec apoſtolicæ ſedis legatus, aliquem de fratribus ad epiſcopatum, vel alias dignitates aſſumere præſumat.

Anno 1251. *Ex mſ. PP. Prædicatorum Rothomagenſium.*

INNOCENTIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio magiſtro ordinis Fratrum Prædicatorum ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Petitio tua nobis exhibita continebat, quod cùm aliqui fratres tui ordinis in aliquibus eccleſiis in epiſcopos eligantur, vel poſtulantur: iidem fratres, licèt proprium velle non habeant, aut nolle propter hoc quod renuntiaverunt mundo & propriæ voluntati, & per ſe nequeant conſentire, tamen irrequiſitis prioribus ſuis provincialibus, quorum licentia & teſtimonium eſſent in talibus requirenda, dum electionibus, ſive poſtulationibus de ſe factis temerè conſentiunt, & locorum archiepiſcopi fratres ipſos in epiſcopos aſſumere ac ordinare præſumunt: propter quod plerumque in eodem ordine ſcandalum generatur, ſuper quo provideri per ſedem apoſtolicam humiliter poſtulaſtis. Cùm autem prædictum ordinem, cùm ſit rectæ vitæ ſpeculum, ſalutiferæ converſationis exemplar, velimus ſemper de bono in melius, Deo propitio, proſperari: auctoritate præſentium de ſpeciali gratia diſtrictius inhibemus, ut nulli præfati ordinis fratres, ſi eos in epiſcopos eligi, aut poſtulari fortè contigerit, electioni ſive poſtulationi de ſe factæ audeant conſentire, nec aliquis archiepiſcopus, ſeu quicumque alius prælatus, vel etiam legatus ſedis ipſius dictos fratres, niſi de tuo, vel ipſorum priorum provincialium, qui pro tempore fuerint, licentia, & conſenſu, aut ſedis ejuſdem ſpeciali mandato ad epiſcopatus & alias dignitates extra dictum ordinem aſſumere vel ordinare præſumat. Nos enim decernimus irritum, & inane quicquid contra inhibitionem hujuſmodi à quibuſcumque contigerit attentari, auctoritate ſedis apoſtolicæ ſemper ſalva. Nulli ergo, &c.

Datum Peruſii III. Idus Julii, pontificatûs noſtri anno IX.

Similes poſtmodum litteras dedit CLEMENS *papa IV. Viterbii III. Calendas Junii, pontificatûs ſui anno IV.*

EPISTOLA S. LUDOVICI REGIS,
ad Blancham reginam matrem ſuam

Ut compoſitionem factam cum abbate Craſſenſi adimpleat.

Anno 1251. Ex autographo.

LUDOVICUS Francorum rex ad excellentiſſimam & cariſſimam dominam & matrem ſuam B. Dei gratia Francorum reginam illuſtriſſimam.

Rogamus veſtram ſerenitatem quatinus ſecundum quod videbitis in litteris patentibus datis apud Aquas-mortuas, quibus, ſecundum quæ mediante B. de Cano-ſuſpenſo inter nos & monaſterium Craſſæ intervenit, quædam feuda dicti monaſterii cum feidimentis & hæreſibus ipſi reſtituimus, ipſam compoſitionem ſeu ordinationem necnon conceſſionem à nobis factam ipſi monaſterio faciatis & mandetis firmiter obſervari, & ea quæ in prædictis litteris continentur adimpleri. Actum in caſtris juxta Cæſaream Paleſtinæ, anno Domini MCC. LI. menſe Octobri.

LITTERÆ MATHILDIS
comitiſſæ Nivernenſis pro confirmatione fundationis fratrum Minorum Autiſſiodorenſium.

Anno 1251. Ex ſchedis noſtri Georgii Viole.

NOS Mathildis comitiſſa Nivernenſis, notum facimus univerſis, quod nos ſolo caritatis intuitu & ob remedium animæ noſtræ & parentum noſtrorum, conceſſimus ordini fratrum Minorum in civitate noſtra Autiſſiodorenſi locum illum, in quo ipſi morantur, qui noſter erat, & de juſtitia noſtra, ad habitandum ibi omnem libertatem quam fratrum neceſſitas, & ordinis requirit utilitas, quantum ad loci habitationem, quamdiu ibidem moram fecerint ipſis in omnibus concedentes. Hoc tamen ſalvo, quod porta quæ ſita eſt ad caput eccleſiæ ipſorum fratrum, per quam communiter ingrediuntur, & eccleſiam cathedralem obſtruatur infra annum. Retinemus autem nobis & noſtris heredibus proprietatem fundi, uſu fratrum ſicut expreſſum eſt remanente: ita tamen quod ſi aliqua occaſione dictos fratres de dicto loco & uſu contingat recedere, ædificia cum loco & uſu, ad nos & heredes noſtros liberè revertentur. Quod ut ratum & firmum permaneat in futurum, præſentes litteras ſigilli noſtri munimine fecimus roborari. Datum apud Interamnem anno Domini MCCLII. menſe Aprili.

LITTERÆ NICOLAI
epiſcopi Cameracenſis ad Attrebatenſem, Morinenſem, Tornacenſem & Cameracenſem officiales.

Ut exſequantur mandatum domini papæ quo legitimi iterum declarantur & confirmantur Johannes & Balduinus de Aveſnis.

Anno 1252. Ex cartul. DD. de Aveſnis.

N. Dei gratia Cameracenſis epiſcopus viris diſcretis in Chriſto chariſſimis Attrebatenſi, Morinenſi, Tornacenſi & Cameracenſi officialibus ſalutem in Domino.

Noverit univerſitas veſtra nos litteras domini papæ vidiſſe ac recepiſſe in hæc verba: INNOCENTIUS epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabili fratri epiſcopo Cameracenſi ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Lecta nobis dilectorum filiorum nobilium virorum JOHANNIS de Aveſnis & BALDUINI fratrum natorum nobilis mulieris MARGARETÆ comitiſſæ Flandriæ & Haynoniæ petitio continebat, quod, cùm olim ſuper eo quod quidam ut proceſſu temporis à bonis ad eos hereditario jure ſpectantibus poſſent excludi, eis illegitimatis maculam impingebant, id occaſione quarumdam litterarum ſuper hoc à ſede apoſtolica obtentarum, plurimorum auribus inſtillando: venerabili fratri noſtro epiſcopo Catalaunenſi, & dilecto filio abbati ſancti Sepulchri Cameracenſis noſtris dedimus litteris in mandatis, ut ſuper ipſorum cauſa natalium, non obſtante quod ſuper hoc inter eos ex parte una & nobiles viros GUILLELMUM GUIDONEM & JOHANNEM fratres ipſorum ex altera litigatum fuerat, aliquando tamen liti finis impoſitus, coram nobis inquirerent, ſicut magis de plano poſſent diligentius veritatem; & quod canonicum eſſet, appellatione remotâ, ſtatuerent, quæſtione bonorum principali domino reſervata. Iidem epiſcopus & abbas Leſſienſis cui ſuper hoc dictus abbas commiſerat vices ſuas, mandati apoſtolici forma ſervata, de juriſperitorum conſilio, natalia dictorum JOHANNIS & BALDUINI legitima eoſque legitimos ac legitimè natos eſſe per diffinitivam ſententiam ratam habentes & gratam, illam auctoritate apoſtolica duximus confirmandam.

Quocirca fraternitati tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus quatinus dictos nobiles non permittas contra confirmationis noſtræ tenorem ſuper his ab aliquibus indebitè moleſtari. Moleſtatores hujuſmodi per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Datum Lugduni. XV. Calendas Maii pontificatus noſtri anno VIII.

Hujus igitur auctoritate mandati vobis mandamus, quatinus in locis vobis ſubditis, de quibus fueritis requiſiti; in generali inhibeatis & inhiberi faciatis, ne aliquis ſuper præmiſſis dictos nobiles indebitè contra confirmationem domini papæ moleſtare præſumat, intimantes publicè ſimul cum inhibitione prædicta quod nos juxta formam mandati apoſtolici ad nos directi moleſtatores hujuſmodi per cenſuram eccleſiaſticam compeſcemus.

Datum anno Domini MCCLII. feria II. poſt Quaſimodo, quid inde feceritis nobis quiſlibet veſtrum reſcribat. Datum ut ſupra.

BULLA INNOCENTII PAPÆ IV.
ad epiſcopum Cameracenſem, abbatem Ciſtercienſem, & decanum Laudunenſem.

Anno 1252. Ex cartario Haſnonienſi dominorum de Aveſnis.

INNOCENTIUS epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabili fratri epiſcopo Cameracenſi, & dilectis filiis abbati Ciſtercienſi, & decano

[Cath]alaunensi salutem & apostolicam benedictionem.

Dilecti filii nobilis viri G. comes Flandriæ, & J. dominus de Dampetra fratres, nobis significare curarunt, quod nobilibus viris JOHANNE de Avesnis & BALDUINO germanis dictorum G. & J. fratribus uterinis, intimantibus olim nobis, quod à quibusdam ipsorum æmulis malitiosè, ut à bonis ad eos hereditario jure spectantibus, excludi possent, illegitimatis macula impingebatur eisdem. Nos venerabili fratri nostro A. Cathalaunensi episcopo, ejusque collegæ nostris dedimus in mandatis, ut quanto magis possent, de plano super causa natalium eorumdem nobilium inquirerent veritatem, & quod esset canonicum statuere, appellatione remotâ, curarent, nonobstante quod super hoc inter prædictos J. & B. ex una parte, & fratres eorumdem ex altera, fuerat coram nobis aliquando litigatum & processum, cùm nihil indeterminatum fuisset. Sed idem episcopus & abbas monasterii de *Lessies* Cameracensis diœcesis, cui dictus collega commiserat, sicut dicitur, super hac tota lite vices suas, prædictis G. & J. minoribus viginti quinque annis, & existentibus in tali loco unde commodè citari poterant, & de jure debebant, cum eos principaliter hujusmodi negotium contingeret, non citatis, nec se occultantibus, neque per contumaciam absentantibus; quondam WILHELMO germano ipsorum Flandrensi comite infra annos hujusmodi existente, & tunc in Ultramarinis partibus Terræ sanctæ subsidio insistente, cùm nullus etiam illius legitimè citatus fuerit, seu comparuerit qui se JOHANNI & BALDUINO fratribus super hoc opponerent supradictis, in eodem negotio procedentes, & eorumdem J. & B. natalitia legitima declarantes, ipsos fore legitimos & legitimè genitos, in dictorum G. & J. magnum præjudicium & gravamen, per diffinitivam sententiam, ad quam audiendam minimè vocati fuerant, decreverunt. Nosque sententiam ipsam auctoritate apostolica dicimur confirmasse, certo super hoc conservatore concesso. Unde nobis iidem G. & J. humiliter supplicarunt, ut cum ab hujusmodi sententia, postquam ad eorum pervenit notitiam, quatinus nullam eam esse dicerent & protestarentur, ad sedem apostolicam ad cautelam pro sui juris conservatione duxerint appellandam, providere super hoc ipsis apostolica sollicitudine curaremus. Ideoque discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus; quatinus ad locum tutum & securum vocatis qui fuerint evocandi, inquiratis super prædicto processu sollicitè veritatem, nobis quod exinde inveneritis, vestris litteris fideliter rescripturi, præfigendo partibus terminum peremtorium competentem, quo per se vel per procuratores idoneos, nostro se conspectui repræsentent: facturæ ac recepturæ super iis quod ordo dictaverit rationis; contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postpositâ, compescendo, non obstante indulgentia quibuscumque personis ab apostolica sede concessa, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam de hujusmodi indulgentia mentionem: seu, si tibi, fili abbas, vel ordini tuo indultum existat, quod de causis tibi à sede committendis, eadem cognoscere minimè tenearis, & concessione de duabus dietis edita in consilio generali. Quod si non omnes iis exsequendis potueritis interesse; duo vestrum ea nihilominus exsequantur. Datum Perusii XIII. Cal. Septembris pontificatus nostri anno decimo.

FOEDUS INTER RASSONEM de Gaure & Johannem de Avesnis, cui castrum suum de Liedkerke committit custodiendum.

Anno 1252. Ex Hasoniensi cartario dominorum de Avesnis.

JOu RASSES de Gaure sire de *Liedkerke* fac savoir à tous ciaus qui ces lettres veront, que jou ai ottroijés à mon signeur JEHAN d'Avesnes, & à tous chiaus qui de par lui venront mon castiel de *Lidekerke*, que il i puet entrer, & issir & demorer par telle que li sairement seront a moi, & si sairement seront en tel maniere, quil me sauveront mon castiel loiaument en bonne foit a moi & a mes oirs, & je puis entrer & venir & demorer en mon castiel de *Lidekerke*: tout à ma volenté, & je ne puis pais faire a ma dame de Flandres & de Haynnaut ne a mon signeur GUYON Lanoet de Bethune, ne a mon signeur JEHAN se frere, si ce nest par le volentet mon signeur JEHAN d'Avesnes & convenances durront tant que cette guerre durra entre mon signeur Jehan d'Avesnes & ses freres devant nommés, & toutes ces convenances aije franciet & juret à tenir loiaument en bonne foit, & pour chou que ce soit ferme chose & estaule, ai je ces presentes lettres sailées de mon saigel, en l'an del Incarnation nostre Signeur, MCC. & L. & deus le jor de la Nativitet nostre Signeur.

LITTERÆ JACOBI ARAGONUM regis quibus Crassense monasterium sub sua recipit protectione.

Anno 1253. Ex autographo.

JACOBUS rex Aragonum, Majoricarum & Valentiæ, comes Barchinonæ & Urgelli & dominus Montispessulani &c. recipimus & constituimus in nostra protectione, custodia & commenda & nostro guadatico speciali venerabilem & dilectum nostrum BERNARDUM, abbatem monasterii Crassensis, ejus successores & ejus monasterium cum castris, villis, & locis omnibus ad illud pertinentibus, & cum

(a) Litteras Innocentii papæ, quibus episcopo Catalaunensi commisit hujusmodi causam & abbati Lessiensi edidit Miræus diplomatum Belgicorum pag. 178. cujus initium sic mendose legit: *quia nos dilecti filii* pro quo legendum *sua nobis dilecti* sententiam etiam Petri Cathalaunensis episcopi & Hugonis abbatis Lessiensis edidit Miræus pag. 178. diplom. Belgic.

Digitized by Google

monachis & aliis quibuſcumque, hominibus & feminis in dicto monaſterio, in caſtris, villis, & locis prædictis habitantibus, & omnibus aliis bonis ipſorum omnium, ubique habitis & habendis, eundo, ſtando & redeundo, per omnia loca regnorum, terrarum, & dominationum noſtrarum: ita quod nullus ſit auſus eos, vel prædictum monaſterium, vel monachos, vel homines prædictos, aut feminas, vel aliquid de prædictis, alicubi capere, invadere, detinere, impedire, marchare vel pignorare, culpa, crimine, vel debito alieno, niſi ipſe abbas, vel ejus ſucceſſores, vel dicti monachi, aut homines, ſeu feminæ, debitores, vel fidejuſſores eſſent manifeſti; nec in his caſibus, niſi in abbate, vel monachis, & hominibus, & feminis, fatiga priùs inventâ eſſet de directo. Concedimus etiam & indulgemus abbati, & ejus ſucceſſoribus, & monaſterio in perpetuum, quod aliquis, vel vicarii, vel bajuli, vel noſtri locum tenentes, vel ſagiones, ſeu nuntii curiæ noſtræ vel ſuarum, non poſſint, nec debeant umquam de cetero diſtringere eos, vel aliquem hominem eorum, vel aliquid de rebus eorum, vel dicti monaſterii, vel caſtrorum, villarum, & locorum prædictorum ad ipſum monaſterium pertinentium, ad jus faciendum, vel firmandum pro aliqua querimonia civili, vel criminali, niſi priùs in ipſis manifeſta fatiga juris inventa fuerit, cum denuntiatione legitima præcedente. Volumus etiam & concedimus, quod ipſi & ſucceſſores, & officiales eorum, exerceant, & exercere poſſint in omnibus eorum caſtris, villis, & locis prædictis, omnes juſtitias, & juriſdictiones civiles & criminales liberè atque plenè; & aliquis bajulus, ſeu vicarius noſter de cetero non poſſit, vel debeat ab hominibus in aliquibus, villis, & locis prædictis ipſius monaſterii habitantibus, vel habitaturis, homagium fidelitatis recipere, ſeu fidelitatem aliquam, nomine homagii; abſolventes dictos homines omnes & ſingulos ab omni homagio, ſi quod fecerint aliquibus de noſtris officiariis, vel locum tenentibus ratione fidelitatis, ita quod de dicto homagio in aliquo minimè teneantur, &c.

Datum apud Perpinianum VIII. Idus Januarii, anno Domini MCCLIII.

LITTERÆ HENRICI Leodienſis electi,

De judicio Mechliniæ habito in gratiam Johannis de Aveſnis, ut Hannonienſes eum verum dominum agnoſcant, eique hominium præſtent.

Anno 1253. *Ex Haſnonienſi cartario dominorum de Aveſnis.*

NOus HENRIS par là graſſe de Diu eſlius dou Liege, faſons ſavoir à tous chiaus qui ces lettres veront, que le Juedy apries les octaves de la Candeler, nous fûmes à Mallines; en la preſenſe de mout de nos homes, & là nous mouſtrâmes unes lettres leſqueles la conteſſe de Flandres avoit à nous envoiies, qui contenoient ces paroles: Qu'ele avoit donet au conte d'Anjo la conte de Haynau, à lui & à ſes oirs à tous jors, & nous prioit & requairoit que nous le conte d'Anjo reteniſiens à home de la contet de Haynau. Et le mouſtra li quens de *Luſelcborg* unes autres lettres pendans, qui contenoient teles paroles: Que la conteſſe de Flandres faiſoit ſavoir au conte de *Luſemborc*, qu'ele avoit donet au conte d'Anjo le contet de Haynau, & li mandoit & commandoit qu'il feſiſt homage au conte d'Anjo de tou qu'il tenoit en la conté de Haynau. Et unes autres lettres nous au teles: Qu'ele avoit envoijet au ſegnor de *Mortagne*, & là vint li quens de *Luſenborc*, & nous requiſt que nous li feſiſſiens par droit dire, à cui il devoit faire homage de tou qu'il tenoit en la contet de Haynau. Et dont vint JEHANS d'Aveſnes fiuls le devant dite conteſſe, en la preſenſe de nous & de nos homes, & diſt à nous: Sire, je ſuis venu à vous, come à mon ſigneur, & voſtre home ſui de la contet de Haynau, & drois hoirs de la terre, & ma mere l'à donet au conte d'Anjo, & miſe hors de ſa main, & en main d'eſtrenges gens; dont je vos pri, Sire, & requier come à mon ſegneur, KE vous me facies dire par droit, ſi li home de la conte de Haynau me doive faire homage par droit. Et nous HENRIS par la graſſe de Diu eſlius dou Liege, recouneumes bien le devant dit JEHAN à home en la preſenſe de nos homes, & qu'il eſt drois hoirs de la contet de Haynau, & ſour chou KE nos mouſtrames à nos homes, & ſour chou KE li devant dis JEHAN monſtra pardevant nos, & pardevant nos homes; & li cuens de *Luſſenborc* auſſi, nous meiſmes le jugement ſour WILLAUME de Hornes, ſegneur de Thenay, noſtre gentilhome; & li conjurames ſour le foit qu'il nous devoit, qu'il nos en deſiſt droit. Et il WILLAUMES devant dis & noſtre gentilhome furent à conſeil, & il WILLAUMES nos diſt par jugement que tot li home de Haynau ki tenoient lor fies en la conté de Haynau dou ſegneur de la terre, devoint faire houmage au devant dit JEHAN d'Aveſnes come à ſegneur, & à droit hoir de la terre. Et nous HENRIS par la graſſe de Diu eſlius dou Liege, tel jugement loons & approuvons, & volons qu'il ſoit tenus, & mandons & coumandons à tous les homes de Haynau, qui fies tienent de la contet de Haynau, qui facent homage au devant dit JEHAN d'Aveſnes come à ſegneur, & à droit hoir de la terre, enſi qu'il eſt jugiet en noſtre cort. Et à ce jugement furent come noſtre home gentilhome OTHES cuens de Gelres, HENRY cuens de Luſſenborc; ERNOUS cuens de Los & de Cigny, OTHES provos d'Ays, GODEFROY arcedyakenes de Liege; ENGLEBIERS doiens d'Utreth, ENGLEBIERS arcedyakenes de Liege; THIERIS ſires de Faukemont, HENRIS ſires de Huſaliſe, WATIERS Biertaus, GOSSUINS de Bome, WILHAUME d'Othenai, GOSSEVINS de Mile, & cuenes de Heire. Et por con que toutes ches choſes devant dites ſoient fermes & eſtables à tous jors, nos avons fait ſaieler ces preſentes lettres de noſtre propre ſaiel.

Digitized by Google

Che fut dounet à Mallines noſtre ville le Samedy aprés les octaves de Candeler en l'an del Incarnation noſtre Segneur MCC & ciuncquante-trois.

LITTERÆ WILLELMI Romanorum Regis, præfatum judicium confirmantis.

VVILLAUMES par la graſſe de Diu rois des Romains, & toudis acroiſſans à tous chiaus qui ces lettres veront ſa graſſe & tout bien.

Nos faſons ſavoir à tous, que nous fûmes à Mallines le Juedy apres les octaves de la Candeler, en la preſenſe de mout de nos princes; & là fu dit par droit & par jugement ke li home qui tenoient terres & fies en la conté de Haynau dou ſigneur de Haynau, devoient faire homage à noſtre chier prince & noſtre chier ſerouge JEHAN d'Aveſnes, fil la conteſſe de Flandres, come à lor ſegnor, & à droit hoir de la terre, & tel jugement qui là fu fais, nous le loons & approuvons, & volons qui ſoit tenus à tous jors fermes & eſtables, enſi qu'il eſt contenu es lettres noſtre chier prince & noſtre couſin HENRY par la graſſe de Diu eſlius dou Liege, leſqueles lettres li devant dis JEHANS a dou devantdit eſlius. Et toutes ces choſes devantdites nous les confremons come ſouvrains ſires par l'auctorité roial de noſtre propre ſaiiel. Che fu donnet à Mallines l'an de l'Incarnation noſtre Segneur MCC ciuncquante-trois, le Samedy apries les octaves de la Candeler.

LITTERÆ H. ABBATIS FULDENSIS, ad Leodienſem ſancti Laurentii, & Lobienſem abbates.

Ut juxta ſtatutum Francofurtenſe à papa confirmatum, M. Flandriæ comitiſſam excommunicent, Vuillelmo Romanorum regi inobedientem.

H.. divina permiſſione abbas Fuldenſis monaſterii ordinis ſancti Benedicti, exſecutor à domino papa deputatus, religioſis viris... ſancti Laurentii Leodienſis & Lobienſis Cameracenſis dioceſum monaſteriorum abbatibus, ſalutem, & mandatis apoſtolicis obedire.

Litteras domini papæ, non cancellatas, nec abolitas, nec in aliqua ſui parte vitiatas recepimus in hæc verba:

INNOCENTIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, filio dilecto abbati Fuldenſi, Herbipolenſis dioceſis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Dignum eſt ſententias, quæ ſolemniter regio promulgantur oraculo, ut illibatæ permaneant, apoſtolicæ firmitatis patrocinio non carere. Exhibita ſiquidem cariſſimi in CHRISTO filii noſtri WILHELMI regis Romanorum illuſtris nobis narratio continebat, quod ipſe in generali curia nuper apud *Frankefort* de antiqua imperii conſuetudine celebrata per definitivam ſententiam de communi conſenſu principum imperii ejuſdem ſibi fidelium ibidem præſentium promulgatam, illos omnes bonis quibuſcumque quæ ab imperio tenebant in feudum privare curavit, qui ſuper iis inveſtituram infra annum à die quo apud Aquiſgranum in Romanum regem fuit, divina favente clementia, coronatus, à ſua celſitudine recipere non curarunt, prout in litteris authenticis confectis exinde, & regio ſigillo ſignatis plenius continetur. Quocirca diſcretioni tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus eamdem ſententiam auctoritate noſtra facias per te, vel per alios inviolabiliter obſervari, non obſtante ſi aliquibus à ſede apoſtolica ſit indultum, quod excommunicari non poſſint, vel eorum terræ ſubjici eccleſiaſtico interdicto, abſque ſedis ejuſdem ſpeciali mandato, plenam & expreſſam de verbo ad verbum facientе de indulto hujuſmodi mentionem, etiamſi contineatur in eis quod impetratoribus qualibet dictæ ſedis indulgentia non obſiſtat, ſeu qualibet indulgentia ſedis præfatæ per quam tuæ juriſdictionis effectus in hac parte impediri valeat, vel differri, ſive conſtitutione de duabus dietis edita in concilio generali, contradictores per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo.

Datum Peruſii III. Nonas Decembris, pontificatûs noſtri anno X.

Quia verò nobilis mulier M. Flandriæ comitiſſa, terris ac bonis illis univerſis, quæ ab imperio tenere debebat in feudum, in generali curia apud *Frankenfort* de antiqua imperii conſuetudine celebrata, per definitivam ſententiam latam à ſereniſſimo domino noſtro W. rege Romanorum illuſtri, de conſenſu principum ibidem præſentium ob hoc fuerit ritè privata, quod inveſtituram prædictorum bonorum ac terrarum ab eo infra annum, quo apud Aquiſgranum in Romanum regem fuit, divina favente gratia coronatus recipere non curavit: diſcretioni veſtræ, auctoritate domni papæ qua fungimur in hac parte, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna ſuſpenſionis, quam ex nunc in vos ferimus, ſi mandati noſtri fueritis contradictores, diſtrictè præcipiendo mandamus, quatinus ad dictam comitiſſam perſonaliter accedentes, vel ad domicilium ejus, ſi ſuæ præſentiæ habere copiam non poteritis, diligenter moneatis eamdem ut præfatæ ſententiæ pareat, & ſe contra ipſam ſententiam de bonis ac terris prædictis ulteriùs nullatenus intromittat; alioquin ſi in ſua contumacia, ſeu rebellione per ſex ſeptimanas poſt veſtram monitionem perſeveraverit, ipſam auctoritate noſtra, imò apoſtolica ex tunc excommunicetis, & excommunicatam nuntietis publicè in locis omnibus in quibus fueritis requiſiti: & ſi ſic ejus rebellio refrænari non poterit, totam terram ipſius ſupponatis eccleſiaſtico interdicto, nobiles verò & communitates caſtrorum ac oppidorum, ceteroſque cujuſcumque conditionis homines in Quatuor officiis, Waſia, Geraudimonte,

Digitized by Google

monte, ac comitatu de Aloſt conſtitutos perſonaliter, vel per veſtras litteras diligenter monere curetis, ut dictæ parentes ſententiæ ſubtrahant ſe à præfatæ dominio comitiſſæ, nobili viro JOHANNI de Aveſnis, quem dictus dominus rex de prænominatis terris ac bonis feudaliter inveſtivit, in omnibus pareant & intendant; alioquin ipſos excommunicari publicè faciatis: in iis autem exſequendis alter alterum non expectet.

Datum apud Fuldam IV. Nonas Julii, anno Domini MCCLIII.

EXSECUTIO
prædictæ commiſſionis.

Anno 1253. Ex cartulario comitum d'Avesnis.

HENRICUS Dei gratiâ ſancti Laurentii Leodienſis exſecutor à viro religioſo abbate Fuldenſis monaſterii ordinis ſancti Benedicti, Herbipolenſis diœceſis, exſecutore à domno papa deputato conſtitutus, decano eccleſiæ in Waſia chriſtianitatis, Tornacenſis diœceſis, ſalutem in Domino.

Noveritis nos recepiſſe mandatum prædicti abbatis, in hæc verba:

H. divina permiſſione abbas Fuldenſis monaſterii, *&c. ut ſuprà.*

Hujus igitur auctoritate mandati vobis in virtute ſanctæ obedientiæ, ſub pœna ſuſpenſionis, quam ex nunc in vos ferimus, ſi mandati noſtri fueritis neglectores, diſtrictè præcipiendo mandamus, quatinus omnibus preſbyteris parochialibus veſtri decanatus, prout vobis ſubjiciuntur, ſub pœna prædicta veſtris detis litteris in mandatis, ut ſinguli in ſuis eccleſiis publicè citent peremtoriè nobiles infeudatos, caſtellanos, ſcultetos majores, ſcabinos capitales, ac alios ſcabinos, communitates caſtrorum ac oppidorum, ceteroſque cujuſcumque conditionis homines, prout eis ſubjiciuntur, ut feria quinta poſt feſtum beati Matthæi, hora nona coram nobis Rupelmundæ compareant, mandatum domni papæ diligenter audituri, intimantes eiſdem, quod ſi non venerint, faciemus eos pro tanta contumacia excommunicationis innodari ſententia, & nihilominus in dicto mandato procedemus, prout de jure fuerit procedendum. Vos etiam, decane, die, loco, & hora prædictis compareatis coram nobis perſonaliter.

Datum anno Domini MCCLIII. feria v. poſt Exaltationem ſanctæ Crucis.

EPISTOLA G. ARCHIEPISCOPI
Narbonenſis, & trium epiſcoporum, ad S. LUDOVICUM regem Francorum.

Ut compoſitionem factam cum abbate Craſſenſi exſecutioni mandet.

Anno 1253. Ex archivi Craſſenſis monaſterii.

EXcellentiſſimo ac reverendiſſimo domino LUDOVICO Dei gratia Francorum regi illuſtri G. eadem gratiâ ſanctæ Narbonenſis eccleſiæ archiepiſcopus, & P. & R. & G. Agathenſis & Biterrenſis, & Carcaſſonenſis epiſcopi cum ſpeciali honore & reverentia promtum ad obſequium famulatum.

Cum religioſus ac venerabilis vir B. Dei gratiâ abbas Craſſenſis, poſtquam fuit in officio abbatis, multum laboraverit & expenderit pro recuperandis juribus monaſterii, quæ nunc venerabili patri epiſcopo Maſſilienſi tunc abbati Craſſenſi exiſtenti, & dicto monaſterio liberaliter reddiderat & conceſſerat, dominus rex Franciæ pater veſter, ſecundum quod per ejus patentes litteras clarè patet: & poſteà facta fuerit compoſitio apud Aquas-mortuas cum dicto monaſterio per vos, Domine Rex, mediante R. de Cane-ſuſpenſo, ſicut in veſtris patentibus litteris continetur, & dominæ quondam matri veſtræ veſtras ſcripſeritis litteras patentes, quod ſicut videret in veſtris patentibus litteris contineri, dictam compoſitionem, ſeu ordinationem, necnon & conceſſionem à vobis factam eidem monaſterio faceret & mandaret firmiter obſervari, & ea quæ in prædictis continentur litteris adimpleri. Dominationis veſtræ magnificentiæ ſupplicamus, quatinus ſi idem abbas, ut proponit, ad vos ſuper hoc venerit, vel ſi contingeret ad vos ipſum non poſſe tendere, caſu aliquo contingente, ejus precatores latores præſentium pietatis intuitu & honore regiæ dignitatis ſuper exſequenda & obſervanda compoſitione prædicta dignemini favorabiliter & miſericorditer exaudire, & parcere nimiis abbatis & monaſterii laboribus & expenſis. Attendentes, quod inter alias prærogativas, quas Dominus regibus Franciæ contulit, in hoc eos ſpecialiter decoravit, quod conſueverunt dotare & ditare religiones & eccleſias, & immunitatibus ampliare: & vos ipſi conſueviſtis, ut nos ipſi vidimus, hujuſmodi magnalia imitari. Et ideo ne veſtram laudabilem imitationem valeant retrahere illorum oblocutiones calumnioſæ, qui dictam compoſitionem nituntur evertere, ſuum potiùs commodum quàm veſtrum attendentes, ſuper hoc circumſpectam veſtram ſerenitatem fiducialius exoramus. Bonæ autem memoriæ domina regina mater veſtra quondam, quam abbas ſuper hoc quinquies, ut intelleximus, viſitavit, propter prædictorum oblocutiones calumnioſas, dictam compoſitionem diſtulit exſecutioni mandare: & cum in Purificatione beatæ Virginis tranſacta ad expediendam dictam compoſitionem, diem abbati aliam aſſignaſſet, præventa morte eam non expedivit, ut deceret. Quare propter præmiſſa, & propter fidele ſervitium quod in guerris tranſactis dictus abbas vobis exhibuit & genti veſtræ, & quia nobilis vir frater ſuus in veſtro interfectus fuit ſervitio, necnon & quia tot extant litteræ patentes, tam veſtræ, quàm genitoris veſtri de dicto negotio ſaluti animæ veſtræ & veſtro honori credimus expedire, ſi dictum negotium coram veſtra præſentia hac vice ſine debito terminetur. Credentes, ſi placet, latoribus præſentium quantum in proſecutione dicti nego-

Nota.

Digitized by Google

tii dictum monaſterium eſt debitis aggravatum. Omnipotentis Dei miſericordia ad regni regimen & ad ſuperandas barbaras nationes ſanum & incolumen per multa tempora vos conſervet. A

BULLA INNOCENTII PAPÆ IV. ad epiſcopum & archidiaconum Tornacenſes.

Ut latam ab abbate Fuldenſi ſententiam excommunicationis in comitiſſam Flandriæ & ejus homines ſuſpendant. B

Anno 1254. Ex Haſnoniensi cartario DD. de Aveſnis.

INNOCENTIUS epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabili fratri epiſcopo & dilecto filio archidiacono Tornacenſi ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Cùm ad ſopiendam periculoſam diſcordiam quæ inter cariſſimum in Chriſto filium noſtrum W. Romanorum regem illuſtrem & nobilem mulierem M. comitiſſam Flandriæ & Haynoniæ nimis invaluit, proponamus unum ex fratribus noſtris ad partes illas in proximo deſtinare, ut ante ipſius adventum de modo compoſitionis, & iis quæ ſunt ad compoſitionem præambula, commodiùs tractari valeat hinc & inde; volumus, & per apoſtolica ſcripta vobis mandamus, quatinus excommunicationis ſententiam, quam in ipſam & quoſdam ejus homines abbas Fuldenſis Herbipolenſis diæceſis promulgari fecit, auctoritate litterarum noſtrarum, ut dicitur, juxta formam eccleſiæ relaxantes, effectum interdicti lati de mandato ipſius abbatis in terram ejuſdem comitiſſæ protinus ſuſpendatis, injuncto ſibi in virtute præſtiti juramenti, ut treugas ineat & eis vel ipſarum tractatu durante, per ſe vel alium eidem regi & ſuis guerram, dummodo ei non moveatur, non moveat, nec motam etiam proſequatur. C D

Datum Laterani II. Idus Martii pontificatus noſtri anno undecimo.

BERNARDI EPISCOPI ALBIENSIS litteræ quibus agnoſcit ſe Albiam civitatem tenere ab archiepiſcopo Bituricenſi. E

Anno 1254. Ex cartario archiepiſcopi Bituricenſis.

UNiverſis præſentes litteras inſpecturis BERNARDUS Dei gratia epiſcopus Albienſis ſalutem in Domino. Notum facimus, & litteris præſentibus proteſtamur, quod nos & eccleſia noſtra civitatem Albienſem & villas & jura quæ ad civitatem pertinent, tenemus ab archiepiſcopo & eccleſia Bituricenſi; & archiepiſcopo pro eccleſia Bituricenſi exinde facimus fidelitatem. Hanc autem recognitionem feudi & fidelitatem facimus, ſalvo jure noſtro & eccleſiæ noſtræ Albienſis, ſi in poſterum agere vellemus. Quod ne poſſit oblivione deleri, præſentem paginam in teſtimonium hujus rei, ſigilli noſtri munimine fecimus roborari. Datum anno Domini MCCLIV. menſe Martio poſt *Oculi mei*. F

BULLA INNOCENTII PAPÆ IV. ad P. S. Georgii ad Velum-aureum diaconum cardinalem.

De terminanda controverſia de natalibus Johannis & Balduini de Aveſnis.

Anno 1254. Ex cartario Haſnoniensi dominorum de Aveſnis.

INNOCENTIUS epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto P. ſancti Georgii ad Velum-aureum diacono cardinali apoſtolicæ ſedis legato ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Cùm de tuæ circumſpectionis induſtria plenam fiduciam obtinentes ad reformanda inter cariſſimum filium noſtrum WILHELMUM Romanorum regem illuſtrem ac dilectam in Chriſto filiam nobilem mulierem comitiſſam Flandrenſis pacis fœdera, te ad partes illas ſpecialiter, commiſſo tibi plenæ legationis officio, deſtinemus; Diſcretioni tuæ ad nullius inſtantiam propriæ providentiæ noſtro motu per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus, ſi aliquid inter dilectos filios nobiles viros G. comitem Flandrenſem & JOHANNEM de Dampetra ex parte una; & JOHANNEM & BALDUINUM de Aveſnis fratres ex altera, ſuper ipſorum J. & B. de Aveſnis natalibus vel aliis emerſerit quæſtionis; tu ad illud concordia ſopiendum interponas efficaciter partes tuas: ſi verò id per pacis & concordiæ ſemitam nequiveris de medio ſubmovere, cauſam ſive cauſas, non obſtantibus aliquibus litteris à prædicta ſede vel legatis ipſius ſuper hoc obtentis, & proceſſibus habitis per eaſdem audias, & eas infra terminum de quo tibi videbitur expedire, ſi de partium voluntate proceſſerit; ratione prævia, terminare procures, faciens quod decreveris per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſervari: alioquin ipſas ex tunc inſtructas vel non inſtructas & pacis tractatum, ſi quis habitus fuerit, ad apoſtolicum remittas examen; præfixo partibus peremtorio termino competenti, quo per ſe vel per procuratores idoneos cum omnibus actis munimentis & rationibus ſuis cauſas hujuſmodi contingentibus noſtro ſe conſpectui repræſentent, facturæ ſuper hoc & etiam recepturæ quod bonum pacis ſuaſerit vel ordo dictaverit rationis.

Datum Aſſiſii VI. Nonas Maii pontificatus noſtri anno undecimo.

INNOCENTII PAPÆ IV. ad Theobaldum Navarræ regem.

Diſpenſat ut matrimonium contrahat cum ſibi affine in quarto gradu.

Anno 1254. Ex cartario Campaniæ Bibliothecæ regiæ.

INNOCENTIUS epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio nobili viro THEOBALDO nato cariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ reginæ Navarræ illuſtris ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Digitized by Google

Attenta ſedis apoſtolicæ circumſpectio congruè temporum vices penſans quibuſdam interdum concedit aliqua ex plenitudine poteſtatis, quæ aliàs minimè eis indulgeret: & quædam aliquando denegat, quæ aliis forſan temporibus largirentur, diſpenſans opportunè juxta neceſſitatem temporis ſuarum munera gratiarum, nunc ea impendendo benignè, nunc autem inſpectâ utrobique ipſius qualitate temporis merito denegando, ut his quod utile ac ſalubre fore proſpexerit ſemper agat. Quia igitur erga nos & Romanam Eccleſiam ſincera meretur devotio, ut in eo quod honorem tuum ſapiat & profectum & alias opportunum & expediens dinoſcatur, tuis petitionibus favorabiliter annuamus. Nos tuis ſupplicationibus inclinati, ut tu & aliqua nobilis mulier quæ te quarto conſanguinitatis vel affinitatis gradu ex quacumque parte contingat, & de qua potius tibi expedire cognoveris ad invicem contrahere matrimonium licitè valeatis, impedimento hujuſmodi non obſtante, auctoritate præſentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Neapoli VIII. Calendas Decembris pontificatus noſtri anno XII.

ALEXANDRI PAPÆ IV. ad univerſos prælatos.

Revocat quaſdam litteras & ſententiam ab Innocentio papa IV. latam adverſus Religioſos

Anno 1254. Ex ms. PP. Prædicatorum Rotomagenſium.

ALEXANDER epiſcopus &c. venerabilibus univerſis archiepiſcopis & epiſcopis ac dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, archipreſbyteris, & aliis eccleſiarum prælatis & ceteris perſonis eccleſiaſticis tam ſæcularibus quàm regularibus, cujuſcumque ordinis & profeſſionis exiſtant, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Non inſolitum eſt neque novum, ut ea quæ per occupationem vel in feſtinantia fiunt, pro eo quod congruè lineam deliberationis prætereunt, in propenſioris conſiderationis reducantur examen, ut rectiora & elimatiora per attentionem plenioris diſcuſſionis emanent. Sanè quædam ab apoſtolica ſede tempore felicis recordationis INNOCENTII papæ IV. prædeceſſoris noſtri litteræ proceſſerunt; in quibus ipſe univerſis religioſis, cujuſcumque profeſſionis vel ordinis exiſtant, diſtrictè in virtute ſanctæ obedientiæ injungebat, ut parochianos alienos diebus Dominicis & feſtivis non reciperent de cetero in ſuis eccleſiis ſeu oratoriis temerè ad divina, nec ipſos ullatenus ad pœnitentiam admitterent, ſine ſuorum licentia ſacerdotum: nec eis in ſuis prædicarent eccleſiis ante miſſarum ſolemnia, pro quibus audiendis prima diei parte iidem parochiani conſueverunt, & debent in ſuis eccleſiis convenire: nec ſermones etiam ſolemnes facerent illa hora, ſed nec ad prædicandum ſolemniter ad parrochias alienas accederent, niſi eſſent ab earum ſacerdotibus invitati; vel ſaltem niſi ſe ad id humiliter peterent & obtinerent admitti; nec ea die qua dioceſanus epiſcopus vel alius loco ejus prædicaret ſolemniter; maximè in eccleſia cathedrali, aliquis ipſorum in eadem civitate vel loco præſumeret prædicare. Si vero in caſu licito parrochianum alterius eos in ſuis eccleſiis recipere ad ſepulturam contingeret, omniumque obtentu conſequerentur hujuſmodi ſepulturæ portionem canonicam, vel non requiſiti infra octo dies à tempore receptionis eorum epiſcopo vel ſacerdoti de cujus parrochia mortuus eſſet aſſumtus exhibere curarent. Si autem aliquis religioſorum ipſorum hujuſmodi tranſgreſſor contra prædicta vel aliqua prædictorum venire præſumeret, præter inobedientiæ vitium & excommunicationis ſententiam, quam eum incurrere voluit ipſo facto, gradus ſui periculo ſubjaceret, & nihilominus à dioceſano ad præmiſſa & ſingula obſervanda per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione remotâ, diſtrictiùs cogeretur, nullis ei contra hujuſmodi indulgentiis & privilegiis apoſtolicis valituris. Verùm quia ſuper præmiſſis litteris cogitare attentiùs & ſtudioſius deliberare proponimus, pacis commodum & quietis ſolatium eccleſiis & perſonis eccleſiaſticis potiſſimè cupientes, præfatas litteras & ſi quæ aliæ ſuper prædictis vel eorum aliquo contra præfatos religioſos & aliquos ex ipſis, generaliter & ſpecialiter, præter formam communem & ſolitam proceſſere, ac mandata ſeu præcepta facta in eis, vel earum auctoritate duximus penitus revocanda. Ideoque univerſitati veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus per hujuſmodi litteras vel occaſione mandatorum ſeu præceptorum aut ſententiæ quam continent, nihil prorſus agatis cùm nullam deinceps efficaciam habeant vel vigorem.

Datum Neapoli XI. Calendas Januarii pontificatus noſtri anno primo.

ALEXANDRI PAPÆ IV. ad fratres Prædicatores.

Quod nullus fratrum Prædicatorum alii poſſit peccata confiteri quam ſuis prælatis, niſi urgente neceſſitate.

Anno 1254. Ex ms. PP. Prædicatorum Rotomagenſium.

ALEXANDER epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis univerſis fratribus ordinis Prædicatorum ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Cùm magiſter & priores ordinis veſtri more periti medici vinum & oleum ſciant infundere vulneribus ſauciati, auctoritate vobis præſentium inhibemus, ne aliquis veſtrum aliis quam prælatis ſuis peccata ſua confiteri præ-

Digitized by Google

ſumat, niſi neceſſitatis urgente periculo, vel A niſi forſan dictus magiſter vel prior proprius alicui fratri licentiam dederit fratri alteri ejuſdem ordinis confitendi. Nulli ergo &c.

Datum Neapoli VIII. Calendas Martii pontificatus noſtri anno primo.

CARTA MATHEI MOMTIS-MIRABILIS & Oyſiaci domini pro Claravalle.

Donationem facit ut continuo cereus ardeat ad B altare ſancti Bernardi.

Anno 1255. *Ex cartari Claravallis.*

EGo Mathæus Montis-mirelli & Oyſiaci dominus notum facio univerſis præſentes litteras inſpecturis, quod ego pro remedio animæ meæ anteceſſorum & ſucceſſorum meorum dedi & conceſſi in puram & perpetuam eleemoſynam abbatiæ Claræвallis Ciſtercienſis ordinis XVIII. libras Turonenſes annui reditus in telonio meo de Firmitate Galcheri in feſto beatæ Mariæ Magdalenæ ſingulis annis in C perpetuum certo nuntio dictæ abbatiæ perſolvendas. Tali autem conditione dictæ abbatiæ dictas XVIII. libras annui reditus contuli & conceſſi, quod de dictis denariis cera debet comparari, & de ipſa debeat cereus fieri, qui ſufficere poſſit ad ardendum die nocteque jugiter coram altari beati Bernardi in abbatia ſupradicta. Si autem accideret quod denarii dictæ eleemoſynæ nuntio dictæ abbatiæ termino prædicto non ſolverentur, tenerer pro qualibet die quâ eſſem in mora ſolvendi in quinque ſolidis Turonenſibus pro pœna dictæ abbatiæ, vel ejus certo mandato. Et ad hæc firmiter tenenda, me, mea, heredes & ſucceſſores meos obligo. In cujus rei teſtimonium, *&c.*

Datum anno Dom. MCCLV. menſe Martio.

ALEXANDRI PAPÆ IV. ad archiepiſcopos, epiſcopos, &c.

Quod Fratres Prædicatores & Minores in dioceſibus eorum conſtituti, vel qui ad præſentiam prælatorum pervenerint, permittantur uti libere ſuis obſervantiis & ſtatutis, ac etiam indulgentiis apoſtolicæ ſedis.

Anno 1255. *Ex mſ. PP. Prædicatorum Claromontenſium.*

ALEXANDER epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiſcopis & epiſcopis, & dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, præpoſitis, archipreſbyteris, & aliis eccleſiarum prælatis, &c. ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Patris æterni benignitas pro ſui nominis attollenda gloria, & fidelium procuranda ſalute inter perſonas plurimas divinis obſequiis deputatas viros in eccleſia ſua ſancta conſtituit converſationis & vitæ honeſtate conſpicuos, ac ſcientiæ titulis inſignitos. Hi ſunt dilecti Deo & hominibus fratres ordinis Prædicatorum & Minorum, qui ſuum ſemper affectum ad amorem cœleſtium dirigentes, virtutem nominis divini per orbem terræ publicant, & pro chriſtianæ religionis ampliando cultu vigili attentione deſudant. Hi ſunt qui vitam & merita beatiſſimi PAULI apoſtoli contemplantes, gloriantur in ſola cruce Domini, ſpernendo mundi ſolatia, pro deliciis paradiſi. Hi ſunt qui hoſtes animæ per ſcutum fidei & loricam juſtitiæ, & gladium ſpiritûs, ſalutis galeam & haſtam perſeverantiæ debellantes, obtinere ſatagunt, ut catholicis univerſis fidei, ſpei, & caritatis augmenta proveniant, ac perfidis veritatis via pateat, & hæreticæ pravitatis inſania evaneſcat. De tantorum ſiquidem meritorum provenit claritate, quod vos fratres eoſdem affectu ſinceriſſimo in CHRISTO diligimus, & ipſos ubique terrarum ſtatu gaudere pacifico affectamus, pro re indigna & nimis amara ducentes, ſi quis de numero fidelium, & potiſſimè prælatorum, eos aliquibus turbat injuriis vel offenſis. Rogamus itaque devotionem veſtram, & per Dei miſericordiam obſecramus, per apoſtolica ſcripta vobis mandantes, ac in remiſſione peccaminum injungentes, quatenus illos qui ſunt in veſtris civitatibus & dioceſibus conſtituti, ſeu qui ad præſentiam veſtram quandocumque pervenerint, pro divina & noſtra rereverentia affabiliter ac benignè recipere, ac eos veſtræ caritatis ſtudeatis affluentiâ confovere, permittendo ipſos uti liberè regularibus eorum obſervantiis & ſtatutis per ſedem apoſtolicam approbatis, ac etiam indulgentiis & litteris quas circumſpecta pietas ſedis ejuſdem eis olim conceſſiſſe dignoſcitur de gratia ſpeciali. Ceterùm prædictos fratres de favoris veD ſtri plenitudine pleniùs honorantes, eis liberaliter concedatis, ut quæ ſunt opportuna pro animarum ſalute ab eis auctoritate noſtrâ liberè valeant exerceri, præſertim cùm ipſi cordi habeant miniſterium ſuum ita laudabiliter & prudenter exſequi, quod exinde apud vos poſſint ſinceram & ſtabilem benevolentiam promereri. Preces autem noſtras quas vobis ex intimo cordis affectu dirigimus, ſic adimpleat veſtra ſinceritas, quod propter hoc vobis gratioſi favoris præmia opportuno tempore comE penſemus.

Datum Neapoli V. Idus Aprilis, pontificatûs noſtri anno I.

LITTERA AYMERICI DE THOARTIO de hommagio per ipſum facto regi.

Anno 1255. *Ex mſ. Cl. V. Petri Menard urbis Turonenſis præfecti.*

EGo AYMERICUS de Thoartio, notum facio univerſis præſentes litteras inſpecturis, quod ego cariſſimo domino meo LUDOVICO regi Franciæ illuſtri hommagium feci ligium F contra omnem creaturam quæ poſſit vivere & mori de feodis illis quæ teneo de eodem, videlicet de portione illa quam habeo in caſtellis Bugonii & de Rocha ſuper *Oyon*, & pertinentiis eorumdem; & tactis ſacro-ſanctis evangeliis, juravi quod eidem domino regi & ejus heredibus de cetero fideliter ſerviam contra omnes, & quod dicta caſtra eidem domino

regi, ſicuti domino meo ligio, vel ejus heredibus, ſeu eorumdem mandato reddam, ut magnam vim & parvam, quoties ex parte ipſorum fuero ſuper hoc requiſitus In cujus rei teſtimonium, præſentes litteras feci ſigilli mei munimine roborari.

Actum apud Meledunum, anno Domini MCCLV. menſe Julio.

ALEXANDRI PAPÆ IV. ad abbatem Ciſtercienſem & capitulum generale ejuſdem ordinis.

Quod Ciſtercienſes celebrent feſta ſancti Dominici & ſancti Petri martyris.

Anno 1255. *Ex ms. PP. Prædicatorum Rothomagenſium.*

ALEXANDER epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio abbati Ciſtercii, ac generali capitulo Ciſtercienſis ordinis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Licèt apoſtolica ſedes per juſtum & meritorium judicium beatum Dominicum confeſſorem, inſtitutorem ordinis Fratrum Prædicatorum, & beatum Petrum martyrem ejuſdem ordinis catalogo adſcribens ſanctorum, per univerſos mandaverit eorum feſta ſolemniter celebrari; vos tamen occaſionem ſumentes, ex eo quod id vobis ſpecialiter non extitit demandatum, ſanctorum ipſorum feſta ſolemnitate debitâ, ut dicitur, minimè celebratis: hinc eſt quod univerſitatem veſtram rogamus, monemus, & hortamur attentè per apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus attendentes quod ſanctorum meritis inclyta gaudia illi proculdubio aſſequuntur qui eum venerantur in ipſis, quorum gloria ipſe eſt & retributio meritorum, per univerſum ordinem veſtrum prædictorum ſanctorum feſtivitates celebrari ſolemniter faciatis, juxta quod per ſedem eamdem pie noſcitur ordinatum.

Datum Anagniæ XII. Cal. Auguſti, pontificatûs noſtri anno I.

LITTERÆ GUIRBALDI abbatis de Corona ad Alaſiam prioriſſam d'Eſpanhac. (a)

Permittit ei vivere in domo d'Eſpanhac *ſub regula & ordine ſancti Auguſtini, veſtes deferendas à ſororibus præſcribit, & alia.*

Anno 1256. *Ex mſ. Colbertino.*

FRater GUIRBAUDUS permiſſione divinâ humilis abbas beatæ MARIÆ de Corona, Engoliſmenſis dioceſis, totuſque conventus ejuſdem loci ſalutem & perennem in CHRISTO coronam.

Noveritis quod nos divinæ pietatis intuitu, & ut vera & ſancta religio augmentetur, viſa & inſpecta attentiùs donationoe olim facta à venerabili patre ADEMARIO bonæ memoriæ

A prædeceſſore noſtro, & conventu noſtro cariſſimæ filiæ dominæ ELISABETH quondam, & aliis dominabus quæ ad domum noſtram *d'Eſpaghac*, Caturcenſis dioceſis, causâ vivendi religioſè ſe conferrent, penſatâ utilitate dictæ eccleſiæ noſtræ de Corona, & loci *d'Eſpaghac* ſupradicti, ad requiſitionem devotiſſimam ſororum ibidem exiſtentium ad nos & eccleſiam noſtram tamquam ad caput ſuum recurrentium, damus & concedimus tibi ALASIÆ

B prioriſſæ ejuſdem domûs, & aliis ſucceſſoribus, & ſororibus præſentibus & futuris, ut in dicta domo *d'Eſpaghac*, ſub noſtri ordinis diſciplina & habitu, & contemplatione Dei, ſecundum beati Auſtuſtini regulam vivere valeatis, pſalmos, & alia quæ in ordine noſtro decantare conſuevimus decantetis; & de indulgentia ſpeciali vobis concedimus ut proſas & hymnos, ſi vobis placuerit, decantetis. Habitum verò talem vobis concedimus, ut de burello tunicas & ſupertunicalia clauſa, & ſcapularium deſuper ſtrictum & longum conveniens abſque caputio;

C & ſcapularium illud ſpecialiter pro habitu, & clamydem ante confibulatam de eodem panno, camiſias pelliceas, calciamentaque decentia, velamina alba & nigra deſuper in capitibus; & cappas nigras cùm vos oportuerit equitare, & alias veſtes honeſtas neceſſarias deferatis; carnes (b) in infirmitate poſitæ, non obſtante antiquâ conſuetudine noſtri ordinis de non edendis carnibus, ut tempus exegerit, comedentes, necnon obſervantes jejunia quæ in noſtro ſunt ordine conſtituta. Retinemus etiam in ſignum

D ſubjectionis duos aureos cenſuales in feſto Pentecoſtes nobis, vel mandato noſtro annuatim à vobis & ſucceſſoribus veſtris perſolvendos. Iterato vobis concedimus facultatem liberam eligendi vobis prioriſſam ſecundum Deum, ut requirit ordo juris, ſalvo tamen jure confirmationis, quod nobis & ſucceſſoribus perpetuò reſervamus, ſive in præfato loco perſonaliter erimus, ſeu alibi, vel alius habens mandatum noſtrum in confirmatione eadem facienda. Et ſi moram noſtri abſentia, vel mandati noſtri ad

E faciendam ipſam confirmationem diu traheret; volumus quod bona ſæpedictæ domûs electa valeat nihilominus miniſtrare. Verùm ſi controverſiam, vel diſcordiam ſuper electione prioriſſæ ſorores dicti loci (quod Deus avertat) habuerint, definitionem ejuſdem nobis & noſtris ſucceſſoribus, & jus noſtrum ſalvum plenariè retinemus. Reſervamus etiam in dicta domo *d'Eſpanhac* procurationem cauſâ viſitationis, & correctionis & reformationis, cùm nos ad dictum locum, vel aliquem, ſeu aliquos loco no-

F ſtri oportuerit, ſeu contigerit declinare. Concedimus etiam tibi ALASIÆ ſupradictæ pro te & aliis ſucceſſoribus, & ſororibus præſentibus & futuris, poteſtatem & licentiam percipiendi decimas propriorum laborum & nutrimentorum veſtrorum: hoc tamen ſalvo, quod ſi aliis hominibus terras aliquas cultas vel incultas de

(a) Spanhacum ordinis ſancti Auguſtini virginum monaſterium, in litteris Raymundi Cadurcenſis epiſcopi eccleſiam de Cayraco eidem unientis appellatur Vallis-Paradiſi.

(b) Hinc colliges canonicos regulares de Corona etiam infirmos olim carnes non comediſſe: id quod hodie religioſe obſervant religioſi Cartuſienſes.

veſtris ad colendas conceſſeritis, ut dicti homines decimas inde noſtris fratribus eccleſiæ noſtræ ſanctæ Eulaliæ, Caturcenſis dioceſis, reddere teneantur. Si verò dicti fratres noſtri de ſancta Eulalia de nemoribus & ſylvis dictæ domûs d'*Eſpanhac* arbores ad ædificia ſua & alia ſibi neceſſaria, excepto venditionis & donationis genere, reſecare voluerint, facultatem eis plenariam retinemus. Si autem (quod abſit) in futurum aliquando contigerit malitia hominum exigente, vel alias, quod ibidem congregatio dominarum non adeſſet in habitu & regula ſupradictis, ad nos & eccleſiam noſtram beatæ Mariæ de Corona cum ſuis pertinentiis reverti volumus integraliter dictum locum, niſi reducerentur in ſtatum priſtinum, Domino concedente. Damus etiam & concedimus tibi Alaſiæ ſupradictæ & ſucceſſoribus tuis pro nobis & ſucceſſoribus noſtris & conventui noſtro, ut poſſis recipere tamquam prioriſſa de cetero in futurum in ſorores & in fratres donatos & donatas in domo d'*Eſpanhac* ſupradicta cum conſenſu & voluntate ſororum dictæ domûs, quandocumque vobis videbitur expedire. Ego ſiquidem Alasia prioriſſa dicti loci d'*Eſpanhac* recipio donationem & conceſſionem prædictam nomine meo & aliarum ſororum mearum in dicta domo d'*Eſpanhac* nunc Deo ſervientium, & de conſenſu & expreſſa voluntate ipſarum pro me, & aliis ſororibus meis, & quæ ibidem fuerint in futurum. Omnia ſingula ſupradicta laudo, & approbo, & volo quod in perpetuum robur obtineant firmitatis: promittens nomine meo & prædictarum ſororum præſentium & quæ fuerint in futurum ſingula capitula ſupradicta, ut ſuperiùs ſunt expreſſa, firma tenere & inconcuſſa fidenter cuſtodire, & contra ea vel aliquod prædictorum non venire, nec facere alicujus rationis vel occaſionis prætextu. Promittens inſuper ego dicta prioriſſa vobis dictis domino abbati & conventui & ſucceſſoribus veſtris pro me & ſororibus meis obedientiam, fidelitatem & reverentiam, & juro ad ſancta Dei evangelia pro me & ſororibus meis à me corporaliter tacta, quod fidelitatem, obedientiam & reverentiam ſupradictas ſecundum Deum & veſtri ordinis inſtitutum, ſecundum gratiam mihi collatam à Domino prout melius potero fideliter obſervabo, & vobis ero perpetuò obediens in omnibus & fidelis. In quorum omnium & prædictorum fidem & teſtimonium, & ut prædicta omnia fulciantur auctoritate majori, nos dictus abbas eccleſiæ B. Mariæ de Corona & conventus ejuſdem loci; & ego dicta prioriſſa pro me & ſucceſſoribus meis & ſororibus præſentem cartam & alteram huic conſimilem per alphabetum diviſas ſigillorum noſtrorum munimine duximus roborandam. Si vero alteram iſtarum aliquo tempore deperire contigerit, volumus quod alia ſemper eamdem obtineat firmitatem & auctoritatem. Datum in capitulo noſtro in feſto B. Hilarii confeſſoris anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſexto.

EXTENSIO SOCIETATIS inter Craſſenſe & Villamagnenſe monaſteria initæ, ad mortuos.

Anno 1256. *Ex Craſſenſi autographo.*

PETRUS de Brolio abbas Villæ-magnæ de conſenſu & voluntate Petri Maſchachi prioris clauſtri, & totius capituli. Licet inter Craſſenſe monaſterium & noſtrum ſit fraternitas & ſocietas celebrata firmiter in hunc modum: videlicet ut monachi Villæ-magnæ tantum habeant in monaſterio de Graſſa in bonis ſpiritualibus & temporalibus, quantum & illi monachi qui ibidem profeſſionem fecerunt, & monachi de Graſſa idem habeant per omnia in monaſterio Villæ-magnæ, ſcilicet in victu, in veſtitu, in jejuniis, miſſis, vigiliis, & orationibus, & omnibus aliis bonis ſpiritualibus & temporalibus; & etiamſi monachus alterutrius ad aliud monaſterium ſe tranſtulerit ad morandum, ſub abbatis & prioris illius cœnobii degat judicio & eis obediat in omnibus quamdiu inter eos converſabitur. Cui abbas adminiſtrationes eccleſiarum, & prioratuum, aliarumque dignitatum, ſeu quarumlibet bailiarum conferre poſſit, ac ſi in manu ejus profeſſionem feciſſet. Ut autem integerrima ſit ſocietas, atque pleniſſima fraternitas inter vivos & mortuos, ita quod adjectione non egeat plenitudo. Ad mortuos etiam hæc eſt conſtitutio proroganda: ita quod monaſterium Craſſæ annuatim anniverſarium faciat pro defunctis fratribus Villæ-magnæ in die ad hoc ſpecialiter deputata; & pro ſingulis qui ex hoc ſæculo migraverint, ex quo ad ejus notitiam venerint prorſus faciat eadem quæ pro ſuis. Et eodem modo faciat monaſterium Villæ-magnæ. Verùm quia plus prodeſt nobis quod ſpecialiter conceditur, quam quod generali conceſſione concluditur, nos abbas, prior & conventus prædicti monaſterii Villæ magnæ vobis viro religioſo B. Imberti quondam abbati Graſſæ omnia & ſingula, ſicut ſuperiùs ſunt ſcripta & ordinata ſpecialiter concedimus & donamus.

Actum Villæ-magnæ in veſperis Paſchæ anno à Nativitate Chriſti MCCLVI. regnante LODOICO rege.

ALEXANDRI PAPÆ IV. ad miniſtrum generalem fratrum Minorum.

Ut obligatos ordini fratrum Prædicatorum non recipiant.

Anno 1256. *Ex ms. fratrum Prædicatorum Rotomagenſium.*

ALEXANDER epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis generali miniſtro & fratribus ordinis Minorum ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Quo vos in Chriſto ſinceriori caritate diligimus, eo pleniùs ut in cunctis providi ſitis & vigiles affectamus, turbationis non modicæ ſpiritum aſſumentes, ſed de vobis quandoque

Digitized by Google

contrarium ad nos relatu perveniat aliquorum. A Sanè ammirantes accepimus quòd vos non abſque offenſa rectitudinis, quæ in veſtris dicitur actibus haberi continuè ſpecialis, fratres Prædicatores & eorum ordini obligatos frequenter ad veſtrum recipiatis ordinem, unitatem ſpiritus in pacis vinculo non ſervantes. Verùm cùm ex hoc ſciſſuræ poſſint & ſcandali oriri materia, quæ ſolatium pacis æternæ quærentibus debet omnimodis exiſtere peregrina, univerſitati veſtræ per apoſtolica ſcripta in virtute obedientiæ firmiter præcipiendo mandamus, B quatenus tam fratres eoſdem, quam eorum ordini voto vel juramento etiam obligatos nullatenus de cetero prætextu indulgentiæ alicujus ſeu aliquarum litterarum obtentarum à ſede apoſtolica vel etiam obtinendarum in poſterum, quæ de præſentibus expreſſam non fecerint mentionem, niſi prioris ſui petita & obtenta licentia, recipere præſumatis: alioquin decernentes irritum & inane quidquid per vos in hac parte contra præceptum noſtrum contigerit attentari, præſentium auctoritate ſtatuimus, ut hujuſmodi præſumtores incurrant C excommunicationis ſententiam ipſo facto, à qua numquam abſolvi valeant, niſi ſe apud ſedem apoſtolicam perſonaliter repræſentent, ab ea ſicut ſibi viſum fuerit abſolvendi. Nulli ergo &c. Datum Lateranis III. Nonas Maii, pontificatus noſtri anno II.

Similes dedit idem pontifex litteras ad fratres Eremitas ordinis ſancti Auguſtini & ſancti Guillelmi Viterbii III. *Nonas Martii pontificatûs ſui anno* IV.

D

ALEXANDRI PAPÆ IV. ad miniſtrum generalem Minorum.

Ne quis recipiatur ad profeſſionem ante annuam probationem.

Anno 1256. Ex mſ. PP. Prædicatorum Claromontenſium.

ALEXANDER epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis generali miniſtro & fratribus ordinis fratrum Minorum &c. ſalutem & apoſtolicam benedictonem

Non ſolum in favorem converſi, ſed etiam E monaſterii probationis tempus à ſanctis patribus eſt indultum, ut ille aſperitates iſtius, & iſtud mores illius valeat experiri. In regula quoque beati Benedicti præcipitur, ut ad converſionem noviter venienti non facilis tribuatur ingreſſus: ſed ſicut docet Apoſtolus num ſit ex Deo ſpiritus comprobetur; & dura & aſpera per quæ itur ad Deum exponantur. Præterea in eadem regula ſubjungitur: Et *dicatur ei: Ecce lex ſub qua militare deſideras, ſi eam obſervare potes; ingredere; alioquin liber veniſti, liber diſcede.* F Inſuper felicis recordationis GREGORIUS papa prædeceſſor noſter ſtatuit, ut poſiti in probatione novitii ante ſuſceptum religionis habitum qui dari profitentibus conſuevit, ſeu ante profeſſionem emiſſam ad ſtatum priſtinum redire poſſint liberè infra annum; & ad omnem ambiguitatem penitus amovendam, cum in quibuſdam locis religioſis novitiorum habitus non diſtinguatur ab habitu profeſſorum, profeſſionis tempore benedicantur veſtes, quæ profitentibus conceduntur, ut novitiorum ac profeſſorum habitus diſcernatur. Licet igitur zelum animarum habentes, eas lucrari Domino ſollicitè cupiatis, quia tamen decet & expedit, ut conſcientia puritati non deſit judicium rationis; ne unde ſpiritualis profectus quæritur, inde ſalutis diſpendium ſubſequatur, vobis de fratrum noſtrorum conſilio in virtute obedientiæ ſub pœna excommunicationis auctoritate præſentium diſtrictiùs inhibemus, ne ante annum probationis elapſum, qui eſt maximè in ſubſidium fragilitatis humanæ regulariter inſtitutus, quemquam ad profeſſionem veſtri ordinis, ſeu renunciationem ſæculi faciendam recipere præſumatis, nec conſtitutum in probatione novitium aliquatenus impedire, quominus infra eumdem annum probationis, ad aliam religionem quam maluerit tranſeat, ſicut de ſua proceſſerit liberè voluntate. Non obſtantibus ſtatuto contrario, ſi quod à vobis eſt editum, quod irritum decernimus & inane, vel aliquibus litteris à ſede apoſtolica impetratis ſeu etiam impetrandis, quæ de præmiſſis expreſſam non fecerint mentionem. Quod ſi fortè contra hujuſmodi noſtram inhibitionem quemquam recipere præſumſeritis, decernimus eum qui taliter receptus fuerit nullatenus eſſe veſtro ordini alligatum, voſque à receptione quorumlibet ad profeſſionem ejuſdem ordinis fore ipſo facto ſuſpenſos, & inſuper pœnæ ſubjiciendos, quæ fratribus ipſius ordinis pro culpis infligi gravioribus conſuevit. Nulli ergo &c.

Reg. ſancti Bened. cap. 58.

Datum Lateranis III. Nonas Maii, pontificatûs noſtri anno II.

ALEXANDRI PAPÆ IV. ad magiſtrum generalem ordinis Prædicatorum.

Quod nullus prælatus poſſit fratres ad ſecum manendum & ſua negotia procuranda aſſumere.

Anno 1256. Ex mſ. PP. Prædicatorum Claromontenſium.

ALEXANDER epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis magiſtro & fratribus ordinis Prædicatorum ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Petitionibus veſtris tam piis quam providis paternæ benignitatis gratia, quæ filiis utiliora proſpicit, aſſenſum benivol..m impendentes, ut nullus legatus niſi de latere noſtro miſſus auctoritate litterarum ſedis apoſtolicæ ſpecialem de præſentibus non facientium mentionem, aut prælatus aliquis, de fratribus veſtri ordinis ad ſua ſeu eccleſiæ ſuæ negotia procuranda, vel ſecum manendum, aliquos aſſumere valeat; niſi quos prior provincialis ipſorum tamquam idoneos & diſcretos ſibi duxerit, quoſque ſubjacere volumus ordinis diſciplinæ auctoritate vobis præſentium

Digitized by Google

:mus. Nulli ergo, &c. Datum Late- A
1. Idus Maii, pontificatûs noſtri anno 11.

COMPOSITIO
Pontem-Audomarum inter archiepiſco-
n Rothomagenſem & ejus ſuffraganeos
facta.

UNiverſis præſentes litteras inſpecturis, frater ODO Rothomagenſis eccleſiæ mi- B er indignus, GUIDO Bajocenſis, FULCO :ovienſis, & JOHANNES Conſtantienſis ſdem gratiâ epiſcopi ſalutem in Domino SU-CHRISTO.

Noveritis, quod cùm inter nos dictum ar- iepiſcopum ex una parte, & nos dictos epiſ- pos pro nobis, eccleſiis, & ſubditis noſtris : altera, controverſia verteretur ſuper arti- ılis infrà ſcriptis, tandem inter nos intervenit micabilis compoſitio ſub forma inferiùs an- C otata.

Primus articulus eſt de executione manda- orum noſtri archiepiſcopi, & officialis, ſeu officialium Rothomagenſium, & receptione commiſſionum à nobis & eiſdem officialibus faciendarum ſubditis ſuffraganeorum noſtro- rum.

Secundus de compulſione & receptione teſ- tium in cauſis per appellationem ad nos, vel officialem, ſeu officiales noſtros Rothomagen- D ſes devolutis, ſeu alias ad nos & ipſos de jure pertinentibus.

Tertius eſt de recipiendis appellationibus in- terpoſitis ad nos archiepiſcopum, officialem, ſeu officiales prædictos à ſubditis ſuffraganeo- rum prædictorum, omiſſis mediis.

Forma autem dictæ compoſitionis talis eſt:

I. Subditi ſuffraganeorum prædictorum in E ipſorum diœceſi commorantes ſeu exiſtentes, ſcilicet decani rurales in ſuis parochiis & con- tiguis, priores non conventuales, & aliæ per- ſonæ eccleſiaſticæ beneficiatæ in ſuis locis, no- ſtra & officialium noſtrorum, ſeu officialis Ro- thomagenſis exſequutiones & mandata facere, & commiſſiones à nobis & eiſdem officialibus factas tenebuntur recipere. Nullus abbas, nul- lus officialis ſuffraganeorum prædictorum, nul- lus prior conventualis, nullus canonicus, ſeu F perſona eccleſiæ cathedralis, nullus vicarius deſerviens minori altari eccleſiæ cathedralis de civitatibus ſeu diœceſibus ſuffraganeorum prædictorum, nullus clericus de propria fami- lia eorumdem ſuffraganeorum, aliqua man- data noſtra, vel curiæ noſtræ Rothomagenſis recipere tenebitur, aut exſequi, nec commiſ- ſionem recipere in quocumque caſu, ſalvo no- bis & officialibus noſtris, ſeu officiali Rotho- magenſi circa perſonas officialium ſuffraganeo- rum prædictorum jure communi, ſi quis ca- G ſus emerſerit, in quo nobis & dictis officialibus noſtris Rothomagenſibus juriſdictio competat contra ipſos.

II. Item, ſubditi ſinguli ſuffraganeorum prædictorum compelli poterunt ad perhiben- dum teſtimonium veritati in cauſis delatis ad nos archiepiſcopum, & officiales noſtros, ſeu officialem Rothomagenſem per appellationem, ſeu alias ad nos & dictos officiales de jure per- tinentibus, in diœceſibus ſuis, & non extra, niſi agatur de crimine hæreſeos.. ; ſymoniæ, homicidii, ſeu de promotione vel amotione priùs perfectæ ſeu perficiendæ per electionem in loco collegiato : in quibus caſibus poterunt ad nos & Rothomagenſem curiam evocari, perhibituri ibidem teſtimonium veritati.

III. Perſonæ ſuprà exceptæ dictarum civi- tatum & diœceſis tenebuntur perhibere teſti- monium veritati, ſcilicet abbates & priores conventuales in ſuis locis, & non aliter : eccle- ſiaſticæ verò perſonæ ſuprà exceptæ eorum- dem civitatis & diœceſis in ſuis civitatibus, & non alibi. Hoc ſalvo quod in caſibus imme- diatè exceptis, videlicet de crimine hæreſeos, & ubi teſtes poterunt compelli de jure com- muni, omnes perſonæ ſuprà exceptæ evocari poterunt ad ſedem Rothomagenſem, vel ibi propè, ita quod nos dicti archiepiſcopus, ſeu dicti officiales noſtri prædictis perſonis vocatis ad perhibendum teſtimonium veritati expenſas miniſtrabimus, ſeu faciemus miniſtrari.

IV. Si autem aliquis ſubditus ſuffraga- neorum prædictorum dicatur contumax, ne- gligens, vel rebellis in his quæ facere, vel ex- ſequi tenetur, ſicut ſuperiùs eſt expreſſum, per nos, officiales noſtros, ſeu officialem Rotho- magenſem canonicè punietur, ſi culpabilis in- ventus fuerit per nos, vel eoſdem officiales, vel per aliquem idoneum deſtinatum à nobis, vel ab ipſis, ſeu eorum altero, inquiſitâ primitùs ſuper eo veritate.

V. Item, officiales Rothomagenſes, qui pro tempore fuerint, jurabunt nobis archie- piſcopo, & ſucceſſoribus noſtris, ſeu capitulo Rothomagenſi, ſede vacante, & qui duos men- ſes apud ... in officio conſtituti, qui occaſione negligentiæ, rebellionis, ſeu contumaciæ præ- dictorum ſcienter non punient non puniendos, ultrà quàm fuerint puniendi.

VI. Dies autem quâ præſtare debent hu- juſmodi ſacramentum, ſignificabitur compe- tenter ſuffraganeis prædictis & eorum ſucceſ- ſoribus, & capitulis dictarum eccleſiarum ca- thedralium, ſede vacante, ut veniant, vel mittant Rothomagum, ad videndum præſtari hujuſmodi juramentum. Si verò non venerint, nec miſerint; nihilominus dictum juramentum præſtabitur eo die.

VII. Item, nos archiepiſcopus & ſucceſ- ſores noſtri, & officiales Rothomagenſes, qui pro tempore fuerint, non recipiemus appella- tiones ad nos, ſeu ſucceſſores noſtros, ſeu offi- cialem, vel officiales prædictos, qui pro tem- pore fuerint, interpoſitas à ſubditis ſuffraga- neorum prædictorum & ſucceſſorum ipſorum, mediis vel medio prætermiſſo.

Nos verò archiepiſcopus prædictus dictam compoſitionem pro nobis & ſucceſſoribus no- ſtris & eccleſia Rothomagenſi, quantùm in nobis

Digitized by Google

nobis eſt, ratam habentes in verbo veritatis juravimus, quod ipſam inviolabiliter obſervabimus, & bonâ fide pro noſtris procurabimus, & efficaciter inducemus, & in quantum in nobis eſt, capitulum Rothomagenſe, quod ſupra ſcriptam compoſitionem ratam habeat, comprobet, & confirmet. Nos verò epiſcopi ſupradicti eamdem pro nobis, ſucceſſoribus, eccleſiis, & ſubditis noſtris, quantum in nobis eſt & eccleſiis noſtris, ratam habentes, & in verbo veritatis promittimus, quod nos eam inviolabiliter obſervabimus, & bonâ fide pro poſſe noſtro procurabimus, & quantum in nobis eſt, vel erit, inducemus efficaciter capitula noſtra & alios ſubditos noſtros, quod ipſi ſæpedictam compoſitionem ratam habeant, confirment & approbent; & ſi in aliquem, ſeu in aliquos ſubditorum noſtrorum in hoc contumaces vel rebelles latæ fuerint ſuſpenſionis, interdicti, vel excommunicationis ſententiæ per dictos archiepiſcopum, officialem, ſeu officiales ſuos, ipſas ſententias obſervabimus, ſeu faciemus obſervari. In cujus rei teſtimonium ſigilla noſtra præſentibus litteris duximus apponenda.

Actum apud Pontem-Audomarum die Lunæ poſt Nativitatem beati Johannis, anno Domini MCCLVI.

EPISTOLA EPISCOPI TARBIENSIS, omnium baronum Bigorræ, & communitatis ejuſdem provinciæ, ad Simonem comitem Lynceſtriæ,

Ut eis ſuccurrat contra Gaſtonem Bearnenſem.

NObili ac prælato viro, dilectione & providentiâ præfulgenti, ſuo cariſſimo avunculo præ omnibus, ac dilecto domino SIMONI comiti Lyceſtriæ, A. divinâ permiſſione epiſcopus Tarvienſis, ac ESQUINATUS comes Bigorræ & dominus de Coliantio, & JORDANUS ſui humillimi nepotes, & curia Bigorræ, necnon burgenſes Tarvienſes ſalutem, & ſua præcepta cum omni reverentia obſervare.

* f. ... Campania regio.

Veſtram providam ac diſcretam nobilitatem nolumus aliquatenus ignorare, quod dominus GIASTO Bearnenſis nolens à conſueta noſtra perſecutione deſiſtere, nititur, licèt minus juſtè, & contra omnem etiam rationem, nos dictos ESQUINATUM & JORDANUM pro ſuis artibus exheredītare, & omnes milites, clericos, burgenſes, & alios homines nobis ac juridictioni noſtræ adhærentes, villis, caſtris, ac aliis poſſeſſionibus propriis ſpoliare, & nos omnes ſuperiùs nominatos non ceſſat præfatus G. odio inſequi capitali. Cepit etiam ipſe Caſtrum-novum & * Auribia cum totâ Arbia violenter, ac milites & ruſtici ejuſdem terræ ſibi fecerunt homagium, & præſtiterunt quaſi unanimiter ſacramentum. Quàmplurima etiam caſtra, & villas comitatûs Bigorræ funditùs deſtruxit, & ad irreparabilis ferè deſolationis opprobrium jam deduxit. Quid plura? Illos prænominatos ESQUINATUM & JORDANUM dictus G. cum filio regis Aragonum, qui ad ipſum de novo, ut firmiter intelleximus, venit cum armatorum multitudine in ſuccurſum, & cum GIRARDO de Armeniaco, & cum aliis baronibus ſubjectis regi Angliæ eidem G. in hac parte faventibus, & aliis multis militibus Waſconiæ, necnon cum comite Fuxenſi, qui ſibi contra nos ſuper hoc pro poſſe ſuo conſilium & auxilium impertitur. Proponit ubicumque nos inveniat obſidere, & in tantum jam dictus G. ſua potentia nos artavit, quod non audemus bonam villam vel forte caſtrum, ſi quod ingredimur, egredi, niſi occultè forſitan vel latenter. Quamquam parati ſumus eidem exhibere juſtitiæ complementum coram curiis Bigorræ & * Barr pro pace habenda ſine dilatione aliqua, vel, ſi mallet, coram ſeneſcallo Waſconiæ, ſeu coram dicto domino rege Angliæ, ſive etiam coram rege Franciæ, vel comite Tholoſano, per formam compromiſſi vel judicii, ſi hoc ſibi magis placeret, infra brevem & certum terminum promulgandi: licèt ad hoc de jure vel conſuetudine nullatenus teneremur; ſed dictus G. confidens de ſua potentia, quodlibet iſtorum admittere recuſavit. Cùm igitur ſupradicti G. malitiæ & potentiæ per nos diu reſiſtere minimè valeamus, dominationi veſtræ, de qua fiduciam gerimus pleniorem, tamquam unico & ſingulari, poſt Dominum, refugio duximus devotiſſimè ſupplicandum vobis, in quo totam ſpem noſtram, nec immeritò ſemper poſuimus, preces quantas poſſumus effundendo, quatinus nobis, qui veſtræ ſemper ſumus creaturæ, quaſi in extremi periculi articulo poſitis, in quo vera dilectio comprobatur, dignemini omni dilatione poſtpoſitâ ſubvenire, cùm ſine veſtra venerabili & reverenda præſentia nullum nobis ſuper hoc fructuoſum conſilium vel auxilium ſentiamus: cum ea enim omnes inimicos noſtros, etiam ſi plures eſſent, per Dei gratiam ad confuſionem maximam reducemus; & modò dilectionem quam erga nos ſemper ab infantia habuiſtis, & nunc ut ſcimus firmiter habetis, nobis ſuccurrendo ad præſens per effectum oſtendatis: alioquin ſciatis pro certo, quod in brevi nos per totam Vaſconiam relinquere oportebit, niſi per vos ſuper hoc celeriter remedium habeamus. Sed quoniam nemo tenetur, niſi velit, propriis ſtipendiis militare, cùm vos in adventu noſtro expenſas non modicas facere neceſſariò habeatis, pro his quæ in ſuccurſum noſtrum in adventu veſtro vel poſteà expenderis, vobis terram Bigorræ de conſilio & aſſenſu venerabilis patris domini epiſcopi Bigorrenſis & Jordanis fratris noſtri, ac etiam curiæ Bigorræ tradimus, vel terram de Cabenaſio, ſi forſitan malueritis, poſſidendam, quouſque de omnibus præmiſſis expenſis ad veſtram ſatisfaceremus voluntatem. Et ut præmiſſa omnia plenam roboris obtineant firmitatem, nos ESQUINATUS ſigillum noſtrum duximus præſentibus apponendum, & ad inſtantiam noſtram præfatus venerabilis pater domnus epiſcopus Bigorræ, ut majorem haberent auctoritatem præmiſſa;

* f. Bearn.

Digitized by Google

ſuum ſigillum appoſuit huic cartæ. Et quia curia Bigorræ ſigillum commune non habet, fecimus apponi præſentibus ſigillum domini RAYMUNDI GARSIÆ de Levicania pro ſigillo ejuſdem curiæ in teſtimonium præmiſſorum, & hoc idem fecit communitas Tarvienſis.

Datum Tarviæ, feriâ v. poſt feſtum ſancti Petri ad Vincula, anno Domini MCCLVI.

S. LUDOVICI LITTERÆ in gratiam abbatis Craſſenſis.

Anno 1256. Ex archivis Craſſenſis monaſterii.

LUDOVICUS Dei gratiâ Francorum rex, dilecto & fideli clerico ſuo Guidoni Fulcodi & ſeneſcallo Belliquadri .... & dilectionem.

Olim dum in partibus ultramarinis eramus, ad nos acceſſit abbas monaſterii Craſſæ, & exhibuit quaſdam litteras ſigillo inclytæ recordationis genitoris noſtri ſigillatas, per quas primâ facie videbatur, quod genitor noſter reddiderat monaſterio Craſſæ omnia feuda quæ tenuerat AMALRICUS quondam comes Montis-fortis & ſui milites, quæ movebantur de monaſterio prædicto, committenda ad uſum & proprietatem monaſterii ejuſdem, hæreſes & faidimenta quæ cadunt in commiſſum in terra monaſterii antedicti. Item, alias litteras exhibuit ſigillo noſtro ſigillatas, per quas apparebat nos compoſuiſſe ſuper his cum abbate & conventu in Aquis-mortuis, in qua compoſitione fueramus, ut dicebant aliqui, decepti. Propter quod dum eramus apud Sydonem compoſuimus de novo cum abbate eodem, & mandavimus ſeneſcallo noſtro Carcaſſonenſi, quod abbati & conventui aſſignaret trecentas libratas terræ, ſecundum quod in litteris noſtris plenius continetur: ita quod abbas & conventus prius nobis reſignaret litteras genitoris noſtri & noſtras de compoſitione facta in Aquis-mortuis, & daret conventus litteras, quod in hoc conſentiret nec contraveniret. Poſtmodum accidit, quod quidam monachus monaſterii ad nos venit, & aſſeruit quod littera genitoris noſtri erat falſa, propter quod aſſignatio trecentarum libratarum terræ uſque nunc extitit retardata. Unde mandamus vobis, quatinus ſi epiſcopus Maſſilienſis quondam abbas Craſſæ vobis in verbo ſacerdotis dixerit, quod litteræ piæ recordationis genitoris noſtri veræ ſunt & non falſæ, & quod eas à noſtro genitore impetravit, vos non obſtante obſtaculo falſitatis trecentas libratas terræ abbati & conventui prædictis faciatis aſſignari, ſecundum quod in litteris noſtris, quas habet ſeneſcallus noſter Carcaſſonenſis, plenius continetur, & de arreragiis à tempore quo non fuerunt in mora litteras nobis reddendi prædictas ſatisfieri faciatis, & litteras reddi abbati & conventui faciatis, quas habet ſeneſcallus noſter de ultima compoſitione prædicta. Caveatis tamen, quod prius vobis tradant abbas & conventus prædicti litteras ſuas de compoſitione tenenda in forma quam vobis mittimus litteris noſtris annexa, & reſignent vobis litteras genitoris noſtri & noſtras de compoſitione facta in Aquis-mortuis, aut jurent quod non habent poteſtatem ipſas reſtituendi; & cùm facultatem habuerint eas reſtituendi, ipſas ſine dilatione qualibet vobis reddant.

Actum Pariſius, anno Domini MCCLVI. menſe Auguſto.

PACTUM PACIS inter comitiſſam Flandriæ & comitem Hollandiæ.

Anno 1256. Ex cartario Hannonienſi dominorum de Aveſnis.

NOS GUIDO comes Flandriæ, notum facimus tam præſentibus quàm futuris, univerſis & ſingulis præſens ſcriptum inſpecturis ac audituris: quod cùm olim inter cariſſimam matrem noſtram MARGARETAM Flandriæ & Hannoniæ comitiſſam, & nos ex una parte; & claræ memoriæ domnum WILLELMUM Romanorum regem, ac nobilem virum domnum FLORENTIUM tutorem comitatûs Hollandiæ, fratrem ejus ex alterâ, gravis diſſentio eſſet orta; tandem poſt obitum dicti regis, mediantibus illuſtri domino noſtro LUDOVICO Francorum rege, duce Brabantiæ, comite Gelriæ, ac aliis bonis viris, inter dictam matrem noſtram, nos & JOHANNEM de Dampetra fratrem noſtrum, ac noſtros ex una parte, & dictum domnum FLORENTIUM & FLORENTIUM nepotem, ipſius præfati regis filium, ac ſuos ex altera, amicabilis, tam de noſtro, quàm de ſuo concordi aſſenſu, compoſitio intervenit: videlicet quod dictus dominus FLORENTIUS majorem natu filiam noſtram accipiet in uxorem, & nos tam pro nobis, quàm pro noſtris heredibus conſentimus, approbamus, & volumus, quod dicta mater noſtra dedit in feodum eidem domino FLORENTIO & ejus heredibus terram *Zelandiæ*, quæ de ipſius & noſtro, ac anteceſſorum noſtrorum comitum Flandriæ fuit demanio, cum omnibus juribus dictæ terræ, ex quibus dicta terra ad ipſam, ad nos, & ad anteceſſores noſtros ſpectabat, vel dicebatur ſpectare. Et ſic ſimpliciter, & publicè proteſtamur, quod tota terra *Zelandiæ* inter *Hedenezc* & Scaldam ſita cum omnibus juriſdictionibus, juſtitiis, reditibus, proventibus, obventionibus, & ſimpliciter cum omnibus juribus, quas, quos, & quæ prædicta mater noſtra, nos, & anteceſſores noſtri comites Flandriæ habebamus in dicta terra, vel dicebamur habere; & quas, quos, & quæ dictus dominus WILHELMUS olim Romanorum rex, & ſui progenitores, vel anteceſſores comites Hollandiæ, in dicta terra habebant, vel dicebantur habere, prædicto domino FLORENTIO & FLORENTIO nepoti ſuo, prædicti domini regis filio, & eorum heredibus tamquam feodum ab ipſa matre noſtra & nobis, ac noſtris comitibus Flandriæ tenendum quita & libera, ab ipſis pacificè & quietè poſſidenda, perpetuò remanebit: quia de tota terra

Digitized by Google

prædicta *Zelandiæ* inter *Hedineze* & Scaldam A
ſita dictæ matri noſtræ dictus dominus Flo-
rentius præſtabit homagium, ita videlicet
quod de illa parte, quæ de ipſius matris noſtræ,
noſtro, & anteceſſorum noſtrorum comitum
Flandriæ fuit demanio, tamquam feodatarius
& vaſſallus: de illa verò quæ de prædicti re-
gis Wilhelmi, & anteceſſorum ſuorum co-
mitum Hollandiæ fuit demanio, tamquam tu-
tor, quam ab ipſa nobis & noſtris heredibus
comitibus Flandriæ Florentius ſæpedicti
regis filius, & ejus heredes comites Hollandiæ B
ſunt in feodum recepturi, ſalva tamen prædic-
to domino Florentio in dicta parte, ſi quâ
eum jure hereditario poteſt contingere debitâ
portione, de qua ſæpedictæ matri noſtræ nobis
& noſtris heredibus comitibus Flandriæ, ſi qua
eum ſic contingeret, ſimiliter homagium eſt
facturus, & ſic tam nos pro nobis, quàm etiam
pro omnibus noſtris heredibus, natis & naſci-
turis, ſolis prædictis homagiis videlicet prædicti
domini Florentii, & Florentii nepotis
ipſius, ac heredum ſuorum, & ſervitiis debitis C
pro homagiis, ut præmiſſum eſt, nobis & no-
ſtris heredibus comitibus Flandriæ in dicta ter-
ra retentis, renuntiamus & cedimus voluntate
ſpontaneâ ad opus dictorum domini Floren-
tii tutoris Hollandiæ, & Florentii nepo-
tis ipſius ſæpedicti regis filii, & heredum ip-
ſorum omni utili dominio, omnibus juridictio-
nibus, juſtitiis, reditibus, proventibus, obven-
tionibus, ſervitutibus & ſervitiis, & omnibus
aliis homagiis à prædictis & ſimpliciter omni-
bus juribus dictæ terræ Zelandiæ inter *Hende-* D
neze & Scaldam ſitæ, quas, quos, & quæ ſæ-
pedicta mater noſtra, nos, & noſtri progeni-
tores, vel anteceſſores comites Flandriæ habe-
bamus, vel dicebamur habere in dicta terra;
vel quæ ipſi matri noſtræ, nobis & anteceſſo-
ribus noſtris comitibus Flandriæ in dicta terra;
ſeu in juribus dictæ terræ competebant, vel
competere dicebantur, vel in quibus homines
dictæ terræ fuerunt, vel dicebantur eſſe, ſæ-
pedictæ matri noſtræ, nobis & anteceſſoribus
noſtris comitibus Flandriæ ex jure vel conſue- E
tudine, generaliter vel ſpecialiter obligati, ſal-
vis nobis prædictis homagiis & ſervitiis debitis
pro eiſdem: & ex nunc ſæpedicta mater noſtra
& nos reſtituimus omnes cartas, & privilegia,
& inſtrumenta, cujuſcumque tenoris exiſtant,
ſibi, nobis, & noſtris progenitoribus, ſeu ante-
ceſſoribus, à prædicto rege Wilhelmo, &
dicto domino Florentio fratre ipſius, &
eorum anteceſſoribus comitibus Hollandiæ à
domino papa, ſeu quocumque alio ſuper juri-
bus dictæ terræ, ſeu ſuper conventionibus, F
pactionibus, compoſitionibus, conſuetudinibus,
promiſſionibus, debitis & obligationibus qui-
buſcumque dictorum regem* & domini Flo-
rentii fratris ejus, ac anteceſſorum ipſorum,
ſeu hominum dictæ terræ conceſſa. Et ſimili-
ter tenore præſentium ſimpliciter proteſtamur,
& volumus pro nobis & noſtris heredibus co-
mitibus Flandriæ, ſimpliciter decernentes,
quod omnia illa inſtrumenta, ſi qua forte non
reddita poſtmodum inventa fuerint, de iſta
materia facientia mentionem, quoad nos, he-
redes, aut ſucceſſores noſtros comites Flandriæ,
vires non habeant, & robore careant firmita-
tis. Si verò dictum Florentium ſine here-
de à noſtra filia generato, vel eam mori con-
tigerit, Florentius nepos ejus prænomi-
nati regis filius, ducet in uxorem unam ex no-
ſtris filiabus, & totam terram prædictam Ze-
landiæ, inter *Hedineze* & Scaldam ſitam, à
prædicta matre noſtra nobis & noſtris heredi-
bus comitibus Flandriæ in feodum recipiet &
tenebit. Si verò eum ſine herede de noſtra fi-
lia generato mori contingat, Mathildis filia
regis præfati debet uni filiorum noſtrorum ma-
trimonialiter copulari, & tenere à comitibus
Flandriæ in feodum totam terram Zelandiæ
memoratam, quæ de dictæ matris noſtræ, no-
ſtro & anteceſſorum noſtrorum comitum Flan-
driæ fuit demanio; & ſi eam ſimiliter mori
contigerit, tota terra prædicta cum omnibus
juribus & juſtitiis ad eam pertinentibus ad he-
redem comitatûs Hollandiæ, quicumque pro
tempore fuerit, devolvetur: qui eam à præno-
minata matre noſtra nobis vel noſtris ſucceſſo-
ribus comitibus Flandriæ feodaliter recipiet &
tenebit, & ſic ſemper dicta terra Zelandiæ quæ
de dictæ matris noſtræ, noſtro, & anteceſſorum
noſtrorum comitum Flandriæ fuit demanio, ad
dominum Florentium & ejus heredes, ſi-
cut dictum eſt, aut ad Florentium nepo-
tem ejus & ipſius heredes, aut ad Mathil-
dim ſororem ipſius & ejus heredes de dictis
matrimoniis procreatos; aut ſi non ex iis ma-
trimoniis proles extaret, ad illum qui pro tem-
pore erit heres comitatûs Hollandiæ pertine-
bit, & de ea dictæ matri noſtræ nobis & noſtris
ſucceſſoribus comitibus Flandriæ faciet homa-
gium ut vaſſallus, & ſic ſimpliciter quocum-
que caſu contingente, tota terra prædicta in-
ter *Hedineze* & Scaldam ſita nullomodo ad
alium, quam ad aliquem aut aliquos prædic-
torum trium vel heredes eorum, ut dictum
eſt, vel ad heredem comitatûs Hollandiæ, qui-
cumque pro tempore heres comitatûs Hollan-
diæ extiterit, devolvetur: ita tamen quod ille
heres quicumque poſt iſtos tres qui nominali-
ter ſunt expreſſi, non fuerit ex dictis matrimo-
niis procreatus, tenebitur prædictæ matri no-
ſtræ, vel nobis, aut ſucceſſoribus noſtris comi-
tibus Flandriæ pro dicta terra refundere de-
cem millia marcharum ſterlingorum ad mar-
cam Flandrenſem, decem ſolidos videlicet bo-
norum & legalium ſterlingorum pro marca
qualibet computandis. Si forte dictam terram
Zelandiæ, quæ de noſtro & anteceſſorum no-
ſtrorum fuit demanio, inter plures coheredes
aut comparticipes de dicto domino Floren-
tio, ſive Florentio nepote ſuo, aut Ma-
thilde ſorore ejus, ſive à quocumque herede
comitatus Hollandiæ deſcendentes contingat
dividi, quilibet in dictarum terrarum diviſione
comparticipans, homagium præfatæ matri no-
ſtræ, nobis & noſtris heredibus comitibus Flan-
driæ eſt facturus de illa quæ eum poterit con-

* l. regis.

tingere portione. Cùm autem ſuper teloneis A ſtatutis locis in Hollandia ſive Zelandia à mercatoribus Flandrenſibus cum ſuis mercibus & quibuſcumque rebus venalibus dicta telonea tranſeuntibus perſolvendis, tam ex parte prænominatæ matris noſtræ, quàm ex parte dicti domini FLORENTII fuerit in illuſtrem virum dominum HENRICUM ducem Lotharingiæ & Brabantiæ compromiſſum, ut ex utraque parte tam pro ſe quam ſuis heredibus in omnibus & per omnia ſuper hoc ſervare promiſerint dictum ducis, nos tam pro nobis quam pro B noſtris heredibus comitibus Flandriæ dictum ipſius ducis quod ſuper hoc vel viva voce vel ſuis litteris proprio ſigillo munitis vel utroque, modo publicaverit, ratum habentes & gratum, ſervare promittimus in omnibus & per omnia bona fide quantum ad nos & heredes noſtros comites Flandriæ ſpectaverit idem dictum.

Ceterum iſtæ conſuetudines in Hollandia & Zelandia mercatoribus de Flandria ſervabuntur, iſtæ videlicet quod ſi quis mercatorum C Flandrenſium per terram comitatûs Hollandiæ, per Hollandiam videlicet ſive Zelandiam tranſitum faciens, ab aliquo ſuper debito fuerit impetitus, ſive debitum illud negaverit & inficiatus extiterit, in navi ſua ne moram faciat, juramentum ſuper hoc impetenti præſtando, ſola manu poterit ſe purgare. Quod ſi impetens acceptare renuerit, illum mercatorem in villam vel oppidum ubi manet ſequetur, & ibi debet cauſa inter eos ſcabinorum illius villæ vel oppidi judicio terminari. Et ſi D fortè contra hoc mercator Flandrenſis tranſiens fuerit impeditus, & propter hoc damnum incurreret, comes Hollandiæ vel dominus terræ totum damnum illud mercatori refundet.

Item, ſi quis mercatorum in Flandria de Hollandia ſive Zelandia fuerit ſpoliatus, dominus terræ illius, in qua deprædatio hujuſmodi facta eſt, habitatores terræ illius unde ſpoliator extiterit ad ſolvendam prædam compellat, alioquin ipſe ſolvet.

Nos autem tam pro nobis, quam pro noſtris heredibus, quam etiam pro noſtris E hominibus, remittimus voluntate libera de puro corde & ſincero animo domino FLORENTIO & omnibus ſuis conſanguineis, fautoribus & amicis omnes injurias & omnes offenſas contra nos & noſtros patratas, & omnia damna nobis & noſtris illata, promittentes ea nullo umquam tempore ad animum revocare; & ſic omnes rancores animorum in pacis pulcritudine conquieſcent: ita quod numquam effectivè ad animum revocentur.

Iſtam pacem & omnes ac ſingulos iſtius pa- F cis articulos prout ſuperius ſunt expreſſi, nos tam pro nobis, quam pro noſtris heredibus natis & naſcituris, quam etiam pro noſtris hominibus in perpetuum firmiter & inviolabiliter ſervare promittimus dictis domino FLORENTIO & FLORENTIO nepoti ſuo ac eorum heredibus & ſuis hominibus, & facere in omnibus & per omnia firmiter & inviolabiliter obſervare.

Renuntiantes in his omnibus tam pro nobis quam pro noſtris heredibus comitibus Flandriæ omni juris auxilio, tam canonici quam civilis, omni privilegio & omni ſimpliciter inſtrumento dato vel dando, impetrato vel impetrando pro cruce ſignatis vel aliis quibuſcumque: vel quod nobis & noſtris heredibus ex nunc competit, vel in futurum poſſet competere contra prædicta vel aliquod prædictorum.

Ad iſta omnia fideliter & inviolabiliter obſervanda nos per noſtrum ſacramentum proprium, voluntate libera ſponte ſolemniter obligamus. Et quia dictam pacem & omnes ac ſingulos dictæ pacis articulos firmiſſimè cupimus obſervari; volumus & conſentimus, & à domino papa petimus, (ſupponentes nos & heredes noſtros quoad hoc ſuæ juridictioni & poteſtati ac venerabilium patrum Tornacenſis epiſcopi & Leodienſis electi & ſucceſſorum eorumdem, qui pro tempore fuerint, quibus hoc à domino papa committi petimus,) ut ſi nos vel heredes noſtri contra dictam pacem vel aliquem dictæ pacis articulum veniremus, & requiſiti ſuper hoc nollemus infra XL. dierum ſpatium emendare, quod dicti prælati, vel alter eorum, ſi alter non ſupereſſet, vel eſſet legitimo impedimento detentus poſſent in noſtram & heredum noſtrorum perſonas excommunicationis ſententiam ferre, & totam terram noſtram ſupponere eccleſiaſtico interdicto: ita tamen quod dictos XL. dies & coercitionem hujuſmodi monitio prælatorum præcedere debeat eorumdem.

In cujus rei teſtimonium præſentes litteras inde conſcribi & ſigillo noſtro fecimus communiri.

Actum & datum Bruxellæ ſabbato poſt feſtum Lucæ evangeliſtæ anno domini MCCLVI.

Extant etiam de eodem pacto litteræ Margaritæ Flandriæ comitiſſæ, datæ Bruxellis die Veneris poſt feſtum ſancti Dionyſii ejuſdem anni, eadem exprimentes verba, quas proinde hic repetere non duximus operæ pretium.

LITTERÆ MARGARETÆ Flandriæ comitiſſæ

Quibus Johanni de Aveſnis filio ſuo comitatum Hannoniæ aſſerit.

NOus MARGUERITE conteſſe de Flandres & de Haynau faſons ſavoir a tous chiaus ki ces lettres veront & oront, que nos avons en couvent a JEHAN d'Aveſnes nôtre chier fil, & a ſes oirs, que tant que nous vivrons ne ferons, ne ne porchacerons, ne par nous, ne par autrui, par quoy li devant dis JEHAN, ne ſi oir, ſoient eſlongiés apriés nous de la contet de Haynau: quele ne viengne a lui, & a ſes oirs apriés nôtre dechies, ne par don, ne par vendenge, ne par eſcange, ne par nulle autre maniere d'alienation, ſauf çou que ce nos avons aucunes choſes donees, u donrons en la terre de Haynau

Anno 1256. Ex Haſnonienſi cartario dominorum de Aveſnis.

Digitized by Google

par l'aſſentement de noſtre fil JEHAN devant dit, eſtable doivent ieſtre, & ſans les dis le roy de France en toutes choſes. Et s'il avenoit par avanture que nous veniſſions en contre chouque deſeure eſt dit, nos otroions & volons que li eveſque de Cambray & de Tournay, puis que ce ſeroit couneu par aus de plein, ſans debat de plait, nos puiſſe excumenier, & entredire noſtre terre, ne relaiſcier ne doivent ces ſentenſces, juſques adont que nous auriens amandé ſouffiſanment çouque nous auriens entrepris contre ceſte convenance deſeuredite. Et de ce nous metons nous en la juridiction des eveſques deſeuredis, & volons & leur requairons que il a ces choſes faire, tout enſi que il eſt deviſé, nos puiſſent deſtraindre, & deſtraignent par juſtice de ſainte egliſe, ce meſtier eſtoit, & en toutes ces choſes renonçons nous apreſſeement a toutes exceptions, & a toutes barres, & a toutes aires de loy de creſtienté, & de loy mundaine, & a tous previleges donnes & a donner a nous,u a croiſſies, u a autrui, de par nous & a toutes choſes qui aidier nos i poroient, ne a noſtre fil JEHAN d'Aveſnes, ne a ſes hoirs deſeuredis nuire ne faire damage,ne grevance tant come a çou. Et proumetons en bonne foy & loiaument, que nous en contre la deſtrainte des eveſques deſeurdis, ſe il le voloient faire, u faiſoient enſi que deſeure eſt deviſé, ne ne metrons nul debat, ne par nous, ne par autrui de par nous. Et toutes ces choſes deſeuredites avons nous jureés ſolempneument a tenir & a garder loiaument, & requairons a tous nos homes de Haynau, & de toutes nos bones viles de Haynau, que ſi nous aliens encontre ceſte convenence deſeuredite par nous ne par autrui de par nous quil ſoient en laide dou devant dit JEHAN noſtre fil & de ſes oirs, & en nôtre grevance duſques adont que nous auriens amendé çouque nous auriens entrepris contre cete convenence & leur en prions qu'ils en doinſent lor lettres au devantdis JEHAN, & volons que por ce ne meffacent riens encontre leur homage, ne encontre la fianche que il nous doivent, & devront il & lor oir : & porchouque ces choſes deſeuredites ſoient fermes & eſtables, nous avons fait ces lettres ſaieler de nôtre ſaiel, leſqueles furent donées en l'an del'Incarnation noſtre Signeur MCCLVI. el mois d'Octobre.

LITTERÆ BALDUINI

de Aveſnis quibus in gratiam Johannis fratris ſui renuntiat omni quod habere poterat juri in comitatu Hannonienſi.

Anno 1256. Ex Haſnonienſi cartario dominorum de Aveſnis.

JOu BAUDUINS d'Aveſnes fius a la conteſſe MARGHERITE de Flandres & de Haynau fac ſcavoir a tous chiaus qui ces lettres veront ke je par l'aſent & par la volenté de madame ma mere devant dite, por mi & por mes hoirs, de ma bonne volente, ſans nule deſtrece, ai renonchié a la conté de Haynau & a tous les droits, que je & mi oir i poons avoir de le ſeance madame ma mere la conteſſe devantdite, & ſi le wel es otrois por mi & por mes oirs, que la contes de Haynau devantdit demeure a mon ſigneur JEHANS d'Aveſnes mon âiſne frere, & a ſes oirs apries le dechies de madame le conteſſe devantdite, & ſi voel & otroie & requier, que tous li home & totes les bones viles de la conté de Haynau aſſeurent monſeigneur JEHAN mon frere & ſes oirs devant dis, & le recoivent & le tiengnent por ſigneur & por conte de Haynau, & ſes oirs apries lui, apries le deces de madame la conteſſe ma mere: jaçoi ce choſe que de mon ſigneur JEHAN devant defaile devant madame la conteſſe ma mere devant dite, & apres, & ſi requier que tout li home & les bones viles de Haynau ſoient aidant & conſellant a mon ſigneur JEHAN & a ſes oirs devantdis encontre mi & encontre mes oirs, s'il avenoit que je & mi hoir, veniſſiens encontre conke deſeure eſt dit. Et ce ai je fais por ſouffiſant par con de terre que je en ai encontre mon ſigneur JEHAN mon frere devant dit dedans la conté de Haynau, dont je me tieng bien a paijet por mi & por mes hoirs, & s'il avenoit que meſire JEHANS ne ſi hoir devantdit voſiſſent, que je feſiſſe, & deſiſſe autre choſe por plus grant ſeurté faire, le dois ſans le mien doner a leur requeſte, & mi hoir autre ſi. Et s'il avenoit que je veniſſe encontre ce que deſeure eſt dit,& mi hoir, je wel & otrioe por moi & por mes hoirs, que li eveſque de Cambray & de Tornay, & ſi uns d'aus puiſque ce ſeroit conneut par aus,& par l'un d'aus,de plein ſans forme de droit, me puiſſent excumeiner, & ma maiſnie & ma terre entredire, & mes hoirs autreli ne relaſcier ne doivient ces ſentenſces duſques adont que jou u mis hoir ariens amandet ſouffiſanment, çouque jou, & mi hoir ariens meſfait encontre chouque deſeuredit eſt, & de ce mai je mi & mes hoirs en la juriſdiction des eveſques devant dis, & voel & lor requier pour moi & pour mes hoirs, que il a ces choſes faire tout ainſi com il eſt deviſet puiſſent moi & mes hoirs deſtraindre & deſtrangnent, ſe meſtiers eſtoit, & toutes ces choſes devantdites renoncent jou eſpreſſement pour moi & pour mes hoirs, a toutes exceptions de boiſdie, a toutes barres & a toutes aiuwes de loi, & de creſtienté, & de loi mundaine, a tous previleges dounes & a doner a moi & a mes hoirs, a croſiés, a autrui & a toutes choſes qui aidier poroient a mi u a mes hoirs ne a mon ſigneur JEHAN d'Aveſnes mon frere, ne a ſes hoirs devantdis nuire ne faire damage, u grevance, & proumet a bone foi por moi & por mes hoirs kencontre la deſtrainte des eveſques devant dis, ſe il le voloient faire, u faiſoient, ſi com deſeure eſt dit, je ne mi ou metrons nul debat, ne por nous, ne por autrui, & toutes ces choſes devant dites aije jurées ſolempneument a tenir & a warder loiaument, por moi & por mes hoirs. En thieſmougnages de ces coſes devant dites, aije fait

Digitized by Google

ſaieler ces lettres de mon ſaiel; leſqueles furent A donées l'an del Incarnation MCCLVI. el mois d'Octembre.

CIVITAS VALENCENNENSIS JOHANNEM de Aveſnis ſucceſſorem nobilis MARGARETÆ in comitatu Hannonienſi recognoſcit.

Anno 1256. Ex cartario Haſnonienſi dominorum de Aveſnis.

NOus prôvôſt, juret, eſkievin, & li communs de Valenchienes, faſons ſavoir à B tous chiaus ki ces lettres veront & oront, que nous en la preſenſe nôſtre chiere dame MARGERITAIN conteſſe de Flandres & de Haynau, & mon ſigneur BAUDUIN ſon fil, de lor aſſens, & à lor requeſte, avons aſſeuret mon ſigneur JEHAN d'Aveſnes ſen fil & ſes hoirs de quele eure qu'il defalle de madame la conteſſe devantdite ſe mere, nous le tenrons por ſigneur, & por conte de Haynau, & ſes oirs apries lui, ja fuſſe coſe qu'il defaliſt de mon ſigneur JEHAN devantdit devant ma dame le C conteſſe ſe mere devantdite, ou apries. Et s'il avenoit que nus ſe voſiſt mettre contre lui, ne encontre ſes oirs des coſes qui deſeure l'ont dites, ne faire anvi, ne deſtourbier, nous proumetons que à lui & à ſes oirs nous ſeront aidant & conſellant de toutes nos forces, & de tous nos pooirs, & à chou obligons nous, nous & nos oirs, ne autrui ne devons, ne poons tenir por ſigneur ne conte de Haynau, que mon ſigneur JEHAN d'Aveſnes, & ſes oirs, apres le decies madame ſe mere devantdite. Et toutes ces coſes nos li avons juret ſour ſains en la pre- D ſenſe nôſtre eveſque l'eveſque de Cambray, à tenir bien & loiaument. Et por ce que ce ſoit fermement tenut & wardet, ſi avons nous ces lettres ſaielées del ſaiel de no vile de Valenchienes, & livrees à mon ſigneur JEHAN d'Aveſnes devantdit par le requeſte de no dame le conteſſe devant noumée, & de mon ſigneur BAUDUIN ſen fil.

Ce fu fait l'an del Incarnation JESU-CHRIST MCCLVI. le diemence devant le jour Touſſains, el mois d'Otembre.

E

LITTERÆ ALEXANDRI PAPÆ decano Cameracenſi & Tornacenſi in Flandria, & G. Faukebert, Leodienſis dioceſis, in Campania archidiaconis.

Ut iterum inquirant de natalibus Johannis & Balduini de Aveſnis.

Anno 1256. Ex Haſnonienſi cartario dominorum de Aveſnis.

ALEXANDER epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis decano Cameracenſi, F Tornacenſi in Flandria, & G. de Faukeberk in Campania, Leodienſis dioceſis archidiaconis ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Exhibita nobis dilectorum filiorum nobilium virorum GUIDONIS comitis Flandriæ, & JOHANNIS domini de Dampetra fratrum petitio continebat, quod cum nobilibus viris JOHANNE, ac B. de Aveſnis fratribus uterinis, olim felicis recordationis INNOCENTIO papæ prædeceſſori noſtro intimantibus, quod à quibuſdam ipſorum æmulis, ut à bonis ad eos hereditario jure ſpectantibus excludi poſſent, illegitimatis eis impingebatur macula. Idem prædeceſſor venerabili fratri noſtro epiſcopo Cathalaunenſi, qui aliàs in hujuſmodi cauſa procurator fuerat, ejuſque collegæ ſuis dediſſet litteris in mandatis, ut quantò magis poſſent de plano ſuper cauſa natalium eorumdem inquirerent veritatem, & quod canonicum eſſet ſtatuere procurarent, non obſtante quod ſuper hoc inter prædictos J. & B. ex parte una, & quondam GUILLELMUM tunc comitem Flandriæ, ac fratres ſuos ex altera, coram prædeceſſore aliquamdiu litigatum fuerat & proceſſum, cùm nihil inde terminatum fuiſſet, quæſtione bonorum principali domino reſervata. Idem epiſcopus & abbas *de Leſſies*, Cameracenſis dioceſis, cui dictus collega commiſerat in hoc, ſicut dicitur, totaliter vices ſuas, prædictis GUIDONE & J. de Dampetra, quos principaliter hujuſmodi tangebat negotium, non citatis, nec ſe occultantibus, neque ſe per contumaciam abſentantibus, cùm eſſent in tali loco, unde commodè citari poterant, & de jure ſupradicto GUILLELMO tunc comite Terræ-ſanctæ ſubſidio in ultramarinis partibus inſiſtente, ac nullo alio citato legitimè aut comparente, qui ſe jam dictis JOHANNI & B. fratribus ſuper hoc opponerent in eodem negotio procedentes, ac eorumdem J. & B. natalia declarantes legitima, ipſos fore legitimos & legitimè genitos, in ipſorum G. ac J. præjudicium per iniquam diffinitivam ſententiam decreverunt. Idemque prædeceſſor ſententiam ipſam dicitur confirmaſſe; à qua, licèt nulla eſſet, dicti G. ac J. poſtquam id ad eorum pervenit notitiam, ad cautelam pro ſui juris conſervatione ad ſedem apoſtolicam appellarunt. Cùm autem dictus prædeceſſor venerabili fratri noſtro... epiſcopo Cameracenſi, & dilectis filiis abbati Ciſtercii, ac decano Laudunenſi, ſuper hoc ſub certa forma direxerit ſcripta ſua; iidemque judices aliquamdiu proceſſerint in negotio memorato, antedictis J. & B. frivolè ad ſedem apoſtolicam appellantibus, ab eiſdem ac ipſo Cameracenſi epiſcopo appellationi deferente, ipſorum aliis conjudicibus minimè deferentibus, ſed procedentibus in ipſo negotio aliquando per ſe, interdum per ſubdelegatos ſuos, ſecundum traditam eis formam: iidem J. & B. comparere poſtmodum contumaciter renuerunt, licèt ſæpe citati fuerint peremtoriè, ac appellationem hujuſmodi non fuerint infra tempus legitimum, cùm potuerint proſecuti.

Quocirca diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus apud Antwerpiam, Cameracenſis diœceſis, perſonaliter accedentes, ſi vobis ita eſſe conſtiterit, non obſtante appellatione præmiſſâ, in negotio procedatis eodem, juxta directarum ad eoſdem Cameracenſem epiſcopum & conjudices ſuos

Digitized by Google

ipſius prædeceſſoris continentiam litterarum. Quod ſi non omnes hiis exſequendis potueritis intereſſe, duo veſtrûm ea nihilominus exſequantur.

Datum Anagniæ XII. Calendas Novembris, pontificatûs noſtri anno II.

LITTERÆ JOHANNIS de Aldenarda, & aliorum procerum.

Quibus ſe obſides faciunt de ſervando pacis pacto inter Margaritam Flandriæ comitiſſam, Guidonem & Johannem de Dampetra filios ejus ex una parte, & Johannem & Balduinum de Aveſnis ex altera.

Anno 1256. Ex cartario Haſnonienſi dominorum de Aveſnis.

NOus JEHANS dis d'Audenarde, THIERIS ſires de le Hamaïde, GILLES ſires de Merlainmont, HUES ſires d'Antoing, MIKES ſes fius ſires de Marnes, ANSIAUS d'Aigremont, RENIERS dis Borgnes ſes fiuls, ERNOUS de le Hamaïde, JEHANS de Fraine, JEHANS de Bievene, WILLAUMES de Wenebeke, & GILLEBAUS de Biaumont chevalier, faſons ſavoir à tou chiaus qui ces lettres veiront & oront, que dou content qui eſtoit entre noſtre chiere dame MARGHERITE conteſſe de Flandres & de Haynnaut, & nobles hommes GUYON conte de Flandres, & JEHAN ſigneur de Dampierre ſes fiuls d'une part; & nobles hommes mon ſigneur JEHAN, & mon ſigneur BAUDUIN d'Aveſnes freres d'autre part, pais en eſt faite en la maniere qui eſt plus plainement contenuë és lettres qui de cou ſunt faites. Et à la requeſte de mon ſigneur JEHAN & de mon ſigneur BAUDUIN devantdis, nous nous ſommes fait oſtage pour iauls enviers noſtre chiere dame li conteſſe, & le conte ſon fil devant noumeis, en teil maniere que ſe il meſire JEHANS & meſire BAUDUIN, & li uns d'iaus, u autres pour iaus, u por l'un d'iaus aloit contre le pais, u contre aucun article de celi pais; & il fuſt couneu del eveſke de Cambrai & de celui de Tournai, u de l'un de ces deux eveſkes, & meſire JEHANS & meſire BAUDUIN devantdis ne l'amendaſſent deſdont en avant, me dame li conteſſe & li cuens ſes fiuls devant noumeis. u li uns d'iauls nous pueent ſemonre de venir à Ypre tenir priſon. Et nous y devons venir dedens le quinſaine que nous en ſerons ſemons d'iauls, u del un d'iauls, par vive vois, u par lettres, u par leur certain meſſage. Et ſe ne poons ne mangier ne dormir hors de le ville, duſques adont que meſire JEHANS & meſire BAUDUIN, & li uns d'auls auroit amendé ce qu'il auroit, u auroient entrepris contre le pais devantdite. Et ſe nous ni veniens, ſi com dit eſt, ſe nous n'aviens loial ſome de nos cors de lequele tantoſt que nous en ſeriiens tantoſt delivré nous y ſeriiens tenu de venir ſans arreſt, nous abandounons tous nos biens quanques nos en avons & aurons, meubles & non meubles, que medame li conteſſe, u li cuens ſes fiuls devant noumeis, u li uns d'iaus les puiſſent prendre, & faire prendre, & ſaiſir, & arreſter partout, ù que on les puiſt trouver, ſans meſfaire, & les pourfis lever & tenir duſques à dont que nous ſeriens venu à Ypres, ſi com dit eſt, u que li meffais ſeroit amandés, pourquoi nous ſeriiens ſemons. Et ce que il auroient levé des pourfis de nos terres dedens cel arreſt lor demorroit com leur. Et ſi otroions que li eveſque devant noumeit, u li uns d'iauls, ſe nous ne veniens à Ypre, ſi com il eſt deviſé, puiſſent nos perſonnes excommenier, & nos terres & nos maiſnies entredire, ne relaſqijer ne doivent ces ſentenſes juſques à dont que nous ſeriiens venut à Ypre, ſi com dit eſt. Et de ce nous metons nous en le juridiction des eveſques devantdis, u de leur officiauls, ſe on ne les pooit preſtement avoir. Et volons, conſentons, & leur requairons que il a ces coſes faire, tout enſi com il eſt deviſé, nos puiſſent deſtraindre, & deſtraingnent par juſtice de ſainte egliſe, ſe meſtiers eſtoit. En toutes ces coſes renonçons nous à toutes ajuwes de loy de creſtienté, & de loy mundaine, à tous privileges dounes à croiſies, u qu'il ſunt à douner, & à toutes choſes qui aidier nos poroient, ne à noſtre dame le conteſſe, u au conte ſon fil devant noumés nuire, ne faire damage u grevance. Et proumetons à boune foi, que nous contre le deſtrainte des eveſques, u des officiauls devantdis, ſe il le voloient faire, u faiſoient, ſi com deſeure eſt deviſé, ne metrons nul debat, ne par nous, ne par autrui. A toutes ces chozes fermement tenir & garder obligons nous & le noſtre, & nos hoirs, tant que meſire JEHANS & meſire BAUDUINS vivroient, & les avons jurées & fiancies à tenir & à garder fermement & loialment. En thieſmongnage & en confremance de laquele choze nous avons à ces preſentes lettres pendus nos ſaiaus, qui furent dounées à Brouſſiele l'an del Incarnation mil deus cens ciuncquante & ſis.

QUITTATIO AB AHENORA comitiſſa Lyceſtriæ, ex omni jure quod poterat reclamare in ducatu & comitatibus Normaniæ, Andegaviæ, Cenomaniæ, Turoniæ, & Pictaviæ.

Anno 1256. Ex mſ. cl. v. Petri Meſnari, urbis Turonenſis præfecti.

A tous ceux qui ces preſentes lettres voiront, SIMON DE MONFORT cueurs de Lyceſtre, & AHENOR DE LYCESTRE ſa femme, ſalut.

Nous faiſons à ſçavoir à tous, que nous avons entendu la forme de la paix qui eſt faite & jurée entre noſtre ſeigneur le noble roy LOUIS de France, & le noble roy HENRY d'Angleterre noſtre ſeigneur, & nous AHENOR telle paix, & toutes les choſes, & chacunes par ſoy, qui ſont contenuës en icelle paix, par l'autorité & aſſentement du devantdit comte SIMON noſtre mary, & en ſa preſence voulons, octroyons, & louons par noſtre gré, ſans nul contraignement, & promettons & tenir & garder fermement & ſtablement par nous & par

Digitized by Google

nos hoirs, & que encontre n'en dirons par nos, ne par autres ; avons quitté & quittons par nos & par nos hoirs & pour nos ſucceſſurs de tout en tout au roy de France & en ſes enceſſorts & à ſes hoirs & à ſes freres & à leurs hoirs & à leurs ſucceſſeurs & nous ou nôtre eneſſort aucune doitte avons ou eumes oncque en choſe que le roy de France tienne ou tinſt oncque ou ſes enceſſorts ou ſes freres : c'eſt-à-ſçavoir en la Duché & en toute la terre de Normandie, & en la comté & en toute la terre d'Anjou de Touraine & du Maine, & en la comté & en toute la terre de Poictiers, ou ailleurs en aucune partie du royaume de France ou iſles, ſi aucuns en tienne le roy de France ou ſon frere & autres de par, & tous arerages. Et auſſi avons quitté & quittons à tous ceux qui de par le roy de France ou de par ſes acceſſorts ou de ſes freres tiennent aucunes choſes ou par don ou par échange, ou par vente, ou par aſſentement ou autre ſemblable maniere en la duché & en toute la terre de Normandie, & en la comté & toute la terre d'Anjou, de Touraine & du Maine, & en la comté & en la terre de Poictiers ou ailleurs en aucune partie du royaume de France ou en iſles deſudit ſelon la maniere de la teneur qui eſt contenue en la paix deſudite, en avons juré, & jurons de nôtre bonne volonté de l'autorité & aſſentement de nôtre mari le comte deſſus nommé, & en ſa preſence ſur le ſaint évangile en la preſence du roy de France devantdit, que toutes ces choſes garderons, entendrons fermement ne encontre ne voudrons par nous ne par autres, ſauf à nos hoirs toutes nos demandes & droitures en toutes choſes encontre toutes perſones qui ne ſont exceptez par la devantdite paix & nos Simon de Montfort Cueurs de Lyceſtre deſſus nommez reconnoiſſons & témoignons que la devantdite comteſſe mâ femme a fait la quittance & le ferment & les autres choſes devantdites par nôtre aſſentement & par nôtre volonté & autorité ; en nôtre preſence ; & nous même avons juré que la paix deſſuſdite avons & aurons ferme & ſtable, & que encontre ne vendront par nous ou par autres & en témoignage de ces choſes, & que ce ſeroit ferme & ſtable ; nous en ce cas comteſſe deſſuſdite avons mis nos ſceaux en ces preſentes lettres.

Ce fut fait à Paris en la preſence de deux rois ſuſnommez & de Mamei en l'an de l'Incarnation de nôtre Seigneur Jesus-Christ mille & cc. & l ſix le jeudi aprés la feſte de ſaint André l'apôtre.

Litteræ Margaretæ Flandriæ comitiſſæ de acquirendis ducentis libratis terræ filiis Johanni de Aveſnis pro ſupplemento hereditatis.

An. 1257. *Ex Haſnonienſi cartario DD. de Aveſnis.*

Margareta Flandriæ & Haynoniæ comitiſſa univerſis præſentes litteras inſpecturis ſalutem.

Ad univerſorum notitiam volumus pervenire, quod cùm in reformatione pacis dudum initæ inter nos Guidonem comitem Flandriæ & Johannem piæ memoriæ dominum de Dampetra ex parte una, & bonæ memoriæ Johannem de Aveſnis & Balduinum fratres noſtros filios ex altera, talis eſſet facta conventio, quod feodum de *Crievecueur* & d'*Alues*, & pertinentiæ eorum Guidoni comiti Flandriæ dicto noſtro filio & ſuis ſucceſſoribus comitibus Flandriæ hereditariè perpetuò remanere deberent, & pro recompenſatione illius feodi promiſiſſemus quadringentas libratas terræ acquirere in comitatu Haynoniæ ad monetam Haynonenſem, quas dictus J. de Aveſnis quondam noſter filius & heres comitatûs Haynoniæ, & ejus liberi heredes comitatûs ejuſdem tenere & poſſidere deberent hereditariè perpetuò poſt noſtrum deceſſum in augmentum Haynonenſis comitatûs prædicti. Et cùm Balduinus de Aveſnis dictus noſter filius, deſiderans dictæ pacis effectum de aſſignamento portionis ſuæ hereditariè ſibi faciendo, ſatisfaceret liberis & heredibus dicti quondam Johannis fratris ſui. Nos alias ducentas libratas terræ ad monetam Haynonenſem acquirere promiſimus & promittimus infra dictum comitatum Haynoniæ emtionis titulo vel alio quocumque poſt deceſſum noſtrum Johanni filio & heredi bonæ memoriæ Johannis de Aveſnis filii noſtri, & ſuis heredibus relinquendas. Conſtituentes ſuper hoc principales debitores pro nobis Guidonem comitem Flandriæ dictum noſtrum filium, dilectos & fideles noſtros Rogerum de Mauritengnia & Wilhelmum de *Grimberghes* milites tali forma quod ſi aliquo modo contingeret, quod abſit, quod non acquireremus dictos reditus & eos non aſſignaremus dicto nepoti noſtro & ejus heredibus, ut dictum eſt, quilibet de tribus prædictis debitoribus ad hoc conſtitutis pro nobis teneretur in ſolidum præmiſſa ſine difficultate qualibet adimplere, & noſtrum in hac parte ſupplere defectum. Ita tamen quod ſi unus ex trium per ſe adimpleret prædicta, & nos ſimiliter eſſemus penitus liberati: Et ſi nos acquiſierimus dictas ducentas libratas terræ & aſſignaverimus, ſicut ſuperiùs dictum eſt, nos & dicti tres debitores noſtri ab obligatione prædicta quiti erimus & eſſe debemus & penitus abſoluti. In cujus rei teſtimonium & munimen præſentes litteras dicto nepoti noſtro Johanni tradidimus ſigilli noſtri appenſione munitas. Datum anno Domini mcclvii. ſabbato in palmis.

Alexandri papæ IV. ad magiſtrum generalem prioreſque ordinis Prædicatorum.

Quod dati in ſocios quibuſdam prælatis poſſint corrigi & ad ordinem revocari.

Anno 1257. *Ex mſ. PP. Prædicatorum Claromontenſium.*

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis magiſtro & prioribus provincialibus eorumque vicariis ordinis Prædicatorum

Prædicatorum ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Sacræ religionis veſtræ fama clariſſima eſt ab univerſis & ſingulis ipſam profitentibus mente vigili conſervanda, ſed ab illis potiſſimè, quos pro cauſis legitimis oportet aliquando ſe de ſuis conventibus ſicut obedientiæ virtus exigit abſentare. Sanè nonnulli ex fratribus ordinis veſtri qui venerabilibus fratribus noſtris archiepiſcopis & epiſcopis quandoque in ſociis deputantur, illa, prout accepimus, præſumunt ſæpe committere, quæ in ejuſdem ordinis ſcandalum & in ſuarum vergunt periculum animarum. Cùm itaque ſuper hæc per ſedem apoſtolicam deceat ſalubriter provideri, nos devotioni veſtræ præſentium auctoritate concedimus, ut ſinguli veſtrum illos ex fratribus eiſdem de quibus auctoritate litterarum ſedis apoſtolicæ vel legatorum ejus, dictis archiepiſcopis vel epiſcopis vel quibuſcumque aliis eſt proviſum, aut contigerit in poſterum provideri, corrigere, ac etiam, non obſtante conditione aliqua, poſſint ad eumdem ordinem revocare. Monemus tamen vos & hortamur, quod ſi poſtmodum iidem archiepiſcopi & epiſcopi apud vos vel aliquem veſtrum pro habendis in ſocietate ipſorum aliis idoneis fratribus duxerint inſiſtendum, eorum in hac parte deſiderio annuatis, dummodo id vobis conveniens & expediens videatur. Ceterum per litteras apoſtolicas jam obtentas vel in poſterum obtinendas quæ de præſentibus plenam & expreſſam non fecerint mentionem, nullos de fratribus ipſius ordinis præfatis archiepiſcopis & epiſcopis in ſocios teneamini deputare, niſi hoc honeſtati ordinis & illorum ſaluti videritis expedire. Nulli ergo &c.

Datum Viterbii v. Idus Junii pontificatus noſtri anno III.

TESTAMENTUM MATHILDIS comitiſſæ Nivernenſis & Autiſſiodorenſis

Anno 1257. Ex ſchedis noſtri Georgii Viole.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Amen. Nos MATHILDIS comitiſſa Nivernenſis notum facimus univerſis quod nos in viduitate conſtituta, mentis compos, deliberatione in animo noſtro præhabita diligenti, teſtamentum noſtrum, ordinationem, diſpoſitionem, ſeu ultimam voluntatem noſtram, quocumque nomine cenſeatur, ordinamus, diſponimus & facimus, ac in ſcriptis redigi præcipimus in hunc modum. Et quoniam mens humana & maximè mulierum, quæ ſunt in ſæculari dominio conſtitutæ, labilis eſt, cum ad multa & varia pertrahatur. Idcirco volumus & præcipimus, quod ſi aliquid ad nos pervenit injuſtè, vel indebitè, quocumque modo, unde anima noſtra peccatum incurrere poſſet, quod illud reſtituatur à noſtris heredibus, ſeu ſucceſſoribus, illi vel illis perſonis, cujus vel quorum illa bona fuerint; vel à quibus ablata fuerunt vel extorta, declarato tamen primo ſeu à conquerente vel à conquerentibus de plano & ſine ſtrepitu judicii coram dioceſano domino, vel etiam coram metropolitano, quomodo vel qualiter ad nos pervenerit indebitè vel injuſtè. Inſuper pro anniverſario noſtro ac virorum & anteceſſorum noſtrorum annis ſingulis & à ſequentibus eccleſiis & locis in perpetuum faciendo, damus & concedimus in perpetuum eccleſiis & locis religioſis inferiùs nominatis annuos reditus, ex nunc inantea percipiendos, prout in litteris noſtris quas inde habent plenius continetur; & ſi quæ ex eiſdem eccleſiis & locis non eas haberent, volumus quod per iſtud teſtamentum noſtrum habeant & percipiant à modo ſibi à nobis reditus aſſignatos, videlicet eccleſia beati Cirici Nivernenſis decem libras, eccleſia beati Stephani Autiſſiodorenſis decem libras, eccleſia de Firmitate Nivernenſis dioceſis decem libras, eccleſia monialium de Marciniaco centum ſolidos, abbatia Septem-fontium centum ſolidos, domus de (a) *Aponay* centum ſolidos, abbatia (b) Bellæ-vallis decem libras, domus de Faya quadraginta ſolidos, moniales de Deſiaco decem libras, abbatia ſancti Martini Nivernenſis centum ſolidos, abbatia Verzeliacenſis decem libras, eccleſia beatæ Mariæ de Caritate decem libras, abbatia de Cluniaco quindecim libras, abbatia Moliſmenſis centum ſolidos, abbatia Pulteriarum ſexaginta ſolidos, abbatia de Cora centum ſolidos, abbatia Corbiniacenſis centum ſolidos, abbatia Quinciaci centum ſolidos, abbatia Pontiniacenſis decem libras, abbatia Regniaci centum ſolidos, abbatia Boni-radii centum ſolidos, domus hoſpitalis Allemannorum de Orbe centum ſolidos, abbatia de (c) Criſenon ſexaginta ſolidos, abbatia de Inſulis prope Autiſſiodorum centum ſolidos, domus (d) Bellilarici decem libras, domus de Fonteneto prope Corvallum XL. ſolidos, abbatia S. Germani Autiſſiodorenſis C. ſolidos, abbatia ſancti Mariani Autiſſiodorenſis LX. ſolidos, domus Vallis-caulium LX. ſolidos, domus leproſorum de Boſeneto ſubtus Montem-oniſum, XXX ſolidos domus leproſorum de Douziaco XXX. ſolidos, abbatia de Rupibus C. ſolidos, abbatia S. Satiri LX. ſolidos, domus leproſorum Autiſſiodori XL. ſolidos, domus leproſorum de Decizia XL. ſolidos, domus Bonorum-hominum de Grandimonte prope Lemoſiacum XL. ſolidos, abbatia Fontis ebraudi X. libras, eccleſia S. Martini de Clameciaco C. ſolidos, abbatia S. Michaëlis Tornodorenſis C. ſolidos, eccleſia S. Lupi de Sancto LX. ſolidos: moniales de Leſiniis quatuor modios vini percipiendos annuatim in decimis vini Tornodorenſis, eccleſia de Monte-Oniſio viginti libras, eccleſia de Am..... XX. ſolidos, domus ſancti Nicolai prope..... decem libras. Item lego præter hæc domibus

(a) Domus de *Aponay* eſt ordinis Cartuſienſis in diœceſi Nivernenſi.

(b) Ordinis Præmonſtratenſis in dioceſi Nivernenſi.

(c) Criſenon Virginum monaſterium ordinis ſancti Benedicti Moliſmenſi olim monaſterio ſubjectum.

(d) Ordinis Cartuſienſis in diœceſi Autiſſiodorenſi.

Dei & hoſpitalibus pauperibus comitatûs noſtri Nivernenſis quinquaginta libras diſtribuendas pauperibus eccleſiis & perſonis per manus exſecutorum noſtrorum inferiùs nominandorum, ad emenda ea quæ dictis locis perſonis in terra noſtra exiſtentibus fuerint neceſſaria, prout ſaluti animæ noſtræ viderint expedire, & ſolutio legatorum, ſicut ſuperiùs eſt expreſſum. Ad hæc autem ſupradicta fideliter exſequenda conſtituimus exſecutores teſtamenti noſtri venerabiles patres dominum archiepiſcopum Senonenſem, Autiſſiodorenſem, & Nivernenſem epiſcopos, & deſuper dominum regem Franciæ, vel ejus mandatum ab ipſo ad hæc ſpecialiter conſtitutum. Quod ſi omnes his exſequendis non potuerint vel noluerint intereſſe, duo ex ipſis, ad minus unus exſequatur. Et ut hæc omnia à dictis exſecutoribus noſtris melius ac liberius valeant effectui mancipari, obligamus omnia bona noſtra mobilia & immobilia, ubicumque ſunt, donec omnium quæ malè habuimus vel acquiſivimus fiat plena reſtitutio, & ſolutio legatorum, ſicut ſuperiùs eſt expreſſum. Et ad hæc perficienda de prædictis bonis meis mobilibus & immobilibus prædictos exſecutores noſtros inveſtimus. Damus etiam eiſdem exſecutoribus poteſtatem, ut ſi aliquem vel aliquos eorum decedere contigerit, alii ſuperſtites conſtituendo alium vel alios habeant poteſtatem ad ſupradicta omnia fideliter exſequenda. Volumus etiam, ut ſicut alias in toto vel in parte de bonis noſtris ordinavimus, illa ordinatio caſſa ſit penitus & inanis, & ut iſta ordinatio penitus obtineat firmitatem. Inſuper verò cum per Dei gratiam conſtruxerimus in noſtro comitatu Nivernenſi propriis ſumtibus abbatiam (a) Conſolationis beatæ Mariæ Virginis prope Moncellos ſitam ordinis Ciſtercienſis in dioceſi Æduenſi, & in ipſa abbatia elegerimus ſepulturam: volentes & requirentes, ut poſt deceſſum noſtrum ſingulis diebus in perpetuum una miſſa pro defunctis pro remedio animæ noſtræ in dicta abbatia celebretur, non obſtantibus litteris noſtris ſeu promiſſis factis ſive datis abbatiæ Pontiniacenſi ordinis Ciſtercienſis Autiſſiodorenſis diœceſis, & ſepultura noſtra ibidem electa, quia nondum conſtruxeramus abbatiam ſupradictam. Huic autem ordinationi teſtamenti noſtri præſentes fuerunt, Guillelmus archidiaconus in eccleſia Autiſſiodorenſi, frater Guillelmus prior de Eſpallo, frater Petrus Bormis, & frater Petrus de Villers de ordine fratrum Minorum, dominus Johannes de Salenas, dominus Belli-montis miles; dominus Baudonus de Preſſuris miles, & Stephanus de Deciſia clericus noſter canonicus de Clameciaco.

Datum apud Colengias ſuper Iconam & ſigillatum anno Domini M C C L V I I. die Jovis proxima poſt octavas ſancti Martini æſtivalis.

(a) Vulgo *le Reconfort* ubi jacet in clauſtro condita.

LITTERÆ GUILLELMI SOUBRIC de fundatione monaſterii de *la Dauſinaie* ordinis beatæ Mariæ-regalis.

Anno 1257. *Ex authentico Majoris-monaſterii.*

Univerſis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis vel audituris GUILLELMUS dictus *Soubric* miles, Redonenſis diœceſis, æternam in Domino ſalutem.

Noveritis quod cùm nos proponeremus ad honorem Dei & beatæ MARIÆ Virginis ædificare de novo quamdam domum religioſam de ordine B. (a) Mariæ Regalis Pictavienſis diœceſis apud *la Dauſinaie*, in parrochia beati Martini de Romaigneio, Redonenſis diœceſis; cujus parrochiæ eccleſia ſancti Martini ad patronatum religioſorum virorum abbatis & conventûs Majoris-monaſterii dignoſcitur pertinere: quia ſine volumptate & aſſenſu ipſorum religioſorum nos non poteramus propoſitum noſtrum in hac parte effectui mancipare. Iidem religioſi, ob favorem religionis, & augmentum cultûs divini, nobis & fratribus beatæ MARIÆ Regalis apud *la Dauſinaie* Deo famulari proponentibus pium ad hoc præbuere conſenſum. Sed quia nos & prædicti fratres, occaſione fundationis domûs ejuſdem *de la Dauſinaie*, jam conſecuti ſumus temporale emolumentum non modicum, & ipſi religioſi damna incurrerunt, & incurſuri ſunt majora, ut creditur, in futurum. Nos prædictus Guillelmus *Soubric* fundator domûs ejuſdem, & dicti fratres *de la Dauſinaie* hoc attendentes, promittimus dictis abbati & conventui Majoris-monaſterii, interveniente decreto venerabilis patris domini JOHANNIS Dei gratiâ epiſcopi Rhedonenſis, dare in recompenſationem damnorum hujuſmodi XL. ſolidos monetæ currentis annui redditûs, & ipſos reddere annuatim priori ipſorum ſancti Salvatoris de Landis, dictæ diœceſis, vel ejus certo mandato in prioratu eodem per manum prioris *de la Dauſinaie*, vel præſidentis ibidem, qui pro tempore fuerit, videlicet annuatim in feſto Omnium-ſanctorum viginti ſolidos, & in Reſurrectione Dominica alios viginti ſolidos, pœnâ ex parte noſtra appoſitâ quinque ſolidorum Turonenſium reddendorum ipſis religioſis de qualibet die, contra ipſorum voluntatem ſolutionis dilatæ poſt terminos ſupradictos, rato nihilominus ſolutâ pœnâ priore remanente contractu, nos & quoſcumque ſucceſſores noſtros, ac præfatam domum *de la Dauſinaie*, & omnia bona noſtra ſponte & ſpecialiter quoad hoc obſignantes. Voluerunt inſuper & conceſſerunt prædicti religioſi Majoris-monaſterii, quod dicta domus *de la Dauſinaie*, quantùm in eis eſt, oratorium & cimiterium habeat cum campanis, ſalvo jure parochialis eccleſiæ ſupradictæ. Volumus inſuper & concedimus, quod dicti religioſi, ſeu prior ipſorum ſancti Salvatoris, habeant & percipiant in futurum liberè & quietè omnes primitias & decimas, tam majores, quàm mi-

(a) Extat hactenus beatæ Mariæ Regalis (vulgo *la Reaux*) monaſterium ſub regula S. Auguſtini.

Digitized by Google

nores, locis & terris, quos, vel quas dicti fratres *de la Daufinaie* per ſe, vel per alios excolent, & tenebunt infra metas parochiæ ſupradictæ. Nec poterimus nos, vel dicti fratres *de la Daufinaie*, vel aliquis ratione ſeu vice noſtra ſuper detentione, vel acquiſitione decimarum terrarum, quas dicti fratres propriis manibus aut ſumtibus excolent, ſeu excoli facient, ſeu etiam ſuper primitiis aliquid impetrare, vel uti impetratis, vel in poſterum impetrandis litteris a ſede apoſtolica, ſeu à quocumque altero, vel quoquo modo ſuper hoc nos tueri, quin dicta domus *de la Daufinaie* decimas ſolvat & reddat annuatim priori ſancti Salvatoris prædicto, & rectori eccleſiæ de Romaigneio, & quod ſi quicquam fuerit impetratum ſuper hoc, ipſo facto non valeat, ſed potius careat robore firmitatis. Nec licebit prædictis fratribus *de la Daufinaie*, nec poterunt aliquid acquirere in feodis dominiis prioratûs prædicti ſancti Salvatoris de Landis, ratione donationis, emtionis, legati, aut cujuſcumque alterius acquiſitionis titulo, vel donata, legata, ſeu aliter acquiſita retinere, niſi hoc de ipſorum prædictorum religioſorum, abbatis & conventûs Majoris-monaſterii voluntate proceſſerit, & expreſſo conſenſu. In cujus rei memoria, nos prædictus GUILLELMUS fundator prædictæ domûs *de la Daufinaie*, & frater PETRUS tunc temporis ejuſdem domûs prior, præſentes litteras ſigillorum noſtrorum munimine roboravimus; & illas dedimus ſupradictis abbati & conventui Majoris-monaſterii in veritatis teſtimonium & munimen.

(a) Datum anno Domini MCCLVII. (a)

LITTERÆ THOMÆ DE CODICIACO, de permutatione ab eo facta cum Balduino de Aveſnis.

Anno 1257. Ex Haſnoniensi cartario dominorum de Aveſnis.

JE THUMAS de Coucy de Vrevin, fac ſavoir à tous chiauls ki ces preſentes lettres veiront & oront, ke cum mes chiers freres meſires BAUDUINS d'Aveſnes, ſires de Biaumont, teniſt & euiſt terre en la conté de Reteſt; c'eſt à ſavoir à Lauſnoit, à Bleton, & à Rocourt; dont il eſtoit homs mon ſigneur mon oncle GAUCHER conte de Reteſt pour tote cele terre devantdite, laquele il m'a quitée; je li ai donné en eſcange ſis vins livrées de terre ke je tenoie en la conté de Haynnau, c'eſt à ſavoir de madame la conteſſe de Flandres ſoiſſante livrées, & ſoiſſante livrées de monſigneur JEHAN d'Aveſnes, fil madame la conteſſe devantdite: & de ces ſis vins livrées de terre devantdite, je l'en doi faire mettre en poſſeſſion, ſelonc l'uſage dou pais. Du theſmongnage de laquel choſe iou en ai ces preſentes lettres donnèes ſaielées de mon ſaiel.

Ce fut fait en l'an del Incarnation noſtre Signeur mil deux cent ciuncquante & ſiet ou mois d'Aouſt.

LITTERÆ GUIDONIS Flandriæ comitis, & Johannis de Domnapetra fratris ejus,

Quibus ratam habent ſententiam ſancti Ludovici Francorum regis, & Odonis epiſcopi Tuſculani, apoſtolicæ ſedis legati, ſuper diviſione hereditatis Margaritæ Flandriæ comitiſſæ inter filios, quos ex duplici genuerat matrimonio.

Annô 1257. Ex Haſnoniensi cartario dominorum de Aveſnis.

NOS GUIDO comes Flandriæ, & JOHANNES dominus Donnæ-petræ fratres milites filii illuſtris dominæ MARGARETÆ Flandriæ & Haynoniæ comitiſſæ, notum fieri cupimus univerſis, tam præſentibus, quàm futuris, quod nos in præſentia illuſtriſſimi domini LODOVICI Dei gratiâ Francorum regis, prælatorumque plurium, ac baronum & multorum aliorum, fide interpoſitâ, & corporali præſtito ſacramento, publicè & ſolemniter juravimus, quod nos dictum domini regis prædicti, ac venerabilis patris domini ODONIS Dei gratiâ epiſcopi Tuſculani, tunc apoſtolicæ ſedis legati, quod inferiùs eſt inſertum tenebimus & ſervabimus inviolabiliter in futurum.

Tenor autem dicti dominorum regis ac legati prædictorum talis eſt:

Compromiſſum.

LUDOVICUS Dei gratiâ Francorum rex & ODO eâdem gratiâ Tuſculanus epiſcopus, apoſtolicæ ſedis legatus, univerſis præſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino.

Notum facimus, quod cùm inter liberos nobilis MARGARETÆ comitiſſæ Flandriæ & Haynoniæ, quos de nobili viro BOUCHARDO de Aveſnis ſuſceperat ex una parte, & eos quos de nobili viro GUILLELMO de Domna petra eadem comitiſſa ſuſceperat ex altera; mota eſſet contentio ſuper eo quod utraque partium prædictarum comitatus Flandriæ & Haynoniæ, & totam terram quam tenet dicta comitiſſa, dicebat ad ſe poſt obitum ipſius matris eorum jure hereditario pertinere. Tandem de voluntate & aſſenſu præfatæ comitiſſæ & utriuſque partis, amicorum conſilio ſupradicti liberi in nos duos unanimiter compromiſerunt tali modo, quod ſecundum formam juris vel judicii non eſſet in hoc arbitrio procedendum, cùm tota terra prædicta per viam juris parti alteri debere cedere dinoſceretur: ſed de terra prædicta debebamus taliter ordinare, quod utrique partium de dicta hereditate partem aſſignaremus, ſecundum quod nobis videretur bonum eſſe; ita videlicet, quod ambo capita dictorum comitatuum uni eorum dare, vel alteram uni; & reliquum alii, vel partem alteri in comitatu altero, vel utroque, prout nobis bonum videretur poſſemus aſſignare.

(a) Extant in archivis Majoris-monaſterii, in arca ſancti Salvatoris de Landis, litteræ Gaufridi abbatis & capituli Majoris-monaſterii, datæ anno 1256. menſe Januario; quibus conſentiunt prædictæ fundationi. Item litteræ Petri abbatis beatæ Mariæ Regalis, Pictavienſis diœceſis, anno 1257. datæ, quibus idem quod hîc adſtruitur.

Condictum etiam fuit & conceſſum quod ſi A comitatu Flandriæ alteri parti per dictum noſtrum aſſignato, alii vellemus in eodem comitatu partem terræ aſſignare; ille qui partem illam haberet, comitatum habenti de ea homagium faceret, & partem illam teneret de eodem. Similiter ſi à comitatu Haynonenſe per dictum noſtrum alicui eorum aſſignato in comitatu illo alii partem aſſignaremus; ille qui partem illam in comitatu haberet, comitatum habenti homagium faceret, & partem ſuam de illo teneret, niſi terræ conſuetudo in contrarium ſe haberet. B Quod ſi eſſet, homagium faceret, & partem ſuam teneret, ſecundum quod terræ requireret conſuetudo. Inſuper eſt ſciendum, quod partes in hoc unanimiter convenerunt, quod ſi ſine liberis de uxore ſua deſponſata procreandis contingeret aliquem prædictorum decedere: frater ejus germanus, vel ſoror ejus germana, ſi decedens fratrem non haberet germanum, eidem decedenti ſuccederet in tota terra quam haberet. Fuit etiam concorditer conceſſum, quod ſi nos, ODONEM legatum hiis exequendis contingeret non adeſſe: C vir nobilis ROBERTUS comes Attrebatenſis, frater domini regis ad hæc exequenda reciperetur ſine contradictione aliqua loco noſtri. Voluerunt autem partes & conceſſerunt, quod illud quod ordinaretur, fieret, ſalvo honore utriuſque partis: ita tamen quod propter hoc non remaneret, quin partes & diviſiones terrarum & totius hereditatis prædictæ manerent ſtabiles & firmæ, prout à nobis eſſet ordinatum. Conceſſerunt etiam partes, quod contentæ eſſent diviſionibus illis & partibus quas eis aſſignaremus, nec contra ordinationem noſtram venirent aliquo modo, D nec unus in parte alii aſſignanda, ſive in proprietate, ſive in poſſeſſione, aliquid per ſe, vel per alium reclamaret; nec moveret quiſquam eorum contra alterum ſuper hiis in eccleſiaſtica, vel ſæculari curia, quæſtionem aliquo modo, vel aliquâ ratione juris aut facti. Conceſſimus autem nos rex, quod nos reciperemus in hominem de comitatu Flandriæ, vivente dictâ comitiſſa, ſi ipſa hoc petierit, illum qui per ordinationem noſtram dictum comitatum haberet, ſalvâ vitâ comitiſſæ, & ſalvo in omnibus jure noſtro. E Propter abſentiam autem utriuſque partis, vel alterius, non dimitteremus, quin ſi vellemus in eodem arbitrio procederemus; & quidquid fieret vel ordinaretur per nos duos, tantum valeret, & ita tenerentur partes firmiter obſervare, ac ſi ipſis partibus præſentibus factum eſſet. Hæc autem omnia facta fuerunt & conceſſa, eo ſalvo quod comitiſſa prædicta, non obſtantibus dictâ compromiſſione, vel arbitrio noſtro, aut ordinatione, quam ſupra his faceremus, plenam quamdiu vixerit habeat poteſtatem, & adminiſtrationem prædictorum F comitatuum, & totius terræ ſuæ; & de ipſis poſſit pro voluntate ſua facere, ſicut poterat ante compromiſſionem prædictam. Salvo eo quod prædicta comitiſſa nulli prædictorum liberorum ſuorum poſſit terram aliquam, ſeu redditum dare, præter partes quæ per nos eis eſſent aſſignatæ, nec alicui eorum aliquid dare ſupra partem alteri aſſignatam. Supradicta autem omnia & ſingula promiſerunt nobis & ſibi invicem dictæ partes ſe firmiter ſervaturas, & contra nullo umquam tempore quocumque modo venturas, præſtito coram nobis ſuper his corporaliter juramento.

Li dis à Paris.

Nos autem in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus-ſancti. Amen.

In negotio præfato taliter ordinamus, & per dictum noſtrum aſſignamus JOHANNI de Aveſnis militi totum comitatum Haynoniæ cum omnibus pertinentiis: ita quod BALDUINO fratri ſuo militi tenetur de eodem comitatu in portione hereditaria providere. GUILLELMO verò de Domna-petra militi aſſignamus totum comitatum Flandriæ cum omnibus pertinentiis: ita quod fratribus ſuis germanis, GUIDONI ſcilicet & JOHANNI, tenetur de eodem comitatu in portione hereditaria providere. Hæ autem proviſiones fient ſecundum conſuetudines comitatuum prædictorum. Hæc ſiquidem pronuntiamus, retentâ nobis poteſtate declarandi & exponendi ea quæ in dicto noſtro continentur, ſi fortè inter partes ſuper eo aliqua dubietas oriretur. Prænominatæ autem partes dictum noſtrum ſicut prolatum eſt approbaverunt, & ratum & gratum habuerunt: promittentes ſe dictum iſtud fideliter ſervaturas, & nullo umquam tempore contraventuras; & ad majorem ſecuritatem litteras ſuas ſuper his nobis dederunt ſigillis ſuis ſigillatas. In cujus rei teſtimonium, præſentibus litteris ſigilla noſtra duximus apponenda.

Actum Pariſius, anno Domini MCCXLVI. menſe Julio.

Tenor autem declarationis quam ſuper præmiſſis aliàs fratres noſtri dominus JOHANNES & BALDUINUS de Aveſnis ſupradicti fecerunt in Gallico, talis eſt in Latino.

Li reclamations apries le dit.

Nos JOHANNES de Aveſnis, & BALDUINUS, fratres milites, filii illuſtris dominæ MARGARETÆ comitiſſæ Flandriæ & Haynoniæ, notum facimus univerſis præſentes litteras inſpecturis & audituris, quod quando dominus rex Francorum, & epiſcopus Tuſculanus, tunc legatus in Francia, protulerant dictum ſuum de compromiſſo facto in ipſos à nobis ex parte una, & fratribus noſtris, GUILLELMO, GUIDONE, & JOHANNE de Domnapetra ex altera, nos poſt illud dictum poſuimus in calengia, ſive reclamavimus terram de *Waveres*, de *Zubeveland*, de *Norbeveland*, de *Berſele*, & omnes inſulas Zelandiæ cum pertinentiis earum: Quatuor etiam officia, Waiſiam & terram de *Aloſt*, Geraldi-montem, & omnes dictarum terrarum pertinentias, & omnes terras quas domini Flandriæ tenebant ac

Digitized by Google

tenuerant de imperatore, temporibus illis in quibus comites Flandriæ non tenebant Haynoniæ comitatum, & dicebamus quod prædicta non pertinebant ad dictum regis & legati prædictorum, nec erant de pertinentiis Flandriæ.

Li quitations.

Et nos poſt dictam reclamationem, ad preces & requiſitionem kariſſimæ dominæ ac matris noſtræ ſupradictæ, dimittimus calengiam, ſeu reclamationem prædictam totaliter, & quitamus in perpetuum, pro nobis & heredibus noſtris, fratribus noſtris ſupradictis, & eorum heredibus terras antedictas & earum pertinentias tali modo, quod neque nos, neque alius ex parte noſtra de cetero poſſumus aliquid reclamare in dictis terris, aut earum pertinentiis, neque in feodis, neque in demaniis; neque in allodiis, neque in hereditatibus de quibuſcumque teneantur, & renuntiamus expreſsè pro nobis & noſtris ſucceſſoribus, omnibus juribus, & omnibus legibus, omnibuſque conſuetudinibus, & uſagiis, quæ valere nobis in his poſſent, aut noſtris heredibus, contra fratres noſtros prædictos, aut eorum heredes. Recognoſcimus etiam, quod omnia ſupradicta, & feodum Angliæ, atque catellania de Cameraco, & gavalus de Cambreſis, ſunt de pertinentiis Flandriæ, & pertinent ad fratres noſtros prædictos, & eis debent ac eorum ſucceſſoribus permanere. Promiſimus inſuper, fide & ſacramento præſtitis, quod numquam ab hac die, & deinceps contra hanc quitationem, & contra prædicta, per nos, vel per alium veniemus; ſed ea ſervabimus, & tenebimus bene & fideliter omnibus diebus. Et in teſtimonium & ſecuritatem prædictorum, fecimus præſentes litteras fieri, & ſigillis noſtris ſigillari.

Actum anno ab Incarnatione Domini noſtri MCCXLVIII. menſe Januario.

Li autres compromis au Roy.

Cum autem poſtmodum, defuncto GUILLELMO fratre noſtro comite Flandriæ ſupradicto, & illuſtriſſimo domino LUDOVICO Francorum rege præfato extante in partibus tranſmarinis, inter dictos fratres noſtros JOHANNEM & BALDUINUM, & ſuos ex parte una, & dictam dominam matrem noſtram, & nos ac noſtros ex altera, gravis eſſet iterum orta diſſenſio; tandem mediantibus bonis viris ſalubri ducti conſilio, in dictum dominum Francorum regem dicti fratres noſtri JOHANNES & BALDUINUS, pro ſe & ſuis ſucceſſoribus, & dicta domina comitiſſa mater noſtra pro ſe & pro nobis, ac noſtris heredibus, compromiſerunt de alto & de baſſo.

Li dis à Pierone.

Qui dominus rex apud Feronam, anno Domini MCCLVI. menſe Septembri, dicta domina matre noſtra pro ſe & pro nobis ex parte una, & dictis fratribus noſtris JOHANNE & BALDUINO ex altera, coram ipſo præſentibus, dictum ſuum protulit, ac ſolemniter publicavit; & in ipſo dicto ſuo expreſſit, quod ipſi fratres noſtri prædicti dictum & ordinationem ab ipſo domino rege & venerabili domino ODONE Tuſculano epiſcopo, tunc in partibus Franciæ fungente legationis officio, factam inter ipſos JOHANNEM & BALDUINUM de Aveſnis ex una parte, & GUIELELMUM de Domna-petra defunctum, & nos GUIDONEM & JOHANNEM fratres ex altera, ipſi JOHANNES & BALDUINUS de Aveſnis perpetuo tenerent & firmiter obſervarent cum declaratione facta poſtmodum ab ipſis, prout in litteris eorum ſuper hoc confectis continebatur: hoc ſalvo quod feodum de *Crievecuer* & de *Arlues*, cum pertinentiis eorumdem, & *Boucaing* & *Loſtrevant*, ſicut eadem domina comitiſſa mater noſtra tenebat ea, antequam comitiſſa fuiſſet; ego GUIDO comes Flandriæ, & heredes mei ac ſucceſſores deinceps haberemus, poſſideremus & teneremus hereditariè à dominis à quibus ipſa tenentur, aut movent.

Coument li quens de Flandres rendit à ſes freres Loſtrevant.

Nos igitur GUIDO comes Flandriæ, & JOHANNES dominus Domnæ-petræ prædictam compromiſſionem factam apud FERONAM à dicta domina matre noſtra, pro ſe & nobis in dictum dominum Francorum regem ratam & gratam habentes pro nobis & ſucceſſoribus noſtris, dictum iſtud domini regis Francorum grato recipientes animo & concordi aſſenſu, ac per omnia approbantes, prædicta omnia & ſingula, quæ in dicto præfatorum domini regis Francorum, ac domini epiſcopi Tuſculani, atque in præmiſſis declarationis dictorum fratrum noſtrorum litteris continentur; cum præfato domini regis dicto, ſeu arbitrio, ſolemniter ac publicè juravimus, ac promiſimus pro nobis & noſtris ſucceſſoribus, nos in perpetuum firmiter & inviolabiliter ſervaturos, & nullo umquam tempore per nos, aut per alium contraventuros: hoc expreſſo & ſalvo, quod ego GUIDO comes Flandriæ de præfato domini regis Francorum dicto ſeu arbitrato, *Boucaing* & *Loſtrevant*, ſicut dicta domina mater noſtra tenebat ea, antequam fuiſſet comitiſſa, & ſicut ad comitatum ſeu comites Haynoniæ pertinebant, amicabiliter remitto & remiſi, ac pro me & meis heredibus, atque ſucceſſoribus dicto domino JOHANNI de Aveſnis fratri meo, & ſuis heredibus ac ſucceſſoribus comitibus Haynoniæ, liberè, ſpontaneè, ac voluntariè quitto in perpetuum & quitavi: ita tamen quod feodum de *Crievecuer* & de *Allues*, cum omnibus pertinentiis ſuis, ego GUIDO, & heredes, ac ſucceſſores mei comites Flandriæ in perpetuum habebimus, poſſidebimus, & hereditariè tenebimus à domino à quo

Digitized by Google

ɛ tenetur, & ad comites Flandriæ ſi- radictione & calengia dictum feodum s feodis perpetuo pertinebit dicto do- gis & arbitrato ſuper aliis omnibus per ſalvo remanente.

is reconnoiſt que jamais il, ne ſi oir ne puent rien demander à Haynaut.

; igitur comitatum Haynoniæ cum ſuis entiis pro nobis ac noſtris ſucceſſoribus nus & concedimus, in quantum ad nos ſtros ſucceſſores petinere poteſt, domino ANNI de Aveſnis fratri noſtro & ejus he- us ad ipſum JOHANNEM poſt obitum di- atris noſtræ jure perpetuo devolvendum, heredes ipſius dicti JOHANNIS, ſive an- ceſſum dictæ dominæ matris noſtræ, ſi- ſtea ipſum Johannem decedere vel obire ngat, pro nobis ac noſtris ſucceſſoribus: ittentes fide, & corporali ſacramento pu- ; ac ſolemniter præſtito, quod nullum jus nos vel per alium reclamabimus in prædi- , vel in aliquo prædictorum, ſalvis mihi IDONI & meis heredibus feodo de *Crieve-* & de *Allues* cum ſuis pertinentiis, ſicut erius eſt expreſſum, & ſalvo domino BAL- INO de Aveſnis fratri noſtro & ejus he- ibus portione ſua in dicto comitatu Hay- iæ, prout inter ipſum & dictum dominum annem ſpecialiter eſt conventum, & in eo- m litteris ſuper hoc confectis plenius conti- tur.

cuens eſclaire li quel fief apiertienent a le conte de Haynau en ce marce.

Declaramus etiam & expreſsè recognoſcimus, tenore præſenti profitentes, quod homajium de comitatu ſeu marchionatu Namurenſi, & feoda de *Poilevake*, de *Durbuis* & de *a Roche* cum ſuis pertinentiis ſunt de attinentiis Haynoniæ, & ad Haynoniæ comitatum ſeu comites pertinent, nec aliquid juris in eis nos aut heredes noſtri in perpetuum poterimus reclamare.

Promiſimus inſuper & juravimus, quod faciemus fideliter poſſe noſtrum, ſine noſtro dando, ad hoc quod dominus rex Alemanniæ qui fuerit pro tempore inſtitutus & electus, ſeu epiſcopus atque eccleſia Leodienſis, epiſcopus Cameracenſis & domini quicumque de quibus prædictus comitatus Haynoniæ ſeu pertinentiæ ſupradictæ tenentur aut movent, prædicta omnia ac ſingula rata & grata habebunt, & quantum ad ipſos pertinebit, per ſuas litteras confirmabunt; & quod omnia judicia, ſi qua facta ſunt in dictis curiis vel aliqua ſeu aliquibus dictarum curiarum, quæ ſint vel eſſe poſſint contra prædicta vel aliquod prædictorum, vel quæ poſſint eſſe in dictorum domini JOHANNIS & BALDUINI fratrum noſtrorum vel ſucceſſorum ſuorum, quantum ad prædicta præjudicium & gravamen, revocabunt & penitus adnullabunt.

Promiſimus etiam ac juravimus, quod faciemus fideliter totum poſſe noſtrum, ſine noſtro dando, ad hoc quod dicti dominus rex Alamanniæ electus atque eccleſia Leodienſis, epiſcopus Cameracenſis, & domini quicumque de quibus prædicta movent, recipiant ad homagium de comitatu Haynoniæ, & de homagio marchionatus Namurcenſis, & de omnibus illis quæ ſupra diximus eſſe de pertinentiis comitatus Haynoniæ, dictum dominum Johannem poſt obitum dictæ dominæ matris noſtræ, vel etiam ante ejus obitum ſi ipſa domina mater noſtra hoc voluerit, & duxerit requirendum, ſalvo nobis & noſtris ſucceſſoribus feodo de *Crievecuer* & de *Allues* cum pertinentiis eorumdem.

Promiſimus inſuper & juravimus pro nobis & noſtris ſucceſſoribus, quod nullo umquam tempore faciemus aliquod homagium per nos aut per alios domino regi Alamanniæ electo, ſeu epiſcopo vel eccleſiæ Leodienſi, ſeu dominis quibuſcumque de comitatu Haynoniæ, ſive de terris illis, ſeu de marchionatu Namurcenſi, ſeu feodis aut homagiis, ſeu aliquibus, aut aliquo eorum quæ ſuperius declaravimus eſſe de comitatu vel pertinentiis comitatus Haynoniæ, & ad fratres noſtros prædictos perpetuo pervenire, præterquam de feodo de *Crivecuer* & de *Allues* ac eorum pertinentiis. Et ego GUIDO comes Flandriæ prædictus pro me & meis ſucceſſoribus omnes abjudicationes & adjudicationes, ſeu omnia judicia, ſi qua facta ſunt, aut dicuntur fuiſſe facta, in curia domini regis Alamanniæ; vel electi Leodienſis, ſive alibi contra dictam dominam matrem meam, aut dictum JOHANNEM de Aveſnis fratrem meum & ejus ſucceſſores, aut quæ poſſent in eorum detrimentum vergere ſeu gravamen, facientia ſcilicet mentionem de comitatu Haynoniæ, ſive de marchionatu, aut homagio Namurcenſi, ſive de terris, feodis, homagiis, aut aliis ſupradictis, vel aliquo eorum quæ ſupra declaravimus eſſe de pertinentiis Haynoniæ, & ad fratrem noſtrum dominum JOHANNEM de Aveſnis & ejus ſucceſſores comites Haynoniæ pertinere, & omnia homagia, ſi qua dictis dominis feciſſem de prædictis vel aliquo prædictorum; & omnes litteras, ſive cartas, aut inſtrumenta, ſi qua eſſent ſuper dictis judiciis vel abjudicationibus & adjudicationibus, aut homagiis confecta, ſeu de ipſis facientia mentionem à domino papa vel ejus legatis aut delegatis ſeu ſubdelegatis, vel rege Alamanniæ, ſeu electo Leodienſi, aut alio quocumque data vel danda, impetrata vel impetranda ex tunc reddo, irrito, caſſo, renuntio penitus, & annullo, renuntio pro me, heredibus & ſucceſſoribus meis omnibus ſingulis ſententiis, privilegiis, & alii litteris apoſtolicis, regalibus & imperialibus & alii litteris & privilegiis quibuſcumque ſuper præmiſſis, & eorum quolibet promulgatis, impetratis, obtentis, & quæ poſſent in poſterum impetrari, & modo quolibet obtineri contra prædicta vel aliquod prædictorum.

Digitized by Google

Renuntio pro me, heredibus meis, & ſucceſſoribus, omni juri, & juribus realibus & perſonalibus, utilibus, directis & mixtis, quod, & quæ mihi, heredibus & ſucceſſoribus meis competierant, & competere poterant, competunt, & poſſent competere in futurum, contra prædicta, vel aliquod prædictorum, ex juribus & auctoritate prædictæ ſententiæ, & ſententiarum, privilegii & privilegiorum, & litterarum apoſtolicarum, imperialium & regalium, & aliarum quarumcumque litterarum; & proceſſuum quorumcumque, & alio quoquo modo. Volens & concedens dicta judicia, homagia ac inſtrumenta ex nunc irrita & inania eſſe, & nullius omnino roboris aut valoris; & ipſa inſtrumenta reddo ex nunc & reſigno, & quandocumque aliqua eorum apparuerint, teneor ea reddere dicto JOHANNI fratri meo, aut ejus mandato ad requiſitionem ejus, vel ipſius fratris mei heredibus, ad eorum requiſitionem.

Ego etiam JOHANNES dominus Domnæpetræ, pro me & ſucceſſoribus meis expreſſè renuntio omnibus ſupradictis judiciis, ſeu abjudicationibus, homagiis ac inſtrumentis, quibus dictus dominus GUIDO comes Flandriæ frater meus abrenuntiat & abrenuntiavit, & ea omnia & ſingula irrita & inania eſſe conſentio atque volo, & quantum ad me, vel meos ſucceſſores pertinere poteſt, irrito & annullo.

Promiſimus etiam nos dicti GUIDO & JOHANNES de Domna-petra, ſub præſtiti vinculo ſacramenti, quod prædicta omnia faciemus bene & ad legem, ſecundum legitimum poſſe noſtrum, ſine noſtro dando, & recognoſcemus ea in curia domini regis Alamanniæ, cum fuerit inſtitutus, & in curia domini electi, & eccleſiæ Leodienſis, prout verbo vel ſcripto mandaverit, aut ordinaverit dicta domina mater noſtra.

Promiſimus inſuper ac juravimus, quod ſi imperator Romanus, ſeu rex Alamanniæ, qui pro tempore fuerit, vel illi domini de quibus movent, ſeu tenentur, aut tenebuntur comitatus Haynoniæ, aut ejus pertinentiæ ſupradictæ, & marchionatus Namurcenſis, quâcumque occaſione dictæ dominæ matri noſtræ, vel domino JOHANNI de Aveſnis fratri noſtro, aut ejus heredibus de dicto comitatu, vel ejus pertinentiis, & marchionatu prædicto, de terris ſcilicet illis, tenuris ſeu dominiis, aut aliis quæ comites Haynoniæ de dictis rege vel electo, aut aliis dominis quibuſcumque tenuerunt, ſeu tenere conſueverunt, prout ſuperius expreſſimus, voluerint ire ad malum, per ablationem videlicet dictarum terrarum, dominiorum, aut tenurarum in toto vel in parte aliqua, ſeu per abjudicationem quamcumque de facto vel de jure factam aut faciendam, contra dictam dominam matrem noſtram, aut dominum JOHANNEM de Aveſnis fratrem noſtrum, ſeu ejus heredes de terris prædictis, dominiis, aut tenuris: nos, vel heredes noſtri, aut ſucceſſores, neque ratione doni, vel excambii, neque alio modo quocumque prædictas terras, dominia, vel tenuras, vel aliquid prædictorum recipere poterimus per nos, vel per alium: nec juris aliquid in eis, vel aliquo eorum, per nos, aut per alium reclamare, neque reclamantibus præſtabimus auxilium, quoad ea, ſeu conſilium, aut favorem: ſalvo mihi GUIDONI & meis heredibus feodo de *Crievecuer* & de *Allues*, cum eorum pertinentiis, & ſalvâ domino BALDUINO de Aveſnis, & ejus heredibus, portione ſuâ in comitatu Haynoniæ, prout inter dictum dominum JOHANNEM & ipſum ſpecialiter eſt conventum.

Et quia prædicta omnia & ſingula quæ ſequuntur, firmiſſimè cupimus obſervari, volumus, conſentimus, & à ſacro-ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſummo pontifice humiliter requirimus inſtanter, quatenus pro tanto bono pacis & concordiæ conſervando, & ne quis de cetero contraire, aut tam periculoſa guerrarum diſcrimina, quæ hactenus inter nos habita ſunt, movere, aut excitare præſumat, prædicta omnia & ſubſcripta confirmare, & litteras ſuas inde dare dignetur: in quibus de verbo ad verbum tenor præſentium ſit inſertus. Supplicantes ſummo pontifici, ac venerabilibus patribus Cameracenſi & Tornacenſi epiſcopis, ut ad prædicta & ſequentia omnia & ſingula firmiter & inviolabiliter in perpetuum obſervanda, nos & ſucceſſores noſtros de plano, ac ſine ſtrepitu judicii procedendo per excommunicationis in perſonas noſtras, heredum, ſucceſſorum, & adjutorum noſtrorum, & interdicti in terras noſtras habitas & habendas ſententias coërceant & compellant: quibus epiſcopis, & eorum ſucceſſoribus, à domino papa ſupplicamus humiliter, & cum inſtantia requirimus, id committi & eoſdem prælatos ad prædicta exequenda fideliter & ſine dilatione per cenſuram eccleſiaſticam ejuſdem ſummi pontificis auctoritate compelli.

Volumus autem & concedimus, à domino papa cum inſtantia requirentes, quatinus ut provideat paci comitatuum Flandriæ & Haynoniæ prædictorum, & multarum regionum ex hoc diſpendiis, corporumque ac animarum periculis innumerabilibus occurratur in perſonas noſtras, heredum, vel ſucceſſorum & adjutorum noſtrorum excommunicationis ſententiam ex nunc ferat in caſibus ſpecialiter infraſcriptis. Videlicet ſi (quod abſit) aliquo fortè tempore nos contingat, aut noſtros ſucceſſores, eundo contra prædicta, vel aliqua prædictorum, movere guerras & arma per nos vel per alium, aut moventibus opem dare contra dictum dominum JOHANNEM de Aveſnis fratrem noſtrum, aut ejus in poſterum ſucceſſores, aut ſi contingat nos, vel ſucceſſores noſtros, aut aliquos ex parte noſtra, vel auxilio noſtro occupare in toto vel in parte; vel invadere, eundo contra prædicta, vel aliquod prædictorum, ſeu etiam reclamare comitatum Haynoniæ, marchionatum Namurcenſem, aut ejus pertinentias ſupradictas, videlicet feodum de *Poilevake*, de *Durbuis*, & de *le Roche* in terris, dominiis ſeu tenuris, excepto feodo de *Crieve-*

Digitized by Google

cuer & de *Allues*, cum pertinentiis ſuis: aut ſi contingeret nos ſuper præmiſſis in aliqua curia ſæculari vel eccleſiaſtica contra dictum dominum JOHANNEM de Aveſnis fratrem noſtrum, aut ejus ſucceſſores movere aliquam quæſtionem, aut homagium aliquod facere de prædictis, ſeu homagio, aut homagiis uti factis aut faciendis ſuper prædictis, vel aliquod prædictorum contra ipſum dominum JOHANNEM de Aveſnis fratrem noſtrum, aut ejus in poſterum ſucceſſores. In quibus caſibus volumus, conſentimus, ac requirimus, quod dominus papa ſit contra nos, & heredes, ſeu ſucceſſores noſtros, ac noſtrorum ſucceſſorum in prædictis adjutores excommunicationis ferat ſententiam, quod ipſo facto quo nos, heredes, vel ſucceſſores, & adjutores noſtri, aut ſucceſſorum noſtrorum iremus contra prædicta, vel aliquod prædictorum in caſibus memoratis, nos, heredes, vel ſucceſſores, & noſtri, aut ſucceſſorum noſtrorum in prædictis adjutores, dictam excommunicationis ſententiam incurramus, & dictam ſententiam dictus dominus papa jam à ſe in dictis caſibus eſſe latam per totas Remenſem, Colonienſem, Senonenſem, & Rothomagenſem provincias, ac alibi ubicumque dicto domino JOHANNI, aut ejus heredibus expedire videbitur, denuntiari faciat, ac dictis prælatis per ſe, ac per alios denuntiandum committat; & nihilominus committat ac injungat eiſdem prælatis, ut in perſonas noſtras, heredum, vel ſucceſſorum, & adjutorum noſtrorum in prædictis ſententiam excommunicationis aggravent: ac nos ipſam incurriſſe per dictas provincias ac alibi, ubi dicto JOHANNI, aut ejus heredibus viſum fuerit expedire, per ſe & per alios denuntient ac promulgent, & terras noſtras habitas & habendas ſupponant eccleſiaſtico interdicto, & omnia loca in quibus nos, aut familiæ noſtræ erunt, poſtquam de plano ſine ſtrepitu judicii cognitum fuerit ab eis nos veniſſe contra præmiſſa, vel aliquod præmiſſorum in caſibus antedictis: nec prædictæ ſententiæ relaxentur, donec quod factum erit contra præmiſſa, plenariè fuerit emendatum.

Prædicta autem ſupplicamus à domino papa dictis prælatis ac eorum ſucceſſoribus ſic committi: ut de ſententiis prædictis, ſive à domno papa, ſive ab ipſis epiſcopis latæ fuerint, abſolvere valeant ac relaxare eaſdem, ac diſpenſare cum clericis, qui poſt latam occaſione prædictâ in eos ſententiam ingeſſerint temerè ſe divinis, poſt ſatisfactionem debitam & condignam.

Volumus etiam & concedimus, quod ſi dictos epiſcopos, aut eorum alterum non ſupereſſe, aut legitimo impedimento detineri contingat, decanus eccleſiæ Cameracenſis loco Cameracenſis; decanus verò Tornacenſis eccleſiæ loco Tornacenſis epiſcoporum auctoritate apoſtolicâ interim per omnia admittantur, & prædicta exequi ſine dilatione fideliter teneantur. Præfatis autem epiſcopis, dictiſque decanis, & eorum ſucceſſoribus in forma præſcripta inſtanter requirimus à ſummo pontifice prædicta committi, & ad ea exequenda ipſos eccleſiaſticâ cenſurâ compelli.

In omnibus autem & ſingulis ſupradictis renuntiamus expreſsè pro nobis, heredibus, & ſucceſſoribus noſtris, omnibus privilegiis & inſtrumentis, ſeu litteris papalibus, vel imperialibus, ſeu regalibus, & aliis quibuſcumque impetratis, & impetrando conceſſis, & quæ poſſent in poſterum impetrari, & privilegiis cruce ſignatis & cruce ſignandis indultis, vel indulgendis, & ſingulis indulgentiis, gratiis, & litteris à domino papa, imperatore, rege, vel alio quocumque impetratis, vel impetrandis, conceſſis & concedendis, & etiam de quibus de verbo ad verbum, & de toto tenore ipſarum, & nominibus impetrantium generalem, vel expreſſam, & ſpecialem oporteat fieri mentionem.

Promittentes ſub præſtiti vinculo ſacramenti, quod nec impetrabimus à domino papa, imperatore, rege, vel alio quocumque, nec utemur impetratis contra prædicta, vel aliquod prædictorum; & ſpecialiter renuntiamus indulgentiæ quæ nobis concedi poteſt, ne in nos poſſint excommunicationis, nec in terram noſtram interdicti ſententia promulgari: niſi in litteris apoſtolicis de hujuſmodi indulgentia mentio habeatur; & juri quo cavetur, quod re integrâ, mortuo mandatore, expirat mandatum.

Renuntiamus etiam beneficio reſtitutionis in integrum, & omnis juris auxilio, tam canonici, quàm civilis, & omni conſuetudini, uſuagio, & ſtatuto: & ſpecialiter uſuagio, & juri illius loci, vel patriæ, ſive terræ, in qua pro uſuagio & jure habetur, vel haberi dicitur: quia qui non eſt adheredatus de terra aliqua feodali, ſeu alia quacumque, non poteſt ſe exheredare de ea, vel ei renuntiare, ſive alii concedere ipſam, vel in alium aliquo modo, ſeu aliqua ratione transferre, ſive ſe ad hoc obligare, vel ſuos ſucceſſores, ſeu de ipſa tranſigere aut paciſci.

Renuntiamus etiam omnibus exceptionibus doli in factum, vel ſine cauſa, & ex injuſta cauſa dilatoriis, peremtoriis, & declinatoriis, & aliis quibuſcumque; conſtitutioni etiam de duabus dietis concilii generalis, & ceteris conſtitutionibus factis & faciendis, & omni appellationi ad quamcumque curiam, & ceteris omnibus quæ poſſent objici contra præſens inſtrumentum, vel factum, & contra prædicta, ſeu aliquod prædictorum.

Renuntiamus etiam omnibus actionibus perſonalibus & realibus, utilibus, directis & mixtis, quæ nobis, heredibus, & ſucceſſoribus noſtris competunt & competierint, quibus poſſemus in toto, vel in aliqua ſui parte, nos, heredes, & ſucceſſores noſtri contra præmiſſa venire & quodlibet præmiſſorum; & ſi quod jus, vel jura, nobis, heredibus, & ſucceſſoribus noſtris, propter quod, vel quæ poſſemus, vel poſſimus venire contra præmiſſa in aliquo, vel in parte nobis competant, & poſſint competere

Digitized by Google

tere in futurum contra dictos fratres noſtros, A heredes & ſucceſſores eorum, contra prædicta videlicet, aut aliquod prædictorum, illi juri & juribus renuntiamus expreſsè, & prædictum jus & jura quæ nobis competunt, & poſſent competere in futurum, contra prædicta ſcilicet, vel aliquod prædictorum paciſcendo prædictis fratribus noſtris, heredibus & ſucceſſoribus eorum, & ad opus eorum remittimus & quittamus. Dictos autem prælatos qui dictas ferent & publicabunt, ſeu facient publicari ſententias, & omnes alios cujuſcumque conditionis B exiſtant, à quibus, vel per quos dictæ ſententiæ publicabuntur, aut deferentur, aſſecuramus ubicumque fuerint, de nobis, & de noſtris, & in noſtra eos cuſtodia recipimus, & conductu per omnes diſtrictos noſtros, atque terras noſtras habitas & habendas. Promittentes ſub præſtito ſacramento, quod eis, nec in perſonis per nos, aut per alium nocebimus, nec in rebus, neque per nos, aut per alium impediemus, ſeu faciemus, quominus dictæ ſententiæ C valeant publicari.

Hoc etiam ſpecialiter & expreſsè hîc ducimus inſerendum, quod nec nos de comitatu Flandriæ, & Flandriæ pertinentiis, ſicut ſunt in dictorum domini JOHANNIS & BALDUINI de Aveſnis fratrum noſtrorum litteris declaratæ, neque de terris, feodis, dominiis, & homagiis ſupradictis, nec dicti fratres noſtri de comitatu Haynoniæ, & Haynoniæ pertinentiis, ſicut ſuperiùs ſunt expreſſa, neque de terris, feodis, dominiis, homagiis ſupradictis, po- D nimus nos ſub judicio domini papæ, vel epiſcoporum, ſeu decanorum ſupradictorum, ad hoc quod cognoſcant utrùm ad nos & heredes noſtros, an ad ipſos, & heredes eorum debeant pertinere: cùm ex præmiſſis dictis & arbitris, ac ex noſtris & dictorum fratrum noſtrorum litteris, prædicta finita ſint & ſopita, & evidens eſt & clarum, quis comitatus, & quæ pertinentiæ, & quæ terræ ac feoda, dominia, & homagia ad nos & heredes noſtros, & quis comitatus, & quæ pertinentiæ, & quæ terræ ac feoda, dominia, & homagia ad dictos fratres noſtros & here- E des eorum debeant pertinere: ſed nos dictorum domini papæ & epiſcoporum ac decanorum juridictioni & poteſtati ſupponimus nos & ſucceſſores noſtros ad hoc, quod nos & noſtros in poſterum ſucceſſores, ad omnia & ſingula ſupradicta tenenda, & nullo tempore veniendum contra in toto, vel in parte eccleſiaſtica cenſurâ compellant, ſecundum quod ſuprà pleniùs eſt expreſſum.

Renuntiamus inſuper ſpecialiter & expreſsè, ne nos, vel heredes noſtri, ſeu ſucceſſores poſ- F ſimus dicere, vel prætendere, quod non teneamur, nec teneremur ad obſervationem omnium & ſingulorum quæ ſuperiùs continentur: pro eo quod dicti fratres noſtri JOHANNES & BALDUINUS, vel alter eorum, vel heredes ipſius JOHANNIS & ſucceſſores omnia præmiſſa & ſingula non ſervaſſent, niſi priùs id eſſet judicialiter cognitum, & per ſententiam definitum.

Prædicta autem omnia & ſingula de lato nobis juramento ſuper obſervatione omnium prædictorum & ſingulorum, & de non veniendo, vel faciendo per nos, nec per heredes, aut ſucceſſores noſtros contra in poſterum ex certa ſcientia, tactis ſacro-ſanctis evangeliis, juravimus & juramus, nos in omnibus & ſingulis ſervaturos pariter & facturos, & contra in aliquo non venturos, ad hoc nos, & noſtros heredes & ſucceſſores, & bona noſtra omnia habita & habenda, mobilia & immobilia prædictis JOHANNI & BALDUINO fratribus noſtris obligantes ſtipulatione ſolemni.

In præmiſſorum autem omnium & ſingulorum teſtimonium & munimen perpetuum nos GUIDO comes Flandriæ & JOHANNES dominus Damnæ-petræ fratres milites ſupradicti præſentibus litteris ſigilla noſtra duximus apponenda. Datum anno Domini MCCLVII. menſe Novembri in die beatæ Ceciliæ.

LITTERÆ BALDUINI de Aveſnis

Quibus Aëlidi relictæ Johannis de Aveſnis fratris ſui promittit litteras de obſervanda compoſitione facta cum præfato Johanne de terra Hannoniæ &c.

Anno 1258. Ex Haſnoniensi cartario dominorum de Aveſnis.

UNiverſis præſentes litteras inſpecturis BALDUINUS filius MARGARETÆ Flandriæ & Haynoniæ comitiſſæ, dominus Belli-montis ſalutem in Domino.

Ad univerſorum notitiam præſentium, tenore proferimus nos bona fide ſimpliciter promiſiſſe, quod cujuſcumque tenoris litteras nobilis domina AELIDIS relicta claræ memoriæ domini Johannis de Aveſnis cariſſimi fratris noſtri, vel ejus certus nuntius pro obſervanda compoſitione ſeu ordinatione ſuper terra Haynoniæ & ejus pertinentiis inter dictum fratrem noſtrum & ſuos heredes ex una parte, & nos & noſtros heredes ex altera facta requiſierit vel requiri fecerit, ſine contradictione qualibet, excluſâ prorſus calumniâ, omnique difficultate remotâ, noſtro ſigillo tibi dabimus ſigillatas, & procurabimus tibi litteras fidejuſſorum quos ad majorem ſecuritatem ſuper hoc conſtituere promiſimus ſub eo tenore quo petierit, prout per dictam MARGARETAM comitiſſam Flandriæ dominum N. epiſcopum Cameracenſem dominum S. de *Augem*, dominum EUSTACHIUM de *Rues* & dominum BALDUINUM de Balliolo ordinatum extitit, & ipſi fuerint recordati: & ſi omnes recordationi hujuſmodi intereſſe non potuerint, recordationi ſive dicto trium ex ipſis ſtabitur in præmiſſis. Datum Cameraci feria ſexta, poſt Epiphaniam Domini, anno Domini MCCLVIII.

LITTERÆ NICOLAI CAMERACENSIS epiſcopi

Ejuſdem argumenti.

Anno 1258. Ex cartario Haſnoniensi dominorum de Aveſnis.

UNiverſis præſentes litteras inſpecturis NICOLAUS Dei gratia Cameracenſis epiſcopus ſalutem in Domino.

Ad univerſorum notitiam tenore præſentium perferimus, nos interfuiſſe & audiviſſe quod dominus BALDUINUS filius illuſtris dominæ MARGARETÆ Flandriæ & Haynoniæ comitiſſæ, dominus Bellimontis, ſimpliciter & abſolutè promiſit, quod cujuſcumque tenoris litteras nobilis domina AELIDIS relicta claræ memoriæ domini JOHANNIS de Aveſnis, Hollandiæ & Zelandiæ tutrix, pro obſervanda compoſitione ſeu ordinatione ſuper terra Haynoniæ & ejus pertinentiis inter dictum dominum JOHANNEM & ſuos heredes ex una parte, & ipſum dictum BALDUINUM & ſuos heredes ex altera facta, ab ipſo domino BALDUINO requiſierit vel requiri fecerit, ſine contradictione qualibet, excluſâ prorſus calumniâ, omnique difficultate remotâ, ſuo ſigillo ſibi conferet ſigillatas, & procurabit ſibi litteras fidejuſſorum, quos ſuper hoc ad majorem ſecuritatem conſtituit, ſub eo tenore quo petierit, prout per dominam comitiſſam Flandriæ & nos & dominum de *Anghien* & dominum EUSTACHIUM de *Rues* & dominum BALDUINUM de Balliolo ordinatum extitit & ipſi fuerint ordinati; & ſi omnes recordationi hujuſmodi intereſſe non potuerint, recordationi ſive dicto trium ex ipſis ſtabitur in præmiſſis.

Datum Cameraci feria ſexta poſt epiphaniam Domini anno Domini MCCLVIII.

LITTERÆ RICHARDI regis Allemanorum.

De pace habita cum domino rege Franciæ & de quittationibus ab eodem factis.

Anno 1258 Ex ms. Cl. V. Petri Menard urbis Turonenſis præfecti.

RICHARDUS Dei gratia rex Romanorum ſemper auguſtus univerſis ad quos præſentes pervenerint ſalutem.

Noveritis nos vidiſſe formam conventionum & pacis quas magiſter Arnaldus Wet Flavienſis præpoſitus noſter protonotarius & procurator nomine noſtro fecit cum illuſtri rege Francorum, quarum tenor hic eſt: NOTUM ſit omnibus præſentibus & futuris, quod ego magiſter Arnaldus Wet Flavienſis præpoſitus protonotarius & procurator ſereniſſimi domini RICHARDI Romanorum regis illuſtris ſemper auguſti viſa eſt diligenter perlecta forma pacis ordinatæ inter illuſtres Franciæ & Angliæ reges & per juramenta procuratorum dicti regis auguſti confirmatæ, eamdem pacem ex auctoritate & plenaria poteſtate mihi data à prædicto domino meo rege Richardo, gratam & ratam habeo, & ejuſdem domini mei nomine & heredum quitto penitus & remitto dicto domino regi Franciæ præſenti & recipienti pro ſe, fratribus, necnon & anteceſſoribus ſuis, heredibus, ac ſucceſſoribus, omne jus & omnem actionem, quod vel quæ dicto domino meo regi jure ſucceſſionis vel hereditatis paternæ vel fraternæ ſeu alio quocumque jure competit vel poterit competere in futurum in terris

A infra nominatis, videlicet in ducatu & tota terra Normaniæ, in comitatu & tota terra Andegaviæ, Turoniæ, & Cenomaniæ, in comitatu & tota terra Pictaviæ, in ducatu & tota terra Aquitaniæ, & generaliter in omnibus terris, & feodis & de & de poſſeſſionibus in terra regni Franciæ conſtituta, quas vel quæ dictus rex Franciæ vel fratres ejus habent vel tenent, vel aliquid ex parte ipſorum vel anteceſſorum ſuorum ex cauſa donationis vel permutationis, ſeu alia quacumque cauſa: ab hac quitatione excipio nominatim jus

B quod eidem domino meo competit in comitatu Angoliſmenſi, vel alibi ex ſucceſſione materna, hoc excepto, quod ſi forſitan, quod Deus avertat, ſucceſſio regis vel regni Angliæ devolvetur ad ipſum dominum meum, jus quod tunc ex illa ſucceſſione competeret in terris & rebus illis, quæ ſecundum formam pacis inter reges Franciæ & Angliæ remanerent vel debent aſſignari eidem domino meo RICHARDO Romanorum regi, ſalvum ſit, non

C obſtante quittatione prædicta: ita tamen quod pro eiſdem domino regi Franciæ faceret quæ dominus rex Angliæ facere tenebatur. Ex eadem etiam poteſtate procuratoris nomine pro ipſo domino meo rege Romanorum & jure ipſius quitto penitus & expreſsè eumdem regem Franciæ & fratres ejus, necnon anteceſſores, heredes, & ſucceſſores eorum, ex omnibus arreragiis & pertinentiis perceptis, & quæ percipi potuerint in omnibus ſupradictis, & de omni rencore, & conteſtatione hinc inde habitis, & de omnibus ſumtibus, & miſiis, &

D damnis occaſione guerrarum irrogatis. Promitto inſuper procuratoris nomine pro ipſo domino meo RICHARDO & jure ipſius regi Franciæ præſenti & recipienti, quod dictus dominus meus non nocebit ipſi regi Franciæ, ducendo vel mittendo milites, vel dando ſeu mittendo pecuniam ad faciendam ei guerram, vel litteras aut nuntios dirigendo ad guerram ei movendam, vel alias contra viſum, & quod ipſe dominus meus perſonaliter faciet quittationes prædictas, & jurabit omnia prædicta

E quantum ad ipſum pertinet bona fide ſervare, nec contra venire per ſe vel per alium in futurum. Et quoniam de his omnibus domino regi ſuas patentes litteras, quando rex Angliæ faciet quittationes & alia in pace ſua contenta, vel ſi fortè tunc commodè non poſſit quamcito, poſtmodum poterit bona fide. Quod autem prædictus dominus meus hæc omnia rata habeat & compleat, & bona fide quantum ad ipſum pertinebit, obſervet, in anima juſjuravi tactis ſanctis evangeliis & ejuſdem domini mei mandato, & auctoritate plenaria ab eo-

F dem ſuper hoc mihi data, in quorum omnium teſtimonium & evidentiam pleniorem, tam viri venerabilis Manſueti prædicti capellani pœnitentiarii ſigillo, quam meo procuratorio feci præſentem litteram communiri.

Actum Pariſius VIII. die Junii anno Domini MCCLVIII. Nos vero dicta forma conventionum & pacis viſa, & diligenter perlecta, quit-

Digitized by Google

tationes & juramentum in anima noſtra ab eodem procuratore noſtro præſtitum, & hac omnia & ſingula in dicta forma pacis contenta rata & firma habemus & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Hoc adverto dumtaxat quod ſi ad nos ſucceſſio regis vel regni Angliæ devolvatur, jus quod tunc nobis ex illa ſucceſſione in terris & rebus illis quæ ſecundum formam pacis regi Angliæ remanent nobis ſalvum manet eodem modo heredibus noſtris ſalvum ſit, ſi ad eos contingat ſucceſſionem ejuſdem regis vel regni Angliæ pervenire, dummodo ipſi reges Franciæ faciant quod rex Angliæ facere tenebatur. In cujus rei teſt. &c. Datum &c.

EPISTOLA CONSULUM Albienſium ad archiepiſcopum Bituricenſem.

Ut pro ipſis intercedat apud regem.

Anno 1258. *Ex cartario archiepiſcopi Bituricenſis*

REverentiſſimo in Chriſto patri ac Domino metuendo Dei gratia Bituricenſi archiepiſcopo Aquitaniæ primati conſules totaque civitas Albienſis ſalutem & promtum fidelitatis obſequium in omni genere famulandi.

Super eo quod veſtra clemens paternitas pro nobis, ut bonus dominus & pius paſtor pro ſuis ovibus, erga dominum regem & alibi in noſtris negotiis verè ac commodè diutius laboravit, non quantas debemus, ſed quantas poſſumus proni referimus vobis grates. Sentimus enim per veſtram providentiam nobis quietem maximam præparatam & damna plurima evitata. Quare ad vos Dominum poſt Deum & noſtrum antiſtitem noſtrum ſingulare refugium iterato ducimus recurrendum, veſtræ paternitatis ſollicitudinem ſupplices exorando, quatinus fidelitatis memores exiſtentes, adhuc circa negotia noſtra per compaſſionis affectum veſtra movere dignemini viſcera pietatis, ad mitigandam ſeu etiam declarandam ordinationem tractatam cum domino rege de facto noſtræ civitatis: quem tractatum nobis graviſſimum & intolerabilem reputamus, de quo dominus noſter epiſcopus nunc in veſtro concilio proximè celebrato pro nobis, ut ab eodem habuimus, attentius vos rogavit, & ad promovendum vobis utiliter iſtud negotium vos non tædeat laborare: quia præſtante Domino indemnem curabimus vos ſervare, & labor veſter vacuus non tranſibit. Inſuper veſtra dominatio non ignoret, quod die de qua dominus noſter epiſcopus convenit vobiſcum in concilio memorato, ipſe dominus noſter epiſcopus & illi de nobis, de quibus expediet, erimus Pariſius, aut idem dominus epiſcopus pro ſe & pro nobis, Domino concedente, facturi pariter & recepturi, quod veſtra ſapientia nobis duxerit conſulendum.

Datum Albiæ v. Nonas Octobris anno Domini MCCLVIII.

CARTA WALTERII EPISCOPI & baronum Angliæ.

Pactum inter regem & Simonem de Monte-forti de comitatu Bigorræ approbantium.

Anno 1259. *Ex cartario Campaniæ regio.*

A Tous cels qui ces lettres verront & orront, VAUTIER par la graces de De eſveſques de Viceſtre, RICHARS DE CLARE cuens de Gloceiſtre & d'Erfort, ROGIER DE BRIGOT cuens de Monffort & marechaus d'Angleterre, HUNFROIS DE BOM cuens de Elfort & de Eſſex, WILLAUME DE FORT cuens d'Albemar, HUGO LE BIGOT juſtice d'Angleterre, PIERRE DE SAVOIE, JEAN MANSEL treſorier d'Eſurvic ROGER DE MORTEMAR, PHILIPPE BLASET, RICHART DE GREI & PIERRE DE MONFORT ſalut en nôtre Seignor. Sachés que nos les convenances faites antre ſeignor lo roy d'Angleterre d'une part, & SIMON DE MONFORT conte de Leyceſtre d'autre part, d'androit la comté de Bigorre; que li devandis conte a baillé au devandis roy ſelon la forme qui eſt contenuë en l'ecrit qui en eſt fais antre aus parti par cirographe, loons & conſoillons, & avons promis en bonne foy que nos les tanrons, & ferons tenir & accomplir quant à nos an apartient. Et en teſmoinance de ce avons mis nos ſceauxs an ceſtes lettres overtes, qui furent donées à Londres l'an de l'Incarnation nôtre Seignor MCC. & LIX. lo ſamedy aprés la Magdeleine.

CONRADI ARCHIEPISCOPI Colonienſis litteræ teſtimoniales de corpore S. Bargæ virginis & martyris S. Ludovico Francorum regi tranſmiſſo.

Anno 1260. *Ex mſ Regii-Montis.*

CONRADUS Dei gratia S. Colonienſis eccleſiæ archiepiſcopus Italiæ archicancellarius univerſis hanc litteram viſuris tam præſentibus quam modernis cognoſcere veritatem.

Cùm præſens corpus in ſcrinio præſenti concluſum magnifico & illuſtri domino LUDOVICO regi Francorum, juxta ejus deſiderium, duxerimus de noſtris partibus tranſmittendum, ne ipſum dominum lateat, ſed tam ei quam cunctis ſanctæ fidei profeſſoribus innoteſcat, cujus hoc corpus fuerit martyris, in quo certa martyrii ſigna & paſſionis apparent indicia, notum eſſe cupimus univerſis, quod corpus iſtud ejuſdem eximiæ & ſanctæ virginis extitit, quæ BERGA proprio nomine vocabatur; natione Britannica; nata cujuſdam comitis illuſtris; & de illarum ſanctarum exercitu virginum, quæ undecim millia numero, prout habet illarum hiſtoria, extiterunt, & ſui apud Coloniam paſſionem & palmam martyrii ſuſceperunt: & cum per divinam revelationem effoſſum de tumba fuerit ejus corpus, & habitum veneratione maxima, ac in ſacra-

rio monaſterii Tuitienſis monachorum ordinis A ſancti Benedicti reconditum multis annis ipſum corpus in medio ignium, eo guerræ tempore, quo diebus noſtris ipſum monaſterium totum fuit incendio concrematum, manſit, ut Domino ſuum operanti miraculum placuit, incombuſtum. In cujus rei fidem & memoriam ſempiternam, hanc conſcribi, & noſtri ſigilli munimine fecimus roborari.

Datum Coloniæ XIV. Calendas Julii, anno Domini MCCLX.

ALEXANDRI PAPÆ IV. ad archiepiſcopum Narbonenſem.

Ut de criminibus, quibus Ruthenenſis epiſcopus infamabatur, inquirat.

Anno 1261. *Ex cartario archiepiſcopi Bituricenſis.*

ALEXANDER epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri archiepiſcopo Narbonenſi, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Quoniam inter cetera ſalutem fidelium affectamus, ſpecialiter multâ mentis turbatione movemur, cùm de ipſis ea nos audire contingit, quæ in ſuarum vergunt periculum animarum; ſed tunc vehementiori cordis afflictione gravamur, cùm de prælatis illa noſtris auribus referuntur, quæ pontificali derogant dignitati, & honeſtati penitùs adverſantur. Cùm ſint enim ad aliorum regimen inſtituti, eò deteriùs ab ipſis exceditur, quò nocent pluribus delinquendo, ſibi videlicet ac aliis quos vivendo perversè incitant ad peccandum. Tot nam- D que mortibus digni noſcuntur, quot ad ſubditos perditionis exempla tranſmittunt. Cùm itaque de venerabili fratre noſtro epiſcopo Ruthenenſi multa nobis enormia, & auditu nimis horrenda, jam ſæpiùs fuerint inſinuata ſiniſtra; videlicet quod excommunicatus & irregularis officia divina profanat, ſimoniacam pravitatem exercet, & incontinentiæ vitio, eò præſertim quod propter ſui horribilem abominationem nominare non licet, perniciosè laborat, alias multis criminibus irretitus, quæ Deum E offendunt, & homines ſcandaliſant. Nos attendentes quod hæc ſi opere inveniantur impleta, tantò in eo ſunt fortiùs deteſtanda, quantò magis ab illicitis carnalibus deſideriis per religionem aſſumtam abſtinere tenetur, & in ipſo eò artiùs punienda, quò graviùs Deum, ſimulans veſte humili quod non erat, offendiſſe probatur; ac nolentes ſub diſſimulatione tranſire, ne incorrecta præſtent audaciam committendi pejora; fraternitati tuæ per apoſtolica ſcripta in virtute obedientiæ mandamus, F quatinus ad Ruthenenſem eccleſiam perſonaliter accedens, & habens præ oculis ſolum Deum, ſi prædictum epiſcopum ſuper præmiſſis apud bonos & graves inveneris diffamatum, inquiras per te, vel per alios fide dignos ſuper præmiſſis & aliis criminibus, de quibus inveneris eum ſimiliter infamatum ſollicitè veritatem. Et quæ inveneris nobis in ſcriptis redacta per aliquem fidelem tranſmittas, præfixo eidem epiſcopo termino peremtorio competenti, quo per ſe, vel per procuratorem idoneum compareat coram nobis, recepturus quod juſtitia ſuadebit. Diem autem præfixionis hujuſmodi, & quidquid ſuper hoc duxeris faciendum, nobis per tuas clauſas litteras harum ſeriem continentes tranſmittere non obmittas.

Datum Laterani III. Idus Februarii, pontificatûs noſtri anno VII.

B *Similes ad eumdem Narbonenſem poſteà epiſtolas direxit* URBANUS *papa, & poſtea ad epiſcopum Mimatenſem, datas Viterbii* VII. *Idus Februarii, pontificatûs ſui anno* I.

AUGERIO ABBATI FULIENSI, GUILLELMUS MARRA magiſter ordinis de Spata, ſe ſuumque ordinem donat.

Anno 1261. *Ex archivis monaſterii Fulienſis.*

IN Nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritûs ſancti.

Sit notum cunctis præſentibus pariter & fu- C turis, quod frater GUILLERMUS MARRA magiſter totius ordinis de Spata in Gaſconia, & frater Gaucerandus ejuſdem ordinis, non inducti, ut ipſi aſſeruerunt, dolo, neque vi, nec circumventi fraude aliquâ, vel decepti, immò gratis, & ſuâ merâ ac ſpontaneâ voluntate, de conſcientia verâ, & corde puro, & fide non fictâ, ſed deliberato conſilio, attento & conſiderato, ſe nimis ſæculariter vivere in ordine ſupradicto, & ſe, & fratres ac ſorores ejuſdem ordinis, & ipſum ordinem hoſtilitatem facientes, deſolatos exiſtere, intendentes & volentes ad frugem melioris vitæ tranſmigrare, auctoritate & voluntate propriâ, & etiam auctoritate & poteſtate & licentiâ ipſi magiſtro à fratribus & ſororibus ejuſdem ordinis vovendo data, & communiter & unanimiter conceſſa, prout in publico inſtrumento præſenti à me Raymundo Dauno publico Tholoſæ notario confecto pleniùs & expreſſiùs continetur; ad honorem Domini noſtri JESU-CHRISTI, & beatæ MARIÆ matris ejus Virginis glorioſæ, & beatorum ſancti Benedicti & ſancti Bernardi tranſtulerunt, & unierunt, & dedicaverunt ſe & dictum ordinem de Spata, cum villis, & molendinis dictis de *Roquas* & *Roquetas*, cum juribus & pertinentiis omnibus ad eaſdem, ad ordinem Ciſtercienſem, ſpecialiter ad domum ſeu monaſterium Fulhiacenſe Ciſtercienſis ordinis, Tholoſanæ diocefis, & ad domnum AUGERIUM abbatem præſentem, & recipientem pro ſe & ſuo conventu & ſuis ſucceſſoribus, & ad conventum monaſterii ejuſdem recipientis, & aſſumentes ibidem habitum ejuſdem ordinis Ciſtercienſis, & obſervantiam regularem, & eidem abbati ſecundum eamdem regulam obedientiam promiſerunt, & ſic ſe transferendo, & dedicando, & uniendo, præfatis abbati præſenti & recipienti, & eorum ſucceſſoribus, & conventui & monaſterio Fulhiacenſi, dictus Willelmus de Roquas & Roquettas, & molendinos, & poſſeſ-

Digitized by Google

ſiones, & honores & homines, & feminas, A cum eorum tenentiis, & jura ad eas ſpectantia & pertinentia, ſcilicet domus, campi, vineæ, prata, vel paſcua, fontes, aquæ, vel piſcaria, cenſus, reditus, vel proventus, quarta, quinta, vel agraria & terrenerietta, dominationes, ademprivia, vel expletivia, debita, vel nomina debitorum, ædificia, vel baſtimenta, & quæcumque alia ex collatione, vel perceptione nobilis domini . . . comitis Convenarum, vel ratione aliâ ipſi magiſtro, ſeu ordini de Spata prædicto dictus magiſter Guilhermus Marra, dicti ordinis de Spata ſe tranſtulit, & B univit eidem ordini ſpectantia & pertinentia, & dedit & contulit datione & collatione & tranſlatione planâ, puriſſimâ, & perfectâ, & unione impræſentiarum & in perpetuum modis omnibus valitura: cedens eidem abbati & conventui, & eorum ſucceſſoribus, omnes ſuas & dicti ordinis de Spata & fratrum ejuſdem ordinis voces, & actiones reales, & perſonales, & mixtas, & utiles, & directas, ad omnia ſua jura eis pro prædictis, vel aliquo prædictorum competentia, vel competitura aliquo jure, vel ratione, & ipſos abbatem, & conventum pro C ſe & ſuis ſucceſſoribus idem magiſter Guilhermus Marra de omnibus & ſingulis ſupradictis, generaliter & ſpecialiter, cum hoc publico inſtrumento nunc & in perpetuum valituro, in corporalem juris & facti poſſeſſionem vel quaſi miſit, poſuit, & induxit, & in ſignum poſſeſſionis traditæ claves dictarum villarum, & molendinorum eidem abbati tradidit, atque dedit, dando nihilominus eidem abbati & conventui ſupradictis licentiam & liberam poteſtatem; ut ſuâ auctoritate propriâ, ſine alicujus curiæ vel judicis licentiâ requiſita poſſint liberè de dictis omnibus & ſingulis poſſeſſionem D corporalem & vacuam accipere, & nanciſci, & inde de toto facere ſuam omnimodam plenariè voluntatem ſe idem magiſter & dictum ordinem de Spata inde penitus ſpoliando, & dictos abbatem & conventum & monaſterium Fulhienſe inveſtiendo, nullo ſibi vel dicto ordini de Spata ibi retento, vel etiam reſervato: promittens idem magiſter per ſtipulationem dicto abbati Fulhienſi nomine ſui & dicti conventûs ſe omnia & ſingula ſupradicta rata & firma habere & tenere, & in perpetuum obſervare, & numquam per ſe, vel per interpoſitam perſonam aliam, clam vel palam contravenire, vel aliquid de prædictis revocare, vel E etiam retractare: renuntians ſuper his conſultæ exceptioni fraudis & doli, & beneficio integro reſtitutionis, & dicti ordinis de Spata obſervantiæ regulari, & omni juris auxilio, tam canonici quàm civilis, ſcripti & non ſcripti, promulgati vel promulgandi, per quod poſſet contra prædicta venire, vel aliquod prædictorum, & ad majorem firmitatem horum omnium habendam, ſingula & univerſa prædicta diſtributivè, & in unum collecta, præfatus magiſter juravit; quatuor ſanctis evangeliis corporaliter à ſe tactis, promittens ſub virtute F ejuſdem juramenti dicto abbati ſtipulanti, quod de ipſo juramento remiſſionem, ſeu indulgentiam, aut licentiam contraveniendi à domno papa, vel ab aliquo alio nullatenus poſtulabit. Nam ita conceſſit hæc omnia & ſingula idem magiſter frater Guilhermus Marra, quæ prædicta ſunt ſupradicto abbati Fulienſi, & conventui, omni intervallo poſtpoſito & remoto. In his verò venerabilis pater R. Dei gratiâ Tholoſanus epiſcopus, auditis & conſideratis diligenter omnibus & ſingulis conceſſit, & ſuum pium præbuit aſſenſum, & eâdem ſuâ auctoritate approbavit & etiam confirmavit.

Actum eſt hoc xv. die in introïtu menſis Martii, regnante LUDOVICO rege Francorum, & ALPHONSO Tholoſano comite, R. epiſcopo, anno MCCLXI. ab Incarnatione Domini, & prædictis omnibus & ſingulis contentis ſuperius teſtes ſunt Vitalis de Sermino bajulus de Murello pro domino comite Convenarum, & B. de Santolari miles, & Vitalis Forinus de Burgenco-novo . . . . B. de Inſula Tholoſæ ſubvicarius, Guilhermus de Mello mercator, exceptâ tamen conceſſione dicti domni epiſcopi, de qua ſunt teſtes, Bernardus, Yſarnus archipreſbyter de Murello, & frater JOHANNES abbas Alnarum, & Guilhermus, Unaudus, & Benedictus de Miramonte miles, milites & Guilhardus frater ipſius Guilhermi, Unaudi, Petrus, Bernardus, Daurius fuit ad totum præſens, & eſt de toto teſtis, & cartam iſtam ſcripſit.

CONRADI ARCHIEPISCOPI Colonienſis litteræ teſtimoniales de variis reliquiis Regali-monti monaſterio conceſſis.

CONRADUS Dei gratiâ ſanctæ Colonienſis eccleſiæ archiepiſcopus, ſacri imperii per Italiam archicancellarius, ſalutem & obſequium, cum ſinceriſſimæ dilectionis augmento. *Anno 1261. Ex autographo Regalis-montis.*

Ad veſtræ notitiam ſerenitatis compendiosè providimus perducendum, quod, noſtrâ procurante ſinceritatis induſtriâ, ſacra de ſanctorum Thebæorum, ac undecim millium Virginum veneranda ſocietate corpora, prout inferiùs annotata ſunt; veſtris per manus fratris Adæ prioris Regalis-montis, ordinis Ciſtercienſis, variis morum honeſtate, ac diſcretione fulgentis deſideriis tranſmittuntur; quæ quidem hæc ſunt: Vernerius præpoſitus ſancti Gereonis, & capitulum ibidem mittunt vobis unum corpus de Thebæis; abbas de Tuicio duo corpora nomina habentia. Item abbatiſſa ſancti Valburgis, ordinis Ciſtercienſis, ſoror noſtra unum corpus. Item magiſtra ſanctorum Machabæorum; unum corpus. Hadevingis ſanctimonialis ibidem unum corpus. Item abbas & conventus Veteris montis, ordinis Ciſtercienſis, duo corpora. Item Walbero duo corpora, quæ de ſanctarum undecim millium Virginum conſortio cum multa devotione, & magnis laboribus ſunt collecta: mittentes vobis noſtras patentes litteras in teſtimonium ſuper eo.

Digitized by Google

Datum Idus Septembris, anno Domini A MCCLXI.

LITTERÆ BERNARDI ABBATIS & conventûs Silvæ-majoris, quibus Eduardo regi Anglorum primogenito conceditur adminiſtratio prioratûs de Bella-valle in dioceſi Sueſſionenſi.

Anno 1261. Ex Sylvæ Majoris autographo.

UNiverſis præſentes litteras inſpecturis B. (Bernardus *de la Haïe*) Dei miſeratione abbas, totuſque conventus monaſterii Silvæ-majoris Burdegalenſis dioceſis ſalutem in Domino ſempiternam.

Noveritis quod nos conſiderata affectione quam vir magnificus dominus EDUARDUS illuſtris domini regis Angliæ primogenitus habet & habuit erga nos & monaſterium noſtrum: conſiderata quoque utilitate quæ monaſterio noſtro ex ipſo obvenit, &, concedente Domino, in futurum obveniet, conſenſu unanimi & voluntate concordi domum noſtram de Bella-valle Sueſſionenſis dioceſis cum pertinentiis ſuis eidem uſque ad viginti quinque annos continuos & completos concedimus & donamus. Adminiſtrationem cujus domus & bonorum ipſius volumus & concedimus, ut dominus Johannes de *Gutilli* miles, quem ad hoc dominus EDUARDUS de conſenſu noſtro conſtituit loco ſui, per ſe vel per alium exerceat & exercere poſſit, & de fructibus ipſius diſponat & diſponere poſſit, uſque ad tempus prædictum prout ſibi videbitur expedire. Ipſe verò tenetur duobus monachis presbyteris, qui ibidem in ſpiritualibus deſerviant, ſibi concedendis à nobis, per totum tempus prædictum neceſſaria miniſtrare. Bona quoque ipſius domus immobilia ipſe alienare non poterit, nec obligare, vel aſſenſare, ita quod cenſa vel obligatio ultra tempus producantur prædictum. Et prædicto tempore completo, ipſe tenetur reddere nobis domum prædictam cum pertinentiis ſuis, non magis oneratam debitis, quam in præſenti exiſtat. Necnon nobis tenetur ſolvere annis ſingulis per prædictum tempus in prima die Maii quinquaginta libras Turonenſes, apud domum prædictam; quas ipſa domus monaſterio noſtro ſolvere conſuevit. Ipſe quoque dominus EDUARDUS in recompenſationem donationis prædictæ nobis cedit & donavit perpetuo viginti libras Burdegalenſes annui reditus, de quibus nos plenè & perfectè pacatos habemus. In quorum teſtimonium tam ipſe quam nos ſigilla noſtra præſentibus duximus apponenda. Datum & actum in feſto S. Remigii in capite Octobris anno Domini MCCLXI.

LITTERÆ O. MIMATENSIS EPISCOPI de hominio ab epiſcopo Albienſi præſtito archiepiſcopo Bituricenſi, pro civitate Albienſi.

Anno 1262. Ex cartario archiepiſcopi Bituricenſis.

UNiverſis præſentes litteras inſpecturis O. Dei gratia Mimatenſis epiſcopus ſalutem in Domino.

Noveritis quod anno Domini MCCLXII. die Martis poſt feſtum apoſtolorum Petri & Pauli apud Claromontem in clauſtro monaſterii ſancti Illidii nobis præſentibus & multis aliis, venerabilis pater B. Dei gratia Albienſis epiſcopus recognovit quod prædeceſſores ſui epiſcopi Albienſes reverendis patribus Dei gratia archiepiſcopis Bituricenſibus fidelitatem & homagium fecerant de civitate Albienſi & pertinentiis ipſius, & quod civitatem cum pertinentiis in feodum tenuerant ab archiepiſcopis memoratis. Item recognovit quod ipſe felicis recordationis domino PHILIPPO quondam Biturigenſi archiepiſcopo fidelitatem & homagium fecerat de prædictis, de eiſdem etiam civitate & pertinentiis dicta die, loco, & præſentibus fecit homagium idem epiſcopus Albienſis reverendo Patri & JOHANNI Dei gratia Bituricenſi archiepiſcopo Aquitaniæ primati, & recognovit ſe prædicta tenere in feodum ab archiepiſcopo Bituricenſi. Verùm ante receptionem dicti homagii proteſtatus fuit memoratus Bituricenſis epiſcopus, quod dictum homagium Bituris erat faciendum: propter tamen infirmitatem & debilitatem dicti epiſcopi Albienſis volens ipſius parcere laboribus & expenſis, dictum homagium ad ipſius requiſitionem apud Claromontem recipiebat, ſalvo tamen in poſterum jure eccleſiæ Bituricenſis in hac parte. In cujus rei teſtimonium præſentibus litteris ad requiſitionem dicti reverendi patris J. Dei gratia Bituricenſis archiepiſcopi Aquitaniæ primatis ſigillum noſtrum duximus apponendum.

Actum die Martis anno Domini MCCLXII.

EPISTOLA CONSULUM Albienſium ad Johannem archiepiſcopum Bituricenſem.

Commendant ipſi res ſuas.

Ex cartario Bituricenſis archiepiſcopi

REverentiſſimo in Chriſto patri ac domino poſt Deum & noſtrum antiſtitem refugio ſingulari JOHANNI Dei gratia Bituricenſi archiepiſcopo Aquitaniæ primati, conſules & univerſitas Albienſis ſalutem ſub omni genere reverentiæ ac honoris.

Quantum affectum univerſalis gaudii & honoris nobis dominationis veſtræ litteræ contulerunt brevi ſermone ſeu littera exprimi non valeret. Sed licet ſuper præſentatione defenſionis, conſilii & auxilii, quæ nobis per vos Dominum nobis protectionis clypeum offeruntur, grates & laudes referre debitas non poſſumus, illas quas poſſumus veſtræ providentiæ duximus referendas: humiliter ſupplicantes, ut negotia & facta prædictæ civitatis quæ dominationi veſtræ per concives & ſpeciales noſtros nuntios proponimus breviter explicare, aſſumere, reputare ac expedire dignemini ſicut veſtra, mandando nobis ut veſtris ſpecialibus veſtræ beneplacitum voluntatis.

Datum Albiæ die Sabbati ante feſtum ſanctæ Ceciliæ.

Digitized by Google

TESTAMENTUM ARMANDI d'Alegre.

Anno 1263. Ex Archivis Caſæ-Dei

IN nomine Domini noſtri JESU-CHRISTI anno Incarnationis ejuſdem MCCLXIII. in feſto Sancti Clementis Ego ARMANDUS dominus *d'Alegre* ſanus mente & corpore, religionem intrare volens, ut extrema neceſſitas ſemper & ubique inveniat me paratum, de bonis meis & viribus ac rebus omnibus diſpono & ordino, teſtamentum meum facio in hunc modum. In primis HUGONETUM filium meum legitimum & maritalem inſtituo in heredem univerſalem ſeu generalem in caſtris meis d'*Alegre* & de *Chamel* & de Sancto Juſto, & mandamentis & pertinentiis eorumdem, & in omnibus bonis meis aliis & juribus, exceptis illis quæ aliis legavero vel donavero & mihi retinuero. ALAZAIS verò filiam meam uxorem P. domini de Rochobaro inſtituo in heredem in quingintis libris Viennenſibus, & in quindecim libris ejuſdem monetæ cenſualibus: quæ omnia conſtitui & aſſignavi eidem ALAZARIS in dotem cum dicto marito ſuo, & de quibus omnibus eidem in ſolidum ſatisfeci. Et amplius dono eidem nomine interinſtitutionis centum ſolidos dictæ monetæ ſemel tantum ſolvendos eidem. Item AMPHELEZAM filiam meam uxorem Guillelmi Duſſam inſtituo in heredem in quadringentis libris Viennenſibus, & in decem libris ejuſdem monetæ cenſualibus quas præcipio eidem AMPHELEZAM aſſignari à dicto herede meo univerſali: de quibus quadringentis libris ſolvi domino JAUCERANDO Duſſam patri dicti Villelmi tria millia ſolidorum Viennenſium, & de reſiduo præcipio eidem ſatisfieri à dicto filio meo: quæ omnia aſſignavi & conſtitui eidem AMPHEL in dotem cum dicto marito ſuo, & amplius dono & lego eidem jure juſtificationis centum ſolidos dictæ monetæ ſemel tantum ipſi ſolvendos. AGNETEM verò filiam meam monialem domum de *Camps*; & eamdem domum inſtituo in heredem in mille ſolidos Podienſis monetæ, quos donavi & ſolvi in *Heland* eidem domui pro ea & amplius in XIII. libris Podienſibus, quas lego eidem, quo ad vixerit, totum percipiendas annuatim in mercato d'*Alegre*. Item ELIZABETH & CATHERINAM filias meas moniales dictæ domus de *Camps* & ipſam domum pro eis inſtituo in heredes in duobus mille ſolidis Podienſis monetæ: quos donavi & ſolvi in hetam dictæ domui pro eiſdem, & amplius in villam meam de *Sacnat* cum pertinentiis, excepto tamen fœno & *lo Livrage*, quam villam lego eiſdem filiabus meis, quoad vixerint tantum: volens tamen & præcipiens quod de proventibus dictæ villæ de *Sacnat* percipiantur & deducantur primo à dicta domo XXV. ſolidos Podienſes pro legato facto eidem domui pro matre mea: quos viginti quinque ſolidos percipio annuatim cum domino de *Sanac* & fratre ejus. Item MARGARETAM & ELELIS filias meas moniales ſeu donatas domos de *las Chezas* & ipſam domum pro eis inſtituo in heredes quamlibet earum in mille ſolidis Podienſibus, & in villa de *Chardas* cum pertinentiis ſuis, excepto fœno & *lo Livrage*: quam villam dono eiſdem filiabus meis, quoad vixerint tantum, & eidem domui pro eis jure inſtitutionis. Item retineo mihi de bonis meis ad omnimodam voluntatem meam faciendam villas de *Saſſac*, de *Fraiſſenet*, & de *Cerzols*, & de *Branchinac* cum pertinentiis, & pedagium de ponte *Arlenchez*. Item, dono & lego ELIZABETH dilectæ uxori meæ, quoad vixerit, tantum villam del *Mazel* de *Ives* cum pertinentiis, excepto *lo Livrage* & fœno. Dono etiam eidem totum illud quod habeo jure proprio, & jure dotis ipſius in villis de *Barribac* & de *Peſſolas*, & de *Samas*, & de *Anveac*, cum pertinentiis earumdem, & amplius decem libras Podienſes percipiendas annuatim in dicto mercato d'*Alegre*. Volo autem & præcipio quod dictæ villæ de *Sacnac* & de *Chardas* cum pertinentiis & dictæ XIII. libræ quas legavi dictæ AGNETI filiæ meæ ad vitam ſuam, poſt mortem ipſius & dictarum ſororum ſuarum monialium, & totum illud quod habe, jure proprio in dictis villis de *Barribac*, & de *Peſſelus*, & de *Samas* & *Anveac*, & in pertinentiis ipſarum, & dictæ decem libræ, quas legavi dictæ uxori meæ ad vitam ſuam, poſt mortem corporalem ejuſdem uxoris meæ libenter & ſine impedimento aliquo remittantur & devolvantur ad dictum heredem meum generalem. Volens & præcipiens quod dicta uxor mea villam del *Mazel*, & illud quod habeo jure proprio in dictis villis de *Barribac*, de *Peſſolas*, de *Samas* & de *Anveac* & earum pertinentiis, & dictas decem libras poſt mortem ſuam & dictæ filiæ meæ moniales & dictæ domus quarum ſunt moniales, poſt mortem earumdem filiarum mearum monialium dictas villas de *Sacnac* & de *Chardas*, & dictas duodecim libras dicto heredi meo generali liberè & ſine impedimento aliquo reſtituere teneantur. Et iſtud onus eidem uxori & dictis filiabus meis monialibus & dictis domibus impono, & eaſdem omnes huic oneri ſuppono. Volo tamen & concedo quod dicta uxor mea de his quæ ad ipſam pertinent jure dotis in dictis quatuor villis & earum pertinentiis voluntatem ſuam omnimodam, tam in vita quam in morte facere poſſit. Item, domui Caſæ-Dei dono & lego ad anniverſarium meum ibidem perpetuo faciendum ſexaginta ſolidos Podienſes & quatuor ſextaria ſiliginis perpetuo debitalia, quos ſexaginta ſolidos & tria ſextaria ſiliginis percipiet dicta domus annuatim de denariis debitalibus & de blado debitali quod habeo in villa de *Saſſac*, quæ eſt in mandamento de *Chalmel*, & quartum ſextarium percipiat cum decano ejuſdem domus, qui illud mihi debet debitale. Volo autem & præcipio quod quandocumque una de dictis filiabus meis monialibus dictæ domus de *Cheſis* deceſ-

Digitized by Google

ſerit, quod portio pro mortua de dicta villa de A *Chardas* & ipſius reditibus, remaneat tamen poſt mortem ipſius penes dictam domum eamdem in hereditatem pro ipſa præmortua. Et poſt dictum annum dicta portio dictæ præmortuæ de dictis bonis ad dictum heredem meum generalem, & liberos & heredes ipſius liberè et ſine impedimento aliquo revertantur & devolvantur. Quandocumque verò dictus HUGO filius meus deceſſerit ſine prole ex legitimo matrimonio procreata, quam dictus .... et ſuſtituo eidem dictam ALAZAIS filiam meam B uxorem domini de Rochubaro ſupradicti, & liberos ipſius legitimos & naturales in dicto caſtro meo d'*Alegre* & dictam AMPHEL filiam meam, & prolem ejus legitimam & naturalem in dicto caſtro de *Chamel*. Si tamen remanſerint ſuperſtites poſt dictum Hugonem & prolem ejus, & dominum de Chalanco nepotem meum, & ejus prolem legitimam & naturalem in dicto caſtro Sancti Juſti, & dictas filias meas moniales ſeu donatas dictarum domorum C de *Camps* & de *Chezis*, & eaſdem domos in his omnibus in quibus eas inſtitui heredes, & quas eis legavi quandocumque, & ſi jam dictas filias meas ALAZIS & AMPHELISAM abſque prole legitima & naturali mori contigerit, ſubſtituo eiſdem dictum Hugonem & prolem ejus legitimam & naturalem: ſi tamen remanſerint ſuperſtites poſt illas vel alteram illarum, & prolem earumdem. Volo tamen & præcipio quod dictæ filiæ duæ meæ ALEZAIS & AMPHELESAM poſſint donare & legare pro anima ſua, D & medietatem de dictis nongentis libris quas aſſignavi eiſdem in dotem, vel aliis voluntatem ſuam facere debet eadem. Volo etiam & præcipio quod dictâ ſubſtitutione dicto filio meo de dictis filiabus meis factâ locum habente, quod dicta ALAZAIS & proles ejus teneatur reddere & aſſignare domino de *Bodex* meo nepoti & heredi ejus, fratri videlicet, vel proli ejus legitimæ & naturali mille ſolidos Podienſis monetæ perpetuò cum dominio cenſuales in mandamento dicti caſtri *d'Alegre*. Et dicta AMPHELISA, & proles ejus legitima & naturalis E alias mille ſolidos ejuſdem monetæ perpetuo cenſuales cum dominio in dicto caſtro de *Chamel*, EUSTACHIO DE MONTE-ACUTO nepoti meo, & proli ejus legitimæ & naturali, & dictæ domui Caſæ-Dei alias ſexaginta libras ejuſdem monetæ perpetuo cenſuales cum dominio, & prædictas centum quadraginta libras dictæ Podienſis monetæ perpetuo cenſuales cum dominio dictis locum habentibus ſubſtitutionibus prædictis nepotibus mei & eorum proli, & dictæ domui Caſæ-Dei dono & lego, & dictum onus dictarum reſtitutionum & aſſignationum dictorum redituum prædictis ſubſti- F tutis & legatariis... faciendæ dicto heredi meo generali, & dictis filiabus meis, & proli eorumdem imperio, & eos omnes dicto oneri ſuppono. Eccleſiæ verò de *Brazac*, *d'Alegre*, & preſbyteris & clericis eiuſdem loci, & capellæ dicti caſtri, & preſbyteris ejus & capellanis de *Moulet*, & de *Ceus*, & de Caſtro-novo prope *Alegre*; dono & relinquo ad anniverſarium meum in die obitûs mei faciendum, viginti ſolidos Podienſes, & unum ſextarium ſiliginis perpetuò cenſualia: quos viginti ſolidos aſſigno in denariis debitalibus pratorum de *Cerzols*, & dictum bladum percipiendum cum colonis, ſeu pageſiis ejuſdem loci: quos liquidos viginti ſolidos, & quod ſextarium bladi volo & præcipio percipi annuatim & in perpetuum per capellanum dictæ capellæ dicti caſtri *d'Alegre*, & dictum anniverſarium fieri per eumdem. Luminariæ verò dictæ capellæ dono & lego decem ſolidos Podienſes cenſuales percipiendos in prato de Borna, quod tenet Robertus *Martin*, & alios tres ſolidos dictæ eccleſiæ de *Grazat* ad id, & alios duos ſolidos eccleſiæ de Caſtro-novo ad id: quos, inquam, quinque ſolidos præcipio percipi annuatim de debitali quod dictus Robertus debet pro dicto prato. Luminariæ verò eccleſiæ dicti caſtri de *Chamel* lego alios tres ſolidos percipiendos annuatim, quos donat ipſe à *Lancens* de prato, quod tenet in prato de *Chamel*; dictos autem duos mille ſolidos Podienſes, quos donavi dictæ domui de *Chezis* in hetam pro dictis filiabus meis donatis ipſius aſſigno eidem domui in dicto mercato meo *d'Alegre*: volens & præcipiens, quod dicta domus percipiat omnes reditus & proventus ejuſdem mercati tamdiu domûs de dictis duobus mille ſolidis dictæ Podienſis monetæ fuerit eidem in ſolidum ſatisfactum, deductis tamen priùs de dicto mercato & de proventibus ipſius prædictis ſummis dictæ pecuniæ, quam de eodem mercato & ipſius proventibus ſuperiùs ſolvi præcepi: reſiduum verò quod remanet ad ſolvendum de dicta dote dictæ AMPHELISÆ filiæ meæ, & omnia alia debita & legata mea volo & præcipio ſolvi in ſolidum à dicto herede meo univerſali, & clamores meos etiam univerſos in ſolidum pacificare ad voluntatem & mandatum executorum meorum inferiùs nominatorum: ut mandati, vel alterius eorum de plano, ſine ſtrepitu judicii. Commiſſarios verò meos executores hujus ultimæ voluntatis meæ, & omnium prædictorum, facio & conſtituo venerabilem patrem abbatem Caſæ-Dei, & religioſum virum priorem Prædicatorum Anicienſium, qui pro tempore fuerint, volens, & præcipiens, & rogans, quod ipſi duo, vel alter eorum, ſi ambo noluerint, vel non potuerint intereſſe, per ſe, vel per quemcumque alium voluerint, ſupradicta univerſa & ſingula exequantur & compellant, & compellere valeant eo modo quo inchoare & efficaciter potuerint dictas liberas & heredes meas prædicta univerſa & ſingula attendere & adimplere. Item volo, jubeo & præcipio fortius & efficacius, quo plus poſſum, quod dicti liberi & heredes mei ſint contenti ex hujuſmodi, in quibus eos heredes inſtitui, & obſervent, attendant, & adimpleant in ſolidum prædictas ſubſtitutiones, & univerſa & ſingula quæ eoſdem facere & adimplere ſuperius præcepi. Hæc eſt autem voluntas mea ultima, quam volo & præcipio valere jure teſtamenti,

Digitized by Google

ſtamenti, vel ſaltem jure codicillorum, vel jure cujuſlibet extremæ voluntatis, vel ſaltem jure ordinationis, vel diſpoſitionis, ſeu dimiſſionis à præſente inter liberos factæ; & mando, volo, & præcipio eam valere eo modo quo meliùs valere poterit. Prætereà ſciendum eſt, quod ego dictus teſtator retineo mihi ad omnimodam voluntatem meam faciendam dictam villam de *Baſſac*, quæ eſt in mandamento dicti caſtri de *Chalmet*, in quod ſuperiùs aſſignaveram anniverſarium meum dictæ domui Caſæ-Dei: quod, inquam, anniverſarium volo & præcipio fieri de reditibus ejuſdem villæ, prout ſuperiùs continetur. Item volo & præcipio quod dicta domus de *Comps* percipiat in ſolutum pro mille ſolidis Podienſibus, quos debeo eidem prædicta helera dictæ CATHERINÆ filiæ meæ tertiam partem proventuum dicti mercati d'*Alegre*, deductis tamen prius dictis viginti quatuor libris, quas donavi & aſſignavi AGNETI uxori meæ prædictis in dicto mercato: quam ſiquidem partem tertiam volo percipi à dicta domo tamdiu quamdiu de dictis mille ſolidis fuerit perceptione ejuſdem dictæ tertiæ partis ſatisfactum. Item, volo, jubeo & præcipio quod omnes dicti liberi mei promittant & jurent, tactis corporaliter ſacro-ſanctis evangeliis, præſentem ultimam voluntatem meam & omnia & ſingula ſupradicta & in hac carta contenta perpetuo attendere, & obſervare, & numquam in aliquo contravenire. Rogant nihilominus venerabiles viros Dalmatium d'*Albiniac*, Bartholomæum *Brum*, Mathæum capellanum de *Monſlet*, Julianum capellanum de *Ceus*, Petrum de *Scupliat*, Petrum de *Menedeyras*, Pontium de *Ceus*, & W. *Eſpina* præſbyteros & Aſſenem de *Sand* & Pontevigii milites, quos omnes vocavi & rogavi intereſſe huic ultimæ voluntati meæ, ut de ea & de prædictis omnibus perhibeant teſtimonium veritati; & quam inſuper præſentem cartam ſuper eiſdem rogatu meo contentam ſigillis ſuis vel alienis ſigillent, & in ea ſuſcribant vel ſuſcribi faciant, & manu propria ſignent eam.

Actum totum anno & die quo ſupra in majori fornello dicti caſtri d'*Alegre* præſentibus teſtibus ſupradictis ad hæc à dicto teſtatore vocatis & rogatis, ut dictum eſt.

LITTERÆ ÆGIDII LE BRUN Comitis-Stabuli

De domo ab ipſo apud Bellum-pratum ordinis Ciſtercienſis monaſterium conſtructa & in eleemoſynam monialibus conceſſa.

Anno 1264. Ex autographo.

JOu Giles li Bruns connéſtable de France fais ſçavoir à tous ciauxs ces lettres verront & oront que je ay fait faire une maiſon à l'abbaye de (a) Beaupré de les Granmont del ordene de Ciſteaux en leur jardin aſſez prés de le mouſtier & celle maiſon devantdite & quancque je y ay edifiet-doins jou pour Dieu & en aumône à l'abbaye devantdite aprés mon trepas pour l'arme de my & pour l'arme de mon pere & de ma mere & de mes freres & de mes trois femmes, & en reſtoer de mi & de tous mes anchieſtres, s'il ont nient ent de l'abbaye qui ne ſoit rendu, & celle maiſon devantdite veut jou aprés men mort que li abbeſſe & li couvent en amendent leur monſtier ou leur dortoir s'elles le trouvent à conſeil & pour que che ſoit ferme choſe & eſtablie, je ay ces lettres ſcelées de mon ſaiel l'an de l'Incarnation noſtre Seigneur Jesus-Chriſt MCCLX. & IV. le mois de Mars.

(a) Plura ordinis Ciſtercienſis monaſteria Belli-prati nomine donata exiſtunt. Nam præter duo virorum inſignia, unum in diœceſi Bellovacenſi & alterum in Tullenſi, duo etiam in Belgio virginum habentur, primum ad Liſam fluvium diœceſis Audomarenſis inter Ariam & Armentarium Flandriæ oppida: ſecundum diœceſis Mechlinienſis ad Teneram fluvium haud procul à Gerardi-monte, ad quod ſpectant præſentes Ægidii *le Brun* Comitis-Stabuli litteræ.

RADULFI DE BALGENTIACO ad Johannem Bituricenſem archiepiſcopum.

Excuſat ſe quod perſonaliter ad eum tamquam dominum accedere nequeat.

Anno 1264. Ex cartario archiepiſcopi Bituricenſis.

A Redoutable pere en Deu & Seigneur & couſin & ami JOHAN par la grace de Deu archeveſque de Borges & primaz de Aquitaine RAOL ſires de Baugency ſaluz o tute reverence & o tute heuneur.

Sires, cum par pluſieurs fois vous aié requis par mes lettres pendens & par mes homes liges le mien que vous tenez par leſſome de mon corps, ou ge aei eſté lenguement, & ſu encores, porquoi je ne poraie pas ne ne puis encore venir en propre perſonne à vos. Encore, Sire, vos requier-je par cete lettre pendenz, & par Huet *Dalonne* mon homme lige porteor de cetes letres le mien que vos tenez quite, ou par plus & ma recréence ou delivrence eue, & mon eſſomepaſſe: je ſui prés & appareillé de fere vers vos quant je devré come vers mon ſeigneur, & ſi com je vos requier à ſeigneur, ge vos requier & prie que vos vos gardoiz de meſprendre ver moy, & le vos requier cum à ſeigneur. Ce fut fait l'an de noſtre Seigneur MCCLX. & quatre le Samedy aprés la decollation S. Jean-Baptiſte.

PRIVILEGIA A JACOBO Aragonum rege Elenenſi clero, &c. conceſſa.

Anno 1264. Ex Craſſenſi autographo.

JACOBUS rex Aragonum & Valentiæ, comes Barchinonæ & Urgelli, & dominus Montiſpeſſulani, concedimus & indulgemus BERENGARIO Elenenſi epiſcopo & capitulo eccleſiæ Elenenſis, & fratribus abbati Craſſenſi, & JAUBERTO S. Michaëlis de Cuxano abbati, & P. abbati S. Martini Canigonenſis, & RAYMUNDO abbati Arularum, & S. abbati S. Geneſii, & abbati Fontis-Frigidi, & prioribus de Corneliano & de Aſpirano, & S. MARIÆ de Campo, & S. MARIÆ de Serrabona,

& univerſis aliis prælatis, & viris religioſis, & A
clericis in dioceſi Elenenſi conſtitutis, quod
ipſi, nec homines eorum, nec etiam extranei
qui non eſſent eorum, qui animalia ducerent
ad terminos & paſcua caſtrorum, locorum, &
villarum eorum, non teneantur dare nobis,
nec ſucceſſoribus noſtris, herbagium, nec ali-
quid ratione herbagii de animalibus quæ in
terminis prædictorum locorum paſcentur. Item
quod ſi eorum clerici habitent in villis & locis
eorum, ab ipſis herbagium non recipiam de
animalibus ipſorum quæ paſcentur in paſcuis B
noſtris. Item, quod homines habentes privi-
legium à nobis, vel anteceſſoribus noſtris con-
ceſſum ſuper juriſdictione civili vel criminali,
ipſi epiſcopus, abbates, & alii eam habeant &
exerceant, prout in eorum privilegiis contine-
tur; mandato, ſi quod in contrarium facia-
mus, penitùs revocato. Item, quod ſi nos man-
datum aliquod fecimus contra privilegia ipſis,
vel eccleſiis eorum, à nobis, vel prædeceſſori-
bus noſtris indulta, & nuntii, vel portarii no-
ſtri ea mandata exequi velint & complere, vel C
ſi aliquod mandatum faciamus, & ipſi contra
vel ultra dictum mandatum in aliquo eos ag-
gravent, vel homines eorum, vel res ipſorum,
& eccleſiarum, vicarii noſtri Roſſilionis, vel
Confluentis & Ceritaniæ poſſint prohibere, &
prohibeant nuntio noſtro, vel portario, ne di-
ctum mandatum exequatur. Item, quod ſi ſu-
per aliqua poſſeſſione, vel honore, vel villa,
ſeu caſtro, ſitis in terminio caſtri, vel villæ,
ſeu in dominicatura noſtra orta ſit, vel oria-
tur quæſtio inter nos ex una parte, & illos ex D
altera, nos in cauſa conſtituimus judicem non
ſuſpectum. Si verò quæſtio ſit, vel oriatur ſu-
per poſſeſſione ſita in terminio caſtri, vel vil-
læ eorum, quod caſtrum, ſeu villa in feudum
per nos non teneatur, nos in cauſa illa unum
judicem, & ipſi alium ponant, qui de cauſa
ipſa cognoſcant infra prædictam dioceſim, &
eam de jure terminent. Mandantes firmiter
vicariis, bajulis, curiis, portariis, juſtitiariis,
& aliis officiariis & ſubditis noſtris, quod præ-
dicta omnia obſervent, & faciant obſervari. E

Datum in Perpiniano x. Calendas Octobris,
anno Domini MCCLXIV.

GERARDUS DE SCARBES
frater Ægidii *de Berlemont* agnoſcit relictam
JOHANNIS de Aveſnis dominam omnium
quæ à fratre ſuo Ægidio tenet in
terra de Struem.

Anno 1265. Ex cartario Haſnonienſi dominorum de Aveſnis.

JOu GERARS ſires de Sclerbes frere monſi-
gneur Giles de Bierlainmont, fac ſavoir à F
tous, que tous les acas que meſires mes freres
devant noumés a reportet à me main de le
terre d'Eſtruem, & lequel il thieſmougne à ſes
lettres pendans qui fu fait à trois hommes,
monſigneur Jehan *d'Eſtrées*, monſigneur Jehan
de Caſtel, & monſigneur Bauduin *de Vualecort*,
je les ai rechus por delivrer & rendre à le vo-
lentet medame Aëlis de Haynnault femme
monſigneur Jehan d'Aveſnes qui fu. Et en
thieſmoing de chou, j'en doins mes lettres pen-
dans ſaielées de mon propre ſaiiel, leſqueles
furent faites l'an del Incarnation noſtre ſigneur
JESUS CHRIST MCCLXV. le diemence apries
les wittaves de la Nativitet noſtre Dame.

ÆGIDIUS DE BERLEMONT
quæcumque acquiſivit in terra de Eſtruem
agnoſcit ſe tenere à relicta comitis
Haynoniæ.

JOu GILLES ſires de Bierlaimont, fac à ſa- *An. 1265.*
voir à tous, que l'acas que j'avoie fait à *Ex Haſnonienſi cartario DD. de*
mon ſigneur d'*Eſtreis* quinze lib. à le taille de *Aveſnis.*
Feron à Borgoiſes d'Eſtroëm à le ſaint Remy,
vint & ciunc lib. à mon ſigneur Jehan *dou
Caſtiel* à le telge de le rogie treize lib. & au
winnage de Warempont dis lib. à rentes de
l'avaine à le ſaint Remy vint muis; à mon
ſigneur Bauduin de *Walecort* Chanteraine, &
toutes les appendances que li bourgois de le
vile de Chanteraine avoint, u qu'il fuſt dedens
le pais de le vile & bourgoiſies & rentes fran-
kement en fie & en homage reporte entiere-
ment & frankement, enſi comme je le tenoie;
pour faire la volenté medame de Haynnau en
otel point à le main mon frere mon ſigneur
Gerard de Sclerbes. En thieſmoing de ces let-
tres, les queles ſunt ſaielées de mon propre
ſaiiel, & furent dounées l'an del Incarnation
noſtre Signeur JESUS-CHRIST MCCLXV. le
Dimenche apries la Nativitet noſtre Dame.

LITTERÆ S. LUDOVICI
Francorum regis;

*De treugis initis inter regem Angliæ & Eduardum
ipſius primogenitum ex una parte, & regem
Navarræ ex altera, uſque ad triennium.*

LUDOVICUS Dei gratiâ Francorum rex, *Anno 1266.*
univerſis præſentes litteras inſpecturis ſa- *Ex cartario*
lutem. *Campaniæ Bibliothecæ*

Notum facimus, quod in præſentia noſtra, *r.gia.*
cariſſimi conſanguinei noſtri H. illuſtris rex
Angliæ, & EDUARDUS ejus primogenitus,
necnon & cariſſimus filius & fidelis noſter TH.
illuſtris rex Navarræ per procuratores haben-
tes ſpeciale mandatum de treugis iniendis, &
in animas prædictorum juramento firmandis
ſuper guerris & contentionibus motis inter di-
ctos regem Angliæ, & EDWARDUM, & regem
Navarræ, treugas inierunt invicem pro ſe &
gentibus ſuis, hominibus, valitoribus, & om-
nibus adhærentibus ſibi, ex hinc uſque ad
triennium poſt Paſcha proximo futurum dura-
turas. Et juraverunt dicti procuratores in ani-
mas dictorum regum & Eduardi, treugas ip-
ſas bonâ fide ſervari ac teneri uſque ad dictum
tempus, & quod dicti reges & EDWARDUS
dictas treugas à ſuis facerent inviolabiliter ob-
ſervari: quâ treugâ ſic initâ & firmatâ coram

Digitized by Google

nobis, procurator dictorum regis Angliæ & Edwardi videlicet Johannes de *Greſby* ſeneſcallus Vaſconenſis, ad requiſitionem noſtram conceſſit, juxta mandatum à dictis rege & Edwardo ſibi factum, quod ſalvum & ſecurum tranſitum & conductum eundo & redeundo, & etiam morando, urgente forſitan infirmitate, vel aliâ juſtâ cauſâ per terram dicti regis Angliæ dicto regi Navarræ præberet, cum moderata familia, & ſine armis, quotiens opus eſſet dicto regi Navarræ, & placeret eidem. Et ut dictæ treugæ poſſent melius obſervari ad tollendam omnem materiam diſcordiæ, declaravimus quod durante treugâ liberum eſſet gentibus prædictorum regis Angliæ & Edwardi, & eorum hominibus, valitoribus, & omnibus ſuis factoribus, & ſibi adhærentibus, ubicumque eſſent ire & redire, & morari pro negotiis ſuis agendis per regnum Navarræ, ſalvo & ſecuro abſque damno alteri faciendo, vel perjurendo, & verſâ vice eodem modo liberum erit gentibus regis Navarræ hominibus, & valitoribus, ſuis factoribus, & omnibus ſuis adhærentibus, & etiam illis qui ſunt de Bayona, ut & redire per Vaſconiam pro negotiis ſuis agendis, ſalvo & ſecure abſque damno alteri faciendo, vel perquirendo. Rurſus durante treuga non licebit regi Angliæ, neque Edwardo, recipere per ſe, vel per ſuos, in auxilium ſuum homines feodatos ipſius regis Navarræ, vel ſuorum feodatorum, neque terras ipſorum. Similiter verſa vice, non licebit dicto regi Navarræ, recipere per ſe, vel per ſuos in auxilium ſuum homines feodatos dictorum regis Angliæ & Eduardi, vel feodatorum ſuorum, neque terras ipſorum. Inſuper declaravimus de caſtro *Lorde*, quod eſt in iſta treuga cum pertinentiis ſuis, & toto territorio ſuo, & habitatoribus ſuis: ita quod habitatores ipſi, cujuſcumque parti adhæſerint, non prohibeantur à culturis terrarum ſuarum, & aliis negotiis ſuis gerendis; & rex Navarræ in eo quod tenet de pertinentiis dicti caſtri, remanebit in ſua tenentia, & comes Bigorræ in ſua. Præterea in caſtro *Lorde*, durante treugâ, ponantur victualia nova uſque ad finem treugæ, quantum voluerint illi de caſtro: ita quod finita treuga, ſi quæ perſonæ anteà diſceſſiſſent, vel tunc infirmarentur, totidem perſonæ & ejuſdem conditionis, & in eadem æqualitate, & tantum, & non amplius de victualibus, armis, munitionibus, & rebus aliis remanebunt in caſtro prædicto, & in duobus burgis caſtro adjacentibus, quantum invenerint in caſtro & burgis prædictis. Magiſter Galterus de Chambliaco capellanus noſter, & Guillelmus de Cheneveriis miles nuntii noſtri, die ipſâ treugas alias inierunt uſque ad octavas proximæ Nativitatis Domini tantummodo duraturas; & ſi quid amplius eſſet de victualibus & munitionibus, & aliis ſupradictis, poneretur extra in tali loco, quod illis de caſtro & burgis prædictis commodum afferre non poſſent, & ne transferi poſſet, licebit nobis verſus finem treugæ per nuntios noſtros providere, quod amplius non remaneat in caſtro & burgis prædictis de perſonis, equis, & armis, victualibus, & munitionibus, & rebus aliis poſt treugam finitam; & de fraude circa hoc non facienda, nec ſuſtinenda fieri recipient nuntii noſtri tunc temporis juramenta ſex majorum perſonarum manentium in caſtro, quæ hoc idem aſſecurabunt, prout melius fieri poterit, ad arbitrium nuntiorum noſtrorum. Recipient etiam de eodem juramenta & ſecuritatem quam meliorem viderint dominorum, qui tenebunt tunc hoſpitia in burgis prædictis. Eſt etiam intentio noſtra, quod rex Navarræ debet declarare ſeneſcallo Waſconiæ, vel locum ejus tenenti per ſuas patentes litteras infra (a) brandones, perſonas de Bayona, quæ ſibi in guerra adhæſerant, & quas vult eſſe in treuga prædicta; & ſi inter illos de Bayona nominandos à rege Navarræ eſſent aliqui, qui pro criminibus commiſſis ab eis banniti eſſent publicè, antequam ipſi regi Navarræ adhæſiſſent in guerra, pro qua eſt inita dicta treuga, prædicta treuga eis ſecuritatem non tribueret, quominus juſtitia debita poſſet fieri de eiſdem, ſi ipſos in Waſconia contingeret inveniri: & ſi eſſent aliqui inter ipſos, qui prius eſſent de criminibus accuſati, redire poſſent, ſalvo & ſecure jus capiendo & faciendo. Rurſus ſi dictus Edwardus dicti regis Angliæ primogenitus, vellet, eundo in Hiſpaniam, vel peregrinando apud ſanctum Jacobum, tranſire per regnum Navarræ, gentes regis Navarræ, ad requiſitionem ſuam, tenerentur ei præbere ſalvum & ſecurum tranſitum & conductum, eundo & redeundo, & etiam..... infirmitate, vel alia neceſſitate urgente, cum moderata familia ſua, & ſine armis. Huic autem treugæ dictus comes Bigorræ coram nobis aſſenſum præbuit, & promiſit dictam treugam ſe firmiter & fideliter ſervaturum. Prædictas etiam declarationes noſtras prædicti procuratores dictorum regum & Edwardi laudaverunt & acceptaverunt coram nobis, aſſerentes prædictas conditiones in præmiſſa treuga per medium præſcriptum, & debere intelligi & ſervari. In cujus rei teſtimonium, præſentibus litteris noſtrum fecimus apponi ſigillum. Actum Pariſius, anno Domini MCCLXVI. die Lunæ ante Natale Domini.

Anno MCCLXVIII. *die Mercurii ante Purificationem beatæ* Mariæ, *hanc cartam ratam habuit* Radulphus *epiſcopus Albanenſis & legatus apoſtolicus.*

GUIDONIS PRIORIS Grandimontenſis ad Theobaldum regem Navarræ & comitem Campaniæ & Briæ.

Supplicat ut Johanni de Chantelas faciat ſatis ſuper fabrica tumuli patris ſui.

Excellentiſſimo domino Th Dei gratia regi Navarræ, illuſtri comiti Campaniæ, Anno 1267. *Ex cartario Campaniæ, Bibliothecæ regiæ.*

(a) Id eſt infra Dominicam primam Quadrageſimæ olim *Dominicam in brandonibus* dictam à brandonibus ſeu facibus, quibus accenſis pueri februare ſolerent.

Digitized by Google

frater Guido humilis prior Grandimontenſis ſalutem in eo per quem principes dominantur.

Serenitati veſtræ ſignificamus, quod Johannes Chatelas burgenſis caſtri Lemovicenſis lator præſentium, bonus & certus magiſter, & approbatus ac fidelis in opere ſuo, bene & laudabiliter fecit, prout audivimus & pro certo credimus, tumulum bonæ memoriæ domimini patris veſtri. Unde regiæ celſitudini ſui devotiſſimè ſupplicamus quatinus eidem magiſtro de ſalario ſuo & expenſis dignetur ſatisfacere veſtra benignitas veneranda, cum eodem etiam amicabiliter componendo, ut tumulum ubi vobis placuerit deferri faciatis: tantum ſuper hoc facientes quod à Deo & hominibus poſſitis merito commendari. Conſervet vos omnipotens ſanum & incolumem per tempora longiora.

Datum in Grandimonte in octava beati Lucæ evangeliſtæ anno Domini MCCLXVII.

SANCTI LUDOVICI Francorum regis litteræ

De caſtro Clarimontis & aliis Roberto filio ſuo conceſſis.

Anno 1269. *Ex ms. Hiſt. Belv. Godefridi Herman accepta à domino d'Heroval.*

LOYS par la grace de Dieu roy des Frans. Nous faiſons choſe cognuë tant aux preſens come avenir, que nous à ROBERT nôtre fil & à ſes hoirs de ſon corps donnons & aſſignons ces choſes qui deſſous ſont denotées aprés noſtre decés, à tenir & poſſeſſier: c'eſt-à-ſçavoir noſtre chaſtel de Clermont avec toutes ſes appartenance, le Nueville en Hes la foreſt & les appartenances d'icelle, Crecey avec toutes ſes appartenances, Sachy avec toutes ſes appartenances, & tout ce que nous avons à Gournay ſur Aronde; & quelcunques autres choſes que nous avons & poſſeſſons en la comté de Clermont & Mori avec les appartenances fiefs & domaines & quelcunques autres choſes nous avons illenc. Et toutes ces choſes devantdites ycil ROBERS & ſi hoirs tennu en fié & hommage lige de nous roy des Frans. Et de ce ſeront tenu rendre ſervice de huz à yceux des choſes toutes voyes que li comte de Clermont ont tenu ou devront tenir des eveſques de Bieauvais & de l'abbé de ſaint Denys, ſont tenu tant ycieux nôtre fieux come le hoir faire hommage à l'eveſque & à l'abbé, qui aront eſté pour le temps. Adecertes cette donation & aſſignation nous faiſons ſans les dons fiez & aumoſnes dounées & ottroiées juſques ai ores lieux & terre devantdit & ſauves donations & reſtitutions, ſe aucunes en avons fait ou avons ordenné eſtre faites à yceux, & ſauf adecertes & tout le droit d'autruy. Et ſi il aura avenu par avanture icelui noſtre fil ou l'oir ou les hoirs morir ſans hoirs de ſon corps, toutes les choſes devantdites retourneront franchement à noſtre hoir ou ſucceſſeur que pour le tems aura tenu le royaume. Que ce ſoit ferme & eſtable & permanant à touſjours nous avons fait garnir ces lettres par l'impreſſion de noſtre ſeel.

Fait à Paris l'an du Seigneur MCCLXIX. au mois de Mars.

EPISTOLA SANCTI LUDOVICI ad Bleſenſem beatæ Mariæ abbatem & conventum.

Mittit ei unam ſpinam ex corona Salvatoris excerptam.

Anno 1269. *Ex autographo.*

LUDOVICUS Dei gratia Francorum rex dilectis ſibi in Chriſto abbati & conventui beatæ Mariæ de Burgo-medio Bleſenſi ſalutem & dilectionem.

Inclinati partibus fratrum & ſororum domûs-Dei Vernonenſis & fratris Galcheri de *Robez* concanonici veſtri, qui in dicta domo-Dei diu converſatus fuit laudabiliter, ſicut audivimus, monaſterium veſtrum pretioſo volentes munere decorare, vobis unam de ſpinis ſacro-ſanctæ coronæ Domini noſtri JESU-CHRISTI tranſmittimus, cum præſentium teſtimonio litterarum: dilectionem veſtram rogantes in Domino, ut eamdem ob ipſius Salvatoris reverentiam debito conſervare ſtudeatis honore & in veſtris orationibus aſſiduam noſtri memoriam habeatis.

Actum Pariſius anno Domini MCCLXIX. menſe Martio.

LITTERÆ SANCTI LUDOVICI regis Francorum

Quibus laïcis decimas percipientibus concedit facultatem eaſdem eccleſiis cedendi.

Anno 1269. *Ex mſ. Cl. V. Petri Meſnard, urbis Turonenſis præfecti.*

LUDOVICUS, &c. notum facimus univerſis tam præſentibus quàm futuris; quod nos divini amoris intuitu & pro remedio animæ noſtræ ac animarum inclytæ recordationis regis LUDOVICI genitoris noſtri & reginæ BLANCHÆ genitricis noſtræ, & aliorum prædeceſſorum noſtrorum, quantum in nobis eſt, volumus & concedimus quod omnes perſonæ laïcales decimas percipientes ab aliis in terra noſtra & in feodis noſtris moventibus mediatè vel immediatè de nobis, quas eccleſiæ perciperent, ſi eas laïci non haberent, poſſint eas relinquere, dare & alio quocumque juſto & licito modo eccleſiis concedere tenendas in perpetuum, noſtro vel ſucceſſorum noſtrorum aſſenſu minimè requiſito: ita etiam quod contra hoc heredes ſeu ſucceſſores noſtri nullatenus ſe opponere valeant, aut hanc conceſſionem noſtram deinceps aliquatenus impedire. Quod ut ratum & ſtabile permaneat in futurum præſentibus litteris noſtrum fecimus apponi ſigillum. Actum Pariſius anno Domini MCCLXIX. menſe Martio.

Digitized by Google

JOHANNIS ABBATIS Vizeliacenſis ad Theobaldum Navarræ regem & comitem Campaniæ & Briæ.

Regi & reginæ donec rex redierit à partibus Transmarinis ſuffragiorum ſocietatem concedit.

Anno 1269. *Ex cartario Campaniæ Bibliothecæ regiæ.*

EXcellentiſſimo domino ſuo, domino Theobaldo Dei gratia regi Navarræ illuſtri, Campaniæ Briæque comiti palatino ſuus JOHANNES abbas Virziliacenſis totuſque ejuſdem loci conventus ſalutem & orationes ad Dominum & ſe ad ejus beneplacita promtiſſimos in Domino JESU-CHRISTO.

B

Veſtræ regiæ majeſtatis grata devotionis beneficia, quæ ad laudem & gloriam divini nominis, ob honorem etiam & reverentiam glorioſiſſimæ (*) Peccatricis nobis & eccleſiæ noſtræ impendiſtis, & liberaliter & benignè, ut vos & dominam reginam & ſpeciales amicos veſtros proſequamur ſpecialium ſuffragiorum gratiam nos inducunt. Quia cum veſtræ devotionis abundantiam quotiens circa nos, licet immeritos & exiguos affluxiſſe, necnon & affluere ſenſimus & ſentimus, veſtræ regiæ majeſtatis quantulaque viciſſitudine poſſumus reſpondere, ejuſdem veſtræ regiæ majeſtatis multorumque animos ad devotionem eccleſiæ noſtræ plenius invitantes ad laudem Domini & ob reverentiam glorioſiſſimæ Peccatricis. Ut igitur pro exhibitis à vobis & à domina regina nobis & eccleſiæ noſtræ bonitatibus & beneficiis participationem omnium bonorum, quæ per nos & fratres noſtros ubilibet exiſtentes operari dignabitur clementia Salvatoris, vobis placeat accepiſſe. Non ſolum hoc generale, ſed etiam hoc ſpeciale quod ſequitur vobis concedimus liberaliter & benignè, videlicet qualibet hebdomada unam miſſam de Sancto Spiritu in conventu, & in quolibet noſtrorum prioratuum qualibet hebdomada ſimiliter unam miſſam; & tres miſſas præter hoc annuatim à quolibet monacho noſtro ſacerdote, videlicet in regno Franciæ commorante à quolibet non ſacerdote monacho, unum pſalterium annuatim & pſalmum *Exſurgat Deus* quotidie poſt matutinas cum oratione & in quatuor miſſis quæ quotidie in eccleſia noſtra ſolemniter celebrantur, pſalmum *Deus venerunt* cum precibus, *Exſurgat Deus* &c. & orationibus conſuetis. Qualibet etiam hebdomada annuatim miſſam de Sancto Spiritu cum pſalmo *Deus venerunt gentes*, & precibus *Exſurgat Deus &c*, & orationibus conſuetis in qualibet eccleſiarum ſæcularium nobis pleno jure ſubjectarum, & duas miſſas cum pſalmo *Deus venerunt &c.* & precibus *Exſurgat Deus* & orationibus conſuetis annis ſingulis à prædictarum ſex eccleſiarum quolibet ſacerdote, donec de jucundo adventu veſtro & lætitia veſtri reditùs ad propria quæ affectamus plurimum magnificemus Dominum, & noſtri exultent ſpiritus in Deo noſtro veriſſimo ſalutari. Concedimus etiam vobis anniverſarium recordationis inclytæ patris & matris veſtrorum in eccleſia noſtra in perpetuum celebranda. Et ſi (quod abſit) obitum veſtrum & dominæ reginæ contingeret nos audire; pro illo de quo audierimus: vel pro utroque ſimiliter faciemus. In cujus rei teſtimonium nos abbas ſigillum noſtrum proprium, & nos conventus ſigillum noſtrum ad cauſas quo ad præſens utimur, & aliud non habeamus præſentibus duximus apponenda.

Datum anno Domini MCCLXIX. Benè & diu valeat & vigeat veſtra majeſtas regia per tempora longiora.

(*) Id eſt ſanctæ Mariæ Magdalenæ, cujus olim corpus in Vizeliacenſi monaſterio ſervabatur.

BERNARDI ABBATIS Gratiæ Dei ad THEOBALDUM Navarræ regem, & Campaniæ ac Briæ comitem.

Suffragiorum participationem ipſi concedit.

C

ILluſtriſſimo & reverentiſſimo domino THEOBALDO divinâ gratiâ regi Navarræ, Campaniæ Briæque comiti palatino, frater BERNARDUS permiſſione divinâ abbas Gratiæ-Dei, Præmonſtratenſis ordinis, Adurenſis dioceſis, totuſque conventus ejuſdem loci humilis, ſalutem, & orationes in Domino ſalutares. Anno 1269. *Ex cartario Campaniæ Bibliothecæ regiæ.*

Omnes quamvis per gratiam baptiſmi fratres ſumus in CHRISTO, & unum Patrem habeamus in cœlo, mandatis ejus, prout poſſumus, obedimus, tunc procul dubio maximè unimur, quando orationibus & beneficiis copulamur. Hinc eſt, Reverentiſſime Domine, quod ex piæ devotionis affectu, quam erga ordinem & domum noſtram ſpecialiter cognoſcimus vos habere, viciſſitudinem quam poſſumus impendentes, ad veſtræ petitionis inſtantiam humilem & devotam, plenam participationem omnium orationum & ſpiritualium beneficiorum, quæ in univerſo ordine noſtro, & ſpecialiter in domo noſtra de cetero fient vobis benignâ concedimus in Domino caritate, de conſilio & aſſenſu conventûs noſtri. Superioribus adjungentes de gratia ſpeciali, ut cùm obitus veſter noſtro fuerit capitulo nuntiatus, tantum pro vobis fiet, quantum pro uno ex noſtris benefactoribus fieri conſuevit, in miſſis, orationibus, & in ſpeciali cum obitûs ſcriptione, & ſolemni anniverſarii celebratione. In cujus rei teſtimonium has patentes litteras vobis conceſſimus & tradidimus ſigillorum noſtrorum munimine roboratas.

Datum apud abbatiam Gratiæ-Dei ſabbato proximo ante feſtum beati Marci evangeliſtæ, anno Domini MCCLXIX.

Digitized by Google

HENRICI PRIORIS Vallis-caulium.

Statuit ut tot ſint in domo Lachiaci fratres, quot poterunt ſuſtentari, aſſignatis cuilibet XXV. *libris.*

Anno 1269 *Ex cartario Campaniæ*

UNiverſis præſentes litteras inſpecturis frater HENRICUS humilis prior Vallis-caulium ceterique priores in generali capitulo conſtituti ſalutem in Domino.

Noverint univerſi, quod nos petitioni & devotioni THEOBALDI Dei gratia illuſtris regis Navarræ comitis Campaniæ Briæque palatini annuere volentes, volumus & ſtatuimus, quod in domo Vallis-Dei, juxta Lachiacum, quam idem rex fundavit, tot fratres ad ſerviendum ibidem Deo inſtituantur, quot viginti quinque libræ in reditibus dictæ domûs, ſecundum æſtimationem prudentum virorum invenientur. In cujus rei teſtimonium, nos frater H. prior Valli-caulium, & frater Jacobus prior dictæ domûs, de conſenſu totius capituli, præſentes litteras ſigillis noſtris tradidimus ſigillatas.

Datum anno Domini MCCLXIX. menſe Maio.

TESTAMENTUM RADULPHI comitis Sueſſionis, antequam in Terram ſanctam transfretaret.

Anno 1270. *Ex cartario Vallis-regiæ.*

IN Nomine Patris, & Filii, & Spiritûs-ſancti. Amen.

(a) Je (a) RAOUS de Soiſſons ſires dou Tour, fas ſçavoir à tous ciaus qui ces lettres verront, que je en mon bon ſens, & en mon bon memoire, apareilles pour aller en la ſainte Terre d'Outremer, ai ordonet mon teſtament & ma deviſe pardevant bonnes gens; enſi com il eſt ci apres contenut.

Au coumencement je weis & ordene, que mes detes ſoient paijées toutes, quel part queles ſoient trouvées.

Aprés je weis & ordene, que mi rendage, & les reſtitutions de mes tor fais qui ſeront provés pardevant mes exequuteurs, ou dont mi exequuteurs avereront les pretentions qui leur ſamblera, ſelont le porfit de m'ame, qui doient eſtre rendut, qu'il ſoient rendut & reſtablit par les mains de mes exequuteurs, qui ſeront ci apres nomet.

Apres ces choſes devantdites, je lais ſet livres de Paris à penre chaſcun an apres mon decet à la Paſque, à ma rente que li ville dou Tour me doit, por acheter dras, & departir au poures de la ville dou Tour & de Betaincort, à l'entrée de l'hyver enſuivant.

Aprés à la Praele quarante ſols. Au curet dou Tour xx. ſols. A ſain Nicholas dou Tour XL. ſols. A mon ſigner NICHOLE le chapelain x. ſols. A mon ſigneur MAMMIER x. ſols. Au moine de ſain Nichaiſe x. ſols. Au chapelain de ſain Ladre x. ſols. A l'egliſe de la Val-le-Roy un mui de ſoile à tousjours, à panre à mes terrages dou Tour dedens le tiers jour de Noël, pour faire mon aniverſaire au jour de mon obit. A l'egliſe de Signy un mui de ſoile à panre à tousjors chaſcun an en ce meiſme terrage, & à ce meiſme jour devantdit, pour faire chaſcun an mon aniverſaire le jor de mon obit. Et weil & otroi que l'egliſe de Signy devantdite tiegne dorenavant permenablement en tours ſis jours & demi de terre ahenable, qui me devoit terrage per mi deniers Paris, à rendre chaſcun an de l'egliſe devantdite à nous & à nos oirs au jour de la ſaint Remy au tour, & cil quatre deniers ſunt de cens.

Apres je lais à l'Egliſe de Vaucler un mui de ſoile à penre à tousjours, & à retenir des quatre muis de ſoile qu'il me doient à Frontigny, pour faire mon anniverſaire chaſcun an au jour de mon obit. Apres au curet de l'egliſe de ſaint Nicholas dou Tour, & aux chapelains dou Tour trois ſetiers de ſoile à penre à tousjours chaſcun an au jour de mon obit à mes terrages dou Tour, & aus . . . dou Tour trois ſetiers de ſoile à penre à tousjours chaſcun an au jour de mon obit à mes terrages dou Tour, ſe il y eſtoint; & ſe il n'y eſtoient, on les penroit à mes molins dou Tour, por faire mon aniverſaire chaſcun an au jour de mon obit, & pour departir au preſtre & aus chapelains qui ſeront preſent à mon aniverſaire faire.

A l'hoſtelerie dou Tour XXX. ſols à panre chaſcun an à tousjours à ma rente que la ville dou Tour me doit à la Paſque.

A la maladrerie dou Tour xx. ſols à panre chaſcun an à tousjours à mes rentes dou Tour devantdites à la Paſque. Et ces choſes devantdites, auſi mes detes, com mi rendage, mi tort fait, & mi lais devantdit, je weis & ordene que il ſoient pris ſor tous mes biens, muebles, & iretages preſens & futurs, quel part qu'il ſoient, & en queconques lius où il ſeront trouvé, au jour que je irai de vie à mort: Et à ces choſes fermement à tenir & parmenablement ce qui à perpetuitet apartient, & toutes mes autres choſes entierement je oblige mes biens devantdis tous & mes oirs & mes ſucceſſeurs. Et de mon teſtament, & de ma deviſe devantdite je ordene & eſtablis mes exequuteurs houmes religieus, l'abbé de Signy, l'abbé de Vaucler, l'abbé de la Val-le-Roy, & mon bon ami & mon fiaule monſigneur Gilon de Biauru.

Executores teſtamenti.

Et weis & ordene, que par l'ordenance & la deviſe de mes exequuteurs devantdis toutes les choſes devantdites ſoient ordenées & deviſées. Et eſt à ſçavoir que en tous les lius là où je ay deniers laiſies ce ſont Pariſis. Et en teſmoingnage de toutes ces choſes devantdites, je en ai ces preſentes lettres, & ce teſtament preſent ſeelé de mon propre ſeel.

Ce fu fait en l'an de l'Incarnation noſtre

(a) Iſte Radulphus filius erat Johannis comitis Sueſſionenſis ii Radulphi de Turno, cujus pater ejuſdem nominis in itinere Hieroſolymitano ante annum 1178. defunctus eſt, uti conſtat ex cartario Vallis-regiæ.

Seigneur MCCLXX. où mois d'Avril.

LITTERÆ PETRI
epiſcopi Carnotenſis,

Indulgentias concedit accedentibus ad receptionem Spinæ ſanctæ monaſterio Bleſenſi de Burgo-medio conceſſæ.

Anno 1270. *Ex autographo.*

OMnibus CHRISTI fidelibus ad quos præſentes litteræ pervenerint, PETRUS miſeratione divinâ Carnotenſis epiſcopus ſalutem in Domino.

Ex parte religioſorum virorum abbatis & conventûs beatæ MARIÆ de Burgo-medio Bleſis nobis eſt intimatum, quod illuſtriſſimus LUDOVICUS Dei gratiâ rex Francorum, beatæ MARIÆ, in cujus honore fundatum eſt monaſterium eorumdem, contulit unam de ſpinis coronæ ipſius Filii Domini noſtri JESU-CHRISTI, quam intendunt recipere reverenter & cum ſolemnitate, & in monaſterio ſuo ponere, prout decet: & ſupplicaverunt nobis ut in tanta ſolemnitate invitaremus populum chriſtianum, ut dictæ receptioni intereſſet, & ut fides ejus excitaretur in jocundo adventu ipſius ſanctuarii, aliquam indulgentiam concederemus convenientibus ibidem in remiſſionem peccatorum ſuorum. Unde nos, ob reverentiam ipſius pretioſiſſimi ſanctuarii, precibus eorum inclinati, omnibus verè pœnitentibus & confeſſis, qui die receptionis ipſius ſanctuarii, aut per octavam ex devotione venient, quadraginta dies de injunctis ſibi pœnitentiis miſericorditer relaxamus.

Datum die Martio poſt feſtum ſancti Georgii, anno Domini MCCLXX.

LITTERA CAROLI REGIS SICILIÆ
& Jeruſalem ad Johannem de Villamenon ballivum Andegavenſem, & Henricum de Cathalanis.

Quod barones ſigillis ſuis propriis non utantur, qui ſigilla habere non conſueverunt.

Anno 1270. *Ex mſ. Cl. V. Petri Menard, urbis Turonenſis præfecti.*

CAROLUS Dei gratiâ rex Hieruſalem & Siciliæ, ducatus Apuliæ, & princeps Capuæ, princeps Achaiæ, Andegaviæ, Provinciæ, Folcalquerii, Tornodori comes, Johanni de *Villamenon* baillivo Andegaviæ, & magiſtro Henrico de Cathalanis, dilectis familiaribus, ac fidelibus ſuis, gratiam ſuam & bonam voluntatem.

Nuper ad audientiam celſitudinis noſtræ pervenit, quod barones fideles noſtri comitatûs Andegaviæ in villis, caſtris & terris ipſorum propriis eorum utantur ſigillis, ſicut & curia noſtra Andegavenſis ſigillo noſtro in illis partibus utitur. Propter quod tam ipſi noſtræ quàm ſigillo noſtro non modicum derogatur. Quare volumus & mandamus, quatinus barones illos, qui ſigilla non ſunt habere con-

A ſueti, ea tenere, vel uti minimè permittatis.

Datum Neapoli, anno Domini MCCLXX. die XXIX. Maii in dict. regn. noſtrorum Jeruſalem anno IV. Siciliæ. XV.

LITTERÆ JOHANNIS
Saxoniæ Ang-har, Weſphaliæ ducis.

B *Ratam habet confirmationem terrarum Aloſt, Quatuor officiorum, Vuaſiæ & Gerardi-montis factam Johanni de Aveſnis à Romanorum rege.*

Anno 1273. *Ex Haſnonienſi cartario dominorum de Aveſnis.*

JOHANNES Saxoniæ Ang har, Waſteſſaliæ dux Burgravius, magiſter de Burg. ac imperii mareſcalcus, univerſis præſentes litteras inſpecturis, ſalutem & notitiam veritatis.

Cùm ſpectabilis vir JOHANNES de Aveſnis comes Haynonenſis in præſentia ſereniſſimi domini noſtri RUDELPHI Dei gratiâ Romano-C rum regis, propter hoc conſtitutus, ſupplicaverit humiliter regiæ majeſtati, quòd ea quæ illuſtris bonæ memoriæ WILHELMUS ejuſdem gratiâ quondam Romanorum rex de terris de Aloſt, Quatuor officiorum, Waſiæ ſupra Scaldam, & Geraldi-montis fecit nobili viro JOHANNI de Aveſnis ejuſdem comitis genitori, ſicut in privilegiis ipſius WILHELMI ſuper hoc confectis continetur, renovare, approbare, & confirmare auctoritate regiâ dignaretur eidem; dictuſque dominus Romanorum rex, D precibus ipſius comitis inclinatus, ea ſibi renovaverit, approbaverit, & confirmaverit, necnon de novo eidem comiti omne jus ſibi & imperio competens, aut vacans in præmiſſis conceſſerit, prout in privilegiis illuſtriſſimi R. Romanorum regis prænotati eidem comiti ſuper hoc conceſſis plenius continetur. Nos dictis renovationi & confirmationi, ac novæ collationi factæ, ut dictum eſt, ipſi comiti ab illuſtriſſimo domino noſtro R. Romanorum regi prænotato, noſtrum præbuimus & præbemus conſenſum. In cujus rei teſtimonium præſentibus E litteris ſigillum noſtrum duximus apponendum. Datum XIII. Cal. Septembris, anno Domini MCCLXXI. VI. feriâ poſt feſtum Aſſumtionis beatæ MARIÆ Virginis.

PACTUM INTER FLORENTIUM
comitem Hollandiæ & JOHANNEM Hannoniæ.

Anno 1272. *Ex cartario dominorum de Aveſnis.*

NOs FLORENTIUS comes Hollandiæ, notum facimus univerſis, quod fide ma-F nuali, & ſacramento corporali ad aſſiſtendum & juvandum cariſſimum conſanguineum noſtrum JOHANNEM de Hainnonia omni auxilio & conſilio noſtro & noſtrorum contra quoſcumque nos præſentibus litteris fideliter obligavimus, ſalvis conventionibus inter nos & JOHANNEM ducem Brabantiæ factis. Si etiam (quod abſit) domnum GUIDONEM comitem Flandriæ, & prædictum JOHANNEM inter ſe

Digitized by Google

in aliquo diſcordare contingeret, ſi dictum dominum G. comitem non poſſemus inducere ad hoc quod ipſi JOHANNI jus ſuum plenè recognoſceret, & pacificè permitteret uti eo; tunc ipſum JOHANNEM contra dictum comitem juvaremus fideliter, ſicut contra quoſcumque, prout ſuperiùs eſt expreſſum; quod ſub proprii ſigilli corroborationem firmiter obſervandum præſentibus proteſtamur.

Datum anno Domini MCCLXXII. feriâ IV. poſt decollationem beati Johannis Baptiſtæ.

LITTERÆ DE INSTITUTIONE ordinis militaris Sanctæ MARIÆ in Hiſpania & de quatuor monaſteriis ab ALPHONSO rege fundatis in Murcia, ac ordini Ciſtercienſi incorporatis, & Grandi-Sylvæ ſubjectis

Anno 1273. *Ex archivis Grandis ſylvæ.*

ALPHONSUS Dei gratiâ Romanorum rex ſemper auguſtus, & Caſtellæ, Toleti, Legionis, Galliciæ, Sibiliæ, Cordubæ, Murciæ, Grennii, Algarbii, univerſis præſentem litteram inſpecturis, ſalutem & gratiam ſuam.

Noveritis nos recepiſſe duo paria litterarum patentium capituli generalis Ciſtercii, quarum primæ tenor & ſeries fuit talis: UNIVERSIS præſens inſtrumentum inſpecturis, vel etiam audituris, JOHANNES dictus abbas Ciſtercii, totuſque conventus abbatum capituli generalis ſalutem in Domino ſempiternam.

Quoniam geſtæ rei notitia ritè dirivatur in poſteros cui venit auctoritas litterarum: ideo ut hæc noſtris geſta temporibus liberiùs in poſteros propagentur, ne per exortam oblivionis caliginem evaneſcant à præſentium aut futurorum memoria, ea præſentium litterarum indiciis duximus æternandum. Noveritis ſiquidem univerſi, quod illuſtriſſimus dominus ALPHONSUS Dei gratiâ Caſtellæ, Toleti, Legionis, Galliciæ, Sibiliæ, Cordubæ, Murciæ, Grennii, & Algarbii rex, per prudentem virum magiſtrum Gaufridum de *Everle* clericum ſuum noſtro ſignificavit capitulo generali, ſe confratriam ſanctæ MARIÆ de Hiſpania, contra nefarios Sarracenos ad pugnandum pro fide contra perfidiam, atque pro patria contra barbaras nationes in defenſionem & dilatationem fidei orthodoxæ inſtituiſſe de novo, ac in eadem quatuor monaſteria monachorum, tam clericorum, quàm militum, necnon & aliorum fratrum laïcorum ad modum Calatravæ ordinaſſe: quorum primum, cui ſecundum ordinationem domini regis ejuſdem debent alia tamquam propria ejus membra ſine omni medio ſubjici, eſt Cartageniæ in regno Murciæ, prout iſtud & cetera univerſa, ſtatum & modum vivendi monaſteriorum hujuſmodi quatuor, ac perſonarum eorum circumſtantia in privilegio ſuper hoc facto bullâ ſuâ plumbeâ conſignato pleniùs continetur, ac inſuper à nobis id devotiſſimè poſtulavit, videlicet quod monaſterium ſupradictum unà cum membris ſuis omnibus habitis & habendis ad noſtri ordinis unitatem recipere, ac ipſa omnia incorporare ipſi ordini curaremus, atque idem monaſterium Cartageniæ ſubjicere monaſterio & abbati Grandis ſylvæ, tamquam propriam filiam ab eodem regendum ſub obedientia filiali, & quod militibus aliis fratribus laïcis hujuſcemodi monaſteriorum novorum gratias concederemus eaſdem, quæ à noſtro ordine ipſi ordini Calatraviæ ſunt conceſſæ. Nihilominus etiam quod perſonæ religioſæ prædictæ monaſteriorum hujuſmodi poſſint & debeant permiſſu noſtri ordinis, & præcepto conſtitutionis & ordinationis ejuſdem domini regis in libro ſupradicto contentis, in omnibus, & per omnia in poſterum obſervare. Nos igitur ex devotione tanti principis tam immenſa, & ordinatione tam ſancta, ſpirituali jucunditate lætantes ac exultantes in Domino precibuſque ipſius domini regis ſupraſcriptis benigno concurrentes aſſenſu, eoſdem per ſingula ad gratiam exauditionis accepimus gratioſè, ſupradictum monaſterium Cartageniæ cum omnibus ſuis membris habitis & habendis noſtro incorporavimus ordini, perſonaſque eorum religioſas ad noſtri ordinis recepimus unitatem. Idemque monaſterium Cartageniæ abbati ac monaſterio Grandis-ſylvæ tamquam propriam filiam duximus ſubmittendum ab ipſo regendum ſub obedientia filiali. Nihilominus ſpectatis perſonis religioſis hujuſmodi monaſteriorum novorum gratias eaſdem conceſſimus, quàm Calavatrenſibus à noſtro ordine ſunt conceſſæ. Ac inſuper definimus quod eorumdem perſonæ ordinationes & conſtitutiones omnigenas, tam memoratas ſuperiùs in dicto libro contentas, quàm etiam quaſcumque dominus rex prædictus de conſilio noſtri ordinis & aſſenſu erit facturus de cetero in omnibus & ſuper omnia firmiter debeant obſervare. In quorum omnium teſtimonium perpetuò valiturum, atque memoriam indelebilem in æternum, tam præſens inſtrumentum, quàm etiam librum conſtitutionum ſæpe tactum ſuperiùs ſigillo pendentis abbatis Ciſtercii; quo & non alio utimur in litteris ſigillandis tempore capituli generalis fecimus ſigillari. Datum Ciſtercii, anno Domini MCCLXXIII. TENOR ſiquidem ſecundæ fuit iſte. Frater JOHANNES dictus abbas Ciſtercii, totuſque conventus abbatum capituli generalis, venerabili & coabbati noſtro de Grandi ſylva; necnon & univerſis præſentem litteram inſpecturis ſalutem & ſinceram in Domino caritatem. Noveritis univerſi, quod petitionibus illuſtriſſimi domini ALPHONSI regis Caſtellæ & Legionis, per prudentem virum magiſtrum Gaufridum de *Evelle* clericum ſuum in noſtro generali capitulo nobis oblatis benignò concurrentes aſſenſu vobis abbati Grandis ſylvæ prædicto, vel abbati qui pro tempore fuerit concedimus atque damus poteſtatem ac auctoritatem plenariam conſtituendi priorem in monaſterio Cartageniæ, committendique eidem plenam & liberam auctoritatem exercendi univerſa & ſingula quæ ad ſuum officium quoquo modo debuerunt

debuerunt pertinere, mittendique illuc conventum, ac etiam ordinandi de perſonis, rebùs, ac negotiis univerſis monaſterii ejuſdem, ſecundum quod eidem domino regi & vobis viſum fuerit expedire. Similiter etiam priori Cartageniæ, qui pro tempore fuerit, hanc eamdem poteſtatem concedimus faciendi hæc eadem in tribus aliis monaſteriis, videlicet S. MARIÆ de Portu, Crumenæ, ac S. Sebaſtiani. Volumus tamen quod de domini regis prædicti conſilio & aſſenſu res hujuſmodi exequantur. Vobis etiam abbati Grandis-ſylvæ prædicto, vel ei qui pro tempore fuerit, mittendi totidem monachos, & hæc eadem tria monaſteria & eo tempore quot & quos à veſtro monaſterio idem dominus rex duxerit exigendum. Ac inſuper tam vobis, quàm priori Cartageniæ conſtituto à vobis recipiendi & induendi novitios, tam clericos, quàm etiam laïcos, plenam & meram concedimus poteſtatem. Volumus nihilominus quod prior Cartageniæ in omnibus monaſteriis noſtri ordinis ſecundum locum ubilibet teneat poſt priorem monaſterii cujuſcumque ad quod ipſum contigerit declinare. Hanc eamdem verò gratiam magiſtro militiæ ejuſdem decrevimus concedendum. Ad hæc monachis univerſis iſtorum quatuor moaſteriorum, ac omnibus ingredientibus chorum ipſorum concedimus meram & plenam licentiam deferendi capas de ſirico in proceſſionibus & in choro ad miſſas horaſque ceteras, in feſtis ſolemnibus univerſis, ac etiam in omnibus feſtivitatibus, in quibus fieri id debere ſæpedictus dominus rex duxerit ordinandum. In quorum omnium teſtimonium perpetuò valiturum, atque memorandum indelebilem in æternum præſentem litteram ſigillo pendente abbatis Ciſtercienſis, quo, & non alio utimur in litteris ſigillandis, tempore generalis capituli fecimus ſigillari. Datum Ciſtercii, anno Domini MCCLXXIII. tempore capituli generalis. Hæc ſiquidem duo paria litterarum ſupraſcripta fecimus tranſcribi de verbo ad verbum fideliter, ſicut erat in originali contextum, nullo penitus immutato, addito, vel ſubtracto, eaque mandavimus redigi in hanc formam hujus litteræ noſtræ patentis, quam vobis domno B. abbati Grandis-ſylvæ dedimus ad cautelam. In quorum omnium teſtimonium valiturum perpetuò præſenti litteræ noſtrum ſigillum duximus apponendum.

Datum apud ſanctum Dominicum Decalciatum x. Calendas Februarii, anno Domini MCCLXXIII.

LITTERÆ JOHANNIS Haynonienſis.

Pactum inter Johannem de Aveſnis patrem ſuum & Balduinum de Aveſnis avunculum ſuum initum confirmat.

Anno 1273. Ex Haſnonienſi cartario dominorum de Aveſnis.

A Tous chiaus KI ces lettres verront & oront. Jou JEHANS de Haynau ainſnes fuis & hoirs jadis mon ſigneur JEHANS de Aveſnes de bonne memoire, fac à ſçavoir que jadis par communs amis & par acort, par bien de pais, ordonnance a eſté faite entre mon chier ſeigneur & pere devantdit, & mon chier oncle mon ſeigneur BAUDUIM de Aveſnes ſeigneur de Biaumont en tel forme KE mes chiers oncles devantdis doit avoir & tenir par parçon de terre por lui & por ſes hoirs perpetuement en franc hiretage ſans nulle rapiel, & ſans nul debat ne contredit toute la ville de Dourlens, & les apendances de la ville, & dou liu, & trois cent libres de la monoie de Haynau chaſcun a tousjors, il & ſi hoir, KE mes chiers ſire & pere devant nommeis avoit au winage de Aveſnes.

Et ſi doit avoir la vile de Biaufort, & toutes ſes apendances de la vile, & les bos de Biaufort auſi, & les bos de Maubuege, & tot ſi avant en juſtices, en gardes, & en toutes autres droitures & manuyances que ma chiere ayele MARGUERITE conteſſe de Flandres & de Haynau les tenoit & maintenoit avecKes l'abbeſſe de Maubuege.

Et ſi doit encore avoir les bos de Binch eſques il a entour ciunc cens boniers petit plus u petit mains, ſi cumme ils furent bouſnei & puis les eſchania meſſires mes oncles devantdis, à reverend pere en noſtre Seigneur NICHOLON à cel tans eveſKes de Cambray.

Et doit encore avoir mes chiers oncles devantdis Beaumont, la caſtellerie de Beaumont, ſi come ele s'eſtent en totes choſes: c'eſt à ſçavoir la vile de Ranche, la foreſt de Ranche, la vile de Froie Capiele, Foubrechies, Mombeliard, Suvri, Granriu, Fralies, Loroit, Soire Saint-Geri, & toutes les apendances de ces devantdites viles: & ſi dois encore avoir tous les bos de Faigne, tout chou KE me tres chiere dame m'ayole devant nommée j'avoit & devoit avoir

Et ſi dois encore avoir tous les homages d'outre Sambre devers Faignes hors miſes les paerries de Mons, & de Valenchienes, & l'homage le ſegneur de Berlainmont.

Et eſt encore à ſçavoir qu'il doit avoir le vile de Raimes, de les Valenchiennes & toutes les apendances de la vile.

Et ſi doit avoir des bos de Vicongne an tour treze cent & vint & un bonier petit plus u petit mains, ſi comme les bouſnes le porpoſent qui miſes y furent par monſeigneur GILES jadis ſeigneur de Berlainmont.

Et toutes ces choſes & ces pieces ſi comme eles ſunt cy-deſeure ecrites & deviſées. Jou JEHAN de Haynau ainſnes fuis & hoirs jadis monſegneur JEHAN de Aveſnes deſeurdit de m'eſponge & franche volenté, grée, loe, approeve, & conferme cette deviſe, & cette ordenanche, ſi comme ele eſt faite por bien de pais, ainſi que deſeur eſt dit, & counois KE ele fu faite loiaument por bien & por pais entre mon chier pere & mon chier oncle devant dis, & proumet, & ai proumis, por moi & por mes hoirs, par ma foi & par mon ſaire-

ment preſteis corporeument, que je le tenray A fermement, & entirement en bone foi, ſans jamais à nul jor aler encontre par moi, ne par autrui, ne en tout, ne en aucune partie, ni ne metrai ni par moi, ni par autrui debat, ne chalenge par avantage de jovenece, u d'âge, ne par autre raiſon nule quelle KE ele ſoit, ne puiſſe y eſtre ni ne querrai art, ne engien, cauſe, ne matere; ne okoiſon par moi, ne par autrui, parquoi li deviſe & li ordenence deſeurdite ſoit empêchié, affoiblie, u blechiée, u âneantis en tout n'en aucune partie.

Et counois encore ke mes chiers oncl es devantdis doit tenir toutes ces choſes devantdites auſi franchement & juſtichablement chet ſi hoir, comme ma chiere ayole devantdite les tenoit, ſans l'ommage qu'il en doit à li, & à moi, & mes hoirs ſeigneurs de Haynaut apriés li, & en renonche à toutes deffenſes, barres, aiuwes, raiſons, refins, & exceptions de ſainte egliſe & de loi, & de court mondaine, & à tous avantaige de lettres de gracies, de indulgences empetrées, & à empetrer de le court l'apoſtole, de archeveſKES, de eveſKES, & de tous prelats de ſainte egliſe, de le court l'empereur, dou roy de Franche, & de tous autres princes terriiens, & encore en aige renonchie & renonche eſpeciaument par ma foy, & par mon ſairement à toute reſtitution entire, ſi jamais le demandaſſe, u euſſe pooir dou demander par benefice u raiſon de jouenaice, & KE je jamais ne peuſſe dire ne propoſer que je, u mes chiers peres devantdis, aiens eſté deceu, u blechie en la deviſe & ordenanche devantdite. Et por che ke cette ordenanche & cette deviſe ſoient plus fermement tenuës en toutes choſes, je ſoupplie, & requier humlement à mon tres-ſaint & reverent pere monſegneur par la graſſe de Diu apoſtole de Roume, KE il ceſte ordenanche & ceſte deviſe voelle approuver, & confremer de ſe auctorité, & mi, & mes hoirs d'eſtraindre per ſentenſe de eſcumeniement gieter en nos perſones, & de entredit en nos terres, ſe il avenoit, je n'avigne, ke nous aliſſiens jamais encontre, en tout, ne en aucune partie, ne per nous, ne per autruy, & KE il de cou li doinſt à conſervateur l'eveske de Loon, & pri encore & requier à tous les homes de Haynau, qu'il en ſoient en laide mon chier oncle devant noumé, & en ma grevance, ſe il avenoit KE j'en alaſſe encontre, ne par moi, ne par autrui, & qu'il a toutes ces choſes; & deviſes devantdites meitent lor ſayaus, cil KI de par mon chier oncle devantdit en ſeront requis.

En thieſmongnage, & pour ſeurté de laquel choſe, je ai doné ces preſentes lettres à mon chier oncle ſouvent noumé, ſeelées de mon ſeel, douquel jou uſe orendroit, & ai promis & promec par ma foi & par mon ſairement, ke ſi toſt ke je aurai autre ſeel, je le mettrai à ces preſentes lettres, quand je en ſerai requis.

Ces lettres furent donées en l'an de l'Incarnation noſtre Segneur JESUS-CHRIST MCCLXXIII. el mois de Marc.

EPISTOLA S. BONAVENTURÆ ad abbatem beatæ MARIÆ Bleſenſis.

Confirmat ceſſionem ipſi factam à Petro miniſtro provinciali.

VEnerabili & religioſo viro domino abbati ſanctæ MARIÆ de Burgo medio Weſenſis ordinis ſancti Auguſtini, ceteriſque canoni- *Anno 1273. Ex cartario Burgi-medii*
B cis conventûs ejuſdem, frater BONAVENTURA ordinis fratrum Minorum generalis miniſter & ſervus ſalutem & pacem in domino ſempiternam.

Deſiderio multo deſideravi, atque deſidero quod omnis turbationis materia propter quam de fratribus noſtris Bleſenſibus viſi eſtis hactenus conqueri, de medio quantum poſſit ſecundum Deum fieri tolleretur, eſſentque vobis fratres prædicti ſubjectibiles, quantum decet, omni humilitate, ſicut olim amicabiles & devoti: ut ſic illibata omnino fraterna ſtaret inter
C vos & illos caritas, & illa CHRISTI pax quæ ſuperat omnem ſenſum. Cupiens igitur & volens id facere, quoad poſſum, conceſſionem illam domorum, arearum & platearum, ſeu rerum quarumlibet aliarum, quas frater Petrus noſtri ordinis miniſter provincialis in Turonia cum beneplacito & aſſenſu fratrum noſtrorum conventûs Bleſenſis vobis liberè fecit, prout manifeſtè apparet in litteris præfati miniſtri provincialis, expreſſam de iis omnibus facientibus mentionem approbo & confirmo,
D & prædicta omnia quæ dominus comes Bleſenſis, ſeu quiſque alius nomine eleemoſynæ fratribus contulit memoratis, volo & decerno quod habeatis & liberè teneatis; vobiſque aſſero quod nec ego per me faciam, nec per fratres noſtros ſcienter fieri permittam aliquid contra conceſſionem prædictam, aut per quod dictarum facta vobis conceſſio videatur quomodolibet impediri, & ut teneatis & indubitanter credatis quod vos tamquam patres, in CHRISTO amicos & dominos, ſicut decet, habere intendimus; & pacificationem perpetuam
E vobiſcum deſideramus; omnem aſſecurationem quam poſſum ex parte mea & fratrum facio vobis auctoritate præſentium ſuper omnibus ſuperiùs memoratis.

Datum Pariſius XIII. Calendas Aprilis, anno Domini MCCLXXIII.

CLAUSULA TESTAMENTI ALEXIHETÆ filiæ HUGONIS comitis Ruthenenſis, anno MCCLXXIV. conditi.

F NOverint univerſi, præſentes pariter & futuri, quod domina ALEXIHETA filia nobilis viri domini HUGONIS Dei gratiâ comitis Rutinenſis, & uxoris ejus dominæ YSABELLIS, uxorque fuit nobilis viri domini AMALRICI de Narbona, filii quondam domini AMALRICI Dei gratiâ vicecomitis Nar- *Anno 1274. Ex archivis Fontis-frigidi*

bonæ infirma quidem corpore in ſuo bono ſenſu ac recta memoria ſuum condidit teſtamentum anno Domini MCCLXXIV. VIII. Idus Martii, & in eodem AMALRICUM filium ſuum heredem ſibi fecit & inſtituit, & ſi dictus filius ſuus decederet ante ætatem perfectam, vel poſtmodum ſine liberis legitimis ex matrimonio natis; quandocumque omnia bona ejus prædicto viro ſuo patri ejuſdem filii ſui vel ſuis heredibus ſine detractione trabellianicæ, ſeu legitimæ jure ſubſtitutionis voluit, quod reverterentur: quod quidem teſtamentum, & omnia quæ in eo continentur, mandavit ſolvi & diſtribui per dominum AMALRICUM virum ſuum prædictum, & GUIRAUDUM de Petra-pertuſa domicellum gadiatores & executores ſui teſtamenti: in quo quidem teſtamento continentur plura legata. Inter quæ legata quæ fecit, continentur quædam legata quæ fecit conventui Fratrum Prædicatorum Narbonæ: quorum tenores ſunt tales de verbo ad verbum, nullo addito neque diminuto, ut ſequuntur. Item, lego conventui Fratrum Prædicatorum de Narbona centum ſolidos Melgorienſes in pitancia, & centum ſolidos Melgorienſes in veſtibus; & plus etiam volo quod anniverſarium fiat in perpetuum pro anima mea annuatim in die obitus mei in domo Fratrum Prædicatorum Narbonæ, & quod illâ die dentur fratribus inde pro pitantia quadraginta ſolidi Melgorienſes: quos ſolvat annuatim heres meus infra ſcriptus, quorum legatorum, & aliorum quæ continentur in dicto teſtamento, fuerunt à dicta teſtatrice vocati & rogati fore auditores & teſtes apud caſtrum de Perpinian, dictus dominus AMALRICUS maritus dictæ teſtatricis, frater Petrus de Seraco; & frater Johannes de Geneſſeto ordinis Fratrum Prædicatorum, Giraudus de Petra pertuſa prædictus, Pontius de Oviliano, Sanxius de Bendia domicelli, Guillelmus de S. Laurentio preſbyter, Raymundus Baſterii parator, & Petrus Vitalis. Ego Guillelmus Maynardi vice magiſtri Bernardi de Porcillis notarii domini archiepiſcopi Narbonæ prædicta legata à prædicto teſtamento fideliter ſumens ſcripti vice cujus notarii dictus Petrus Vitalis notam prædicti teſtamenti recepit. Ego idem magiſter Bernardus de Porcillis ſubſcribo.

TESTAMENTUM JACOBI Arragonum, Majoricarum & Valentiæ regis.

Anno 1272. Ex mſ. Colbertino.

IN CHRISTI Nomine. Pateat univerſis, quod nos JACOBUS Dei gratiâ rex Aragonum, Majoricarum & Valentiæ, comes Barchinonæ & Urgelli, & dominus Montiſpeſſulani, attendentes & conſiderantes attentè quod omnia prætereunt, præter amare Deum; & ſic reges & alii principes, & ceteri homines hujus mundi inſpicere debent, & attendere ſtudiosè, ſi bene incipiunt, fine laudabili & bono principium ac medium vincant, ac hoſtis humani generis eis in aliquo reſiſtere poſſit minimè vel nocere, nec impedimentum præſtare ad æternam gloriam obtinendam: cùm ſi finis non ſubſequeretur bonus, principium non valeret. Attendentes etiam quod nos, qui ſumus factura & creatura illius noſtri & humani generis Creatoris & Redemtoris, qui nos à principio de bono in melius proſperavit; & nuſquam opus noſtrum dereliquerit, nec deſerere ſuſtinuit: immò ipſum, licèt noſtris non exigentibus meritis, augmentans mirabiliter adimplevit, meritò tenemur, ut bona ab ipſo nobis collata recognoſcamus die ac nocte, ſic ut quomodo ipſe Dominus ac Redemtor noſter nos ad ſe vocare voluerit ab hac vita, animam noſtram & ſalvam reddere poſſimus, & taliter de bonis noſtris diſpoſuerimus, & per ipſam diſpoſitionem noſtram cuſtodiamus filios noſtros & homines nobis ſubjectos à diſſentione & diviſione, & quod non poſſint inter eos damna vel contrarietates aliquo tempore ſuboriri. Immò ſi aliquis, vel aliqui voluerint mittere, aut diſſentionem inferre, & in regnis, terris, & dominationibus noſtris, ipſi filii noſtri ſint in unum cum hominibus ſuis: ita quod poſſint ſe ab eo vel ab eis defendere, qui voluerint ab eis recipere jus ab ipſis. Necnon etiam attendentes quod omne regnum in ſe diviſum deſolabitur, ſecundum quod idem Dominus in evangelio teſtatur; idcirco nos utentes verbis illius, volumus in quantum poſſumus, de facto noſtræ animæ, & de regnis & terris noſtris nobis à Deo collatis taliter diſponere; divinâ gratiâ ſuffragante, quod in poſterum non valeant deſolari. Hinc eſt igitur, quod nos JACOBUS Dei gratia rex prædictus, in plena per Dei gratiam conſtituti corporis proſperitate, & in pleno ſenſu, & ſanâ mente noſtrâ, noſtrum facimus teſtamentum, in quo eligimus manumiſſores noſtros, videlicet venerabiles archiepiſcopum Terraconenſem, & epiſcopum Cæſarauguſtanum, epiſcopum Barchinonenſem, & abbatem monaſterii Populeti, & nobilem comitem Impuriarum, & Guillelmum de Utenſa, quibus rogando præcipimus, & plenam damus poteſtatem; & ſi nos contigerit mori, antequam aliud facimus teſtamentum, diſtribuant ea quæ inferiùs diſtribui & perſolvi mandamus, & compleant noſtram ultimam voluntatem, prout in præſenti teſtamento invenerint ordinatum. Et ſi fortè ipſi manumiſſores omnes executioni hujus noſtri teſtamenti intereſſe non potuerint: prædictus archiepiſcopus cum epiſcopis prædictis, vel eorum altero, & cum illis manumiſſoribus quos ſecum habere poterit, exſequatur & compleat hanc noſtram ultimam voluntatem.

Imprimis autem eligimus ſepulturam corporis noſtri in monaſterio ſanctæ MARIÆ Populeti, ubi ipſum corpus ſepeliri mandamus juxta monumentum illuſtris PETRI felicis recordationis avi noſtri ſubſequenter, ſcilicet poſt ipſum monumentum. Volumus enim quod ejus monumentum ſit prius.

Digitized by Google

Item volumus & mandamus, quod omnia debita noſtra quæ reperientur nos debere quibuſcumque perſonis cum inſtrumentis vel albaranis noſtris, ſolvantur per dictos manumiſſores noſtros de plano & ſine ſtrepitu judiciario ſecundum Deum & forum animæ. Verumtamen ſi manumiſſores noſtri intelligentes aliqua ex ipſis debite ſolvere non debere, vel nos ex ipſis debitis in totum vel in partem ſatisfactum fuiſſe noſtris creditoribus de debitis quæ petierint; ipſi creditores recipiant illud in ſolutum dictorum ſuorum debitorum, & ipſi manumiſſores probabunt, & oſtendant ipſis creditoribus noſtris ſolutum fuiſſe.

Item. Volumus & mandamus, quod omnis fors & injuriæ noſtræ, quibus obnoxii tenemur, & veræ apparuerint, reſtituantur de plano per dictos manumiſſores, ad cognitionem ipſorum manumiſſorum, ſecundum Deum & forum pœnitentiæ, illis videlicet quibus dictas injurias fecimus, vel heredibus eorumdem ipſis manifeſtè oſtendentibus ipſas injurias manumiſſoribus antedictis. Verum ſi fortè apparerent aliqui conquerentes de nobis ſuper quibuſdam hereditatibus regni Valentiæ, quas dedimus eiſdem, aſſerentes eis ablatas fuiſſe ſine cauſa, dicimus quod ipſas non abſtulimus ſine cauſa, quoniam cùm capta fuit civitas Valentiæ, dicimus domno FERRANDO olim patruo noſtro, & epiſcopis, necnon & aliquibus hominibus ac militibus, quos ibi præplaveramus, qui erant treſcenti & octuaginta milites, quod poſtquam eos ibi hereditaveramus, æſtimarent nos defendere ipſum regnum Valentiæ contra Sarracenos, ipſo anno ut hereditarii ejus regni, & ipſi, habito conſilio ad invicem, rogaverunt dictum patruum noſtrum, ut ipſe nobis reſponderet pro omnibus qui pro ſe & aliis omnibus dixit nobis quod rogabant nos ut inter alias gratias quas eis feceramus, deberemus facere iſtam eis, videlicet ut eſſemus contenti ab ipſis de treſcentis militibus quos ibi tenerent ſuper hac forma, quod de quatuor in quatuor menſibus tenerent ibi centum milites. Et nos conceſſimus illud eis, & cùm poſt hoc iremus ad Montempeſſulanum, & ſtetiſſemus ibi per aliquod tempus, & poſteà ad partes Valentiæ rediiſſemus, nos invenimus quod de prædictis militibus ibi aliquos, ut promiſerant, non tenuiſſent, nec ibi eorum aliquis remanſiſſet, niſi tantum aliqui milites, qui hereditatem in Aragonia, vel Catalania non habebant. Et poſt prædicta aſſignavimus diem eiſdem quâ venirent apud Salucium, ubi feceramus baſtidam contra Paturam ſervituri nobis in guerra, quam cum Sarracenis in defenſione dicti regni habebamus, ratione videlicet hereditatum quas eis dederamus in dicto regno, & quæ procuramus & remittimus eis, quicumque ſe nobis uſque in ipſa die defecerunt, dummodo manerent ibi per tres menſes, & ipſi nec venerunt ad nos, nec aliquos tranſmiſerunt; & ſic propter prædicta amparavimus eis hereditates quas dederamus eiſdem in dicto regno Valentiæ, & dedimus ipſas aliis. Quare videtur nobis ſecundum conſcientiam noſtram, quod pro eo quod nobis non conſervaverunt quod promiſerunt, nec juraverunt nobis deffendere dictam terram, non teneamur eis ipſas hereditates reſtituere, nec aliquid pro eiſdem; maximè etiam quia illis qui remanſerunt ibi, quia ita modicos reditus ibidem habebant, quod non poterant eis ſufficere, oportuit nos de noſtris dare reditibus, cum quibus poſſent in ea terra habere vitam congruam & decentem, ut ipſa terra, ſuis militibus nullatenus remaneret, nihilominus etiam aliqui prædictorum militum, & cives quidam promiſerunt nobis, quod facerent in regno Valentiæ perſonalem reſidentiam, ratione hereditatum quas dederamus eis, & quod eas non venderent, vel alienarent, ſed darent, ſeu dimitterent eas filiis ſuis, ſive parentibus, qui ibi facerent reſidentiam perſonalem, de quibus aliquid minimè compleverunt, immo ipſas vendiderunt & alienarunt. Fuerunt etiam aliqui præplationis dicti regni, qui tenebant ibi hereditates ſibi à nobis datas hermas, & non faciebant ibi perſonalem reſidentiam, ſicut debebant. Et licèt citati fuiſſent à nobis bis vel ter, & aſſignati eis dies ſufficientes, noluerunt venire coram nobis ad excuſandum ſe, nec ibi facere reſidentiam perſonalem, & ob hoc hereditates à nobis eis datas recuperavimus ab ipſis, & dedimus aliis, propter quod non videtur nobis quod eis prædictis in aliquo teneamur. Ad ſolutionem verò debitorum noſtrorum, & legatorum infraſcriptorum, & reſtitutionem injuriarum, aſſignamus omnes reditus noſtros villæ Valentiæ cum ſalvo & albeſura ejuſdem; & omnes reditus noſtros civitatis Cæſarauguſtanæ cum ſalinis & caſtello & de villa & de remelinis, & cùm omnibus pedagiis ipſius civitatis Cæſarauguſtanæ, & omnes reditus noſtros civitatis Illardæ, & bajulæ ejuſdem omnes reditus noſtros civitatis Barchinonæ & bajuliarum ſuarum, & omnes reditus noſtros villæ Montis-peſſulani. Volentes, ſtatuentes, atque mandantes quod dicti manumiſſores noſtri habeant, teneant, & percipiant tot annis & tamdiu omnes reditus & exitus civitatum & villæ Montiſpeſſulani prædictorum, & aliorum locorum prædictorum & bajularum ſuarum, donec inde noſtra ſint debita & legata animæ noſtræ infraſcripta plenariè perſoluta, & noſtræ injuriæ reſtitutæ: ita videlicet ut de omnibus debitis, legatis, & injuriis præfatis perſolvantur tres partes ex reditibus & exitibus ad hæc ſupra aſſignatis ſpectantibus ad infantem PETRUM filium noſtrum, & pars perſolvatur ex reditibus & exitibus aſſignatis ſpectantibus ad infantem JACOBUM filium noſtrum. Et quia ſcimus quod pedagium Cantiliberi fuit conſtitutum pro faciendo hortum ibidem, volumus & mandamus quod præfatus cariſſimus filius noſter infans JACOBUS & heredes ſui mittent, & mittere teneantur quolibet anno in perpetuum, vel mitti faciant quinque millia ſolidorum de reditibus Cantiliberi ad faciendum, & manute-

Digitized by Google

nendum, & mundandum, & reparandum A Portum-Veneris. Et cùm idem portus fuerit mundatus & reparatus, expediantur & mittantur ipſi quinque mille ſolidi, ad faciendum & manutenendum portum quem nos incepimus facere in Cantilibero coram valle. Et ſic prædicti quinque mille ſolidi inter duos portus expendantur. & mittantur in perpetuum de reditibus Canquiliberi ſupradicti ad cognitionem ſcilicet hominum ipſius loci Canquiliberi, & ſecundum quod ipſi viderint ad majorem utilitatem mercatorum, & etiam ejuſdem B loci.

Item. Legamus monaſterio Populeti quinque millia morabatinorum, ad ſolvendum debita ipſius monaſterii; quos quidem morabatinos ante alia legata animæ noſtræ dari & perſolvi mandamus monaſterio antedicto.

Item. Legamus, damus, cedimus & concedimus prædicto monaſterio Populeti, & abbati & conventui ejuſdem, totum plenum locum noſtrum, & omnia jura, & omnes petitiones C & demandas, & quicquid juris & dominationis habemus & habere debemus in villa & terminis Vinapii, ac hominibus ejuſdem, & pertinentiis ſuis, & contra detentores ipſius villæ, ratione partis, vel noſtri ejuſdem quâlibet ratione, & abbas & conventus dicti monaſterii teneantur facere anniverſarium pro anima noſtra in perpetuum tali die quâ ab hoc ſæculo tranſiemus.

Item. Legamus pro anima noſtra monaſterio Sanctarum-centum duo millia morabatinorum, & monaſterio Saxona mille morabatinos, & monaſterio de Caſres ad opus clauſuræ ipſius mille morabatinos, & dominabus D domûs Soon ad opus clauſuræ ipſius mille morabatinos.

Item. Dimittimus pro anima noſtra monaſterio Scarpy mille morabatinos, & monaſterio de Colobres mille morabatinos, & monaſterio de Croſoaris ducentos morabatinos.

Item. Legamus monaſterio de Regali juxta Alcannum, ad opus clauſuræ ejuſdem, trecentos morabatinos; & monaſterio de Ganivio du- E centos morabatinos.

Item. Legamus monaſterio de Proanam, ad opus clauſuræ, centum morabatinos: & dominabus S. Dauriani, & domui S. Calatari centum morabatinos, & dominabus Ilerdæ ejuſdem ordinis centum morabatinos; & dominabus ejuſdem ordinis Valentiæ ducentos morabatinos, & dominabus ejuſdem ordinis Barchinonæ centum morabatinos.

Item Legamus monaſterio Bonifacii, ad opus eccleſiæ ejuſdem mille morabatinos.

Item. Monaſterio Fontis-clari trecentos mo- F rabatinos.

Item. Legamus monaſterio Pedegratis, ad opus clauſuræ ejuſdem, ducentos morabatinos.

Item. Legamus pro anima noſtra operi eccleſiæ domus Prædicatorum Catumoſæ ducentos morabatinos.

Item. Operi Fratrum Pœnitentiæ Jesu Christi domûs patruæ ducentos morabatinos, & monaſterio de Veulvazella trecentos morabatinos.

Item. Volumus & mandamus quod reditus noſtri de Paliano dentur & ſolventur operi B. Mariæ Vallis viridis quolibet anno, donec perfectum fuerit dictum opus: ita tamen quod procuratores dicti operis teneantur reddere rationem de omnibus reditibus antedictis & de expenſis dicti operis ſingulis annis manumiſſoribus noſtris prædictis. Omnia autem ſupradicta legata facta ad pias cauſas facimus pro debitis & injuriis oblitis & pro anima noſtra; & rogamus abbates majores monaſteriorum & eccleſiarum, ac religionum prædictarum, quibus prædicta legata facimus, ut donent in mandatis omnibus preſbyteris ſuorum monaſteriorum, & locorum & eccleſiarum, quod unuſquiſque celebret miſſam de *Requiem* pro anima noſtra, & animabus parentum noſtrorum perpetuò ſemel in anno, eâ videlicet die, quâ nos ab hoc ſæculo tranſierimus.

Poſt hæc autem inſtituimus cariſſimum filium noſtrum primogenitum infantem Petrum heredem noſtrum poſt dies noſtros in regno Arragonum, & in regno Valentiæ, & in Rapicurſia, & in Pallais, & in villis ſupra Aràm, & in comitatu Barchinonæ, & in dominatione quam habemus in comitatu Urgelli, & in aliis locis & terris Cataloniæ, & in omnibus feudis, quæ in prædictis regnis, terris & locis pro nobis à quocumque, & ex quibuſcumque tenentur & teneri debent, & in pleno dominio, & in omnibus juribus & pertinentiis ſuis, & omnibus omnino & ſingulis ad dicta regna, & comitatus Barchinonæ, & terras, & loca prædicta, vel ad nos ex ipſis & quolibet ipſorum, & contra quaſcumque perſonas, & in quibuſcumque locis & terris valentibus & debentibus pertinere, exceptis tamen comitatibus & locis aliis à nobis datis cariſſimo filio noſtro infanti Jacobo fratri ſuo.

Item. Infantem prædictum Jacobum filium noſtrum inſtituimus heredem noſtrum ſimiliter poſt dies noſtros in regno Majoricarum, & inſulis Minoricarum, & Guiſſa, & in comitatibus Roſſilionis, Ceritaniæ & Confluentis, & in omnibus feudis quæ comes Fuxenſis & comes Impuriarum, & alii etiam ibi tenent, & tenere debent pro nobis, & in Cantalibero, & Monte-peſſulano, & toto dominio ſuo, & caſtris ejuſdem, & in pleno dominio, & juribus & pertinentiis ſuis, & jure & dominio quæ habemus, & habere debemus in vicecomitatu de Carlades. Qui filii noſtri pro præſenti nominati prædicta omnia legata habeant jure inſtitutionis, prout in inſtrumento partitionis, ſeu hereditamenti quæ fecimus inter ipſos, pleniùs & latiùs continetur.

Cariſſimam autem filiam noſtram dominam Jolent Dei gratiâ illuſtrem reginam in Caſtella inſtituimus heredem in camera & ornamentis, & aliis quæ ei dedimus ſuarum temporis nuptiarum: & ipſam ex eis volumus & ſtatuimus contentam eſſe de bonis noſtris.

Filios verò PHILIPPI Dei gratia illuſtris regis Franciæ & dominæ ELIZABETH bonæ memoriæ reginæ Franciæ filiæ noſtræ nepotes noſtros inſtituimus heredes ſimiliter & aliis quæ dictæ dominæ ELIZABETH dedimus tempore nuptiarum, & ipſos eis volumus & ſtatuimus contentos eſſe de bonis noſtris.

Item, filios noſtros JACOBUM & PETRUM, quos legitimè ſuſcepimus ex domina Freſca oppidi de Vidaur inſtituimus noſtros heredes in caſtris & villis quæ & quas dedimus eiſdem cum cartis, prout in ipſis pleniùs continetur, videlicet Jacobum proximè dictum & in caſtris & villis de Ver & de Alim, & in caſtris & villis de Xinta & de Cor & in caſtrum & in villam de Eilida, & in caſtris & villis de Cultura & de Fauzaia, in caſtris & villis de Planis & de Fravallo & in Allundaynà quam tenebat Allundaynus Saracenus quondam, pro quibus duobus caſtris & villis de Planis de Fravaillo accepimus in cambium turrim de Archis & ſalinas ejuſdem. Et hæc caſtra & villas proximè nominatas damus & dedimus eidem JACOBO pro hereditate & jure inſtitutionis.

Item, prædictum PETRUM filium noſtrum & dictæ dominæ T. inſtituimus heredem noſtrum in caſtro & villa de Agerbe, & in caſtro & villa de Lucia, & in caſtro & villa de Atuero, & in villa de Eliſo, de Artaſſo & de Caſtelliry, de Exeſt, in caſtro & villa de Borata, & in caſtris & villis de Aſſuro & de Canivanis & in Betinanà. Quæ omnia caſtra & villas cum omnibus juribus & pertinentiis damus & dimittimus eidem PETRO pro hereditate & jure inſtitutionis. Omnia verò jura noſtra, ſi qua in quibuſlibet aliis terris præterea quæ ſuperiùs ſunt à nobis diviſa & ordinata & ad eoſdem vel ad nos ratione ipſarum contra quaſcumque perſonas expectantia, ſpectant vel ſpectare debeant ad nos qualibet ratione, dimittimus in eis locum noſtrum infanti JACOBO filio noſtro heredi Majoricarum, ſalvis tamen ordinatione & diviſione à nobis factis, prout ſuperiùs continetur.

Poſt hæc autem volumus & ſtatuimus & mandamus, quod ſi dictus JACOBUS filius noſter & dictæ dominæ T. filii ejus vel deſcendentes ab eo legitimi maſculi in recta linea ſine legitimis maſculis decederent, omnia prædicta quæ ipſi JACOBO ſupra dimittimus, devolventur ad PETRUM fratrem ejus & filium noſtrum & dictæ dominæ T. ſi vixerit, vel ad filios ejus legitimos maſculos, ſi ipſe Petrus tunc non viveret. Et hanc ſubſtitutionem ſimiliter facimus de prædicto PETRO ad jam dictum JACOBUM & ejus filios legitimos maſculos ſuper omnibus quæ eidem PETRO jure inſtitutionis & hereditatis dimittimus, ut ſupra continetur, ſi ipſum vel ejus filios vel deſcendentes ab eo in recta linea legitimos maſculos mori contingeret ſine filiis legitimis maſculis. Mandantes & ſtatuentes quod in prædictis quæ præfatis JACOBO & PETRO filiis noſtris & dominæ T. dimittimus jure inſtitutionis non

A poſſit hereditare feminæ filia vel alia licet eſſet legitima, niſi filiis legitimis & maſculis tantum. Et ſi filia vel filiæ legitimæ ſuperfuerint ex eiſdem Jacobo ſive Petro, ille maſculus vel maſculi ut heredes ipſorum, vel alterius ipſorum, qui ipſa hereditabunt juxta noſtram ſubſtitutionem prædictam, ipſam & ipſas, ut decuerit, teneantur maritare.

Item, ſi fortè JACOBUS & PETRUS prædicti ac filii ſeu ab eis deſcendentes in recta linea legitimi maſculi obirent ſine filio vel filiis legitimis maſculis, B volumus & ſtatuimus ac mandamus, quod omnia ſupradicta quæ in eis jure inſtitutionis damus ſuperiùs & dimittimus, devolvantur ad dictum infantem PETRUM filium noſtrum primogenitum vel ad ejus filium vel nepotem, ſeu ad quemlibet alium ex eo legitimi maſculi ex eo in recta linea deſcendentem, qui rex fuerit Aragoniæ & Valentiæ. Et ſi filia vel filiæ legitimæ ex eis vel eorum altero in hoc caſu ſuperfuerint maritanda aut deſ- C cendentibus in recta linea ab eiſdem, ipſe infans PETRUS vel filius ſeu nepos ſit ejus aut alius ab eo deſcendens, ut dictum eſt, ad quem prædicta devolverentur, teneantur eam & eas idoneè maritare; & dare majori quatuor millia morabatinorum auri in Caſcanuvote, & unicuique aliarum tria millia aureorum.

Item, volumus & mandamus quod filii noſtri & heredes obſervent donationes, quas jam fecimus Ferrandi filiis noſtris naturalibus, ſe- D cundum quod in inſtrumentis donationum inde à nobis eis factis continetur. Ac etiam volumus, ſtatuimus & mandamus, quod ſi contigerit, quod Deus avertat, quod dictus infans PETRUS primogenitus filius noſter, vel ſui ejus legitimi maſculi ſeu deſcendentes ab eo in recta linea maſculi legitimi ſine filio vel filiis legitimis maſculis morerentur, regna & comitatus & omnia alia quæ ſibi dimittimus, devolvantur ad infantem JACOBUM filium noſtrum regem Majoricarum, ſi vixerit tunc, vel ad filium ſeu filios ejus, ſeu ad deſcenden- E tes ab eo in recta linea maſculos, qui fuerit rex Majoricarum & dominus Montiſpeſſulani. Et ſi fortè prædictus infans JACOBUS filius noſter vel filii ejus legitimi maſculi ſine filio vel filiis legitimis maſculis decederent, volumus, ſtatuimus & mandamus quod regnum Majoricarum & inſulæ Majoricarum & Ejuſſi prædicta & comitatus prædicti & Monſpeſſulanus cum toto dominio & territorio ejus, & omnia & ſingula alia quæ ſibi ſupra dimittimus, ad infantem PETRUM prædictum fi- F lium noſtrum vel ad filium ſeu nepotem ejus aut alium legitimum maſculinum ab eo in recta linea deſcendentem qui rex fuerit Aragonum & Valentiæ & comes Barchinonæ penitus devolvatur. Et ſi, quod abſit, prædicti filii noſtri infans PETRUS & infans JACOBUS & filii eorum ſeu deſcendentes ab eis in recta linea legitimi maſculi ſine filio vel filiis legitimis maſculis decederent, volumus, & ſtatuimus, & mandamus quod regna præ-

Digitized by Google

dicta omnia, comitatus omnes prædicti & villa Montiſpeſſulani cum toto ejus dominio & omnia prædicta & alia quæ eis dimittimus, ut ſupra continentur, devolvantur ad JACOBUM filium noſtrum & dictæ dominæ T. ſi tunc vixerit, & ſi mortuus fuerit, ad filios ejus legitimos maſculos, ſeu deſcendentes ab eo in recta linea legitimos maſculos revertantur. Et eo Jacobo ſine filio ejus vel deſcendentibus in recta linea ab eodem legitimis maſculis in caſu prædicto deficientibus, vel ſi decederent ſine filio vel filiis ſuis legitimis maſculis volumus & ſtatuimus quod omnia regna & comitatus prædicti, & Monſpeſſulanus & terræ prædictæ omnes devolvantur ad Petrum filium noſtrum prædictum & dominæ T. antedictæ, ſi vixerit, vel ad filios ejus ſeu deſcendentes ab eo in recta linea legitimos maſculos tunc extantes pro PETRO filio noſtro & deſcendentibus ab eo, ut dictum eſt, deficientibus vel decedentibus ſine filiis legitimis maſculis regna & comitatus prædicti & villa Montiſpeſſulani cum ſuo dominio & prædicta omnia devolvantur ad filios legitimos maſculos illuſtris reginæ Caſtellæ dominæ YOLAND filiæ noſtræ, cujus filiis legitimis maſculis deficientibus, quod abſit, prædicta omnia devolventur ad filios legitimos maſculos dominæ CONSTANTIÆ filiæ noſtræ inferius memoratæ. Et filiis ipſius Conſtantiæ legitimis maſculis decedentibus, devolvantur omnia prædicta ad filios legitimos maſculos dominæ ELIZABETH filiæ noſtræ reginæ quondam Franciæ antedictæ. Et deficientibus, quod abſit, omnibus prædictis, ut ſupradictum eſt, volumus & ſtatuimus, quod prædicta omnia devolventur ad illum qui nobis erit proximior in linea parentelæ; qui tunc fuerit legitimus maſculus & deſcendat recto gradu de genere noſtro.

Inſuper volentes etiam ut regna terræ, quæ & quas dictis filiis noſtris infanti PETRO & infanti JACOBO dimittimus, integra ſemper remaneant cuique eorum & ſuis, ut ſupra ordinatum eſt; & quod diminui non poſſint nec transmutari in aliud dominium ſeu transferri. Volumus, ſtatuimus, & ordinamus, quod nullus prædictorum filiorum aut nepotum noſtrorum, ſeu à nobis in recta linea deſcendentium inſtitutorum aut ſubſtitutorum à nobis, ut ſupra continetur, poſſit in regnis & comitatibus prædictis & in villa ac in dominio Montiſpeſſulani & in terris & caſtris prædictis, quæ & quas eis, ut dictum eſt, dedimus, feminam aliquam, filiam ſcilicet vel aliam in totum vel in partem inſtituere heredem, nec dare etiam ſibi in caſamentum ſeu dotem, aut aliter ullo modo.

Nihilominus etiam mandamus ac firmiter perpetuò ſtatuimus, quod regnum Aragonum & Valentiæ, & comitatus Barchinonæ, & omnes terræ quæ & quas prædicto infanti PETRO filio noſtro dedimus, ut ſupra continetur, & etiam ad ipſa regna & terras ubique pertinentia & debentia pertinere, quocumque modo ſint unius & ejuſdem domini & dominii, ſcilicet regis Aragonum: & idem infans filius noſter PETRUS vel ſui ſucceſſores non poſſint ipſa regna, comitatus & terræ pertinentia dividere & ſint regis & dominii Aragonum integraliter, ut eſt dictum, & unum filium ſolum legitimum maſculum dictus infans PETRUS & ſui poſt ipſum ſucceſſivè heredem faciant in eiſdem, ſalvis tamen ſubſtitutionibus noſtris prædictis. Mandantes ſimiliter, ac firmiter perpetuò ſtatuentes quod regnum Majoricarum & inſulæ Minoricarum & Eniſſæ & villa Montiſpeſſulani cum territorio & dominio ejuſdem & comitatus Ruſſilionis & Ceritaniæ & Confluentii prædicti & Cantum-liberum, & alia quæ ipſi infanti JACOBO ſupra dimittimus, & omnia pertinentia & debentia pertinere, ad eadem ubicumque quocumque modo ſemper ſint domini & dominii ejuſdem, ſcilicet regis Majoricarum & idem infans JACOBUS filius noſter, vel ejus ſucceſſores non poſſint ipſa dividere inter filios ſuos aut filias, aut in alias perſonas alienare; ſed ipſum regnum & comitatus & villa Montiſpeſſulani & alia quæ ipſi infanti JACOBO dimiſimus ſuper eis ſemper remaneant & ſint regis & dominii Majoricarum integraliter, ut dictum eſt, & unum ſolum filium ſive legitimum maſculum idem infans JACOBUS & ſui poſt ipſum ſucceſſivè faciant heredem in eiſdem, ſalvis tamen noſtris ſubſtitutionibus prædictis.

Item, filios infantis dominæ CONSTANTIÆ quondam filiæ noſtræ & infantis domini EMANUELIS fratris illuſtris regis Caſtellæ nepotes noſtros inſtituimus heredes noſtros in camera & aliis quæ præfatæ CONSTANTIÆ dedimus in tempore nuptiarum, & ipſos eis volumus eſſe contentos de bonis noſtris.

Item, cum præſenti teſtamento confirmamus & obſervamus omnes donationes à nobis factas uſque modo pro hereditatibus vel beneficiis quibuſlibet perſonis & pro anima noſtra ordinibus Eccleſiæ vel locis religioſis à nobis factis uſque modo. Et hæc eſt noſtra ultima voluntas. Et ſtatuimus jure teſtamenti vel nuncupativi ac codicillorum ſeu alterius cujuſlibet noſtræ ultimæ voluntatis, revocantes omnia alia teſtamenta & quamlibet aliam ultimam voluntatem noſtram, quæ à nobis ante hujus teſtamenti factionem ſeu ordinationem ordinata fuerunt & confecta.

Actum eſt hoc in Montepeſſulano ſeptimo Calendas Septembris anno Domini MCCLXXII. Quod teſtamentum fuit per dictum dominum regem confirmatum præſentibus &c.

Signum JACOBI Dei gratia regis Aragonum, Majoricarum, & Valentiæ, comitis Barchinonæ & Urgelli, & domini Montiſpeſſulani.

LITTERÆ CAPITULI generalis Ciſtercienſis monaſterio de Cartagena liberam abbatem eligendi facultatem concedentis.

Anno 1275. *Ex archivis Grandis-ſilvæ.*

FRater Johannes dictus abbas Ciſtercii totuſque conventus abbatum capituli generalis, univerſis præſentes litteras inſpecturis ſalutem & dilectionem.

Cùm ad inſtantiam illuſtris domini ILDEFONSI regis Caſtellæ, quem intendimus quantum poſſumus ſecundum Deum in omnibus honorare, conceſſimus domno BERTRANDO abbati monaſterii Grandis-ſylvæ, ut fratribus Cartageniæ deſtinatis aliquem religioſum virum præficeret in abbatem, & propter temporis longitudinem forma juris & ordinis conſueta non potuerit obſervari in præſ....... volentes indemnitate prædictæ abbatiæ Grandis-ſylvæ quæ pro jam dic........ ſuſtinuit & expendit liberè providere, cum atteſtatione præſentis litteræ fratribus prænominati loci de Cartagenia concedimus in poſterum facultatem liberam eligendi, & abbati Grandis-ſylvæ prædicto ſuiſque ſucceſſoribus paternitatem & poſteritatem plenariam confirmandi: ita quod confirmatio per capitulum generale nunc facta dictis abbati & abbatiæ Grandis-ſylvæ, necnon & conventui Cartageniæ, non valeat præjudicare, aut formæ ordinis conſuetæ in aliquo derogare, & cum de mandato noſtro & totius capituli generalis ſæpedicta electio fuerit celebrata, dictum abbatem Grandis-ſylvæ & monaſterium ſuum ab omni nota reprehenſionis totaliter excuſamus, & conventui Cartageniæ futuro omnimodam libertatem eligendi in proprium concedimus, ac abbati Grandis-ſylvæ perfectam poteſtatem confirmandi electionem ſecundum formam ordinis indulgemus. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum præſenti litteræ duximus apponendum.

Datum Ciſtercii anno Domini MCCLXXV, tempore capituli generalis.

RESPONSIONES EPISCOPI Carcaſſonenſis factæ extra judicium ad articulos miſſos ſub contra ſigillo domini regis domino ſeneſcallo Carcaſſonæ.

Anno 1275. *Ex archivis publicis Carcaſſonæ.*

NOverint univerſi quod venerabilis pater dominus B. Dei gratia Carcaſſonæ epiſcopus ad præſentiam nobilis viri domini Gaufridi de Colletrio militis conſtabularii Carcaſſonæ, locum tenentis nobilis viri domini Guillelmi de Choardono militis, domini regis ſeneſcalli & Carcaſſonæ & Biterris accedens quamdam pergameni cedulam eidem tradidit, ſeu præſentavit formam hujuſmodi continentem.

Proteſtatur dominus epiſcopus Carcaſſonæ A quod per ea quæ dicet vel proponet coram domino Gaufredo de Colletrio, tenente locum ſeneſcalli Carcaſſonæ non intendit nec vult judicium ingredi, litem ordiri cum illuſtriſſimo domino rege Franciæ, nec cum magiſtro Augerio de Attamiano de Biterris ſuper articulis, ut per procuratorem propoſitis, nec in dominum Gaufridum prædictum tamquam in judicem conſentire, nec litem coram eo in ſubſcriptis aliquatenus conteſtari: cùm ea quæ in prædictis articulis continentur propriè per- B ſonam domini epiſcopi tangant, & perſonali actione in talibus ſit agendum, necnon major pars præmiſſorum quæ ſuperiùs continentur, ſunt merè ſpiritualia, vel ſpiritualibus annexa, in tantum quod per eccleſiaſticum judicem eſſent, vel ſunt judicialiter diſcernenda: quare non poſſet nec auderet dictus dominus epiſcopus, licet vellet de prædictis quæſtionibus coram prædicto domino Gaufrido, ſalvâ conſcientiâ, vel coram alio quocumque ſæculari judice reſpondere. Tandem ne præſumi C valeat, ſive credi quod juridictionem ſeu jus domini regis propter prædicta velit dictus epiſcopus uſurpata detinere, ſeu ſuis ſubditis gravamina indebitè inferre, ut ſibi mendaciter eſt ſuggeſtum, vult idem dominus epiſcopus citra litis conteſtationem, quam facere non intendit, tamen extra judicium propter ſuam innocentiam oſtendendam ad honorem regiæ majeſtatis ſuper articulis ſub contraſigillo domini regis ſeneſcallo prædicto, ut dicitur, miſſis & aliis per dictum Augerium traditis, dummodo de eis non fuerit aliàs ordinatum, ſive D per dominum regem alii vel aliis commiſſa non fuerint, abſque litigio & ſine ſtrepitu judicii, de plano videri in quantum juriſdictionem ſeu jus domini regis tangere videbuntur offerent, ſe idem epiſcopus promtum & paratum inſpecta de præmiſſis veritate jus ſeu juriſdictionem domini regis, ſi in aliquo uſurpaverit, quod non vult facere, nec intendit, ſtatim dimittere, & pro poſſe ſuo permanere ipſum vult illæſum, inſtanter rogans dictum dominum Gaufridum, ut familiariter in præ- E miſſis, ut dictum eſt, detur opus efficax hinc & inde, ſalvo tamen jure Eccleſiæ, & Eccleſiaſticæ libertatis, & ut meliùs ad veritatem eliciendam, & ad innocentiam ipſius epiſcopi declarandam faciliùs valeat deveniri, idem epiſcopus infra ſcripta ordinavit ſubjungi, proteſtatione ſuperiùs poſitâ repetitâ.

Dicit enim epiſcopus Carcaſſonæ quod ipſe novam exactionem pecuniariam ab his qui ſe excommunicari permittunt non exigit, nec exigere intendit. Scilicet novem libras cum uno denario à prædictis aliquotiens exigit juxta uſum hactenus obſervatum in dioceſi Car- F caſſonæ, nec in hoc juriſdictionem temporalem domini regis in eos uſurpare concedit, nec utitur in hoc coercitione aliqua temporali. Cetera contenta in primo articulo dicit nequiter & mendosè fuiſſe ſuggeſta.

Item, dicit ſtatutum ſynodale exiſtere, ne quis diebus Dominicis & præcipuis feſtivitatibus

tibus præſumat operari, ſeu ſervilia opera A exercere, niſi urgente neceſſitate coactus, quæ abſque periculo corporis animalium, ſeu rerum aliarum nequeat præteriri. Si qui verò inventi fuerint tranſgreſſores, per tres dies Dominicos vel feſtivos in camiſia & braccis ſtare debeant ante altare, dum miſſarum ſolemnia celebrantur: quæ pœnitentia juxta qualitatem delicti diminuitur, non tamen augetur. Quod ſi ad repræſentandum ſe pro prædictâ pœnitentia recipienda inventi fuerint contu- B maces, excommunicantur per proprium ſacerdotem, à qua excommunicatione auctoritate epiſcopali abſolvuntur, ut ſuperiùs eſt expreſſum; nec præmiſſa pœnitentia impoſita extitit cauſa avaritiæ, ſeu alicujus indebitæ exactionis; ſed pro honorificentiâ Dei & ſanctorum; licèt aliquotiens recipi fecerit aliquos denarios in uſus pauperum diſperſos, ad maximam inſtantiam aliquorum. Cetera contenta in ſecundo articulo dicit nequiter & mendosè fuiſſe ſuggeſta. C

Item, dicit ſe & prædeceſſores ſuos decimam viridariorum percepiſſe, & adhuc percipere, ut eſt juris; de introïtu tamen per muros ignorat, nec illud vult aliquatenus attentari. Cetera contenta in tertio articulo dicit nequiter & mendosè eſſe ſuggeſta.

Item, dicit ſtatutum legatorum ſedis apoſtolicæ & ſynodale antiquum exiſtere, quod niſi capellanus parochianus teſtamento, ſi adeſſe poſſit, non fuerit, defuncto negetur eccleſiaſtica ſepultura, D donec ſatisfactum fuerit de contemtu; quod ſtatutum eſt hactenus obſervatum. Cetera contenta in quarto articulo dicit nequiter & mendosè fuiſſe ſuggeſta.

Iem, dicit confectionem inſtrumentorum nuptialium & teſtamentorum ad notarium per prædeceſſorem ſuum ad hoc ſpecialiter conſtitutum, à longis temporibus pertinere, & prædeceſſores ſuos epiſcopos alios notarios ſuæ diocefis prohibitos fuiſſe. Alia contenta in quinto articulo ignorat: non tamen vult ſubditos vel alias per immoderatam exactionem E aliquatenus aggravari, ſed cùm ſibi notificatum fuerit, illud faciet moderari, vel recipi, prout in aliis civitatibus recipitur convicinis.

Item, dicit contenta in ſexto articulo fuiſſe nequiter & mendosè ſuggeſta, excepto quod inhibuit notariis ſuæ diocefis ſub pœna interdicti, ne diebus ſupradictis feriatis recipiant, ſeu conficiant inſtrumenta, niſi neceſſitas exigat, vel negotiorum domini regis utilitas id expoſcat.

Item, dicit inhibuiſſe clericis per ſtatutum ſynodale, ne contra privilegium clericale abſ- F que licentia ſua contribuant ſeu tailliari ſe promittant in talliis laïcorum. Cetera contenta in ſeptimo articulo dicit nequiter & mendosè ſuggeſta fuiſſe.

Item, dicit contenta in octavo articulo nequiter & mendosè ſuggeſta fuiſſe; ſi verò aliqua de præmiſſis dubia fuerint, ſeu obſcura, ea benignè declarabit, ut de his quæ falsò ſunt ſuggeſta domino regi & ſuis veritas pateſiat, & requiſivit & rogavit dictus dominus epiſcopus dictum tenentem locum domini ſeneſcalli, an velit prædicta recipere extra judicium, & ſecundum ea procedere, quæ ibi continentur.

Item, idem dominus epiſcopus dixit, quod ſuper aliis capitulis quæ ſunt præter illa quæ fuerunt ſub contraſigillo domini regis miſſa; vult fieri juxta mandatum aliarum litterarum domini regis diu eſt domino ſeneſcallo tranſmiſſarum, vel ſtare reſponſionibus alias diu eſt per ipſum concorditer factis ſuper illis; & ſi quæ ſint ad quæ non ſit reſponſum, paratus eſt competenter reſpondere. Ad quæ dominus conſtabularius dixit, quod ipſe vult facere & procedere juxta mandatum litterarum domini regis, & iſta admittere juxta dictum mandatum, ſalvo & ſervato tenore & robore ipſius mandati & aſſignatione ipſius diei.

Actæ fuerunt hæc in civitate Carcaſſonæ, in domo dicti conſtabularii, in præſentia & teſtimonio domini Po. majoris archidiaconi Carcaſſonæ, magiſtri Bartholomæi de Podio clerici domini regis, judicis Carcaſſonæ, magiſtri Petri de Arulis canonici Perpiniani, magiſtri Raymundi Sicredi notarii curiæ epiſcopalis Carcaſſonæ; B. Amati notarii, & P. Marſendi notarii publici curiæ Carcaſſonæ domini regis, anno Domini MCCLXXV. III. Calendas Januarii.

LITTERÆ GILONIS archiepiſcopi Senonenſis,

Indulgentias accedentibus ad eccleſiam de Burgo-medio in feſto ſanctæ Coronæ concedit.

Anno 1276. Ex autographo.

GILO miſeratione divinâ Senonenſis archiepiſcopus, univerſis CHRISTI fidelibus in civitate & dioceſi Carnotenſi conſtitutis, ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem in Domino ſempiternam.

Cùm Spiritus-ſanctus filias Sion in Canticis exhortetur egredi de peccati carcere, curis ſæcularibus, & ab omni illicito opere vel ſervili, ac videre viſu fidei regem Salomonem, videlicet verum pacificum Dominum JESUM-CHRISTUM in diademate quo coronavit eum mater ſua, ſcilicet ſynagoga in die deſponſationis illius, id eſt, in die Paſſionis; quando Sponſus ſanguinum verè factus eſt eccleſiæ: ut Dominicæ paſſionis jugem memoriam habeamus, recolentes ſpinæ felicis ſtimulum, per quem exiit ſanguis ſalvans populum chriſtianum, ad quod ammirabilis diſpoſitio Salvatoris Gallicanam viſitans regionem, nos inducere dignatus eſt, dum coronam ſuam ſpineam apud chriſtianiſſimum regem Francorum imminente judicio reſumendam, ut per ſpinas coronæ Dominicæ quæ ſe noſtris præſentant aſpectibus intuendas, paſſionem Dominicam & redemtionem omnium recolamus. Cum igitur idem Rex Franciæ monaſterio de Burgo-medio Bleſenſi dederit theſaurum ineſti-

Digitized by Google

mabilem, ſpinam unam ſacro-ſanctæ coronæ Domini noſtri Jesu-Christi, ac deſideremus vos in memoriam paſſionis ipſius, & redemtionis noſtræ per inſpectionem ſpinæ hujuſmodi devenire, ac coronam ejus ſpineam, & etiam ipſam ſpinam venerari in terris: ut per hæc & alia bona quæ, Domino inſpirante, feceritis, ab ipſo Domino gloriâ & honore in cœlis mereamini coronari, de omnipotentis Dei miſericordia, beatæ & glorioſæ ejuſdem Genitricis Mariæ, & beatorum apoſtolorum Petri & Pauli, beatiſſimi protomartyris Stephani patroni noſtri, & omnium ſanctorum meritis glorioſis & interceſſionibus confidentes, omnibus verè pœnitentibus & confeſſis, qui ad eccleſiam de Burgo-medio prædictam in feſto ſanctæ coronæ Domini convenerint, quadraginta de injuncta ſibi pœnitentia dies miſericorditer relaxamus: præſentes verò litteras mitti per quæſtiarios diſtrictiùs inhibemus, eas, ſi ſecus actum fuerit, carere viribus decernentes.

Datum Bleſis die Jovis in craſtino Epiphaniæ Domini, anno Domini MCCLXXVI.

LITTERÆ RADULPHI regis Romanorum,

Hollandiæ comitatum Johanni *comiti Hannonienſi confert, ſi contingat comitem Hollandiæ decedere ſine herede.*

Anno 1276 *Ex Haſnonienſi cartario dominorum de Aveſnis.*

Rudolphus Dei gratiâ Romanorum rex ſemper auguſtus, univerſis ſacri Romani imperii fidelibus præſentes litteras inſpecturis, gratiam ſuam & omne bonum.

Cupientes nobilem virum Johannem de Hannonia quondam ſpectabilis viri Johannis de Aveſnis filium dilectum fidelem noſtrum, de cujus fidei puritate & conſtantia incommutabili, quâ zelatur nos & Romanum imperium, plenam fiduciam obtinemus, de ſpeciali gratia & liberalitate regia ad honores extollere & votivos profectus, ſi nobilis vir Florentius comes Hollandiæ dilectus fidelis noſter de hac vita migraverit ſine herede legitimo carnis ſuæ: ita quod dictum comitatum, & alia quæque bona quæ à nobis & imperio tenet in feodo, nobis & dicto imperio de jure contingerint, prædicta omnia & ſingula memorato Johanni de Haynnonia & heredibus ſuis legitimis concedimus poſſidenda & tenenda à nobis & imperio titulo feodali: dantes eidem has noſtras patentes litteras in teſtimonium ſuper eo. Teſtes hujus rei ſunt venerabiles Bertoldus & Bertoldus Herbipolenſis & Babenburgenſis epiſcopi principes noſtri cariſſimi, Fridericus Burgravius de *Nurenberg*, Ludovicus & filii ſui comites de *Oetinghen*, Henricus comes de *Kaſtel*, Eberhardus & Ulricus fratres nobiles de *Sluzzeluberg*, & alii quamplures fideles noſtri.

Datum apud *Nurenberg* idus Januarii, indict. IV. anno Domini MCCLXXVI. regni verò noſtri anno III.

LITTERÆ RODULPHI regis Romanorum,

Hermanno *comiti de Henneberg concedit comitatum Hollandiæ, ſi contigerit comitem abſque herede decedere.*

Anno 1276. *Ex eodem cartario.*

Rudolphus Dei gratia rex Romanorum ſemper auguſtus, univerſis ſacri Romani imperii fidelibus præſentes litteras inſpecturis, gratiam ſuam & omne bonum.

Cupientes nobilem virum Hermannum comitem de *Henneberg* dilectum fidelem noſtrum, de cujus fidei puritate & conſtantia incommutabili, quâ zelatur nos & Romanum imperium, plenam fiduciam obtinemus, de ſpeciali gratia & liberalitate regia ad honores extollere, & votivos profectus. Si nobilis vir Florentius comes Hollandiæ dilectus fidelis noſter de hac vita migraverit ſine herede legitimo carnis ſuæ, ita quod dictus comitatus, & alia quæque bona quæ à nobis & imperio tenet in feodo, nobis & dicto imperio vacare de jure contingerint, memorato Hermanno comiti de *Henneberg*, nobili Margaretæ ſuæ conjugi, Bopponi filio ſuo & eorum heredibus, ipſis legitimè ſucceſſuris concedimus poſſidenda & tenenda à nobis & imperio titulo feodali dantes & eiſdem has noſtras patentes litteras ſuper eo. Teſtes hujus rei ſunt, *&c. ut ſupra.*

EPISTOLA RODULPHI IMPERATORIS ad Philippum regem Francorum.

Aureæ-vallis monaſterium regi Franciæ commendat.

Anno 1276. *Ex autographo Aureævallis.*

Illuſtri & magnifico principi domino Dei gratia Francorum regi, Rudolphus eadem gratia Romanorum rex ſemper auguſtus, ſalutem & integræ dilectionis augmentum.

In regum thronis ſublimibus, & quibuſlibet aliarum tribunalibus poteſtatum, quæ catholicæ fidei fulgor illuminat, ubi præſertim locorum habilitate contigua vicinantur, ea præcipuè debet votorum vigere conformitas, ea convaleſcere debet indiſſociabilitas animorum, ut alterutrius imminente diſpendio, effectivo compaſſionis alternæ ſolatio recreentur. Quod utique quia veſtræ ſerenitati libenter offerimus, vobis & veſtris in opportunitatibus profuturum, idipſum à vobis ſub firmæ ſpei fiducia, non immeritò vice reciproca præſtolamur. Sanè porrecta nobis religioſorum abbatis & conventûs Aureæ-vallis, Ciſtercienſis ordinis, Trevirenſis diœceſis petitio continebat, ut cum ipſis à Romani imperii corde longè ſepoſitis ſub imperialis protectionis umbraculo reſpirare non liceat, malignorum in eos protervia ſæviente apud vos eiſdem dignaremur aſſiſtere, quod eorum quieti & paci veſ-

Digitized by Google

letis intendere cum effectu. Quia igitur de regali veſtra benignitate confidimus, quod ex indito cœlitus veſtris præcordiis a clarorum progenitorum veſtrorum propagatione ſinceræ devotionis ardore, ſuper hoc pio negotio facilè curas veſtras & operas noſtris deſideriis applicetis, celſitudinem veſtram attentè rogandam duximus & hortandam, quatinus pro divina ſacrique Romani imperii reverentia, & pro veſtra ſalute, noſtram in hoc caſu abſentiam ſupportantes, prædictis abbati & conventui vice noſtra & auctoritate præfati imperii juxta continentiam privilegiorum, quæ ipſis conceſſiſſe dinoſcimur, in perſonis & rebus quibuſlibet, necnon ſuper omnibus libertatibus ſibi per quoſcumque conceſſis & juribus, contra quoſcumque cujuſlibet conditionis, qui adverſus eoſdem violenter aut injurioſè proterviant; ſalvo jure ipſius imperii, veſtræ gratioſæ defenſionis, & opportunæ protectionis auxilium, patrocinium & levamen ex regia bonitate dignemini tam libenter quàm liberaliter impertiri. Hoc enim procul dubio vobis cedet ad meriti cumulum apud Deum & apud homines ad magnifici nominis incrementum.

Datum Nurembergi IV. Nonas Februarii, indictione IV. regni noſtri anno III. anno verò ab Incarnatione Domini MCCLXXVI.

JACOBI REGIS ARAGONUM ad nobiles & alios regni Majoricarum.

Significat eis ſæculo ſe renuntiaſſe, præcipitque ut deinceps infantem Jacobum filium ſuum regem agnoſcant.

Anno 1276. Ex mſ. Colbertino.

JACOBUS Dei gratia rex Aragonum, Majoricarum & Valentiæ, comes Barchinonæ & Urgelli, & dominus Montiſpeſſulani, viris nobilibus, & dilectis richis hominibus, caſtellanis feudatariis, militibus terræ Majoricarum, & regni ejuſdem, ſalutem & gratiam.

Noveritis, quod nos volentes ex nunc Dei ſervitio totaliter intendere, ut paradiſi gloriam faciliùs conſequi mereamur, ſuſcepimus modò habitum Ciſtercienſis ordinis, & deſtituimus ac derelinquimus cariſſimo filio noſtro Infanti JACOBO regnum Majoricarum & terras quod & quas hereditare debet, & ipſius regni regimen atque terrarum. Quare mandamus vobis firmiter & ſub fidelitate qua nobis tenemini, & ipſum pro veſtro domino habeatis, reſpondeatis eidem, vel cui voluerit loco ſui de omnibus de quibus nobis reſpondere tenemini qualibet ratione, & pro ipſo ex nunc faciatis in omnibus & per omnia, ſicut nobis facere tenemini & debetis, & hoc aliquatenus facere non omittatis.

Datum *Algezire* XII. Calendas Auguſti, anno Domini MCCLXXVI.

Ejuſdem tenoris extant ad archiepiſcopum Tarraconenſem, ad conſules Montiſpeſſulani, Perpigniani, & alios.

LITTERÆ JOHANNIS de Aveſnis Hannonienſis.

Ratam habet donationem factam GUIDONI *de Caſtellione à Johanne de Caſtellione comite Bleſenſi.*

Anno 1277. Ex cartario Hannonienſi dominorum de Aveſnis.

JOu JEHANS d'Aveſnes damoiſeaus de Haynnau fach ſavoir à tous chiaus ki ces preſentes lettres veront & oront, KE comme j'aie veuës les lettres men chier couſin JEHAN de Chaſtillon conte de Blois & ſigneur d'Aveſnes, & AELIS ſa femme conteſſe de Blois & dame d'Aveſnes, & les lettres noble homme PIERON fil le roy de France conte d'Alenchon & de Chartres, & de JEHANNE conteſſe d'Alenchon & de Chartres ſa femme en le fourme & en le teneur KI enſuit.

Nous JEHANS de Caſtillon cuens de Blois & ſires d'Aveſnes faizons ſavoir à tous chiaus ki ces preſentes lettres veront & oront, KE nous de le volenté & del ottroi AELIS noſtre chiere compaigne, donons, volons & ottroions ſimplement, purement, & abſoluement, ſans jamais rapieler à noſtre chier frere GUY de Chaſtillon conte de S. Pol toute noſtre terre de *Braibant* KE nous tenons dou conte de Haynnau : c'eſt-à-ſavoir *Leuſe* avoec toutes ſes apertenances *Eſkanaffe* avoec toutes les apertenances & tout le remanant de ladite terre de Braibant, ſoit en caſtiaus, en maiſons, en tierois, en rentes, en juridictions, en quelconques autres cozes cloſement, entirement, parfaitement, heritaulement à perpetuité, à touſjours, à lui & à ſes hoirs, ſauf JAKET noſtre neveut fil audit GUIS, ce que nous li avons doné & aſſené en la terre de Braibant devantdite, ſi com il eſt contenu & deviſei en nos lettres ke lidis JAKET a de nous. Et tout chou nous donons, volons, greons, ottroions en recompenſation & en reſtor de ce que lidis Guis noſtre frere devoit u pooit avoir en la ſucceſſion nôtre chier pere & nôtre chiere mere, & en la ſucceſſion nôtre chiere tante MEHAUT jadis conteſſe de Chartres, & HUE jadis nôtre frere. Et promettons en bone foy les cozes devantdites à tenir, garder, & non venir encontre. Et à toutes ces cozes deſſuſdites & deviſées, tenir & garder, garandir & accomplir, nous obligons nous & nos hoirs & tous nos biens, muebles & non muebles, preſens & avenir, & en quelconques liu ke il ſoient, & renonchons, tant com à chou, à tout droit, à toute couſtume, à toutes voies, à toutes raiſons, & ocquiſons, & à toutes autres cozes devantdites poroient i eſtre empêchies, u aneanties, u amenuiſies, en tout u en partie. Et en tieſmoins & en confermement de toutes les cozes deſſuſdites & deviſées nous avons fait ces preſentes lettres ſaieler de noſtre ſaiel.

Et nous AELIS conteſſe de Blois & dame d'Aveſnes toutes les cozes deſſuſdites & deviſées volons, greons, & ottroions. En tieſmoing

Digitized by Google

de laquel coze nous avons mis noſtre ſaiel à A ces preſentes lettres avec le ſaiel noſtre chier ſigneur le conte de Blois. Ces lettres furent donées en l'an de graſce MCC. ſiſſante & diſſiet ou mois de Marck.

Nous PIERES fiuls le roy de France cuens d'Alençon & de Chartres, & nous JEHANNE conteſſe d'Alençon & de Chartres ſa femme, nous faiſons ſavoir à tous chiaus KI ces preſentes lettres veront & oront, que comme nous ajens veu les lettres nôtre chier pere & ſigneur B JEHAN conte de Blois & ſigneur d'Aveſnes, & noſtre chiere dame & mere AELIS conteſſe de Blois & dame d'Aveſnes en la fourme & en la teneur KI enſuit.

Nous Jehans de Chaſtillon &c. (tout enſi con deſſus eſt dit juſques à chi.)

Nous volons, ottroions, & greons, conſentons, confremons, & approvons de noſtre boine volenté toutes les cozes deſſuſdites & deviſées, & ce KE li devantdis noſtre chiers peres JEHANS cuens de Blois a donei en la terre C de *Braibant* à JAKET ſen neveu, & promettons en boine foy, KE nous ne venrons encontre par nous, ne par autrui par nule raiſon u occoiſon, KI pueſt nuire audit GUY & a ſes hoirs, & audit JAKET, & à ſes hoirs, & nous valoir & aidier. En teſmoing & en confremement de toutes les cozes deſſuſdites & deviſées, nous avons fait ces preſentes lettres ſaieler de nos ſaiauls.

Ces lettres furent donées en l'an de graſce MCCLXXVII. ou mois de Marck.

D Jou toutes les cozes deſſuſdites & deviſées toutes enſamble & caſcune par ſoi voel, grée, ottroi, appreve, & conferme, comme ſires hiretiers de Haynnau. Et voel KE ce vaille autant, comme s'il avoit eſtet fait en Haynnaut en court en le preſence des jugeurs, & oſſi com s'il euiſt eſtet jugiet à toutte la ſollempnitet des couſtumes de Haynnaut. Et prometh en boine foy à non venir encontre par nous ne par autrui. En teſmoing & en confermement de ces cozes deſſuſdites & deviſées, j'ai fait ſaieler ces preſentes lettres de mon ſaiel. Ce fut E doné en l'an del Incarnation noſtre Signeur MCCLXXVII. ou mois de Marck.

A ce tranſcrit faire & doner furent com homme monſigneur le conte de Haynnau, meſſires WAUTIERS d'Antoing ſires de Bieloine, meſſires NICOLES del Alaing, li ſeneſcaus de Hordaing, li ſires de Wauſiers, meſires ALIAUMES de Vilers, meſires Hellins ſes freres, meſires GRARS Dyuvir, meſires HENRI de le Mote, meſires GRARS d'Eſcaillon, & li ſires de Manni chevalier, PIERES de Lens, & ROBIERT d'Aſti ces eſcuier. Ce fut fait & delivret à Raimbaucourt en F le maiſon le prieſtre en l'an del Incarnation noſtre Signeur Jeſus-Chriſt MCCLXXX & quatre le mardi devant le Candeler. En tieſmoignage de le delivrance de ceſt tranſcrit, nous li homme devantdis avons à ces preſentes lettres nos propres ſaiauls pendus l'an & le mardi devantdis.

FOEDUS

inter JOHANNEM dominum de Hybernia Moretonii comitem & BALDUINUM comitem Flandriæ.

OMnibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit JOHANNES dominus de *Ybernie* comes Moretonii ſalutem. Anno 1177. *Ex cartario Haſnonienſi dominorum de Aveſniis.*

Noverit univerſitas veſtra, me tale fœdus & amorem & conventionem iniiſſe cum BALDUINO comite Flandriæ & Hannoniæ conſanguineo meo, & hoc de voluntate & aſſenſu illuſtris regis RICHARDI fratris mei, videlicet quod ſi præfatus rex RICHARDUS obierit abſque herede de uxore ſua legitima, quod Deus avertat, ego pacem aut treugam non faciam nec facere potero cum rege Franciæ ſine aſſenſu & voluntate prædicti comitis, nec idem comes pacem aut treugam faciet nec facere poterit cum rege Franciæ ſine aſſenſu & voluntate mea. Et ſciendum quod hoc fœdus & hic amor & hæc conventio duratura eſt inter nos in perpetuum & heredes noſtros qui terras poſt nos tenebunt, ſive pax erit, ſive non. Et ſi fortè de voluntate & aſſenſu tam prædicti comitis Balduini, quam meo pax aut concordia fieret inter regem Franciæ & nos, & rex Franciæ poſtmodum ſive ipſum comitem BALDUINUM ſive me guerrearet, ego & ipſe comes BALDUINUS tenebimur ad mutuum ſubſidium & auxilium nobis invicem conferendum pro ut melius poterimus, & tam ego quam prædictus comes BALDUINUS hoc firmiter & bona fide inter nos tenendum in perpetuum, tactis ſacro-ſanctis evangeliis, juravimus his teſtibus HUBERTO Cantuarienſi archiepiſcopo, JOHANNE Wirgonienſi, WILHELMO Lexovienſi epiſcopis, EUSTATIO Elienſi electo, WILHELMO de S. Mariæ eccleſia decano Moretonii, HENRICO fratre comitis BALDUINI, THEODERICO filio Philippi comitis Flandriæ, ROG. de Cortrario, HUGONE de ſancto Auberto, REINERO de Trit, NICOLAO de Condato, ALARDO mareſcalco THEODERICO de Beure, BALDUINO de Comminis, SIMONE de Haverets, BALDUINO comite Albæ-marlæ, WILHELMO comite de Arondel, comite VILHELMO marecalco, comite DAVID WILHELMO filio RAD. ſeneſc. Norman. WILHELMO de Humet. conſtab. Norman. Vvilhelmo de Kaio, JOHANNE de Pratellis, HUBERTO de Carenci, WILHELMO de Hondeſcote, GALFRIDO de Boſco.

Apud Rothomagum octavo die Septembris anno regni RICHARDI fratris mei octavo.

FOEDUS

inter Johannem dominum de Hibernia & Moritonii comitem & Philippum comitem Namurcenſem.

OMnibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit JOHANNES dominus Hyberniæ, comes Moretonii ſalutem. Anno 1178. *Ex cartario Haſnonienſi dominorum de Aveſniis.*

Digitized by Google

Noverit univerſitas veſtra, me de voluntate & aſſenſu BALDUINI comitis Flandriæ & Haynoniæ iniiſſe fœdus cum PHILIPPO comite Namurcenſi conſanguineo meo, fratre prædicti comitis BALDUINI; ſcilicet quod ſi prædictus comes BALDUINUS obierit ſine herede de uxore ſua legitima, quod Deus avertat, ego nec pacem nec treugam faciam nec facere potero cum rege Franciæ ſine aſſenſu & voluntate prædicti PHILIPPI comitis, nec idem comes Philippus pacem aut treugam faciam cum rege Franciæ ſine aſſenſu & voluntate mea. Et eſt ſciendum quod hic amor & hæc confœderatio inter nos & heredes noſtros in perpetuum duratura eſt, ita quod ſi fortè tam de voluntate prædicti comitis PH. quam mea pax aut treuga fieret inter nos & regem Franciæ, & rex Franciæ ſive ipſum comitem ſive me poſtmodum guerrearet, nos ad mutuum ſubſidium, prout melius poterimus, tenebimur ad invicem. Hoc autem fideliter tenendum & obſervandum, tactis ſacro-ſanctis evangeliis, tam prædictus P. comes quam ego juravimus, teſtibus H. Cantuarienſi archiepiſcopo, VV. Lexovienſi & H. Coventr. epiſcopis, E. Elyen, & VV. Abrincenſi electis, BALDUINO de Alba-malla, W. mareſcalco, W. de Sar. comitibus, W. de Hum. conſtab. Norman. W fil. Rad. ſeneſcalco Norm. RAD. Taiſſon, JOHANNE de Pratellis, PETRO de Pratellis, W. de Hanoio, PHILIPPO filio comitis, Sehero caſtellano de Gandavo, Balduino de Cuminis, TIERRICO de Bieu, PETRO de Meſnil, NICOLAO de Condato, HUGONE de Remigneio, CLAREMB. de Alta-rippa, & multis aliis.

EPISTOLA PETRI de Monte-bruno archiepiſcopi Narbonenſis ad ſuos ſuffraganeos.

Ut preces ad Deum fundant pro pace inter Franciæ & Caſtellæ reges.

Anno 1280. Ex autographo.

PETRUS miſeratione divina ſanctæ Narbonenſis eccleſiæ archiepiſcopus venerabilibus in Chriſto fratribus Biterrenſi, Toloſano, Magalonenſi, Uticenſi, Elnenſi, Lodovenſi, Agathenſi, Nemauſenſi, Carcaſſonenſi, Dei gratia epiſcopis ſuffraganeis eccleſiæ Narbonenſis ſalutem & ſinceram in Domimo . . . . . tatem.

Litteras ſanctiſſimi patris domini noſtri Nicolai divina providentia ſummi pontificis nos noveritis recepiſſe, per quas nobis & vobis diſtrictè præcipit, ac utroſque efficaciter exhortatur, ut pro pace & concordia inter Francorum & Caſtellæ reges reformanda ſpeciales preces tam in ſermonibus quam in miſſis per noſtram provinciam offerri Domino faciamus. Quas litteras apoſtolicas vobis exhibendas mittimus per nuntium noſtrum præſentium portitorem, & ut quod mandatur melius & efficacius exequi valeatis, expedit quod ſine moræ diſpendio ex eis tranſcriptum aſſumere debeatis. Eaſdem nobis litteras apoſtolicas per eumdem nuntium celeriter remiſſuri. Ut autem de præſentatione vobis facta plenius nobis conſtet, veſtrorum ſinguli ſigillum proprium præſentibus faciatis appendi.

Datum Montillis XII. Calendas Julii anno Domini MCCLXXX.

LITTERÆ PHILIPPI REGIS III. de compoſitione murorum civitatis Carcaſſonæ.

Anno 1280. Ex Archivis urbis Carcaſſonenſis & ſchedis Colbertinis.

PHILIPPUS Dei gratiâ Francorum rex, notum facimus univerſis, tam præſentibus, quàm futuris, quod cùm inter nos ex una parte, & epiſcopum Carcaſſonæ ex altera, contentiones & quæſtiones variæ verterentur ſuper jure & ſervitutibus, quod & quas idem epiſcopus dicebat ſe & eccleſiam Carcaſſonæ habere in muris noſtris civitatis Carcaſſonæ, qui de novo conſtruuntur ante domum ſuam epiſcopalem; tandem ad invicem concordavimus, & amicabiliter compoſuimus in hunc modum. Videlicet quod voluimus & conceſſimus eidem epiſcopo, quod ipſe & ſucceſſores ſui habeant in prædictis muris quatuor feneſtras ferrandas ad proprios ſumtus ſuos bonâ & competenti ferraturâ, ad notitiam ſeneſcalli noſtri Carcaſſonæ: quod dictæ feneſtræ claudantur per gentes noſtras tempore guerræ in illis partibus imminentis, ſecundum quod dictis gentibus noſtris videbitur expedire. Guerrâ vero ceſſante, epiſcopus Carcaſſonæ, qui nunc vel qui pro tempore erit, eas aperire poterit, & ad ſtatum priſtinum reducere, auctoritate propriâ, & ſine requiſitione cujuſquam.

Item. Conceſſimus eidem epiſcopo & ſucceſſoribus epiſcopis, quod poſſint facere pilarios lapideos, vel ligneos, conjunctos & contiguos dictis muris, in quibus poſſent trabes, tigna, ſolerium, & tectum domuum ſuarum & ædificiorum firmare, apodiare & apponere quotieſcumque ædificare, ſeu reparare voluerint domos ſuas: quarum parietes medii & tranſverſales dictis muris jungantur. Fiant inſuper ad expenſas noſtras in eiſdem muris canalia lapidea, per quæ ſtilicidia domuum epiſcopalium exire, currere & ſtilare valeant extra muros.

Item. Conceſſimus eidem epiſcopo & dictis ſucceſſoribus ſuis, quod unam de turribus quæ conſtruuntur in muris prædictis habeant, teneant, & poſſideant à parte inferiori uſque ad curſerias quæ fient deſuper in muris prædictis: parte vero dictæ turris ſupra curſerias prædictas ſemper nobis & noſtris gentibus remanente: ita quod dictam turrim inferiùs & ſuperiùs in ſolidum poterunt gentes noſtræ ad manum noſtram capere & tenere tempore guerræ in illis partibus imminentis. Qua ceſſante, dicto epiſcopo & ſuis ſucceſſoribus dimittatur pars inferior dictæ turris, ſibi ſuperius prætaxata. Fiant ſiquidem clauſuræ, ſive portæ deſuper in dictis curſeriis, ubi muri incipiunt domibus epiſcopalibus jungi in utroque capite dictarum curſeriarum à parte domuum

Digitized by Google

epiſcopalium, ne tranſitus & aſpectus in eiſdem domibus pateat cuilibet tranſeunti. Voluimus etiam & conceſſimus quod dictus epiſcopus faciat introïtus ſive portas juxta muros, cum ipſe ædificare, ſeu reparare voluerit domos ſuas in utroque capite domuum ipſarum inferiori parte, per quas portas, ſive introïtus tempore guerræ in illis partibus imminentis cuſtodes ſeu excubiæ dictæ civitatis tranſire poſſint per domum epiſcopi juxta muros, ſed tamen portæ hujuſmodi, guerra ceſſante, clauſæ per epiſcopum tenebuntur: taliter quod ipſo invito nullus perinde tranſire valeat aliqua ratione. Reſervantes eidem epiſcopo & ſuis ſucceſſoribus jus, ſi quod habet, in reliqua parte murorum exiſtentium ante domum ſuam, quatenus dicta domus protenditur, ſi dictos muros conſtrui de novo contingeret in futurum: quod ut ratum & ſtabile permaneat in futurum, præſentibus litteris noſtrum fecimus apponi ſigillum, ſalvo in aliis jure noſtro, & jure in omnibus alieno.

Actum Pariſius, anno Domini MCCLXXX. menſe Auguſti.

LITTERÆ OTTONIS marchionis Brandeburgenſis,

conſentit, ut conceſſiones quorumdam feodorum à VVILHELMO *Romanorum rege facta nobili viro Johanni patri Johannis de Aveſnis, eidem confirmentur.*

Anno 1281. Ex Haſnonienſi cartario DD. de Aveſnis.

OTTO Dei gratia marchio Brandeburgenſis, univerſis ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem.

Cum notitia ſcriptorum ad omnia quæ decorem & decus, ac utilitatem imperii reſpiciunt fideliter promovenda, nos recognoſcentes aſtrictos, eis cum ſumma alacritate, cum ſuper hiis utilitate ſuadente requirimur, noſtrum tenebimur impertiri conſenſum. Cum itaque vir nobilis JOHANNES comes Haynonienſis ſive de Aveſnis progenitorum ſuorum ſequens veſtigia, ſereniſſimo domino noſtro domino RADULPHO Romanorum regi inclyto, & Romano imperio ſe devotum exhibeat & fidelem, & ejus fidelis devotio & devota fidelitas poſſint domino noſtro prædicto & imperio circa metas ipſius imperii eſſe quamplurimum fructuoſæ. Nos clarè conſentimus, & ad hoc noſtrum expreſsè impertimur aſſenſum, ut ſupradictus dominus noſter rex Romanorum approbet, innovet, & confirmet in perſona ipſius gratiam quam claræ memoriæ quondam WILLELMUS Romanorum rex inclytus in conceſſionis quorumdam feodorum ipſi & imperio vacantium pro utilitate imperii quondam patre* prædicti comitis ob ipſius merita clara reſpexit, prout in ejuſdem regis VILHELMI privilegiis ſuper ipſa confectis gratia plenius continetur. Ratum habentes & gratum quicquid dictus dominus noſter circa dictum comitem in præmiſſis fecerit vel ſequentibus ad præmiſſa, ita tamen quod nobis & amicis noſtris non cedat ullatenus in præjudicium, vel gravamen.

*f. patrem.

Datum in *Verbelins*, an. Dom. MCCLXXXI. Idus Julii.

LITTERÆ HERMANNI comitis de Hayneberch

Tam pro ſe quam pro filiis ſuis vendit illuſtri viro JOHANNI *de Aveſnis quidquid Margareta quondam uxor ſua in comitatu Hollandiæ habuit* &c.

Anno 1281. Ex cartario dominorum de Aveſnis.

UNiverſis præſentes litteras inſpecturis HERMANNUS comes de *Hayneberg* ſalutem & notitiam veritatis.

Noverint quod nos pro nobis BOPPONE filio noſtro, viro nobili OTHONE marchione Brandeburgenſi & JUTTA filia noſtra ejuſdem marchionis uxore, ac noſtris, & eorum heredibus vendidimus, & vendere, tradere, & deliberare promittimus & tenemur illuſtri viro domino JOHANNI de Aveſnis comiti Hannoniæ & ejus heredibus omne jus hereditarium quod MARGARETA quondam uxor noſtra, materque BOPPONIS & JUTTÆ liberorum noſtrorum ex paterna maternaque ſucceſſione in comitatu Hollandiæ habuit aut habere debuit, & quod eiſdem liberis ceſſit per mortem ipſius Margaretæ. Vendidimus etiam præfato comiti & ſuis heredibus omnes annuos reditus & omnia bona videlicet quingentarum & quinquaginta marcarum Colonienſis monetæ quæ eadem domina tenebat & tenere debebat in teloneis de *Ambris* & de *Gervileth*, quæ quidem ei fuerunt aſſignata ab inclyto felicis recordationis VVILHELMO quondam rege Romanorum fratre ſuo ac nobili viro FLORENTIO comite Hollandiæ, prout in litteris ipſorum ſuper hoc confectis & eidem ac nobis conceſſis plenius continetur. Præterea dicto JOHANNI comiti ac ſuis heredibus vendidimus omnia bona & arreragia, quæ poſt mortem dictæ MARGARETÆ quondam dominæ de *Hayneberch* reſtant ſolvenda de præmiſſis reditibus & bonis ac detenta. Promittentes eidem comiti Hannoniæ pro nobis, dictis liberis noſtris, necnon marchione Brandeburgenſi litteras dictorum VVILHELMI regis illuſtris & domini FLORENTII, infra hinc & feſtum beati MICHAELIS proximo venturum, nobili viro domino GODEFRIDO comiti *Zonnen* deſtinare, unà cum inſtrumento ſeu inſtrumentis venditionis & contractus prædictorum per præfatum comitem Hannoniæ faciendis & nobis ab eodem infra præfixum tempus tranſmittendis & dictum inſtrumentum ſeu inſtrumenta nobis à dicto comite, ut dictum eſt, tranſmiſſa, ſigillari faciemus & promittimus ſigilli ſereniſſimi domini noſtri RUDOLPHI Romanorum regis, noſtro, BOPPONIS filii noſtri, marchionis Brandeburgenſis; & JUTTÆ ejus uxoris prædictorum. Nec eſt præter-

Digitized by Google

mittendum quod ſi dictus comes Haynnoniæ habito ſuper hoc conſilio, dictas litteras retinere voluerit, quod mercatoribus à nominatis & per litteras noſtras eidem deſignatis ſecuritatem dabit; aut fidejuſſionem eiſdem præſtabit de quindecim centum & octoginta libris ſterlingorum legalium denariorum terminis ſubnotatis reddendorum, videlicet in Natale Domini proximo venturo tertiam partem prædictæ pecuniæ, aliam tertiam partem in feſto nativitatis beati Johannis-Baptiſtæ immediatè ſubſequente; & ultimam tertiam partem in Natale Domini anno finito. Et ſi præfatus comes Hannoniæ prædictas litteras dicto comiti *Zenen* remiſerit, nec eas retinere voluerit, liber erit à ſolutione pecuniæ prænotatæ, & nos à conditionibus ſupradictis, dum tamen ante Natale Domini proximo venturum remiſerit eaſdem comiti *Zenen* prænotato. Et hæc omnia, ſicut ſuperius ſunt expreſſa pro nobis, liberis noſtris, & marchione prædictis, eidem comiti Hanoniæ, & ſuis heredibus promittimus tenere, adimplere & inviolabiliter obſervare bona fide: ſupplicantes domino noſtro RUDOLPHO Dei gratia Romanorum rege prædicto, quod ad obſervationem præmiſſorum, quotiens neceſſe fuerit, nos compellat, & ſuum in præmiſſis dignetur præbere conſenſum, & ea auctoritate ſua regia in abſentia noſtri ſi neceſſe fuerit confirmare. In quorum omnium teſtimonium & munimen præſentes litteras ſigillo prædicti BORPONIS filii noſtri, eo quod ſigillum proprium penes nos ad præſens non habebamus, dicto comiti Hannoniæ contulimus roboratas.

Actum & datum apud *Nurenberg* anno Dominicæ Incarn. MCCLXXXI. menſe Auguſto.

LITTERÆ RODULPHI
Romanorum regis

Confirmat omnia judicia facta in curia VVILHEELMI *regis in gratiam* JOHANNIS *de Aveſnis Haynnoniæ comitis contra dominam Margaretam Flandriæ comitiſſam.*

Anno 1281. Ex cartar. dominorum de Aveſnis.

RODULPHUS Dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus univerſis ſacri imperii Romani fidelibus in perpetuum.

Regiæ præeminentiæ principalis auctoritas inſtitutis ab olim ſolidata regalibus, & antiquæ munificentiæ liberalibus titulis glorioſius inſignita, devotos indeſinenter amplectitur, gradibus auctioribus eos continuè provehens & extollens, ut fida devotio & devota fidelitas abundanter amplificetur in numero, prout creſcit amplificatio meritorum, & ſicut ſumus in juſtitia faciles, ſic efficiamur in gratia liberales. Ea propter noſcere volumus univerſos tam poſteros quam præſentes, quod cum ſpectabilis vir JOHANNES de Aveſnis Haynnoniæ comes fidelis noſter dilectus ad celſitudinis noſtræ præſentiam acceſſiſſet, propoſuit coram nobis, quod cum jam pridem illuſtris domina MARGARETA tunc Flandriæ comitiſſa adverſus Romanum imperium & præclaræ recordationis WILLERMUM Romanorum regem prædeceſſorem noſtrum indevotionis erecto calcaneo, ipſum imperium ſive regem per ingratitudinis vitium adeo provocaſſet, quod idem rex proceſſu legitimo habito contra eam, dictante ſententia principum, comitiſſam prædictam quibuſdam terris, videlicet terra juxta Scaldam, terra de *Aloſt*, terra de Vvaſia, & terra Quatuor-officiorum cum omnibus ſuis pertinentiis, quas ab imperio tenuiſſe debuerat; omni juris ſolemnitate ſervata privaverit; conferens ipſas terras quondam ſpectablli viro JOHANNI de Aveſnis ejuſdem comitis Haynnoniæ genitori, quem ſibi & imperio fidum & gratum ab experto compererat, principum eorumdem benivolo accedente & applaudente conſenſu. Quamobrem prædictus comes Haynoniæ noſtro culmini ſupplicavit humiliter, ut privationem & collationem præmiſſas approbare, confirmare, ac innovare de benignitate regia dignaremur, juxta quod in inſtrumentis prædicti VV. regis ſuper prædictis privatione & collatione confectis & inſertis præſentibus plenius contineri dinoſcitur: quorum quippe per omnia hujuſmodi eſt tenor:

WILLERMUS Dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus univerſis ſacri imperii Romani fidelibus præſentem paginam inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum.

Ad notitiam univerſorum volumus pervenire, quod nobis in generali curia noſtra apud *Frankefort* pro tribunali ſedentibus, in præſentia principum & magnatum imperii, venerabilis Herbipolenſis epiſcopus dilectus princeps noſter requiſitus per ſententiam definivit, quod poſtquam nos electi fuimus à principibus in Romanorum regem, per ſummum pontificem confirmati, & conſecrati, ac coronati, prout moris eſt, ſolemnitate qua decuit apud Aquis, parebant & competebant nobis de jure civitates, caſtra & omnia bona ad imperium pertinentia, & quod omnes principes nobiles & miniſteriales principatus & feoda ſua infra annum & diem à nobis requirere & relevare tenebantur.

Item, venerabilis Argentinenſis epiſcopus dilectus princeps noſter, eodem modo requiſitus, per ſententiam definivit, quod omnes principes nobiles & miniſteriales qui principatus & feoda ſua infra annum & diem requirere & relevare à nobis contumaciter neglexerunt, omnia illa feoda & principatus nobis vacaverunt & vacant, & de illis poſſumus diſponere ſecundum quod nobis placuerit, retinendo nobis vel in feodum aliis concedendo.

Item, venerabilis C. Colonienſis archiepiſcopus dilectus princeps noſter ſimiliter requiſitus, per ſententiam definivit, quod omnes principes nobiles & miniſteriales moniti & requiſiti à nobis per noſtram electionem & coronationem, ſine quibus nos obtulimus viva voce, vel per noſtros nuntios & litteras, ut

Digitized by Google

principatus & feoda ſua à nobis reciperent, & A intra ſex ſeptimanas & tres dies poſt hujuſmodi monitionem, requiſitionem ſive oblationem recipere contumaciter neglexerunt, omnia feoda ſive principatus nobis vacaverunt & vacant, & de illis poſſumus diſponere quod nobis placuerit, retinendo, ſive aliis in feodum conducendo.

Item, prædictus Herbipolenſis epiſcopus requiſitus per ſententiam diffinivit, quod ex quo MARGARETA comitiſſa Flandriæ per annum & diem neglexit contumaciter requirere feoda, licet ſuper hoc monita & requiſita B fuerit, de illis nos ſecundum voluntatem noſtram potuimus liberè ordinare, ea retinendo nobis vel in feodum aliis concedendo. Nos verò prædictis ſententiis auditis diligenter, ceteris principibus & magnatibus approbantibus ſupradictis, terram de Namurco cum ſuis attinentiis terram juxta Scaldam, terram de *Aloſt*, terram de Vvaſia & terram Quatuor-officiorum cum omnibus pertinentiis ſuis cariſſimo ſororio noſtro nobili viro JOHANNI de Aveſnis, prout eadem comitiſſa ab imperio C tenuit, in feodum conceſſimus à nobis & imperio perpetuo poſſidendas.

Item, prædictus Colonienſis requiſitus ſententiavit, quod ex quo nos feoda, quæ comitiſſa prædicta ab imperio tenebat, eidem JOHANNI conceſſimus in feodum, villæ, caſtra & alia bona ad dicta feoda pertinentia parere debent eidem JOHANNI de Aveſnis, & ei debent homines prædictarum terrarum fidelitatis facere juramentum. Quas ſententias ratas & gratas habentes, eas auctoritate regia con- D firmamus, & eas præcipimus obſervari. In cujus rei teſtimonium præſentes litteras exinde conſcribi & noſtræ majeſtatis & aliorum principum & magnatum ſigillis juſſimus communiri.

Datum in caſtris ante *Frankefort* v. Idus Julii indictione decima anno Domini MCCLII.
(a) regni verò noſtri anno quarto. (a) Item.

VVILLERMUS Dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus univerſis præſentes litteras inſpecturis ſacri imperii fidelibus E gratiam ſuam & omne bonum.

Poſtquam in præcelſæ dignitatis honore nos prætulit exaltator humilium, & ſceptrum Romani regni palmamque victoriæ nobis divina diſpoſitione commiſit, nil ſplendet ſubtilius in celſitudine noſtri cordis, quam quod clementia regnet in pectore noſtro, ſtateram geſtando in manibus, æqua lance cuique impendimus præmium juxta ſuorum exigentiam meritorum. Cùm itaque nobilis JOHANNES de Aveſnis cariſſimus ſororius noſter propter ſuæ devotionis obſequia celſitudini noſtræ adeo ſe F gratum reddiderit & acceptum, quod merito teneamur ipſum proſequi ſpeciali gratia & favore, terram de Namurco, terram de *Aloſt*, terram juxta Scaldam, terram Vvaſiæ, terram Quatuor-officiorum cum omnibus ſuis pertinentiis, quibus M. comitiſſa Flandriæ & Haynoniæ propter ſuam contumaciam manifeſtam reddidit ſe indignam, non parendo mandatis noſtris infra tempus per principes & magnates imperii præfixum, nec recipiendo à nobis ut debuit, terras ſuperiùs nominatas ſecundum quod per principes & magnates prædictos imperii ſententiatum extitit in generali curia noſtra apud *Frankenfort* coram nobis; & ſecundum quod prædictæ ipſius comitiſſæ, exigentibus culpis & meritis eidem abjudicatæ exiſtunt Jo. prædicto in feodum de providentia conſilii noſtri duximus liberalitate regia concedendas, inveſtiendo ipſum in prædicta curia cum ſolemnitate qua decuit, recipiendo ab eodem homagium, fidelitatis debitæ præſtito juramento. Præterea per principes & magnates in eadem curia ſententiatum extitit coram nobis quod illi qui poſt infeudationem noſtram dicto Jo. homagium non fecerint, ſeu feoda eorum non requiſierint, idem Jo. de prædictis feodis ſive retinendo, vel aliis in feodum concedendo diſponere poteſt juxta ſuæ beneplacita voluntatis. Quapropter præſentis edicti auctoritate diſtrictiùs inhibemus, ne quis contra hanc infeodationem & conceſſionem venire audeat, vel ipſum Jo. in aliquo moleſtare: quod qui facere præſumſerit, indignationem noſtram ſe noverit graviter incurſurum, & in reatus ſui pœnam centum marcas auri, medietatem fiſco noſtro, & medietatem injuriam paſſis componat prout eſt hactenus in imperio conſuetum, nihilominus præmiſſis ſententiis in ſuo robore inviolabiliter duraturis. Hujus rei teſtes ſunt venerabiles G. Maguntinus & C. Colonienſis archiepiſcopi, Herbipolenſis & Argentinenſis epiſcopi, H. Spirenſis cancellarius noſter, H. Leodienſis electi, illuſtres viri H. de *Brunſvvic*, H. Brabantiæ duces dilecti principes noſtri, H. comes de *Henneberg*, camerarius noſter Vl.. de *Miſenberch*, E. Gelren *de Vilnevve*, de *Waldeterke*, de *Los*, de *Cingenhan* & ſylveſtres comites, VV. de Bollandia & P. de *Rinkel* & alii quamplures.

Datum in caſtris ante *Frankefort* v. Idus Julii indict. x. anno Domini MCCLII.

Nos igitur fidei puritatem & ſinceritatis affectum quem prænominatus comes Haynnoniæ & progenitores ipſius ad nos & ſacrum Romanum geſſerunt imperium gratioſiùs attendentes, conſiderantes quoque præclara & grata quæ comes ipſe nobis & imperio memorato gratanter impendit obſequia & adhuc impendere poterit gratiora, devotis ejuſdem ſupplicationibus inclinati, privationem & collationem litterarum hujuſmodi per præfatum VV. regem ſic factas ſolemniter prout ſuperiùs evidens eſt expreſſum ratas habentes & gratas, eaſdem majoris partis noſtrorum & imperii principum jus in electione Romani regis habentium, libero interveniente conſenſu, de plenitudine regiæ poteſtatis, ex certa conſcientia confirmamus, innovamus, approbamus, & hujus ſcripti patrocinio communimus,

(a) Has litteras uti & ſequentes VVILLELMI regis confirmavit Nicolaus epiſcopus Cameracenſis eodem anno ſabbato poſt feſtum beatorum Jacobi & Chriſtophori.

Digitized by Google

mus, & nihilominus dictas terras & omne jus quod ratione imperii nobis vacavit & vacat, competiit ſive competit in eiſdem comiti ſæpedicto Haynnoniæ, unà cum omnibus attinentiis ſuis ex merâ liberalitate de novo conferimus & donamus in feodum; ab eodem comite ac heredibus ſuis perpetuò poſſidendum, & de feodis ipſis eumdem ſolemniter inveſtimus, recepto ab ipſo pro terris prædictis homagio, & fidelitatis debitæ juramento. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc præſentem paginam noſtræ confirmationis, innovationis, approbationis, & novæ collationis infringere, vel eidem in aliquo auſu temerario contraire; quod qui facere fortè præſumſerit, gravem regiæ indignationis offenſam ſe noverit incurſurum. Earum verò quæ ſunt conſcripta ſuperiùs, ſunt hii teſtes. Ven. Babenbergenſis & Herbipolenſis epiſcopi, abbas Fuldenſis & illuſtris L. comes palatinus Rem. dux Bawe principes, illuſtris H. Ar. comes de *Habſpurch*, & de *Haſpurch*; & de *Kypurch*; & Alſaciæ Langravius filius noſter, clariſſimi H. de *Badem*, H. de *Burgouve*, & H. de *Haperch* marchiones, ſpectabiles viri; Fr. Bur de *Vuemberg*, G. de *Seyne*, Jo. & H. de *Spahen*, H. & B. de *Honneberch*, Bur. de *Hohenberch*, H. de *Fourſtemberch*, L. de *Ortingen*, E. de *Carzennelbourg*, de *Vuittenberg*, O. de *Dies*; F. de *Truhendigen*, de *Rivegge*, & H. de *Caſtelle* comites; nobiles viri Got & Craf de *Hottenlorch*, de *Brimegge*, de Hagonaya, & alii quamplures. Signum domni RUDOLPHI Romanorum regis invictiſſimi. In cujus rei teſtimonium, præſens ſcriptum exinde conſcribi, & bulla noſtra aurea typario regiæ majeſtatis impreſſa juſſimus communiri.

Datum *Nurembergh*, per manum magiſtri Goth præpoſiti Pact. prothonotarii noſtri, Nonis Auguſti, indictione IX. anno Domini MCCLXXXI. regni verò noſtri anno VIII.

LITTERÆ RODULPHI REGIS Romanorum ad omnes nobiles, miniſteriales, milites, &c. in terra de *Aloſt*, &c. conſtitutis.

Ut Johannem de Aveſnis in dominum recipiant.

Anno 1281. Ex eodem chartario.

RUDOLPHUS Dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus, nobilibus, miniſterialibus, militibus, vaſſallis, & popularibus univerſis per terram de *Aloſt*, per terram juxta Scaldam, per terram Geraldi montis, per terram Waſiæ, & per terram Quatuor-officiorum, & attinentiarum ſuarum quarumlibet conſtitutis dilectis ſuis & imperii Romani fidelibus gratiam ſuam & omne bonum.

Quia ſpectabilem virum JOHANNEM de Aveſnis Haynnoniæ comitem, fidelem noſtrum dilectum, ob ſuæ probitatis eximiæ merita, & progenitorum ſuorum contemplatione ſublimium, qui conſtanter in fide coaluerunt imperii, gratioſis amplexibus aſtringentes, proceſſum claræ recordationis VILLELMI Romanorum regis prædeceſſoris noſtri tunc habitum de terra de *Aloſt*, de terra juxta Scaldam, de terra Geraldi montis, de terra Vaſiæ, de terra Quatuor-officiorum; & omnibus attinentiis ſuis per ipſum regem W. & principes regni Alemanniæ in ſolemni curia congregatos abjudicatis ſolemniter MARGUARITÆ Flandriæ comitiſſæ; ac piæ recordationis JOHANNI de Aveſnis ejuſdem comitis Haynnoniæ genitori, eorumdem principum libero interveniente conſenſu, collatis, ex liberalitate munifica duximus approbandum, confirmandum, ac etiam innovandum. Omne jus nihilominus nobis & imperio vacans, aut competens in præmiſſis ipſorum noſtrorum & imperii principum applaudente conſenſu, de novo eidem comiti Haynnoniæ liberaliter & largifluè conferendo, & inveſtiendo de ipſis, recepto ab ipſo pro terris eiſdem homagio, & fidelitatis debitæ juramento, prout in privilegiis noſtris ſuper hoc confectis & ſibi conceſſis expreſſiùs & lucidiùs continetur. Univerſitatem veſtram attentius exhortamur; regia vobis univerſis & ſingulis auctoritate mandantes & firmiter injungentes, quatinus juxta divinæ præceptionis edictum, quo Deo quæ Dei, & Cæſari quæ ipſius ſunt, reddere quiſque debet; præfato Haynnoniæ comiti, veluti veſtro domino temporali præſtetis homagium & fidelitatis debitæ juramentum, ſibi parentes humiliter, & devotæ obeditionis obſequiis intendentes. Super hoc autem nemo veſtrûm utatur excuſationis, aut occaſionis ullius umbraculo, nec in expectatione frivola alios, ſive alium præſtoletur, ut proinde ſacri imperii brachium ſæculare vos foveat, & in opportunitatibus dexteræ ſuæ ſceptrigeræ gratiam vobis accommodet aſſiſtricem. Si verò (quod abſit) quempiam veſtrum in hujuſmodi caſûs articulo contumacem inveniri contigerit, aut rebellem: animadverſionis ultricis mucronem contra eum, juſtitia ſuadente, nos oportebit exercere, juxta quod conſuevit in curia noſtra temeritas indevota rebellium condemnari.

Datum *Nuremberg*, Nonis Auguſti, indict. IX. anno Domini MCCLXXXI. regni verò noſtri anno VIII.

LITTERÆ RODULPHI Romanorum regis ad epiſcopum Cameracenſem.

Ut Johannem de Aveſnis in poſſeſſionem inducat terrarum illi ab imperio collatarum.

Anno 1281. Ex Haſnonienſi chartario dominorum de Aveſnis.

RUDOLPHUS Dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus, venerabili Cameracenſi epiſcopo principi ſuo dilecto gratiam ſuam & omne bonum.

Confirmato & innovato per nos, matura præhabita deliberatione conſilii, proceſſu legitimo inclytæ recordationis VILLELMI Romanorum regis prædeceſſoris noſtri, quem per ſententiam principum in curia ſua ſolemni

Digitized by Google

præſentium habuiſſe dinoſcitur contra quondam dominam MARGARETAM Flandriæ comitiſſam ſuper privatione de terra de *Aloſt*, de terra ſuper Scaldam, de terra Geraldimontis, de terra VVaſiæ, & de terra Quatuor-officiorum, cum omnibus attinentiis ſuis quibus per ingratitudinis odibile vitium, & per contumaciam obſtinatam inhabilem ſe reddiderat & indignam, & ſuper facta collatione per dictum W. regem de terris eiſdem quondam JOHANNI de Aveſnis illuſtris JOHANNIS de Aveſnis nunc Haynnoniæ comitis genitori prædictis inſuper terris cum omni jure quod ratione imperii nobis vacavit & vacat, competiit, ſive competit in eiſdem, noſtrorum & imperii principum interveniente conſenſu benivolo, prænotato J. Haynnoniæ comiti ex benignitate regali & mera liberalitate de novo collatis in feodum, juxta quod in prænotati W. regis prædeceſſoris noſtri, noſtriſque privilegiis ſuper hoc confectis expreſſius & lucidius continetur, in curia noſtra, nobis pro tribunali ſedentibus, ad requiſitionem noſtram ſententialiter & ſolemniter extitit judicatum, quod ad mittendum Haynnoniæ comitem ſupradictum in poſſeſſionem corporalem terrarum ipſarum, executorem idoneum ſibi deputare & concedere deberemus, quem ipſe comes Haynnoniæ duceret nominandum. Hinc eſt quod nos de tuæ fidei & induſtriæ puritate fiduciæ plenitudinem obtinentes, cùm ipſe comes te duxerit nominandum, ſinceritatem tuam requirimus & hortamur ſub fidei debito, quâ Romano teneris adſtrictus imperio, tibi nihilominus injungentes, quatinus viſis præſentibus, ad principaliora loca prænominatarum terrarum accedens, & tuam præſentiam eis exhibens perſonalem, ſecundum formam & qualitatem ſententiæ ſuper hujuſmodi executionibus exercendis, in ipſa curia noſtra prolatæ, quam utique ſcripto commendari mandavimus, ſæpedictum J. Haynnoniæ comitem, ſive certum procuratorem ipſius ſuo nomine in corporalem poſſeſſionem prænominatarum terrarum & attinentiarum ſuarum quarumlibet noſtrâ auctoritate regali inducas cum ſolemnitatibus debitis & conſuetis.

Datum in *Nuremberg* Nonis Auguſti, regni noſtri anno VIII.

LITTERÆ RODULPHI
Romanorum regis.

De bonis imperio datis per RICHARDUM *regem Romanorum à tempore quo lata fuit in Fredericum II. depoſitionis ſententia, quod nullam habeant firmitatem, niſi à majori electorum imperii parte fuerint approbata.*

Anno 1281. *Ex Haſnonienſi cartario DD. de Aveſnis.*

NOS RUDOLPHUS Dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus, tenore præſentium profitemur, & publicè proteſtamur, quod nobis pro tribunali ſedentibus in ſolemni curia noſtra apud *Nuremberg*, ſententiatum extitit coram nobis, omnium principum, nobilium, ac aliorum fidelium noſtrorum qui fuere præſentes, applaudente conſenſu, quod omnia donata, confirmata, ſeu facta quocumque modo alio de rebus vel bonis imperii, per quondam RICHARDUM regem illuſtrem, aut prædeceſſores ſuos in Romano imperio, à tempore quo lata fuerat in olim FREDERICUM imperatorem II. depoſitionis ſententia: nullius habere debeant roboris firmitatem, niſi conſenſu majoris partis principum in electione Romani regis vocem habentium fuerint approbata. In cujus rei teſtimonium præſens ſcriptum conſcribi fecimus, & majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus communiri.

Datum in *Nuremberg*, v. Idus Auguſti, indict. IX. anno Domini MCCLXXXI. regni verò noſtri anno VIII.

LITTERÆ RODULPHI
regis Romanorum.

De deputando idoneo executore & commiſſario pro ineunda poſſeſſione dictorum locorum.

RUDOLPHUS Dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus, univerſis ſacri imperii Romani fidelibus præſentes litteras inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum.

Ad univerſitatis veſtræ notitiam duximus deferendum, quod nobis pro tribunali ſedentibus apud *Nuremberg*, ſententiatum extitit coram nobis, omnium principum & nobilium ceterorumque fidelium noſtrorum qui fuere præſentes applaudente caterva, quod cum ſpectabili viro JOHANNI de Aveſnis comiti Haynnoniæ dilecto fideli noſtro propter ſuæ fidei & probitatis præſtantiam, terram de *Aloſt*, terram ſuper Scaldam, terram Geraldi-montis, terram Vvaſiæ, & terram Quatuor-officiorum cum omnibus attinentiis ſuis in feodum conceſſerimus, & eum inveſtiverimus de eiſdem, prout in inſtrumentis ſibi ſuper hoc traditis plenius continetur: Nos eidem executorem idoneum, quem ipſe comes nominaret, deputare & concedere deberemus, qui principaliora loca prædictarum terrarum accedens, & tam inveſtituram prædictam, quàm nos earumdem terrarum eſſe Vvarandos pronuntians, ſæpedictum J. Haynnoniæ comitem, vel certum procuratorem ipſius nomine ſuo in corporalem poſſeſſionem prænominatarum terrarum & attinentiarum ſuarum quarumlibet noſtra auctoritate regali induceret cum ſolemnitatibus debitis & conſuetis, & nihilominus ab omnibus ſuper earum terrarum diſtrictibus conſtitutis præciperet auctoritate regia ſibi tamquam domino ſuo debitam obedientiam & reverentiam exhiberi. In cujus rei teſtimonium, præſens ſcriptum exinde conſcribi, & majeſtatis noſtræ ſigillo fecimus communiri.

Datum *Nuremberg*, v. Idus Auguſti, indict. IX. anno Domini MCCLXXXI. regni verò noſtri VIII.

Digitized by Google

A

LITTERÆ RODULPHI
regis Romanorum ad H. comitem Luſſemburgenſem.

Ut comitem Hannoniæ inducat in poſſeſſionem terrarum ſibi ab imperio conceſſarum.

Annò 1281. *Ex Haſnonienſi cartario dominorum de Aveſnis.*

RUDOLPHUS Dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus, ſpectabili viro H. comiti de Luſſenbourch dilecto fideli ſuo gratiam ſuam & omne bonum.

B

Quia ſpectabilem, *&c ut ſupra pag.* 1167. *uſque ad hæc verba excluſive :* Univerſitatem veſtram, *&c. quibus prætermiſſis, ſic proſequitur :* Et quia coram nobis per ſententiam obtentum extitit; conſentientibus omnibus qui fuere præſentes; quod executorem, vel executores eidem comiti teneantur liberaliter deputare, qui eum mittat in poſſeſſionem terrarum hujuſmodi corporalem, fidelitatem tuam ſub fidei debito quo nobis præ ceteris ſpecialius es aſtrictus requirimus, & monemus, regia tibi nihilominus auctoritate præciſè mandantes, ac firmiter injungentes; quatinus ad potiora loca dictarum terrarum accedens, eumdem comitem in poſſeſſionem earumdem terrarum mittere non omittas, adhibitis ſolemnitatibus debitis & conſuetis.

C

Datum Columbariæ, IV. Idus Octobris; regni noſtri anno VIII.

SPECIALES LITTERÆ RODULPHI
regis Romanorum ad vaſſallos comitis Hannoniæ.

D

Ut ei tamquam domino obediant.

An. eodem. *Ex eodem cartario.*

RUDOLPHUS Dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus, ſtrenuis viris Imperatori Conſtantinopolitano, R. advocato Bethuniæ, Jo. dicto de Aldenardo, R. domino de *Liedkerke*, G. domino de *Rodes*, R. domino de *Gaure*, T. domino de *Bevene*, H. caſtellano Gandavi, J. domino de *Scornai*, G. domino de *Viane*, R. de *Bouler*, M. de *Grimberghes* & heredibus ſuis, Ar. de *Aldenarde*, E. dominæ de *Mamines* & heredibus ſuis, dominæ de *Vvinti* & heredibus ſuis, G. ſeneſcallo de *Roteler*, G. domino de *Sotenghien*, R. domino de *Oſtrezeles*, J. de *Gaure*, J. dictus *Mulard de Liedkerke*, Ar. de *Liedkerke*, J. de *Scendelbeck*, E. de *Scendelbeck*, G. d'*Erpe*, E. de *Halut*, Ph. domino de *Axele*, E. de *Rodes*, Vv. de *Rodes*, H. dicto *Vilain*, Vv. de *Vuatreuliet*, G. de *Elbe Vandenghien*, J. dicto *Briſe-teſte*, R. dicto *Vos*, G. de *Raſſenghien*, Vv. de *Herzele*, dilectis ſuis, & imperii Romani fidelibus, gratiam ſuam & omne bonum.

E

Quia ſpectabilem virum Jo. de Aveſnis Haynn. comitem, *&c. ut ſupra*

Datum *Nuremberg* Nonis Auguſti, regni noſtri anno VIII.

F

MARTINI PAPÆ IV.
ad ſuperiores ordinis Prædicatorum.

Tribuit eis facultatem aliquos ex fratribus ſuis deſignandi ad audiendas confeſſiones.

Anno 1281. *Ex ms. PP. Prædicatorum Rotomagenſium.*

MARTINUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis magiſtro & provincialibus prioribus Fratrum Prædicatorum; ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Ad fructus uberes, quos in agro Dominico verbo pariter & exemplo, confeſſiones audiendo, & per alia virtutum exercitia ſacer ordo veſter, & humiles ipſius profeſſores produxerunt hactenus, & in futurum ſperantur; Deo auſpice, producturi, attentæ conſiderationis aciem convertentes, ut fratres ejuſdem ordinis prædicationis & audiendi confeſſiones, officia eò liberiùs & efficaciùs exequi valeant, quò certius de ipſorum cura circa eadem auctoritate conſtabit: Tibi, fili magiſter per te, vobis verò prioribus provincialibus cum diffinitoribus in provinciis veſtris, capitulis congregatis committendi auctoritate apoſtolica fratribus ejuſdem ordinis in ſacra pagina eruditis, examinatis, & approbatis à vobis prædicationis officium, audiendi confeſſiones, abſolvendi pœnitentes, & injungendi eiſdem pœnitentias ſalutares, etiam fratribus alias idoneis concedendi eiſdem quos ſæpefati ordinis fratribus quibus dicta officia taliter per nos commiſſa ſive conceſſa fuerint, quod eadem liberè valeant exercere, plenam damus & concedimus auctoritate præſentium facultatem, diſtrictius inhibentes, ne quis fratres ipſius ordinis, quibus dicta officia taliter committenda duxeritis, ut præmittitur; ſeu etiam concedenda, in exercitio, aut executione officiorum ipſorum audeat quomodolibet impedire. Volumus autem quod hi qui fratribus confitebuntur eiſdem, ſuis (a) parochialibus presbyteris confiteri ſaltem ſemel in anno, prout generale concilium ſtatuit, nihilominus teneantur, quodque iidem fratres eos ad hoc diligenter & efficaciter, ſecundum datam eis à Domino gratiam exhortentur. Nulli ergo, &c.

NOTÆ (a).

Datum apud Urbem-veterem IV. Idus Januarii, pontificatûs noſtri anno I.

LITTERÆ INGERRAMNI
epiſcopi Cameracenſis ad RODULPHUM regem Romanorum.

Scribit nihil prætermiſiſſe, quominus Hannoniæ comitem induceret in poſſeſſionem terrarum ipſi commiſſarum.

Anno 1282. *Ex cartario Haſnonienſi dominorum de Aveſnis.*

SEreniſſimo DD. RUDOLPHO divina providentia illuſtriſſimo Romanorum regi ſemper auguſto, INGERAMNUS permiſſione

(a) Hic locus clare explicat locum concilii Lateranenſis de præcepto confeſſionis ſemel in anno faciendæ proprio ſacerdoti; hoc eſt, *presbyteris parochialibus*, ſeu parochis.

Digitized by Google

divina Cameracenſis epiſcopus princeps veſter cum omni reverentia & honore paratam & promtam in omnibus ad mandata & beneplacita voluntatem.

Serenitatis veſtræ litteras nobis directas recepimus formam quæ ſequitur continentes: Rudolphus Dei gratia Romanorum rex &c. *ut ſupra*. Datum in *Nuremberg* Nonis Auguſti regni noſtri anno VIII.

Quibus litteris cum ea qua decuit veneratione receptis, & cum omni diligentia reveter inſpectis, licet ex prætentata ſuper executione mandati veſtri prædicti domini Flandriæ comitis voluntate, & ex generali gravique comminatione ejuſdem, executionem ipſam minimè acceptantis, in executione mandati veſtri non leve nobis & noſtris periculum immineret: calcatis tamen, zelo devotionis & fervore debitæ fidelitatis qua vobis aſtringimur, cujuſcumque timoris & periculorum anguſtiis cum honeſta fide dignorum comitiva nos ad iter accinximus, ut executioni mandatum prædictum veſtræ celſitudinis mandaremus. Cumque ſolemnes præmiſiſſemus nuntios in villam de Geraldi-monte, & iidem perſonaliter accedentes ibidem, prout eis commiſimus, juſtitiæ ſcabinis & rectoribus villæ ejuſdem diligenter exponere curaviſſent, nos ibidem advenire perſonaliter ad hoc quod veſtrum exequeremus mandatum, & ut eis veſtras præſentaremus litteras, quas ſuper receptione dicti comitis Haynoniæ ſcripſeratis eiſdem: eiſdem prædictis nuntiis veſtris pro ſuæ reſponderunt libito voluntatis, quod licet parati eſſent nos ut ſuum dioceſanum & epiſcopum recipere: nos tamen ut executorem veſtrum vel nuntium ad exequendum ex parte veſtra mandatum contra comitem Flandriæ prædictum, nequaquam admitterent, nec villæ ſuæ prædictæ nobis aditum aperirent: adjicientes ſuo nihilominus reſponſo, quod erga nos & noſtros violentiam hominum villæ ejuſdem non poſſent aut ſuis ſufficienter cohibere viribus, aut eorum in nos & noſtros furentem impetum refrænare. Ceterum noſtris nuntiis antedictis ad nos revertentibus, & nobis quod ibidem acceperant explicantibus serioſè, prædicti ſcabini, juſtitiæ, & rectores quod vocaliter reſponderant, ſubſequentibus effectus teſtimonio firmaverant, nobis intrare paratis denegantes aditum, & tamquam inobedientes penitus & rebelles, nos obſeratione & clauſione portarum extra villam contumaciter excludentes. Nos verò tam enormiter quam contumaciter ſic excluſi, procuratorem domini comitis Haynoniæ prædicti ibidem præſentem propter hoc, in diverſis locis circumadjacentibus in poſſeſſionem terræ de Geraldi-monte, & omnium attinentiarum ejuſdem miſimus corporalem, & mandatum veſtrum in præſentia fide dignorum ad hoc vocatorum ibidem, tamquam ad principaliorem locum prænominatarum terrarum executioni mandavimus, prout potuimus ſecundum veſtrarum continentiam litterarum. Nos vero poſtmodum ex cauſa ſupradicta ad terram, & prope villam de *Aloſt*, quæ principalis locus ipſarum terrarum eſſe dinoſcitur, perſonaliter accedentes: quia ibidem ab incolis villæ de *Aloſt*, ballivo comitis Flandriæ, ſcabinis, rectoribus, & juſtitiæ terræ ac villæ ejuſdem de *Aloſt* inobedientiam & rebellionem reperimus duriorem; attendenteſque quod comes Flandriæ quod jam feceramus graviſſimè ferens, de nobis præter comminationem ſuam generalem, apud omnes amicos ſuos gravem querimoniam deferebat: & quia terra Quatuor-officiorum, Vvaſiæ, & ſupra Scaldim extra noſtram dioceſim conſtituta, habitatoreſque ejuſdem & eorum mores prorſus à noſtra erant alieni notitia; nec abſque vitæ noſtrorum diſcrimine nobis patebat aditus ad eaſdem; procuratorem dicti comitis Haynoniæ, ibidem præſentem propter hoc in poſſeſſionem terræ de *Aloſt* & attinentiarum ſuarum necnon omnium aliarum terrarum in litteris veſtris ſupraſcriptis expreſſarum, miſimus corporalem; & fuimus mandatum veſtrum, prout nobis licuit executi. Super quibus veſtræ majeſtatis ſerenitas videat quid agendum, nobiſque ſuam continuet gratiam, & injungat ſemper ſuæ beneplacita bonæ voluntatis.

Datum anno Domini MCCLXXXI. ſabbato poſt octavas Epiphaniæ Domini.

EPISTOLA REGINALDI de Nantolio epiſcopi Belvacenſis ad Philippum regem Francorum.

Rogat ut ſi peregrinationem ſanctam aggredi non poſſit, pecunias mutuatas ſibi reddi procuret.

Excellentiſſimo domino ſuo Philippo Dei gratia regi Francorum illuſtri Reginaldus eadem gratia Belvacenſis epiſcopus ſalutem & cum ſubjectione & reverentia ſe paratum ad ipſius beneplacita & mandata.

Anno 1289. Ex ſchedis Godefridi Hermant canonici Belvacenſis.

Excellentiæ veſtræ ſupplicamus humiliter & devotè, quatenus ſi votum noſtrum peregrinandi in Terram-ſanctam in generali paſſagio pro ſubſidio Terræ-ſanctæ faciendo, aliquo impedimento legitimo implere non poſſem, quod Deus avertat, de ſumma duodecim millium librarum Turonenſium, quam à nobis recepiſtis, reddi ex benignitate veſtra faciatis in dicto generali paſſagio collectoribus decimæ, vel illis quæ dictam decimam debent habere pro decima noſtra, quam deberemus ſi peregrinationem noſtram Terræ-ſanctæ in dicto paſſagio facere non poſſemus, quinque millia librarum Pariſienſium, medietatem citra mare & aliam medietatem ultra mare, & quatuor millia librarum & ſexcentas libras Pariſienſes de dicta pecuniæ ſumma tradi faciatis cuidam militi vexillum portanti, habenti ſecum milites aut quatuor, aut plures, ſi ad hoc ſe voluerit obligare, à nobis vel ab executoribus noſtris nominando pro peregrinatione noſtra in ſubſidium Terræ-ſanctæ pro nobis facienda,

Digitized by Google

& cum proprio vexillo portabit vexillum beati Petri Belvacenſis in honorem ipſius beati Petri pro eo quod de bonis ejus dicta pecunia extitit acquiſita, tantum ſuper hoc facientes, quod exinde poſſitis à Domino præmium reportare.

Datum anno Domini MCCLXXXII. die Jovis poſt Dominicam qua cantatur *Oculi mei.*

LITTERÆ RODULPHI regis Romanorum

De citando epiſcopo Cameracenſi ad perhibendum teſtimonium de vi ſibi illata à comite Flandrenſi aut ſuis, cum comitem Hannoniæ auctoritate imperiali in poſſeſſionem terrarum illi conceſſarum immittere voluit.

Anno 1282. *Ex cartario Hasnonienſi dominorum de Aveſnis.*

RUDOLPHUS &c. Tenore præſentium proteſtamur quod ſuper cauſa feodi quæ inter ſpectabiles viros Jo. de Aveſnis Haynnoniæ ex una parte, & GUIDONEM Flandriæ comites ex parte altera vertitur, coram nobis feria quinta poſt dominicam qua cantatur *Miſericordia Domini* anno Domini MCCLXXXII. taliter eſt receſſum à judicio, quod nos per legales & fide dignos, de quibus merito præſumamus, venerabilem Cameracenſem epiſcopum principem noſtrum dilectum, ſub fidei debito qua tenetur nobis & imperio requirere debeamus, ut à proxima feria ſecunda ad octo ſeptimanas in curia regia compareat, perhibiturus teſtimonium veritati, de eo quod dictus comes Flandriæ, ſeu ipſius homines ipſum comitem à poſſeſſione eorum in quæ idem epiſcopus dictum comitem Haynoniæ de mandato regio, & ſecundum ſententiam curiæ noſtræ miſit temere dicitur ejeciſſe, & prohibuiſſe, quominus dictus epiſcopus in eadem miſſione fuiſſet mandatum regium plenariè executus, & ſi prædictus epiſcopus coram nobis comparens, hoc ſub debito ſacramenti nobis de fidelitate præſtiti affirmaverit: vel ſi legitimo impedimento detentus propter quod noſtram perſonaliter non poſſit adire præſentiam, coram nuntiis quos ad ipſum propter hoc duxerimus deſtinandos, de dicta dejectione & prohibitione corporale præſtiterit juramentum, & de hoc per litteras & nuntios ſuos & noſtros nos in dicto termino reddiderit certiores, quibus per omnia, ſicut dicto epiſcopo, ſi præſens eſſet, in judicio debet credi, nos ex tunc prædicto comiti Haynoniæ de prædicto comite Flandriæ juxta quod curia noſtra dictaverit, juſtitiam facere debeamus.

Datum Haghenoyæ die & anno prædictis, indictione decima, regni noſtri anno nono.

LITTERÆ MISSORUM ab imperatore

Ad citandum epiſcopum Cameracenſem, in quibus ejuſdem epiſcopi reſponſio & litteræ ad imperatorem continentur.

Anno 1282. *Ex Hasnonienſi cartario DD. de Aveſnis.*

UNiverſis præſentes litteras inſpecturis RUTHGERUS Aquenſis & Montenſis canonicus & WARNERUS de Raparch miles nuntii ſolemnes excellentiſſimi R. Dei gratia Romanorum regis ſemper auguſti ad reverendum patrem J. eadem gratia epiſcopum Cameracenſem ſuper reſponſione & veritate ab ipſo epiſcopo recipienda & audienda, de miſſione in corporalem poſſeſſionem nobili viro JOHANNI de Aveſnis comiti Hayn. terrarum de *Aloſt* Quatuor-officiorum, Geraldi-montis, Vvaſiæ & ſupra Scaldim per dictum epiſcopum facta deſtinati ſalutem in Domino ſempiternam.

Noveritis nos litteras ipſius epiſcopi ſuper prædictis reſponſione & veritate ſigillo ſuo proprio ſigillatas, non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua parte ſui vitiatas recepiſſe, vidiſſe, tenuiſſe & legiſſe in hæc verba: Sereniſſimo domino Rudolpho Dei gratia Romanorum illuſtriſſimo regi ſemper auguſto INGERANNUS ejuſdem gratia Cameracenſis epiſcopus princeps veſter obſequioſæ devotionis promtitudinem cum reverentia & honore ſerenitatis veſtræ litteras recepimus in hæc verba.

RUDOLPHUS Dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus venerabili J. Cameracenſi epiſcopo principi ſuo dilecto gratiam ſuam & omne bonum. Cùm ſuper cauſa feodi quæ inter ſpectabiles viros Johannem Haynnoniæ ex una parte & Guidonem Flandrenſem ex parte altera comites coram noſtra celſitudine vertebatur feria quinta poſt dominicam qua cantatur *Miſericordia Domini* anno Dominicæ Incarnationis MCCLXXXII. taliter ſit receſſum, quod nos per fide dignos noſtros nuntios ſpeciales, te ſub fidei debito quo teneris imperio requirere debeamus, ut à proxima feria ſecunda ad octo ſeptimanas in curia noſtra regia comparere debeas, perhibiturus teſtimonium veritati, de eo quod dictus comes Flandriæ ſeu ipſius homines ipſum comitem Haynoniæ, prout contra dictum Flandriæ comitem propoſuit in judicio coram nobis à poſſeſſione terrarum in quas ipſum Hayn. comitem de mandato noſtro regio & ſecundum curiæ noſtræ ſententiam miſeras, violenter ejecit & temerè, & prohibuit quominus ad plenæ & perfectæ executionis officium pervenires: & ſi legitimo impedimento detentus, propter hoc perſonaliter adire non poſſes præſentiam regiæ majeſtatis, te ſub debito præſtiti nobis à te fidelitatis & homagii juramenti requirere debeamus, ut ſub atteſtatione præſtiti coram noſtris nuntiis corporaliter ſacramenti per ipſos nuntios & alios fide dignos tuos nuntios &

Digitized by Google

litteras ſuper præmiſſis plenius nos informes. A Nos ob hoc ſuper præmiſſis honeſtum virum RUTHGERUM Aquenſem & Montenſem canonicum clericum noſtrum dilectum, necnon WARNERUM de Raparch militem noſtrum, de quorum circumſpectione & fide fiduciam gerimus inconcuſſam, ad tuam præſentiam deſtinamus: ſinceritatem tuam ſub fidei debito quo nobis aſtringeris requirentes, quatenus juxta formam & modos expreſſos ſuperius in prædicto termino coram nobis compareas veritati teſtimonium perhibiturus de præmiſſis, B vel ſi legitimo impedimento detentus noſtram adire non poſſis præſentiam, ea coram præfatis noſtris nuntiis exequens, illa ſub forma receſſus ſupra poſita, ad regalem noſtram notitiam tranſmittere non omittas.

Datum Hagenoyæ XIV. Cal. Maii, regni noſtri anno IX.

Item, alias litteras veſtras nobis ſecundario miſſas vidimus in hæc verba:

RUDOLPHUS Dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus venerabili J. Cameracenſi epiſcopo principi ſuo dilecto gratiam ſuam & C omne bonum.

Cum ſuper inquirendis modo & conditione proceſſus per te de noſtro mandato habiti de mittendo dilectum fidelem noſtrum Johannem comitem Haynoniæ in poſſeſſionem terrarum de *Aloſt*, & aliarum quas ſibi in feodum conceſſiſſe dinoſcimus, providos viros Ruthgerum Aquenſem canonicum & Varnerum de Raparch militem noſtros familiares dilectos ad præſentiam tuam duxerimus deſtinandos, ſinceritati tuæ mandamus in fide qua nobis & imperio Romano aſtringeris, tibi nihilominus D injungentes, quatinus ſi non poſſis ad noſtræ præſentiam majeſtatis accedere ſuper veritate dicenda ſimpliciter in præmiſſis; eiſdem nuntiis noſtro nomine corporali præſtito ſacramento coram eis expreſsè confitearis & explices vivæ vocis eloquio, qualiter in executione mandati noſtri de mittendo eumdem comitem in dictarum terrarum poſſeſſionem proceſſerunt, qualiterque ſteterit, & quid cauſam eventui dederit, quominus in eodem negotio ad perfectæ perveneris executionis effectum. Et cum ſecundum Philoſophum teſtimonium veritati E non amicitiæ ſit reddendum, ſub forma contenta ſuperius denuo te monemus, quatenus ad omnia negotium ipſum tangentia ſuper quibus per prædictos nuntios noſtros te requiri contigerit ut ſuper executione mandati noſtri prædicti & modo ac impedimento executionis ejuſdem, iidem nuntii plenius informentur oretenus ſub atteſtatione ſibi præſtiti juramenti in præſentia nuntiorum ipſorum ſpecialiter ad hoc deputatorum reſpondeas eis, necnon patenter ediſſeras, & pu- F blicè fatearis ea quæ ſciveris de prædictis & aliis quibuſcumque, quæ ad præfatam & plenam informationem facere poterunt in præmiſſis per ipſos nuntios noſtros, & alios fide dignos nuntios tuos, & litteras lucidè noſtrum ſtudeas animum informare.

Datum Ulmæ Idibus Maii regni noſtri anno IX.

Nos autem impedimento legitimo, maximè propter latentes inimicitias, & occulta quorumdam potentum odia; præpediti: quare, prout præſcriptæ continent litteræ, ob proprii corporis periculum, etiam in tanto viarum & ignotæ regionis diſcrimine, ſub fidelitate qua vobis tenemur, non poſſumus aut audemus ad veſtræ majeſtatis præſentiam perſonaliter comparere: ſuper aliis autem articulis, qui in litteris veſtris prædictis per ſpeciales veſtri culminis nuntios ſupraſcriptos nobis miſſis ſignanter inter cetera continentur, ſuper quibus imperioſa veſtræ majeſtatis præeminentia mandat & præcipit, ut ſub præſtito prius à nobis de veritate dicenda juramento, perhibeamus teſtimonium veritati, volentes devotè ſemper in omnibus, & in hac parte ſpecialiter, veſtris obtemperare mandatis, ſub præſtito prius à nobis de veritate dicenda juramento, dicimus & in modum ſubſcriptum veritati teſtimonium perhibemus. Reſpondentes & pro veritate deponentes ſub debito præſtiti juramenti, quod dictum comitem Haynoniæ in poſſeſſionem dictarum terrarum miſimus, prout infra enarramus. Sed de ejectione à poſſeſſione, & de impedimento, de quibus fit mentio in litteris primis veſtræ regiæ majeſtatis, aliud neſcimus, quam quod in noſtris præſentibus litteris inferius continetur. Videlicet quod receptis dudum à nobis veſtræ majeſtatis litteris, ſuper mittendo comitem Haynoniæ in poſſeſſionem terrarum, prout in curia veſtra extiterat judicatum, providum, diſcretum & fidelem nuntium ad præſentiam domini Flandriæ comitis perſonaliter deſtinavimus, ut eidem ex parte noſtra diceret, nos prædictum à vobis recepiſſe mandatum, & quod ad ipſius executionem ſicut ex debito & neceſſitate fidelitatis, quibus vobis & ſacro aſtringimur imperio, tenebamur, procedere volebamus. Qui quidem nuntius de mandato noſtro ad præſentiam dicti domini comitis Flandriæ veniens perſonaliter, ut nobis retulit, præmiſſa eidem comiti narravit & expoſuit diligenter: dictuſque comes, prout idem nuntius ad nos reverſus nobis expoſuit, dixit & reſpondit, quod neſciebat archiepiſcopum, epiſcopum, ducem, vel comitem qui ad terram ſuam accederet ad exequendum tale vel ſimile mandatum, quin idem comes Flandriæ de hoc doleret plurimum, & quin eumdem comitem Flandriæ in initio terræ ſuæ prædictæ præſentem & perſonaliter inveniret. Quibus tamen non obſtantibus cum honeſta fide dignorum comitiva nos ad iter accinximus, & ad portas villæ Geraldi-montenſis perſonaliter venimus, ut executioni mandatum prædictum veſtræ celſitudinis mandaremus. Cumque ſolemnes præmiſiſſemus nuntios in villam de Geraldi-monte, & iidem perſonaliter accedentes ibidem, prout eis commiſimus, juſtitiariis comitis Flandriæ vel eis qui ſe gerebant pro rectoribus ejuſdem, ſicut nobis retulerunt, di-

ligenter exponere curaviſſent: nos ibidem advenire perſonaliter ad hoc quod veſtrum exequeremur mandatum, & ut eis veſtras præſentaremus litteras, quas ſuper receptione dicti comitis Haynoniæ ſcripſeratis eiſdem, iidem, ſicut nobis nuntii noſtri retulerunt, ipſis noſtris nuntiis pro ſuæ reſponderunt libito voluntatis, quod licet parati eſſent nos ut ſuum dioceſanum & epiſcopum recipere, nos tamen ut executorem veſtrum vel nuntium ad exequendum ex parte veſtra mandatum contra comitem Flandriæ prædictum, nequaquam admitterent, nec villæ ſuæ prædictæ nobis aditum aperirent: adjicientes ſuo nihilominus reſponſo, quod erga nos & noſtros violentiam hominum villæ ejuſdem non poſſent aut ſuis ſufficienter cohibere viribus, aut eorum in nos & nuntios furentem impetum refrænare. Ceterum, nuntiis noſtris antedictis ad nos revertentibus, & nobis quod ibidem acceperunt explicantibus, ſerioſè prædicti juſtitiarii & rectores, quod vocaliter reſponderant, ſubſequentis effectus teſtimonio firmaverunt, nobis intrare paratis denegantes aditum, & tamquam inobedientes & rebelles nos obſeratione & clauſione portarum extra villam contumaciter excludentes.

Nos verò taliter excluſi, procuratorem domini comitis Haynoniæ prædicti ibidem præſentem propter hoc in diverſis locis circumadjacentibus prope muros dictæ villæ in poſſeſſionem terræ de Geraldi-monte & omnium attinentiarum ejuſdem miſimus corporalem, & mandatum veſtrum in præſentia fide dignorum ad hoc vocatorum ibidem executioni mandavimus, prout potuimus, ſecundum noſtrarum continentiam litterarum. Nos verò poſtmodum quamquam accepiſſemus ex relatu fide dignorum nobilium, & gravium perſonarum, quod comes Flandriæ prædictus, quod jam feceramus graviſſimè ferens, apud amicos ſuos gravem de nobis querimoniam detulerat & etiam deferebat, verſus villam de *Aloſt* quæ principalis locus terrarum ipſarum eſſe dinoſcitur, ut ibidem exequeremur mandatum perſonaliter accedentes, in villam ipſam de *Aloſt* ſolemnes nuntios præmiſimus, ut ballivo dicti Flandriæ comitis, ſeu vices gerentis pro eodem, ſcabinis, juſtitiariis, & ejuſdem villæ rectoribus nuntiarent nos ibidem advenire perſonaliter, veſtræ ſerenitatis mandatum executioni debitæ mandaturi. Nuntiis autem noſtris ibidem accedentibus, explicatoque quod à nobis acceperant, ſicut nobis retulerunt, juſtitiariis, ſcabinis & rectoribus antedictis ſubballivis domini comitis Flandriæ, ſcabini & rectores villæ prædictæ ad monaſterium Haſligemienſe prope villam de *Aloſt* ad quod declinaveramus, perſonaliter accedentes, nobis in præſentia plurium fide dignorum vocaliter reſponderunt, quod in villam de *Aloſt* parati erant nos ut ſuum dioceſanum & epiſcopum admittere: nos tamen ut executorem veſtrum vel nuntium ad exequendum ex parte veſtra mandatum contra comitem Flandriæ nequaquam admitterent, nec intrare permitterent, vel intrandi nobis aditum aperirent. Nos autem attendentes ex reſponſione prædicta, quod intrare villam de *Aloſt*, prædictis obſtantibus, non poſſemus, in terram ipſam de *Aloſt* & prope villam de *Aloſt* perſonaliter acceſſimus, & procuratorem domini comitis Haynoniæ ibidem præſentem propter hoc, in poſſeſſionem terræ de *Aloſt* & attinentiarum ejuſdem miſimus corporalem, mandatum veſtrum, prout in veſtris continebatur litteris, ibidem executioni debitæ ſolemniter prout potuimus demandando. Attendenteſque ex relatione quorumdam, quod comes Flandriæ quod jam feceramus graviſſimè ferens, de nobis præter comminationem generalem, apud omnes amicos ſuos gravem querimoniam deferebat: & quia terra Quatuor-officiorum, Vvaſiæ & ſuper Scaldam extra noſtram dioceſim conſtituta, habitatoreſque ejuſdem & eorum mores prorſus à noſtra erant alieni notitia, nec abſque vitæ noſtrorum diſcrimine nobis patebat aditus ad eamdem: procuratorem domini comitis Haynoniæ prædicti ibidem in loco prædicto juxta *Aloſt* præſentem propter hoc in poſſeſſionem terræ Quatuor-officiorum, Vvaſiæ, & ſuper Scaldam miſimus, prout potuimus, ſecundum veſtrarum continentiam litterarum. Sic igitur, victorioſe Princeps, pro veritate & teſtimonio veritatis ſuper articulis prædictis dicimus & deponimus, & ſerenitatem veſtram ſuper eis per noſtras præſentes litteras informamus; &, ſicut in præſentibus noſtris litteris continetur ſuper articulis prædictis nuntiis veſtris reſpondimus, & tam eiſdem quam noſtro nuntio id ſolum quod ſuper præmiſſis in præſentibus noſtris litteris dicimus & deponimus veſtræ ſerenitati commiſimus & committimus referendum, & ad veſtram ſerenitatem ſuper his informandam. Præmiſſis autem interfuerunt domini JOHANNES de Valenchenis ULBAUDUS de Brincella, J. *de Fieſſes* in Flandria & N. * Sylvecten. archidiaconi, Betho. THOM. de Aveſnis, Franco de *le Voge*, Johannes *de Ais* A. de Anthonio Camerac. canonici, domini Johannes de *Creki* ſeneſcallus de *Hordaing*, dominus de *Ataines*, & Willelmus de *Durtat* milites, domini Richardus Luxionenſis canonicus Gerardus de Clara, Petrus de Peura ſancti Gaugerici Camerac. canonici, Johannes & Gerardus cappellani noſtri, & plures alii probi & fide digni. In quorum omnium & ſingulorum teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus litteris duximus apponendum.

Datum anno Domini MCCLXXXII. feria quarta poſt feſtum Trinitatis.

In cujus rei teſtimonium ſigilla noſtra præſenti tranſcripto duximus apponenda.

Datum anno prædicto die Dominica poſt Trinitatem.

* ſ. Sylvanectenſis.

SENTENTIA
contra comitem Flandriæ.

RUDOLPHUS Dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus, univerſis imperii ſacri Romani fidelibus præſentes litteras inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum.

Ad univerſitatis veſtræ notitiam duximus deferendum, quod præſidentibus nobis feriâ v. poſt Dominicam quâ cantatur: *Miſericordia Domini*, in judicio apud Haghenoyam, præſentibus venerabilibus WERNHERO Maguntino, & H. Treverenſi archiepiſcopis, & & Spirenſi ac Argentinenſi epiſcopis, illuſtribus L. comite palatino Rheni, duce Bauwariæ, & OTTONE marchione de Brandemburch, principibus noſtris, & nobilibus viris E. de *Cantzenclentbogen*, H. S. *Vurtenberg*, E. de Vriburgo... de *Diech*... & de *Spanheim* comitibus, & quampluribus aliis imperii fidelibus, ſpectabilis vir JOHANNES de Aveſnis Haynoniæ comes contra GUIDONEM comitem Flandriæ ibidem præſentem propoſuit, quod ipſe comes Flandriæ & ſui ipſum comitem Haynoniæ prohibuerant, & impediverant quominus liberè, quietè ac utiliter poſſideret terram de *Aloſt*, terram ſuper Scaldam, terram Geraldi-montis, terram Waſiæ, & terram Quatuor-officiorum, cum omnibus attinentiis ſuis, quas eidem Haynoniæ comiti in feodum conceſſeramus jamdudum: in quarum poſſeſſionem, juxta mandatum noſtrum, & curiæ noſtræ ſententiam, per venerabilem J. Cameracenſem epiſcopum mitti juſſimus, & miſſus fuit, petens idem Haynoniæ comes ſibi de eodem comite Flandriæ juſtitiam exhiberi. Quo iſta negante, litem conteſtando ſententiatum fuit, & per ſententiam ibidem approbatum, quod ſuper hoc dictum epiſcopum executorem ad noſtram deberemus præſentiam evocare; vel ſi legitimo impedimento detentus venire non poſſet, coram nuntiis noſtris, quos ob hoc ad ejus deſtinaremus præſentiam, per juramentum corporaliter præſtitum ab eodem, deponeret veritatem, & eam ſub litteris ſuis patentibus per proprium nuntium ad noſtram deferret notitiam, præfixa per nos juxta ſententiam prædictorum archiepiſcoporum, epiſcoporum, principum, comitum, & aliorum imperii fidelium ad hoc, & ut in dicto negotio procederetur, & fieret quod curiæ noſtræ dictaret ſententia dictis comitibus pro termino peremtorio, feriâ II. poſt feſtum beati Barnabæ apoſtoli.

Nuntiis igitur noſtris, juxta formam dictæ ſententiæ, ad præfatum Cameracenſem epiſcopum cum tenore ejuſdem ſententiæ venientibus, quia propter legitima impedimenta, quæ per procuratorem ſuum poſtmodum ea in animam jurantem, coram celſitudine noſtra docuit eſſe vera, perſonaliter ad nos nequivit accedere, coram nuntiis noſtris antedictis ſecundum formam præſcriptæ ſententiæ juratis de-A poſuit de præmiſſis puram quam novit & ſimplicem veritatem, ut eam nobis per proprium nuntium & procuratorem, ac litteras ſuas patentes in dicto termino deſtinavit.

Auditis autem, lectis & expoſitis litteris hujuſmodi in judicio coram nobis pro tribunali ſedentibus apud Wormaciam feriâ II. prædictâ, prædicto comite Haynoniæ comite præſente, & ſecundum tenorem depoſitionis prædicti epiſcopi ſibi juſtitiam fieri cum inſtantia poſtulante; (B) præfato verò Flandriæ comite, nec per ſe, nec per procuratorem aliquem comparente, ſed ſe per contumaciam abſentante, per communem venerabilium Vwormacienſis & Spirenſis epiſcoporum, illuſtris OTTONIS marchionis de Brandenburg principum noſtrorum nobilium virorum, R. Gelriæ, G. Seynenſis; H. de *Vueldenze*, E. de *Catezenelenbogen*... de Naſſo... & de *Diech* comitum Vwalranni de *Vualkenburg* & de *Hainsbourg*, ac aliorum baronum & imperii fidelium ſententiam, prædictæ terræ cum omnibus pertinentiis ſuis abjudicatæ fuerunt & (C) ſunt prædicto comiti Flandriæ, ejus contumaci abſentiâ non obſtante, & adjudicatæ Haynoniæ comiti prænotato. Et fuit etiam per eamdem ſententiam dictatum & obtentum; quod ſecundum relationem nuntiorum noſtrorum prædictorum, tenorem depoſitionis prædicti Cameracenſis epiſcopi, & formam litterarum ſuarum antedictarum, necnon relationem nuntii ac procuratoris dicti epiſcopi, prædictum Flandriæ comitem pro eo quod ipſe (D) per ſe & ſuos dictum Haynoniæ comitem prohibuerat & impediverat, ut oſtendit clarè tenor depoſitionis prædictæ, quominus dictarum terrarum ſibi per nos, prout eſt expreſſum ſuperiùs, in feodum conceſſarum, in quarum poſſeſſionem auctoritate & mandato noſtro ſæpedictus epiſcopus procuratorem dicti comitis Haynoniæ nomine ejus miſit, utili, quieta & vacua poſſeſſione gauderet de jure præſcribere, ac eumdem Haynoniæ comitem adjuvare & deffendere, prout poſſibile nobis fuerit, ut (E) dictarum terrarum poſſeſſionem, quam per executionem juris jam habet liberam & vacuam, amoto quolibet detentore, & ſpecialiter GUIDONE comite Flandriæ, nanciſci valeat, debeamus, ac omnes ipſi comiti Flandriæ in contumacia & in injurioſa violentia aſſiſtentes ſimiliter proſcriptionis mucrone ferire.

Item. Sententialiter fuit ab omnibus ſupradictis eodem tempore deffinitum, quod idem comes Haynoniæ prædictarum terrarum, hominum, jurium & pertinentium ad eaſdem (F) in toto vel in parte, per ſe & ſuos poſſeſſionem poſſit accipere, ac intrare & ſe intromittere de eiſdem quandocumque ſibi viſum fuerit expedire, nec in hoc in alicujus injuriam aliquid reputabuntur egiſſe, nec unde vi interdicto teneri.

Præterea in eadem judicii inſtantia ſimiliter extitit ſententialiter judicatum, quod dictus Haynoniæ comes, tamquam juris prædictarum

tarum terrarum & attinentiarum ſuarum poſſeſſor, pro ipſis terris, quoad ipſum Flandriæ comitem, & quoſlibet alios non actoris, ſed rei debeat præſentare perſonam, ſi aliquis umquam hominum dixerit ſibi jus competere in prædictis. Quas ſententias, utpote rationabiles, ab omnibus de jure approbatas laudamus & approbamus, & ex certa ſcientia confirmamus; in quorum omnium teſtimonium præſens ſcriptum exinde conſcribi, & majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus communiri.

Actum Wormatiæ XVII. Cal. Julii, indict. X. anno Domini MCCLXXXII. regni verò noſtri anno IX.

LITTERÆ ILLUSTRIS ROMANORUM regis ad venerabilem epiſcopum Cameracenſem.

Scribit de ſententiâ lata in conventu Vormatienſi, ipſique injungit ut publice in eccleſiis denuntiet, ut omnes & ſinguli qui feoda poſſident in terris de Aloſt, Geraldi-montis, &c. ea à comite Haynoniæ tamquam domino deinceps recipiant.

Anno 1282. *Ex Haſnonienſi cartario dominorum de Aveſnis.*

RUDOLPHUS Dei gratiâ Romanorum rex ſemper auguſtus, venerabili J. Cameracenſi epiſcopo principi ſuo dilecto gratiam ſuam & omne bonum.

Cùm feria ſecunda proxima poſt feſtum B. Barnabæ apoſtoli nobis judicio præſidentibus apud Wormatiam, terra Geraldi montis, terra de *Aloſt*, terra Quatuor-officiorum, terra Waſiæ, & terra ſupra Scaldam, cum earum pertinentiis univerſis & ſingulis per ſententiam principum & nobilium ſint abjudicatæ nobili viro GUIDONI comiti Flandriæ, & per eamdem ſententiam adjudicatæ ſpectabili viro JOHANNI Haynoniæ comiti dilecto fideli noſtro: ſinceritatem tuam rogamus attentè, regiâ tibi nihilominus auctoritate præcipientes firmiter, & præciſè volentes, quatinus per te, vel per alios, & præcipuè per officiales tuos, clericos, plebanos, & capellanos in parochiis dictarum terrarum tuæ dioceſis officiantes, ſeu per aliquem, vel aliquos ex ipſis generaliter, & ubi magis publicè poteſt fieri, & præcipuè per ſacerdotes in cancellis eccleſiarum ſuarum, denunties quod omnes univerſaliter & ſinguli qui feoda poſſident in terris prædictis ad dominium ipſarum terrarum ſpectantia, infra ſex ſeptimanas & tres dies poſt denuntiationem hujuſmodi, quos ipſis juxta ſententias nobilium curiæ noſtræ pro termino peremtorio aſſignamus, debeant per ſe, vel nuntium ſpecialem mandatum ad hoc habentem cum litteris patentibus & ſigillis mittentium, ſi ſigilla habuerint, vel ſi non habuerint, ſub ſigillo tuo, vel alterius authentici, prædictum Haynoniæ comitem accedere, & ab eo petere, & recipere feoda prænotata, & ſibi facere debitæ fidelitatis & hommagii ſacramentum, ac ſimiliter rectoribus, villicis, juſtitiariis, ſcabinis, & univerſitatibus civitatum, oppidorum, & villarum dictarum terrarum tuæ dioceſis, per te, vel per alios, ut eſt dictum, denunties, ſeu denuntiari facias, ut infra eumdem terminum per ſyndicos ſuos ipſi comiti faciant, & exhibeant fidelitatis debitæ juramentum. Hoc autem auctoritate regia eiſdem ſub obtentu gratiæ noſtræ præcipias firmiter, & diſtrictè denuntians eos abſolutos ab omni homagio, & quolibet ſacramento, quibus dicto comiti Flandriæ, ratione dictorum feodorum & terrarum videbantur aſtricti. Volumus etiam quod dictis vaſſallis, rectoribus, villicis, juſtitiariis, ſcabinis, & univerſitatibus prænotatis ſtudioſè denunties, quod ſi in executione mandati regii inobedientes inventi fuerint & rebelles, contra ipſos & * quolibet eorum, necnon bona, ſeu poſſeſſiones eorumdem ſine dilatione qualibet, ſecundum quod jus in curia noſtra dictaverit procedemus. Executores autem mandati hujuſmodi per te deputati, ut eſt dictum, cùm ipſi mandatum prædictum executi fuerint, illam executionem cum loco & die ſub litteris ſuis patentibus & ſigillis tibi tranſmittant, per te vel nuntium tuum litteris tuis patentibus noſtræ celſitudini tranſportandam.

* *l.* quemlibet.

Datum Wormatiæ XVII. Calendas Julii, indict. X. regni noſtri anno IX. (a)

LITTERÆ ILLUSTRIS ROMANORUM regis, vaſſallis, rectoribus, villicis, &c. terrarum Geraldi-montis & de *Aloſt.*, &c.

Præcipit ut illuſtrem comitem Hannoniæ dominum agnoſcant, & ab eo feoda quantocius recipiant.

Anno 1282. *Ex cartario Haſnonienſi dominorum de Aveſnis.*

RUDOLPHUS Dei gratiâ Romanorum rex ſemper auguſtus, univerſis vaſſallis, rectoribus, villicis, juſtitiariis, ſcabinis, & univerſitatibus civitatum, oppidorum & villarum, ac popularibus univerſis terræ Geraldi-montis, terræ de *Aloſt*, terræ Quatuor-officiorum, terræ Waſiæ, & terræ ſupra Scaldam, & attinentiarum ſuarum gratiam ſuam & omne bonum.

Quia feriâ II. proximâ poſt feſtum beati Barnabæ apoſtoli, nobis in judicio præſidentibus apud Vvormatiam, prædictæ terræ cum earum attinentiis univerſis & ſingulis proceſſibus legitimis habitis per ſententiam principum & nobilium, qui fuere præſentes, ſint abjudicatæ nobili viro GUIDONI comiti Flandriæ, & per eamdem ſententiam adjudicatæ ſpectabili viro JOHANNI de Aveſnis Haynoniæ comiti fideli noſtro dilecto, vobis univerſaliter & ſingulis, & ſingulariter univerſis ſub obtentu gratiæ noſtræ firmiter & diſtrictè præcipimus, & mandamus, præciſè volentes, quatinus infra ſex ſeptimanas & tres dies poſt receptionem præſentium, quos vobis juxta ſententias

(a) Extant ejuſdem tenoris litteræ ad officialem præpoſiti Trajectenſis.

Digitized by Google

nobilium curiæ noſtræ pro termino peremtorio aſſignamus, per vos, vel per nuntios ad hoc ſpeciale mandatum habentes, cum litteris veſtris patentibus & ſigillis accedatis ad prædictum Haynoniæ comitem, & ab eo petatis & recipiatis feoda veſtra, quæ ratione dominii prædictarum terrarum poſſidetis, & ab eo in feodum habere tenemini, & ſibi faciatis debitæ fidelitatis & homagii ſacramentum, non obſtante homagio, vel quolibet ſacramento, quibus præfato comiti Flandriæ, ratione feodorum veſtrorum aſtricti videbamini, à quibus vos denuntiamus penitus abſolutos: alioquin ſi in admittendis præceptis regiis inobedientes inventi fueritis & rebelles, contra vos, necnon bona veſtra & poſſeſſiones ſine dilatione qualibet, ſecundum quod jus in curia noſtra dictaverit procedemus.

Datum Wormatiæ, XVII. Calendas Julii, regni noſtri anno IX.

LITTERÆ ILLUSTRIS ROMANORUM regis univerſis ſacri imperii Romani fidelibus.

Illuſtrem Flandriæ comitem ob ipſius contumaciam proſcribit, & extra pacem ponit.

Anno 1282. *Ex Haſnonienſi cartario dominorum de Aveſnis.*

RUDOLPHUS Dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus, univerſis ſacri imperii Romani fidelibus præſentes litteras inſpecturis, gratiam ſuam & omne bonum.

Ad univerſitatis veſtræ notitiam duximus deferendum, cùm ſpectabilis vir JOHANNES de Aveſnis comes Haynoniæ dilectus fidelis noſter, cauſam quæ inter ipſum ex una parte, & GUIDONEM comitem Flandriæ ex parte altera, ſuper terris Geraldi-montis, Waſiæ ſupra Scaldam, de *Aloſt*, & Quatuor-officiorum cum earum attinentiis univerſis & ſingulis vertebatur coram celſitudine noſtra, adeo finaliter directo judicii tramite ſit proſecutus, quod prædictæ terræ & earum attinentiæ ſint abjudicatæ prædicto GUIDONI comiti Flandriæ per ſententiam principum & nobilium, qui nobis in judicio affuerunt, & adjudicatæ per eamdem ſententiam comiti Haynoniæ prænotato: & ipſum Flandriæ comitem ob violentiam & injuriam irrogatam per ſe & ſuos in terris prædictis, vel pertinentiis ſuis ſæpedicto Haynoniæ comiti, necnon ob ejus contumaciam debeamus proſcriptionis mucrone ferire, prout in inſtrumentis, ſeu litteris ſuper hujuſmodi confectis proceſſibus pleniùs continetur: nos, exigente juſtitia, prædictum Flandriæ comitem prædictæ proſcriptionis ſententiæ innodamus, & ipſum ponimus extra pacem. In cujus rei teſtimonium, præſens ſcriptum exinde conſcribi, & majeſtatis noſtræ ſigillo fecimus communiri.

Actum Wormatiæ & datum anno Domini MCCLXXXII. XV. Cal. Julii, indict. X. regni verò noſtri anno IX.

LITTERÆ WILHELMI de Montfort canonici Trajectenſis & officialis ad illuſtrem Romanorum regem.

Scribit ſe ipſius mandatis paruiſſe, denuntiando ſingulis qui forte haberent quædam feoda in terris de Aloſt, &c. ut ea ab illuſtri comite de Aveſnis reciperent.

Anno 1282. *Ex Haſnonienſi cartario dominorum de Aveſnis.*

VIctorioſiſſimo ac illuſtriſſimo domino ſuo RUDOLPHO Romanorum regi ſemper auguſto, WILLELMUS DE MONTFORT canonicus Trajectenſis, & officialis domini præpoſiti, & archidiaconi majoris ſe totum, cum omni eo quod audet & poteſt obſequii, reverentiæ, vel honoris.

Litteras celſitudinis veſtræ præclaræ non abolitas, non cancellatas, nec in aliqua parte ſui vitiatas, in hæc verba recepi: RUDOLPHUS Dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus, honorabili viro... officiali præpoſiti Trajectenſis, *&c. ut ſupra.* Hujus igitur auctoritate veſtræ regiæ majeſtatis apud *Brieveleth* perſonaliter acceſſi, &, convocatis ibidem decano, & omnibus preſbyteris, & capellanis Quatuor-officiorum, prout in extremis terminis Trajectenſis dioceſis commorantur, in vigilia Jacobi & Chriſtophori mandatum veſtræ magnificentiæ, prout de verbo ad verbum ſuperiùs eſt expreſſum plenariè, in præſentia decani & omnium preſbyterorum, ac capellanorum prædictorum fui fideliter executus, ac litteras veſtras de verbo ad verbum eis audientibus feci per decanum publicè perlegi, vaſſallos & feodales monui, & eos denuntiavi ut infra ſex ſeptimanas, & tres dies poſt denuntiationem hujuſmodi feoda ſua à domino JOHANNE comite Haynoniæ reciperent, & ei facerent debitæ fidelitatis & homagii ſacramentum, ac ſimiliter villicis, rectoribus, juſtitiariis, ſcabinis, & univerſitatibus civitatum, oppidorum, & villarum dictarum terrarum, prædictæ dioceſis perſonaliter denuntiavi, ut infra eumdem terminum per ſyndicos ſuos ipſi comiti Haynoniæ faciant & exhibeant, ſi perſonaliter non poſſint, fidelitatis debitæ juramentum. Hoc autem veſtra auctoritate regia, & ſub obtentu gratiæ veſtræ denuntiavi eiſdem, & firmiter ac diſtrictè præcepi, eoſque abſolutos ab omni homagio & quolibet ſacramento quibus comiti Flandriæ, ratione dictarum terrarum & feodorum videbantur aſtricti, publicè denuntiavi, ab omnibus congregatis preſbyteris & capellanis, tam monitionem, quàm denuntiationem prædictas auctoritate veſtra regia, & etiam mea ordinaria in ſuis ſingulis eccleſiis & cancellis executioni mandandas ſub excommunicationis & ſuſpenſionis pœna latæ ſententiæ demandavi. Quid autem ulterius ſit agendum celſitudinis veſtræ regiæ magnitudo decernat, quoniam ulterius aggredi non audebam, propter metum corporis,

Digitized by Google

qui veriſimiliter cadere potuit & debuit in conſtantem; ſed factâ executione, moram ſimulans non receſſi. Hæc veſtræ celſitudinis magnitudini reſcribo ſub ſigillo officialitatis meæ; cui fidem veſtra ſerenitas adhibere dignetur.

Datum anno Domini MCCLXXXII. feria quarta poſt Jacobi & Chriſtophori.

PACTUM INTER JOHANNEM de Aveſnis comitem Hannonienſem & Johannem de Aldenarda contra Guidonem Flandriæ comitem.

Anno 1282. Ex cartario Haynonienſi dominorum de Aveſnis.

NOus JEHANS d'Aveſnes cuens de Haynnau faſons ſavoir à tous KE nous prouметons, & avons en couvent loiaument & en bone foy à no chier foiaule & couſin JEHAN dit ſigneur d'Audenarde & ſigneur de Raſoit, KE nous nule pais ne ferons à noble homme GUYON conte de Flandres no oncle, à ſes hoirs des queirieles meutes entre nous duſques aujord'ui KE nous he ſauvouſmes audit ſigneur d'Audenarde tout chou KE il tient de nous aujourd'huy. Et avoec chou li avons nous en couvent KE nous li ferons aidant & confortant comme boins amis, boins couſins, & boins ſires, des autres quierieles de quoy il a afaire au jord'uy contre no oncle devant nommé; par maniere KE li devandis ſires d'Audenarde ne pueet auſſi faire nule pais à no oncle devant nommei, ne à ſes hoirs des choſes KI ſunt meutes entr'iaus juſques au jord'uy, ſe ce n'eſt par no volontei. Et encore avons nous en couvent audit ſigneur d'Audenarde KE s'il n'avoit pooir de warnir Leſſines & Flobierc, KE nous li aiderons à warnir de nos gens, & de no avoir. Et pour chou KE ce ſoit ferme choſe & eſtaule, nous l'en avons données nos preſentes lettres ſaielées de no propre ſaiel dont nos uſons.

Ce fu fait l'an del Incarnation JESU-CHRIST mil deux cens quatre vins & deus le Dyemenche aprés la Nativitet noſtre Dame.

GERARDI DE ARVERNIA epiſtola nuncupatoria ad Ivonem abbatem Cluniacenſem in Chronicon Cluniacenſe.

Anno 1282. Ex ms. Bibliothecæ regiæ.

REverendo patri ac domino IVONI miſeratione divina Cluniacenſis cœnobii humili miniſtro Girardus de Auvernia canonicus vitam in præſenti & gloriam in futuro.

Omnem quidem ordinem ſanctum, pater, in viſceribus Chriſti diligo, magnifico, veneror & adoro: ſed inter univerſas ordinis varietates, quibus decorata eſt ſponſa Chriſti, nullus ordo ordine Cluniacenſi flagrantior; ſanctique nominis odore ſuavior eſt in Chriſto. Nam hujus ordinis profeſſores tanto excellentiùs præ ceteris triumphales ſanctitatis titulos deferunt, quanto expreſſius patrum ſanctorum conſtitutionibus & veſtigiis inhæſerunt. Et licet principalis domus horum profeſſorum ſit in terra horribili, in loco ſolitudinis, nominatiſſima tamen eſt in obſervantia religionis & ordinis præ cunctis. In omnem terram, per Dei gratiam, fama ejus exivit, & in fines orbis terræ odorem ſuavitatis effudit. Plantatio enim Dei eſt & vinea Domini ſabaoth. Ideoque crevit in immenſum & multiplices fructus fecit: ita quod montes umbra ejus operuit, & à Gallia ubi ortum habuit uſque in Hiſpaniam, & ab Hiſpania in Italiam, & ab Italia in Alemanniam & ab Alemannia uſque in Angliam ſuos palmites jam extendit. Verè ſummus ibi modeſtiæ uſus eſt, mutua obſequia, morum regularitas, legendi libertas, fraternitatis affectio, omnium communicatio, hoſpitalitatis exhibitio, vinculum caritatis, ſervitus carnis, quies meditationis, vigor diſciplinæ, amor obedientiæ, vigiliarum excubiæ, & devotio pſalmodiæ. Et quoniam iſta domus quorumcumque profeſſorum eſt & ſanctæ opinionis præcipua, & ſecundum nomen ejus, ita & laus ejus eſt inventa: ideo animam meam in omnem affectionem dilectionis ad ſuos profeſſores effudi, & locum illum mihi deſiderabilem frequentiùs viſitare propoſui, cum incolis conſolari, & ædificatione mutua confortari. Sed quia propoſitum meum adimplere non potui, eo quod occupatus fui in hiſtoria figurali, quam Gregorio X. nunc in papatu ſedente, contexui: ideo affines mihi ſcilicet PETRUM abbatem Maziaci, IVONEM nuper priorem Salviniaci, JOHANNEM Gebennenſem priorem Mantuati, & nepotem mei domini Claromontenſis epiſcopi, necnon ſcholares Claromontenſes ejuſdem ordinis ſcilicet Raymundum de *Cumines*, Johannem de Verreriis, Gerardum de *Aliham*, & plures alios multimodis vicibus viſitavi, à quibus frequenter monebar, ut vobis monachorum ſpeculo inchoata ſuccinctè perſtringerem, & inde utilia quæque brevi compendio deflorarem. Tandem eorum compulſus inſtantia, non luculenti venuſtate aucupabar eloquii; ſed merè tentavi prout potui deſervire veritati, & præſens opuſculum ex prædicta hiſtoria excerptum in ſolatium & in recreationem ſpirituum vobis ſcripſi, ut cum fueritis ſæcularium depreſſus tumultibus ſeu feſſus, orationibus, vel aliis divinis ſtudiis; ad hæc velut ad ſolatium & ad recreationem ſpirituum protinus recurratis. Nam legitur in patrum ſanctorum collationibus quas tranſtulit Hieronymus, quod Johannes evangeliſta Chriſti diſcipulus perdicem tractabat manibus divinis ſtudiis fatigatus. Sanè cum timor & reverentia quam ſæpè retraxerant manum, volente impetrare calamo, & inſufficientiæ ligarunt quam plurimum interdicto, quod non parum timui tantum virum florentem titulo religionis & ſapientiæ, ſi eum aggrediatur imperitus ſermoni cui magis opus lacte quam cibo ſolido, qui grammaticalem ſtylum plenariè non agnovit: injurioſum tamen eſſe non credidi, ſi fluenta uſibus hominum plumbi fiſtula miniſtraret: quia revelat

Locus intricatus.

Digitized by Google

ſæpe Dominus parvulis quæ à ſapientibus abſconduntur. Leproſi nuntiaverunt ſalutem Samariæ, & ſubjugalis Balaam dominum ſuum à via illicita revocavit. Verùm præſens opuſculum in novem particulas eſt diviſum. Prima enim pars continet hiſtoriam ab Adam uſque ad Noë, ſecunda à Noë uſque ad Abraham, tertia ab Abraham uſque ad David, quarta à David uſque ad tranſmigrationem Babilonis, quinta à tranſmigratione Babilonis uſque ad ortum ſalutis, ſexta à Nativitate Salvatoris uſque ad ortum Clunienſis ordinis, ſeptima ab ortu Cluniacenſis ordinis uſque ad annum xv. domine Ivo, veſtri regiminis, qui, nunc, pater, Cluniacenſe cœnobium gubernatis, octava verò figurativè continet vel abbatem vel & ſingulos priores conventuales Cluniaco ſubjectos ſecundum ſuas provincias annotatos, nona verò continet quaſdam exhortatiunculas ad vos domnum Ivonem abbatem & priores conventuales & quoſdam alios veſtri ordinis profeſſores. In prima quidem & ſecunda particula pono eventus temporum ſub patriarchis, in tertia ſub Judicibus, in quarta ſub Judæorum regibus, in quinta ſub Perſarum, Ægyptiorum regibus, in ſexta ſub Romanorum imperatoribus, in ſeptima ſub Cluniacenſibus abbatibus, ſtylo hiſtorico philoſophos, poëtas, martyres, confeſſores, viros illuſtres, hæreſes & eccleſiæ doctores, cum incidentiis temporum ſub ſingulis annotando. Porro octava & nona particula carent dato. Et quamvis in ſingulis particulis hujus præſentis operis aliquæ ſint quæ non multum expedit ſcire, quandoque tamen turpe eſt hæc ipſa ignorare. (v. g.) Homerus cum neſcio quam levem quæſtionem, ut ait Valerius Maximus lib. x. à piſcatoribus ſibi propoſitam neſciret ſolvere, quaſi intoxicatus confuſionis jaculo pro verecundia ſpiritum exhalavit. Nunc itaque incipiam in ipſius Benedicti nomine, qui Benedictus in ſæcula paternitati veſtræ ſupplicans humiliter & devotè, ut hoc præſens opuſculum, quod me præſente licet meticuloſè cum veſtris oculis ſe præſentat ſuſcipere velitis cum gratia, quod in ſui exordio habet, ita Petrus quidem Riga & colere. *Explicit prologus hujus operis.*

INSTRUMENTUM
fundationis monaſterii Montis beatæ Mariæ ordinis ſancti Guillelmi apud Floberias.

Anno 1282. Ex cartario Haynonienſi dominorum de Aveſnis.

NOus JEHANS dis ſires d'Audenarde & ſires de Roſoit & MEHAUS ſa femme vidameſſe d'Amiens, dame de Pikegny, faiſons ſavoir à tous chiaus KI ſunt, & KI avenir ſunt, que nous purement pour Diu, por le remede & le ſalut de nos ames & de nos anceſſeurs, & de nos ſucceſſeurs, pour l'onneur de Diu & ſon ſiervice à enſauchier dounons & otroions de maintenant, & avons douneit & otriet au prieus provincial, & as freres de l'ordene ſaint GUILLAUME trois bouniers & vint & ciunc verges de terre, KE nous aviens en le paroche de Flobieres, tenant à noſtre bos de Leis le roke, en un liu KE on diſoit as maſures, en tel maniere qu'il aient francement ſans retenir à nous nule juſtice, un bonier & vint ciunc verges de celle dite terre, pour faire une egliſe en l'onneur noſtre Dame, & leur manoir pour les freres manoir, habiteir, & Diu ſervir, qu'il y doivent mettre pour l'egliſe & le maiſon à enſauchier. Par quoy il y ait à tousjors une maiſon & egliſe del ordene de ſaint GUILLAUME, Et volons KE ceille maiſons, & celle egliſe ait nom au Mont-noſtre-Dame, pour chou KE ele eſt fondée en l'ouneur noſtre Dame. Et où remanant hors ledit bounier, & les vint & ciunc verges deleis le bos nos i retenons toutes juſtices hautes & baſſes, pour nous & pour nos hoirs. Et encore leur avons nous dounoit & otroiet, dounons & otrions dis bouniers & trois journaus pau plus pau moins de bruiere, KE nous teniens & aviesmes d'autre part le voie KI va de Flobiers à Roſnais par deleis ledit bos, pour aheneir, cultiver & faire le wignage pour vivre chiaus de le maiſon ſauf àſſi à nous KE en celedite bruiere, nous y retenons toutes juſtices hautes & baſſes pour nous & pour nos hoirs KI aprés nous ſeront. Et eſt encore à ſavoir KE li frere de le maiſon, ne leur ſouvrain, ne autre de par iauls ne pueent, ne ne doivent traire à nul autre avoet, ne à autre ſouvrain temporiel, fors KA nous, & à nos hoirs, KI aprés nous venront, tant que nous u nos hoirs les tenrons à droit dont pueent-il traire al ſouvrain ſigneur le conte de Haynnau, de cui nos le tenons ſouvrainement & prometons à bone foy, KE jamais ce donne reclamerons, ne encontre ne venrons pour nous ne pour autrui, ains le warandirons, & promettons à warandir boinement contre tous chiaus KI en no court vorroient venir à tour & à droit. Et pour chou KE toutes ces choſes ſoient fermes & eſtaules & tenuës à touſjors, nos en avons àſdis freres données nos ſaielées de nos propres ſciaus, & prions à no chier ſigneur monſigneur le conte de Haynnau, de cui nos le tenons ſouvrainement, qu'il weelle ce don & ces choſes greer, otroier, & confremeir, & wardeir, ſi com ſires ſouvrains. Che fu fait & douneit en l'an de l'Incarnation noſtre Signeur JESUS CHRIST MCC. quatre vins & trois le nuit ſaint MIKIEL.

LITTFRÆ VERNHERI
Maguntini archiepiſcopi.

Quibus inveſtituram à rege Romanorum factam de terris de Aloſt &c. Johanni de Aveſnis laudat & approbat.

Anno 1183. Ex cartario Haynonienſi dominorum de Aveſnis.

VERNHERUS Dei gratia ſanctæ Maguntinæ ſedis archiepiſcopus univerſis præſentes litteras inſpecturis notitiam ſubſcriptorum cum perpetua in domino caritate.

Quia ſereniſſimus dominus noſter RUDOLPHUS Romanorum rex ſemper auguſtus ſpe-

ſtabilem virum dominum JOHANNEM de Aveſnis comitem Haynoniæ ob ſuæ probitatis eximiæ merita & progenitorum ſuorum contemplatione ſublimium, qui conſtanter in fide coaluerunt imperii, gratioſis aſtringens amplexibus; proceſſum claræ recordationis quondam WILHELMI Romanorum regis prædeceſſoris ſui tunc habitum de terra de *Aloſt*, de terra juxta Scaldam, de terra Geraldimontis, de terra Vvaſiæ, de terra Quatuorofficiorum cum omnibus attinentiis ſuis per ipſum W. regem & principes regni Alemanniæ in ſolemni curia congregatos abjudicatis ſolemniter quondam MARGARETÆ Flandriæ comitiſſæ, ac piæ recordationis JOHANNI de Aveſnis ejuſdem comitis Haynoniæ genitori eorumdem principum libero interveniente conſenſu, collatis ex liberalitate munifica, duxerit approbandum, confirmandum, ac etiam innovandum, omne jus nihilominus ſibi & imperio vacans aut competens in præmiſſis de novo eidem Haynoniæ comiti liberaliter conferendo, ac eum inveſtiendo de ipſis, recepto ab ipſo pro terris eiſdem homagio & fidelitatis debitæ juramento, prout in privilegiis ſuper hoc confectis & conceſſis eidem comiti expreſſiùs & lucidiùs continetur. Nos conſiderantes quod idem comes Haynoniæ pura fide ſacrum Romanum veneretur imperium, prædictæ approbationi, confirmationi, ac innovationi, necnon collationi, & inveſtituræ de novo factis ipſi comiti per dominum noſtrum regem prædictum de terris ſuperiùs annotatis & attinentiis earumdem noſtrum etiam aſſenſum benivolum hilariter impertimur. In cujus conſenſus noſtri teſtimonium præſens ſcriptum conſcribi & ſigillo noſtro fecimus communiri.

Datum anno Domini MCCLXXXIII. in craſtino Aſſumtionis beatæ Mariæ Virginis.

Ejuſdem tenoris ſunt litteræ Sifridi Colonienſis archiepiſcopi datæ feria tertia poſt octavas Paſchæ anno MCCLXXXIII.

LITTERÆ PHILIPPI AUDACIS Francorum regis.

De pecunia ab archiepiſcopo Bituricenſi ſibi gratis conceſſa.

Anno 1283. Ex cartario Biturienſi.

PHILIPPUS Dei gratia Francorum rex univerſis præſentes litteras inſpecturis ſalutem. Notum facimus quod cum baillivus noſter Bituricenſis receperit nomine noſtro à dilecto & fideli noſtro archiepiſcopo Bituricenſi quinquaginta libras Turonenſes ex dono nobis ab ipſo facto, nolumus quod ratione doni prædicti, eidem archiepiſcopo vel ſuis ſucceſſoribus aut archiepiſcopatui Biturcenſi aliquod in poſterum præjudicium generetur. In cujus rei teſtimonium præſentibus litteris noſtrum fecimus apponi ſigillum.

Actum apud Exoldunum die Lunæ ante feſtum ſancti Clementis anno Domini MCC. LXXXIII.

LITTERÆ RAYMUNDI Caturcenſis epiſcopi.

Contra quoſdam abbatiæ ſancti Maurini bona uſurpantes.

Anno 1283. Ex autographo.

RAYMUNDUS Dei gratiâ Caturcenſis epiſcopus, univerſis & ſingulis CHRISTI fidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem in
B Domino.

monaſterii, pro ſeipſo & ſuis ſucceſſoribus, A pro dicto monaſterio & conventu ejuſdem loci præſenti & futuro, & frater Petrus *Sobac* monachus & ſindicus dicti monaſterii, pro dicto monaſterio & conventu ejuſdem loci præſenti & futuro, & nomine dicto ſui ſindicatûs: cujus ſindicatûs prædicti tenor inferiùs continetur; de conſilio, voluntate & expreſſo aſſenſu fratris Vvillelmi Roberti, fratris Vvil. Ebrardi, fratris Johannis de *Surzol* proviſoris, fratris Ber. R. magiſtri novitiorum, fratris Petri de Boſco, fratris Petri Bartella, B fratris Raymundi Iſami, fratris Ar. Segerii, fratris Johannis de *Guiſcarol*, fratris Bernardi de Monte-aigone, fratris Johannis Frobaci, fratris Ber. *de Gaure*, fratris Raymundi de Caſalibus, fratris Ber. Poc. fratris Amelii, fratris Aurioli monachorum dicti monaſterii ibidem præſentium, qui infra ſcripta omnia & ſingula ſicut inferiùs continentur conceſſerunt, & ſic fieri voluerunt; conſtituti & congregati in capitulo dicti monaſterii ſancti Saturnini propoſuerunt in præſentia reverendi in Chriſto patris domini Ar. de Villa-muro abbatis C proximè dicti monaſterii & conventus ejuſdem loci, ſcilicet Remundi de ſancto Lupo prioris clauſtralis, Vitalis de Martyribus prioris de Martris, Remundi Atonis prioris de Calvomonte, Ber. de Pruliaco prioris de Blanaco, Remundi de Cardelhaco, Remundi de Petra, Bertrandi de Rabaſtenquis, Petri de Curamonte, VV. de ſancto Amantio, Remundi de Monte-lauderio, Augerii de Sarranta, magiſtri Sancii operarii ..... Maſcaroni ſacriſtæ, Berengarii de Monte-veteri cellerarii, & Bertrandi de Monte-veteri, Rogerii de Monte- D alto cantoris, Bernardi de Villa-muro prioris Savarduni, Petri de Aliis, Petri de *Varilhâs* canonicorum ejuſdem monaſterii ſancti Saturnici ad hæc facienda, ordinanda & concedenda, quæ inferiùs continentur ſpecialiter convocatorum, & etiam in dicto capitulo congregatorum. Ipſi abbas & conventus Grandis-ſylvæ & ſindicus prædicti, in quadam domo ſeu loco dicti monaſterii Grandis-ſylvæ, quæ domus ſive locus prædictus eſt infra parrochiam dicti monaſterii ſancti Saturnini ad honorem Dei & beatiſſimæ Mariæ ſemper Virginis ma- E tris ejus, & ad culturam divini nominis ampliandam incœperunt ſtudium theologiæ facultatis: quod ſtudium perpetuò habere & continuare intendebant, divino auxilio ſuffragante.

Verùm quia ratione dicti ſtudii adeſſe ibidem continuè oporteret aliquam multitudinemtam religioſorum hominum, quàm & aliorum: idcirco domnus abbas Grandis-ſylvæ & ſindicus ſupradicti nominibus quibus ſupra eidem domno abbati & conventui dicti mo- F naſterii ſancti Saturnini ſuperiùs nominati cum inſtantia ſupplicarunt, quod ipſi domnus abbas & conventus ſancti Saturnini pro ſeipſis & eorum ſucceſſoribus & dicto monaſterio, quatenus in ipſis & dicto eorum monaſterio erat, darent & concederent eiſdem abbati & ſindico dicti monaſterii Grandis-ſylvæ nominibus, quibus ſupra, & conventui dicti moſterii Grandis-ſylvæ auctoritatem, licentiam & poteſtatem conſtruendi, & ibidem publicè & ſolemniter erigendi, ædificandi, & habendi perpetuò infra dictam parochiam eorumdem, in dicta domo, ſeu loco prædicto, eccleſiam & ibidem publicè & ſolemniter divina officia celebrandi, & verbum domini præponendi ſeu & prædicandi, & monachis & converſis ibidem exiſtentibus, & eorum donatis, & familiæ, & ſervientibus ſacramenta eccleſiaſtica miniſtrandi, & ibidem admittendi tam clericos quam laïcos ad divina, & recipiendi oblationes, eleemoſynas, & legata, habendique cimiterium, & ibidem funerandi & fidelium corpora quæ apud eos & ibidem elegerunt ſepulturam recipiendi, & tradendi eccleſiaſticæ ſepulturæ.

Licet tamen inter dictas partes ſuper præmiſſis fuiſſet aliquamdiu altercatum, tamdem pro bono pacis, concordiæ, & compoſitionis, dicti domnus abbas & conventus dicti monaſterii ſancti Saturnini ſuperius nominati, pro ſeipſis & eorum ſucceſſoribus, & dicto eorum manaſterio, cupientes dictum theologiæ ſtudium in favorem catholicæ fidei, ac præcipuè infra ſuam parochiam augmentare, ut dilatato ſui tentorii loco funiculos ſuos faciat longiores, & ut bellatorum muro inexpugnabili circum ..... multiplicatis ſtrenuis bellatoribus reſiſtere fortiùs valeat aſcendentibus ex adverſo. Attendentes etiam quod præbere aſſenſum tam honeſtis ſupplicationibus pium eſt & devotum. Ad honorem omnipotentis Patris & Filii & Spiritûs-ſancti, & glorioſiſſimæ, beatiſſimæ ſemperque Virginis Mariæ matris Chriſti, & glorioſiſſimi martyris, atque pontificis ſancti Saturnini, & aliorum ſanctorum omnium, in dicto eorum monaſterio quieſcentium, & totius cœleſtis curiæ, & ad utilitatem ſuburbii Toloſæ, & civitatis, præhabitâ diligenti deliberatione & tractatu ſuper præmiſſis. Attendentes & in his ſuam & ſuorum ſucceſſorum & dicti monaſterii utilitatem imminere pariter & honorem, pro ſeipſis & eorum ſucceſſoribus & dicto monaſterio ſancti Saturnini, donaverunt & donando conceſſerunt eiſdem abbati & ſindico prædictis dicti monaſterii Grandis-ſylvæ, pro ſeipſis & eorum ſucceſſoribus & toto conventu dicti monaſterii Grandis-ſylvæ præſenti & futuro & dicto monaſterio Grandis-ſylvæ, recipientibus & toti conventui prædicto proximè dicti monaſterii, & eorum ſucceſſoribus, & eidem monaſterio proximè dicto quod ipſe domnus abbas & ſindicus dicti monaſterii Grandis-ſylvæ, & eorum ſucceſſores, & dictum eorum monaſterium, & conventus ejuſdem loci & eorum ſucceſſores in ſupradicta eorum domo, ſive loco prædicto infra dictam parochiam dicti monaſterii ſancti Saturnini poſſint & eis liceat eccleſiam & oratorium conſtruere, & ædificare, facere, & erigere, & perpetuo habere ſecundum formam & modum

Digitized by Google

ſui ordinis, ejuſdem ſcilicet longitudinis ſicut A eſt eccleſia fratrum Minorum Toloſæ, vel minoris formæ prout voluerint & eis videbitur expedire: ita tamen quod caput eccleſiæ prædictæ & oratorii actuetur juxta carreriam qua itur de Poſamilairo rectè verſus Matabovem, & ibidem abſque medio conſtruatur.

Item, quod in eadem eccleſia & oratorio habeant, & ædificare & habere valeant perpetuò quot altaria voluerint: dum tamen non ſint ſub nomine & honore illorum ſanctorum B quorum altaria in dicto monaſterio ſancti Saturnini in præſenti ſunt habita & conſtructa: quorum nomina proximè ſubſequuntur, ſcilicet altare glorioſiſſimi ſancti Saturnini, ſancti Martini, S. Laurentii, S. Martialis, S. Crucis, ſancti Nicolai, ſancti Johannis-Baptiſtæ, ſanctorum apoſtolorum Petri & Pauli, ſancti Exuperii. S. Thomæ epiſcopi & martyris, S. Auguſtini S. Jacobi apoſtoli, S. Blaſii, S. Michaëlis archangeli, altaria verò ſanctiſſimæ Virginis, & beatæ Catarinæ, & aliorum ſanctorum quorum voluerint in eorum prædicta C eccleſia & oratorio conſtruere liberè valeant & habere.

Item, quod in eadem eccleſia & oratorio ſeu loco divina officia & myſteria quemadmodum in monaſteriis Ciſtercienſis ordinis alta & ſubmiſſa voce, prout voluerint, omni tempore valeant celebrare, & quod ibidem clero & populo latinis verbis & laïca verba vel lingua verbum Dei proponere valeant, & etiam prædicare,

Item, quod poſſint infra prædictam domum D ſeu locum tenere & habere perpetuò cimiterium, in quo ſepeliantur monachi & converſi ordinis Ciſtercii, & eorum ſervientes, familia, & donati, & etiam quilibet alii fideles, qui in dicto loco ſuam elegerint ſepulturam.

Item, quod in dicta eorum eccleſia & oratorio, ſeu loco prædicto, monachis & converſis dicti ordinis Ciſtercienſis, & eorum ſervitoribus, familiæ, & donatis ſacramenta eccleſiaſtica miniſtrare valeant, & conferre vi- E delicet pœnitentiam, euchariſtiam & extremam-unctionem.

Item, quod monachi & converſi habitantes in dicta domo ſeu loco prædicto poſſint recipere & habere oblationes & obventiones à quibuſcumque perſonis, & etiam elemoſynas, & legata: ita videlicet & tali modo, quod de omnibus & ſingulis oblationibus & obventionibus quæ prædictæ eccleſiæ ſeu oratorio dicti loci Grandis-ſylvæ & ſacerdotibus in miſſarum celebrationibus & altari & altaribus F ejuſdem eccleſiæ ſeu oratorii in denariis, auro, argento, pane, vino, candelis, terra, pannis ſericis, & aliis quæ ab aliquo vel aliqua, vel ab aliquibus offerentur, & de lectis, & pannis, & aliis omnibus mobilibus, quæ ratione alicujus defuncti ſeu defunctorum cujus corpus ſeu quorum corpora ibidem apportabuntur, cauſa eccleſiaſticæ ſepulturæ oblata fuerint, necnon & de omnibus legatis & rectis rerum tantummodo mobilium, quæ generaliter fratribus & conventui ſeu collegio ibidem commorantibus legabuntur ſeu relinquentur in teſtamento, ſeu ultima voluntate, ſeu teſtamentis, ab aliquibus civibus Toloſæ habitantibus in Toloſa, & Bariis Toloſæ, & in ſancto Cipriano fratres dictæ eccleſiæ ſeu dicti oratorii dicti loci Grandis-ſylvæ ibidem commorantes habeant tres partes, & dicti domnus abbas & conventus dicti monaſterii ſancti Saturnini & eorum ſucceſſores reſiduam quartam partem.

Item, quod corpus alicujus defuncti in parochia ſancti Saturnini & parochia de Tauro tantummodo non deferatur ad dictam eccleſiam, ſeu cimiterium dicti loci Grandis-ſylvæ, nec ſepeliatur ibidem, donec illud corpus portatum fuerit ad eccleſiam prædictam ſancti Saturnini, vel ad eccleſiam de Tauro: ubi tamen illud fieret cum licentia ſacriſtæ S. Saturnini ſeu capellani de Tauro, qui pro tempore fuerit, vel eorum loca tenentis, exceptis illis tantummodo qui morientur in dicta domo ſeu in dicto loco Grandis-ſylvæ, quorum corpora in dicto loco Grandis-ſylvæ ſepeliri poterunt, licentia cujuſlibet perſonæ ſuper hoc non habita nec petita.

Item, quod diebus Dominicis & feſtivitatibus ſancti Saturnini horis quibus fiet ſermo, ſeu conſuetum fieri ſermonem populo in dicta eccleſia ſeu dicto monaſterio S. Saturnini, dicti monachi qui pro tempore fuerint in dicta domo, ſeu dicta domo, dicto loco Grandis-ſylvæ in ea domo ſeu loco proximè dicto vel in aliqua parte dictæ domus ſeu dicti loci ante horam pulſationis primæ ſtatutam in dicta eccleſia ſeu monaſterio ſancti Saturnini dicti monachi vel eorum aliquis non prædicent populo in vulgari.

Item, quod dicti abbas & conventus monaſterii Grandis-ſylvæ recognoſcant & concedant nunc, quod proviſor, ſeu prior, ſeu miniſtrator, qui dicto loco præerunt, quocumque nomine nominetur, in principio ſuæ inſtitutionis domno abbati ſancti Saturnini ſe præſentet perſonaliter, & ſubjectum confiteatur in prædictis dictam eccleſiam & oratorium & cimiterium dicti loci Grandis-ſylvæ ſupradicto monaſterio S. Saturnini, tamquam majori & matrici eccleſiæ ratione tantummodo eorum: & his quæ ſuperiùs ſunt expreſſa, & quod promittat idem proviſor per fidem ſuam, quod prædicta omnia obſervabit bene & fideliter, & faciet pro viribus obſervari.

Item, quod per proviſorem dicti loci, qui pro tempore fuerit, vel alium qui præerunt dicto loco, quocumque nomine nominetur, inſtituatur unus monachus vel converſus dedicto loco monaſterii Grandis-ſylvæ, qui recipiat omnia & ſingula ſupradicta, & qui fideliter unicuique dictorum quod pertinet ſecundum modum prædictum, reddat & reſtituat ſuam partem, & quod idem inſtitutus promittat per fidem ſuam dicto domino abbati S. Saturnini, quod ipſe inſtitutus de prædictis omnibus & ſingulis

Digitized by Google

ſingulis reddet & reſtituet cuilibet dictarum partium partem debitam ſecundum modum ſuperiùs ordinatum.

Inſuper fuit ordinatum & actum de communi conſenſu partium prædictarum, quod dicti domnus abbas & conventus dicti monaſterii Grandis-ſylvæ, pro ſe ipſis & eorum ſucceſſoribus obligent ſe, & promittant ſolemniter dicto domino abbati & conventui ſancti Saturnini, ſe fideliter reddituros quartam partem prædictam ſecundum ordinationem prædictam de omnibus & ſingulis ſupradictis.

Item, quod ipſe domnus abbas & conventus dicti monaſterii S. Saturnini ſuperiùs nominati, pro ſe & ſuis ſucceſſoribus, ſe ſolemniter obligent & promittant dictis domino abbati & ſindico & conventui dicti monaſterii Grandis-ſylvæ, ſe fideliter tenere perpetuo & inviolabiliter obſervare compoſitionem, ordinationem ſupradictam, & numquam contra compoſitionem & ordinationem per ſe vel per alium vel alios aliqua occaſione vel aliquo modo, aliquo tempore facere vel venire in ſolidum vel in parte, vel contra ea, vel præter quæ ſuperiùs continentur monachos vel converſos dicti monaſterii Grandis-ſylvæ nec aliquos dicti loci Grandis-ſylvæ in aliquo aggravare.

Item, quod dominus epiſcopus Toloſanus valeat prædictam compoſitionem, ordinationem cum effectu executioni mandare, quando, & quoties inde fuerit requiſitus, & omnia, & ſingula in dicta compoſitione & ordinatione contenta, & quod in hoc & propter hoc tam domnus abbas, & conventus dicti monaſterii S. Saturnini, & domnus abbas & conventus dicti monaſterii Grandis-ſylvæ ſe ſupponant juriſdictioni domni epiſcopi Toloſani, renuntiantes omnibus & ſingulis privilegiis, quibus contra prædicta vel aliqua de prædictis ipſi ſuperiùs nominati, vel aliqui ex ipſis poſſent modo aliquo facere vel venire, & quod hoc promittant quælibet prædictarum partium ſub pœna centum librarum Toronenſium tenere perpetuo, & inviolabiliter obſervare; quibus omnibus & ſingulis ſupradictis ſic dictis & conceſſis per dictas partes, & ceteris ordinatis prout ſuperiùs continetur dictus domnus abbas monaſterii Grandis-ſylvæ pro ſe & ſuis ſucceſſoribus, cum toto conventu dicti monaſterii Grandis-ſylvæ, præſenti & futuro, & pro dicto monaſterio Grandis-ſylvæ, & dictus frater Petrus Sobacus ſindicus ſupradictus nomine dicti monaſterii, & totius conventûs ejuſdem loci, & nomine ſui ſindicatûs, comprobantes & acceptantes ſupradictam ordinationem, & compoſitionem, & habentes rata & grata, & acceptata, atque firma perpetuò nominibus quibus ſupra, omnia & ſingula ſupradicta recognoverunt, voluerunt, & conceſſerunt, quod quilibet proviſor, &c......

Facta fuit compoſitio & ordinatio menſe Junii in introitu die quinto, regnante PHILIPPO rege Francorum, & BERTRANDO epiſcopo Toloſano, anno ab Incarnatione Domini MCCLXXXV. de quibus ſunt teſtes frater Bernardus Sarqueti monachus Bolbonæ, P. de Miis capellanus major eccleſiæ S. Saturnini, P. Fortis preſbyter, W. de Varilhis rector eccleſiæ de Vajano nihilominus clericus Pampilonenſis, B. R. de Retges notarius, frater VV. R. monachus monaſterii regalis....

Item, conceſſio, ratificatio & approbatio facta per monachos prædictos Grandis-ſylvæ, qui prædictam compoſitionem, & ordinationem conceſſerunt in dicto capitulo dicti monaſterii de quorum nominibus fit mentio, fuerunt factæ octavo die introitûs menſis Aprilis prædicto domino rege regnante & HUGONE epiſcopo Toloſano, anno ab Incarnatione Domini MCCLXXXVI. de quibus ſunt teſtes Ber. Vitalis, Jeverius, & Remundus de Manſo, & Remundus de Cobiraco &c.

PACTUM INTER PETRUM de *Fampons* dictum *Oribles* militem & Johannem comitem Haynoniæ.

Anno 1286. Ex cartario Haynonienſi dominorum de Aveſnis.

JOu Pieres de Fampons dis li Oribles chevaliers fac ſavoir à tous, ke com nobles hommes tres-chiers ſires JEHANS d'Aveſnes cuens de Haynnau, m'ait otroijet de vendre & faire men pourfit d'un fief que je tieng de lui à Anich, & dont je ſuis ſes hom, je li ai en couvent, & m'oblige par le foi de men corps que jamais ne ferai contre lui pour ſigneur que j'aie, ne avoir puiſſe de ſe jour en avant, ne pour autre en cas ne en beſoigne qui touke à ſen iretage, & chou proume-ge par me foi francie à tenir bien & loialement par le thieſmoing de ces preſentes lettres ſaielées de mon ſaijel donées l'an de graice MCCLXXXVI la darraine ſemanie d'Avril.

LITTERÆ JOHANNIS EPISCOPI Tuſculani in Alemannia legati, contra adhærentes comiti Flandriæ

Anno 1286. Ex cartario Haſnonienſi dominorum de Aveſnis.

JOHANNES &c. Omnipotens Deus ineffabili providentia univerſa diſponens ad ſuſtentationem & regimen populorum duos gladios, videlicet ſpiritualem & temporalem principaliter ordinavit; ut, cùm opus eſſet, alter alterius auxilii miniſterio uteretur. Quare excellentiſſimus ac ſereniſſimus princeps dominus R. Dei gratia Romanorum rex, qui, diſpoſitione divina, habet temporalis gladii poteſtatem, præmiſſa diligenter attendens, à nobis cum inſtantia poſtulavit, ut, cùm ipſe contra nonnullos de regno Alemanniæ ſuæ temporali juridictioni ſubjectos, propter eorum rebellionem, & contumaciam; aliſque ipſorum exceſſus notorios, jamdudum ſuæ gladium vibraverit poteſtatis, ipſos proſcribendo, juſtitia ſuadente, ac ipſi non ſint converſi ad percutientem ſe, ſed in ſua rebellione potius obſtinati, non curantes ad ipſius regis redire

Digitized by Google

mandata, per annum & amplius in proſcriptione hujuſmodi perſtiterunt, adverſus eoſdem ſpiritualis gladii exercitio uteremur, ac noſtrum ſuper hoc auxilium fiducialiter imploravit. Nos itaque volentes dicto regi, juxta officii noſtri debitum, contra proſcriptos hujuſmodi auxilium exhibere, vobis omnibus & ſingulis quâ fungimur auctoritate præcipimus, quatinus prædictos proſcriptos in locis in quibus expedire videritis, & de quibus à latore præſentium fueritis requiſiti, infra terminos noſtræ legationis, generaliter ac publicè ex parte noſtra monere curetis, ut infra duos menſes poſt monitionem veſtram, quos eis pro primo, ſecundo & tertio termino peremtoriè aſſignamus, dicto regi & curiæ ſuæ ſuper iis, pro quibus ſententialiter ſunt (*) proſcripti, parere procurent. Quod ſi in dicta rebellione, ſeu contumacia poſt dictos menſes, per octo dies animo perſtiterint indurato, ſinguli veſtrûm eoſdem proſcriptos ex tunc, quos ex nunc excommunicamus in iis ſcriptis, cùm à latore præſentium fueritis requiſiti, generaliter & illos ex eis de quorum nominibus vobis per proceſſus & ſententiam dicti regis & curiæ ſuæ conſtiterit, nominatim ſingulis diebus dominicis & feſtivis, pulſatis campanis, & candelis accenſis, excommunicatos publicè nuntietis, & eos ut ad obedientiam & devotionem dicti regis & curiæ ſuæ redeant, per cenſuram eccleſiaſticam compellatis.

Datum apud *Hombourgh*, XVII. Cal. Maii, pontificatûs domini HONORII papæ IV. anno II.

LITTERÆ EDUARDI regis Anglorum.

De ſtatutis ab eo treugis inter Philippum regem Francorum & Alphonſum filium Petri regis Aragonum.

Anno 1286. Ex mſ. Cl. V. Petri Menard, urbis Turonenſis præfecti.

SErenissimo principi domino & conſanguineo ſuo cariſſimo PHILIPPO Dei gratiâ Francorum regi illuſtri, EDWARDUS eâdem gratiâ rex Angliæ, dominus Hyberniæ, & dux Aquitaniæ, ſalutem in eo per quem reges regnant, & principes dominantur.

Cùm vos ad requiſitionem noſtram nobis dederitis poteſtatem concedendi, ſi ſummo pontifici placuerit, treugas de vobis & regnis veſtris, & terris aliis quas detinetis ad præſens, gentibus, vaſſallis & valitoribus veſtris eorumdem regnorum & terrarum, ALPHONSO filio quondam D. PETRI de Aragonia, Aragoniæ, Valentiæque regnis & comitatui Barchinonenſi, ac terris aliis quas poſſidet in præſenti, & gentibus, vaſſallis & valitoribus ſuis, & eorumdem regnorum & comitatuum & terrarum etiam vaſſallis & valitoribus ejuſdem ALPHONSI quoad terras & caſtra quæ in Roſſillione & Ceritania tenent poſt obſidionem, ſi qua de vel alicui eorum poſita eſt, finitam uſque ad feſtum beati Michaëlis anni Domini MCCLXXXVII. volenteſque plenius annuere votis veſtris, conceſſeritis, quod treugæ hujuſmodi ab octava inſtantis feſtivitatis Aſſumtionis beatæ MARIÆ Virginis tendant, quouſque infra terminum ſupradicti ſancti Michaëlis voluntas ſummi pontificis ſuper hoc vobis & nobis fuerit intimata, volueritiſque quod ſi fortè idem ſummus pontifex diſſentiat, quod eædem treugæ per duos menſes continuos poſt intimatum vobis & nobis diſſenſum in ſuo robore perſeverent, ac Petrus Martini & Johannes Zapata procuratores & nuntii dicti ALPHONSI habentes ſuper hoc ab eodem domino ſuo plenam & liberam poteſtatem concedendi nobis vice & nomine ejuſdem domini ſui plenam & liberam poteſtatem dandi, de ipſo ALPHONSO Aragoniæ Valentiæque regnis, & comitatu Barchinonenſi, & terris aliis quas poſſidet in præſenti, & gentibus, vaſſallis & valitoribus ſuis eorumdem regnorum, comitatus & terrarum, & etiam de vaſſallis & valitoribus ſuis, quoad terras & caſtra quæ in Roſſillione & Ceritania tenent vobis & regnis veſtris, & aliis terris quas tenetis ad præſens, gentibus, vaſſallis & valitoribus veſtris eorumdem regnorum & terrarum, & etiam treugam acceptandi: Nos auctoritate hujuſmodi poteſtatis à vobis & dictis procuratoribus nobis datæ, ordinamus quod treugæ quas vobis & veſtris, & vice verſa eidem ALPHONSO & ſuis conceſſimus in hac parte, ad octavam inſtantis feſtivitatis Aſſumtionis beatæ MARIÆ Virginis tendant, quouſque infra præfatum ſancti Michaëlis terminum voluntas ſummi pontificis ſuper hoc vobis & nobis fuerit intimata, quodque eædem treugæ, quoad terras & caſtra vaſſallorum & valitorum ipſius ALPHONSI in Roſſillione & Ceritania, poſt obſidionem (ſi qua eis, vel alicui eorum poſita eſt) finitam, habeant roboris firmitatem, uſque ad finem termini ſæpedicti, & quod, etiamſi ſummus pontifex diſſentiat conceſſioni hujuſmodi treugarum, eædem treugæ per duos menſes continuos poſt intimatum vobis & nobis diſſenſum nihilominus in ſuo robore perſeverent. In cujus rei teſtimonium, has litteras noſtras fieri fecimus patentes.

Datum Pariſius XV. Julii an. MCCLXXXVI.

LITTERÆ DE TREUGIS datis inter regem & ALPHONSUM filium PETRI de Aragonia.

Anno 1286. Ex mſ. Cl. V. Petri Menard, urbis Turonenſis præfecti.

UNiverſis CHRISTI fidelibus, ad quos litteræ præſentes pervenerint, EDWARDUS Dei gratiâ rex Angliæ, dominus Hyberniæ, & dux Aquitaniæ, ſalutem in Domino ſempiternam.

(*) Proſcripti illi contra quos hæc carta fuit facta, hii videntur eſſe de quibus in inſtrumentis Rodulphi regis datis Argentinæ anno 1282. rectores videlicet & communitas Geraldimontis, &c. Item, Raſſo dominus de Gaure, Hugo caſtellanus de Gandavo, aliique inclyti milites.

Digitized by Google

Cum nobilis vir Alphonsus filius quondam Petri de Aragonia, ad requiſitionem noſtram, per procuratores ſuos & nuntios, videlicet Petrum Martini de Artiſſona militem, & Johannem de Zepata nobis ſuper hoc, & propter hoc ſpecialiter deſtinatos per litteras ejuſdem Alphonsi patentes, habentes ſuper hoc ſpeciale mandatum, nobis plenariam conceſſerit poteſtatem de ſe, & Aragoniæ Valentiæque regnis, comitatu Barchinonenſi, & terris aliis quas detinet in præſenti, gentibus, & valitoribus ſuis eorumdem regnorum, comitatuum, atque terris, & ſpecialiter de illis ſuis valitoribus atque vaſſallis qui in Ruſſillione & Ceritania terras tenent aut caſtra, dandi treugas, ſeu etiam concedendi sereniſſimo principi domno Philippo regi Francorum illuſtri, ſuiſque regnis & terris quas ad præſens detinet, vaſſallis & valitoribus ſuis Ruſſilionis, Ceritaniæ, & Cathalaniæ terras tenentibus, ſive caſtra, necnon gentibus, vaſſallis & valitoribus ſuis eorumdem regnorum atque terrarum, ac etiam Jacobo illuſtri regi Majoricarum, & ſuis vaſſallis, valitoribus, & gentibus, ac terris, & caſtris quæ poſſident in præſenti, uſque ad terminum quem expedire, ſeu convenire tanto videremus negotio, nos ex hujuſmodi poteſtate nobis conceſſa, præfato nobiliſſimo regi Francorum, regniſque ſuis ac terris quas ad præſens detinet, dictiſque gentibus, vaſſallis & valitoribus ſuis, eorumdem regnorum atque terrarum pro prænominato nobili viro Alphonso, ſeu procuratoribus ipſius ſuperius nominatis, vice ipſius Alphonſi, ſeu pro ipſo Alphonſo, regnis quoque Aragoniæ & Valentiæ prætactis, comitatu & terris prædictis, ac ſuis valitoribus, ac vaſſallis ipſorum regnorum, comitatûs, atque terrarum, treugas damus atque conferimus uſque ad feſtum beati Michaëlis archangeli in Septembri anni Domini MCCLXXXVII. duraturas, infra quam treugam de voluntate expreſſa regis Franciæ, & prædictorum procuratorum dicti Alphonsi, includi volumus illuſtrem principem Jacobum regem Majoricarum, gentes, vaſſallos, & valitores ſuos, & terras quas poſſident in præſenti, ſi tamen hoc memorati Jacobi placuerit voluntati, ſuper quo uſque ad octavas Aſſumtionis beatæ Mariæ Virginis, nobis, vel noſtris nuntiis propter hoc ſpecialiter deſtinandis, ſuam tenebitur declarare voluntatem. Si autem dictus Jacobus treugam non acceptaverit memoratam, & guerram fecerit præfato Alphonso, aut Aragonum Valentiæque regnis, ſeu comitatui Barchinonenſi, vel aliis terris quas poſſidet in præſenti, vaſſallis, aut valitoribus ſuis eorumdem regnorum, comitatûs, ſive terrarum, prædictus rex Francorum, vaſſalli, aut valitores ſui, non juvabunt dictum dominum Jacobum in aliquo in invaſione hujuſmodi facienda. Et vice verſa, ſi dominus Alphonsus prædictus, gentes, vaſſalli, aut valitores ſui, dictum Jacobum regem Majoricarum pacificè ſe habentem, aut terras, vel

A caſtra quæ nunc tenet & poſſidet, primo invaderent, & dictus Jacobus, gentes, vaſſalli, aut valitores ſui, eumdem Alphonſum, gentes, vaſſallos, aut valitores ipſius, terras, vel caſtra quæ poſſident in Cathalania, vel alibi invadere voluerint, ex poſt facto liceat domino regi Francorum, ejus gentibus, valitoribus, & vaſſallis eumdem Jacobum & ſuos, tam in defenſione terrarum & gentium dicti domini Jacobi, quàm in aggreſſione, ſeu invaſione terrarum, ſeu gentium ſæpe dicti Alphonsi, modis quibus

B voluerint adjuvare. Ceterum ſi dictus Jacobus primo invaderit terras & caſtra, quas, vel quæ dictus Alphonſus, vaſſalli & valitores ſui earumdem terrarum pacificè habentes, nunc tenent & poſſident, licitum erit memorato Alphonso, ſuiſque valitoribus & vaſſallis, invadere & impugnare terram domini Jacobi & vaſſallorum ſuorum, ubicumque in prædictis terris extiterint; & tunc rex Franciæ prædictus & valitores ſui, atque vaſſalli, non juvabunt in aliquo D. Jacobum ſupradictum, nec vaſſallos, aut valitores ejuſdem. Sive au-

C tem præfatus D. Jacobus infra treugam prædictam eſſe voluerit, ſive non, caſtra tamen quæ tenent in terris Ruſſillionis & Ceritaniæ, vaſſalli & valitores ipſius prænominati Alphonsi & domini eorumdem caſtrorum infra treugam prædictam exiſtant quæ inter illum, regem Franciæ & prædictum nobilem Alphonsum virum, & ſuperiùs ordinata, hoc ſalvo, prædicto Jacobo pro ſe treugam non acceptante prædictam, ſi ipſe in terra de Ruſſillione, vel Ceritania, aliqua caſtra vaſſallorum

D ejuſdem Alphonsi obſeſſa tenuerit in præſenti, in obſidione incepta, dominus rex Franciæ juvare poſſit eumdem, quæ obſidio, ſive ſponte diſceſſerit, ſive quocumque alio caſu fuerit reſoluta, ſi idem Jacobus dicta caſtra, vel eorum aliqua, vel aliquid vellet iterum obſidere, vaſſallis caſtra tenentibus pacificè ſe habentibus, rex Franciæ illuſtris in hoc caſu, treuga durante, dictum Jacobum non juvabit, nec dictus juvabit Alphonſus ipſos vaſſallos, ſi poſt obſidionem amotam, vel aliàs re-

E ſolutam, primitus invaderent dominum Jacobum ſupradictum, vel terram quam tenet ad præſens. In hac ſiquidem treuga comitem Fuxenſem Raymundum Rogerii, & alios vaſſallos, valitores & gentes regis Franciæ, quoad terras quas in Cathalonia, Ruſſillione & Ceritania poſſident, pacificè ſe habentes in forma prædicta, ordinavimus comprehendi, ſive dictus dominus Jacobus pro ſe dictam treugam voluerit, ſive noluerit acceptare. Omnia autem verba & adverbia ſuperiùs memorata, quæ deſignationem præſentis temporis repræſen-

F tant, ad diem octavum Aſſumtionis beatæ Mariæ Virginis referantur. Præfatus autem rex Franciæ treugam ejuſmodi, ſi ſummo pontifici placuerit, acceptavit. In quorum omnium teſtimonium & plenam fidem, præſentem paginam ſigilli noſtri fecimus patrocinio communiri.

Actum & datum Pariſius VIII. Calendas

Digitized by Google

Auguſti videlicet die beati Jacobi apoſtoli, anno Domini MCCLXXXVI.

TESTAMENTUM THEOBALDI de Marliaco aliàs Mundavilla.

Anno 1286. Ex Hiſt. mſ. Vallis Sernaii.

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritûs ſancti. Amen. Ego THEOBALDUS DE MARLIACO miles, dominus de Mundavilla & de Piecavilla, compos mentis meæ teſtamentum meum ultimum facio & ordino in hunc modum. In primis volo quod debita mea in quibus teneor, creditoribus meis integrè perſolvantur.

Secundò fiant reſtitutiones ſeu emendæ & forefacta mea emendentur & reſtituantur.

Tertiò & ultimò legata mea inferiùs annotata ad plenum ſolvantur & compleantur.

Ego THEOBALDUS do & lego monaſterio Portûs-regis duodecim libras Pariſienſes, & abbatiſſæ, & conventui loci ejuſdem centum ſolidos Pariſienſes pro pitantia. Volo etiam & præcipio, ſi me abſque heredibus corporis mori contigerit, quod prædicti abbatiſſa & conventus prædicti loci prædictas duodecim libras Pariſienſes habeant & percipiant annui reditus, ſimiliter & centum ſolidos Pariſienſes prædictos pro pitantia, pro anniverſario meo faciendo die obitûs mei annuatim: ita tamen quod pro prædictis duodecim libris Pariſienſibus annui reditus prædicti abbatiſſa & conventus tenebuntur perpetuò unum capellanum monachum, vel alium qui celebrare tenebitur ſingulis diebus in dicto monaſterio unam miſſam, una die de beata Virgine, altera die pro defunctis alternatim ob remedium animæ meæ, parentum & amicorum meorum, quas quidem duodecim libras prædictas, & centum ſolidos prædictos Pariſienſes annui reditus prædicti abbatiſſa & conventus percipient & habebunt apud Mundam-villam ſuper drecturis meis in craſtino circumciſionis Domini quolibet anno, quas in dicto feſto ibidem percipere conſuevi: ita tamen ut ſi prædictæ drecturæ prædictas duodecim libras ac prædictos centum ſolidos Pariſienſes non valerent, quod defectum illum ſuper cenſibus mei dicti loci percipiant & habeant. Volo etiam & præcipio, quod ſi heredes mei ſub ſolutione dictæ pecuniæ termino ſtatuto defecerint, dictis abbatiſſæ & conventui faciendo ſeu eorum mandato viginti ſolidos Pariſienſes pro qualibet hebdomada qua defecerint pro pœna ſolvere tenebuntur prædictis abbatiſſæ & conventui unà cum principali, quod ſervitium dictæ capellaniæ, ſicut prædictum eſt, duxi conſcientiis eorumdem relinquendis.

Item, do & concedo monaſterio Vallium-Sernaii decem libras Pariſienſes volens & concedens, ſi me abſque heredibus corporis mei mori contigerit, quod abbas & conventus dicti monaſterii prædictas decem libras Pariſienſes percipiant & habeant annui reditus: ita tamen quod prædicti abbas & conventus ſtatuant unum monachum, qui ſingulis diebus celebrare tenebitur in capella in qua jacet bonæ memoriæ vir religioſus abbas THEOBALDUS patruus meus una die de beata Virgine unam miſſam, & altera die miſſam pro defunctis ob remedium animæ meæ, parentum & amicorum meorum. Quas dictas decem libras Pariſienſes dicti abbas & conventus percipient annuatim ſuper reditibus meis de Fontaneto prope Balneolos. Volo etiam & concedo, ut dictæ decem libræ Pariſienſes annui reditus prædictis abbati & conventui perſolvantur in feſto Omnium-ſanctorum. Si verò heredes mei in ſolutione dictæ pecuniæ termino ſtatuto defecerint dictis abbati & conventui facienda ſeu eorum mandato, decem ſolidos Pariſienſes ſolvere teneantur pro qualibet hebdomada qua defecerint pro pœna prædictis abbati & conventui unà cum principali. Item, do eiſdem centum ſolidos Pariſienſes pro pitantia in die obitûs mei.

Item, do & lego BEATRICI ſorori meæ centum ſolidos Turonenſes ad vitam ipſius ad uſum ſuum proprium, prout in litteris meis ſuper hoc confectis pleniùs continetur, in cenſu meo de Fontaneto juxta balneolos in feſto S. Remigii habendos & percipiendos: volens & concedens ſi abſque heredibus corporis mei deceſſero, quod ſoror mea prædicta habeat & percipiat decem modia vini ſuper vineis meis de Munda-villa ad uſum proprium quolibet anno ibidem quamdiu vixerit percipienda.

Item, do & lego fratribus Trinitatis Pariſienſis unum arpentum vineæ ſitum in cloſis de Balneolis juxta duo arpenta vineæ quæ in dicto loco fratribus prædictis dedi jamdiu eſt in puram eleemoſynam & conceſſi.

Item, monaſterio de Nealpha-veteri centum ſolidos.

Item, monaſterio de Alba-curia centum ſolidos.

Item, monaſterio Gaudii-vallis centum ſolidos.

Item, monaſterio de Villaribus prope Firmitatem Ales decem libras.

Monaſterio de Roſca x. libras.

Monaſterio S. Cirici centum ſolidos.

Monaſterio de Giffo c. ſolidos.

Monaſterio de Valle-profunda centum ſolidos.

Monaſterio de Alta-brueria x. libras.

Monaſterio S. Remigii de Landis c. ſolidos.

Monaſterio de Claro-fonte c. ſolidos.

Prioratui ſancti Pauli de Alnetis quinquaginta ſolidos.

Prioratibus de Caproſia.
De Caſtro forti
De Chenandos
De *Regne-moulin*
De Marliaco
De Bello-loco prope Caproſiam cuilibet illorum quinquaginta ſolidos.

Fabricæ eccleſiæ Pariſienſis c. ſolidos.

Domui-Dei Pariſienſis c. ſolidos.

Fratribus Prædicatoribus, Fratribus Minori-

Digitized by Google

bus, Fratribus ſanctæ Trinitatis, Eccleſiis ſanctæ Genovefæ Pariſienſis, S. Germani de Pratis, S. Maglorii Pariſienſis S. Victoris, cuilibet iſtarum quinquaginta ſolidos. A

Monaſterio ſancti Anthonii Pariſienſis centum ſolidos.

(a) Fratribus de Cartuſia, de Monte (a) rubeo,
b) (b) Barratis, (c) & Saccatis, cuilibet iſto-
(c) rum viginti ſolidos.

Pauperibus ſcholaribus ſancti Honorati Pariſienſis L. ſolidos.

Scholaribus de Lupara L. ſolidos. B

Eccleſiis de Marliaco, de Magniaco, de Galardone, de Fonteneto-vicecomitis, de Munda-villa, de Vertaudo, de Fontaneto prope Balneolos, de Caſtro-forti, de Trinitate dicti loci, cuilibet viginti ſolidos.

Rectoribus vel perſonis earumdem cuilibet xx. ſolidos.

Capellanis earumdem xx. ſolidos.

Et cuilibet clerico prædictorum presbyterorum v. ſolidos. C

Domibus-Dei de Marliaco, de Galardone, de Caſtro-forti, de Caproſia, cuilibet iſtarum xx. ſolidos.

Leproſariis de Charle-vane, de Galardone, de Caſtro-forti, de Caproſia, de Alneolo prope Trapas Pariſienſis, ſancti Clodoaldi, de Malo-repaſtu cuilibet iſtarum XL. ſolidos.

Filiabus-Dei Pariſ. XL. ſolidos.

Coris Pariſienſibus XL. ſolidos.

Eccleſiæ ſeu presbyteratui de Noiſiaco prope Marliacum decem lib. pro reditibus emendis pro anniverſario meo faciendo ibidem annuatim. D

Rectori ejuſdem eccleſiæ XL. ſolidos.

Clerico ejuſdem eccleſiæ v. ſolidos.

Duabus filiabus nutricis meæ cuilibet centum ſolidos.

Givoto vel Ginoto de *Sabbeurais* VIII. libras.

Liberis defuncti Picardi C. ſolidos.

Liberis defunctæ Beatricis de Fontaneto-vice-comitis, quondam uxoris defuncti *Robin le Trochet* C. ſolidos.

Fratribus defuncti Guillotini de Magniaco LX. ſolidos. E

Guilloto de Marco xx. ſolidos.

Stephano de Canibus LX. ſolidos.

Matthæo, quondam filio defuncti Milonis de Meſentas militis C. ſolidos.

Johanni loco de Caproſia xxx. ſolidos.

Garnerio de Cella xx. ſolidos.

Pauperibus menagiis de Magniaco, de Marliaco, de Caſtro-forti, de Fonteneto, de Galardone, de Munda-villa, de Vertaudo vel Vertando, de Fonteneto prope Balneolos: cuilibet dictorum locorum decem libras diſtribuendas pauperibus menagiis prædictorum locorum prout meis executoribus videbitur expedire. F

Pauperibus menagiis de Levarvilla, de Ucavilla, de Burgo-Alberti. Iſtis tribus locis C. ſolidos diſtribuendos pauperibus menagiis dictorum locorum, tamen hoſpitibus noſtris, prout executoribus meis videbitur expedire.

Pauperibus menagiis de Vernolio, hoſpitibus noſtris centum ſolidos diſtribuendos.

Pauperibus menagiis dictæ villæ, prout executoribus melius videbitur expedire.

Eccleſiæ dictæ villæ de Vernolio xx. ſolidos.

Rectori ejuſdem eccleſiæ xx. ſolidos.

Clerico dictæ eccleſiæ v. ſolidos.

Pauperibus domicellis uſque ad decem oriundis, de Caſtellaniis, de Marliaco, de Caſtroforti, de Galardone, de Munda-villa, quibus executoribus meis videbitur expedire, cuilibet ipſarum centum ſolidos.

Eccleſiæ ſancti Jacobi de Ulmeio xx. ſolidos.

Rectori ejuſdem eccleſiæ xx. ſolidos.

Capellano ejuſdem v. ſolidos.

Proximioribus heredibus defuncti Martini *Arrive* & dicto Caprario piſcatoribus, ſeu heredibus L. ſolidos.

Pauperibus menagiis dictæ villæ de Ulmeio decem libras.

Item eccleſiæ de *Vaclois* xx. ſolidos.

Rectori ejuſdem eccleſiæ xx. ſolidos.

Capellano ejuſdem x. ſolidos.

Clerico ejuſdem v. ſolidos.

Pauperibus ejuſdem villæ C. ſolidos.

Capellano beati Nicolai de Ulmeio prope Pontem xx. ſol. ad reparationem ejuſdem.

Stephano de Forgiis fabro meo xxx. ſolidos.

Domino Stephano de *Saburais* xx. libras.

Brebentio ſervienti meo LX. ſolidos.

Proto foreſtario de Munda-villa LX. ſolidos.

Magiſtro Adæ de Ulmeio cantori eccleſiæ beati Martini Turonenſis xx. libras Pariſienſes annui reditus percipiendas ſuper decem modiis avenarum, circa quos vel quas in feſto Omnium-ſanctorum apud Mundavillam percipere conſuevi, ad vitam ipſius dumtaxat: ita tamen quod de viginti libris Pariſienſibus annui reditus poſſit & debeat dare centum ſolidos Pariſienſes annui reditus dictus cantor, cuicumque voluerit, quas viginti libras prædictas dictus cantor percipiat annuatim in feſto beati Martini hyemalis, & ille ſimiliter centum ſolidos annui reditus, cui dictus cantor, ut dictum eſt, duxerit conferendos.

Item, liberis defuncti Guillelmi quadrigarii de Fontaneto x. ſol.

Simoni de Alneto clerico meo octo libras.

Simoni de Herge-villa LX ſol.

Germano vaccario xxx. ſol.

Martino ſervienti de Galardone XL. ſolidos.

Parvo Pageto x. ſolidos.

Georgio ſervienti de Vernalio LX. ſolidos.

Johanni ſervienti de Marliaco xxx. ſolidos.

Cuidam homini de Ramboüilleto L. ſolid.

Item, volo quod dominus Adam capellanus meus habeat LXIII. libras Pariſienſes erogandas pauperibus, quibus ſibi melius viderit expedire.

(a) Fratres de Monte-rubeo erant ordinis ſancti Guillelmi qui poſtea tranſlati Pariſios, in Alborum Mantellorum monaſterio ſedem fixerunt.

(b) Fratres Barrati ſunt Carmelitæ ſic dicti quod veſtes variis lineis tranſverſas deferrent.

(c) Saccati fratres dicebantur fratres de Pœnitentia, quos tandem Eremitis S. Auguſtini incorporatos exiſtimo.

Volo etiam & præcipio quod dictæ LXIII. libræ præ omnibus aliis debitis & legatis eidem domino Adæ tradantur & ſolvantur.

Item, do & lego BUCCARDO nepoti meo loricam meam pro guerra, & *les chauſſons*, & unam loricam gambeſiatam.

Item, ROBERTO nepoti meo aliam loriricam & gambeſium de meis armis, & unam tunicam cambeſiatam.

Item, do & lego eidem ROBERTO unum monile quod pater meus mihi legavit.

Item. Volo & præcipio quod coperturæ, quas habui de Jouconno Judæo, tradantur dicto Jouconno & reddantur.

Item, Nicolao fabro xxx. ſolidos.

Volo etiam & concedo, quod ſi aliquis prædictorum legatoriorum, vel quicumque dictorum legatoriorum deceſſerit legatus, legatum ipſius prædictum heredibus ejus proximioribus relinquatur, excepto legato cantoris prædicti.

Et ne vertatur in dubium de qua moneta prædicta intelligantur, declaro quod ad monetam Turonenſem perſolvantur, exceptis legatis Portûs-regis, Vallium-Sernaii, cantoris Turonenſis prædicti, & illius cui idem cantor prædictos c. ſolidos annui redditûs duxerit conferendos.

Volens & concedens inſuper, ut ſi heredes, vel ſucceſſores mei, contra præmiſſa legata, reſtitutiones, & donationes prædictas ſe opponunt, vel etiam impediunt quominus dicti legatarii gaudeant de præmiſſis de quinta parte totius hereditatis meæ, immò etiam totam hereditatem.... quintam partem, quam hereditatem ipſam ad hæc omnia præmiſſa adimplenda cum integritate ſpecialiter & expreſsè, prout poſſum & debeo, obligo, quouſque præmiſſa perficiantur, & etiam compleantur.

Pro quibus omnibus præmiſſis legatis, reſtitutionibus & donationibus prædictis cum integritate adimplendis facio & conſtituo executores meos virum religioſum abbatem Vallium-Sernaii, & virum venerabilem magiſtrum Philippum de Bretigniaco canonicum Pariſienſem, & dilectos & fideles meos dominum Petrum de Caſtris, & dominum Guillelmum de *Fourqueus* milites, & dominum Adam de Fontaneto-vicecomitis capellanum meum, volens & concedens, ſi aliquis prædictorum executorum deceſſerit priuſquam omnia præmiſſa perficiantur, quod duo, vel tres prædictorum executorum poſſint & debeant ad plenum prædicta legata, reſtitutiones & donationes prædictas adimplere. Et ut firmum & ſtabile permaneat præſens ſcriptum in prima cauda ſigilli mei munimine roboravi.

Actum anno Domini MCCLXXXV. die Mercurii poſt Paſcha.

CODICELLUS
ſupradicto teſtamento annexus.

NOverint univerſi pariter & futuri, nos THEOBALDUM DE MARLIACO militem A noſtrûm feciſſe teſtamentum ſigillatum ſigillo noſtro, & ſigillis quarumdam aliarum perſonarum in eodem teſtamento contentarum: quod teſtamentum, ſeu ordinationem bonorum noſtrorum præſentibus codicellis, quos ex præſenti facimus, confirmamus, & etiam approbamus: volentes dictum teſtamentum inviolabiliter obſervari; addendo dicto teſtamento, aliqua immutando, ac etiam meliorando in modum qui ſequitur.

Volumus enim quod dominus Adam capelB lanus noſter habeat LXIII. libras Turonenſes ad diſtribuendum pauperibus terræ noſtræ, ſicut ſibi meliùs videbitur expedire, & per hoc revoco de hoc factum ſecundum modum qui majori teſtamento continetur.

Item. Legamus domino regi Franciæ canes noſtros.

Item, Fratribus Minoribus Compendienſibus c. ſolidos Pariſienſes.

Item, Fratribus Prædicatoribus Compendienſibus c. ſolidos Pariſienſes.

Item, Henrico de Vadis de Marliaco XII. C libras.

Item, domino Guillelmo de *Forqueus* LX. libras Turonenſes.

Item, domino de *Sabeurais* L. libras Turonenſes.

Item, eidem domino Stephano x. libras annui redditûs in perpetuum.

Item, Simoneto clerico noſtro XII. libras Turonenſes in perpetuum, ſuper terram quam emimus apud Villam-novam; & ſi dicta terra tantum non valet, valorem reditûs dictæ terræ recipiat annuatim.

D Item, Brebentio ſervienti noſtro XII. libras Turonenſes.

Item, domino Auberto militi equus ſuus qui fuit mortuus reſtituatur.

Item, volumus, quod dominus Aubertus prædictus reddat nobis, vel executoribus noſtris, quatuor ſcutellas argenteas, quas habuit à nobis.

Item, domino Petro de Caſtris c. libras pro ſuo ſervitio quod nobis fecit, & pro ſervitio quod fecit, nepotes noſtros cuſtodiendo.

E Item, Gontoni, qui fuit ſerviens noſter, xxx. ſolidos.

Item, Thomæ de Alneto armigero VIII. libras.

Item, Johanni dicto XIII. libras.

Item, Roberto de Guillervilla XL. libras.

Item, Guillelmo *Bataille* xx. libras.

Item, volumus quod xxxv. ſolidi tradantur Guillelmo de Guillervilla, quos tradat cuidam mulieri de Caſtro-Landonno, quos eidem mulieri debemus.

Item, Corrigero xx. libras.

F Item, Germano vaccario noſtro LX. ſolidos.

Item, Simoneto de Argevilla XL. ſolidos.

Item, Johanni ſervienti de Marliaco xxx. ſolidos.

Item, Protoforeſtario noſtro de Mundavilla IV. libras.

Item, Fratribus Sanctæ Trinitatis Pariſien-

Digitized by Google

ſis, unum arpentum vineæ in cloſo Borgnolis, juxta duo arpenta.

Item, Rouſſello de Fonteneto x. libras.

Item, mareſcalco noſtro xvi. ſolidos.

Item, Reginaldo de Villa-prioris xii. ſolid.

Item, nuntio noſtro xx. ſolidos.

Item, Martino de Galardone ſervienti xxx. ſolidos.

Item, domino Johanni de Buco unum coopertorium de groſſo vario.

Item, Thierrico ſervienti noſtro xii. ſolid.

Item, Gedilotæ uxori Rolandi de Magniaco xl. ſolidos.

Item, Rollando de Fonteneto clerico xl. ſolidos.

Item, uxori Galteri de Ma... xl. ſolidos.

Item, Fratribus de Mirapicis noſtrum magnum equum, armatum & coopertum de noſtris coopertaris.

Item, eccleſiæ Sancti Mauritii de Mirapicis xxv. ſolidos.

Item, presbytero ejuſdem loci xxv. ſolidos.

Item, clericis ejuſdem loci v. ſolidos.

Item, hoſpitali de Mirapicis xx. ſolidos.

Item. Volumus quod domino Guidoni de Levies domino de Mirapicis, incontinenti poſt deceſſum noſtrum reddantur xxiv. libræ, quas de bonis ipſius habuimus, vel plus, ſi repertum fuerit nos de ſuo plus habuiſſe. Et ſi poſt reſtitutionem dictæ pecuniæ dicto domino Guidoni factam, poſſet probari quod ſoror noſtra dictas xxiv. libras habuiſſet, dictus Guido non habebit pro malo, ſi ab eo repetantur.

Item, Eudelinæ filiæ Marini xx. libras Turonenſes.

Item, Emmelinæ ſorori *Cophin* xii. libras Turonenſes.

Item, mulieri Claudæ de Marliaco viii. libras Turonenſes.

Item, hoſpitiſſæ noſtræ de *Vanderville* c. ſolidos Turonenſes.

Et ut dictum teſtamentum, ſeu ordinatio noſtra liberiùs & meliùs exequi valeat, obligamus omnia vaſſalamenta noſtra argentea & madrina, & omnia acquiſita noſtra mobilia, & non mobilia, quæ nos contingunt, & de jure contingere poſſunt, cum quinta parte prædicta hereditatis noſtræ in manibus executorum noſtrorum: ut inde ſolvant omnia in dicto teſtamento noſtro, & in præſentibus codicellis à nobis legata & ordinata, & de eiſdem bonis ſe tueri valeant, ſi quis, ſeu aliqui venirent, qui dictum teſtamentum noſtrum, ſeu ordinationes noſtras vellent impedire.

Inſuper, ſi quis, ſeu aliqui dicerent nos in ipſis in aliquo teneri, volumus quod ſi hæc legitimè probare poſſint, de prædictis bonis noſtris eiſdem ex integro reſtituatur. Si autem probare non poſſint, & ſint perſonæ quibus ſecundum eorum famam fides ſit adhibenda, volumus etiam (prius tamen ex præſtito juramento) quod eiſdem reſtituatur.

Ut autem omnia prædicta à nobis legata & ordinata, valeant facilius & citius executioni demandari, ordinamus & volumus expreſsè, quod ſi aliquis, ſeu aliqui executorum noſtrorum nollent, vel non poſſent diebus ad expeditionem prædictorum præfixis intereſſe, tres ipſorum, vel duo reliquos in executione prædictorum non expectent, quin poſſint liberè in expeditione & executione prædictorum procedere, ſicut poſſent omnes, ſi propter hoc pariter convenirent.

Præterea ſi de hiis quæ nos contingunt, vel contingere poſſunt de jure ſolutis legatis & ordinationibus noſtris prædictis aliquid ſupereſſe contigerit, ordinamus & volumus expreſsè, quod executores noſtri totum erogare poſſint & diſtribuere pro ſalute animæ noſtræ, pauperibus religioſis, nobilibus, ſeu aliis terræ noſtræ, & nepotum noſtrorum, prout eis ſecundum Deum melius videbitur expedire. Et ad majorem roboris firmitatem, & in teſtimonium dictorum codicillorum quos adjungimus dicto teſtamento, dictis codicillis ſigillum noſtrum, cum ſigillo religioſi viri guardiani Fratrum Minorum Compendii duximus apponendum.

Datum & actum in craſtino Aſſumtionis beatæ Mariæ, anno Domini MCCLXXXVI.

LITTERÆ FLORENTII, Hannonienſis, domini de Brayne & de Hal.

De portione terræ ſibi data in feodum à Johanne de Aveſnis comite Hannonienſi fratre ſuo.

Anno 1287. Ex Haſnonienſi cartario dominorum de Aveſnis.

JOu Florens de Haynnau ſires de Brayne & de Hal, fac ſavoir à tous, ke par l'aſſentement de mes chiers freres & communs amis mes chiers ſires & freres Jehans d'Aveſnes cuens de Haynnau m'a doné en parchon de terre le ville de Brayne con diſt le conte, le ville de Hal, & les appendances de ces lius, les bos de le Saiſive & des Saers, & che ke mes dis ſires avoint en le ville & & ou tieroir de Brayne-le-Caſtiel, & quatre cens livrées de tiere par an au tornois à prendre és bos de Vicongne, ke mes dis ſires tenoit par certain pris & loial juſtificaulement deſſeurés & abouſnées, & toutes ces choſes m'a il doné & done en toutes valeurs & droitures, que il y avoit à tenir de luy & de ſes hoirs contes de Haynnaut en lige fief & en hommage hiretaulement & juſtificaulement, enſi cum li autre gentilhomme de ſe contei, ki le juſtiee ont ſur le leur tienent leur villes & leur tieres communement de luy, & ſauf à men dit ſigneur & à ſe hoirs contes de Haynnaut és lius devant nommeis le cacherie des bieſtes & le droiture appertenant à le ſouveraineté de ſe dit conté en toutes coſes, & ſi y retient mes dis ſires & freres pour luy & pour ſes hoirs devantdis és lius devant nommeis le pourſuite de ſes fiers qui de chien avant y venront demorer. Et eſt à ſavoir que li hommage deſdites tieres de Brayne & de Hal, qui à mi de ſen don appiertienent, ſunt Willaumes de Buzenghien, li

fius WILHAUMES de Wandinbruel, MEURISSES Breutins, HENEMERS, ERNOUS de Hellebeke, MEURISSES Meures, SOHIERES fius Huon de Laire, DANIAUS Fonſe, HENRIS d'Eſtale, WATIHERS de Wedechen, WILLAUMES Caſſiaus, HANNEKINS de Vvedehen, HANNEKINS de Vredenghien, GODESCAUS uns hom de Bretenhout, IDE de Parentine, STASSEKINS de Brinbeke, JEHANS Fieves, OLIVIERS Barons, dame de Forges, VVATIERS de Merbes, WATIERS fius Pieron Bure, WILHAUMES de Gayete, maiſtre NICHOLES de Naalte: & JEHANS fius Vvatiers de Naaſte, & autres hommages que chiaus qui chi devant ſunt nomeit il ne m'a donnet en ces tieres ne pour ces dons devantdis li fief KI en ces diſlius ſunt & demeurent à mon chier ſigneur & frere devantdis & alleurs ne ſunt plus que devant de riens KIRKIET envers aucun ne aſſervi. Encore eſt-il à ſçavoir KE avoech ces choſes deſeuresnommées mes chiers ſires devantdis m'a donnei & donne en me dite parchon hiretaulement le ville d'Eſtruem & les appertenances con tient des ſigneurs d'Aveſnes. Et ces dons deſeures deviſés mes chiers ſires les a fais à mi par tele condition, KE ce de mi defaut ſans hoir de men propre cors, KE cil fiet & ces tieres entirement & abſoluement revenront & eſKeiront hiretaulement à men dit ſigneur & frere, ou à ſes hoirs contes de Haynnau & retonneront à ſadite contei, & par tele KIERKE & tele condition, je l'ai rechiut & rechoi, & KE li lois, li uſaiges & li couſtume de ces lius ne dou pais ſe le faiſoit encontre ne paroiſt aſlongier, ne empêchier lui, ſes hoirs devantdis, ne ſe contei à chou KE les tieres & li fief devantdis ne reveniſſent, reſceiſſent, ou retournaſſent à lui, & à ſes hoirs contes de Haynnau, & ce contei ſe demi, ſi com dit eſt, defaut ſans hoir de men propre cors. Et s'il eſtoit enſi que lidit fief & tieres qui reſKeiſſent de mi & iou au jour de men treſpas devoie dettes ou avoie fait forfais u lais ſans boiſdie, qui de mes meules ne puiſſent eſtre paijet, mes chiers ſires & freres, ou ſi hoir conte devantdis, en ſont tenut par raiſon de ledit eſchance à faire & à reſpondre raiſon enſi cum drois hoirs par le loy & le couſtume de Haynnau, ſi avant cum ce le teire & cele eſcanche deveroit faire & porter. Et ces deviſes deſdites teires revenir à men chier ſigneur devantdis à ſes hoirs contes de Haynnau & à ſe contei, ſi com devant eſt contenut, doi-je reconnoiſtre par * une vois u par lettres par tout là où meſdis ſires vorra toutes les fois KE beſoins eſt & il me le requerra. Et par mi ces dons devantdis & autres qu'il m'a fais en le terre de Hollande, ſi com il appert par ſe lettre j'en ai de toutes parchons & eſcances de pere & de mere, & autre droiture, que j'ou ai, u puis avoir, ou dois, ou ki à mi appiertienent; ou paroit de droit ou de fait ou de loi ou uſage de pais ou de lui apertenir en le conte de Haynnau ou d'alleurs, je m'en tieng ſouffiſamment pour content & ſouffit & juſtement partit, & en quitte par mi cel abſoluement & entirement men dit ſigneur & frere, & ſes hoirs, & ſes ſucceſſeurs, & toutes choſes qui encontre ceſte conneſſance, ou ceſte quittance, meporoient valoir. Et ces deviſesai-je reconnut & reconnois devant mes pers, c'eſt à ſavoir GILLION dit Rigaut de Rues, VVAUTIER d'Antoing ſigneur de Bellone, ARNOUL ſigneur de le Hamaïde, Vvillaume de Roiſin chevaliers, hommes men chier ſigneur devantdit pour che eſpecialement appielles. Et en le preſence d'iauls parmi les choſes deſeure contenuës je raportai, & reporte en le main de mendit ſigneur & frere avoec lui & ſes hoirs toutes autres tieres, bos & poſſeſſions, de quo il m'avoit ahireteit, & clamai quite, & claime abſoluement, & men deshiretai & werpi une fie autre & tiere bien & aloy, & diſt lidis ſires de le Hamaïde par jurement aprés chou qu'il fu conjureis de mon ſigneur & conſeillies de ſes pers devantdis, KE as us & as couſtumes de Haynnau, je pooie bien faire les deviſes deſeures eſcrites, & les ai bien faites, & aloy & chou l'enſivirent ſi per li homme devantdit. Et pour chou que ce ſoit ferme choſe & eſtaule, je en ai données, & en doins mes preſentes lettres ſaielées de mon propre ſaijel à mendit ſigneur & frere & ſes hoirs, & requier as hommes devantdis, KE en conniſſance & en thieſmongnage des choſes deſeuredites meichent leur ſaiaus avoec le mien à ce preſent eſcrit. Et nous GILLES ſires dou Rues, VVATIERS ſires de Belone, ARNOUS ſires de le Hamaïde, & VVILLAUMES de Roiſin chevalier, homme à no chier ſigneur conte de Haynnau devantdis, faiſons ſçavoir à tous que nous fumes preſent comme homme appeleit as deviſes devantdites, & feſimes le jugement & le ſuite devantdite bien & aloy: & à la requeſte noble homme monſigneur FLORENT devantdit, nous avons mis nos ſaiauls avoec le ſien à ce preſent eſcrit en conneiſſance & en thieſmongnage de veritei.

Che fu fait à Haſpre ou jardin de le priorie & doné l'an del Incarnation noſtre Signeur MCCLXXX & fiet le mardy devant le S. March ewangeliſte ou mois d'Avril.

*f. vive.

LITTERÆ ELIÆ PATRIARCHÆ Jeroſolymitani in gratiam Parthenonis de Spanhaco.

Indulgentias conferentibus facultates ad eccleſiam monaſteriumque conſtruendum concedit.

Anno 1187. Ex mſ. Colbertino.

UNiverſis Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit, HELIAS miſeratione divina ſacro-ſanctæ Jeroſolymitanæ eccleſiæ patriarcha ſalutem in Domino ſempiternam.

Licet ille de cujus munere venit, ut ſibi à fidelibus ſuis dignè & laudabiliter ſerviatur, de abundantia pietatis ſuæ merita ſupplicum excedens

excedens & vota, & bene ſervientibus multo majora tribuat, quàm valeant promereri deſiderantes tamen reddere Domino populum acceptabilem fideles Chriſti ad complacendum, & quaſi quibuſdam allectivis muneribus, indulgentiis videlicet & remiſſionibus invitamus, ut exinde reddantur divinæ gratiæ aptiores. Cupientes igitur ut eccleſia ſanctæ Mariæ monaſterii monialium d'*Eſpanhac* ordinis ſancti Auguſtini Caturcenſis diœceſis, quæ ibidem de novo conſtruitur, ad quod dictarum monialium non ſuppetunt facultates, ad honorem Dei & ipſius honorificè fabricetur, omnibus verè pœnitentibus & confeſſis, qui ad dictam eccleſiam & monaſterium conſtruendum, nec non ad ſuſtentationem monialium ibidem Domino ſervientium, de bonis à Deo ſibi collatis manus adjutrices porrexerint, nos de omnipotentis Dei miſericordia & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, quadraginta dies de injunctis pœnitentiis, diœceſani accedente conſenſu, miſericorditer relaxamus. In cujus rei teſtimonium præſentem paginam ſigilli noſtri munimine duximus roborandam.

Datum Romæ an. Dom. MCCLXXXVII. pontificatus domni Honorii papæ IV. anno II.

LITTERÆ BURCHARDI epiſcopi Metenſis

Quibus principatus in urbe de Blarignies comitatus Haynoniæ adjudicatur JOHANNI *de Aveſnis.*

Anno 1288. Ex Haſnonienſi cartario DD. de Aveſnis.

NOus BOUCART par la grace de Diu eveſques de Mes faiſons ſavoir à tous, KE com deſcors fuſt entre nos chiers ſigneurs & frere, reverent pere WILLAUME par le grace de Diu eveſKe de Cambray d'une part, & noble home JEHAN d'Aveſnes conte de Haynnau d'autre part de la ſouvrainetei de Blarignies, & il s'en ſoient mis ſor nous, & à chier oncle monſigneur BAUDUIN d'Aveſnes ſigneur de Biaumont, nous & nos oncles devantdis avons enquis de la beſongne devantdite, & par le conſeil de ſages homes & de bones gens, avons dit & pronunchiet, diſons & prononçons, KE nos freres li cuens de Haynnau devantdit, a doit avoir ſouvrainetei en la ville de Blarignies devantdite, enſi com ès autres villes, KI ſunt en le procincte de Haynnau. En theſmongnage de veritei ſont ces preſentes lettres ſaielées de noſtre ſaiel, KI furent faites l'an de grace MCCLXXX & huit ans le ſamedy aprés la quinzaine de PaſKes.

LITTERÆ WILLELMI epiſcopi Cameracenſis

Acceptis à fratre Johanne comite quingintis libris annui reditus, renuntiat debitæ ſibi portioni terræ Haynoniæ.

Anno 1289. Ex Haſnonienſi cartario dominorum de Aveſnis.

NOus GUILLAUMES par le grace de Diu eveſKes de Cambray faiſons ſavoir à tous que com nos chiers ſires & freres JEHANS d'Aveſnes cuens de Haynnaut nous ait doné en parchon de terre caſcun an tant com nos viverons cinq cens livres tournois à deus paiemens l'an, c'eſt-à-ſavoir à le nativiteit S. Jehan-Baptiſte deus cens ciuncquante livres tournois, & au Noël aprés enſiuwant deux cens & ciuncquante livres tournois à prendre à s'en recheveur de Haynnaut quiconques le ſoit des biens de ſe recheite de Haynnau. Et nous ait doné encore auctoritei de doner, aumonſner, u aſſener à cui il nos plaira un an aprés nos decés les ciunc cens livres devantdites, ſi com il eſt contenu plainnement en ſes lettres Ke nous en avons. Nous nos tenons ſouffiſamment de nodit frere à parti, & le quitons par mi chou à lui & à ſes hoirs contes de Haynnau toutes les eſKeances de pere & de mere & de freres, qui à nous apiertienent, u doient & pueent apertenir. Et comme nous eiuſſiens rechiut de nodit frere une paire de lettres de deux milles tournois à emprunter à nos beſoins ſour lui & en ſen nom. Et encore unes autres lettres de mil livres tournois, nous conniſſons Ke ſour les lettres devantdites n'avons rien empruntei, & ces lettres ſans nule obligation li ſommes tenu, & proumettons à rendre, & à chou nous obligons à nodit frere tous nos biens, u Ke nous les aions, & s'il eſtoit enſi par aucune aventure, Ke leſdites lettres fuſſent perduës par aucune aventure, & que nous les peuſſiens trouver, nous avons encouvent loiaulement, que nous en porterons & delivrerons entirement, s'aucune queſtions u calenge en eſtoit, Ke ia n'avigne nodit frere & ſes hoirs, & à chou nous obligons nous & tous nos biens expreſſeement. Et pour chou que ces choſes ſoient fermes & eſtaules, nous avons doné ces preſentes lettres à nodit frere en conneſſance de veriteit.

Douneit l'an de grace mil deux cens quatrevins & nuef le Vendredy aprés le Nativiteit noſtre Signeur.

PHILIPPI REGIS LITTERÆ ad collectores decimæ

Ut heredibus Reginaldi de Nantolio epiſcopi Belvacenſis quinque librarum millia ſolvant.

PHILIPPUS Dei gratia Francorum rex collectoribus decimæ in Rhemenſi provincia conſtitutis, & etiam deputatis quibus contigerit has præſentes litteras exhiberi ſalutem & dilectionem.

Cùm nos venerabilibus viris & diſcretis nobis in Chriſto dilectis executoribus bonæ memoriæ Reginaldi de Nantolio quondam Belvacenſis epiſcopi in decem millibus librarum Turonenſium ex cauſa mutui teneamur, dilectionem veſtram requirimus & rogamus, quatinus eiſdem executoribus aut eorum certo mandato præſentes litteras deferenti quinque

millia librarum Turonenſium de decima nobis per triennium conceſſa, per vos ad terminum Nativitatis Dominicæ proximè venientis colligenda, & etiam recipienda, ſine difficultate qualibet, & alterius mandati noſtri expeditione, dicto termino perſolvatis, penes vos hujuſmodi litteras noſtras, unà cum præſentibus litteris prædictorum executorum retinentes continentibus, ut ad plenum de dictis quinque millibus libris Turonenſibus ſe teneant pro pagatis, nos & heredes noſtros ſuper his quittantes & penitus abſolventes.

Actum apud Luparam Pariſius die Dominicâ ante feſtum beati Petri ad vincula, anno Domini MCCXC.

LITTERA COMPROMISSI inter comitem Haynnoniæ & comitem Sancti Pauli.

Anno 1290. Ex Haſnonienſi cartario dominorum de Aveſnis.

UNiverſis præſentes litteras inſpecturis, Jo. de Aveſnis comes Haynoniæ, ſalutem in Domino.

Noveritis quod ſuper omnibus querelis & controverſiis motis inter nos ex una parte, & HUGONEM de Caſtellione comitem Sancti Pauli dilectum fidelem noſtrum ex altera, in præſentia excellentiſſimi principis domini noſtri domini PHILIPPI Dei gratiâ regis Francorum, in nobiles viros, ſcilicet dominum JOHANNEM de Domna-petra ex parte noſtra electum, & comitem de EU. electum ex parte ipſius comitis Sancti Pauli, de alto & baſſo compromiſimus ſub religione jurisjurandi, actum fuit etiam & conventum expreſsè in dicto compromiſſo, quod dicti arbitri per ſe, vel per alios poſſent inquirere ſuper diſcordiis prælibatis, & poſſent procedere diebus feriatis & non feriatis; hoc adjecto, quod ſi dicti arbitri in deciſione aliquorum articulorum ſint diſcordes, diſcordiam viro nobili domino R. domino de Nigella coneſtabulo Francorum reportabunt, & dictum, ſeu ſententiam ipſius ſub juramento prædicto tenebimur obſervare. Prædicti ſiquidem arbitri juraverunt quod bene & fideliter procedent in deciſione querelarum prædictarum. Et durabit præſens compromiſſum uſque ad Purificationem beatæ Virginis tantummodo, niſi per prædictos duos arbitros fuerit prorogatum, quibus dedimus poteſtatem prorogandi illud uſque ad feſtum Reſurrectionis Dominicæ proximo ſubſequentis. Omnia & ſingula ſupraſcripta promiſimus pro nobis & ſucceſſoribus noſtris firmiter obſervare, & ad hæc firmiter obſervanda obligamus bona noſtra. In cujus rei teſtimonium, ſigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum.

Actum apud Domum Foleyæ, die Lunæ poſt Exaltationem ſanctæ Crucis, anno Domini MCCLXXXX.

LITTERÆ PHILIPPI Francorum regis.

De hominio ſibi facto à Johanne de Aveſnis comite Hannoniæ pro terra de Oſtrevant.

PH. Dei gratiâ Francorum rex. Notum facimus univerſis, tam præſentibus, quàm futuris, quod nobilis vir fidelis ac dilectus noſter Jo. de Aveſnis comes Haynoniæ nobis fecit homagium ligium præ ceteris hominibus, quoad illud feodum de terra de *Oſtrevant*, quem in noſtrum hominem ligium nos recepimus, hoc adjecto, quod ſi in prædicta terra ſit aliquid quod non ſit de regno noſtro, & ſit extra fines regni noſtri, de hoc inquiri faciemus veritatem, rationibus utriuſque partis auditis; & illud quod reperietur eſſe extra fines regni noſtri de hoc inquiri faciemus veritatem, rationibus utriuſque partis auditis, & illud quod reperietur eſſe extra fines regni noſtri, nec erit de regno noſtro, de feodo noſtro non erit, nec ad id prædictum homagium ſe extendet. Et ſciendum eſt quod prædictam terram tenebit à nobis & ſucceſſoribus noſtris in baronia, & nobis faciet ſervitium cum quinque militibus pro eadem, ſicut alii barones noſtri. Conſuetudines verò in prædicta terra hactenus obſervatæ, quantum ad ſubditos in perpetuum obſervabuntur. Emendam verò, ſeu forefacturam quam petebamus occaſione homagii hactenus per eumdem nobis non impenſi, ad ſupplicationem ipſius comitis & amicorum ſuorum, eidem remiſimus. Nec occaſione alicujus facti, ſeu delicti in ipſa terra per ipſum, vel gentes ſuas uſque nunc perpetrati, coram nobis tenebitur reſpondere. Et quia nos dicebamus ad nos pertinere gardas, ſeu cuſtodias eccleſiarum & abbatiarum prædictæ terræ: eaſdem gardas, ſeu cuſtodias eccleſiarum de *Oſtrevant* in manu noſtra poſuimus, & inquiri faciemus, tam de jure noſtro & eccleſiarum, quàm de ſuo & uſu, rationibus partis auditis utriuſque; & ſi repertum fuerit eaſdem ad nos pertinere, eaſdem retinebimus: alioquin reſtituemus eaſdem, quas tenebit ad homagium ſupradictum. Guardam etiam eccleſiæ de *Faimi* in manu noſtra poſuimus, quam ad nos pertinere dicebamus, & de bonis ipſius eccleſiæ ablatis per gentes ſuas, & captis tam in prædicta eccleſia, quàm in domibus de *Oſtrevant*, quæ pertinent ad ipſam eccleſiam locum faciet reſaiſiri, & ſuper eadem guarda veritas inquiretur. Et ſi repertum fuerit eamdem ad nos pertinere, & in regno noſtro eſſe ſituatam, eam retinebimus, & ipſe comes damna illata prædictæ eccleſiæ per gentes ſuas reſtituet: alioquin ſi reperiatur eſſe extra regnum noſtrum, nos non intromittemus. Reſconſas verò & injurias factas per gentes ſuas ſervientibus noſtris, ut dicebant, emendavit nobis ad noſtræ libitum voluntatis. Omnia verò ſupraſcripta & ſingula facta fue-

runt ad ſupplicationem amicorum ſuorum de A voluntate ipſius & aſſenſu, & eadem promiſit pro ſe & ſucceſſoribus in perpetuum obſervare. Quod ut ratum & ſtabile permaneat in futurum, præſentibus litteris noſtrum fecimus apponi ſigillum, ſalvo tamen in aliis jure noſtro, & jure quolibet alieno.

Actum apud domum noſtra *Foleye* in Leonibus, anno Domini MCCXC. menſe Septembri.

LITTERÆ JOHANNIS DE AVESNIS B comitis Hannonienſis, de ſervandis privilegiis & conſuetudinibus civitatis Valencenenſis.

Anno 1290. *Ex cartario Haſnonienſi dominorum de Aveſnis.*

NOus JEHAN d'Aveſnes cuens de Haynnau, faſons ſçavoir à tous, que quand nos fuſmes nouvelement venut à terre, nous, ſelon chou que nos anciſſeur conte de Haynnau ſigneur de Valenchienes avoient fait anchienement, & que nous y eſtient tenut, aſſurames per no ſairement ſolempneument fait le vile de Valenchienes, & jurames ſolempneument le vile de Valenchienes, les cors & les C avoirs des bourgois & des maſniers de ladite vile à warder & mener par loy, & les frankiſes, & le loy de le vile tenir, warder & maintenir as us, as couſtumes, & as frankiſes, que no anciſſeurs les avoient maintenuës, & qu'il avoient uſet, & en tele maniere que dit eſt, nous les couniſſons pour nous, pour nos hoirs, & pour nos ſucceſſeurs, & les jurons ſolempneument à tenir. Et ſi devons faire eſkievains jureis de le pais preudomes creaules & ſouffiſſans bourgois de le vile; & s'il avenoit que debas meviſt, u fuſt meus des uſages, des D couſtumes de le loy, & des frankiſes de le ville, en quelconque maniere que ce fuſt, que nous u autres deſiſſiens, que che ne fuſt mie uſages, u couſtume, u loys, u frankiſe de le vile, toutes les fies que debas ſeroit meus, u mouveroit, de chou li recors des jurés & des eſkievins de ledite ville de Valenchienes, de chou fais ſour leur ſairemens en doit eſtre creus, & devons tenir pour uſage, pour coûtume, por frankiſe, u pour loy de le ville chou qu'il en recorderont, & che meſme qui deſeure eſt dit, nous leur confremons por nous E hoirs & pour nos ſucceſſeurs, & tout chou qui eſt contenut en ceſte preſente carte, nous l'avons en couvent à faire, & à tenir bien & loiaument, ſour no ſairement, por nous, pour nos hoirs, & pour nos ſucceſſeurs, & renonçons expreſſeement pour nous, pour nos hoirs, & pour nos ſucceſſeurs, tant com à chou as toutes les choſes entirement, qui nos poroient aidier & valoir, & les bourgois & les maſniers de no ville de Valenchiennes grever, & nuire, & pour chou que ce ſoit ferme choſe, eſtaule & bien tenuë, & à tous jors, nous avons ceſte F preſente carte ſaielée de no propre ſaiel awech les ſaiaus de nos hommes; & nous JEHAN d'Aveſnes cuens de Haynnau devantdis prions & requairons à nos chiers amis & feables nos hommes de Haynnau. JEHAN ſigneur d'Audenarde & de Roſoit, RASSON de Gaure ſigneur de Lidekierke & de Bredas, NICHOLON de Condet ſigneur de Moriaunnes, GILLION, dit Rigaut, ſigneur dou Rues; JEHAN ſigneur de Barbençon, WATIER ſigneur d'Enghien, de Miſiel, ERNOUL ſigneur de le Hamaïde, GERART ſigneur de Jauce, WATIER ſigneur de Ligne, JEHAN de Hennin ſigneur de Bouſſuth, JACKEMON de Werchin ſeneſcaut de Haynnau, BAUDUIN de Hennin ſigneur de Fontaines, OSTON ſigneur de Traſegnies, WATIER ſigneur de Bouſies, JOFFROIT ſigneur d'Aſpremont, BAUDRI ſigneur de Royſin, NICHOLON ſigneur de Kirineng, GERARD ſigneur de Viane, GILLION ſigneur de Bierlainmont, JEHAN ſigneur de Lens, ALART ſigneur de Vile, & WILLAUME ſigneur de Gommegnies, qu'il à ceſte preſente carte meichent leu ſaiaus awech le no ſaiiel en ſeuretet des paroles & des convenanches deſeure dites. Et leur requerons encore que ce nous, u no hoir, u no ſucceſſeur, alienies en aucuns tans encontre aucune des choſes devantdites, qu'il ne no puiſſent, ne vellent aidier, ne conforter tant com à chou par iaus, ne par leur hommes, ne par le leur, ne en autre maniere quele qu'ele ſoit pour chiaus de Valenchienes grever & nuire. Et nous tout li hommes de cuens de Haynnau devant noumet, c'eſt à ſçavoir JEHANS ſire d'Audenarde, *& ceteri, ut ſupra*, & WILLAUMES ſire de Commegnies, à la requeſte & à la priere de nodit ſigneur avons nous en couvent pour nous & pour nos hoirs, que ſe nos chiers ſires JEHANS d'Aveſnes cuens de Haynnau devant nommés, il, u ſes hoirs, u ſe ſucceſſeur aloient encontre ces couvenances devantdites, u aucune d'elles que nous à no devant ſigneur, ne à ſes hors, ne à ſucceſſeurs, ne ſeriens de riens aidant, ne confortant tant com à chou par nous, ne par nos hommes, ne par nos biens, ne en autre maniere nule quele qu'ele ſoit qui en le grevance ſoit chiaus de Valenchienes, & en thieſmongnage de tenir ſeurement les choſes devant dites, & chacune a parli, nos avons mis ſaiauxs à ceſte preſente carte, à la requeſte de no chier ſigneur devantdit awech le ſien ſaiiel.

Ce fu fait & dounet l'an de l'Incarnation noſtre Signeur JESUS-CHRIST MCCLXXXX. el mois de Septembre.

PACTUM MATRIMONII inter CAROLUM regem Aragonum & MARGUARITAM filiam CAROLI II. regis Siciliæ.

Anno 1290. *Ex mſ. Cl. V. Petri Menard, urbis Turonenſis præfecti.*

CAROLUS Dei gratiâ rex Jeruſalem & Siciliæ, ducatûs Apuliæ, principatûs Capuæ, Andegaviæ, Provinciæ & Folcalquerii comes, tenore præſentium notum facimus univerſis, quod cùm nos, obtentis ſuper hoc licentiâ & aſſenſu ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ad tractandum de pace inter ipſam Romanam

Digitized by Google

Eccleſiam ac magnificos principes, & eâdem gratiâ PHILIPPUM Franciæ, CAROLUM Aragoniæ, & Nos Jeruſalem & Siciliæ reges ex vna parte, atque ALPHONSUM filium quondam PETRI regis Aragonum ex altera parte, pro exaltatione fidei chriſtianæ, acceleratione ſuccurſûs Terræ-ſanctæ, recuperatione inſulæ Siciliæ, quibus poſſet vacare liberius, necnon pro liberatione obſidum noſtrorum, qui ſub dicti ALPHONSI poteſtate tenentur, proponeremus interponere partes noſtras: cùmque ad tractatum hujuſmodi effectui mancipandum nobis expediens plurimum videretur, ſi inter dictum CAROLUM regem Aragonum, fratrem dicti regis domini Franciæ, & domicellam MARGUARITAM noſtram, matrimonium fieret, præfatum dominum regem Franciæ ſuper hæc cum inſtantia duximus requirendum: cum quo poſt tractatus varios, certas exinde conventiones fecimus: quæ inter alia continent, quod nos prædictam filiam noſtram dicto CAROLO regi Aragonum in uxorem dabimus, mediante diſpenſatione ſedis apoſtolicæ jam obtentâ, & præfatus dominus rex Franciæ procurare tenetur, quod idem CAROLUS rex Aragonum eamdem filiam noſtram accipiet in uxorem. Item, quod nos dabimus eidem CAROLO cum ipſa MARGUARITA comitatus Andegaviæ & Cenomaniæ, totamque terram quam habemus in Andegavia & Cenomania, & locis inhærentibus, ſeu vicinis, adjectis pactis & conventionibus quæ ſequuntur; videlicet quod ſi inter jam dictas partes pacificari contingat, & idem CAROLUS jus quod habet in Aragoniæ Valentiæque regnis, ac comitatu Barchinoniæ, ex deputatione facta auctoritate dictæ ſedis quittaverit, quod ad requiſitionem noſtram, vel heredis noſtri, accedente ad hæc conſenſu Romanæ Eccleſiæ facere, pace interveniente, tenetur, habebit ex tunc ipſe, & etiam poſteritas poſt eum, ſive ex dicta nata noſtra, ſive ex alia conjuge legitima deſcenderit, in propriam hereditatem, tamquam ſi ei à ſuis parentibus obveniſſet, comitatum totamque terram Andegaviæ & Cenomaniæ, ut eſt dictum: ſi tamen idem CAROLUS præmoriatur filiæ noſtræ, prole non extante de matrimonio eorumdem, dicta MARGUARITA, quamdiu vixerit, totam terram ipſam tenebit: ſed eâ de medio ſublatâ, etiamſi prolem ex alio viro ſuſceperit, prædicti comitatus, ſeu terra cum ſuis pertinentiis liberè & integrè devenient ad prædictum dominum regem Franciæ, vel heredem ſuum ſimiliter regem Franciæ: & ſi proles extans de corpore dicti CAROLI deficeret, ad ipſum dominum regem Franciæ, vel heredem ſuum ſimiliter regem devenirent. Item, expreſsè conventum eſt, quod ſi pax hujuſmodi non fuerit, procedente matrimonio prædicto, & ipſo CAROLO jus ſuum in dictis Aragoniæ Valentiæque regnis, & Barchinonenſi comitatu retinente, vel illud ſine noſtra, vel heredis noſtri requiſitione quittaverit, comitatus, ſeu terram Andegaviæ & Cenomaniæ cum pertinentiis ſuis, ut prædicitur, nihilominus aſſignabimus ipſi CAROLO in maritagium cùm dicta filia noſtra, tali conditione appoſita, quod ſi prolem ex dicto matrimonio reliquerit, ipſa proles, ſalvo dictæ filiæ jure balli, ſecundum locorum conſuetudinem, in ipſis comitatibus, ſeu terris ſuccedat; ſed ipſo CAROLO ſine prole ex eodem matrimonio decedente (quod abſit) ſupervivente dictâ filiâ noſtrâ, comitatus Cenomaniæ eidem filiæ noſtræ ad vitam ſuam remanebit, & comitatus Andegaviæ ad nos, vel principalem heredem noſtrum, ſtatim poſt obitum dicti CAROLI, liberè revertetur. Veruntamen ſi ipſe comitatus Cenomaniæ à dotalitio dominæ & matris noſtræ MARGUARITÆ reginæ Jeruſalem & Siciliæ, nondum fuerit liberatus, habebit ipſa filia noſtra ſuper comitatu Andegaviæ tria millia librarum Andegavenſis monetæ, dicto dotalitio ſolummodò durante; eodem verò dotalitio deficiente, ceſſabit perceptio ipſarum trium millium librarum Andegavenſium. Conventum eſt etiam, ut quocumque modo, ſive in hereditatem, ſive in maritagium, dicta terra, ſeu comitatus ipſi CAROLO fuerint aſſignati, dicta filia noſtra ſi eidem CAROLO, prole de eorum matrimonio extante, ſupervivat, jure balli ſecundum locorum conſuetudinem ſibi ſalvo; habebit etiam poſt ballum finitum cum dotalitio illo quod in propria terra dicti CAROLI percipit, quod ad tria millia librarum Turonenſium annui reditûs per dictas conventiones eſt ſtatutum: & tenebit atque expectabit, quamdiu ipſa vixerit, totum comitatum Cenomanenſem, de quo nihil alienare poterit, quum ad prolem eorum, ſi extet, vel ad dominum regem Franciæ, ſeu ad heredem ſuum regem Franciæ, ſi ipſa proles defecerit; pace interveniente, ut dictum eſt, plenè & liberè cum ſuis pertinentiis devenient poſt obitum prædictæ MARGUARITÆ: & poſt ballum finitum, comitatum Andegavenſem ſtatim eidem proli derelinquet. Item, per eaſdem conventiones tenebamur dictos comitatus, ſeu terras Andegaviæ Cenomaniæque, quocumque modo ipſi CAROLO fuerant aſſignati, liberare ab illa penſione annua ſive aſſignatione, quam exinde habet & percipit amita noſtra MARGUARITA regina Franciæ; & à dotalitio dictæ matris noſtræ MARGUARITÆ reginæ Jeruſalem & Siciliæ conſors noſtra, ab omni eo prætereà quod habebat, vel habere, ſeu petere poterat in eis domicella MARIA de Jeruſalem, aliiſque obligationibus & juribus univerſis, ſed ad redemtionem noſtri, pro hujuſmodi liberatione & exoneratione procuranda habere, & percipere debebimus totum emolumentum quatuor auxiliorum, terrarum, ſeu comitatuum eorumdem; videlicet pro redemtione noſtra, pro militia filii noſtri, pro terræ noſtræ racheto, & pro maritagio filiæ noſtræ prædictæ. Ceterum cum præfata MARGUARITA Franciæ, & MARGUARITA Jeruſalem & Siciliæ reginæ oblatam à nobis ibi recompenſationem congruam, pro iis quæ percipiunt, ſeu habent in

Digitized by Google

ipſis ſeu comitatibus prædictis acceptare, & A renuntiare juri penſionis & dotalitii prædicti renuerint, inter nos ex una parte, & præfatos dominum Franciæ, & Carolum Aragoniæ reges ex altera, de novo conventum eſt, & in pactum deductum, quod nos ab omnibus aliis oneribus ſpecialiter & generaliter ſupra expreſſis, dictos comitatus, ſeu terras Andegaviæ & Cenomaniæ cum ſuis pertinentiis dicto Carolo liberos & abſolutos cum dicta filia noſtra trademus, & traditos habebit idem Carolus pro recompenſatione oneris, penſionis, ſeu aſſignationis dotalitii Franciæ & B Jeruſalem, & Siciliæ reginarum prædictarum in ipſis terris ſeu comitatibus remanentis, quadraginta-quinque millia tur. nigrorum in terminis, & modo qui ſequitur. De prædicto ſiquidem emolumento quatuor auxiliorum ad nos per dictas conventiones pertinente, quod præſente quodam viro probo à nobis deputando, auctoritate dicti Caroli regis Aragoniæ colligetur, percipiet dicta domina & mater noſtra Marguarita Jeruſalem & Siciliæ regina octo millia librarum Tur. nigrorum, in quibus ei tenemur, & nos inde percipiemus C ſex millia librarum ejuſdem monetæ ad opus noſtrum, ex primis leveis emolumentorum prædictorum, & totum reſiduum eorumdem habebit ipſe Carolus in ſolutionem & acquitationem dictæ ſummæ quadraginta-quinque millium librarum Turonenſium nigrorum: ita quod quidquid ſupererit de ipſa ſumma eidem Carolo ſolvendum, quod non percepit ex emolumentis eiſdem, quod remanſerit ſolvere tenemur eidem Carolo, vel ejus procuratori, ſeu mandato in domo templi Pariſius, ſcilicet tertiam partem ejus quod remanſerit in feſto Reſurrectionis Dominicæ, quod erit anno ejuſ- D dem mccxcii. reliquam verò partem tertiam in eodem feſto anni ſequentis immediatè, & aliam tertiam partem in ipſo eodem feſto anni proximè ſubſequentis. Adjectum quoque eſt eiſdem conventionibus, certis auxiliis, ſive ſubventionibus domino regi Franciæ per Romanam Eccleſiam faciendis, ſicut habetur plenius in litteris ſub ſigillis dominorum G. epiſcopi Sabinenſis, & B. Sancti Nicolai in Carcere Tullianenſi, diaconi cardinalis, & dicti domini regis Franciæ, & noſtro hinc confectis, quod nos, recuperatâ inſulâ Siciliæ, te- E nemur dictos Franciæ & Aragoniæ reges, ad conquirendum Aragoniæ & Valentiæ regna, ac comitatum Barchinonenſem, niſi pax intervenerit prædicta, juvare cum gentibus, & poſſe omnium terrarum noſtrarum. Tenemur etiam procurare quod dicta Maria regina Jeruſalem & Siciliæ conjux noſtra totum jus dotalitii ſui, & aliud quod habere & petere poſſit in futurum in dictis comitatibus, ſeu terris Andegaviæ & Cenomaniæ, ac eorum pertinentiis & adjacentiis quittabit, & ei renuntiabit omnino; quodque primogenitus noſter & F alii liberi noſtri expreſsè conſentient eis quæ ſuperius conventa ſunt & dicta, & ea laudabunt & approbabunt, ad eorum obſervantiam efficaciter obligando, & quod tam ipſi liberi, quàm ipſa conjux noſtra ſuper quittatione & renuntiatione, conſenſu & approbatione hujuſmodi ſuas patentes litteras dicto Carolo regi Aragonum dabunt, vel alias fide dignas; quæ omnia & ſingula, prout ſuperius continentur, ex parte noſtra conventa & dicta bonâ fide ſub obligatione omnium bonorum noſtrorum mobilium & immobilium, præſentium & futurorum, ſive in regno Franciæ, ſive alibi fuerint, promittimus nos facturos integrè & firmiter ſervaturos tenore præſentium, ſacroſanctam Romanam Eccleſiam, cui nos & omnia noſtra, quantum ad hoc ſupponimus, requirentes quod nos, ac ſucceſſores noſtros ad faciendum, complendum, & obſervandum præmiſſa de plano & ſine judiciario ſtrepitu coërceat temporaliter per occupationem & diſtractionem omnium bonorum noſtrorum prædictorum. In quorum omnium teſtimonium, præſentes litteras ſigillo noſtro fecimus communiri.

Actum Sylvanectis anno Domini mccxc. die xviii. præſentis menſis, iii. indictionis, regnorum noſtrorum Jeruſalem & Siciliæ anno vi.

PRONUNTIATIO
facta pro habitantibus villæ de Colchis, contra dominum ducem Burgundiæ,

Quod non poſſint poni extra manum regis.

Anno 1290. Ex mſ Cl. V. Petri Menard, urbis Turonenſis præſidi.

Philippus Dei gratiâ rex, univerſis præſentes litteras inſpecturis ſalutem.

Notum facimus, quod cùm nos dilecto & fideli noſtro Roberto duci Burgundiæ, Franciæ camerario, dediſſemus & conceſſiſſemus illud quod habebamus in villa de Colchis, ſpecialiter omnimodam juriſdictionem & gardam, & quidquid in dicta villa & ejus pertinentiis habere poteramus, retentis nobis feodo & reſſorto, ſicut hæc in litteris noſtris inde confectis plenius continentur, hominibus dictæ villæ ſe opponentibus & dicentibus ſibi per privilegia prædeceſſorum noſtrorum regum Franciæ conceſſum eſſe, quod villam de Colchis extra manum & protectionem regiam ponere non poſſumus, dicto duce contrarium aſſerente, & dicente quod cum prædeceſſor noſter Philippus Francorum rex per abbatem & conventum Flaviniacenſem in dicta villa aſſociatus fuerit, & nulla conventio facta fuerit cum dictis hominibus, dictis abbate & conventu conſentientibus, à dicta aſſociatione licitè recedere poteramus; parte dictorum hominum contrarium aſſerente, & dicente quod ad eorum commodum, & pro certo emolumento quod nobis reddunt, dicta aſſociatio facta fuit. Tandem auditis hinc inde partibus, & earum rationibus, & propoſitis plenius intellectis, viſis etiam chartis ſuper dicta aſſociatione confectis, pronuntiatum fuit per curiæ noſtræ judicium, villam de Colchis ballivæ Matiſconen-

ſis, & homines ipſius villæ in noſtra ſpeciali protectione, guarda, & ſalvamento remanere debere, eorumque franchiſias & libertates nos obſervare debere, & facere obſervari, prædictas etiam guardam, protectionem, ſalvamentum & juſtitiam eorumdem, necnon redditus qui à prædictis hominibus, pro præmiſſis, nobis debentur & juſtitiam eorumdem extra manum noſtram ponere non poſſe nec potuiſſe. Altam verò juſtitiam quæ ad nos pervenit ex donatione prioris & conventûs ejuſdem loci necnon & gardam & protectionem prioris & prioratûs eorumdem, potuiſſe nos propter conſenſum eorumdem religioſorum ponere extra manum noſtram, & eos ad dilectum & fidelem noſtrum ducem Burgundiæ perpetuò pertinere. In cujus rei teſtimonium præfatis litteris noſtrum fecimus apponi ſigillum.

Actum Pariſius anno Domini MCCXC. menſe Septembri.

PROCESSUS DOMINI Rudolphi Romanorum regis contra Valenchenenſes.

Anno 1291. Ex cartario Haynonienſi dominorum de Aveſnis.

RUDOLPHUS Dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus univerſis ſacri Romani imperii fidelibus gratiam ſuam & omne bonum.

Judiciorum vigor juriſque publici tutela videtur in medio conſtituta ne quis ſibiipſi permittere valeat ultionem. Cùm apud Haghenoyam anno Domini MCCXCI. indictione quarta decimo ſecundo Cal. Julii in judicio pro tribunali ſederemus, ad noſtram itaque majeſtatis notitiam clamoſam inſinuationem à probis & fide dignis, quibus fidem plenariam adhibemus, perveniſſe noverint univerſi, qualiter præpoſitus ſcabini jurati communitaſque villæ Valenchenenſis ad nos & imperium directo dominio ſpectantis de feodo comitatus Haynoniæ conſiſtentis, armati furore, ſuccenſi rabie illicitis auſibus ſceleſtam ineuntes factionem contra ſpectabilem virum comitem Haynnoniæ dominum ſuum fidelem noſtrum dilectum, nulla coram nobis ſeu quovis alio domino mota quæſtione, de eodem, utpote judices in propria cauſa, vi publica ipſius villæ Valenchenenſis rebellabant in præfati domini ſui præjudicium, verecundiam & gravamen portas dictæ villæ contra ipſum ſerando, villam muniendo, machinas faciendo, propugnacula erigendo, caſtrum domini ſui terribiliter aſſaltando, cum impetu & tumultu bona domini invadendo ac etiam occupando; acclamationes, prohibitas convocationes in ſuis conventiculis in ſui domini pernitiem exercentes & aggregantes, ignem ad feoda dominica immittentes & in augmentum ſui facinoris potentioris brachium quærentes, per metum evidentem continentem necem populi, & excidium terræ ipſius comitis, compulerunt ipſum comitem quamdam litteram ab eis vel eorum mandato compoſitam & conſcriptam ſigillare, continentem quod ipſe comes ſuo ſigillo omnes ſuas conſuetudines & leges municipales quas dictus comes tunc ignorabat, & adhuc ignorat, approbaret, ratificaret & per omnia confirmaret, conſtituendo dictos ſcabinos ſeu juratos declaratores in dubiis & obſcuris quæ poſſent emergere de promiſſis. Nos enim attendentes præpoſitum, juratos & ſcabinos, totamque communitatem Valenchenenſem ac eorum fautores & complices, qui tam deteſtabile facinus, contra dominum ſuum proprium exercere & uſurpare nullatenus formidarunt, eſſe dignos flagitio, necnon ab omni miſericordia ſecludendos, ut eis perpetua egeſtate ſordentibus mors ſit illis ſolatium, & vita ſupplicium reputetur. Conſiderantes nihilominus litteram ſupradictam prætextu metus qui in virum conſtantem cadere poteſt à dicto comite ſigillatam, & eiſdem traditam, ſuperioris auctoritate non interpoſitâ, habere efficaciam non debere, ipſam litteram & omnia contenta in eadem auctoritate regis de conſilio baronum & procerum imperii apud Haghenoe præſentium & per ſententiam eorumdem reprobamus, revocamus, & ac ſi numquam ſcripta, ſigillata vel data fuiſſet, penitus annullamus. Ordinantes & ſententialiter denuntiantes ipſum comitem necnon & ſuos homines & univerſos qui ad inſtantiam dicti comitis appoſuerunt ſigilla ſua litteræ ſupradictæ aſtringentes ſe ſuis promiſſionibus, ſeu obligationibus ad obſervandum & tenendum ea quæ littera continebat, à quibuſlibet promiſſionibus & obligationibus de poteſtate regiæ majeſtatis penitus abſolutos, ac ſi numquam alicujus promiſſionis & obligationis ſe vinculo aſtrinxiſſent. Et ut prædicti præpoſitus, ſcabini, jurati, necnon totalis univerſitas Valenchenenſis, & eorum ſucceſſores ſuam enormem deplangant in perpetuum factionem, ritè univerſis ſuis conſuetudinibus, legibus, municipalibus, collegiis, conventiculis, acclamationibus, campanæ ſtrepitibus ad cujus ſonitum convenientes in unum, ſtatuta faciunt, edicta edunt, dictos præpoſitum, ſcabinos, juratos ac communitatem & univerſitatem dictæ villæ Valenchenenſis & eorum ſucceſſores auctoritate regia eximus totaliter & privamus, nulla præſcriptione temporis, aſſecuratione, promiſſione vel obligatione ſibi à dicto comite aut progenitoribus modo vel conditione quibuſlibet factis eos defendente ſeu obſtante, à quibus videlicet aſſecurationibus, promiſſionibus, ſeu obligationibus ipſum comitem progenitores ſuos necnon ſucceſſores ſuos futuros comites de plenitudine regiæ poteſtatis penitus abſolvimus, & deinceps ipſos omnino liberamus, privilegiis tamen eis ſalvis quæ à divis imperatoribus & regibus Romanis dictis civibus ſeu communitati prædictæ ſunt indulta. Acta ſunt hæc, ſententiata, ordinata & denuntiata præſentibus venerabilibus Conſtantienſi, Baſilienſi epiſcopis, ſpectabilibus comitibus de *Cazenelboghiem*, de *Limghem*, de *Vurſtemberch* .., de *Veldenſe*.... & de *Vertenbert*, ALBERTO burgardo de *Egerloy* marchione de

Haperch, ſtrenuis viris domino de *Baldekke* ſeniore & juniore, & aliis quampluribus.

Signum RUDOLPHI Romanorum regis invictiſſimi. In cujus rei teſtimonium præſens ſcriptum exinde conſcribi & majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus communiri.

Datum apud Haghenoyam per manum HENRICI protonotarii noſtri anno Domini MCCXCI indictione quarta XII. Calendas Julii, regni verò noſtri anno XVIII.

Præſentes litteras recognovit & ſuo ſigillo confirmavit Adulphus Romanorum rex Bonnæ anno Domini MCCXCII. VII. *Idus Auguſti, regni verò noſtri anno primo.*

LITTERÆ PHILIPPI Francorum regis.

Prohibet ne quis in terra de Oſtrevanno *comitem Haynnoniæ aut ipſius ſubditos gravet.*

Annò 1291. Ex Haſnonienſi cartario dominorum de Aveſnis.

PHILIPPUS Dei gratiâ Francorum rex ballivo Viromandenſi ceteriſque ballivis, præpoſitis, & juſtitiariis noſtris, ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem.

Conqueſtus eſt nobis dilectus & fidelis noſter comes Haynnoniæ, quod in terra ſua de Oſtrevanno, de qua nobis fecit homagium, ſibi & gentibus ſuis ac ſubditis fiunt plura gravamina & indebitæ novitates: unde cùm intentionis noſtræ non ſit in terra prædicta habere niſi homagium & reſſortum; mandamus vobis quantum ad unumquemque veſtrum pertinet à gravaminibus & novitatibus hujuſmodi deſiſtentes, & deſiſti facientes; permittatis eumdem comitem ſuoſque ſubditos ſuis dominiis, feodis, juſtitiis, & juribus uti & gaudere pacificè, eo modo quo eis gaudebant antequam de dictâ terra ad homagium noſtrum veniſſet, ſalvis nobis reſſorto & ſuperioritate prædictis in ipſâ terra, & ſalvo eo quod gardâ quatuor abbatiarum dictæ terræ remaneat in manu noſtra, tamquam ſuperioris, ſalvo jure cujuſlibet quouſque ſuper ea fuerit pleniùs declaratum.

Actum apud Sanctum Philibertum ſuper Riſilim ſabbato poſt Aſſumtionem beatæ MARIÆ anno Domini MCCXCI.

PROPOSITIONES PACIS factæ comiti Haynnoniæ ab illuſtri rege Francorum anno Domini MCCXCII.

Annò 1292. Ex cartario Hannonienſi dominorum de Aveſnis.

IL eſt dit ordene par le roi entre lui & le conte de Hannault que li cuens rendra ſans contredit & ſans delai tous les damages fais par lui u par ſes gens à nos gens, nos ſugiés, & à chiaus qui ſunt en noſtre garde: & entremera tous les jugies fais en noſtre court contre lui.

II. Apries pour les deſpis & les deſobeiſſances fais à nos giens au caſtiel de Boucaing, les portes dudit caſtiel ſeront tantos abatuës & portées à terre, & ne ſeront remiſes, ſe n'eſt par noſtre volentet.

III. Apries pour les miſſions que nous avons faites pour vengier la deſobeïſſance le conte, li cuens no payera quarante milles lib. Tornois dant il no payera tantos une ſomme, & le remanant par tiermes à noſtre volenté.

IV. Apries il nos envoyera tantoſt en noſtre priſon en caſtelet à Paris, ſon balliu qui fu, & Biernet ſon ſierjant pour iaus punir à noſtre volenté.

V. Apries il fera & pourchacerà que li caſtelain & li grand homme de Haynnau jurront en noſtre main, & ſi lieront aus & leur hoirs à ce meiſmes ſairement que ſe autrefois li cuens, u ſi hoir conte de Haynnau ſe deſobeïſſoient, u meffaſoient enver nous u nos hoirs rois de Franche, en la terre d'*Oſtrevant*, que il tient de nous, en quelle maniere que ce fuſt, il ſeroient pour nous & en noſtre aide, eus & leur pooir contre ledit conte qui ce feroit, u feroit faire, & tout chou pourchacerà li cuens, & les quite & aſſolt des orendroit li dis cuens de la foy, en quoi il ſunt & ſeroient tenu enviers lui, ſe cus chas avenoit. Et ce meſmes jurra li cuens de ſoi & pour ſoi, & de ces choſes toutes & caſcune par ſoi tenir & acomplir fera li cuens bien ſegur le roy.

Ce fu dit Paris à ſales le jour du quareſme, pendant le XV. jor de Fevrier, l'an de graſce MCCLXXXXII.

LITTERÆ PHILIPPI IV. Francorum regis,

Quibus eccleſiarum Andegaviæ & Cenomanniæ cuſtodiam CAROLO *Valeſii*, &c. *comiti committit.*

Anno 1292. Ex mſ. Cl. V. Petri Menard, urbis Turonenſis præfecti.

PHILIPPUS Dei gratiâ Francorum rex. Notum facimus univerſis, tam præſentibus, quàm futuris, quod nos deliberamus cariſſimo ac dilecto & fideli fratri noſtro CAROLO Valeſii, Alenconii, Andegaviæ & Cenomaniæ comiti, guardas omnium eccleſiarum, capellarum, & monaſteriorum, comitatuum Andegaviæ & Cenomaniæ, exceptâ guardâ eccleſiæ cathedralis Andegavenſis & Cenomanenſis, & earum quæ de guarda ſpeciali exiſtunt per privilegium ſpeciale, earumque quas guardare conſuevimus à tanto tempore quod jus nobis acquiſitum exiſtat gardandi eaſdem, exceptoque regali noſtro, prout ſede vacante, in eccleſias cathedrales antedictas per nos, aut prædeceſſores noſtros, ab eodem tempore quo comitatus Andegaviæ & Cenomanniæ ad bonæ memoriæ quondam CAROLUM olim Dei gratiâ regem Siciliæ & comitem comitatuum prædictorum devenerat, guardari conſuevit, ſalvo tamen in aliis jure noſtro, & quolibet alieno. Quod ut verum & ſtabile permaneat in futurum, præſentibus litteris noſtrum fecimus apponi ſigillum.

Actum apud Rochas in die Reſurrectionis Domini, anno ejuſdem MCCXCII. menſe Aprili.

Digitized by Google

A

LITTERÆ PERMUTATIONIS facta inter CAROLUM regem Siciliæ, & abbatiſſam Fontis-Ebraldi.

Anno 1293. Ex mſ. Cl. V. Petri Menard, urbis Turonenſis præfecti

A tous, &c. Sœur MARGUERITE par la puiſſance de Dieu humble abbeſſe de Fontevraud : Comme nous euſſions ſur l'euë de Loire le Pont-de-Sai, tant moulins, deux pendans, & trois en-bas, le moulin de notre maiſon de Haute-mule, peſcheries, écluſes, la coutume, le travers, le paage, & le pontelage, le baillage en aucuns lieux de l'euë, &c. du don que noble prince homme de claire memoire HENRY jadis roy d'Angleterre & comte d'Anjou, baillons à toûjours, de l'aſſentement & volonté de ſœur Gile prioreſſe, & de frere Eſtienne prieur de Fontevraud, à tres-excellent prince noſtre grand ſeigneur CHARLES fils du roy de France, comte de Valois, d'Alençon, Chartres, & d'Anjou, & à tres-excellente dame madame MARGUERITE fille de tres-noble roy de Jeruſalem & de Sicile, jadis comte d'Anjou, les ponts, & toutes les choſes deſſus dites en nom d'échange, pour trois cens ſextiers de froment, à la meſure de Gennes, & ſoixante-dix livres de monnoye corant par la comté d'Anjou de rente; & pour raiſon dudit échange, leſdits ſeigneurs de leurs graces, nous ont octroyé que nous puiſſions tenir ſoixante livres de rente, que nous avons acquiſes en leur comté & ſeigneurie, en divers lieux, ſans eſtre contraintes de par eux, ou leurs ſucceſſeurs, de les mettre hors de nos mains. Et à ce que ce ſoit choſe ſtable, nous avons ſéélé ces preſentes de noſtre ſeel, duquel nous uſons tout ſeul pour nous & pour noſtre convent.

Donné en l'an MCCXCIII. au mois de Janvier.

CITATIO QUORUMDAM CIVIUM Valencenenſium rebellionis imprimis reorum.

Anno 1292. Ex Haſnonienſi cartario DD. de Aveſnis.

ADOLPHUS Dei gratiâ Romanorum rex ſemper auguſtus, prudentibus viris, præpoſito, ſcabinis, juratis, totique communitati Valenchenenſi, fidelibus ſuis dilectis, & ſpecialiter Ægidio dicto *Faumin*, *& ceteri qui infra pag.* 1247. *comemorantur in diplomate Adolphi regis dato anno* 1292. & Jacobo de Mons carnifici, gratiam ſuam & omne bonum.

Tenore præſentium vobis auctoritate regiâ præcisè præcipimus & mandamus, quatinus à craſtino octavarum beatorum apoſtolorum Petri & Pauli nunc venturo ad quatuor hebdomadas ſubſequentes, ubicumque fuerimus conſtituti, vos noſtris conſpectibus perſonaliter præſentetis ſuper injuriis & exceſſibus, quas, quoſve præſumſiſtis attentare contra nos & imperium, necnon dilectum fidelem noſtrum JOHANNEM comitem Haynnoniæ dominum veſtrum reſponſuri.

Datum apud *Burchit* juxta Aquiſgrarum, VI. Nonas Julii, indict. V. regni noſtri anno I.

DE AUXILIO quod illuſtris comes Hannoniæ à nobilibus viris E. comite de le MARKE, W. comite de *Hornes*, *&c.* poſtulavit.

Anno 1292. Ex cartario Haynonienſi dominorum de Aveſnis.

NOus JEHAN, &c. que comme nous ayons priet & requis nobles hommes nos chiers amis ſeloiſt à ſavoir E. conte de le *Marke*, W. ſignour de * *Vorne*, J. ſigneur de *Kuye*, HENRY ſigneur de *Leleike*, Er. ſigneur de *VVezemale*, & FLORENT Biertaut ſigneur de *Berlar*, de venir à armes en no ajuwe & en no ſiervice, & li dis cuens de le MARKE nous ait proumis à venir à cent hommes bien armés, li ſigneur de *Hornes*, de *Kuye*, de *Leleike* à cent hommes, li ſigneur de *VVezemale*, & de *Berlar* à cinquante hommes, & doient eſtre toutes ces gens deſeuredites chevalier & eſcuyer armé & monté ſouffiſammentcom bones gens d'armes. Nous proumetons au devantdit conte de le *Marke* por le ſiervice qu'il nos fera à ceſte fie à nodite chevaucie, tant com ele durra, m. lib. torn. au ſigneur de *Horne*, de *Kuye*, & de *Leleike* auſſi m. lib. torn. & au ſigneur de *VVezemale* & de *Berlare* D. lib. à payer à moitiet de tous ces deniers, avant qu'il ſe partent de noſtre terre, & l'autre moitiet au Noël que nous attendons prochainement. Et eſt à ſavoir que nous ſommes tenu au conte de le MARKE pour ſes dépens, & de chiaus qu'il amenront juſques à Tongres en C. lib. torn. & ſe plus y avoit de deſpens, de chou crairiens nous le ſigneur de *Faukemont* & entenriens ſen dit. Et au ſigneur de *Hornes*, de *Kuic*, & de *Leleike* auſſi pour leur deſpens, & de chiaus qu'il amenront juſques à Tongres en C. lib. torn. & delà en avant ſeront li cuens de le *Marke*, li ſire de *Hornes*, li ſire de *Kuic*, & li ſire de *Leleike*, & cil qu'il amenront ſour nos deſpens, & au partir de no terre, nous leur ſommes tenu de payer leur deſpens juſques en leur terre reſnaulement par leſwart le ſigneur de *Faukemont*. Et s'il avenoit que nous les contremandiſſiens anchois qu'il fuſſent parvenut à Binch, nous ne leur ſeriemes tenu de payer, fors le moitiet des deniers devantdis à caſcun, ſi com devant eſt deviſet. Et quant il ſeront venu à Binch, nous leur ſummés tenu de payer les deniers devantdis entirement. Et ſi ſerons tenu de payer au ſigneur de *VVezemale* & de *Berlar* devantdis leur deſpens, & de chiaus qu'il amenront, venans juſqu'à no terre, & demorans en no ſiervice, & valans arriere juſques en leur terre par lewart le ſigneur de *Faukemont*, & ſe nous les contremandons avant qu'il ſoient venut juſques à Binch, nous ne leur payerons que le moitiet des cinq cens livres devantdites; & quant il ſeront venut à Binch, ſi com dit eſt, nous leur ſommes tenu de payer les cinq cens livres devantdites. Et de toutes ces convenences leur metons nous pleiges reverent pere en Diu le eveſque de Mes noſtre frere, W. ſigneur de le *Monjoie* & de *Faukemont*, monſigneur H. de *Blamont*, & monſigneur

* Infra legitur *Hernes*.

gneur W. de *Salines*, en tel maniere que ſe nous defaliſſiens des payemens devantdis, u aucuns d'iaus, fuſt en tout, u en partie, nous, ſi com de teres principaus & pleges & nous li plege devantdit dedens les quinze jors apries le ſemonſe que li cuens de le Marke & li autre devantdit nous feront, u aucuns d'iauls, u leur meſſage proumettons à entrer en le citet de Liege, & giſir illuec, ſi com bon plege ſur nos deſpens duſques à tant que nous arons plainement parfait & a emplit les convenances dont nous ſeriens en defaute, ſauf chou que nous Jehans cuens de Haynnau, & nous Bouchars eveſques de Mes, caſcuns de nous II. de chevaliers, nous li ſires de *Faukemont*, & H. de *Blamont*, & W. de *Salines*, caſcuns I. chevalier, puiſſons mettre por nous à geſir en le maniere devantdite, otrions & volons ſe nous Jehans cuens & li pleige devant noumé ne teniſſiens, ne empliſſiens toutes les convenances deſeure deviſées; que li devantdis cuens de le *Marke*, li ſigneur de *Hornes*, de *Kuic*, de le *Lecke*, & de *VVezemale*, & de *Berlar*, & caſcun d'iauls puiſſent paner ſour nous, ſour caſcun de nous, & ſor noſtre terre, dedens noſtre terre, & dehors ſans meſſaire encontre nous. Et toutes ces choſes devantdites & caſcunoies de eles nous proumetons bien & loialment tenir & a emplir ſans mal engien, & thieſmougnage, *&c.*

Douné l'an de graſce MCCLXXXXII. le jor ſaint Bietremiu.

Item, fratribus Jacobinis Divionenſibus ſexaginta ſolidos ſemel.

Item, monialibus de Firmitate Nivernenſis diœceſis centum ſolidos ſemel.

Item, fratribus Minoribus de Nivernis ſexaginta ſolidos ſemel, & fratribus Jacobinis de Nivernis viginti ſolidos ſemel.

Item, religioſis de (a) Bella-valle LX. ſolidos ſemel. (a)

Item, volo & concedo quod de triginta libris Divionenſibus emantur panni burellorum, qui erogentur pauperibus de *Anox*, de Cuceio, de *Bleim*.

Item, do & lego fabricæ pontis qui de novo debet ædificari apud *la Verriere* parochiatus de *Tegmai* viginti ſolidos ſemel.

(a) Bella vallis eſt abbatia ordinis Præmonſtratenſis diœceſis Nivernenſis.

Item, volo & præcipio quod octo libras Turonenſes quas olim pater meus legavit Joffreteto de *Chaſans* eidem Joffreteto ſolvantur.

Item, do & lego domui-Dei beatæ Mariæ Sedelocenſi viginti ſolidos Divionenſes annui reditus pro anniverſario, una lampade ardente, quos aſſideo ſuper molendinum ſtanni mei *de Barriliere*.

Item, do & lego eccleſiæ S. Andochii Sedelocenſis viginti ſolidos Divionenſes annui reditus pro anniverſario meo, quos unà cum quadraginta ſolidis Divionenſibus annui reditus quos olim prædictus JOHANNES pater meus legavit dictæ eccleſiæ, aſſideo ſuper taillias meas de Vilerſolienas, qui ſolvuntur ad feſtum beati Thomæ apoſtoli.

Item, do & lego magiſtro Johanni *Riviere* de Sedeloco centum ſolidos ſemel.

Item, do & lego Johanni *de Quarrées*, Johanneto *Chevrot*, Jaqueto *le Feonois*, Guioto filio ſuo, Johanni de *Patign.* Johanni de Pruvigeyo, & Johanni *de Villeart* domicellis meis cuilibet ipſorum x. libras Divionenſes ſemel.

Item, do & lego dicto *Verucle*, Guillelmo *le Verpillat*, & Henrico *Dou-ce-Poy*, cuilibet ipſorum centum ſolidos Divionenſes ſemel.

Item, do & lego Iſabellæ de *Quarrées* domicellæ meæ decem libras Turonenſes ſemel.

Item, do & lego domino Petro de Monte-Ancelini militi xx. libras Turonenſes ſemel.

Item, domino Renaudo *de Moneſtoi* militi decem libras Turonenſes ſemel, quas accipiet de denariis, quos mihi debet dictus *dou Saul.*

Item, volo & præcipio quod centum ſolidi quos olim mater mea legavit uxori domini Guillelmi *de la Boulaye*, eidem uxori perſolvantur.

Item, do & lego Morelleto famulo meo, & Prorello de Vilariis cuilibet ipſorum centum ſolidos ſemel.

Item, dicto *Chevreaux* L. ſolidos ſemel.

Item, Turpineto, Johanni de coquina, Perroneto *de Frolois* celerario meo, Hugoni *Petetat*, Gileto de Arconceyo, & Guioto *de Ruſſeiles*, cuilibet ipſorum XL. ſolidos ſemel.

Item, Theobaldo aurigæ meo xx. ſolidos ſemel, Johannæ ancillæ meæ de Villariis xx. ſolidos ſemel, & Marionæ ancillæ meæ de Roſſilione xx. ſolidos ſemel, & Guillelmo ejus filio decem ſolidos ſemel.

Item, & lego Stephano magiſtro meo centum ſolidos Turonenſes ſemel.

Item, volo & præcipio quod executores mei quos inferiùs nominabo reddant domino Humberto de Unlayo preſbytero x. libras Turonenſes pro porcis ſuis, quos familia mea cepit in paſtu nemorum meorum.

Item, volo & præcipio, ut vineæ quas habueram à Johannetta de Millerayo domicella, ſitas in finagio de *Frotoy*, ſibi ad præſens deliberentur quiete, & centum ſolidi Turonenſes pro terragiis earumdem.

Item, do & lego magiſtro Hugoni de ſancto Poncio tabellioni Æduenſi pro domino duce Burgundiæ c. ſolidos Turonenſes ſemel.

Item, do & lego domino Petro de Monte Ancelini prædicto centum libras Turonenſes & unam integram armaturam de armaturis meis, videlicet meum *Heaume à viſſere*, meum baſſignetum, meum porpoinctum de cendallo, meum godbertum, meam gorgretam, meas buculas, meum gaudichetum, meas trumulieres *d'acier*, meos cuiſſellos, meos chantones, meum magnum cutellum, & meam parvam enſem: quem Petrum eligo quatenus ipſe pro me faciat viagium Tranſmarinum, quando erit paſſagium generale, & ſi per ipſum Petrum ſtaret, prædictas centum libras Turonenſes unà cum prædicta armatura do & lego Templo ſeu domui, id eſt, militiæ Templi Jeruſalem pro uno milite, qui vice & nomine meo faciat in Terra-ſancta quando erit paſſagium ſervicium JESU-CHRISTI. Solutis vero debitis meis & legatis, & clamoribus meis pacificatis, ſi quid reſiduè fuerit de bonis meis, quæ executores mei inferiùs nominati prout inferiùs nominabo & ordinabo, volo & præcipio quod ſi aliquis dilectæ uxori meæ dominæ ALIPÆ & meis heredibus tradatur inter ipſos partiendo pro ut de conſuetudine Burgundiæ fuerit partiendum. aliquid videtur omiſſum.

Item, volo & præcipio, quod ſi aliquis vel aliqua contra hujuſmodi teſtamentum ſeu ultimam voluntatem meam venire præſumſerit, quod omni dono ſeu legato meo quod facio & omni ſucceſſione mea ſit privatus penitus ſeu privata.

Hujus autem teſtamenti ſeu ultimæ voluntatis meæ executores meos facio & ordino dilectos meos dominum ODONEM de Froleyo, dominum de MELENETO militem avunculum meum, dominum GUIDONEM fratrem meum, priorem de S. Salino, dominum PETRUM de Monte-Ancelini militem, & ODETUM de Roſſilione nepotem meum domicellum, quemlibet eorum in ſolidum: ita quod non ſit melior conditio occupantis: ita tamen quod ſi in executione hujuſmodi omnes intereſſe non poſſint vel voluerint, quod duo ipſorum negotium hujuſmodi exequantur: dans ipſis executoribus meis & eorum cuilibet plenariam poteſtatem ac mandatum ſpeciale, poſſeſſionem bonorum meorum bona mea mobilia in terra movente ex capite meo exiſtentia, necnon & totum exitum ipſius terræ moventis ex capite meo exiſtentia, necnon & totum exitum ipſius terræ moventis ex capite meo unius anni, me ſublato de medio, capiendi, petendi, levandi, diſtribuendi, vendendi, explectendi pro præmiſſis omnibus & ſingulis adimplendis: exceptis tamen & retentis debita mea petendi, levandi, & recipiendi à quibuſcumque perſonis, vel locis debeantur, & omnia alia faciendi quæ ego facerem vel facere poſſem ſi viverem pro præmiſſis omnibus adimplendis: exceptis tamen & retentis dilectæ meæ & cariſſimæ meæ dominæ ALAISIÆ uxoris meæ mobilibus exiſtentibus in terra movente ex capite ſuo omnibus totalibus ornamentis, & veſtibus dictæ dominæ, vaiſſilomentis meis argenteis omnibus, totalibus quæcumque habeam

Digitized by Google

utenſilibus, & aliis garnimentis hoſpitiorum A meorum, omnibus ovibus & vaccis meis, ubicumque ſint, una carruca de bobus meis, quadraginta ſextarios ſiliginis, ad menſuram Cucei, & ſex doliis de vino quod habeo apud *Parnant*. Item, & ſalvo dictæ dominæ jure ſuo in omnibus bonis meis aliis, tam ratione ſui dotalitii, quàm aliâ ratione. Hoc autem teſtamentum, ſeu ultimam voluntatem ſolam & unicam, revocatâ omni aliâ, ſi umquam feci, volo valere jure teſtamenti mei, ſcriptis B vel jure teſtamenti nuncupativi, vel jure codicilli, ſeu jure cujuſlibet alterius ultimæ voluntatis: & ſi non valeat ſecundum leges, volo quod valeat ſecundum canonicas ſanctiones, volens & concedens heredes meos & executores meos prædictos compelli eo modo quo melius fieri poterit & debebit ad præmiſſorum obſervantiam & complementum: qui ex re adjudicata per curiam domini ducis Burgundiæ, cujus juriſdictioni ſuppono heredes meos & omnia bona mea. Et ego dicta ALAISIA uxor dicti domini ODONIS laude & mandato ip- C ſius ODONIS ſponte in prædictis omnibus conſentio, eadem volo & ratifico, & promitto per juramentum meum præſtitum corporale, & ſub obligatione bonorum mei dotalitii unius anni contra hujuſmodi teſtamentum de cetero non venire, nec contravenienti conſentire ullomodo, immò præmiſſa tenere, & inviolabiliter obſervare. In quorum præmiſſorum teſtimonium, nos præfati ODO & ALAISIA uxor ejus, ſigillum prædictæ curiæ huic præſenti teſtamento, ſeu inſtrumento, & in conſimil, D quod de verbo ad verbum fieri volumus per notarium infraſcriptum ſupplicavimus, rogavimus & obtinuimus apponi. Et ego dictus ODO volo & concedo meum ſigillum apponi huic inſtrumento, & alio conſimili, unà cum ſigillo curiæ ſupradictæ.

Actum in præſentia magiſtri Hugonis de Sancto Pontio clerici notarii dictæ curiæ, apud Eduam facientis manſionem, &c. anno & die prædictis.

E

PHILIPPI PULCRI REGIS Francorum ad abbatem Moiſſiacenſem litteræ.

Eum invitat ad tranſlationem reliquiarum ſancti Ludovici.

Anno 1298. *Ex autographo Moiſſiacenſi, & ex ſchedis Colbertinis.*

PHILIPPUS Dei gratiâ Francorum rex, dilecto & fideli noſtro abbati monaſterii Moiſſiacenſis ſalutem & dilectionem.

F

Vocatos de tenebris hujus vitæ, & in partem dominicæ hereditatis aſſumtos, ſummis debent honoribus venerari incolæ terrenorum: ut quod merita fragilitatis humanæ non obtinent, eorum CHRISTI fidelibus interceſſione donetur. Ad veſtram ſiquidem & communem credimus perveniſſe notitiam, quod ſacroſancta mater Eccleſia virtutes attendens & merita, quibus ſanctus LUDOVICUS rex Franciæ cariſſimus avus noſter, in hac terreſtri patria conſtitutus, cœleſtis gratiæ dono præfulſit, ac miracula conſiderans glorioſa, quæ ad invocationem ipſius virtus Altiſſimi operatur, ipſum pridem ſanctorum catalogo aſcribendo, canonizationis munere decoravit. Cum itaque nos ipſius Sancti reliquias relevari, & de loco beati Dionyſii in Francia, ubi hactenus quieverunt, ad locum aliquem ejuſdem eccleſiæ, die duodecimo calendas inſtantis menſis Septembris, quo ipſe carnis eductus ergaſtulo, feliciter migravit ad Dominum, transferri facere, divinâ favente gratiâ, intendamus: cupientes ut tranſlationis hujuſmodi feſtiva ſolemnitas condignis honoribus & veneratione debitâ celebretur, dilectos & fideles noſtros, univerſos archiepiſcopos & epiſcopos, necnon abbates, conventuales priores, aliosque prælatos & barones etiam regni noſtri ad ipſius feſtivitatis ſolemnia duximus ſpecialiter invitandos: inter quos præſentiam veſtram honorabilem reputantes, dilectionem veſtram requirimus & hortamur attentè, quatenus tranſlationi prædictæ loco & die prædictis perſonaliter interſitis.

Datum Pariſius die VII. menſis Maii, anno MCCXCVIII.

LITTERÆ GERARDI Metenſis epiſcopi.

De celebrando feſto ſancti Magni martyris.

GERARDUS Dei gratiâ Metenſis epiſcopus, dilectis in CHRISTO filiis abbati & conventui S. Martini Glanderienſis, necnon clero, totique populo eccleſiæ parochialis ejuſdem Sancti, ſalutem in eo qui ſuper omnes tenet imperium in excelſis.

Anno 1299. *Ex cartario Glanderienſi.*

Gaudent in cœlis animæ ſanctorum qui CHRISTI veſtigia ſunt ſecuti. Gaudet profectò Creator æternus, cùm ſuam humani generis creaturam poſt triumphum de crucis hoſtibus habitum conſpicit palmam gloriæ meruiſſe. Gaudent nimirum cives angelici, cùm terrenarum incolam terræ tenebris cultu fidei & devotione in ſplendore fugatis factum cœli civem & compatriotam ſupernorum civium intuetur. Decet ergo ut exultent immenſis cuncti Chriſticolæ gaudiis, dum pro CHRISTI nomine vir inclytus ſanctus Magnus ſe pœnis afficiens, & pennis virtutum erigens in martyrio illico quod ſuſtinuit ſic profecit, quod accepit poſt præſentium curſum dierum bravium & habitaculum in excelſis. Nos autem non ſine laudis jubilo dignè læti referimus, approbante ſanctâ matre Eccleſiâ. Idem ſanctus Magnus mundi relictis illecebris, & mundanis affectibus penitus relegatis, ſe Deo promtam & acceptabilem hoſtiam immolavit, per cujus gaudia excelſaque merita evidentia miracula Dominus operatur, oſtendens terrigenis per hæc quod eum dilexit Dominus, & in ſuo conſortio partem hereditatis ſuæ ſibi tri-

Digitized by Google

buens elegit, ac perennis diademate gloriæ decoravit, exaltato ejus nomine laudibus populorum. Canendum eſt ergo in hujus ſancti ſollemniis: O quàm mirabilis! ô quàm laudabilis providentiæ divinæ ſublimitas, & æternæ retributionis immenſitas! nam ſibi ſervientibus inæſtimabile præmium compenſatur. O felix donum ex ſummo proveniens, & in ipſo conſiſtens! quo cum beatiſſimis ſpiritibus in præſentia Conditoris idem ſanctus exiſtere meruit, & ſplendore ſui luminis illuſtrari, ubi ſemina ſparſa non pereunt in agro Dominico. Verùm multiplicatis manipulis, grana gloriæ colliguntur. Hic nempe martyr almus hunc agrum obſequioſus percoluit, in eo virtutum ſemina ſpargere ſtuduit, ac inde talia grana colligere meruit poſt laborem. Nos verò de ſuis actibus & miraculis auditis à fide dignis relationibus, quantum noſſe ſinit ipſa humana fragilitas teſtimonio veritatis, feſtivitatem ipſius ſancti cujus reliquiæ in eccleſia ſancti Martini prædicta, ut audivimus, requieſcunt, quæ conſuevit annis ſingulis celebrari inibi propter feſtum celebrius & ejuſdem reverentiam ampliandàm die Dominico proximo poſt feſtum Aſſumtionis beatæ & glorioſæ ſemper Virginis MARIÆ in poſterum annis ſingulis ſtatuimus celebrandam. Ut ergo humanis laudibus reverenter extollatur gloria martyris, quam providentiæ divinæ ſublimitas voluit in cœleſtibus honorari, mandamus vobis quatenus perpetuis temporibus annis ſingulis feſtum hujus ſancti dicto die Dominico feſtivis ſolemniis celebretis, CHRISTI fideles ad ipſius ſancti reverentiam ſalubriter invitantes, eidem ſancto cum veneratione debita obſequium reverentiæ taliter impenſuri, ut pro nobis & ipſius ſancti feſtum ſervantibus aſſiduis & ſupplicibus interceſſionibus ſit apud Deum perpetuus interceſſor, & hic ſuâ nos & feſtum celebrantes, ut ſupra præmiſimus, dirigat pietate per ſuorum ſemitas mandatorum, ut poſt diem extremum, ſalutis locum jubeat nobis & vobis miſericorditer indulgeri.

Datum anno Domini MCCLXXXXIX. die Veneris poſt feſtum apoſtolorum Petri & Pauli.

LITTERÆ BALDUINI BELLIMONTIS, quibus nobili viro JOHANNI de Aveſnis cedit Bellum-montem cum omnibus pertinentiis.

Anno 1299. Ex Haſnonienſi cartario DD. de Aveſnis.

JOu BAUDUINS eſcuyer ſires de Biaumont, fiuls jadis à noble homme monſigneur JEHAN d'Aveſnes, fac ſavoir à tous chiaus ki ces preſentes lettres veront & oront, que pour le vraie amour, & le grant bien, que treshaut ſires & poiſſans me tres chers & amés ſires meſires JEHANS d'Aveſnes cuens de Haynnaut, & medame PHELIPPE ſe chiere compaigne conteſſe de Haynnau ont monſtret par œvre à JEHAN men frere cui Dieus abſolle, & à mi, & pour le ferme eſperanche que j'ai en iauls à avoir au ſalut & au pourfit de m'aume & de men cors plus ke en nus autres vivans de me boine volentet, & de me pure liberaulitez, ſans deſtrainte & ſans enhortement d'autruy poiſſans, de mi, en men boin ſens, en me boine memoire, & en ſain avis ai reporteit tout abſoluement & entirement, bien & ſouffiſſanment en le main monſigneur le conte devantdit, Biaumont & toutes les appendanches, & le fief tout entirement que jou tenoi de lui pardevant pluiſeurs de ſes hommes de fief mes per pour chou & à chou ſpeciaument apielés & aſſeulés, c'eſt aſſavoir, HENRY ſigneur de Liny, JEHAN de Jenvile ſigneur d'Anſerville, BAUDRI ſigneur de Roiſin, BAUDUIM d'Aubrechicourt, BAUDUIN de Montigny, NICHOLOM de Houſdeng, GRART ſigneur d'Eſcaillon chevaliers, HUON conte de Soiſſons ſigneur de Chimay, RENAUT d'Audenarde prevoſt de Rothnay, JEHAN de S. Amant prevoſt des egliſes de Mons, PH. de Puy, BAUDUIN dou Caiſnoy doyen de Songn. JEHAN de Maub. canone de Condé, JEHANS de Houſdeng, DRUART dou petit Caiſnoy, COLART de Chaſtiel, & JEHAN Cauffethire, & m'en ſuis desherités, deſviestis, & horſmis bien, & aloy dou tout en tout, & tant en ai fait, que je n'y ai, ne retienth riens pour aheriter JEHAN de Haynnau ſon aiſnet fils, men tres-chier & amé couſin. Et en conjura meſires li cuens devantdis monſigneur JEHAN de Jenville ſigneur d'Anſerville ſeu homme ſur ſe foyautet, que il deſiſt par jugement ſe iou de ce fief devantdit avoie tant fait, que je n'y avoie riens, & ſe je m'en eſtoie desherités, deſveſtis, & horſmis bien & aloy. Liquels meſires Jehans conjurés & conſillies ſour chou à ſes pers là preſens, diſt pour droit par jugement, que iou ſelonc le loy, le couſtume & l'uſaige de le terre & dou pays de Haynnau avoie reportet ledit fief en le main monſigneur le conte devantdit, & m'en eſtoie desheriteis, deſveſteis, & hors mis bien & à loy ſouffiſſanment, & tant en avoie fait, que je n'y avoie mais riens, & que mes chers ſires devantdis en pooit bien & à loy aheriter Jehan ſen fil, men chier couſin devantdit, & de chou l'enſuirent li homme monſigneur le conte devant nomei concordalement.

Aprés mes chiers ſires devantdis aherita JEHAN ſen aiſnet fil, de Biaumont, des appendanches, & de tout le fief devantdit entirement, bien, & à loy pardevant ſes hommes devantdis, & lidis JEHANS en entra en le foyautei & el homage mon chier ſigneur devant nommet.

Et derechief meſires li cuens devantdis conjura monſigneur JEHAN de Jenville par ſen ſerment qu'il li deſiſt par jugement ſe Jehan ſes ainſnes fiuls eſtoit bien & à loy aherités de Biaumont, des appendance, & de tout le fief ke je avoie tenut de monſigneur le conte devantdit, douquel je eſtoie desherités bien & à loy, ſi com dit eſt. Liquels meſires JEHANS de Jenville conjurés & conſeillés à ſes pers ſouffiſſanment diſt pour droit par jugement,

Digitized by Google

que lidis JEHANS mes couſins eſtoit aherités bien & à loy de Biaumont, des appendances, & de tout le fief devant nommés, & bien en eſtoit en le foyauté en l'omaige de mon chier ſigneur devant nommet. Et diſt toutes ſes coſes y eſtre bien faites, & à loy ſelonc le loy, l'uſaige & le couſtume de le terre & dou pays de Haynnau. Et de chou l'enſuirent li homme monſigneur le conte devantdit paiſiulement & ſans debat, ſi com j'entench, ou tieſmoingnaige deſqueles choſes, pour chou que jou n'avoie mies mon grant ſaiel avoec mi, jou ai mis men petite bulleite, approvée, & conneute en court pardevant les hommes monſigneur le conte devantdis; & de coi jou uſoi en mes beſoignes à ces preſentes lettres. En tieſmoingnaige, en ſeurtei, & en reconniſſance des cozes devantdites. Et ai prijet & requis, prie & requier à men chier ſigneur le conte de Haynnau devantdit, & as hommes devantdis jadis mes pers, que il voellent ieſtre ſovenaule de ces cozes, & mettre leur ſaiauls avoec le mien à ces preſentes lettres, en ſigne de verité de tieſmoingnaige & de ſeurtei.

Et nous JEHANS d'Aveſnes cuens de Haynnau, à le ſupplication & à le requeſte BAUDUIN no chier couſin devantdit, avons mis no ſaiel à ces preſentes lettres avoec le ſien, comme ſuretei des cozes deſſuſdites. En tieſmoingnaige qu'eles ſont bien faites & à loy, & de warandir comme ſires. Et nous li homme deſeure nommei, à le requeſte BAUDUIN de Biaumont à chou & pour chou apielet fumes à toutes les cozes devantdites, com homme de fief à monſigneur le conte de Haynnau, no chier & amet ſigneur devantdit, & jadis per ledit BAUDUIN. Et les tieſmoignons y eſtre vraies, & faites bien & à loy, ſelonc le loy, l'uſaige & le couſtume de le terre & dou pays de Haynnau, ſi com dit eſt deſeure. Et en ſigne de veriteit, de tieſmoignaige & de ſeurtei, nous en avons mis nos ſaiauls avoec le ſaiel nodit ſigneur, & avoec le ſaiel doudit BAUDUIN à ſe requeſte à ces preſentes lettres.

Ce fu fait à Valenc. en le maiſon kon diſt monſigneur Pieron Vigerens, le cinquieſme jour dou mois de Jule entrant, l'an de graſce MCC nonante & noef.

LITTERÆ PHILIPPI Francorum regis

Confirmat nobili viro Carolo Valeſii &c. comiti, caſtrum Rupis ſuper-Oyon, ipſi remittens certam de qua cum eo convenerat recompenſationem, pro eodem caſtro.

Anno 1299. Ex mſ. Cl. V. Petri Menard, urbis Turonenſis præfecti.

PHILIPPUS Dei gratiâ Francorum rex, notum facimus univerſis, tam præſentibus, quàm futuris, quod cùm nos cariſſimo germano & fideli noſtro CAROLO Valeſii, Alenconii, Carnotenſi, & Andegaviæ comiti, ejuſque ſucceſſoribus & cauſam habentibus ab eo, caſtrum Rupis ſuper *Oyon*, cum nemoribus & aliis pertinentiis dicti caſtri dudum conceſſerimus tenendum à nobis & ſucceſſoribus noſtris Francorum regibus, ad unam fidem & unum homagium, unà cum dicto comitatu Andegaviæ, ad uſus & conſuetudines comitatûs prædicti, pro certa alterius rei recompenſatione ad valorem dicti caſtri & pertinentiarum ejuſdem: quod dictus germanus noſter in terra ſua propinquiori dicto caſtro nobis facere tenebatur, ſprout hoc in quibuſdam litteris ſuper hoc confectis plenius continetur. Nos eidem germano noſtro ampliorem gratiam facere cupientes, ſibi & heredibus, ac ſucceſſoribus ſuis & cauſam habentibus ab iis, recompenſationem quam pro præmiſſis nobis facere tenebantur, omnino duximus in perpetuum remittendum, ipſum heredem, ſucceſſoreſque ſuos & cauſas habentes ab ipſo de prædictis quittantes & in poſt abſolventes. Volumus inſuper & concedimus quod litteræ quas habent ab ipſo de facta nobis recompenſatione prædicta nullius penitus ſint momenti, ſalvo tamen in aliis jure noſtro & quolibet alieno. Quod ut firmum & ſtabile perſeveret, præſentibus litteris noſtrum fecimus apponere ſigillum.

Actum apud abbatiam Eleemoſynæ Ciſtercienſis, anno Domini MCCXCIX. menſe Auguſto.

PACTUM INTER JOHANNEM ducem Lotharingiæ & JOHANNEM comitem Hannoniæ.

Anno 1300. Ex cartario Haynonienſi dominorum de Aveſnis.

A Tous chiaus ki ces lettres verront & oront, nous JEHANS par la graſce de Dieu dus de Lothier, &c. faiſons ſavoir que comme entre noble homme no chier couſin JEHAN conte de Haynnau, de Hollande, &c. & les ſiens d'une part, & nous d'autre part contens, rankeurs & diſcors aient eſtet en l'ocoiſon de noble homme *FL. jadis conte d'Hollande, &c. ſen couſin & le noſtre, Nous, pour venir à l'amour, à l'accorde, & à le bienvoellance doudit conte de Haynnau, &c. & des ſiens, prometons, & envers lui nous obligons de faire tels pelerrinaiges, & deſcorer tels capelleries por l'arme doudit conte FLORENT, com li devantdis cuens JEHAN ordenera & deviſera; & tout ce prometons nous par no foy & no ſairement ſur ce fait ſouffiſſanment. En tieſmoignaige deſqueles cozes, nous avons fait mettre noſtre ſaiel à ces preſentes lettres.

* Florent.

Ce fu fait l'an de graſce MCCC. le mardy devant le diviſion des apoſtoles.

LITTERÆ DE PACTO inter comitem Hannonienſem, JOHANNEM de Kuc & JOHANNEM de Henſeneduna.

Anno 1300. Ex cartario Haynonienſi dominorum de Aveſnis.

A Tous chiaus ki ces lettres verront & oront. Nous J. par la graſce de Dieu dus de Lothier & de Braibant, & de Lembourc, faiſons à ſavoir ke en noſtre preſenche, & pardevant pleutei de boines gens, ont promis par

Digitized by Google

certaine convenance, JEHANS ſires de Kuc, & JEHAN de Henſedunne chevalier, ke à haut homme & noble JEHAN comte de Haynnau de Hollanne, de Zelande & ſigneur de Frize, as ſiens, ne à leur ne porteront domaige pareausne par les leurs, ne par leur pourchas. En tieſmoinnaige deſqueles cozes nous avons ces lettres preſens ſaielées de no ſaiels dounéeis l'an de grace MCCC. le mardi devant le diviſion des apoſtoles.

LITTERÆ DE PACTO inter præfatos dominos & comitem Hannonienſem.

Anno 1300. Ex Haſnonienſi cartario dominorum de Aveſnis.

NOus GODEFROIS de Braibant ſires d'Arſcot & de Virzon; & nous RAIOULS de Clermont conneſtables de Franche & ſires de Nielle, faiſons ſavoir à tous ke haus hom & nobles no chiers ſires JEHANS cuens de Haynnau, de Hollande, de Zelande & ſires de Frize, ne portera damaige par lui ne par les ſiens à Jehan ſigneur de Kuc chevalier, ne à Jehan de Henſedunne chevalier, ne au leur ſe il n'eſtoit enſi ke il entraſſent eus és terres doudit conte. Et ne puchent & ne doient entrer el roiaume de France, ſe ce n'eſt par l'acort & le greit de noble home no ſigneur le conte d'Artois & de nous. En tieſmongnaige de ques cozes nous avons ſaielées ces lettres de nos ſaiaus donnéeis en l'an de graſce MCCC. le mardi devant la diviſion des apoſtoles.

COMPOSITIO PACIS inter comitem Hannoniæ & Brabantiæ ducem.

Anno 1300. Ex cartario Haſnonienſi dominorum de Aveſnis.

A Tous chiaus ki ces lettres verront & oront nous JEHANS par la grace de Dieu dus de Lothier, de Braibant & de Lembourc faiſons à ſavoir que come entre tres noble homme noſtre chier & amé couſin...... JEHAN conte de Haynau, de Hollande & de Zelande & ſigneur de Frize & les ſiens d'une part, & nous d'autre part contens, rankeurs & diſcors aient eſtet en l'ocaiſon de noble hom FLORENS jadis conte de Hollande de Zelande & ſigneur de Frize noſtre chier couſin, dont Dieu ait l'arme, nous avons fait pais audit conte & boine acorde par le conſel de nos amis. En tieſmoingnaige deſqueles cozes nous avons fait ſaieler ces lettres de noſtre ſaiel.

Doneit le mardi devant le diviſion des apoſtoles l'an de grace mil & trois cens.

LITTERÆ de eadem compoſitione.

Anno 1300. Ex cartario Haſnonienſi dominorum de Aveſnis.

A Tous chiaus ki ces lettres verront & oront nous JEHANS par la grace de Dieu dus de Lothier, de Braibant & de Lemborc faiſons ſavoir que nous à haut homme & noble noſtre cher & amé couſin... JEHAN conte de Haynnau, de Hollande & de Zelande & ſigneur de Frize nous avons fait aillances par leſqueles nous li promettons en boine foy & par no ſairement ſon cors à warder & le ſien pourcachier ſon pourfit, & deſtorber ſen domaige à no pooir, & d'aidier ſe terre à deffendre contre tous où nous le poriens faire par noſtre honeur, & par no loiauté. En tieſmoignaige deſqueles cozes nous avons ces lettres ſaielées de noſtre ſaiel dounées l'an de graſce MCCC. le mardi devant la diviſion des apoſtoles.

LITTERÆ FRATRUM Cartuſienſium de Macourt prope Valencenas

De non vendendis aut alienandis ſacris bibliis ab epiſcopo Cameracenſi ſibi legatis.

Anno 1300. Ex cartario Hannonienſi dominorum de Aveſnis.

UNiverſis præſentes litteras inſpecturis humiles ſervi Chriſti fratres Cartuſienſis ordinis in loco qui beata Maria de *Macourt* dicitur prope Vallenchenas domino famulantes ſalutem in Domino ſempiternam.

Collatio beneficii non modo gratiarum exigit actionem, ſed & memoriam congruentem. Hinc eſt quod ad perpetuam memoriam piæ recordationis reverendi in Chriſto patris ac domini domini GUILLELMI de Haynnonia, quondam Cameracenſis epiſcopi promittimus bona fide, nos bibliam in duodecim voluminibus, quam de legato præfati pontificis per manus potentiſſimi principis domini JOHANNIS DE AVESNIS comitis Hannoniæ, ac ſuæ conſortis dominæ PHILIPPÆ comitiſſæ nobiliſſimæ habemus, hujuſmodi non vendere, dare vel impignorare, ſeu accommodare, niſi bonum correſpondens haberemus, quæcumque neceſſitas nos impellat: volentes & concedentes ac nos etiam obligantes, quod ſi de comitatu Hannoniæ nos (quod avertat Dominus) diſcedere contingeret, dicta biblia domino comiti prædicto vel ejus heredibus remaneret. In cujus rei teſtimonium cum ſigillo domûs Vallis S. Petri ordinis noſtri, præſentibus ad preces noſtras appenſo, noſtrum etiam unicum quo utimur duximus apponendum.

Datum anno Domini MCCC. in vigilia Paſchæ.

COMPOSITIO AMICABILIS inter epiſcopum Cenomanenſem & abbatem de ſancto Vincentio

De eſu carnium prohibito monachis à ſupradicto epiſcopo auctoritate regulæ & domini papæ.

Circa annum 1300. Ex mſ. ſancti Michaëlis in periculo maris.

CUm circa eſum carnium reputaremur excedere ultra quam regularis obſervantia providentia patiatur; prælegimus ſuper hoc corrigere noſmetipſos priuſquam alius aliquis propter defectum noſtrum occaſionem aſſumeret corrigendi. Inde eſt quod de religio-

Digitized by Google

ſorum virorum conſilio ſtatuimus, quod in re- A fectorio monaſterii nulli umquam licebit veſci carnibus, quod nec umquam licuit, immo firmiter & diſtrictè à prædeceſſoribus noſtris ſemper fuit eſus carnium in refectorio interdictus, quod nos nunc etiam interdicimus firmiter & diſtrictè. Statuimus etiam, ut ſoli illi veſcantur carnibus, quos abbas interpretabitur debiles vel infirmos. Cum verò abbas abſens fuerit, hæc interpretatio debilitatis vel infirmitatis ad illum qui ordini tenendo præfuerit pertinebit. Illis verò, quos abbas, vel ſicut præ- B diximus, qui ordini tenendo præfuerit, interpretabitur debiles vel infirmos, in infirmitorio tantum eſus carnium concedetur. Statuimus etiam quod cum abbas fuerit in monaſterio, non alias quàm in communi infirmitorio, aut in camera aliqua quam pro infirmitorio habebit veſci poterit carnibus, & idem religioſos hoſpites, cum neceſſitas popoſcerit aut videbitur expedire, & quos de ſuis monachis interpretabitur debiles & infirmos ad eſum carnium po- C terit advocare. De priorlbus verò foraneis ſimili modo ſtatuimus circa eſum carnium, ut interpretatio debilitatis vel infirmitatis, quantum ad ſe vel ad ſuos ſubditos & ad religioſos hoſpites reſideat apud ipſum priorem loci. In eiſdem prioratibus locus pro infirmitorio, compenſatis facultatibus prioratus & loci, ſpatio commodo poterit deputari, in quo loco ſolummodo poterunt carnibus veſci. Statuimus etiam, ut nullum penitus ſecularem ad eſus carnium liceat invitare. Præſente autem ali- D quo ſeculari clerico vel laïco carnibus non veſcantur, niſi fortè refectione carnium jam parata, quod ibi de regularibus cibis commodè providere ſibi non poſſunt. Idem ſi ſupervenerit ſæcularis, in quo caſu ſuperveniente, ſæcularem de gratia ſecum recipient quaſi cum debilibus & infirmis. Si verò aliquis ſæcularis ipſos invitaverit ad eſum carnium: accedere non præſumant. Et ſi quid fortè minus ſtatutum eſt, in generali capitulo in feſtivitate B. patris noſtri Juliani circa correctionem ordinis apponemus quidquid de religioſorum conſilio E viderimus apponendum.

EPISTOLA I.

Raymundii Lullii ad regem Francorum.

Hortatur ad fundandum collegium ubi linguæ Orientales doceantur.

Circa 1300. Ex mſ. ſancti Illidii Claromontenſis.

AD exaltationem nominis Domini Dei noſtri regiæ majeſtati Raymundus Lul licet ad tanti ſupplicationem negotii ſit indignus, quod ab univerſis chriſtianis eſt deſide- F rabile, ſupplicat devoto & deſiderativo animo, ut ſicut ipſa regia regni Francorum majeſtas ab antiquo ſucceſſivè præ ceteris procurare chriſtianitatis commoda conſuevit, dignaretur ad laudem & magnificentiam divini nominis, merito caritatis, intuituque pietatis, miſeris infidelibus ſine lege viventibus, morientibus ſine fide, bene meritam eleemoſynam concedere, tantæ mortalitatis naufragio ſuccurrentem, videlicet locum ſeu loca conſtruere & dotare, in quo ſeu quibus, à religioſis vel ab aliis ſanctæ converſationis viris, qui nunc multi ſunt, hoc divino munere appetentes, necnon etiam ſecundum modum apoſtolicum ad hoc pro Chriſto vivere, & pro nomine Chriſti mori finaliter eligentes, addiſcantur infidelium idiomata, ut eorum linguarum varietates docti, eorum idiomatibus magnificarent Deum ubi non colitur, exaltarent eum ubi ſpernitur, prædicarent eum ubi non creditur, Veritatem veritatum monſtrantes, legem chriſticolarum panderent firmiter eſſe veram. Dignum etenim eſſet, necnon valde laudabile, ut à villa Pariſienſi, quæ chriſtianæ veritatis ſcientiæque principalis mater eſt fidelibus & magiſtra, emergerent veritatis radii, qui per diverſa mundi climata radiantes infidelium errores cùm ſint poſſibiles ad revocandum, ſuo lumine revocarent. JESUS-CHRISTUS mortem adiit, ut à morte perpetuò univerſos homines liberaret. Sperandum eſt ideo hoc adimpleri maximè propter ineffabile paſſionis Chriſti meritum, & propter etiam laborem & fortitudinem fidelium tunc ad hoc ferventer laborantium unà cum ſacræ ſcripturæ juvamine ac ſimiliter neceſſariarum rationum compulſione, quibus falſæ opiniones & erroneæ objectiones, quæ contra fidem catholicam adduci poſſunt deſtruendæ ſint leviter, ſolidaque firmitate fidei roboranda ſit veritas. Cùm igitur hoc ſit ſanctum negotium præ ceteris ſublime, & ſuper omnia deſiderabile; & ſim indignus quod dicta mea moveant, ſeu movere debeant tantam regiam majeſtatem, ſuppliciter deprecor per ipſum ad cujus gloriam hoc requiro, quod intuitu miſericordiæ habere dignemini conſilium ſuper iſtis, ſi poſſit, tam pium, tamque meritorium negotium promoveri, vel quod plus cedat ad exaltationem fidei, & omnipotentis Dei gloriam & honorem. Semper quidem patres noſtri meliora pro chriſtianitate defendenda totis viribus elegerunt. Moveant ergo deſiderium veſtrum eorum nobiliſſima & neceſſaria pro fide geſta. Ipſi enim ad hoc in tantum Deum dilexerunt, quod ſuis meritis chriſtianitatis columnæ fieri mererentur in ſempiternum, famam laudis de filiis in filios protendentes: & quoniam ſicut & ipſi chriſtianam veritatem dilexiſtis, vos non ſolum illis ſimilem; ſed potius excellentiorem animus meus deſiderat eſſe, exemplum ſimile illis ac etiam poſteris veſtris relinquentem. Falſitas igitur veritatis fidei repugnatrix eſt doctrina & gladio devincenda, ut auxiliante Deo, religio chriſtiana prævaleat, & illud quod propheticum dicitur, impleatur, *à ſolis ortu uſque ad occaſum laudabile nomen Domini* ſui gratia, & laborioſa fortitudine ferventium laudatorum.

EPISTOLA II. RAYMUNDI LULLII ad quemdam amicum ſuum.

Ejuſdem argumenti.

Ex eodem mſ.

DIvina ſapientia omnes ſua clementia ad eſſe de nihilo nos produxit, ut unuſquiſque ad exaltationem & gloriam divinæ majeſtatis ſe ſentiat obligatum. Cùm autem ad exaltationem & gloriam divini nominis nihil majus conveniat quàm errantes in via veritatis, cæcos in lumen claritatis, mortuos in terram viventium reducere, convertendo ignorantes in cognitionem & amorem Domini Dei noſtri: paternitati veſtræ ſupplicat ideo Raymundus Lullii licet ad ſupplicationem tam magnifici negotii ſit indignus, ut intuitu caritatis & miſericordiæ tamquam pius pater dignemini pro converſione infidelium & pro exaltatione catholicæ fidei eſſe apud dominum regem Francorum diligens interceſſor, ſuppliciter quidem exhortatus ſum, ut ipſe qui principalior eſt inter reges & principes chriſtianos, chriſtianitatis anchora fieri meruit & protector ad tanti negotii ſubſidium largiri benemeritam eleemoſynam dignaretur, videlicet ut locum ſive loca ædificari faceret & dotaret in quo ſive in quibus religioſi aliique ſanctæ converſationis viri, qui ad hoc cœleſti gratia imbuti (nunc multi ſunt pro Chriſto mori & vivere ſitientes) diſcerent infidelium idiomata, doctique & ad infideles profecti, inſipientibus ſummam ſcientiam, errantibus ſummam veritatem, morientibus vitam æternam zelo caritatis per diverſa mundi climata prædicarent: itaque glorificaretur nomen Jesu-Christi ab his qui viliпendunt illum, & ovile Dominicum augeretur. Sanè expediret in civitate Pariſienſi quæ in ſcientia & doctrina magiſterii obtinet principatum, armato ſtudio & diſciplina veritatis, generari debere fidei pugnatores. Cùm igitur deprecationes meæ quamvis juſtæ ſint fiant indignæ ad movendum in tanto negotio regiam majeſtatem, & circa hoc totam ſpem & fiduciam in vos jecerim ex antiquo, ſuppleat veſtra reverenda paternitas, id quod non poteſt mea indignitas adimplere, ut cùm ſe facultas obtulerit, dignemini pietatis intuitu dominum regem ad tam pii tamque neceſſarii negotii exſecutionem inducere, ut veſtri & ipſius meritis & aliorum ad hoc ferventer laborantium convertantur errantes lumine veritatis in cognitionem & amorem Domini noſtri Jesu-Christi.

NOTA.

EPISTOLA III. RAYMUNDI LULLII ad univerſitatem Pariſienſem.

Ejuſdem argumenti.

Ex eodem mſ.

DEo fidelis eſt ac ſumma caritate ſuccenſus qui in cognitionem & dilectionem ſummæ ſapientiæ & amoris, ignorantes dirigens, cæcos illuminans, mortuos in viam vitæ reducens, pro teſtamento Dei ſui adverſitatis & corporalis mortis pericula non formidat: gloriam & magnum decorem ejus quis enarrabit? Generationes infidelium qui hodierna die Deum neſciunt quis enumerabit? Quot ab erroris cœcitate in infernorum tenebras labuntur quis excogitabit? Proh dolor! tanta damna merito plange devota plebs fidelium chriſtiana. O fons ſupernæ ſcientiæ qui Pariſius tot tantæ auctoritatis profeſſores inebriaſti doctrina mirifica; extende torrentes tuos ad terras infidelium, & irriga errantium corda penitus arida rore cœli, & pelle tenebras, aperi eis radios æterni luminis. Heu quando ambulabunt omnes gentes in lumine tuo, & omnis homo ambulans in ſplendore ſolis tui videbit ſalutare Dei. Deſiderio deſideravi hoc ego Raymundus Lullii quod ſummè deſiderabile eſt omnibus fidelibus chriſtianis; & ab his perfectibile quorum intellectus ſumma Sapientia divinitus illuſtravit. Felix eſt illa univerſitas, quæ tot gignit fidei defenſores; & felix illa civitas cujus milites armati ſapientia & devotione Chriſti poſſunt barbaras nationes ſubdere ſummo Regi. Quando adorabit te omnis terra Deus, pſallet & benedicet nomini tuo, & omnis tribus & linguæ ſervient tibi? Conſiderate hoc, reverendi patres & domini, intellectibus & voluntatibus, quorum eſt objectum ſumma Veritas & ſumma Bonitas. Quoniam ſicut Deus eſt intelligibilis & amabilis quia ſummè verus & ſummè bonus: ſic ubique & multum, quia immenſus, & in omni tempore aſſiduè, quia æternus. O quam felices fuere apoſtoli & martyres, quia *in omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum* prædicantium Jesum-Christum. O quàm pretioſa mors eorum in conſpectu Domini qui multos de morte revocarunt ad vitam. O utinam eſſent modo multi tales viarum illorum reparatores; quoniam valde glorioſum & neceſſarium eſſet toti populo chriſtiano, quia ſicut ego ſcio, quoniam expertus ſum, multi ſunt philoſophi Arabum, qui ad perfidiam Macometi chriſticolas pervertere nituntur, & improperant nobis infideles filii dicentes: *Ubi eſt Deus eorum*; & præterea Judæi & Saraceni, prout poſſunt, conantur Tartaros in ſuas ſectas inducere: & ſi contingat, quod abſit, ut Tartaros eſſe Judæos, vel Saracenos, vel eos condere per ſe ſectam, timendum eſt ne cedat in totius chriſtianitatis incomparabile detrimentum, ſicut accidit de ſecta Macometi, qua inventa, Saraceni irruerunt ſuper nos, & quaſi tertia pars chriſtianitatis cecidit. Innumerabilis eſt illa Tartarorum generatio, in brevi quidem tempore multa ſibi regna & principatus manu bellica ſubjugavit. Videte, reverendi patres & domini magiſtri, imminere periculum toti eccleſiæ Dei, & niſi ſapientia & devotio veſtra qua tota chriſtianitas ſuſtinetur Sarracenorum perfidiæ opponat clypeum ſalutarem, & ſi negligat impetuoſum torrentem Tartaricum re-

Digitized by Google

frænare. Nolo ulterius dicere; ſed penſate quid poterit evenire. Et mirum eſt quod plures ſint adverſarii Dei, quàm defenſores; & plures homines vituperent illum, quàm laudent. Et Deus homo propter homines factus eſt, & ipſe homo mortuus, ut eos vivificaret: & multi etiam ab unitate Eccleſiæ Dei jam declinaverunt, ut Græci, & multi alii ſchiſmatici. Conſideretis quantum malum pro bono Deo redditur, & quantum opprobrium ab eis qui ad laudandum Deum creati ſunt, & quanta perſecutio nobis fidelibus immineat, & de qua quæſtione ſimus Deo in extremo judicio reſponſuri, cum requiret à nobis mortem eorum qui noſtris prædicationibus & exemplis debuerant vitâ perfrui ſempiternâ. Hic conſcientiæ ſtimulus me remordet, & coëgit me venire ad vos, quorum ſummæ diſcretionis & ſapientiæ intereſt ordinare circa tantum negotium, tam pium, tam meritorium, tam Deo gratum ſervitium, & utile toti mundo, videlicet quod hic Pariſius, ubi fons divinæ ſcientiæ oritur, ubi veritatis lucerna refulget, populis chriſtianis fundaretur ſtudium Arabicum, Tartaricum & Græcum, ut nos linguas adverſariorum Dei & noſtrorum docti, prædicando & docendo illos, poſſimus in gladio veritatis eorum vincere falſitates; & reddere populum Deo acceptabilem, & inimicos convertere in amicos. Quod ſi fiat, & placeat Deo quod ſic maximam quidem pro nobis ſuſcipiet chriſtianitas exaltationem & dilatationem, & hujus rei tam inæſtimabilis eritis fundamentum; & tu Pariſius univerſitas nequaquam eris minima in doctoribus tuis, ex te enim exiet lux univerſis gentibus, & perhibebis teſtimonium veritati, & confluent ad te magiſtri & diſcipuli tui de longè, & univerſi haurient de te ſcientias univerſas. Quid habebunt boni Græci & Arabes in voluminibus ſuis quin ſit tibi notum, cum ſine interprete linguas eorum intellexeritis? Quis æſtimabit quanta laus, quantus honor Deo, quanta caritatis compaſſio erga miſeros errantes, & quantum bonum in hoc & ex hoc loco ſequetur? Et hoc leviter fieri poteſt, ſi illuſtri regi Franciæ preces veſtras porrexeritis, ut ipſe qui nobiliſſimus eſt inter reges terræ, huic nobiliſſimo negotio inter omnia negotia largiri dignetur ſuam bene meritam eleemoſynam, videlicet prædictum ſtudium, ſeu ſtudia fundare & dotare, & exaudiet vos, ut confido, poſtquam hujus negotii cognoverit auctoritatem.

GESTA IN CAPTURA Bernardi Saget epiſcopi Apamienſis.

Circa 1300. Ex archivis archiepiſcopi Narbonenſis.

FActum tale eſt. Dominus BERNARDUS Dei gratiâ Apamiarum epiſcopus ſuper variis & diverſis criminibus domino PHILIPPO regi Francorum illuſtri delatus extitit, archiepiſcopo Narbonenſi hæc penitus ignorante, & ſpecialiter de quadam prophetia ſuper perditionem nominis regii & regni Francorum A temporibus iſtis, de qua dicebatur ipſum epiſcopum Apamienſem multum fuiſſe locutum.

Sanè religioſus pater dominus abbas monaſterii Manſi-azilis, Apamienſis dioceſis, ordinis ſancti Benedicti, circa feſtum beatæ Mariæ Magdalenæ proximè præteritum, acceſſit ad dominum archiepiſcopum Narbonenſem præfatum, exiſtentem tunc Aurelianis in via eundi ad Clarum montem, propter mortem quam de novo audiverat bonæ memoriæ domini JOHANNIS Claromontenſis epiſcopi fratris ſui, B & eidem domino archiepiſcopo expoſuit dictus abbas, qui ſibi litteras credentiæ ac dicto domino regi ex parte dicti epiſcopi adportabat, quod idem epiſcopus qui ad Romanam curiam proficiſci volebat, petebat ſibi dari licentiam voluntariam non neceſſariam, à domino rege & archiepiſcopo ſupradictis, ſi qua grata in dicta curia facere poſſet, offerens ſe facturum.

Item, dixit quod poſtquam diſceſſerat abbas prædictus ab ipſo domino epiſcopo pro ve- C niendo ad regem & ad archiepiſcopum, ut dictum eſt, ex cauſa præmiſſa intellexit idem abbas, tam per litteras præfati domini epiſcopi, quàm per nuntium ſpecialem ſuper hoc ſibi miſſum, nobilem virum dominum JOHANNEM DE PIQUENHEIO militem domini regis vicedominum Ambianenſem quâdam nocte apud Apamiam acceſſiſſe perſonaliter, & ipſum epiſcopum, qui lectum intraverat, dicto quod tarda hora eſſet, ſurgere de lecto fecit, & ad manum regis poſuit omnia bona dicti D epiſcopi, & ſibi præcepit quod infra menſem unum compareret perſonaliter coram rege, & nihilominus aliquos de capellanis & familiaribus ſuis, unum etiam qui ſigillum ſuum tenebat captos ſecum duxit Tholoſam. Super quibus ſupplicavit idem abbas prædicto epiſcopo ſibi de opportuno remedio provideri per dominum regem præfatum. Dictuſque dominus archiepiſcopus, his auditis, in craſtinum acceſſit ad regem apud Caſtrum-novum ſuper Ligerim, ubi erat, & cum præmiſſa in præ- E ſentia dicti abbatis & domini Autiſſiodorenſis epiſcopi, domini LUDOVICI de Francia germani regis, domini P. *Flote* & archidiaconi Brugenſis conſiliariorum regis intimaſſet eidem regi. Reſpondit rex, quod licèt intellexiſſet epiſcopum dictum aliqua gravia & enormia crimina commiſiſſe contra ſuam regiam majeſtatem, hoc minimè de facili credere non poterat. Immò multum placebat ei, & placeret quod epiſcopus dictus ſuam innocentiam in præmiſſis oſtendere poſſet, volens ex tunc F quod in octabis feſti beati Michaëlis proximè præteriti, epiſcopus dictus coram rege compareret, ad ſe excuſandum ſuper præmiſſis: interim verbo revocans ea quæ per dictum militem acta erant ſuper captione perſonarum, ſimiliter dicti epiſcopi & arreſtatione bonorum, mandans idem rex ſibi fieri de præmiſſis litteras regias, pro quibus habendis dictus abbas ſequutus eſt Aurelianis præfatum P. *Flote* cancellarium regis, eodem archiepiſcopo viam

ſuam in Arverniam proſequente.

Cùmque præfatus dominus Narbonenſis eſſet de Arvernia diſceſſurus, jamque arripuiſſet iter ſuum in Franciam & Flandriam veniendi, venit ad ipſum dominus abbas præfatus circa finem menſis Auguſti, ſicut nuntius, ut dixit, epiſcopi memorati, referens eidem archiepiſcopo oraculo vivæ vocis, quod cùm idem abbas ſupradictas conceſſas litteras regias habuiſſet de dictis aſſignatione diei & deliberatione perſonarum captarum, ac bonorum dicti epiſcopi, in via qua erat portando eas epiſcopo dicto, obviavit præfato nobili domino JOHANNI vicedomino Ambianenſi, in Franciam venienti: cui oſtendit litteras regias. Idem tamen JOHANNES retinuit eas, & cum inſtaret apud eum, ut pareret litteris, præſertim cum quaſi eadem per litteras clauſas regias nuper ſibi mandata fuiſſent: reſpondit domnus JOHANNES dictus, quod licèt ſi per litteras clauſas & patentes prædicta ſibi mandata fuerint, nec iſtis, nec illis intendebat parere, cum ad regem iret, ut dicebat, de cujus ore priùs volebat ſuper his voluntatem ejus audire; aliudque obtinere non potuit, niſi tranſcriptum ratum dictarum litterarum regis obtentarum per eum ſub ſigillo nobilis memorati. Poſtquam dictus abbas, ut retulit, eundo ad epiſcopum dictum obviavit eidem qui in Francia veniebat ex mandato ſuper hoc facto eidem epiſcopo per dictum militem, quod infra menſem videlicet coram dicto rege comparere deberet, cura Tholoſ. videlicet in via veniendi Pariſius per quatuor leucas, vel circa, cui relatis per abbatem conceſſionibus ſibi factis, per regem videlicet de aſſignatione diei perſonarumque deliberatione, & bonorum ſuorum, conſilium habuit epiſcopus de redeundo Tholoſam, & quod aſſignatum terminum expectaret, videlicet uſque ad octavam dicti feſti beati Michaëlis. Item, quod ipſo epiſcopo reverſo Toloſam, acceſſit abbas dictus ad archidiaconum Lexovienſem collegam præfatum domini JOHANNIS vicedomini Ambianenſis in quadam inquiſitione, vel informatione, quam ambo auctoritate regiâ fecerant, ut dicebatur, ſuper delatione prædicta in partibus Tholoſanis, petens deliberationem bonorum dicti epiſcopi auctoritate dictarum litterarum regiarum. Cujus tranſcriptum ſibi oſtendit, ſub ſigillo domini JOHANNIS præfati. Cùmque dictus archidiaconus finaliter reſpondiſſet ſe velle ſuper his deliberare uſque ad quamdam diem ſabbati tunc inſtantem; interim dictâ deliberatione pendente, dominus JOHANNES de Burlatio magiſter baliſtariorum, mileſque domini regis ad dictum epiſcopum veniens, licèt ab initio fingeret ſe contra dictos inquiſitores veniſſe, cum litteris regiis de credentia quas portabat, præcepit dicto epiſcopo, ut in craſtinum arriperet iter ſuum in Franciam, veniendo ad regem, & licèt taxaſſet ſibi, ſeu limitaſſet familiares ſub certo numero quos ſecum duceret: poſtmodum tamen laxavit manum dicto epiſcopo, A quod familiam decentem ducere poſſet.

Idemque epiſcopus ex tunc de Tholoſa arripuit iter ſuum eundi in Franciam, concomitantibus ipſum prædicto magiſtro baliſtariorum, ac ſeneſcallo Tholoſano, potius, ut dicebatur, cauſâ cuſtodiæ, quàm honoris, duobuſque ſervientibus regis, nullis tamen eorum pernoctantibus in domibus in quibus hoſpitabatur epiſcopus dictus, licèt dicti ſervientes, qui ad expenſas dicti epiſcopi erant, aſſererent ſe mandatum habere, quod etiam in camera B dicti epiſcopi jacere poſſent, ſi videretur eiſdem: quod tamen per regales & milites prædictos negatur, prout ſupra intellexit dictus archiepiſcopus ex relatu abbatis prædicti. Cùmque archiepiſcopus Pariſius perveniſſet pro rege in Flandriam proficiſcens unà cum præfato domino Autiſſiodorenſi epiſcopo, de S. Paulo, & Drocarum comitibus, conſtabulario Franciæ, & dicto domino P. *Flote*, multiſque aliis de conſilio regis: invenit ibidem dominum BER. Dei gratiâ epiſcopum Biterrenſem C pro iſto eodem negotio per regem prædictum, ut dicebatur, vocatum: cui injunxit idem archiepiſcopus quod nomine ipſius, & pro ipſo iret ad regem, qui multum erat tunc remotus à Pariſius in Turonia, videlicet pro facto dicti Apamienſis epiſcopi, qui in tali concomitantia veniebat, ſeu ducebatur, exhortaturus eumdem regem de ſalute animæ, & quod talis concomitantia quæ ſapere videbatur ſpeciem captionis, periculum latæ ſententiæ in canonem importabat: requiſiturus eumdem regem, ſicut nuntius dicti archiepiſcopi, quod D in hoc ſalubri remedio provideret, dans eidem Biterrenſi epiſcopo nihilominus litteras ſuas credentiæ ad regem ipſum, quarum tenor inferiùs continetur.

Poſtmodum quod proficiſcente dictis archiepiſcopo in Flandriam, & epiſcopo Biterrenſi ad regem pro injuncto ſibi negotio proficiſci volente, arripuit dictum epiſcopum fluxus à quo de die in diem curari credebat, deinde febris cum fluxu: qui ex his poſt aliquos dies ſentiens ſe debilitatum, ſcripſit dicto archiepiſcopo ad hoc in Flandriam exiſtenti, E ſe non potuiſſe, nec poſſe ire ad regem ex cauſa præmiſſa: quod quàm cito ſcivit archiepiſcopus dictus, miſit è veſtigio ad regem prædictum JOHANNEM Lorini ſcutiferum ſuum valletumque dicti regis, quem inter familiares ſuos magis gratioſum in conſpectu regis eſſe credebat, cum litteris ſuis ad regem & ad confeſſorem ſuum, ac omnes & ſingulos conſiliarios ſuos clericos, quos ſecum tunc eſſe credebat: quarum tenor inferius continetur. Idemque rex, viſis dictis litteris, licèt ſuper eis eidem archiepiſcopo minimè reſponderet, F mandaſſe dicitur, quod dictus epiſcopus Pariſius venire poſſet, cum concomitantia tamen dicta, qui tunc erat apud Dordam prope Pariſius, ad ſeptem leucas, vel circa.

Deinde archiepiſcopus ad regem accedens, ſæpius cum frequenti inſtantia requiſivit eumdem, ſemel etiam in nemore prope Pariſius in

Digitized by Google

præſentia reverendi patris domini epiſcopi Spoletani, nuntii domini noſtri ſummi pontificis; quod dicta concomitantia ab eodem epiſcopo tolleretur omnino, quæ cujuſdam captionis ſpeciem, ut dictum eſt, continebat, vel continere videbatur judicio aliquorum, licèt hoc regales ipſi negarent; quodque liber permitteretur abire. Præfatoque rege dicente, quod nullam captionem, vel violentiam dicto epiſcopo voluerat fieri, nec hoc intendebat, immò ſi quæ facta fuerat deadvocabat expreſsè. Tandem rex dicto archiepiſcopo per comitem Drocarum & conſtabularium Franciæ mandavit, quod apud Silvanectum reſponderet ſibi de facto epiſcopi memorati. Ad quem locum cum veniſſet dictus epiſcopus cum dicta concomitantia, ibidemque dictis rege & archiepiſcopo exiſtentibus, die Martis videlicet poſt feſtum beati Lucæ evangeliſtæ, in præſentia multorum prælatorum, comitum, baronum, militum, clericorum, & aliarum quampluriùm perſonarum, fecit proponi rex ipſe contra dictum epiſcopum præſentem crimina hereſeos in genere, & proditionis, ac ſeditionis; & alia quamplura quæ dicebat dictum epiſcopum commiſiſſe contra dictum regem, ac ſuam regiam majeſtatem, & rempublicam regni ſui; necnon quamplura alia enormia, turpia, & contumelioſa, quæ dicebat epiſcopum dixiſſe de perſona regia, & parentibus ejus: de quibus cum diceret rex ſe fuiſſe pleniſſime informatum, obtulit dicto archiepiſcopo ſe paratum in continenti informare eumdem per prælatos & religioſos, barones, milites, clericos, & alias fide dignas perſonas; inſtanter requirens, quod eumdem epiſcopum in tam arcto faceret carcere cuſtodiri, ſicut dicta crimina requirebant, ne conceptam proditionis & ſeditionis materiam poſſet ducere ad effectum; & ut punitionem condignam, quam ſe proſecuturum aſſeruit, idem rex valeat obtinere: apertius dicens idem rex quod in defectu dicti archiepiſcopi, faceret epiſcopum ipſum, ut præmittitur, cuſtodiri.

Ad quæ ſe prædicto epiſcopo primitus excuſante, extra judicium tamen, & negante propoſita contra ipſum, reſpondit dictus archiepiſcopus, quod maturè erat in tanto negotio procedendum, & quod communicato conſilio cum prælatis, præſertim ſuffraganeis ſuis, & aliis peritis, tam in dicta villa, quàm Pariſius, & alibi in regno exiſtentibus, conſulto quoque prius domino noſtro ſummo pontifice, paratus erat facere quod ſecundum Deum & juſtitiam, ac ſacros canones facere teneretur. Cùmque magni fremitus, terrores, comminationes, & minæ ibidem inſurgerent contra dictum epiſcopum, quibuſdam etiam de majoribus regni ſui fortiter lacrimantibus, & dicentibus: Quid tenet nos quod non interficimus te ſtatim? Propter quæ, nec immeritò, dicto epiſcopo erat de proprii corporis periculo formidandum: idem rex ad ſupplicationem dicti archiepiſcopi, & domini Autiſſiodorenſis epiſcopi, hoc diſtrictè prohibuit, A & inſuper exhortatus per dictum archiepiſcopum ad tyrannidem repellendam, & ad miſericordiam & pietatem juſtitiamque ſectandas, per quam quidem juſtitiam idem epiſcopus ſolius eſt Eccleſiæ judicio relinquendus, certos eidem epiſcopo præcepit deputari cuſtodes à ſævitia & injuria, ne inferrentur eidem. Dictuſque epiſcopus, viſis & auditis præmiſſis, propoſuit quod malebat per archiepiſcopum dictum, quàm per manum regiam cuſtodiri; & de conſilio quorumdam prælatorum & aliorum, B dictum archiepiſcopum requiſivit inſtanter, quod ad tollendum ſcandalum, & corpori ſuo imminens periculum, ipſum faceret, prout ſibi videretur, in manu Eccleſiæ cuſtodiri: præſertim cum ibidem publicè dictum fuerit, per proponentem nomine regio, rege hæc & alia per ipſum propoſita advocante, quod dicta prohibitio facta de non ſæviendo in perſonam epiſcopi dicti facta fuerat ſub illis conditione & modo, ſi dictus epiſcopus auctoritate dicti archiepiſcopi in tuta & arta cuſtodia teneretur, nec alius artabat ſubditos re- C gios, prout etiam per quoſdam ex ſubditis ipſis id publicè profitentes extitit expreſsè declaratum ibidem.

Quibus actis, cum tarda eſſet hora, præfatus Apamienſis epiſcopus, ad domum in quam hoſpitatus erat in Silvanecto regreſſus eſt, concomitante ipſo conductu regio ſupradicto, & tam rex, quàm archiepiſcopus, prælatique, barones, & alii ad comedendum iverunt. Præfatus verò dominus Johannes de Burlatio miles, dicto conductui à ſævitia & inju- D ria non inferendis dicto epiſcopo deputatus per regem, eâdem die hora magis tarda ferè circa crepuſculum venit ad domum in qua dictus archiepiſcopus fuerat hoſpitatus, requirens eumdem ſuper cuſtodia & modo cuſtodiæ dicti epiſcopi Apamienſis, & an aliqui de ſervientibus armorum ad dictam cuſtodiam deputatis, cum eo jacere deberent in camera dicti epiſcopi. Cui ſæpedictus archiepiſcopus in præſentia venerabilium patrum dominorum Biterrenſis & Magalonenſis epiſcoporum, & aliorum proborum virorum reſpondit, & di- E xit eidem militi: quod quantum in ipſo archiepiſcopo erat, nolebat quod aliquid in perſonam dicti epiſcopi & familiarium ſuorum innovaretur, per quod dictus Appamienſis epiſcopus perderet priſtinam libertatem, quam regales ipſi eumdem epiſcopum habere dicebant, in veniendo apud Silvanectum ad regem: aſſerentes nullâ tunc eum teneri ſpecie captionis, & quam libertatem debet habere epiſcopus necdum convictus de criminibus ſibi impoſitis: nec volebat dictus archiepiſcopus, quantum in eo erat, quod aliquis, ſeu aliqui de ſervienti- F bus dictis jacerent in camera epiſcopi ſupradicti, nec quod prohibitiones ſibi fierent, vel familiaribus ſuis, quominus poſſet loqui cum eis, quandocumque videretur eidem. Sed ſolum rogabat idem archiepiſcopus dictum militem, quod epiſcopus ipſe ſine fraude cuſtodiretur ab omni ſævitia & injuria, de quibus

Digitized by Google

meritò timebatur, ne inferretur eidem: ita tamen quod hujuſmodi cuſtodia non traheretur ad aliquam ſpeciem captionis, ipſumque epiſcopum, quantum erat in eo, liberum eſſe ab omni captione tunc volebat, & in ea libertate perſiſtere, in quanta fuerat temporibus retroactis, loquendo cum familiaribus ſuis, ſcribendo, & mandando litteras ad Romanam curiam, & ubicumque placeret eidem pro ſuis & Eccleſiæ ſuæ negotiis, jacendo ſolus in camera, & quæcumque alia faciendo, quæ homo liber ab omni captione & carcere facere poteſt & debet: cum ſi eſſet idem epiſcopus in cuſtodia Eccleſiæ, majori quàm ante, videlicet dum veniebat ad regem, deberet libertate gaudere, quo tempore dicti dominus Johannes, & alii regales dicebant & aſſerebant, ut dictum eſt, eumdem epiſcopum fuiſſe liberum ab omni ſpecie captionis.

Verum cum craſtinâ die in mane dictus archiepiſcopus intellexiſſet, quod quidam de ſervientibus armorum ad eamdem cuſtodiam deputatis, in camera dicti epiſcopi nocte præteritâ jacuiſſent, non obſtantibus prohibitionibus ſupradictis: ſtatim hoc archiepiſcopus domino regi expoſuit: qui tunc prohibuit talia de cetero fieri vel attentari, & licèt nocte ſequenti abſtinuiſſent ſervientes à ſimilibus perpetrandis, die tamen & nocte ſubſequentibus eadem feciſſe dicuntur, & prohibuiſſe etiam familiaribus dicti epiſcopi, ne cum eodem epiſcopo loquerentur, niſi in certis locis, & ſub certis modis & formis. Quibus per ipſum archiepiſcopum intellectis, ad domum quam inhabitabat epiſcopus dictus accedens perſonaliter archiepiſcopus memoratus, in præſentia præfati domini epiſcopi & familiarium ſuorum, ac prædictorum domini Johannis de Burlatio, & aliorum complicum ſuorum ad dictam cuſtodiam deputatorum dixit & propoſuit, quod ipſe idem archiepiſcopus eidem domino Johanni dixerat præfatâ die propoſitionis factæ coram rege contra præfatum epiſcopum, quod nolebat idem archiepiſcopus, quantum in ipſo erat, ſervientes jacere in camerâ dicti epiſcopi, nec volebat ſibi, vel familiaribus ſuis fieri prohibitiones prædictas, nec aliquid in perſona ipſius epiſcopi, vel ſuorum familiarium innovari, per quod epiſcopus ipſe perderet priſtinam libertatem, quam habere dicebant regales epiſcopum ipſum, priuſquam apud Silvanectum veniret, & quam debet habere epiſcopus non convictus de criminibus ſibi impoſitis: apertius dicens idem archiepiſcopus domino JOHANNI ac ſervientibus ſupradictis, quod nolebat, nec erat intentionis ſuæ novitatem aliquam fieri in cuſtodia, vel perſona dicti epiſcopi contra libertatem prædictam, & quod ipſum epiſcopum, quantum in ipſo erat, volebat liberum eſſe ab omni captione, & in ea libertate perſiſtere, in quanta fuerat temporibus retroactis, loquendo cum familiaribus ſuis, jacendo ſolus in camera, ſcribendo, & mandando litteras ad Romanam curiam, & alibi pro ſuis & eccleſiæ ſuæ negotiis, ac alia

A omnia & ſingula faciendo, quæ homo liber & ſolutus ab omni carcere facere poteſt & debet, dicens & aſſerens, & ſcire volens tam dictum epiſcopum, quàm omnes alios, quod idem epiſcopus in nullo erat, nec ipſum eſſe volebat captione ſua ſeu carcere ſuo, nec in cuſtodia de qua idem epiſcopus præfatum archiepiſcopum requiſierat, videlicet quod eſſet in cuſtodia ipſius archiepiſcopi nomine eccleſiæ Narbonenſis: præſertim ubi cuſtodia ab omni ſævitia & injuria ipſi epiſcopo non fieret juxtà ordinationem prælatorum, & aliorum clericorum ſapientum & bene peritorum. B Dixit tamen idem archiepiſcopus, quod ſuper cuſtodia, de qua epiſcopus Apamienſis ipſum requiſierat, ut cuſtodiretur per ipſum, ſeu de mandato ſuo nomine eccleſiæ Narbonenſis, idem archiepiſcopus peritus erat facere quod deberet, & de jure poſſet, juxta conſilium prælatorum, & aliorum peritorum, ubi & quando gentes domini regis ipſi archiepiſcopo ſuper his quæ reſpicere poſſent cuſtodiam dictam honeſtam & tutam, præſertim ne ipſi epiſcopo poſſent inferri C ſævitia, vel injuria ſibi fieri, parere vellent cum effectu: de quibus omnibus fecit fieri dictus archiepiſcopus publica inſtrumenta, propter quæ dicti cuſtodes abſtinuerunt, ut audivit idem archiepiſcopus, à jacendo in camera dicti epiſcopi, & ab obſervatione prohibitionum dictarum, & hæc omnia dictus archiepiſcopus in craſtinum nunciavit majoribus de conſilio regis, cum rege in Silvanecto exiſtentibus, cum domino regi præmiſſa tunc ſignificare non poſſet, eo quod eſſet aliquantu- D lum diſcraciatus. Sed ſubſequenti die ipſo rege curato, dominoque Spoletano præfato in ipſius regis & conſilii ſui majoris præſentiâ exiſtente, & regi ſupplicante pro dicto Apamienſi epiſcopo, cum diceretur ibidem quod dictus Apamienſis epiſcopus erat in cuſtodia dicti archiepiſcopi & manu eccleſiæ, dictus archiepiſcopus aſſeruit & declaravit expreſsè, quod non erat ita, & dicto domino regi ac conſiliariis ſuis expoſuit in præſentia dicti domini Spoletani prædicta omnia per miniſtros E regios attentata contra voluntatem ipſius archiepiſcopi, ac prohibitionem dictorum archiepiſcopi & regis, & remedia ſupraſcripta, quæ idem archiepiſcopus pro viribus ſuis appoſuerat in præmiſſis. Tuncque tam dicti epiſcopus Spoletanus, quàm archiepiſcopus requiſierunt dominum regem, quod placeret ſibi ut dictus Appamienſis epiſcopus cum ſalvo conductu regio, ſaltem quouſque eſſet in loco tuto, poſſet adire ipſum papam, qui ſuus judex eſt in hoc caſu. Ad quod reſpondit rex quod miſerat, vel miſſurus erat ſtatim nuntios ſuos F ad dominum papam pro ſcienda voluntate ſua ſuper præmiſſis, & quod in his agendis præſtolaretur dicti domini papæ reſponſum, cujus voluntati ſe in his aſſeruit paritururm. Eodemque modo reſpondit rex ipſi præfato archiepiſcopo pluries, & in diverſis locis ipſum ſuper hoc requirenti & dicto archiepiſcopo inſtanti, quod idem epiſcopus cum dicto conductu

ductu regio ſaltem poſſet ire ad aliquod de caſtris eccesiæ Narbonenſis. Et cùm hoc requireret idem epiſcopus, dominus rex præfatus ut ſupra reſpondit: præfatoque domino Spoletano prædicta vice exiſtenti coram domino rege, & fortiter inſtanti pro dicto epiſcopo Apamienſi erga regem; rex ipſe reſpondit: Domine epiſcope, ſi vultis, ego tollam cuſtodiam meam, & vos cuſtodiatis eum, ſi vultis.

Porro ex verbis præmiſſis dictis per archiepiſcopum multum moti fuerunt, multique ex ipſis contra ipſum prorupiſſe dicuntur in verba quæ videbantur ſonare quod idem archiepiſcopus eſſet fautor vel defenſor proditionis vel ſeditionis criminum prædictorum, & actoris ipſorum, nec zelator honoris regii, nec etiam boni & ſecuri ſtatus ipſius regis vel regni. Sed tandem inito conſilio; & ipſo archiepiſcopo ipſa die poſt prandium mandato, rex in præſentia ſua proponi fecit contra ipſum archiepiſcopum ſub quadam admiratione, quæ erant cauſæ vel eſſe poterant favoris, quem ipſe archiepiſcopus haberet ad perſonam dicti Apamienſis, vel mali zeli quem haberet ad dominum regem & regnum ſeu timoris alicujus: propter quas idem archiepiſcopus obmitteret dictum epiſcopum in cuſtodia ſua teneri, cum dictus rex procuraſſet ſibi territorium per archiepiſcopum & loci dioceſanum concedi: dictumque archiepiſcopum fecit idem rex ibidem requiri per juramentum fidelitatis quo ſibi teneretur aſtrictus, quod ſibi in juſtitia non deeſſet; dictoque archiepiſcopo reſpondente, quod timor Dei, & quia timebat ne offenderet dominum noſtrum papam, & ne peccaret in ſuffraganeum fratrem ſuum, erant cauſæ præmiſſorum: tamen cùm eſſet debitor juſtitiæ omnibus & præſertim ipſi domino regi, paratus erat ſibi in juſtitia non deeſſe. Et communicato conſilio cum prælatis & aliis peritis, obtulit archiepiſcopus facere quod de jure poſſet & deberet.

Cùmque in craſtinum fuiſſet, omnes prælati qui in Sylvanecto erant, ad requiſitionem regis in locum unum, videlicet in capella regia dicti loci pariter congregati ſcilicet domini Auxitanus archiepiſcopus & Autiſſiodorenſis, Trecenſis, Belvacenſis, Biterrenſis, Magalonenſis, Anicienſis & Biarnenſis epiſcopi, unà cum quibuſdam clericis domini regis prædicti, videlicet decano & cancellario Turonenſi, theſaurario Andegavenſi, archidiacono Remenſi, magiſtris P. de Bella-peruca Bituricenſi, ac Philippo de Mornaio ſanctæ Crucis Aurelianenſis eccleſiarum canonicis; archiepiſcopus prædictus requiſivit ab ipſis conſulendo eoſdem, ſi dictus Apamienſis epiſcopus, qui ad vitanda ſcandala & pericula ſupradicta ſuper hoc requiſierat inſtanter archiepiſcopum dictum propter præmiſſa in quibus præfati prælati & clerici præſentes fuerunt, recipi deberet in cuſtodia eccleſiæ. Dixerunt & reſponderunt quod ſic: habito tamen & conceſſo territorio per archiepiſcopum & loci dioceſanum, & quod ſummè tutum erat archiepiſcopo & epiſcopo dictis, ipſum Apamienſem epiſcopum recipi in cuſtodia eccleſiæ, cum ſalvo tamen conductu dicti regis à ſævitia & injuria non inferendis eidem, quouſque ſuper hoc ſciretur voluntas domini noſtri papæ, & quod cum timore Dei & abſque offenſa domini noſtri ſummi pontificis, nec peccandi in ipſum Apamienſem epiſcopum ſuffraganeum ſuum hoc facere poterat idem archiepiſcopus: immo peccaret contrarium faciendo. Dominus tamen Auxitanus archiepiſcopus dixit, ſibi non videri dictum epiſcopum de jure poſſe extra Narbonenſem provinciam cuſtodiri, ſed ad dictam provinciam ipſum duci debere, cum dicto conductu regio, ſi tamen poſſet haberi: ceteris omnibus prælatis & clericis aſſerentibus & conſulentibus ſicut ſupra; requiſitique & conſulti per dictum archiepiſcopum ſuper modo cuſtodiæ ipſius epiſcopi, ordinaverunt ſeu fieri conſuluerunt ut ſequitur ſuper cuſtodia memorata.

De loco primum quod ſtet Apamienſis ſupradictus in aliquo loco ſpacioſo, & ſano & bene firmato, in quo non niſi unus introïtus & exitus; & ſi plures eſſent claudantur. Qui locus ſit alicujus epiſcopi, monaſterii, vel eccleſiæ, impetrato prius territorio ab archiepiſcopo & dioceſano loci illius, & quod epiſcopus habeat bonam cameram & tutam in qua jacebit, & camerarius ſuus cum eo, & de die poterit eſſe in aliis cameris dicti loci & ſtudere, & alia honeſta facere.

Item, miſſam ſuam audire in capella dicti loci, vel in aliquo alio loco honeſto ad hæc deputato.

Item, quod poſſit habere duos capellanos, & unum fratrem ordinis ſui, qui ſciat officium ſuum, non ſuſpectos.

Item, habeat unum clericum pro faciendis & ſcribendis expenſis.

Item, tres ſcutiferos, & coquum ſuum & ſubcoquum.

Item, & medicum ſuum. Et omnes iſti debent jurare quod fideliter ſe habebunt in cuſtodia dicta, nec aliquam fraudem vel dolum committent in dicta cuſtodia.

Item, cuſtodes aliqui de quibus rex confidere poſſit, clerici vel religioſi, ſi fieri poteſt, erunt ibi nomine eccleſiæ pro cuſtodia dicta: inter quos ſint duo ſapientes & diſcreti qui videant omnes litteras quas epiſcopus mittet, vel quæ ſibi mittentur. Qui non impedient quominus dictus epiſcopus poſſit ſcribere domino papæ & cardinalibus, vel aliis de curia Romana, ea quæ erunt neceſſaria pro cauſa ſua, vel negotiis eccleſiæ ſuæ, nec impediant etiam, quin licita & honeſta poſſit ſcribere officialibus & miniſtris & aliis amicis ſuis.

Item, ſigillum dicti epiſcopi ponetur in quadam arca in camera dicti epiſcopi ſub duabus clavibus, quarum epiſcopus habebit unam, & alteram alter de prædictis ſapientibus clericis vel religioſis, pro cavendo ne aliquid poſſit inde ſigillari in præjudicium dicti epiſcopi, vel aliter quam ſupra dictum eſt, nec impediatur

Digitized by Google

epiſcopus ſigillare & facere ſigillari ea quæ pertinent ad officium epiſcopale.

Item, tradet dictus rex dicto archiepiſcopò unum bonum militem, & aliquos probos & honeſtos viros in ſufficienti numero, de quibus ſibi videbitur pro ſalvo conductu & cuſtodia corporis dicti epiſcopi, ne aliqua ſævitia, vel injuria fieri poſſit in perſonam ipſius & familiæ ſuæ, qui dictum epiſcopum ſervabunt & ſuos ab omni ſævitia & injuria, ac pro cuſtodia & tuitione ipſius epiſcopi & ſuorum.

Item, habebit epiſcopus ſex aut ſeptem mulos vel equos pro ſuis neceſſariis, & famulos pro prædictis neceſſariis, qui ſtabunt extra clauſuram dictam.

Item, dictus epiſcopus poterit ſpatiari infra dictam clauſuram per pratellos, jardinos, & alia loca dictæ clauſuræ: proviſo tamen ne fugere poſſit.

Item, ſi aliquis extraneus loqueretur epiſcopo, una de prædictis ſapientibus perſonis, audiet ſermones prædictos, nec prohibebuntur homines etiam extranei non ſuſpecti ſibi loqui ſub forma prædicta.

Item, quod dicta cuſtodia fiat quouſque ſcita fuerit voluntas domini papæ, cujus voluntati debet ſtari in omnibus ſuper facto epiſcopi memorati.

Item, omnes cuſtodes jurabunt, quod fideliter ſe habebunt in cuſtodia memorata, & cuſtodia dicti epiſcopi & ſuorum.

Sciendum tamen eſt, quod ad dictos prælatos & conſiliarios congregatos venerunt dominus Ludovicus de Francia germanus regis, & Atrebatenſis, ac de S. Paulo comites ex parte regis ipſius, ut dicebant, miſſi, requirentes nomine regio prælatos & alios ſupradictos, quod honori regis & ſecuro ſtatui regni ſuper tuta cuſtodia dicti Apamienſis epiſcopi conſulenda & ordinanda ſic providere vellent, quod rex ipſe & ſui, baroneſque, & alii de regno ſuo, proinde merito contentari deberent. Dictuſque Atrebatenſis comes adjecit, dicens, id ſe dicere non nomine regis, ſed ſuo: quod ſi dictum epiſcopum Apamienſem extra cuſtodiam eccleſiæ prælati vellent, ſeu conſulerent dimittendum, bene inveniretur qui cuſtodiret eumdem, ſicut talis homo cuſtodiri debebat. Cùm autem conſilium prælatorum & aliorum prædictorum in ſcriptis redactum, traditum regi fuiſſet: rex aliis negotiis ſuis præoccupatus, abſque alia ordinatione tunc facta circa cuſtodiam dicti epiſcopi de Silvanecto receſſit. Prius tamen territorium concedi fecerat per archiepiſcopum & loci dioceſanum. Die verò quâ receſſit de loco dicto rex ipſe, ad eumdem archiepiſcopum miſit nobilem virum Johannem de Monte rubeo militem ſuum, & ballivum Sylvanecti, qui ipſum archiepiſcopum requiſierunt ex parte regis ſuper dicta cuſtodia dicti Apamienſis facienda: quibus ipſe archiepiſcopus reſpondit, quod pro ipſo archiepiſcopo, ſeu de mandato ſuo nolebat quod cuſtodiretur ut captus, epiſcopus antedictus, nec quod ſibi fieret aliqua injuria: immò, quantum in ipſo erat, volebat ipſum liberum eſſe ab omni captione & cuſtodia cujuſcumque: hoc excepto quod bene placebat ſibi, & rogabat ipſum epiſcopum cuſtodiri, abſque omni tamen ſpecie captionis, nec aliquis in perſonam dicti epiſcopi injuriam vel ſævitiam poſſet inferre, & quod liberè omnia & ſingula facere & exercere poſſet idem epiſcopus, quæ liber homo ab omni captione & carcere facere poteſt & debet, ut epiſcopus & liber ac ſolutus homo. Dixit tamen idem archiepiſcopus quod ſuper cuſtodia de qua idem epiſcopus ipſum dominum archiepiſcopum requiſierat, ut cuſtodiretur per ipſum, ſeu de mandato ſuo, nomine eccleſiæ Narbonenſis, ipſe archiepiſcopus paratus erat facere quod deberet & de jure poſſet, juxta conſilium prælatorum & aliorum peritorum, ubi & quando gentes regis ipſi archiepiſcopo ſuper his quæ reſpicere poſſent dictam cuſtodiam honeſtam & tutam, præſertim ne ſibi poſſet inferri ſævitia, vel injuria fieri, ſibi parere vellent cum effectu. Et cum dicti miles & baillivus dicerent cedulam regi traditam continentem dictum conſilium prælatorum perditam: ad requiſitionem ipſorum idem archiepiſcopus fecit tradi per notarium qui eumdem ſcripſerat, conſimilem cedulam dictum conſilium continentem; prædictiſque milite & ballivo redeuntibus ad regem, dictus archiepiſcopus volens Pariſius proficiſci, acceſſit ad domum habitationis dicti epiſcopi, & quorumdam ſervientium, qui dictum epiſcopum cuſtodire dicebantur à ſævitia & injuria. Repetiit idem archiepiſcopus verba omnino quæ dixerat ſupradictis militi & ballivo, & eadem dixit ſervientibus ipſis, de quibus omnibus per notarios publicos, qui utrobique præſentes fuerant, requiſivit ſibi fieri publica inſtrumenta, ſic quod dictus archiepiſcopus, receptâ licentiâ ab ipſo epiſcopo Pariſius venit, dicto epiſcopo in Silvanecto huc uſque remanente cum conducto regio ſupradicto.

ARTICULI CONTRA EPISCOPUM Apamiarum.

Ex archivo archiepiſcopi Narbonenſis.

In præſentia veſtra, domine Narbonenſis archiepiſcope, ac præſente B. Apamienſi epiſcopo, dico & propono ego Petrus *Flote* miles, domini regis cancellarius, nomine dicti domini regis & pro ipſo ea quæ inferius continentur.

Primò quod dictus Apamienſis epiſcopus, licet ad fidelitatem domini noſtri regis teneatur, in injuriam & blaſphemiam dicti domini regis prorumpens, dixit non ſolum ſemel & ſecundò, ſed pluries, diverſis in locis, & temporibus, coram multis perſonis eccleſiaſticis, & pluribus nobilibus & ignobilibus, quod S. Ludovicus, dum viveret, dixit eidem epiſcopo tunc abbati, quia temporibus iſtius domini regis qui nunc eſt, regnum Franciæ debebat deſtrui, & quod idem dominus rex & ſui

tempore ipſius domini regis debebant perdere A dictum regnum, & quod dictum regnum tempore ipſius dicti domini regis debebat ad alios devenire, ad ipſum dominum regem & ſuos ulterius non reverſurum.

Item, quod dictus dominus epiſcopus multotiens dixit, quod domnus noſter rex nihil omnino valebat.

Item, quod dictus dominus rex non erat de genere Caroli magni.

Item, nec de recto genere regni Franciæ.

Item, quod non erat homo, nec beſtia; ſed B imago.

Item, quod nihil omnino ſciebat niſi reſpicere homines.

Item, quod non erat dignus tenere regnum Franciæ: quia dictum regnum regere neſciebat.

Item, quod tota curia Franciæ intra & extra huc & illuc erat falſa, corrupta, & infidelis, neminem excipiendo, & rex eodem modo.

Item quod Gallici inimicabantur linguæ Toloſæ, & numquam fecerant Toloſanis bo- C num, ſed ſemper malum; & quod eis auferebant quidquid habebant, & rex eodem modo.

Item, quod rex fabricabat falſam monetam, & erat falſator monetæ.

Item quod dicta moneta erat falſa, & ſine lege, & quod non poterat eſſe falſior, & quod falſus erat qui eam faciebat fabricari.

Dixit etiam pluries idem epiſcopus Apamienſis, quod civitas Apamienſis non erat in regno Franciæ, nec de regno, & quod dominus rex in ea nihil omnino habebat. D

Item, pluries dixit, & præcepit, & cum gentibus comitis Fuxi tractavit, quod gentibus domini regis volentibus ibi aliquam juſtitiam exercere, manualiter reſiſteret & de facto.

Item quod prædictus B. Apamienſis tamquam ſceleratiſſimus in diminutionem, blaſphemiam; & contemtum dicti domini regis; ac ſubverſionem totius regni & regis, cogitavit, voluit, & conſenſit, ſat proditionaliter tractavit; ſceleſtam quantum potuit & in ſe fuit iniendo factionem per ſe, per alios, fraudulosis E machinationibus, & doloſis cum multis nobilibus & potentibus diverſimode tractando, ac permiſſiones multas & diverſas; ut ad proditionem conſentirent faciendo, quantum potuit & in ſe fuit, ea ad effectum perducens. Primò dictus epiſcopus tractavit proditionem contra dominum noſtrum regem; quantum in ſe fuit, cum comite Fuxi, & aliis, pro eo tempore quo guerra erat in Vaſconia inter dominum regem Franciæ & regem Angliæ, promittendo dicto comiti Fuxi, & aliis pro eo, quod ſi ipſe co- F mes vellet facere pacem cum ipſo epiſcopo & ſe conjurare cum eo, ipſe epiſcopus faceret ipſum comitem dominum totius terræ Tholoſæ.

Item, promiſit ſibi quod ſi idem comes vellet facere confœderationem cum dicto epiſcopo, ipſe domnus epiſcopus procuraret, quod omnes Tholoſani jurarent ſibi fidelitatem, & eum reciperent in dominum ſuum; & tunc idem epiſcopus & comes poſſent expellere de facili omnes Gallicos de patria, & acquirere totam terram.

Item, promittebat & dicebat idem epiſcopus, quod hæc bene faceret per amicos ſuos quos habebat in Tholoſa de ſuo genere, potentiores & nobiliores de tota civitate, ut dicebat.

Item, aſſerebat & promittebat dicto comiti quod omnes gentes de terra ipſum comitem libenter reciperent in dominum ſuum, & ipſum juvarent in occupatione dictæ terræ: quia non diligebant regem, nec Gallicos, quia rex & Gallici numquam fecerant ſibi bonum, ſed ſemper malum; & ſimiliter dicto comiti dominus rex & Gallici numquam fecerant bonum; ſed ſemper malum: & hoc bene ſentiret, videret, & perciperet dictus comes, ſi guerra Vaſconiæ eſſet finita.

Item, tractavit idem epiſcopus cum dicto comite, & quantumcumque potuit ipſum induxit ut reſcinderet, vel non faceret matrimonium de filio ſuo cum filia domini Philippi Atrebatenſis, ſed quod faceret dictus comes matrimonium de filio ſuo cum filia regis Aragonum, ut dictum regem Aragonum & ſuos haberet adjutores in occupatione & captione terræ Toloſanæ.

Item, dicebat dictus epiſcopus dicto comiti, quod in iſtis Gallicis numquam inveniret fidelitatem; & pro dicto matrimonio celebrato nihil appretiarentur eum; aſſerens etiam quod omnes de domo regis Aragonum ſemper dilexerant dictum comitem Fuxi & ſuos.

Item, obtulit & promiſit dictus epiſcopus dicto comiti ire ad regem Aragonum ſuis propriis ſumtibus & expenſis, pro dicto matrimonio procurando inter filium dicti comitis, & filiam dicti regis Aragonum, & pro pace inter eos reformanda; dicens cauſam idem epiſcopus, & aſſerens quod dictus rex Aragonum erat ſuus intimus & magnus amicus.

Item, tractavit dictus epiſcopus cum dicto comite & quantum potuit eum induxit ut faceret pacem cum comitibus Armaniaci & Convenarum, ut eos haberet adjutores in occupatione terræ Toloſæ, dicens quod ipſi comites colligati ac uniti & conjurati invicem, ac matrimonio de filio ſuo & filia ſua regis Aragonum celebrato, & cum mala voluntate gentium terræ quam habent erga dominum regem, poſſent de facili occupare dictam terram.

Item tractavit dictus epiſcopus per litteras & nuncium cum comite Convenarum, & quantum potuit ipſum induxit; ut dictus comes eſſet adverſarius, hoſtis & inimicus domini regis; promittendo dicto comiti quod gentes de Toloſa libenter ipſum reciperent in dominum ſuum, & quod erat de recta linea comitis Toloſani, & de cauſa illa gentes terræ ipſum diligebant, & ipſum in dominum ſuum vellent habere præ omnibus.

Item, volebat dictus epiſcopus & tractabat quod

dictus comes ſe juraret cum eo, & promittebat A eidem comiti, quod amici ſui de Toloſa & de genere ſuo ſe jurarent cum dicto comite.

Item, quod dictus epiſcopus tractavit cum dicto comite, quod epiſcopus Toloſanus expelleretur de epiſcopatu Toloſano, ut magis de facili terra per dictum comitem poſſet occupari & capi.

Item, ſcripſit quamdam litteram dicto comiti, quæ dirigebatur ſummo pontifici, in qua multa mala & diverſa mendacia continebantur contra epiſcopum Toloſanum. B Mandavit etiam ſibi idem Apamienſis epiſcopus, quod ſimiles litteras à ſuis communitatibus procuraret idem comes, & quod faceret ſibi fieri ſigilla, quantumcumque eſſent modicæ litteræ quæ dirigerentur ſummo pontifici. Et mandavit dicto comiti, quod conſimilem litteram haberet dictus epiſcopus à conſulibus & univerſitate Toloſanis, & aliis multis viis fraudulosis & machinationibus doloſis tractavit ad amovendum dictum epiſcopum Toloſanum.

Item, mandavit ſibi quod omnino volebat quod pax fieret inter dictum epiſcopum C & comitem Armaniaci ex una parte, & comitem Fuxi ex altera; & tunc dicto epiſcopo amoto, & facta pace inter ipſos, comites poſſent facere voluntatem ſuam de terra Toloſana, & ibi totaliter dominari.

Item mandavit ſibi dictus epiſcopus, quod haberet bonum cor & nobile; & quod omnia venirent ſibi ad votum, aſſerens prædicta poſſe fieri de facili, quia rex omnino nihil valebat, & mandavit ſibi unum computum de ave: Aves elegerunt in regem quamdam avem vocatam *Duc*, & eſt avis pulchrior & major inter D omnes aves, & accedit ſemel quod pica conqueſta fuerat de accipitre dicto domino regi, & congregatis avibus, dictus rex nihil dixit niſi quod flavit *vel*. Idem de rege noſtro dicebat ipſe epiſcopus, qui ipſe eſt pulcrior homo de mundo, & tamen nihil ſcit facere, niſi reſpicere homines.

Mandavit etiam ſibi quod tempore iſtius regis qui nunc eſt, regnum Franciæ finiret, & & quod hæc audiverat à ſancto Ludovico pluries recitari.

Prædicta autem omnia vel pro majori parte E cogitavit, dixit, tractavit, & in quantum in ſe fuit perfecit epiſcopus antedictus, durante guerra Vaſconiæ inter dominum regem Franciæ & regem Angliæ, ad illum finem & illa intentione, ut homines ad proditionem moverentur & concitarentur contra regem, ad ſubverſionem totius regni, & diminutionem honoris & juris regis, prout ſupra eſt expreſſum.

Quæ omnia ſuperiùs expreſſata, vobis, domine archiepiſcope, tamquam ipſius epiſcopi Appamienſis metropolitano & ſuo judici ordinario, ego prædictus Petrus præſente F domino noſtro Philippo Dei gratia rege Francorum, ac pro ipſo inſinuo, ſignifico, ac tamquam vera & manifeſta, ac jam quaſi per totum regnum Franciæ divulgata, ad veſtram notitiam produco: ſuper quibus omnibus ſeu majori parte præmiſſorum in continenti poteſtis ſufficienter informari; voſque ex parte domini mei regis, inſtantia qua decet requiro, ut de perſona dicti epiſcopi, ne perficiat quod incepit, & cùm periculum ſit in mora; ſic vos teneatis ſecurum; eum taliter cuſtodiendo, ut de eo, per eum, ad quem pertinet, poſſit juſtitia fieri & executio ſententiæ, tamquam contra committentem crimen leſæ majeſtatis, ad effectum debitum perduci; in præmiſſis taliter vos habentes, ne ob veſtri negligentiam vel defectum (quod abſit) dominus rex cogatur, juſtitia exigente, aliud remedium adhibere.

SEQUITUR DE NEGOTIO Apamienſis epiſcopi.

UNiverſis præſentes litteras inſpecturis, Berengarius Biterrenſis, & Gaucelmus Magalonenſis divinâ permiſſione epiſcopi ſalutem in Domino ſempiternam.

Anno 1301. Ex Archivis archiepiſcopi Narbonenſis.

Notum ſit quod cum die Martis poſt feſtum beati Lucæ evangeliſtæ, circa horam tertiæ, apud Silvanectum in camera regalis palatii dicti loci, magnificus princeps dominus rex Franciæ illuſtris in præſentia RR. Patrum Ægidii Narbonenſis, & Auxitani divinâ providentiâ archiepiſcoporum, necnon Autiſſiodorenſis, Belvacenſis, Anicienſis, & Trecenſis Dei gratiâ epiſcoporum, & noſtrum & multorum comitum, baronum, ac religioſorum nobilium, clericorum, militum, & aliarum quamplurium venerabilium perſonarum proponi feciſſet, contra venerabilem patrem dominum B. Dei gratiâ Apamienſem epiſcopum ibidem præſentem, quem ad diem prædictam coram ſe fecerat evocari, crimina proditionis, ſeditionis, & alia quamplurima enormia & graviſſima crimina, & delicta quæ dicebat ipſum dominum Apamienſem epiſcopum commiſiſſe contra Deum & ſuam regiam majeſtatem, & rempublicam regni ſui: de quibus dicebat idem rex ſe fuiſſe pleniſſimè informatum, ipſumque dominum archiepiſcopum Narbonenſem, cui offerebat ſe paratum in continenti informare, eumdemque per legitimas probationes de criminibus ſupradictis commiſſis, ut dicebatur, per dictum dominum Apamienſem epiſcopum, & facere concedi, quoad hoc territorium ipſi domino Narbonenſi archiepiſcopo, per archiepiſcopum & loci dioceſanum requiſiiſſet inſtanter, ut præfatum Apamienſem epiſcopum, ne conceptam, ut dicebatur, proditionis & ſeditionis materiam poſſet perducere ad effectum, in tam arto carcere cuſtodiret, ſicut requirebant crimina ſupradicta, & ut punitionem condignam, quam ſe proſecuturum aſſeruit idem dominus rex, obtinere valeret, apertiùs prædicens idem rex quod in defectu domini archiepiſcopi eumdem Apamienſem epiſcopum faceret, ut præmittitur, cuſtodiri. Et quamvis dictus dominus archiepiſcopus reſpondiſſet, quod maturè erat in tanto negotio procedendum, & quod com-

Digitized by Google

municato prius conſilio cum prælatis, præſertim ſuffraganeis ſuis, & aliis peritis, tam in villa dicta, quàm Pariſius, & alibi in regno exiſtentibus, conſultoque primitùs domino noſtro ſummo pontifice, paratus erat, quod mediante juſtitiâ ſecundum Deum & ſacros canones in hac parte facere teneretur: magnique fremitus, terrores, comminationes, & minæ contra perſonam dicti domini Appamienſis epiſcopi proceſſiſſent ibidem, propter quæ, nec immeritò, de proprii corporis periculo dicto domino Apamienſi epiſcopo formidandum fuiſſet, niſi dominus rex præfatus, ad ſupplicationem memorati domni Narbonenſis archiepiſcopi, ac domni Autiſſiodorenſis epiſcopi ſupradicti, hoc prohibuiſſet diſtrictè, & ad plenam tuitionem & ſecuritatem dicti domni Appamienſis epiſcopi ab omni ſævitia & injuria certos rex ipſe motu proprio ſibi præcepiſſet deputari cuſtodes; videlicet nobilem virum dominum Johannem de Burlatio magiſtrum baliſtariorum, militemque domini regis, ac quoſdam ſervientes armorum ejuſdem. Supradictuſque dominus Apamienſis epiſcopus, viſis & auditis præmiſſis, propoſuiſſet, quod malebat per præfatum dominum archiepiſcopum, quàm per manum regiam cuſtodiri, inſtanterque requiſiſſet idem domnus Apamienſis præfatum domnum Narbonenſem archiepiſcopum, quod ad tollendum ſcandalum, & corpori ſuo imminens periculum, præſertim cum publicè dictum fuerit ibidem, quod dicta prohibitio facta per regem de non ſæviendo in perſonam ipſius domni Apamienſis epiſcopi, facta fuerat ſub illis conditione & modo, ſi idem domnus epiſcopus auctoritate domni Narbonenſis archiepiſcopi prædicti in tuta & arcta cuſtodia teneretur, nec aliàs artabat ſubditos regios, prout per quoſdam ex ſubditis ipſis id publicè profitentes extitit declaratum expreſſim, ipſum faceret in manu Eccleſiæ cuſtodiri; prout ſibi expediens videretur.

Præfatus domnus Johannes de Burlatio miles ad dictam cuſtodiam à ſævitia & injuria non inferendis eidem domno epiſcopo per dominum regem, ut dictum eſt, deputatus, eâdem die horâ tardâ ad dominum dictum archiepiſcopum Narbonenſem accedens, requiſivit eumdem ſuper cuſtodia & modo cuſtodiæ domni Apamienſis. Sæpedictus Narbonenſis archiepiſcopus in præſentia noſtra & teſtium ſubſcriptorum, reſpondit & dixit eidem militi: quod quantum in ipſo erat, nolebat quod aliquid in perſonam dicti epiſcopi, vel familiarium ſuorum innovaretur, per quod idem epiſcopus Apamienſis perderet priſtinam libertatem, quam regales habere dicebant ipſum epiſcopum priuſquam veniret apud Silvanectum, & quam debet habere epiſcopus necdum convictus de criminibus ſibi impoſitis, nec volebat quantum in eo erat, quod aliquis, ſeu aliqui de ſervientibus dictis jacerent in camera dicti epiſcopi Apamienſis, nec quod prohibitiones ſibi fierent, vel familiaribus ſuis, quatenus poſſet loqui cum eis quandocumque videretur eidem: ſed ſolum rogabat militem prædictum, quod dictus domnus epiſcopus ſine fraude cuſtodiretur ab omni ſævitia & injuria, de quibus meritò timebatur, ne inferrentur eidem: ità quod hujuſmodi cuſtodia non traheretur ad aliquam ſpeciem captionis; ipſumque epiſcopum, quantum erat in eo, liberum ab omni captione eſſe volebat, & in eâ libertate perſiſtere, in quanta fuerat temporibus retroactis; loquendo cum familiaribus ſuis, ſcribendo & mandando litteras ad curiam Romanam, & ubicumque placeret eidem pro ſuis & eccleſiæ ſuæ negotiis, jacendo ſolus in camera ſua, & quæcumque alia faciendo quæ homo liber ab omni captione & carcere facere poteſt & debet: cum ſi eſſet idem domnus epiſcopus in cuſtodia eccleſiæ, majori quàm ante, videlicet dum veniebat ad regem, deberet libertate gaudere: quo tempore dictus dominus Johannes, & alii regales dicebant & aſſerebant dictum Apamienſem epiſcopum fuiſſe liberum ab omni ſpe captionis. Acta fuerunt hæc apud Silvanectum, in abbatia ſancti Vincentii, ordinis ſancti Auguſtini, videlicet requiſitio dicti militis, & reſponſio domini Narbonenſis archiepiſcopi memorati ſupradicti die Martis poſt feſtum beati Lucæ; horâ tardâ, ſicut præmiſſum eſt, dictæ diei, ſcilicet circa crepuſculum, anno ab Incarnatione Domini MCCCI. pontificatûs ſanctiſſimi patris domini BONIFACII papæ VIII. anno VII. præſentibus venerabilibus viris magiſtris Guillelmo de Rupe-fixa Biterrenſis, & Durando de Fontemarino Nivernenſis eccleſiarum canonicis, ac religioſo fratre Raymundo de Agone canonico Magalonenſi, dominis Guillelmo de Garriga, de *Jeu*, & Guillelmo de Sancto Floro de nova eccleſia Claromon. ac Laur. Monia ſancti Andreæ de Veyranicis Magalonenſis dioceſum eccleſiarum rectoribus ac preſbyteris, & Arnaldo de Salgue, ac Bertrando Varnaſſe domicellis, & Ægidio Arnaldi, & pluribus aliis teſtibus ad præmiſſa vocatis.

LITTERÆ AMELII PRIORIS, & conventûs beatæ MARIÆ Deauratæ, de Tholoſano ſancti Jacobi hoſpitali.

Anno 1303. *Ex autographo.*

AMELIUS de Caſtanherio beatæ MARIÆ Deauratæ Tholoſanæ prior, de voluntate, & expreſſo conſenſu Raymundi de Podiopetroſo prioris clauſtralis, Raymundi Cabirolli operarii, Johannis de Villa-franca infirmarii, Petri de Villa-nova ſacriſtæ, Galhardi de Rupe pitancerii, Arnaldi Boſati prioris ſancti Ruſticii, Raymundi Bernardi de Caſtanherio prioris de Cucomonte, & Franciſci *Mocas* ejuſdem monaſterii monachorum ad honorem Dei & gloriam, ac ipſius beatiſſimæ Matris Virginis MARIÆ omniumque ſanctorum, necnon ob reverentiam & inſtantiam JOHANNÆ illuſtriſſimæ Franciæ reginæ, damus & concedimus ſub annua quindecim librarum Turonenſium parvorum penſione, hoſpitale ſancti

Digitized by Google

Jacobi Veteris de Sancto Cypriano Tholoſæ, domos & hortos illi contiguos, cum ædificiis, baſtimentis, clauſuris, & omnibus illius pertinentiis & juribus, terris, vineis, & aliis; ſororibus Guillelmæ filiæ quondam Bernardi *Dayde* de Caſtro-Saraceno, Genſes *de Sayches*, Agneti *la Filhadio*, Johannæ *de Francor*, Bernardæ de Duraddo, Anſelmæ *de Sega*, Raymundæ de Raymundo Johannis, Marqueſiæ Durandi, Bertrandæ *de Migo*, Sabtalinæ filiæ Dominici Bertrandi, Eſclarmundæ Jordanis, Saurimundæ *de Bolega*, Guillelmæ *de Bolega*, Guillelmæ *de Scala*, Alaiciæ *de Pinu*, Reginæ *de Gros*, Navarræ filiæ Thomæ, Bernardæ de Vecelino, Jamæ *Delſau*, Covinæ de Amelhio, Reſplendiæ Joannæ, Tolſanæ de Fabro, & Vegæ, vocatis ſororibus beatæ MARIÆ Deauratæ; quas etiam deinceps ita appellari volumus, ſtatuentes ut in dicto loco, ſeu hoſpitali vivant ut mulieres ſingulares, honeſtæ, ſine collegio & conventu, ſine abbatiſſa, prioriſſa, ſeu alia prælata per eas eligenda; ſub regimine & gubernatione priorum Deauratæ: diviniſque officiis & pauperibus inſerviant, &c. Præfatam Guillelmam filiam Bernardi *Dayde* aliarum majoriſſam & gubernatricem ad libitum removendam inſtituimus.

Acta ſunt hæc VII. exitûs Januarii, anno ab Incarnatione Domini MCCCIII.

PHILIPPI REGIS FRANCORUM litteræ ad epiſcopum Albienſem.

Ut conceſſam ſibi ad ſubveniendum bello Flandrico decimam quantocius ſolvi procuret.

Anno 1303. Ex archivo archiepiſcopi Albienſis.

PHILIPPUS Dei gratiâ Francorum rex, dilecto & fideli noſtro epiſcopo Albienſi ſalutem & dilectionem.

Quia Flamingorum rebellium noſtrorum nefanda peverſitas magis ac magis quotidie invaleſcens, ad ſubverſionem, deſtructionem & excidium regni noſtri aſperius ſolitæ ſuæ malignitatis conatus exponit: adeo quod nuper ad civitatem Morinenſem, & nonnullas alias villas, & loca Morinenſis, Atrebatenſis, & Tornacenſis dioceſum, cum multitudine ſatellitum hoſtiliter accedentes, beatæ MARIÆ Morinenſis, & aliarum villarum & locorum prædictorum eccleſias, ipſius Virginis & aliorum ſanctorum imagines exeuntes, in eis ipſorum reverentia penitus retrojecta, & divino timore poſtpoſito, nefandis auſibus, & temeritate ſacrilegâ, ignis incendio concremarunt, ac civitatem, villas, & loca prædicta per depopulationes & cædes, depoſitâ omni humanitate, aut manſuetudine, totaliter deſtruxerunt, nec Deo, nec homini, nec perſonæ, nec dignitati aliquatenus deferentes, nec ſexui, nec ætati parcentes. Nos ad deffenſionem neceſſariam dicti regni, eccleſiarum, & eccleſiaſticarum perſonarum, ac prædictorum rebellium conterendam ſuperbiam, ac ulciſcendos exceſſus, & alios compeſcendos totis ut condecet ſtudiis intendentes, noſque cum baronibus & fidelibus aliis noſtris, & ingenti, ſicut res exigit, gentis armigeræ comitivâ, ad partes illas propter hæc perſonaliter conferentes: quia pro negotio deffenſionis hujuſmodi importabilia ſubire continuè nos oportet onera & expenſas; dilectos & fideles noſtros nonnullos archiepiſcopos & epiſcopos regni prædicti, ad noſtram præſentiam, propter hæc ſpecialiter evocatos, requiri fecimus, ut nobis in ſubſidium hujuſmodi expenſarum, decimam nobis olim cum dimidia decima ab eis & aliis prælatis ſub certa forma pro dicti regni deffenſione conceſſa, præſentialiter exhiberent, prædicta media decima aliàs congruo tempore perſolvenda. Ipſi verò neceſſitates & onera quæ incumbunt debitis conſiderationibus attendentes, tam pro dictis neceſſitatibus, quam pro gratiis infraſcriptis, requiſitionibus noſtris in hac parte liberaliter aſſenſerunt. Nos autem eorum devotionem gratuitam & gratitudinem liberalem volentes gratâ recognitione reſpicere, ad eorum ſupplicationem, tam ſibi, quàm aliis prælatis, abbatibus, prioribus, eccleſiis, capitulis, conventibus, collegiis, & aliis perſonis eccleſiaſticis, regularibus & ſæcularibus dicti regni, de ſpeciali gratia duximus concedendum, quod omnis conqueſtus per eos in feudis & retrofeudis, cenſivis & allodiis noſtris factos, quibuſcumque temporibus retroactis, uſque ad diem præſentem datæ litterarum, tenere & pacificè perpetuò poſſidere valeant abſque coactione vendendi, vel extra manum ſuam ponendi, aut præſtandi financias pro eiſdem, ſibi per vos, vel ſucceſſores veſtros in poſterum faciendum, uſque tam ipſi, quàm alii prælati, & perſonæ eccleſiaſticæ, qui prædictam decimam ſolverunt, in præſenti de veniendo, vel mittendo hac vice in noſtrum Flandrenſem exercitum, vel finando, aut præſtando ſubventionem aliam pro eodem excuſati penitus & immunes nihilominus habeantur. Quocirca dilectionem veſtram requirimus, & rogamus, quatenus prædictas neceſſitates & onera attendentes, & quod in hoc caſu cauſa noſtra, eccleſiarum, & perſonarum eccleſiaſticarum dicti regni, ſingulariter omnium, & generaliter ſingulorum agi dignoſcitur, & proprium cujuſlibet proſequitur intereſſe: nobis in tanta neceſſitatis urgentia prædictam decimam in præſenti ſolvere & exhibere curetis, & abbatibus, prioribus, eccleſiis, capitulis, conventibus, collegiis, & aliis perſonis eccleſiaſticis, regularibus & ſæcularibus, civitatis & dioceſis Albienſis, faciatis perſonaliter exhiberi, eamque per illos per quos alias, necnon juxta formam & taxationem, quibus alias colligi conſuevit, fideliter colligi & theſaurariæ Pariſius cum omnimodæ accelerationis inſtantia apportari. Damus autem Tholoſæ & Carcaſſonæ ſeneſcallis, vel eorum loca tenentibus, & aliis juſtitiariis noſtris quibuſlibet præſentibus in mandatis, ut perſonas eccleſiaſticas prædictas ad ſolutionem hujuſmodi decimæ, ſi opus fue-

Digitized by Google

rit, ad veſtram requiſitionem compellant, & quod inde receperint, vobis liberent integrè & aſſignent, præſentes litteras noſtro munitas ſigillo recepturi, quid, quantum, & quando vobis tradiderint continentes. Eiſdem ſeneſcallo & juſtitiariis mandamus nihilominus, ut ſi quæ de perſonis eccleſiaſticis prædictis in ſolutione hujuſmodi decimæ rebelles (quod abſit) extiterint, circa hæc totaliter de remediis opportunis provideant, ne in tantæ neceſſitatis articulo, ob defectum ſubſidii, regnum noſtrum remaneat indefenſum.

Actum apud Longum-campum die Mercurii poſt Aſſumtionem beatæ MARIÆ Virginis, anno Domini MCCCIII.

EPISTOLA R. EPISCOPI AGATHENSIS ad canonicos Sancti Martini Turonenſis.

Significat diem quo Amalricus de Tureyo matrimonium contraxit.

Anno 1303. Ex autographo.

NObilibus viris dominis ſuis & amicis cariſſimis venerabili capitulo eccleſiæ beati MARTINI Turonenſis, R. ſolâ Dei permiſſione Agathenſis epiſcopus cum omni exhibitione reverentiæ & honoris ſe paratiſſimum ad ipſius beneplacita voluntatis.

Veſtræ dominationi eſſe volumus manifeſtum, quod nobilis vir dominus AMALRICUS de Tureio miles, dominus de Leſpinhano, anno Domini MCCCI. dominicâ infra octabas apoſtolorum Petri & Pauli contraxit in manibus noſtris matrimonium de præſenti. In cujus rei teſtimonium, ſigillum noſtrum præſentibus duximus apponendum. Scribatis nobis, cariſſimi domini, quod volueritis nos facturos; ſumus enim promtiſſimi vobis per omnia complacere.

Datum in caſtro de Marciliano eccleſiæ Agathenſis, die feſto ſancti Martini hyemalis, anno Domini MCCCIII.

PRIVILEGIUM PHILIPPI regis Francorum, in gratiam Remenſis archiepiſcopi, & ſuffraganeorum ejus.

Anno 1304.

PHILIPPUS Dei gratiâ Francorum rex, univerſis præſentes litteras inſpecturis ſalutem.

Notum facimus, quod oblatam ſubſidii liberalitatem ab archiepiſcopo & ſuffraganeis Remenſibus fidelibus noſtris faciendi pro ſubſidio terræ noſtræ Flandrenſis inſtanti gratam plurimùm & acceptam habentes, eiſdem gratioſius reſpondendo tenore præſentium duximus concedendum. Primò, quod nos monetas ejuſdem valoris & ponderis, quorum erant tempore beatiſſimi LUDOVICI avi noſtri, & tempore genitoris noſtri, ac noſtro, antequam mutarentur, fieri & cudi infra inſtans feſtum Omnium-ſanctorum, & curſum habere continuum infra proximum ſequens Paſcha, & inter hujuſmodi terminos illas quæ modò currunt paulatim diminui faciemus. Item, quod omnia acquiſita à tempore retroacto uſque ad tempus præſentis conceſſionis à prælatis, collegiis, & aliis eccleſiaſticis, & piis locis ſubventionem prædictam ſolventibus, in feodis, retrofeodis, cenſivis, retrocenſivis, & allodiis noſtris, ac ſubditorum noſtrorum, necnon & poſſeſſiones quas pro eccleſiis fundandis de novo, vel ampliandis extra, vel infra villas domibus rectorum eccleſiarum parochialium, & pro cimiteriis, non ad ſuperfluitatem, ſed ad convenientem neceſſitatem acquiri continget, tenere poſſint perpetuò abſque coactione vendendi, vel extra manum ſuam ponendi, aut nobis præſtandi financiam pro eiſdem; & quod nos poſſeſſores hujuſmodi poſſeſſionum pro eccleſiis & cimiteriis fundandis, ſeu ampliandis, ut præmittitur, debitè compelli ad eas dimittendas juſto mediante pretio faciemus. Item, quod bona mobilia eccleſiaſticarum perſonarum & clericorum clericaliter viventium non capientur, vel juſtitiabuntur in aliquo caſu per juſtitiam ſæcularem. Item, quod advocationes & recognitiones novæ quæ ab eccleſiarum ſubditis nobis fiunt, nullatenus admittentur, & factas de novo faciemus penitus revocari. Item, quod prætextu alicujus gardiæ antiquæ in perſonis eccleſiaſticis abſque facultate fideliter exſequantur. Item, quod non impedientur, aut inquietabuntur eccleſiæ ſuper poſſeſſionibus, ſeu reditibus emtis vel emendis in juſtitiis, feodis, retrofeodis, aut cenſivis ſuis, quin ea abſque aliqua propter hoc præſtanda financia, etiamſi merum non habeant imperium, perpetuò pacificè tenere valeant & quietè. Item, quod tollantur gravamina eis per gentes noſtras illata, ac noſtra jam conceſſa ſtatuta ſerventur, & ea baillivi noſtri jurare teneantur ſe firmiter ſervaturos. Item, quod ſi aliquod onus per Romanam eccleſiam ad opus noſtrum prælatis prædictis imponatur, durantibus terminis ſolutionum decimarum nobis conceſſarum, ab eis ad hujuſmodi ſolutiones profuturis inde terminis uſque ad concurrentes ſubventionum hujuſmodi quantitates nullatenus teneantur: ſimiliter nec tenebuntur ad eumdem, vel mittendum, ſeu redimendum pro exercitu præſentis anni. Item, quod non eſt intentionis noſtræ, nec voluntatis, quod prætextu ſubventionum & præſtationum quarumlibet factarum in terris dictorum prælatorum ex parte noſtra pro neceſſitate guerrarum à perſonis ſubditis vel juſtitialibus ſibi de conſuetudine, vel de jure eis, vel eccleſiis, aut perſonis aliquod generetur præjudicium, vel novum jus propter hoc nobis acquiratur, ſed in eiſdem libertatibus & franchiſiis, in quibus ante guerras inceptas erant, legitimè perſeverent. Item, quod ad opus gratificationum noſtrarum bona eorum, vel ſubditorum ſuorum ſubventionem noſtram ſolventium, eis invitis nullatenus capiantur. Item, quod impedimenta ac gravamina quæ in feodis prælatorum prædictorum ponentur, amoveri debitè facie-

Digitized by Google

mus. Item, quod nihil occaſione ſubventionis noviter nobis conceſſæ levabitur ab hominibus eccleſiarum de corte, ſeu de manu...... alto & baſſo, ad voluntatem tailliabilibus, & ſi aliquid ab eis contingat exigi, id eccleſiis hujuſmodi de præſtando ab eis ſubſidio deducetur. Item, quod ſi pace à nobis...... ſolvend. de dicto ſubſidio pro terminis inde futuris amplius non ſolvatur. Item, quod ſi fortè treuga longa fiat, illâ durante, ceſſabitur à dicto ſolvendo ſubſidio pro venturis terminis, donec illa treuga ſit finita. Item, & quod ſubſidium illud juxta ipſius conceſſionis tenorem per dictos prælatos, ſeu auctoritate eorum levabitur nobis, ſeu gentibus noſtris ad hoc...... ſeu etiam deputatis quàm citiùs aſſignand. In cujus rei teſtimonium, litteris præſentibus noſtrum fecimus apponi ſigillum.

Actum...... die...... Maii, anno Domini MCCCIV.

EPISTOLA PHILIPPI REGIS ad epiſcopum Belvacenſem.
loux, qui ſont dever JEHAN mon fils, à cheſcun xxx. livres. A Herbelot mon charctier xxx. livres Tournois ; au petit couſturier de ma garderobe xxx. livres ; à Jehan Bouvet keu Jehan mon fils xl. livres Tournois ; à Lopin de ſa cuiſine xx. livres, à Groignart, de ma cuiſine, & à Simonet de Frontevaux deu gardemanger, à cheſcun xx. livres Tournois ; à Jehan Brodier mon fourrier lx. livres Tournois ; à Guillaume mon fruitier, Pierre dou Puys, Jehan Malebeſte huiſſier de ſale, frere Giofroy de Trou, frere Jehan Bourdon, frere Phelippe de Savigné, cely qui maine le charriot mes domaiſelles, Robinet Lermite, Uguenot vallez de ma chambre, Uguenin de Talan aideur de ma chambre, Phelipot fourrier Jehan mon fils ; à Nicolas mon apothecaire, Girart mon vallet de porte, Bouchart de meſchançonnerie, Jehamin garde-huche, & à Robin de Chaumes, à tous ceux cy-deſſus nommez je leſſe en commun m. livres Tournois à departir entre eux par la main de mes executours, & avec eux en celle ſomme ſoit ajoutez mes vallez ſervans en ſalle, & les vallez tenanz a mon char & à ma leitiere, & à la leitiere Marie ma fille, & Perrot vallet des pallefrois Jehan mon fils, & Briſepont à leur departir à tous enſemble leſdits m. livres par la main de mes executeurs, ſi comme deſſus eſt dit, à cheſcun ſelont ce qu'il leur ſemblera, & que cheſcun aura ſervy. Item, à Piſſons vallet de porte Jehan mon fils xxx. livres, & à Renaut le mareſchal xx. livres, & à Jehamin mon mareſchal xxx. livres Tournois.

Et à ces chouſes faire & accomplir je eſlis mes executours reverenz peres en Dieu l'eveſque de Paris, & noſtre amé couſin l'eveſque de Langres, nos freres le duc de Bourgoigne, & le conte de Tonnerre, meſſire Pierre de Semur, & mr Jehan mon aumoſnier, és mains de quiex je met dès maintenant mes joyaux & mes moebles, deſquiex je n'ay pas ailleurs ordené, pour accomplir ceſt mien preſent teſtament. Et ou cas où il ne ſouffiroient, je vueil qu'il lieuent & eſploitent les rentes & les iſſuës de mon heritage, juſques à tant que ceſt mien teſtament ſoit accompli, ainſi comme il eſt cy deſſus deviſé ; & ou cas qu'il y ait dou demourant de meſdits joyaux & moebles, je vueil que mes deſſuſdits executours diſtribuent ledit demourant, ainſi comme il verront qu'il ſera à fere pour le ſalut de m'ame, & done povoir & auctorité à meſdits executours de fere & eſtablir procur à Tours ou cas où il ſeret meſtier. Et vueil & ordene que ſe tous ne povaint eſtre enſemble, que deux ou trois le puiſſent accomplir, & leur donne povoir & auctorité de interpreter & deſclarer les chouſes doubteuſes. Et ou cas qu'ils ne ſeroient pas d'un accort, que la Sentence de la guigneur partie ſoit tenuë.

Et ceſt mien teſtament je veil & ordene, que il tiegne e vaille par reſon de teſtament, ou de darreniere volenté en eſcritpt ; & ſe il ne vaut par reſon de teſtament en eſcript, vaille par reſon de teſtament noncupatif ; & ſe il ne vaut par cauſe des reſons deſſuſdites, ſi vaille par reſon de codicille ou de darroienne volenté. Et ſe aucun autre teſtament appariſſoit, que je euſſe autrefois fait, je le rapelle & annule par ceſt preſent eſcript, & prie, ſupplie, & requier à mon tres-chier & tres-redouté ſeigneur monſeigneur le roy de France, que il veille ceſti mien teſtament approuver, rateffier & confermer, & donner auctorité.

Et nous PHELIPPES par la grace de Dieu roy de France, toutes les chouſes cy-deſſus contenuës avons veuës & leuës mout à mout, & les avons fermes & agreables ; & de certaine ſcience les confermons, & approuvons toutes & cheſcune par ſoy, & avons donné & donnons à noſtre chiere & amée compaigne auctorité de ce fere, & à plus grant confirmation des chouſes deſſuſdites, nous avons fet metre noſtre grand ſeel en ceſt preſent teſtament avecques le ſien. Donné à Saint Denys en France le meſcredy unze jours en May, l'an de grace mil trois centz vint & neuf.

Encore eliſons nous noſtre executour avecques les autres executours cy-deſſus nommez, religieuſe perſonne & honneſte noſtre bien amé en Dieu l'abbé de Saint Germain des Prez de lez Paris, & li donnons au tel povoir come à l'un de noz autres executours cy-deſſus nommez. Donné l'an & le jour deſſuſdiz.

Et ſcellé en las de ſoye verte & rouge du grand ſceau de cire verte, repréſentant le roy PHILIPPES *de Valois en ſon troſne, la couronne en teſte, tenant de la main droite ſon ſceptre, & de la gauche la main de juſtice. Autour du ſceau eſt eſcrit.* PHILIPPUS Dei gratiâ Francorum rex. *Et au revers pour contreſcel un eſcu en pointe ſemé de France ſans nombre. Le ſceau a quatre pouces de diametre, & neuf lignes d'eſpaiſſeur.*

QUOMODO DOMINUS REX dedit fratri beati LUDOVICI de Marcellis cc. libras terræ ſuper præpoſituram & voeriam Cenomanenſem.

Anno 1330. Ex mſ. Cl. V. Petri Menard, urbis Turonenſis præfecti.

PHILIPPE, &c. Sçavoir faiſons à tous preſens, que nous voulans & deſirans que la frairie de ſaint Loüis de Marſeille noſtre oncle, commencée & fondée par nous & par noſtre tres-chiere compagne la royne en l'honneur de Dieu & de Noſtre-Dame, dudit ſaint LOUIS, en l'egliſe des freres Cordeliers du Mans au perdurable en la forme & en la maniere qu'elle a eſté ordonnée, & que le ſervice divin puiſſe eſtre ſolemnellement celebré chacun an à la veille & au jour de la feſte dudit Saint, ſi comme accouſtumé a eſté, ou mieux par amendement : nous à l'uſage & ſuſtentation & à profit de ladite frairie donnons & aſſignons à icelledite frairie à perpetuité deux cent livres pariſis de rente à prendre & recevoir par les procureurs de ladite frairie, que les freres d'icelle y eſtabliront ſur noſtre prevoſté & voirie du Mans par la main de nos voyers, ou

provos, qui pour le temps ſeront chacun an doreſnavant au jour de la veille de ladite feſte; & volons que pour entrer en ſaiſine, le premier payement en ſoit au jour de la veille de la prochaine feſte dudit ſaint Loüis. Et pour ce que ce ſoit choſe ferme, &c.

Au Vivier en Brie le Jeudy aprés la Noſtre Dame my-Aouſt, l'an de grace MCCCXXX.

COPIE DE LA LETTRE de l'ommage fait au roy à Amiens par le roy d'Angleterre.

Anno 1331. Ex mſ. domini Bulteau.

IN Dei Nomine. Amen. Hoc eſt tranſſumtum litterarum inclyti principis domini EDOARDI regis Angliæ illuſtris, domini Hyberniæ, ac ducis Aquitaniæ, ſigillo ejus pendenti, prout primâ facie apparebat, ſigillatas, quarum tenor talis eſt: EDOUARD par la grace de Dieu roy d'Angleterre, ſeigneur d'Illande, & duc d'Aquitaine: à tous ceulx qui ces preſentes lettres verront & oiront, ſalut. Sçavoir faiſons que comme feyſſions à Amiens hommage à excellent prince noſtre cher ſeigneur & couſin PHILIPPE roy de France, lors nous fut dit & requis de part luy, que nous recongniſſions ledit hommage eſtre lige; & que nous en faiſant ledit hommage luy promiſſions expreſſement foy & loyauté porter: laquelle choſe nous ne feiſmes pas lors, pource que nous n'eſtions enformez, ne certains, que ainſi le deuſſions faire. Feiſmes audit roy de France l'hommage par tele forme & maniere, que nous entrions en ſon hommage, ainſi comme nos predeceſſeurs ducs de Guyenne eſtoient entrez en hommage des roys de France qui avoient eſté pour le temps. Et depuis en çà nous ſoyons bien enfourmez & acertenez de la verité, recongnoiſſons par ces preſentes lettres que ledit hommage que nous feiſmes à Amiens au roy de France, combien que nous feiſmes par paroles generales, ſi eſt, & doit eſtre entendus lige, & que nous luy devons foy & loyauté porter comme ducs d'Acquitaine & Pers de France, & comme comte de Pontieu & de Monſtroille. Et luy promettons doreſenavant foy loyauté porter. Et pource que ou temps à venir de ce ne ſoit jamais* contans, ne deſcorte à faire ledit hommage, nous promettons de bonne foy pour nous & nos ſucceſſeurs ducs de Guyenne, enterrons & entrons en l'ommage de roy de France & de ſes ſucceſſeurs, qui ſeront pour le temps, l'ommage ſe fera par ceſte maniere. Le roy d'Angleterre duc de Guyenne tendra ſes mains entre les mains du roy de France, & cil qui parlera pour le roy de France, adreſſera ſes paroles au roy d'Angleterre duc de Guyenne; & dira ainſi: Vous devenez homme lige du roy de France mon ſeigneur, qui cy eſt, comme duc de Guyenne & per de France; & ſi luy promettez foy & loyauté porter? dites Voire. Et ledit roy, & ducs ſes ſucceſſeurs dues de Guyenne diront: Voire. Et lors le roy de France recevra ledit roy d'Angleterre & duc audit hommage lige, & à la foy & à la bouche, ſauf ſon droit & l'autruy.

** l. contention.*

De rechief quand ledit roy & ducs enterra en l'ommage du roy de France & de ſes ſucceſſeurs roys de France pour la contée de Pontif & de Monſtroille; il mettra ſes mains entre les mains du roy de France; & cil qui parlera pour le roy de France, adreſſera ſes paroles audit roy ducs, & dira ainſi: Vous devenez homme lige du roy de France monſeigneur, qui cy eſt, comme conte de Pontif & de Mantrolle, & luy promettez foy & loyauté? dites: Voire. Et ledit roy & ducs, comme conte de Pontif & de Montrolle, dira: Voire. Et lors le roy de France recevra ledit roy & conte audit hommage lige, à la foy, & à la bouche, ſauf ſon droit, & l'autruy. Et auſſi ſera fait & renouvellé toutes les fois que l'ommage ſe fera, & de ce baillons Nous & nos ſucceſſeurs ducs de Guyenne fais leſdits hommages, lettres patentes ſeellées de nos grans ſeaux; Et le roy de France le requiert. Et avec ce nous promettons de bonne foy tenir & garder effectivement les paix & accors fais entre les roys de France & les roys d'Angleterre ducs de Guyenne, & leurs predeceſſeurs rois de France & ducs de Guyenne. Et en cette maniere ſera fait, & ſeront renouvellées leſdites lettres par leſdits rois & ducs leurs ſucceſſeurs ducs de Guyenne, conte de Pontif & de Monſtreul, qui ſeront pour les temps, enterront en l'ommage du roy de France & de ſes ſucceſſeurs rois de France. En teſmoignance de laquelle choſe, à ceſtes nos lettres ouvertes avons fait mettre noſtre grant ſeel. Donné à Eleham le XXX. jour de Mars, l'an de grace mil CCC. & trentiſme premier, & de noſtre regne quint.

Et ego Johannes Ruffi de Cruce clericus Lauſanienſis diœceſis, apoſtolicâ publicus auctoritate notarius præſens tranſſumtum de dictis litteris originalibus quas vidi, tenui, & palpavi, ſanas & integras, omni vitio & ſuſpicione carentes, ſigillo dicti domini regis Angliæ ſigillatas, ut primâ facie apparebat, ſumtum cum eiſdem originalibus unà cum venerabili viro magiſtro Johanne de Cona, archidiacone de Tardano in eccleſia Sueſſionenſi domini regis Franciæ clerico, & Johanne de Croiaco clerico Sueſſionenſis diœceſis diligenter & fideliter auſcultavi, & utrumque convenire inveni, hîc manu propriâ ſubſcripſi, ſignumque meum appoſui conſuetum rogatus.

Actum Pariſius in camera compotorum domini regis, anno Domini MCCCXXXIX., indict. VIII., menſis Martii die II. pontificatûs domini BENEDICTI papæ XII. anno VI.

EPISTOLA UNIVERSITATIS Pariſienſis ad JOHANNEM papam XXII.

Doctores Pariſienſes ſignificant ſuam de ſtatu animarum corpore exutarum ſententiam in palatio Vincennarum regi chriſtianiſſimo declaratam.

Anno 1331. Ex mſ. codice Vindocinenſi.

SAnctiſſimo patri ac domino, domino JOHANNI divinâ Dei providentiâ ſanctæ Romanæ ac univerſalis Eccleſiæ ſummo pontifici veſtri devotiſſimi ſervi & filii, *tales*, &c. cum humillimâ ſui recommandatione ad pedum oſcula beatorum.

Ad veſtræ deducimus notitiam Sanctitatis, quòd ſereniſſimus princeps & dominus noſter PHILIPPUS Dei gratiâ rex Francorum illuſtris Dominicâ IV. Adventûs in ſuo regali manerio ſito in nemore Vicenarum, nos fecit ad ſui præſentiam convocari, aſſiſtentibus *talibus*,&c. noſque ore ſuo proprio requiſivit quòd vellemus corporale juramentum præſtare, quòd ſuper petendis à nobis de ſtatu animarum ſanctarum à corporibus excitatarum id quod ſentiebamus fideliter & abſque palliationis cujuſcumque velamine diceremus, cauſas aliquas exponendo, quæ ad hoc petendum ſuum animum inducebant; ſpecialiter quòd audiverat aliquos in ſchola & ſermonibus aliqua circa illam materiam protuliſſe; propter quæ multorum, tam clericorum, quàm laïcorum, fuerant corda non mediocriter concitata, & ex quibus, ut dicebat, ſimplices trahi poterant in errorem. Nos autem, Pater ſanctiſſime, attendentes quòd præfatum ſereniſſimum principem, ut dominum noſtrum cariſſimum fundatorem, & gardiatorem ſtudii Pariſienſis & noſtræ ibidem theologicæ facultatis, regem præcellentem revereri tenemur; quòdque ibidem ipſum audivimus quod in hac materia nil quærebat quod in aliquo veſtram poſſet tangere Sanctitatem; quin imò ſicut filius veſter devotiſſimus veſtrum in omnibus ferventer zelabat honorem & perſonam veſtram ſanctiſſimam ibidem magnis laudum præconiis extollebat: conſiderantesque quòd juxta principis apoſtolorum doctrinam de ea quæ in nobis eſt fide & ſpe parati eſſe debemus omni poſcenti reddere rationem, petitum à nobis præſtitimus juramentum. Quo præſtito, duæ nobis fuerunt propoſitæ quæſtiones. Prima, utrùm animæ ſanctorum in cœlo exiſtentes videant divinam eſſentiam facie ad faciem ante reſurrectionem corporum, & ante judicium generale. Secunda, utrùm viſio, quam de divina eſſentia nunc habent, evacuabitur in die extremi judicii, aliâ ſuccedente. Ad quod, ſicut eramus aſtricti juramento, reſpondimus quòd ſciebamus ſinguli ſigillatim, omnes tamen in hanc ſententiam convenimus, quod à tempore mortis Domini noſtri JESU-CHRISTI, per quam pretium redemtionis humani generis extitit perſolutum omnes animæ ſanctorum patrum, quas idem Salvator noſter deſcendens ad inferos eduxit de limbo, ceterorumque fidelium animæ quæ de corporibus exierunt, nihil habentes purgabile, vel quæ jam in purgatorio fuerunt purgatæ, ad viſionem nudam & claram, beatificam & intuitivam, & immediatam divinæ eſſentiæ, & benedictiſſimæ Trinitatis, Patris & Filii, & Spiritûs-ſancti, quam Apoſtolus I. ad Corinthios XIII. nominat viſionem facie ad faciem, ſunt aſſumtæ, ipſâque deitate perfectè fruuntur, & jam quod crediderunt videntes, quod ſperaverunt tenentes, non in ſpe, ſed in re ſunt beatæ; quodque dicta viſio, quam nunc habent, reſumtis corporibus minimè evacuabitur, aliâ ſuccedente; ſed ipſamet in eis, cùm ſit eorum vita, eſſentia perpetuò remanebit; & pro ſummo, Pater ſanctiſſime, omnes doctores qui nos in Pariſienſi ſtudio præceſſerunt, quorum ſcientiam legimus, hanc ſententiam tenuerunt, docuerunt, & in ſuis ſcriptis reliquerunt tenendam. Quare veſtræ Beatitudini cum qua poſſumus humilitate & reverentia, totis cordis præcordiis ſupplicamus, quatenus prædictæ quæſtioni, in qua pro una parte veſtra Sanctitas pulcherrimè & ſubtiliſſimè allegavit, & quamplures auctoritates adduxit, immò tot quòd non recordamur nos legiſſe doctorem aliquem, quas ad unum propoſitum adduxit tot & tantas; ſemper tamen recitando, & nihil determinando, aſſerendo, ſeu etiam opinando, ſicut audivimus, dignetur veſtra Sanctitas finem dare, partem illam quâ nutrita fuit hactenus devotio totius populi chriſtiani, veſtro regimini crediti, veram eſſe determinatione apoſtolicâ confirmando. Sanctiſſimam veſtram perſonam Eccleſiæ ſuæ ſanctæ regimini conſervare dignetur Altiſſimus ſanam & incolumem per tempora longiora; quæ nos habere dignetur in ſui gratia de benignitate ſolita commendatos. Et nos tales, &c. qui in dicta convocatione facta in nemore Vicennarum præſentes non fuimus, cauſis legitimis impediti, qui in aliis quibuſdam congregationibus, ad præfati domini regis inſtantiam factis ejus nomine requiſiti idem cum præfatis patribus & magiſtris reſpondimus, & idipſum de quæſtionibus præfatis ſentimus illud idem quod ipſi veſtræ Beatitudini cum humilitate & reverentia devotiſſimè ſupplicamus. Scriptum, &c.

JOHANNIS PAPÆ XXII. ad Gualterium de Divione, ordinis Minorum.

Mandat ut ſelectas ſacræ Scripturæ auctoritates & ſanctorum patrum, reginæ Franciæ horis ſolatii recitare curet.

Anno 1333.

GUalterio de Divione, ordinis Fratrum Minorum, cariſſimæ in CHRISTO filiæ noſtræ JOHANNÆ reginæ Franciæ confeſſori.

Credebamus quod venerabilis frater noſter P. archiepiſcopus Rothomagenſis de multis au-

ctoritatibus Scripturæ ſacræ & ſanctorum, patrum quas eis aſſignavimus copiam cariſſimæ in Christo filiæ noſtræ Johannæ reginæ Franciæ illuſtri, ſi placeret recipere, facere debuiſſet. Quod factum ſicut ad nos pervenit non extitit, licèt reginæ prædictæ gratum exiſteret, ſi impletum fuiſſet. Sanè quia ipſa latinum non intelligit, tibi, de cujus fidelitate & ſapientia plenius confidimus, auctoritates prædictas aſſignare mandamus, quas cura ſtudere cum diligentia. Et ſi qua tibi occurrunt dubia ſuper illis, cum devotis & fidelibus tui ordinis fratribus conferre cura; & nobis, ſi qua remaneant tibi dubia intimare: illaſque reginæ præfatæ, cùm opportunum videris, quaſi loco ſolatii recitare paulatim, quouſque ſi ſibi placuerint omnia ſint completa.

Datum Avenione II. Idus Maii, pontificatûs noſtri anno XVII.

LITTERÆ PHILIPPI VI. Francorum regis ad regium procuratorem in ſeneſcallia Ruthenenſi,

De ulciſcenda ſeditione civium Caturcenſium.

Anno 1336. Ex mſ. Colbertino.

PHILIPPUS Dei gratiâ Francorum rex, dilectis noſtris magiſtro Geraldo Cubreyre clerico & procuratori noſtro in ſeneſcallia Ruthenenſi, & Odardo de Marino ſervienti armorum & vicario noſtro Tholoſæ ſalutem.

Auditâ clamoſâ inſinuatione gentium & familiarium noſtrorum, & aliorum, qui noſtris perſiſtunt continuè obſequiis, accepimus, quòd cùm nonnulli ipſorum milites & conſiliarii noſtri, & alii officiales noſtri hoſpitii apud Caturcum, poſt noſtrum pridie exitum, dum ibamus verſus Marſiliam, cauſâ peregrinationis noſtræ, pro computando & ſolvendo id quod debebant, ſicut moris eſt, remanſiſſent; venerunt nonnulli burgenſes, & alii populares infiniti ipſius loci Caturci, necnon canonici cathedralis eccleſiæ ejuſdem loci, ac ipſorum ſcutiferi & vicarii, aliique familiares eorumdem, qui omnes prænominati turba ſuper hoc coadunata, & pulſatâ campanâ ad modum guerræ, ſuæ immemores ſalutis æternæ, ſicut diabolus ordinavit, ipſorum auctor in hac parte, Deum & majeſtatem noſtram non verentes, dictos familiares & officiales noſtros cum armis prohibitis palam & publicè, tam infra monaſterium dicti loci Caturci, ad quod pro ſalvanda vita ipſorum, timore perterriti confugerant, quam extra invaſerant, clamando & vociferando: *Moriantur Gallici, moriantur*; ac ſi eſſent Judæi, vel Sarraceni. Et quod deterius fuit, quoſdam ex ipſis ſic & taliter vulneraverunt, & malè tractaverunt, quòd de ipſorum vita tunc extitit totaliter deſperatum, pluresque alios exceſſus rebellioneſque & violentias contra dictas gentes noſtras ipſorum faſtu & malitiâ commiſerunt, in contemtum & vituperium majeſtatis noſtræ, & ſanctæ matris Eccleſiæ offenſam, ac totius reipublicæ ſcandalum & malum exemplum. Quocirca nos tot & tanta maleficia ſub diſſimulatione & impunita pertranſire nolentes, mandamus & committimus vobis duobus, vel veſtrûm cuilibet, vocato ſecum uno probo viro, quatenus ad dictum locum Caturci perſonaliter accedentes, ſuper prædictis maleficiis & exceſſibus, eorumque circumſtantiis univerſis, necnon ſuper quibuſcumque aliis exceſſibus & forefactis, jus noſtrum tangentibus, & huc uſque malitioſè recelatis, per dictos burgenſes & populares, & alios quoſcumque in dicto loco Caturci quoquo modo commiſſis, benè ac diligenter, & ſecretè vos informetis: & ſic per informationem per vos, aut veſtrûm alium ſuper hoc faciendam, aut jam legitimè factam, famamve publicam, ipſos, aut quemlibet ipſorum ubique extra ſacra & religioſa loca repertos capiatis, unà cum eorum bonis certum inventarium exinde faciendo, & demum ad inqueſtam vocatis evocandis, ſummariè & de plano procedatis: & illos quos per ipſam inqueſtam culpabiles de prædictis repereritis, ſic & taliter in corpore & bonis, mediante juſtitiâ, puniatis, quod ceteris meritò tranſeat in exemplum, frivolis appellationibus, aut excuſationibus, ſeu aliis malitioſis diffugiis non obſtantibus quibuſcumque. Si verò vobis aliqua dubia ſuper his occurrunt, & vobis expediens videatur, dictam inqueſtam completam & perfectam, unà cum culpabilibus ſub fida cuſtodia, aut aliàs, prout remitti debebunt, ipſam inqueſtam recipi & adjudicari viſuris, ut citiùs poteritis ad certam & competentem diem dilectis & fidelibus gentibus requeſtarum noſtri hoſpitii remittatis, tenore præſentium ſeneſcallo Petragoricenſi & Caturcenſi, ceteriſque vicariis noſtris, vel eorum loca tenentibus mandamus, ut vobis, & cuilibet veſtrûm informationes, aut alias inſtructiones, ſi quas habent in & de prædictis tradant & deliberent indilatè, conſiliumque, favorem & juvamen præſtent, ſi indigeatis, & per ſubditos ſuos præſtari, & alias pareri & intendi faciant in præmiſſis.

Datum Viennæ II. die Julii, anno Domini MCCCXXXVI.

BENEDICTI PAPÆ XII. ad Philippum Francorum regem.

Scribit ſe, tutâ conſcientiâ, non poſſe concedere poſtulata.

Anno 1336.

CAriſſimo in Chriſto filio PHILIPPO regi Franciæ illuſtri.

Præſentatas nobis ſerenitatis regiæ litteras per dilectum filium magiſtrum Reginaldum de Molinis clericum regium benignè recepimus: quarum ſerie necnon ſupplicationibus dilectæ in Chriſto filiæ BLANCÆ de Francia ordinis ſanctæ Claræ ab eodem clerico ſubſequenter nobis exhibitis: pro quarum exauditione, quantum honeſtè cum Deo poſſet fieri, prælectæ di-

Digitized by Google

rigebantur litteræ. Quibus plenius intellectis, viſum eſt nobis quod abſque læſione conſcientiæ noſtræ non valeremus ea quæ petuntur concedere ; nec eadem BLANCA eis, ſi concederentur, ſine ſuæ ſalutis periculo uti poſſet : eſſetque formidandum procul dubio, quod in prædicti ordinis & aliorum perniciem redundaret, ſicut eidem clerico ac nuntiis in noſtra præſentia conſtitutis ſerioſius explicandum duximus, & ipſi celſitudini regiæ, quæ nos excuſatos quæſumus habeat ſuper hoc, referre poterunt viva voce.

Datum Avenioni v. Calendas Maii, pontificatûs noſtri anno III.

TESTAMENTI AMALRICI de Narbona clauſula ex qua innoteſcit ſuam ipſum elegiſſe ſepulturam in eccleſia fratrum Prædicatorum Narbonæ.

Anno 1337. Ex archivis Fontis-frigidi.

NOverint univerſi præſentes pariter & futuri, quod anno Dominicæ Incarnationis MCCCXXXVII. die videlicet IV. menſis Auguſti ſereniſſimo principe domino PHILIPPO Dei gratia Francorum rege regnante, egregius & potens vir dominus AMALRICUS de Narbona Dei gratia dominus & vicecomes Narbonæ, per eamdem gratiam mente & corpore bene ſanus, ſuum fecit & condidit ultimum teſtamentum: in quo quidem teſtamento inter alia continentur clauſulæ quæ ſequuntur. In primis igitur damus, offerimus, reddimus, ac etiam commendamus nos corpore & ſpiritu omnipotenti Deo Domino JESU-CHRISTO Salvatori noſtro, & beatæ Mariæ ejus glorioſiſſimæ matri, ac toti collegio ſupernorum, eligentes nobis ſepulturam noſtram in eccleſia conventûs fratrum Prædicatorum Narbonæ ibidem quieſcendo, donec vocem audiamus angelicam proferentem : Surgite mortui qui jacetis in ſepulcris, & accurrite ad judicium Salvatoris: & in remiſſionem peccatorum noſtrorum legamus amore Dei conventui Prædicatorum ſupradicto XXX. libras Turonenſes eidem annis ſingulis perpetuo exſolvendas : ita tamen ut pro eo tres fratres dicti ordinis in eadem eccleſia continuò & perpetuò celebrent & celebrare habeant pro anima noſtra, & dominorum parentum noſtrorum.

Item, legamus eidem conventui decem libras Turonenſes annis ſingulis perpetuò pro quatuor anniverſariis in dicto conventu perpetuò & ſolemniter cum miſſa cum nota faciendis, unum videlicet in die obitûs noſtri, & reſidua tria de tribus in tribus tunc ſubſequentibus menſibus. Volumus tamen quod ſi dictus conventus circa dictas miſſas celebrandas & anniverſaria facienda, quod abſit, deficeret, quod legata prædicta pro non factis ex nunc habeantur, & non ſcriptis, etſi temporibus aliquibus in præmiſſis deficerent ; quod pro defectu & temporibus hujuſmodi dicta legata defalquentur eiſdem.

Item, legamus ducentas libras Turonenſes A pro una capella decenter ornata omni ornamento ſibi neceſſario in dicta eccleſia conventus prædicti facienda & conſtruenda in honorem beati Georgii, ubi me ordino ſepeliri.

Item, inſtituit ſuum heredem univerſalem nobilem AIMERICUM de Narbona fratrem ſuum, necnon & executores teſtamenti ſui prædicti, videlicet venerabilem virum dominum PETRUM de Narbona abbatem ſancti Pauli Narbonæ avunculum ſuum, nobiles viros dominos PETRUM RAYMUNDI de Monte-bruno, domi- B num dicti loci, & PONTIUM DE TESANO militem dominum de Podiolo, ac priorem Prædicatorum conventus prædicti de Narbona, prout in dicto teſtamento plenius continetur. Prædictum autem teſtamentum anno & die quibus ſupra per dictum dominum vicecomitem conditum in burgo Carcaſſonæ in præſentia & teſtimonio nobilium venerabilium religioſorum virorum dominorum PONTII DE THESANO militis, Bernardi Fontiſgrinii legum profeſſoris, Olivarii de Troliis, Bernardi de Narbona domicellorum ſuperius nominato- C rum, Guillelmi de Troliis domicelli filii Olivarii ſupradicti, &c. & mei Giraudi Bonaurati clerici habitatoris Carcaſſonæ publici auctoritate regia notarii, qui prædictis interfui & requiſitus has teſtamenti clauſulas in hanc formam redigi feci per Ludovicum Sancii clericum Carcaſſonæ, hicque me ſubſcripſi & ſignum meum appoſui conſuetum anno Domini MCCCXL. die XVII. Februarii dicto domino rege Francorum regnante PHILIPPO.

D LITTERÆ PHILIPPI Francorum regis illuſtris

Quibus regi Navarræ quaſdam ſummas remittit in quibus ipſi cameræ computorum tenebatur.

Anno 1339. Ex autographo in tabulario regio aſſervato deſcripſit dominus Rouſſ aü.

PHELIPPES par la graſce de Dieu rois de France ſavoir faiſons à touz preſenz & avenir, que comme les gens de noz comptes à Paris feiſſent pour nous à nôtre tres cher & feal couſin le roy de Navarre & comte d'Evreux E pluſieurs demandes de certaines ſommes d'argant, & d'autres pluſieurs choſes, eſqueles il diſoient que noſtredit couſin eſtoit tenuz à nous pour cauſe de noſtre tres chier & amé oncle ſon pere, que Diex abſoille, & auſſi pour cauſe de ly. Nous conſiderans l'amour & la prochaineté du lignage, que ledit noſtre couſin & noſtre tres chiere & amée couſine la royne de Navarre ſa fame ont à nous, & les bons & grans ſervices que noſtredit couſin nous a faiz & faiz de jour en jour, avons de certaine ſcience & de grace eſpeciale quit- F té noſdits couſin & couſine, leurs hoirs & ſucceſſeurs, & yceulx quittons à touſjours par la teneur de ces preſentes, de toutes les choſes deſqueles noſdites gens des comptes ont fait juſques aujourd'hui queſtion ou demande à nôtredit couſin, & generalement de toutes choſes dont nous peuſſions faire queſtion ou de-

mande à noſdits couſin & couſine conjointement ou deviſement : exceptées queſtions & demandes de heritage & de arrerages ou levées de heritage. Et voulons que nozdiz couſin & couſine, & leurs hoirs & ſucceſſeurs, demeurent quittes & delivrés à touſjours de toutes les autres choſes, demandes, & queſtions deſſuſdites, ſans ce que jamais par nous par noz hoirs ou ſucceſſeurs queſtion ou demande leur en ſoit. Et nozdiz couſin & couſine ont ſemblablement quitté & quittent par leurs lettres nous, nos hoirs & ſucceſſeurs pour eux, leurs hoirs & ſucceſſeurs de tout ce en quoy nous leur peuions eſtre tenuz pour cauſe de l'arroy de ycelle noſtre couſine, & auſſi de trente mil livres en quoy ycely noſtre couſin diſoit que nous eſtions tenuz à luy pour un don lequel il dit le PHILIPPES LE LONC avoit fait de ladite ſomme audit noſtre tres chier oncle ſon pere à ſon treſpaſſement, & generalement de toutes choſes queſtions ou demandes qui touchent heritage, arrerages ou levées de heritage : & ce excepté en quoy nous poons eſtre tenuz à noſtredit couſin, ſe entre autres choſes li ſommes tenuz pour cauſe de ceſt derrain oſt de noz preſentes guerres, que nous avons contre le roy d'Engleterre, & dis mil livres que noſtre tres cher ſeigneur & couſin le roy Loys donna en ſon teſtament ſi comme dit noſtre dit couſin à noſtre tres chiere dame la royne MARIE ſon ayole à l'euvre de ſon teſtament, ſe en aucun choſe en fumes tenuz à luy. Et pour ce que ce ſoit ferme & eſtables à toûjours, nous avons fait mettre noſtre ſcel à ces preſentes lettres.

Ce fu fait au Bois de Vicennes l'an de grace mil CCC trente & neuf ou mois de Decembre.

Et ſur le replis eſt écrit

Par le roy à la relation de ſon grant Conſeil où vous eſtiez.

Signé.

Franc.

Et à l'autre bout eſt écrit reddatur Cameræ

Scellé du grand ſceau en cire verte ſur le laz de ſoye verte & vermeillée, ledit ſceau repreſentant le roy ſur ſon troſne, la couronne en teſte tenant de la main droite ſon ſceptre, qui eſt un baſton de ſa hauteur, ayant au haut deux travers fleuronnez en maniere de Croix archiepiſcopale, & de la main gauche la main de Juſtice autour du ſceau eſt eſcrit PHILIPPUS Dei gratia Francorum rex *& au revers pour contreſcel eſt un eſcu en pointe ſemé de fleurs de lis ſans nombre, lequel ſceau eſt bien plein & entier, & a plus de quatre pouces de diametre compris le rebord & neuf lignes d'epaiſſeur.*

JOHANNIS EPISCOPI BELVACENSIS de modo reficiendorum fortalitiorum urbis Belvacenſis.

Anno 1356. Ex ſchedis d. v. Godefridi Hermant.

A Tous cheux qui ces preſentes lettres veront & orront, Jehan par la grace de Dieu eveſque de Beauvés, chapitre de Beauvés, le doyen abſent, & li maires & peres de la commune de ladite ville ſalut en noſtre Seigneur.

Comme li roy d'Engleterre & pluriex autres anemis dou royaume de France par leur outrageuſe entrepriſe & perverſe volenté ſe ſoient mis & boutés par effort d'armes oudit royaume, ouquel ils ont ja fait moult de maulx & de dommage, & encore ſe paennent & efforcent de jour en jour de pis y faire à leur pooir. Pour laquele choſe nous avons eſté & encore ſommes en tres grant doubte & tremeur, que ils ne detruiſent & eſſillent la cité de Beauvés, auſſi comme ils ont ja fait pluriex bonnes villes dudit royaume, ſe tres grant remede prouchainement n'y eſt mis. Et pour che nous & nos gens ſommes par pluſieurs aſſemblez & ſouventes fois aſſemblons pour la tuitions & defenſe de ladite chité, comment & en quelle maniere, & par leſquelles plus expedientes & ſoubtilles voyes, ladite chité pourra eſtre renforchiée & reparée haſtivement, pour reſiſter à leur volenté, & obvier á leurs fols deſirs & talens, tant pour refaire, & faire refaire & reparer les murs, les foſſes, & les fortereſches de ladite chité, comme en garder & faire garder ichelle de jour & de nuit, & en toutes les aultres manieres, que il nous eſt advis que le mielx & le plus ſeur ſoit d'en faire. Et en ces choſes avoir fait traictié & ordenné à faire & à traittier, ordenner & mettre à effect aucuns & pluriex inconveniens & deſtours s'en pouvoient enſuir entre nous dictes parties en temps à venir, & naiſtre ou cas de ſaiſine, de juſtiche de ſeigneurie, ou ſubjection. Et nous en voulrions ou nos ſucceſſeurs li uns contre l'autre aidier, alleguier, ou propoſer ja ſoit che que noſtre preſente penſée ne ſoit pas tele. Sachent tous que nous qui avons ſouverain deſir & volenté que la beſongne & l'ouvre que bien eſt commenchiée ſe fache & parfache deuëment au pourfit & à la tuition & defenſe de nous & de tous les habitans en ladicte ville chité, à ce que nous & nos ſucceſſeurs demourons l'un avec l'autre en bonne paix & tranquillité, avons accordé & accordons de certaine ſcience li uns à l'autre en la meilleure maniere, que nous povons & ſavons par ches preſentes, heuë ſur che de chaſcun de nous pleine & meure deliberation, que tant che qui de ladite beſongne & des deſpendences d'ichelle, tant de tailles aſſeir & lever des deniers preſter ou payer de commendemens de cris des inhibitions & defenſes comme de ordenanches de quettier la ville de refections ou reparations des murs, des portes, des forterecſches, & des

A & des foſſez de la chité & d'entour, & de toutes autres choſes quelconques faites ou traittiées, ou ordonnées, commendées, enjointes, ou criées, ſur nous ou nos gens, ou pour aulcuns de nous, de nos gens ou d'autres de nos commendemens, ou de l'un de nous & de nos gens, & qui dores en avant durant la preſente guerre entre les deux rois de France & d'Engleterre en ſeront faites, traittiées, & ordennées, commendées, enjointes ou criées en quelconque maniere, B ne par quelconque voie ou perſonne que che ſoit ne portent ou fachent pourfit, domage ou prejudice à nous ou à aulcun de nous, ou autres, ou domage ou prejudice de l'autre en ſaiſine, ne en proprieté, en juſtice ne en ſeigneurie, en obeïſſanche ou ſubjection, ne en autre fourme ou maniere quele qu'ele ſoit ou puiſſe eſtre: mais ſoient & demeurent, ſont, ſeront, & demouront à chaſcun de nous tous nos droits, nos juſtiches & ſeigneuries, franchiſes & libertez, ſaiſines & proprietez en che même poinct & eſtat en tout C & par tout & ſur tout ſans innover ou muer, cangier, accroiſtre ou admenuiſier comme ils eſtoient & chaſcun de nous avoit & en ſaiſine en eſtoit ou jour de la feſte ſaint Jean Baptiſte derrainement paſſée, depuis lequel temps & terme, nous avons commanchié à faire & à traittier deſdites beſongnes, & ſans che que pour choſe qui ſoit dite ou faite, traittiée ou ordennée de tout le temps paſſé ou advenir de cete beſongne par nous ou par aulcun de nous, ou d'autres pouriauz droits, ſoit acquis ou gaigniez ni nouvelle ſaiſine li uns contre l'autre, D ne aucune nouvelle ſubjection franchiſe ou exemption acquiſe ne interpoſée à nous, aucun de nous ou contre nous, ou nos ſucceſſeurs li uns contre l'autre, ne nous en puiſſions aider en ſaiſine ne en proprieté ou en autre maniere quelconque. Et en plus éclairchiſſant noſtre propos & volenté toutes les choſes deſſuſdites & une chacune d'icelles & toutes autres touchans, ſentans & regardans le fait d'ordenanche & le traittié de ladite beſongne & des dépendences faites & à faire par nous ou par au- E cun de nous ou d'autre durant ledit temps tenons, reputons dés maintenant ou cas deſſuſdit, li un envers l'autre pour toûjours maiz nuls, irrites, vaines & caſſes, & les adnullons, regrettons, & mettons du tout au nient, tout ainſi comme ſe oncque elles n'euſſent eſté faites traittiées ou ordennées ou comme ſe elles euſſent eſté faites, ou fuſſent par une ſimple privée perſonne enquis de droit, de us, ou de couſtume aucune juſtiche ou ſeignourie, ne fuſt ou remanſit en aucune choſe. Et renonçons ex- F preſſement à toûjours maiz perpetuellement pour nous & pour nos ſucceſſeurs & ayans cauſe de nous à tout che qui ſur les choſes deſſus touchiées pourront aidier, profiter & valoir à l'un de nous ou prejudice de l'autre ou d'autre. Ou teſmoings des choſes deſſuſdites avons ſcellés ces preſentes lettres de nos propres ſceaux données & faites l'an de graſce MCCC quarante & ſix le premier jour du mois de Mars.

CLEMENS PAPA VI.

Fratres Hoſpitalis beatæ Mariæ de Caritat diœceſi Catalaunenſi ſub ordine & regu ſancti Auguſtini conſtituit.

UNiverſis præſentes litteras inſpecturis J HANNES miſeratione divina Catalaun ſis epiſcopus ſalutem in Domino ſempitern

Litteras ſanctiſſimi in Chriſto patris & do ni noſtri domini CLEMENTIS divina pro dentia papæ VI. ipſius vera bulla plumbea re Romanæ curiæ bullatas, non abolitas, cancellatas, non abraſas, ſed ſanas & integr ac omni vitio & ſuſpicione carentes, ut pri facie apparebat, nobis nomine & pro parte ligioſorum virorum magiſtri & fratrum Hoſ talis ſuper fluvium *de Roignon* Catalaunen noſtræ diœceſis, quod *Caritas* beatæ MARI vulgariter appellatur ad Romanam eccleſia nullo medio pertinentis, ac de vico Jardin rum Pariſienſium, & beati Ludovici, ceter rumque hoſpitalium Hoſpitalis ejuſdem Ca tatis membrorum præſentatas, nos cum q decuit reverentia noveritis recepiſſe: quaru apoſtolicarum litterarum tenor ſequitur in ha verba.

CLEMENS epiſcopus ſervus ſervorum D venerabili fratri epiſcopo Catalaunenſi ſaluter & apoſtolicam benedictionem.

Deſiderantes ſtatum hoſpitalium & aliorum piorum locorum quorumlibet regi ſalubriter & augeri, ad illa libenter intendimus, per quæ eorumdem hoſpitalium & locorum miniſtri pauperum & infirmorum hoſpitalium & locorum eorumdem curam liberius gerere valeant, & alias loca ipſa ſpiritualiter & temporaliter, auctore Domino, ſuſcipiant incrementa. Sanè dilectorum filiorum magiſtri & fratrum hoſpitalis ſuper fluvium *de Roignon*, quod *Caritas* beatæ MARIÆ vulgariter nuncupatur ad Romanam eccleſiam nullo medio pertinentis tuæ Catalaunenſis diœceſis ac de vico Jardinorum Pariſienſium & beati Ludovici Silvanectenſis ceterorum hoſpitalium & Hoſpitalis ejuſdem dicti *Caritas* membrorum petitio nobis exhibita continebat, quod quondam GUIDO de Janvilla miles, dominus de Domno-Georgio dictæ diocesis prædictum hoſpitale dictum *Caritas* ad opus infirmorum & pauperum in fundo proprio ejus ſumtibus conſtruxit etiam & dotavit, quodque felicis recordationis BONIFACIUS papa VIII. prædeceſſor noſter, prædictum hoſpitale dictum *Caritas*, cum omnibus membris, bonis, juribus, poſſeſſionibus, pertinentiis & perſonis eorum tam tunc præſentibus quam futuris ab omni poteſtate, lege, juriſdictione ordinaria, ex tunc perpetuis futuris temporibus auctoritate apoſtolica prorſus exemit, & totaliter liberavit, ac liberum omnino eſſe voluit & exemtum: ita quod Romanæ dumtaxat eccleſiæ ſubjectum exiſteret, quodque ſacerdos in eodem hoſpitali poneretur & conſtitueretur in ipſo, qui animarum curam perſonarum in

Digitized by Google

illo degentium, & ſpiritualium ſollicitudinem, & poteſtatem in eodem haberet, quodque hoſpitale præfatum, & quodlibet membrum ejus oratorium obtinens, cimiterium habere valeret, ad ſepeliendum perſonas eorum, & familiarium ipſorum, ac etiam advenarum inibi decedentium; necnon prædictum GUIDONEM & heredes ſuos, & alios quoſlibet qui ſepulturam in illis ducerent eligendam. Voluit autem idem prædeceſſor, quod in recognitionem ſubjectionis hujuſmodi præfatum hoſpitale duas libras ceræ teneretur cameræ ſedis apoſtolicæ annis ſingulis exhibere; & quod deinde prædictus miles dictum hoſpitale cum omnibus membris & pertinentiis ſuis eiſdem magiſtro & fratribus viventibus ſub regula tertii ordinis beati Franciſci tradidit ad regendum, ac etiam donavit: qui fratres regentes prædictum hoſpitale & ejus membra tunc ordinarunt inter ſe, ad requiſitionem fundatoris prædicti, quinquaginta annis jam elapſis, quod ipſi & eorum ſucceſſores in prædicto hoſpitali dicto *Caritas*; & membris univerſis ejuſdem exiſtentes, votum caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ facerent, & ſcapularia portarent, magiſtrum generalem & viſitatorem eligerent, & in communi vita, prout alii religioſi, non mendicantes viverent, capitulum generale facerent; correctiones, punitiones, & emendas taxarent per conſilium proborum religioſorum, ſcilicet Prædicatorum & Minorum ordinum fratrum, qui ſemel in anno ad ſua capitula generalia conſueverunt convocari. Et ſic talem vivendi ritum tenuerunt auctoritate propriâ, & abſque ſedis apoſtolicæ licentia, non intendentes novam ſectam inducere, aut novitatem præſumere, ſed ſolùm ut decentius & firmius poſſent Deo debitè famulari, & obligabilius & diligentius pauperibus deſervire. Quare prædicti magiſter & fratres nobis humiliter ſupplicaverunt, ut cùm ipſi invenerint ſecundum opinionem quorumdam, pluribus tamen contrarium aſſerentibus, eis per conſtitutionem felicis recordationis JOHANNIS papæ XXII. prædeceſſoris noſtri, quæ incipit: *Sancta Romana & univerſalis Eccleſia*, non licere talem vivendi ritum tenere, eorum ſtatui providere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur volentes eiſdem magiſtro & fratribus de illo remedio providere, per quod Deo in infirmis & pauperibus hoſpitalis dicti *Caritas*, & membrorum prædictorum poſſent gratum Domino reddere famulatum, eorum ſupplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus, quatenus præfatis magiſtro & fratribus præmiſſo vivendi ritu ab eis omnino dimiſſo, regulam beati Auguſtini, ſecundum quam eos & ſucceſſores eorum perpetuò vivere volumus, & quam ipſi profiteri tenentur, necnon honeſtum habitum quem geſtent auctoritate noſtrâ exhibeas & aſſignes. Volumus inſuper quod loca quæ obtinent cum eccleſiis, oratoriis, & cimiteriis eorumdem, retineant ſicut prius, exemtionibus hujuſmodi, aliiſque privilegiis eiſdem magiſtro & fratribus à prædeceſſoribus noſtris Romanis pontificibus conceſſis in ſua firmitate manentibus, & præmiſſis & aliis conſtitutionibus apoſtolicis contrariis non obſtantibus quibuſcumque.

Datum Avenioni VI. Calendas Auguſti, pontificatûs noſtri anno V.

Quibus litteris apoſtolicis ſic præſentatis, & à nobis receptis, Guillelmus Anſeruli, magiſter Matthæus Menardi, Vincentius de Siccavilla, & Petrus de Danſeneto, fratres dicti hoſpitalis & membrorum ejus tunc præſentes nobis humiliter ſupplicarunt, ac etiam cum magna inſtantia requiſierunt, quatenus ad executionem ipſarum apoſtolicarum, ac omnium & ſingulorum contentorum in eiſdem procedere curaremus. Nos itaque volentes tamquam obedientiæ filii, mandatum apoſtolicum ſupradictum exequi, reverenter, ut tenemur, eiſdem fratribus Guillelmo Anſeruli, magiſtro Matthæo Menardi, Vincentio de Siccavilla, & Petro de Danſeneto, coram nobis præſentibus; & hoc à nobis fieri humiliter & devotè petentibus, præmiſſo vivendi ritu in dictis litteris apoſtolicis contento ab eis omnino primitùs dimiſſo, regulam prædictam beati Auguſtini, ſecundum quam ipſos religioſos & eorum ſucceſſores perpetuò vivere voluit, & vult dictus dominus noſter papa; & quam ipſi tenere profitentur, necnon ſcapulare nigrum cum cappa, nigrum habitum honeſtum, quem de cetero geſtent dicti religioſi ſupradicti & eorum ſucceſſores, auctoritate apoſtolicâ ſupradicta nobis in hac parte commiſſa, ſecundum formam & tenorem litterarum apoſtolicarum prædictarum exhibemus & aſſignamus per præſentes. Ceterùm cùm executioni hujuſmodi litterarum, quoad alios fratres ejuſdem ordinis abſentes, ulteriùs faciendæ; non poſſumus commodè perſonaliter intereſſe, pluribus noſtris & eccleſiæ noſtræ Catalaunenſis magnis & arduis negotiis legitimè occupati, vobis præfatis Guillermo, Matthæo, Vincentio, & Petro, veſtrûmque cuilibet in ſolidum auctoritate apoſtolicâ ſupradictâ committimus & mandamus, quatinus prædictos regulam & habitus ipſis fratribus veſtris, ut præmittitur, abſentibus, dum & quotiens ab eiſdem fueritis requiſiti, prædicta apoſtolicâ auctoritate exhibeatis & aſſignetis, ſecundum & prout in litteris apoſtolicis plenius videritis contineri. Acta fuerunt hæc in domo noſtra epiſcopali Catalaunenſi, in lobiis ante palatium ejuſdem habitationis noſtræ, venerabilibus viris Guidone de Calvomonte ſuccentore, & Johanne de Condeto officiali eccleſiæ noſtræ Catalaunenſis canonicis, necnon Johanne de Buſſiaco, Simone de Mortuofonte, domino Guillermo de Noientello & pluribus aliis præſentibus. In quorum præmiſſorum teſtimonium, præſentes litteras, ſeu hoc publicum inſtrumentum ſcribi, & in hanc publicam formam redigi mandavimus per notarium publicum infra ſcriptum, ac ſigilli noſtri fecimus appenſione communiri.

Actum & datum loco ſupradicto XIII. die

Digitized by Google

menſis Aprilis, anno Domini MCCCXLVII.

LITTERÆ JOHANNIS primogeniti regis Franciæ,

Quibus declarat nullum præjudicium fieri archiepiſcopi Bituricenſis juri, quod ROGERUM *archiepiſcopum in novo ſuo adventu cum aliis baronibus non portaverit.*

Anno 1348. *Ex cartario archiepiſcopi Bituricenſis.*

JOHAN ainſné fils du roy de France, duc de Normandie & de Guyenne, comte de Poitou, d'Anjou, & du Maine, à tous ceulx qui ces lettres verront ſalut.

Come Reverent pere en Dieu monſieur ROGIER à preſent arceveſque de Bourges nous a fait ſignifier, que pour cauſe du chaſtel & chaſtellenie de Meun ſur Yevre, que nous tenons de li en fié, pour raiſon de noſtre treschere compaigne la ducheſſe, nous avec aucuns autres barons & nobles du dioceſe de Bourges, eſtiens tenus à le porter à ſon egliſe en ſon nouvel advenement, & ainſi eſt accoutumé à faire d'ancienneté; & laquelle choſe nous n'avons pas faite audit arceveſque en ſon nouvel advenement: Sçavoir faiſons qu'il n'eſt mie noſtre entente, ne ne voulons que pource que nous avons leiſſié & ceſſié à ce faire, aucun droit de franchiſe oudit fait ſoit acquis à nous, ou à nos ſucceſſeurs ſeigneurs dudit chaſtel, ne aucun préjudice fait audit arceveſque & ſes ſucceſſeurs, ou egliſe, ou temps à venir comment que ce ſoit, ainçois voulons que tel droit li demeure auſſi ſauf & auſſi entier comme il avoit par avant & devoit avoir.

Donné à Paris le XXVII. jour de Juillet, l'an de grace MCCCXXXXVIII.

EPISTOLA PETRI NARBONENSIS archiepiſcopi ad ſuffraganeos epiſcopos.

Ut Girbertum epiſcopum Carcaſſonenſem denuncient excommunicatum propter contumaciam ejus in recuſandâ metropolitani ſui viſitatione.

Anno 1348. *Ex Archivis eccleſiæ Narbonenſis.*

PETRUS Dei & apoſtolicæ ſedis gratiâ ſanctæ Narbonenſis eccleſiæ archiepiſcopus, venerabilibus fratribus dominis Dei gratiâ epiſcopo Biterrenſi, decano epiſcoporum noſtræ provinciæ Narbonenſis, Uticenſi, Nemauſenſi, Magalonenſi, Lodovenſi, Agathenſi, ſancti Pontii Tomeriarum, Electenſi & Elnenſi epiſcopis ſuffraganeis noſtris, vel eorum vicariis & officialibus ſalutem cum augmento gratiæ & honoris.

Exigit juris ratio ut malorum aſtutia, protervitas, ac malignitas nunc ſub virtutum velamen palliata, nunc per rebellionum & contradictionum malitiam ne in lucem prodeant obumbratæ per præſidentis vigilantiam extirpentur, & reprimatur facultas amplius malignandi. Sanè quidem dolentes referimus, de venerabili fratre noſtro GIRBERTO eadem gratiâ epiſcopo, & dilectis noſtris capitulo Carcaſſonenſi, & de ſingularibus perſonis ejuſdem

A capituli ſuper inordinato regimine, per quod morum ſubverſio, & ſcandala plurima in clero & populo Carcaſſonenſis civitatis & dioceſis, & alibi poſſent veriſimiliter generari, per frequentes clamores audivimus multa ſæva, quæ non poterant abſque Dei offenſa, conniventibus oculis, pertranſiri; & niſi de remedio opportuno provideremus, poſſemus per ſedem apoſtolicam miſerabiliter reprehendi. Hac igitur conſideratione, de conſilio peritorum, ad ipſos epiſcopum & capitulum, qui nobis jure B metropolitico ſubeſſe noſcuntur, deſcendere cupientes, ut videremus an clamores, qui ad nos pervenerant, opere compleviſſent; & ut ipſos, ac clerum & populum, tam per prædicationes verbi Dei, quàm per frequentes & pias admonitiones & debitas correctiones & ordinationes, ad caritatis normam deduceremus devios, & pios foveremus in pace. Ipſis epiſcopo & capitulo, ac rectori eccleſiæ parochialis ſancti Michaëlis burgi Carcaſſonenſis ſingulariter diverſis diebus per noſtras diverſas C eccleſias noſtrum adventum ſignificavimus viſitationis officium impenſuri, ſignificando etiam ut ipſas litteras in ſignum receptionis earum ſuis ſigillis nobis remitterent ſigillatas, quod eorum quilibet facere recuſavit. Nos autem contra ipſos ſuper præmiſſis amplius præſumentes, attendentes quod viſitationis officium, tam de jure, quàm ex privilegio à ſede apoſtolica nobis conceſſo, & alias de bona ratione & æquitate nobis incumbebat & competebat in hac parte, ad eccleſiam Carcaſſonenſem prædictam ad diem aſſignatam, quæ fuit viceſimaquinta D dies menſis Junii proximè præteriti perſonaliter acceſſimus, dictum viſitationis officium impleturi. Et licèt iterato dicto capitulo noſtrum ſignificaſſemus adventum, ipſi tamen ad noſtram præſentiam accedentes, ante januas majoris eccleſiæ, quas tamquam rebelles & inobedientes, ob noſtri deſpectum, clauſerant, ſeu claudi fecerant, noſtro propoſito & noſtræ bonæ intentioni ſine cauſa rationabili contradixerunt, & ibidem vituperosè nos & gentes noſtras in præſentia totius populi ſtare E fecerunt, & permiſerunt, licèt eis exponeremus, & exponi faceremus verbaliter omnia prædicta, dictum noſtrum privilegium apoſtolicum exhibentes, & etiam publicantes eiſdem; eorum ruditates & contradictiones, quas ſtatim punire poteramus, ſuſtinendo benignè. Tandem ipſi viſo privilegio, & aliâ ratione convicti, modicum portanellum portarum dictæ eccleſiæ pro nobis aperiri fecerunt, per quod vix & cum difficultate ac preſſura intrare potuimus eccleſiam ſupradictam. Quam cùm eſſemus ingreſſi, diu expectavimus antequam ad proceſſionem & obedientiam ali- F quam & reverentiam recipere nos curarent. Cùm autem ad viſitationem, licèt vituperosè dicti canonici nos, ut prædicitur, recepiſſent, cùmque de rebus & ſtatu eccleſiæ quæreremus, invenimus, tam circa Corpus CHRISTI, quod dolenter referimus, quàm circa ſanctum chriſma, & circa alias res dictæ eccleſiæ multos

nous en ſommes requis; & toutesfois que noſtredit frere, ſes hoirs & ſucceſſeurs auront meſtier de noſtre aide, & nous en requerront, ou feront requerir; nous encontre toute perſonne qui puiſſe vivre ou mourir, leur aideront & donrons tout le bon conſeil, confort, aide, à leurs propres frais & deſpens que nous ferions, ou pourrions faire pour noſtre propre fait & beſoigne, & ſans fraude & mal engin, nonobſtant quelxconques autres alliances, amitiez, ou confederacions, que nous, ou nos predeceſſeurs ayans euës ou temps paſſé à quelxconques autres perſonnes, auxquelles toutes & chacune d'icelles nous renonçons du tout pour nous, nos ſucceſſeurs, royaume, terres & ſubgiez à tousjourſmais par ces preſentes: reſervé toutesfois & excepté le pape & le ſaint ſiege de Romme, & l'empereur de Romme qui ores eſt, leſquels nous ne voulons eſtre compris en ces preſentes alliances en aucune maniere. Et pource que les alliances, confederacions, convenances, paccions, & autres choſes deſſuſdittes, & chacune d'icelles ſoient plus fermement tenuës, gardées & accomplies; nous avons juré ſur le Corps de JESUS-CHRIST, & encore jurons, & promettons par la foi de noſtre corps, & en parole de roy, les choſes deſſuſdittes, & chacune d'icelles tenir fermement, & accomplir à touſiours ſans fraude, en tout, ou en partie, en aucune maniere, pour quelconque cauſe & occaſion que ce ſoit. Et ſe nous faiſions, procurions, ou ſouffrions ſciemment le contraire eſtre fait (ce que Dieux ne vueille) nous voulons eſtre tenu & reputez en tout lieux & en toutes places, & en tout païs pour faulx, mauvais, & deſloyaulx parjur, & encourrir tel blaſme & diffame comme roy ſacré doit encourrir en tel cas. Et par ceſtes preſentes alliances nous ne entendons, ne voulons que aucun prejudice ſe face à nous, à nos hoirs & ſubgiez, parquoy nous & eulx pourrions & pourrons recepter, porter, & tenir tous les bannis, & fuitis hors du royaume d'Angleterre preſens & à venir, nez & à naiſtre par quelxconques cauſes ou occaſſion que ce ſoit, par la maniere que a eſté faite, & a coûtume de faire ou temps paſſé: & ſoubſmettons, quant à toutes ces choſes, nous, nos hoirs & ſucceſſeurs à la juridicion & cohercion de l'Egliſe de Romme; & voulons, conſentons que noſtre ſaint pere conferme toutes ces choſes, en donnant monicions, & mandemens generaulx ſur l'accompliſſement d'icelles contre nous, nos hoirs & ſucceſſeurs, & contre tous nos ſubgiez, ſoient communes, colleges, univerſitez, ou perſonnes ſingulieres quelxconques, & en donnant ſentences generaulx d'eſcommuniement, de ſuſpencion, & de interdit, pour eſtre encourus par nous, & par eulx pour celluy fait, ſi-toſt que nous, ou eulx, ferons, ou attempterons, en occupant forterreſſes, ville, ou chaſtel, ou autre quelconque choſe, faiſant, ratifiant, ou agreant, ou donnant conſeil, faveur, ou aide teillement, ou en appert, contre laditte paix & ceſtes preſentes

A alliances. Et avons fait ſemblablement jurer toutes les devantdittes choſes par nos tres-chiers enfans, le duc d'Anjou & du Maine, le duc de Berry & d'Auvergne, le duc de Touraine, le duc d'Orlians noſtre frere; & nos couſins le duc de Bourbon, monſeigneur Jacques de Bourbon, Jehan d'Artois, monſeigneur Pierre d'Alençon, monſeigneur Jehan d'Eſtampes, Guy de Blois, le conte de S. Pol, le conte de Harecourt, le conte d'Aucerre, le conte de Tancarville, le conte de Cencerre, le conte B de Jougny, le conte de Salebruche, le conte de Brene, le ſire de Coucy, le ſire de Craon, le ſire de Fieules, le dalphin d'Auvergne, le ſire de Montmorency, Guillaume de Craon, le ſire de Saint Venant. Et ferons auſſi jurer ſemblablement, & au pluſtoſt que faire pourront bonnement la plus grant partie des prelas, pers, dux, contes, barons, & autres nobles de noſtre royaume. En teſmoing deſqueles choſes, nous avons fait mettre noſtre ſcel à ces preſentes lettres.

C Donné à Bouloigne le XXVI jour d'Octobre l'an de grace mil CCC LX.

TESTAMENTUM CARDINALIS
TALAIRANDI epiſcopi Albanenſis.

Anno 1360. Ex ſchedis B. Mariæ Deauratæ.

UNiverſis præſentem inſpecturis paginam innoteſcat, quod nos TALAIRANDUS miſeratione divinâ epiſcopus Albanenſis, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalis, per Dei gratiam mente & corpore ſani, ſalubri medita- D tione penſantes, quod præſentis vitæ conditio ſtatum habet inſtabilem, & ea quæ viſibilem habent eſſentiam tendunt viſibile ad non eſſe; quodque dum corpus ſanitate viget, ultimæ voluntatis inditium, in quo tranquillæ mentis, & rationis uſus exigitur, quâ tunc ipſa mens non cogitur cogitare quod dolet, ſalubriùs providetur: ac propterea providentes diem noſtræ peregrinationis extremum, diſpenſatione teſtamentariâ prævenire, rerum & bonorum noſtrorum ordinationem per præſens nuncupativum teſtamentum ſive ſcriptis con- E dimus, & facimus in hunc modum:

✠ Inprimis omnipotenti Deo, & Domino noſtro JESU CHRISTO animam meam devotione humili commendantes, ipſum ſuppliciter exoramus, ut qui pro ſalute humani generis naſci voluit atque pati, eam cum reſoluto luteo corpore de hac valle miſeriæ tranſiverit, ad vitam propitius ac miſericors ipſe recipiat, nec ſecundum peccata quæ fecimus nobis ille retribuat, ſed ſecundum miſericordiam ſuam, ſalvam eam faciens, in ſinu Abrahæ patriarchæ collocare dignetur. Et quia interdum F quod per nos obtinere non poſſumus, ad obtinendum prodeſt interceſſio aliena, humili oratione precamur, ut precibus & interceſſione ſanctæ & glorioſæ MARIÆ Virginis Matris Domini noſtri JESU-CHRISTI, & omnium ſanctorum impetrare poſſimus quæ mente devotâ & animo contrito expoſcimus &

Digitized by Google

rogamus, ſperanteſque precibus & interceſſio- A ne beatiſſimi Frontonis, & ejus meritis apud omnipotentem Dominum adjuvari, in eccleſia ipſius ſancti Frontonis de Petragoriis, ad quam gerimus ſpecialis devotionis affectum, noſtram eligimus ſepulturam: ut in ea in qua promotionis noſtræ primordia ſumſimus, orationum ſuffragia jugiter ſentiamus.

Si autem in civitate Avenionenſi, vel prope eam nos decedere contingat, in domo Fratrum Minorum de Avenione exſequias noſtras B fieri ordinamus, & exinde poſt novem dies ad locum prædictæ ſepulturæ nos portari volumus & transferri. In die autem ſepulturæ noſtræ hujuſmodi canonicis majoris & dictæ ſancti Frontonis eccleſiæ Petragoricenſis utriuſque & aliis clericis in eis deſervientibus ibidem pro ſepultura noſtra venientibus, dari libratam in pecunia volumus, & eleemoſynam pauperibus ibi convenientibus dari præcipimus, prout ſecundum morem patriæ, & inſpecto ſtatu noſtro infraſcriptis executoribus noſtris videbitur faciendum. Quâ etiam die ſingulis conventibus C prædictorum Minorum, & ſororum monialium ſanctæ Claræ Minoriſſarum de Petragoris decem florenos auri pro pitancia dari volumus. Et in die exſequiarum faciendarum in Avenione ſingulis collegiis pauperum religioſorum, & hoſpitalibus dictæ civitatis eleemoſynam dari volumus, prout infraſcriptis executoribus videbitur faciendum.

Verùm cùm non remittantur peccata, niſi fiat ſatisfactio, & reſtituantur ablata: ordinamus, & volumus, ut omnibus & ſingulis de D nobis juſtè conquerentibus de bonis noſtris fiat plena ſatisfactio, & emenda, ita quod ſit in arbitrio executorum infraſcriptorum, an ad probationem debeant eſſe ſolius juramenti præſtatione contenti, an inſpecta conditione conquerentis, & emenda quæ petitur à conquerentibus ſit plena probatio exigenda.

Nos etiam recolimus à nobili & potenti viro domino Petro de Via milite ducentos quinquaginta florenos auri mutuo olim recepiſſe, quos heredibus ſuis ſolvi volumus atque reddi. E

Item, heredibus quondam domini Petri de Saxa canonici Lemovicenſis volumus centum regales auri reſtitui quos ſibi debere ex cauſa mutui confitemur.

Item, quia juſtum eſt ut beneficia noſtra, à quibus multa bona recognoſcimus habuiſſe fructum aliquem debeant reportare, legamus capitulo eccleſiæ Lemovicenſis, cujus fuimus in epiſcopum electi, centum florenos auri pro emendis reditibus pro anniverſario noſtro in F dicta eccleſia in die ſepulturæ noſtræ faciendæ Petragoris annis ſingulis faciendo.

Item, centum alios florenos capitulo eccleſiæ Autiſſiodorenſis, cujus fuimus epiſcopus in emtione redituum pro cauſa ſimili committendos.

Item, capitulo eccleſiæ Petragoricenſis alios centum florenos legamus, ex quibus emantur reditus pro noſtro anniverſario faciendo: & cùm aliàs dictis capitulo Petragoricenſi promiſerimus emere, & aſſignare viginti-quinque ſextaria frumenti renduales ad menſuram Petragoricenſem pro miſſa Sancti Spiritûs, quam pro nobis in die Jovis quâlibet ſeptimanâ celebrant, eaque nondum aſſignavimus, dicto capitulo legamus trecentos florenos auri pro acquiſitione redituum prædictorum, diſtribuendorum inter canonicos & ſervitores eccleſiæ, qui in dicta die Jovis qualibet in miſſa celebranda pro defunctis, vel de Sancto-Spiritu cum una collecta de mortuis perſonaliter intererunt quam in vita noſtra de Sancto-Spiritu, & poſt noſtrum obitum pro defunctis ipſa die Jovis celebrare perpetuò teneantur pro noſtra, & parentum noſtrorum animarum ſalute.

Item, legamus eccleſiæ prædictæ ſancti Frontonis centum quinquaginta florenos auri pro emendis reditibus pro anniverſario noſtro annis ſingulis faciendo ibidem.

Item, legamus prioratui ſancti Medardi de abbatia, Petragoricenſis dioceſis, centum florenos auri in refectionem domorum dicti prioratûs, utiliter expendendos.

Item eccleſiæ collegiatæ ſancti Petri ad vincula de Urbe, centum florenos auri, pro emtione immobilium rerum pro anniverſario noſtro annis ſingulis faciendo ibidem.

Item, legamus præpoſitatui ſancti Benedicti de Saltu, Bituricenſis dioceſis, ducentos quinquaginta florenos auri, expendendos in reparationem & refectionem ædificiorum per manus duorum proborum per executores noſtros eligendorum, vel in emtionem ornamentorum eccleſiaſticorum, ſi ædificia, molendina, vel alia reparatione tanta, vel minimè indigere dicantur.

Item, legamus archidiaconatui Poſqueriarum ducentos florenos auri, quos volumus expendi in rebus utilioribus ipſi archidiaconatui, ſicut in ſimilibus ſuprà eſt expreſſum.

Item, legamus Senonenſi, Carnotenſi, Belvacenſi, Attrebatenſi & Virdunenſi eccleſiis, ſcilicet cuilibet earum, quinquaginta florenos in emtione redituum, pro faciendo anniverſario convertendos in earum qualibet ſingulis annis.

Item, legamus pro reparatione domorum præbendæ noſtræ Lincolnienſis in Anglia triginta librarum ſterlingorum, ſi reparatione tantâ indigeat; aliàs id quod ſuperfuerit ultra refectionem, in emtione redituum convertantur pro noſtro anniverſario faciendo, prout ſuperiùs expreſſum eſt.

Item, pro reparatione domorum decanatûs Eboracenſis alias triginta libras ſterlingorum legamus, prout ſuperiùs de præbenda Lincolnienſi eſt dictum.

Item, legamus abbatiæ monaſterii de Cancellata, ordinis S. Auguſtini, *Petragoricenſis* dioceſis, quinquaginta librarum Turonenſium parvorum pro noſtro anniverſario, in emtione redituum convertenda.

Item, legamus eccleſiæ ſancti Aſtibili, Petragoricenſis dioceſis, centum florenos auri, quos

quos in emendis reditibus pro faciendo annis ſingulis noſtro anniverſario volumus omnino converti.

Item, legamus eccleſiæ de Montanhaco prope Montem-pavonem Petragoricenſis diœceſis quinquaginta libras Turonenſium parvorum, de quibus volumus emi reditus eidem aſſignandos pro anniverſario pro noſtra parentumque noſtrorum animarum ſalute ibidem annis ſingulis faciendo.

Item, prioratui de Flexu quinquaginta florenos auri. Et prioratui ſancti Martini de Brageriaco centum florenos auri in emptione redituum pro faciendis anniverſariis annis ſingulis expendendos.

Item, prioratui ſancti Licerii Bigorræ quinquaginta florenos ſimili modo, & forma quibus ſupra in proxima expendendos.

Item, quinquaginta florenos auri prioratui de Eliſona ſimilibus modo & forma quibus ſupra.

Item, volumus & ordinamus fieri quinquaginta calices, quorum ſinguli ponderent duas marchas argenti, quos dari volumus quinquagenta eccleſiis terræ comitatus & diœceſis Petragoricenſis, in illis eccleſiis perpetuò ad Dei ſervitium deputandos.

Item, legamus decem millia Turonenſium groſſorum argenti pluribus & diverſis ſacerdotibus dandis juxta arbitrium executorum noſtrorum, qui á die obitûs noſtri uſque ad viginti quinque dies miſſas pro ſalute animæ noſtræ habeant celebrare; ita quod unus ſolus groſſus Turonenſis ad plus pro una miſſa ſingulis ſacerdotibus aſſignetur, & rogentur quod ſic eis placeat devotè cum bona diligentia miſſas illas defunctorum celebrare.

Item, legamus conventui Vallis-claræ ordinis Cartuſienſis Petragoricenſis diœceſis decem millia ſcudatorum Johannis auri, quæ jam habemus comparata in quadam caſa, cujus clavem habebit prior Carthuſienſis de Vltra-pontem Avinionenſem pro faciendis ædificiis ad dicti conventûs perfectionem, & conſummationem neceſſariis, & pro emendis reditibus dicto conventui neceſſariis pro fratrum dicti conventûs ſuſtentatione detenti, & volumus quod prior majoris Cartuſiæ habeat curam majorem & ſollicitudinem quod dicta domus perficiatur, & reditus qui ſunt neceſſarii emantur, & ſi præmiſſa non ſufficerent ſecundum relationem prioris majoris Cartuſiæ qui nunc eſt, vel pro tempore fuerit, volumus quod de diſtributionibus cameræ venerabilium cardinalium executores noſtri habeant dicto priori uſque ad ſummam trium millium florenorum, ſi tanta ſumma indigeat, vel de minori ſumma, ſi illa minor ſufficiat providere.

Item, legamus epiſcopo & capitulo Caturcenſi in recompenſationem prioratus de Biole, quem fecimus uniri dictis conventui Vallis-claræ, mille florenos converten los in utilitatem eccleſiæ Caturcenſis ſupradictæ, ſi dicti prioratûs collatio ad eos pertinebat: alioquin illi ſeu illis, ad quem vel ad quos ipſius

A prioratûs ante dictam unionem, proviſio, collatio, præſentatio, ſeu quavis alia diſpoſitio pertinebat.

Item, legamus, pro puellis maritandis in terra comitatûs & diœceſis Petragoricenſis duo millia florenorum auri.

Item, legamus capellæ per nos inſtitutæ in eccleſia ſancti Frontonis prædicta pro amplioribus reditibus emendis, dividendis annis ſingulis inter vicarios ejuſdem capellæ duo millia florenorum auri.

B Item, volumus quòd ematur una domus competens, in qua ſimul omnes vicarii in dicta capella inſtituti valeant habitare: pro quibus complendis, legamus ulterius quadringentos florenos auri.

Item, volumus & ordinamus, quòd in dicta capella per nos inſtituta in ipſa eccleſia ſancti Frontonis remaneant perpetuò infra ſcripta videlicet: crux aurea cum ligno crucis, & cum ſpina coronæ Domini noſtri JESU-

C CHRISTI, quæ à duobus angelis ſuſtinetur.

Item, aliæ duæ cruces, quarum una criſtallina, alia eſt argenti.

Item, omnes imagines argenti cum quibus altare capellæ noſtræ in diebus ſolemnibus parari & honorari conſuevit.

Item, omnia candelabra & thuribulum argenti.

Item, omnes libri eccleſiaſtici ſive fuerint miſſalia, ſive alii libri deputati ad dicendum officium Domini noſtri: & præmiſſa omnia ad

D uſum dictæ capellæ, & ad Dei ſervitium in ea faciendum perpetuò dedicamus, eaque legamus capellæ ſupradictæ: volumus tamen quòd capitulum dictæ eccleſiæ ſancti Frontonis præmiſſa vel eorum aliqua ad ornandum & parandum altare majus ipſius eccleſiæ quandocumque voluerit recipere poſſint: quæ omnia in tuto loco, & honorabili in dicta capella cuſtodiri volumus per priorem capellæ, qui erit deputatus per capitulum eccleſiæ ſancti Frontonis prædictæ, & per aliquem canonicum di-

E ctæ eccleſiæ, prout inter nos, & capitulum in fundatione dictæ capellæ extitit ordinatum; & quod anno quolibet in capitulo generali recenſeantur omnia ornamenta, & jocalia capellæ ſupradictæ.

Item, legamus capitulo ipſius eccleſiæ ſancti Frontonis duos pannos ſericos cum imaginibus cum quibus altare noſtrum in feſtis majoribus conſuevit ornari.

Item, veſtimenta alba quæ fecimus fieri de pannis pretioſis Ultramarinis cum aurificiis de

F Anglia; & duo pluvialia de opere Anglicano, quæ emimus ab executoribus bonæ memoriæ domini GAUCELINI epiſcopi Albanenſis cardinalis, ad honorem beati Stephani protomartyris legamus dictæ eccleſiæ Petragoricenſi cathedrali.

Item, veſtimenta violacia ſive Indi coloris, videlicet caſulam cum una dalmatica diaconi, & alia dalmatica ſubdiaconi, quibus uti conſuevimus, legamus conventui fratrum Mino-

Digitized by Google

rum Petragoris: & nihilominus ultra alia ſibi A legata quinquaginta florenos auri, ut pro noſtra, & parentum noſtrorum animarum ſalute apud Deum ferventiores orationes effundant etiam legamus eiſdem.

Item, veſtimenta nigra, prout jam de aliis immediatè diſpoſuimus, conventui fratrum Prædicatorum de Petragoris relinquimus. Et nihilominus quinquaginta florenos auri legamus eiſdem ultra alia ſibi ſuperiùs relicta.

Omnia autem alia veſtimenta, ſive ornamenta eccleſiaſtica ad uſum capellæ prædictæ & vicariorum deſervientium in ea perpetuo B dedicamus.

Item pro complenda executione teſtamenti dominæ quondam matris noſtræ mille florenos auri volumus expendi.

Item, legamus familiaribus noſtris tria millia florenorum auri, qui juxta arbitrium executorum noſtrorum attentis conditionibus perſonarum, & ſervitiis diu, vel brevi pro impenſis, & remunerationibus per eos receptis, diſtribuantur inter dictos familiares noſtros, prout ſecundum Deum eis videbitur diſtributio facienda: nolumus tamen quod aliquis, C qui per nos, vel ad inſtantiam noſtram fuerit competenter beneficiatus, portionem habeat in prædictis tribus millibus florenorum. Si autem ſolutis legatis præmiſſis, & ſatisfactis conquerentibus aliquid in bonis mobilibus ſuperfuerit, de quo expreſsè vel tacitè nihil extiterit ordinatum, volumus & ordinamus quod in monaſterio de Cancellata ordinis ſancti Auguſtini Petragoricenſis dioceſis, de quo ſuperiùs eſt facta mentio, in quo eſt numerus viginti duorum canonicorum, augeatur numerus ſcilicet quod ultra illum numerum ponantur ſexaginta canonici; & ſi fortè non ſuffi- D ciant ædificia pro omnibus canonicis, quod abbas & conventus dicti monaſterii illa ædificare, ſeu ædificari facere, juxta ſtatum & conditionem aliorum canonicorum, qui nunc ſunt, teneantur; & volumus quòd de bonis noſtris emantur tot reditus videlicet, quot pro quolibet canonico illorum ponendorum ultra dictum numerum, qui nunc eſt, eiſdem abbati & conventui triginta florenos auri anno quolibet aſſignentur. De quibus triginta florenis aſſignandis pro dictis ſingulis canonicis ponendis qui nunc ultra numerum prædictum in vi- E ctu, & veſtitu & aliis neceſſariis, ſicut uni ex aliis canonicis dicti monaſterii qui nunc ſunt, providere teneantur; ſic quod quilibet illorum ponendorum canonicorum habeat quinque florenos in veſtitu: licet alii canonici qui nunc ſunt fortè minus habeant; & dicti abbas & conventus obligent ſe pro illis canonicis ponendis, qui erunt ultra præſentem numerum ſucceſſivé ad dandum veſtiarium uſque ad valo- F rem dictorum quinque florenorum, & quod aliis in neceſſariis ſicut aliis de præſenti numero providere teneantur.

Item, quod ſi numerus dictorum viginti duorum canonicorum qui nunc eſt juratus, quod ipſum dicti abbas, & conventus jurare habeant & illum per epiſcopum Petragoricenſem etiam cum conſenſu capituli eccleſiæ Petragoricenſis, vel, ſi neceſſe fuerit, per dominum noſtrum papam facere confirmari.

Item, volumus quòd comes Petragoricenſis qui nunc eſt, & erit pro tempore; omnes iſtos canonicos ponendos, ultra dictum juratum & confirmatum numerum viginti duorum canonicorum habeat ponere perpetuis temporibus ſucceſſivè, ſic quod omnes præſentet eiſdem abbati & conventui, qui eos habeant ſtatim recipere, dum tamen fuerint idonei: & ſi penes majorem partem conventus reputentur idonei, abbas & alii de minori parte conventûs illos recipere teneantur in canonicos & in fratres. Et volumus quòd cum aliquis de dictis ponendis canonicis ultra dictum numerum viginti duorum canonicorum deerit, quod idem comes infra unum menſem computandum à die, quo illum tale deeſſe contigerit aliam perſonam idoneam dictis abbati & conventui præſentare teneatur. Alioquin elapſo dicto menſe, ad dictos abbatem, & conventum poteſtas ponendi perſonam idoneam in canonicum, & in fratrem illa vice devolvatur. Sic tamen quod de civitate, ſeu dioceſi Petragoricenſi talis perſona, ut præmittitur, tam per comitem, quàm per abbatem & conventum prædictos ponenda traxerit originem, & non aliunde. Et hoc ipſi abbas & conventus habeant facere infra dictum alium menſem tunc ſequentem. Quod ſi fortè dicti abbas & conventus infra dictum alium menſem facere neglexerint, poteſtas ponendi talem perſonam idoneam, quæ, ut præmittitur, de civitate, vel dioceſi prædictis traxerit originem, elapſis dictis duobus menſibus ad capitulum eccleſiæ ſancti Frontonis Petragoricenſis devolvatur per modum ſupradictum.

Item, volumus & ordinamus quòd ſinguli canonici ultra ipſum numerum viginti duorum canonicorum, ut præmittitur, ponendi, dum erunt in ætate viginti quinque annorum, ſe faciat ad ordines ſacros promoveri, nec poſſint mutari per abbatem in aliis prioratibus, niſi cauſa rationabilis id expoſcerit. Quod ſi fortè fuerit ex cauſa rationabili, & ut ſupradictum eſt, alius ibidem loco illius ſubrogetur per modum ſupradictum.

Item, ordinamus & volumus, quòd ultra miſſas conventuales, quas illi qui nunc ſunt canonici quotidie tenentur celebrare in dicto monaſterio, dicti ſexaginta canonici ponendi, vel illi ex eis qui præſentes erunt in eodem monaſterio, ſingulis diebus miſſas alias quatuor conventuales, ſcilicet de Sancto Spiritu unam, de ſancta Maria aliam, de ſancto Joanne-Baptiſta alteram, & pro anima noſtra ſpecialiter de mortuis reliquam alta voce cantare teneantur. Volumus tamen quod ſeparatim illas quatuor miſſas dicere poſſint, nec omnes ſimul convenire, ſed aliqua pars in una, & alia pars in alia, & reliqua pars in altera, ac alia pars ipſorum ſexaginta canonicorum in aliis miſſis intereſſe teneantur.

Et in omnibus bonis noſtris mobilibus dum-

taxat quæ ſuperfuerint, ſolutis legatis, & omnibus aliis & ſingulis ſupra & infra contentis plenè ſervatis & completis, abbatem & conventum prædictos univerſales facimus & conſtituimus noſtros heredes, exceptis libris noſtris juris civilis, & canonici, de quibus intendimus aliter ordinare. Quod ſi fortè non ordinaverimus, eos legamus eiſdem abbati & conventui: ſic quod libros juris civilis cum ſint eis prohibiti eos vendere, & in jocalibus pro monaſterio convertere; libros autem juris canonici alienare non poſſint, ſed perpetuò remaneant ibidem pro canonicis volentibus ibidem ſtudere; & dictos libros recipiant ab executoribus noſtris ſub inventario, & ſingulis annis eos habeant oſtendere comiti Petragoricenſi vel alteri quem ibi fortè direxerit deſtinandum. Sic tamen quod ſi reſiduum aliquod ſuperfuerit in bonis prædictis mobilibus, dicti abbas & conventus & executores noſtri de illo reſiduo teneantur augere numerum per nos ſuperiùs ordinatum juxta portionem per nos ſuperiùs taxatam in quantum ſuppetent dictorum noſtrorum bonorum mobilium facultates. Qui quidem canonici ultra dictos ſexaginta canonicos ſic ponendi, ponantur per comitem & abbatem, conventum, aut capitulum ſancti Frontonis prædictos, prout ſuperiùs de dictis ſexaginta extitit ordinatum, & quod traxerint originem de civitate & dioceſi Petragoricenſi prædictis.

Nota.

Item, volumus & ordinamus, quòd in caſu quod, Deo auxiliante, tantum nos ſupervivere continget, quod legata ſupra & infra ſcripta perſonis quibuſcumque relicta ſolverimus in ſolidum, vel in parte, quod executores noſtri prædicti ſic ſoluta minimè ſolvere teneantur: vel ſi reſtet aliquid faciendum, pro vita de legatis hujuſmodi.

Inſuper etiam volumus & ordinamus, quòd ſi per ſucceſſores noſtros qui pro tempore archidiaconatus, prioratus, decanatus, præpoſitatus, canonicatus, & præbendas, eccleſias, & alia beneficia noſtra prædicta obtinebant, amplius quam ſuperiùs legaverimus petatur ex cauſa quacumque à noſtris executoribus infraſcriptis, vel heredibus prædictis quod ſumere eis legatè computentur in deductionem eorum quod ſic peterentur ab eis. Verùm quia præmiſſa perfici non poſſent ſine auxilio & favore ſanctiſſimi in Chriſto patris domini noſtri papæ qui nunc eſt, vel qui erit pro tempore, idcirco ſupplicamus eidem ut concedere dignetur, quod executores noſtri poſſint emere decimas, quæ à laïcis poſſidentur. Eſto quod non ſint infeudatæ ante concilium generale uſque ad ſummam & valorem quingentarum librarum Turonenſium parvorum rendualium, rectorum eccleſiarum in quorum parrochiis, & epiſcoporum in quorum dioceſibus percipiuntur irrequiſito conſenſu. Si autem de bonis noſtris mobilibus legata & alia præmiſſa ſolvi, & compleri non poſſint, volumus heredem noſtrum infraſcriptum ad ſolutionem vel ad completionem præmiſſorum poſſe urgeri. In aliis autem bonis noſtris immobilibus ex qua-

A cumque ſucceſſione, vel cauſa ad nos pervenerint & in ea nomine, & debito quod nobis ceſſerunt, excellentiſſimi viri domini dux LUDOVICUS & ROBERTUS DE DURATIO nepotes noſtri: & excellens domina AGNES duciſſa Duracii ſoror noſtra, & quilibet earum contra comitem Petragoricenſem & quoſdam alios in eo debito contentos, ARCHAMBALDUM primogenitum comitis Petragoricenſis fratris noſtri heredem univerſalem inſtituimus. Et ſi heres non erit, TALAIRANDUM ſecundogenitum B dicti comitis fratris noſtri: & dicto Talairando ſi heres non erit, comitem Petragoricenſem qui erit pro tempore ſubſtituimus ſucceſſivè.

Hoc eſt autem teſtamentum noſtrum ultimum, & ultima voluntas noſtra, quod & quam & omnia, & ſingula in eo contenta volumus valere, & jubemus in poſterum robur & efficaciam obtinere ubique loco jure teſtamenti: & ſi non illo jure volumus quod, valeat codicillorum vel jure mortis cauſa donationis, vel jure cujuſlibet alterius voluntatis: rogamuſque vos teſtes ſupraſcriptos vocatos ad hoc C ſpecialiter & rogatos, ut de prædicto teſtamento & ultima voluntate noſtra, & de omnibus & ſingulis in eo, vel in ea contentis ſupra & infra ſcriptis, ſi & quando fueritis requiſiti, perhibere velitis teſtimonium veritati; necnon & te ſubſcriptum notarium publicum, ut de præmiſſis & infra ſcriptis omnibus & ſingulis facias unum, dico, vel plura inſtrumenta publica, & pro omnibus & ſingulis quorum intereſſe poterit & pro ea parte quæ ad quoſcumque ſpectaverit extrahere poſſit & conficere publicum inſtrumentum cùm fueris requiſitus.

D Verùm quia parum eſſet præmiſſa diſponere niſi eſſent qui ea executioni mandarent, ideo confidentes de magna affectione quam ab antiquo ad nos habere probavimus, ſanctiſſimum patrem & dominum noſtrum dominum INNOCENTIUM digna Dei providentia ſacro ſanctæ Romanæ eccleſiæ ſummum pontificem, confiſi etiam de ejus clementia, ſanctitati ſuæ & ſucceſſorum ſuorum qui erunt pro tempore humiliter ſupplicamus, quatenus ipſi hujus ultimæ noſtræ voluntatis dignentur eſſe directores, E gubernatores & præcipui ordinatores; & ex benignitate ſua dignentur executionem hujus teſtamenti unà cum tota familia noſtra recommendatam habere. Deprecamur etiam reverendos patres & cariſſimos dominos & amicos noſtros dominos PETRUM Præneſtinum, Spanum Magalonenſem, & de Caramanno cardinales, ut dignentur intendere, & facere quod dicta ultima voluntas noſtra plenum conſequatur effectum. De eis igitur confidentes eos & venerabiles patres in Chriſto dominos BERNARDUM Stephani domini papæ notarium, F PHILIPPUM Burdegalenſem archiepiſcopum, & PETRUM Aquenſem, HELIAM Sarlatenſem, ARNALDUM Laſcurrenſem, HELIAM Paphenenſem, & ARCHAMBALDUM Cathalaunenſem epiſcopos; & dilectos familiares noſtros venerabiles viros dominos Raymundum de Pradella Burdegalenſem canonicum, & Bertran-

Digitized by Google

dum de Campanhaco archidiaconum de Ultra Dordonam Petragoricenſium eccleſiarum facimus & ordinamus executores hujus noſtræ ultimæ voluntatis, dantes eis & cuilibet dictorum dominorum cardinalium in ſolidum, & duobus ex dictis dominis notariis, archiepiſcopo & epiſcopis, ac familiaribus noſtris aliis plenam & liberam poteſtatem addendi, & detrahendi in præmiſſis, & apprehendendi & recipiendi propriâ auctoritate, nullius ſuperiorum expectato mandato, poſſeſſionem omnium bonorum noſtrorum, necnon peten[di], & exigendi ea quæ nobis debebuntur; & de exactis quittationis litteras concedendi, & legata in hoc teſtamento relicta ſolvendi, diſtribuendi, & exequendi omnia ſuperiùs ordinata, declarandi, interpretandique voluntatem noſtram; & dubia quæ ex hoc teſtamento poſſunt quovis modo oriri, volumus tamen quod de bonis noſtris inventarium facere teneantur. Solemnitatem autem quæ de jure in factione inventarii requiritur, remittentur omnino.

Volumus inſuper quod prædicti executores pro executione præmiſſorum poſſint vendere & diſtrahere, & alienare bona noſtra mobilia ſine ſubhaſtatione quacumque omni juris ſolemnitate omiſſâ, & nihilominus ad majorem roboris firmitatem huic præſenti inſtrumento ſigillum noſtrum apponi fecimus in teſtimonium veritatis.

Actum & datum Avenione, in ſtudio cameræ hoſpitii habitationis noſtræ, anno à Nativitate Domini MCCCLX. indictione XIII. die feſti beati Frontonis, quod fuit die videlicet XXV. menſis Octobris, pontificatûs præfati domini INNOCENTII papæ VI. anno VIII. præſentibus venerabili patre in CHRISTO domino HELIA Dei gratiâ Segobricenſi, & beatæ MARIÆ de Albarreſmo epiſcopo, magiſtro Armando de Saxa rectore eccleſiæ ſancti Sulpicii, Petragoricenſis diœceſis, Bernardo de Sancto Aſterio Nicoſienſi, Jaumaro de Chambarthaco ejuſdem Nicoſienſis, Heliâ Jamnari de Albaterra eccleſiarum cancellario, & Talairando de Vernodio domicello, ac Johanne de Caſtaniero clerico Petragoricenſis diœceſis, teſtibus ad præmiſſa vocatis, & rogatis.

Et me Helia de *Laſcoutz* de Villapodii ſancti Frontonis Petragoricenſis publico apoſtolicâ, & imperiali auctoritate notario, qui præmiſſis omnibus & ſingulis, dum, ut præmittitur, per dominum meum dominum TALAIRANDUM cardinalem teſtatorem ſupradictum agerentur, ordinarentur & fierent in modum ſupraſcriptum, unà cum prænominatis teſtibus præſens fui, & hîc manu meâ ſubſcripſi, ſignoque meo ſolito ſignavi, in hanc formam publicam redigendo, vocatus & requiſitus in teſtimonium omnium præmiſſorum.

LETTRES DU ROY,

Comme il ne ſe départ en rien des alliances des Eſcos, juſques les renonciations faites.

JEHAN par la grace de Dieu roy de France, à tous ceulx qui ces preſentes lettres verront ſalut. Anno 1360. Ex ms. domini Baluzii.

Comme par nos autres lettres nous ayons fait perpetuelles alliances pour nous, nos hoirs, & nos ſucceſſeurs, & noſtre royaume, avecques noſtre tres-chier frere le roy d'Angleterre, pour luy, ſes hoirs & ſucceſſeurs, & ſon royaume, contre toutes perſonnes qui puiſſent vivre ou mourir, excepté ſeulement noſtre ſaint pere, le ſaint ſiege de Romme, & l'empereur qui ores eſt; en nous deportans de toutes alliances faites avec quelxconques autres perſonnes, ſi comme contenu eſt és lettres faites ſur leſdittes alliances. Savoir faiſons que n'eſt, ne oncques fu noſtre entention, que par leſdittes alliances nous nous departions en aucune maniere des alliances que faites avons autrefois à noſtre tres-chier couſin le roy d'Ecoſſe, ſon royaume, ſes ſubgiez. Ainçois voulons leſdittes alliances faites avec leſdis Eſcos demeurer en ſa force & vertu; juſques à ce que noſtredit frere & noſtredit nepveu ſon fils ainſné auront faites les renonciations qui ſont à faire de leur partie, & icelles envoyées, & baillées, & delivrées à nos gens, ou deputez par nous à Bruges, en l'egliſe des Auguſtins, au terme & par la maniere que obligiez y ſont par leurs lettres ſeellées de leurs ſeaux: leſquelles renonciations faites, & delivrées à nos deputez par la maniere deſſuſditte, nous dès maintenant pour lors, & deſlors pour maintenant nous departons du tout des alliances deſdits Eſcos. Et pour garder & norrir parfaite paix & amour avec noſtredit frere, ſon royaume, & ſes ſubgiez, nous conſentons & promettons à noſtre dit frere, que nous ſurſerrons de nous aidier & uſer deſdittes alliances deſdits Eſcos, juſques à tant que leſdittes renonciations ſe doivent faire. C'eſt aſſavoir juſques à la feſte de ſaint Andrieu prochain en un an. Et ſemblablement noſtredit frere a promis à faire par la maniere deſſuſditte des alliances qu'il a avec les Flamens & le pays de Flandres: ſauf & excepté ce qui eſt dit & eſcript en l'accort de Bretigny de l'article de Bretaingne. En teſmoing de ce, nous avons fait mettre noſtre ſeel à ces preſentes lettres.

Donné à Bouloigne le XXVI. jour d'Octobre, l'an de grace mil CCC LX.

LETTRES DU ROY,

de don fait à meſſire Guy de Brienne, de deux mille reaulx de rente chacun an.

JOHANNES Dei gratiâ Francorum rex, univerſis præſentes litteras inſpecturis ſalutem. Anno 1360. Ex ms. domini Baluzii.

Noverint univerſi, quantum dilectus & fi-

delis noſter Guido de Brione miles meruerit apud nos, ut ipſum proſequi debeamus fructuoſo favore, duo millia regales auri cugni noſtri annui reditus percipiendi & recipiendi annuatim terminis ad talia ſolitis quamdiu vixerit, in theſauro noſtro Pariſienſi de pecunia noſtra ſibi concedimus tenore præſentium, & donamus de gratia ſpeciali, pro cujus quidem reditu annuo idem Guido præſtitit nobis fidelitatem & homagium ligium ad quod ipſum duximus admittendum. Quocirca dilectis & fidelibus theſaurariis noſtris præſentibus & futuris damus præſentibus in mandatis, quatenus dicto Guidoni, vel ejus certo mandato dictis terminis reditum ſolvant prædictum annuatim, abſque alterius expectatione mandati, retinendo quittanciam de ſolutis, quæ in eorum compotis allocari jubemus ſine contradictione quacumque. In cujus rei, &c.

Datum apud Sanctum Audomarum, die i. Novembris, anno Domini MCCCLX.

LETTRES DU ROY, de envoyer les hoſtages dedens Noël enſuivant.

Anno 1360. Ex mſ. domini Bulteau.

JEHAN par la grace de Dieu roy de France, à tous ceulx qui ces preſentes lettres verront ſalut.

Savoir faiſons, que pource que le nombre des hoſtages que noſtre tres-chier frere le roy d'Angleterre requeroit avoir de noſtre partie, & eſtre livrez à luy à Calais, n'eſtient mie preſens, mais eſtoient abſens aucuns d'eulx qui n'eſtoient pas venus à noſtre mandement, quand noſtredit frere nous donna congié de nous partir de Calais. Nous luy avons promis, & promettons en bonne foy ſans mal engin, & juré ſur ſaints evangiles que dedens Noël prochain venant, au pluſtoſt, ſe bonnement le povons faire, nous envoyrons à Calais, pour eſtre hoſtages devers noſtredit frere pour nous le conte de Vaudemont, ou ceulx qui furent nommez pour luy, le conte de Grantpré, le chaſtelain de Lille, le ſire de Preaulx ſeigneur d'Eſtouteville, le vidame de Chartres, & le ſire de Hangeſt, ſe ils ne ſont morts, ou empeſchiez de juſte empeſchement, ou autres auſſi ſouffiſans, juſques audit nombre.

Item, jurons en la maniere deſſuſditte, que nous bailleron & delivreron, ou feron bailler & delivrer à noſtredit frere d'Angleterre toutes les terres que nous devons bailler & delivrer par l'accord que nous avons fait avec lui dedens dujourduy en un an, par la maniere que faire le devons dedens la ſaint Michel prochain venant, & toutes autres choſes que faire li devions dedens laditte ſaint Michel, nous luy ferons & accomplirons de tout noſtre povoir dedens du jourduy en un an.

Item, nous jurons, comme dit eſt, que de tout noſtre povoir ferons bailler & delivrer à noſtredit frere dedens du jourduy en un mois la ville, le chaſtel, & toutes les forteresſes de la Rochelle, par la maniere que promis luy avons à faire dedens un mois aprés noſtre deſpartement de Calais. En teſmoing de laquelle choſe, nous avons fait mettre noſtre ſeel à ces preſentes lettres.

Donné à Saint Omer le premier jour de Novembre, l'an de grace mil CCC LX.

LE TRAITTIE' du roy de Navarre.

Anno 1360. Ex mſ. domini Bulteau.

CHARLES par la grace de Dieu roy de Navarre, conte d'Evreux, ſavoir faiſons à tous preſens & à venir, que comme deſbas & deſcors feuſſent meus, ou eſperez à mouvoir entre monſeigneur le roy d'une part, & nous d'autre; & ſur ce euſſions envoyé à Calais pour le temps que monſeigneur le roy y eſtoit, nos amez & feaux conſeillers l'Eveſque d'Avranche noſtre chancelier, meſſire Jehan Reomus, meſſire Robert de Piqueny chevaliers: Oye la requeſte de noſdits meſſages, monſeigneur le roy deputa avecques eux reverend pere en Dieu l'eveſque de Therouenne ſon chancelier, le ſire d'Oderehan, & meſſire Jehan Louvragée, ſes chevaliers & mareſchaux de France; leſquelx traittans ſur tous leſdits deſbas & deſcors, vindrent à concluſion de bonne paix & accord par le moyen du roy d'Angleterre noſtre tres-chier couſin, qui ad ce fiſt entendre de par luy noſtre tres-chier couſin le duc de Lencaſtre, & meſſire Gautier de Mauny chevaliers, comme mediateurs, par laquele paix & accord toute ire, rencunes, & maltalens, qui eſtoient & povoient eſtre entre monſeigneur le roy & nous de tout le temps paſſé juſques aujourduy furent remiſes & depoſées, quittes & pardonnées d'une partie & d'autre. Et fut traitié & accordé par les deſſuſdits ſur le fait de monſeigneur le roy & de nous, en la maniere que s'enſuit.

Sur les demandes que les meſſages envoyez à Calais de par le roy de Navarre, ont faites au roy de France, ou nom, & pour ledit roy de Navarre, pour cauſe des injures & dommages qu'il diſoit à luy avoir eſté faits en ſes biens & en ſes terres, pour le fait & occaſion de ſa prinſe, a eſté traittié & accordé entre les gens du roy de France d'une part, pour & ou nom de luy; & leſdits meſſages, pour & ou nom du roy de Navarre d'autre, preſens ad ce le duc de Lenclaſtre, & meſſire Gautier de Maugny, pour la partie du roy d'Angleterre, comme moyens par la maniere qui cy-aprés s'enſuit.

I. Premierement, que au roy de Navarre, & à ſes freres, à leurs gens, & ſubgiez, & à tous ceulx qui ont tenu leur partie, eſt pardonné toutes ires, rencunes, & maltalens, tous crimes, & meffais quelconques, qu'ils pourroient avoir faits, commis, & perpetrez en quelque maniere que ce ſoit, contre le roy de France, ſon fils le duc de Normandie, ou autres, ou contre l'honneur & l'eſtat du royaume & de la couronne de France, à cauſe de la

guerre & de la diſſencion qui a eſté entre les ſeigneurs deſſuſdits, de tout le temps paſſé juſques aujourduy, & en demourront quittes & en bonne paix à touſiours, ſans ce qu'ils en puiſſent, ou doient eſtre accuſez, ne punis en maniere quelle qu'elle ſoit.

II. Item, que audit roy de Navarre, à ſes freres, à leurs gens, & à tous ceulx qui ont tenuë leur partie, ou à leurs hoirs, ſeront rendus & reſtituez royaulment & de fait, ſans delai, toutes leurs terres, villes, chaſteaulx, rentes, benefices, & poſſeſſions quelxconques, qui du leur ont eſté prins, ſaiſis, ou arreſtez. Et quant eſt de l'eveſque de Laon, il joïra de la ſpiritualité, & ſera tranſlaté hors du royaume de France; & ſes gens qui à cauſe de la ſpiritualité auront à faire, pourront venir ſeurement, ſans aucun empeſchement. Et ſe en laditte eſpiritualité eſt mis aucun empeſchement de par le roy, le roy le oſtera; & s'il eſtoit mis par autres, il procurera qu'il ſera oſté.

III. Item, eſt accordé que le roy de Navarre, ſeſdits freres, leurs gens, conſeillers, & autres qui ont tenu leur partie, juſques au nombre de trois cens perſonnes, deſquelx le roy de Navarre baillera les noms par eſcript dedens le jour de Paſques prouchaines, ſeront quittes & abſols de tous meffais que à eulx pourroient eſtre impoſez, & par eux avoir eſté fais ou temps paſſé, par quelque maniere, par quelconques cauſes que ce ſoit, tant à cauſe dudit roy de Navarre, de ſes freres, par leur fait comme autrement comment que ce ſoit. Et de ce ſeront faites les meilleures lettres que on pourra, & y ſeront exprimez & declairez tous les fais que leſdits meſſages du roy de Navarre y vouldront exprimer & declairier. Et jurera ledit roy de Navarre de nommer ceulx qui auront eſté avec luy en ſa partie, & non autres.

IV. Item, eſt accordé que en donnant hoſtages ſouffiſant audit roy de Navarre, c'eſt aſſavoir dix ou douze perſonnes telles comme il voudra nommer, exceptez les enfans du roy de France, ou monſeigneur Philippe de France, ſe il plaiſt mieulx au roy de France; il ira pardevers le roy de France en aucune de ſes villes, ou lieulx tieulx comme ils verront que l'en ſera de fere, & luy fera ſerement & feaulté.

V. Item, eſt accordé que les forterreſſes tenuës par le roy d'Angleterre en la terre du roy de Navarre, leſquelles parmy la bonne paix faite entre les rois de France & d'Angleterre, doivent eſtre renduës au roy de France, ſeront renduës audit roy de Navarre par la main du roy de France: c'eſt aſſavoir à luy celles qui ſont de ſon propre heritage, & celles qui eſtoient tenuës de luy à ceulx de qui elles eſtoient, ou à autres qui de luy les tendront par la maniere que elles eſtoient tenuës audevant de la guerre.

VI. Item, eſt accordé que ſe aucun vouloit faire guerre au roy de Navarre és terres que il tient ou royaume de France, ne ſera

A contre luy, ne donra conſeil, confort, ou aide, à celluy ou ceulx qui guerre luy vouldront faire.

VII. Item, eſt traittié & accordé que les accors & traittiez faits entre le duc de Normandie & la royne Blanche ſeront tenus & accomplis, & par le roy de France confermez, quant ad ce qu'il touche ſon doüaire & heritage de deux mille livres.

VIII. Item, que ſur toutes les choſes deſſuſdites & chacune d'icelles ſeront faites les B meilleures lettres que l'en pourra, & les plus grans ſeurtez que faire & donner s'y pourront. Nous les choſes deſſuſdittes, & chacunes d'icelles ainſi traittiées & accordées, & à nous rapportées par noſdits commiſſaires; & leſqueles ſi comme il nous diſtrent & affermerent avoir eſté jurées d'une partie & d'autre audit lieu de Calais, en la preſence de monſeigneur le roy, de noſtredit couſin le roy d'Angleterre, & de pluſieurs autres qui là eſtoient, C le XXIV. jour d'Octobre derrain paſſé. C'eſt aſſavoir pour la partie de monſeigneur le roy, & de ſon commandement par noſtre tres-chier oncle le duc d'Orlians, par ledit eveſque de Theroüenne, noſtre couſin le conte de Tancarville, & les mareſchaux deſſuſdits: & pour noſtre partie par noſtre tres-chier frere meſſire Philippe de Navarre, l'eveſque d'Avranche noſtre chancelier, noſtre couſin le captal de Buch, meſſire Jehan, & meſſire Robert nos chevaliers deſſuſdits, ſur le Corps de Noſtre D Seigneur, & ſur les ſaints evangiles euſmes agreables, & les loaſmes & approuvaſmes; & depuis monſeigneur le roy eſtant à Saint Denys le XII. jour de ce mois de Decembre, allaſmes devers luy audit lieu, & juraſmes & promeiſmes de noſtre partie, en la fourme & maniere contenuë en une cedule, de laquelle la teneur s'enſuit:

Nous Charles roy de Navarre, conte de Dreux, promettons & jurons loyaument & en bonne foy, de noſtre pure & franche voulenté, ſur le Corps de Jesus-Christ ſacré, & ſur E les ſaints evangiles qui cy ſont, tenir, garder & enteriner, & accomplir fermement & entierement la paix traittiée & accordée derrenierement à Calais, entre les gens de noſtre tres-chier & tres-redoubté, & monſeigneur pere le roy de France, qui cy eſt, pour luy & en ſon nom d'une part, & noſtre frere monſeigneur Philippe, & nos gens pour nous & en noſtre nom d'autre part: & jurons & promettons comme deſſus, que doreſenavant à touſjours nous ſerons bons & loyaux à noſtredit F ſeigneur & pere, & luy garderons ſa perſonne, ſon honneur, & ſon eſtat, comme ſon bon & loyal fils, ſubget, & homme lige de tout ce que nous nous tenons ou royaume de France.

Et incontinent à ceſte heure, monſeigneur le roy jura & promit de ſa partie en ceſte maniere:

Nous Jehan de France jurons & promettons loyaument & en bonne foy, de noſtre pure & france voulenté, ſur le Corps de Jesus-

CHRIST ſacré & ſur les ſaints evangiles qui ci ſont, laditte paix & accort tenir & garder ſemblablement de noſtre partie doreſenavant à toûſiours; & que nous aurons bonnè amour en noſtredit fils le roy de Navarre; & ſerons à noſtredit fils bon ſeigneur & pere. Si donnons en mandement & commandons eſtroittement à nos tres-chiers freres monſeigneur PHILIPPE deſſus dit, & meſſire Loüis & à tous nos officiers, conſeillers, chaſtelains, & ſubgez de quelconques eſtat qu'ils ſoient, ou à leurs lieuxtenant, & à chacun d'eulx ſur quanques ils ſe peuvent meſfaire envers nous, que toutes les choſes deſſus dittes, & chacune d'icelles gardent, & facent garder fermement, ſi comme à chacun puet appartenir. Et leur defendons & à chacun d'eux que rien ne facent, ne attemptent, ne ſueffrent, ou conſeillent eſtre fait ou attempté au contraire en quelque maniere ſur les painnes deſſus dittes. Et que ce ſoit ferme & eſtable à touſiours, nous avons fait mettre noſtre ſeel à ces preſentes lettres. Donné à ſaint Denis en France l'an de grace mil CCCLX, ou mois de Decembre.

CARTA JOHANNIS GALLIARUM de pretio tabulæ cujuſdam aureæ ſibi conceſſæ à capitulo S. Stephani Trecenſis in reditus annuos convertendo.

Anno 1361. *Ex ſchedis domini Brayer Trecenſis canonici S. Urbani.*

JOHANNES Dei gratia Francorum rex univerſis præſentibus & futuris. Magnificè prædeceſſorum noſtrorum geſta digna memoria recenſentes, cum eos eccleſiarum fundatores eximios atque ſtrenuiſſimos defenſores fuiſſe meminimus, nos præclaris eorum veſtigiis inhærentes, ad ea quæ redituum augmentationem ipſarum conceſſerunt, nos de facili reddimus liberales, propitios, & benignos. Hinc eſt quod cùm dilecti noſtri decanus & capitulum noſtræ eccleſiæ ſancti Stephani Trecenſis, quæ fundata per noſtros prædeceſſores extitit & dotata, cujuſque patroni ſumus, aſſerentes nos eiſdem in mille florenis auri ad ſcutum de cugno noſtro vel circiter, ratione cujuſdam tabulæ aureæ margaritis & gemmis aliis pretioſis compoſitæ pro altari dictæ eccleſiæ, ad uſum & decorem altaris ipſius ordinatæ, quæ urgente neceſſitate guerrarum quondam nobis à regno prædicto abſentibus in Campaniæ partibus vigentium, per prædilectos & fideles conſanguineos noſtros dominum * *de Fiennes* conſtabularium Franciæ, & Johannem de Cabilone milites, tunc in eiſdem partibus locum noſtrum tenentes, captæ, cujuſque aurum ad ſummam prædictum vel circiter exiſtimatum & appretiatum, & in uſus noſtros ad commodum guerrarum & patriæ converſum totaliter extitit, ſicut dicunt, teneri legitimè prout hæc in litteris ipſorum tunc locum noſtrum tenentium plenius continetur, nobis ſupplicaverint, ut pro augmentatione redituum dictæ eccleſiæ, qui dictarum occaſione guerrarum quam plurimum attenuati fuerunt, centum libræ Pariſienſes annui & perpetui reditus admortizare, ſine financia nobis propter hoc ſolvenda, dignaremur, & ipſi nobis propter hoc dictam ſummam mille florenorum vel circiter à nobis ſibi debitam pro præmiſſis dimitterent totaliter & quittarent. Nos attentis ſupradictis, & dictæ ſupplicationi gratioſè & favorabiliter inclinati, conceſſimus & concedimus eiſdem per præſentes auctoritate regia de gratia ſpeciali, quod ipſi & ſucceſſores eorumdem dictas centum libras Pariſienſes annui & perpetui reditus, ab eiſdem inſimul, aut per partes, ubilibet in regno prædicto ſine tamen feodo & juſtitia acquiſitas, vel acquirendas, tenere & poſſidere perpetuò ac pacificè valeant, abſque eo quod ipſum reditum vel aliquam ejus partem vendere, diſtrahere, vel alienare, ſeu extra manus ipſorum ponere quoquo modo, vel pro ipſo, nobis aut ſucceſſoribus noſtris, nunc vel aliàs in futurum, financiam qualemcumque ſit ſolvere ſeu facere teneantur. Quam quidem financiam qualiſcumque ſit, vel eſſe deberet, nos eiſdem pro ſumma prædicta mille ſcutorum, in quibus ſibi tenemur, ut præfertur, remiſimus donavimus, atque quittavimus, donamuſque, remittimus & quittamus totaliter auctoritate regia, de ſpeciali gratia, & ex certa ſcientia per præſentes: ita quod ipſi de dicta ſumma mille florenorum ſibi ut præmiſſum eſt debitorum, nos & ſucceſſores noſtros in perpetuum quittabunt, & litteras ſupradictas ſuper hoc factas à præfatis locum noſtrum tenentibus reddent dilectis & fidelibus gentibus noſtris cameræ computorum, quibus necnon dilectis & fidelibus theſaurariis, aliiſque juſtitiariis, & officiariis noſtris, præſentibus, & futuris, ac cuilibet eorumdem, tenore præſentium mandamus, quatinus eoſdem noſtra prædicta gratia ſecundum ſui tenorem gaudere, & uti pacificè ac perpetuò faciant ac promittant, donis ſeu gratiis aliis ſibi factis & ordinationibus contrariis nequaquam obſtantibus quibuſcumque. Quod ut firmum & ſtabile perpetuò perſeveret, ſigillum noſtrum præſentibus litteris duximus ſupponendum, noſtro in aliis & alio in omnibus jure ſalvo.

Datum Pariſiis anno Domini MCCCLXI. menſe Martii.

Et ſuper plicam Per regem præſentibus confeſſore & eleemoſynario P. *Blanchet*, regiſtrata in camera computorum Pariſienſi libro cartarum folio LXXIII & expedita virtute litterarum domini regis tranſcriptarum à tergo & de conſenſu theſaurariorum VII. die Aprilis MCCCXCVI. poſt Paſcha. N. J. Naulini.

* Robertum Moreau dominum de Fiennes.

LETTRES DE MONSEIGNEUR le duc pour enprumter vingt mille moutons d'or pour la rençon du roy.

CHARLES ainſné fils du roy de France duc de Normandie, & dalphin de Viennois nos amez & feaulx conſeilliers maiſtre

Thomas le Tourneux archidiacre de Tournay & Jehan d'Orliens, & à nos amez Guillaume le Grant mere, & Simon du Broc bourgeois de noſtre ville de Roüen ſalut & dilection.

Item, caſtra, civitates, villæ, fortalitia, ſive loca, quæ & quas nos & gentes noſtræ in regno & terra Angliæ & ducatu Aquitaniæ acquiſierimus, occupaverimus, acquiſierint, ſeu occupaverint, nos dicto fratri noſtro cariſſimo regi Franciæ, primogenito, aut primo regni heredi, ſive ſuo certo nuntio, aut man-[F]dato, nos & gentes noſtræ prædictæ, & filius primogenitus noſter liberè dare & reſtituere tenebimur, & etiam tenebuntur. Super quibus & eorum quodlibet, tam ſuper guerra, quàm perſonis ſupradictis, & omnibus aliis ad hæc neceſſariis, factum guerræ, utilitatem & commodum dicti fratris noſtri cariſſimi regis Franciæ,

Digitized by Google

Franciæ, primogeniti, nati aut naſcituri, ſive primi regni ſui heredis, regni, terræ, & ſubditorum ſuorum concernentibus, nos, aut primogenitus noſter, relationi ſimplici & aſſertioni per dictum fratrem noſtrum cariſſimum regem Franciæ, aut primogenitum, ſive regni ſui primum heredem, ſine his ſuis ſuper hoc, aut ſuo certo mandato, aut nuntio ad hoc habenti ſpecialem poteſtatem nobis, aut primogenito noſtro factis, abſque alia probatione, ſeu informatione quacumque per dictum fratrem noſtrum cariſſimum, aut primogenitum, aut primum heredem ſuos, faciendis, fidem indubiam plenariè tenebimur & tenebitur, ac promittimus adhibere, inſinuationeque, prout prædicitur, nobis factâ, nos & primogenitus noſter prædictum fratrem noſtrum cariſſimum regem Franciæ, primogenitum, aut primum heredem ſuos, regnum, terram, & ſubditos ſuos, ſecundum formam ſuperiùs præmiſſam, de facto tenebimur, & tenebitur viriliter adjuvare.

Sanè à ligis & confœderationibus, pactis, conventionibus, & tractatibus prædictis excipimus, & excipi volumus perſonam ſanctiſſimi in CHRISTO patris domini noſtri Romani pontificis, & illuſtriſſimi principis CAROLI imperatoris ſemper auguſti pro nunc viventis; necnon ſimiliter regem Arragonum, & filium ſuum primogenitum qui nunc ſunt: dum tamen iidem rex Arragonum & filius ſuus primogenitus, eorumve alter contra fratrem noſtrum cariſſimum primogenitum, natum aut naſciturum, regna, terras & ſubditos noſtros, guerram, damnum, vituperium, aut dedecus, ſive detrimentum non faciant, inferant, aut procurent; ſive fieri, inferri, aut procurari faciant, aut faciat per alium quovis modo. Quod ſi (quod abſit) iidem rex Arragonum, aut ſuus primogenitus contrarium facerent, ceſſabit prædicta exceptio; & nos & primogenitus noſter, cum dicto fratre noſtro cariſſimo rege Francorum, primogenito, & primo heredi, erimus, prout ſumus unanimiter confœderati contra regem Arragonum & ſuum primogenitum prædictos, & quæ omnia prædicta & ſingula, &c.

CONFOEDERATIO ALTERA
inter eoſdem reges inita.

Anno 1369. Ex mſ. domini Bulteau.

HENRICUS Dei gratiâ rex Caſtellæ & Legionis, univerſis & ſingulis præſentes litteras inſpecturis ſalutem.

Cùm certæ confœderationes & amicitiæ ſint & fuerint factæ & initæ inter nos ex parte una, & nobiles FRANCISCUM de Pecillionibus vicecomitem Rodæ, & admiralum Franciæ, ac JOHANNEM de *Re* dominum de *Valençon*, milites & conſiliarios, nuntios & procuratores ad eadem ſpeciales illuſtris ac magnifici principis domini CAROLI Dei gratiâ fratris noſtri cariſſimi deputatos nomine ſuo & pro ipſo ex parte altera, prout in litteris utriuſque partis latius continetur. Verùm quia dictarum litterarum apparatu aliqua dubia erui, & ex obſcuritate verborum emergi poſſent in futurum, per quæ ambarum partium facta recordari valerent: notum facimus quod dictis confœderationibus iterum perlectis & auditis, ſanâ & proviſâ deliberatione conſilii, & in præſentia dilectorum Johannis *de Bignetes* militis cambellarum, & Yvonis *de Cacambras* hoſtiarii armorum, & nuntiorum dicti regis Franciæ fratris noſtri cariſſimi apud nos ſuper dictis confœderationibus jam factis deſtinatorum ſuper hoc præhabita, ambiguitatem omninò amovere cupientes, & ut in factum dubium emergens procedat proviſio, ac ante vulnerationem occurramus in tempore; quædam obſcura in dictis confœderationibus contenta pro parte noſtra, & in quantum nos tangit, ad ipſarum confœderationum incrementum & augmentum declaramus, videlicet quod ſuper articulo juvaminis navigii faciente, ſi quod quantas galeas rex Franciæ frater noſter cariſſimus armaverit ſupra mare, nos tantas galeas, aut naves in duplo teneamur armare; ſic intelligimus & intelligi volumus, quod quamdiu galeæ dicti regis Franciæ fratris noſtri cariſſimi erunt ſupra mare, galeæ noſtræ, aut naves, erunt ſupra mare ſimiliter, & pro illo tempore erunt noſtris propriis ſumtibus & expenſis.

Item, ſuper articulo faciente mentionem, quod guerram regis Franciæ fratris noſtri cariſſimi contra quemcumque inceptam, aut incipiendam in nos & in perſonam noſtram, & ut capud guerræ tenemur recipere, & in regnis noſtris præconizari jubere, declaramus, & intelligi volumus, quod cum per litteras patentes ſigillo dicti regis Franciæ fratris noſtri cariſſimi, aut ſui primogeniti, ſeu primi regni heredis certificati plenè fuerimus, quod guerra fuerit apparata, & in regno Franciæ præconizata inter regem Franciæ, aut ſuum primogenitum, ſeu primum regni heredem, ex parte una; & regem Angliæ, ſeu principem Walliæ, ſeu quemquam alium, ex parte altera, nos dictam guerram tamquam noſtram propriam, & ut capud guerræ in nos & perſonam noſtram, tam per terram, quàm ſuper mare recipiemus, & infra decem dies in noſtris regnis præconizari faciemus à die prædictæ certificationis, ut dictum eſt, nobis factæ.

Item, ſuper articulo captivitatis regis Angliæ, aut principis, ſeu alterius de ſanguine regali mentionem faciente, declaramus, & intelligi volumus, quod ſi per nos, aut gentes noſtras, regem Angliæ, aut ſuum primogenitum, ſeu quemcumque heredem regni ſui & ducatûs contingeret captivari; nos, filius noſter primogenitus, natus aut naſciturus, aut regni noſtri primus heres, & gentes noſtræ ſupra dictos captivos regi Franciæ fratri noſtro cariſſimo, aut filio ſuo primogenito, nato aut naſcituro, ſeu primo regni ſui heredi, aut ſuo certo nuntio, ſeu mandato in ſua poteſtate liberè dare & reſtituere tenebimur, & etiam tenebuntur abſque fraude, ut exinde rex Fran-

ciæ frater noſter cariſſimus, aut filius ſuus primogenitus, ſeu primus regni heres ſuam meram voluntatem valeat ordinare. Si verò aliquis alius de ſanguine regali Angliæ princeps, dux, comes, ſeu quicumque alter fuerit, exceptis proximè dictis captus aut captivatus, conſentimus & volumus quod ſit capientibus & occupantibus, & eidem concedatur. Non eſt autem intentionis noſtræ confœderationes & amicitias inter nos & prædictos procuratores, de quibus ſupra fit mentio, factas corrigere, diminuere, niſi ſolùm in præfatis declarationibus, aut ab ipſis diſcedere quoquo modo: quin immò ipſas cum ſupradictis declarationibus, & cum pœnis & aliis in ipſis ambabus confœderationibus contentis volumus pro noſtra parte in ſuo robore, pro ut ſunt, permanere. In quorum teſtimonium, præſentes litteras ſigilli noſtri magni juſſimus munimine roborari.

Datum in parlamento noſtro civitatis noſtræ Toletanæ, die VIII. Junii, anno Domini MCCCLXIX. ſecundum computationem Romanam; & regni noſtri anno IV. *Sic ſignatum*, Per regem in ſuo conſilio. NOIERE.

COPIE DES ALLIANCES du roy d'Eſcoce, & aprés du roy de Caſtelle, & du conte d'Armignac.

ESCOCS.

Ex mſ. domini Buluati.

EST à ſavoir, que nous, nos hoirs & ſucceſſeurs rois de France, & ledit roy d'Eſcoce, ſes hoirs, & ſucceſſeurs rois d'Eſcoce, les communautez & ſubgiez deſdits royaumes de France & d'Eſcoce, ſommes dès maintenant, & ſerons pour le temps à venir par lien de union & d'amitié en bonne foy liez & obligiez enſemble; & doreſnavant ferons, donnerons & procurerons amour, aide, conſeil, & confort de tout quanque nous pourrons, comme loyaux alliez, les uns aux autres....

Item, que nous, nos hoirs & ſucceſſeurs ne pourront prendre treves au roy d'Angleterre, ſes hoirs, & ſucceſſeurs, ſans le conſentement dudit roy d'Eſcoce, & ſes hoirs & ſucceſſeurs, ou ſans ce que luy, ſon royaume, ou ſes communautez y ſoient compris, ſe ainſi n'eſtoit qu'ils n'y voulſiſſent mie eſtre compris. Et pareillement ledit roy d'Eſcoce, ſes hoirs, ou ſucceſſeurs, ne pourront prendre treves au roy d'Angleterre, ſes hoirs, ou ſucceſſeurs, ſans le conſentement de nous, de nos hoirs, ou ſucceſſeurs, ou ſans ce que nous, noſtre royaume, & nos communautez y ſoyons compris, ſe ainſi n'eſtoit que nous, nos hoirs & ſucceſſeurs, & communautez n'y voulſiſſions mie eſtre compris.

Item, que ledit roy d'Eſcoce, ſes hoirs & ſucceſſeurs, ne pourront faire paix avec le roy d'Angleterre, ſes hoirs, ou ſucceſſeurs, ſans exprès conſentement de nous, de nos hoirs ou ſucceſſeurs, ou ſans que nous, noſtre royaume, & nos communautez, y ſoyons compris entierement. Et auſſi nous, nos hoirs, ou ſucceſſeurs ne pourront faire paix avec le roy d'Angleterre, ſes hoirs, ou ſucceſſeurs, ſans exprès conſentement dоudit roy d'Eſcoce, de ſes hoirs, ou ſucceſſeurs, ou que il & ſon royaume, & ſes communautez y ſoient compriſes entierement.

Item, que cette alliance ſera ratifiée & confermée de noſtre ſaint pere le pape, & que ledit roy d'Eſcoce, ſes hoirs, ou ſucceſſeurs; nous, nos hoirs, ou ſucceſſeurs, ne ferons, ou procurerons en appert ou en repoſt, par nous ou par autre, nous, nos hoirs ou ſucceſſeurs, les royaumes de France & d'Eſcoce, ou nos ſubgiez, eſtre abſols du ſerement fait, ou à faire ſur cette alliance, tenir, garder, parfaire.

Item, que ſe le ſaint pere le pape, de ſa voulenté, ou de ſon propre mouvement, ou par inducion d'aucunes perſonnes quelxconques, vouloit abſoldre nous, nos hoirs & ſucceſſeurs; le roy d'Eſcoce, ſes hoirs, ou ſucceſſeurs, ne uſerons, pourrons, au devrons uſer par aucune voie du benefice de telle abſolution: mais tendrons, & garderons loyaument & entierement ceſte alliance en tous poins, ſans fraude & ſans mal engin, & ſans jamais faire ou dire aucune choſe au contraire, tout & ainſi comme ſe celle abſolution, ou anullation, ne fuſt oncques faite, ou donnée. Et toutes les choſes deſſuſdittes, & chacune d'icelles, entant comme elles peuvent touchier nous, nos hoirs, ou ſucceſſeurs, nous avons promis, & promettons en bonne foy tenir, garder, & accomplir; & auſſi l'avons fait jurer en noſtre preſence par noſtre amé & feal conſeiller Simon conte de Braine, en noſtre ame aux ſains evangilles de Noſtre Seigneur, pour ce corporellement touchiées.

CASTELLE.

Regi Caſtellæ HENRICO *eadem pacta Gallicè idiomate promittit* CAROLUS *rex Francorum, quæ ſuprà in prima confœderatione ſibi promiſerat idem* HENRICUS; *ac tandem pactum ita concludit.*

Toutes leſquelles choſes deſſuſdites, & chacune d'icelles, nous CHARLES deſſuſdit roy de France, euë ſur ce bonne & ſaine deliberation de conſeil, jurons pour nous & noſtredit ainſné fils, né ou à naiſtre, noſtre royaume, terres & ſubgiez en noſtre ame ſur l'image & memoire de Noſtre Seigneur JESUS-CHRIST crucifié, & ſes ſaintes evangiles touchiées corporellement de noſtre main, & promettons à les tenir & garder ſans enfraindre, en parole de roy, & en bonne foy, ſur l'obligation de tous nos biens, & de nos hoirs & ſucceſſeurs, & ſur peine de parjure que roy puet encourir en tel cas, & avec ce ſur peine de cent mille mars d'or, eſquelles peines nous nous tenons pour jugiez & condamnez, & les avoir encouruës, tant de droit, comme de fait, envers noſtredit frere, & ſon ainſné fils, né ou à naiſtre, ſe nous, ou noſtredit ainſné fils faiſons le contraire, ou venions contre les choſes deſſuſdittes. Et à ce ſoubſmettons nous, noſtre ainſné fils, nos hoirs, ou ſucceſſeurs, noſtre royaume,

Digitized by Google

& nos biens à la contrainte de la chambre du ſaint Siege de Rome, & voulons & conſentons, que à plus grant fermeté nous & noſtredit fils aînſné ſoyons tenus de bailler à noſtredit frere, à ſon ainſné fils, né ou à naiſtre, ou au premier hoir de ſon royaume les plus fort & meilleurs lettre apoſtoliques & publiques, que l'en pourra fere ſur ce, ſans muer la ſubſtance, quand nous en ſerons requis.

ARMIGNAC.

Item, que ou cas que pour ladite appellation recevoir, leſdits roy d'Angleterre, ou le prince ſon fils nous feroient guerre, ou audit appellant, ce que faire ne devroient, conſideré laditte paix, nous ne ferons point les renonciations ou reſſors & ſouveraineté de la duchié de Guyenne; ne des autres qui ont eſté baillées audit roy d'Angleterre, à cauſe de ladite paix, ne jamais ou temps à venir, nous, ne nos ſucceſſeurs ou cas deſſuſdit, ne ferons leſdittes renonciations, ſans le conſentement deſdits appellans, ou de leurs ſucceſſeurs. Et ce avons-nous promis, & promettons audit conte en bonne foy, & en parole de roy.

Item, que auſſi ledit appellant ou cas deſſuſdit ne ſe pourra deleſſier de ſon appel, ne entrer en l'obéïſſance dudit roy d'Angleterre, ou ſon fils le prince, ſe ce n'eſtoit de noſtre accort & conſentement, & ne pourra conſentir, comme dit eſt, ſans noſtre conſentement & voulenté que leſdits roy d'Angleterre, ou le prince aïent le derrain reſſort de la ſouveraineté royaux de luy, ne de ſon pays. Et ainſi ledit conte Jean d'Armignac ſon fils le nous ont juré en preſence des ſains evangiles & de la vraie croix.

Item, ledit conte d'Armignac appellant ne pourra faire aucuns partis, traittiez, accords, ne treves quelconques pour luy, ſes adherens, ne pour leur pays, ſans noſtre conſentement, ou de celuy qui pour le temps ſera pour nous ſur le pays: ne nous ne ferons paix, treves, pactis, ne autres accords avec ledit prince, ou autres ſes aidans, ſans ce que les appellans deſſuſdits y ſoient compris.

Item, avons promis audit conte d'Armignac en bonne foy & en paroles de roy, que ou cas deſſuſdit: c'eſt aſſavoir laditte appellation faite, & la guerre pour ce commenciée, ou continuée aprés l'appel, celle qui ſeroit commenciée, & par nous l'appel reçu, donnez reſcripts & inhibitions, nous ne ferons les renonciations deſſuſdites, ſans le conſentement dudit comte.

Item, ledit conte & Jehan d'Armignac ſon fils ont juré en noſtre preſence, que l'appellation deſſuſditte faite & reçuë, & guerre pour ce commenciée ou continuée, comme dit eſt, aprés l'appel par nous reçu, & donné reſcript, &c. Et la renonciation non faite, ils, ne leurs hoirs & ſucceſſeurs, ne entreront jamais en l'obéïſſance deſdis roy d'Angleterre, ne du prince, ne ne renonceront ſans noſtre licence & conſentement à l'appellation par eulx faite, ne ne conſentirons que le roy d'Angleterre, ou le prince ayent la darreniere ſouveraineté, ou reſſort de eulx, ne de leurs terres & pays, ſi ce n'eſtoit de noſtre conſentement, ou de nos ſucceſſeurs rois de France, qui pour le temps ſeront.

Item, à pluſieurs nos conſeillers, deſquels les noms ſont eſcrips cy-aprés, avons fait jurer en noſtre preſence, qu'ils ne nous conſeilleront aucunement, ne ne conſentirons que ou cas deſſuſdit, c'eſt aſſavoir laditte appellation faite & reçuë, & nous facions les renonciations és reſſors & ſouverainetez deſſuſdis, ſans le conſentement dudit conte appellant, ou de ſes hoirs, ou ſucceſſeurs.

L'arceveſque de Sens, le chancelier de France, l'eveſque de Conſtances, l'eveſque de Chartres, l'eveſque de Nevers, l'eveſque de Paris, Pierre de *Villers* chevallier, Pierre *Dorront* chevallier, l'abbé de Clugny, le duc de Berry & d'Auvergne, le duc de Bourgogne, le conte d'Eſtampes, le conte de Tancarville, Simon *de Bucy*, le ſeigneur *de Vodenay*, le ſeigneur *de Vinay*, maiſtre Pierre *Dorgemont*, maiſtre Jacques *d'Andrieu*, Anceau *Chocart*, maiſtre Jehan *Deſmares*, Jehan *de Rié* chevallier, G. *de Dormans* chancelier du Dauphiné, Loys *de Sauſoirre* mareſchal, le conte de Monteſon, Pierre *Davoir* chevallier, François *de Perilleux* chevallier, Bureau *de la Riviere*, Nicolas *Brague*, Pierre *de Chevreuſe*, Philippe *de Savoiſy*, le prevoſt de Paris, le doyen de Paris, Alphonſe *Chevrier*, le grand prieur de France, le maiſtre des arbaleſtriers, Charles *de Poitiers*, chevalliers.

EDUARDI REGIS ANGLORUM.

Suſcipit in manu ſua prædia prioratuum ſui regni, ex monaſteriis Galliæ dependentium.

Edwardus Dei gratiâ rex Anglorum & Ffrancorum, & dominus Hyberniæ, omnibus ad quos præſentes litteræ pervenerint ſalutem. *Anno 1369. Ex mſ. Fiſcannenſi.*

Attendentes qualiter Gallici diſſoluta per ipſos pace inter nos & eoſdem Gallicos adverſarios noſtros apud *Cales* inita, guerram apertam contra nos moverunt, caſtra, civitates, villas, & dominia noſtra, tam in Pontivo, quàm in Aquitania, & aliis partibus tranſmarinis de guerra hoſtiliter invadendo, & ad manus ſuas ponendo, fideles noſtros interficiendo, & alia mala quàmplurima nobis & noſtris inferendo, de aſſenſu præſentis parliamenti noſtri, omnes prioratus & domos religioſorum alienigenarum de poteſtate Franciæ in regno noſtro Angliæ exiſtentes, duximus in manum noſtram ſaiſiendos: ita quod prioratus & domus prædictæ, & terræ, & poſſeſſiones ad eos ſpectantes, ob reverentiam Dei, & in favorem Eccleſiæ ſanctæ, in cuſtodia priorum locorum illorum, vel procuratorum, aut aliorum præſidentium ibidem, pro ſalvatione & bono regimine eorumdem remaneant, qui cantarias, & alia

Digitized by Google

divina ſervitia, eleemoſynas, hoſpitalitates, & cetera pia opera ac onera eiſdem domibus & prioratibus incumbentia invenient, ſuſtentabunt & manutenebunt, & nobis de firmis ſuis apponendo, quæ de domibus illis ſolvi debent & de arreragiis, ſi quæ nobis de dictis prioratibus & domibus de tempore quo ultimò fuerunt in manu noſtra debeantur, reſpondebunt. Et quia dilectus nobis in Chriſto frater PHILIPPUS RANNULFI procurator abbatis de Ffiſcampo in Anglia alienigena de poteſtate Ffrancorum invenit coram nobis in ſcacario noſtro *Sbicherne Vvilconeri*, Robertum *Palude*, Will. *de Gull. de Schening* in comitatu *Suſſex* & Johannem *Hardy de Chiltenhcrm* de comitatu *Glouceſtr.* manucaptores ſuos, qui manu ceperunt pro prædicto procuratore, quod ipſe ſuper terris & poſſeſſionibus ſuis moram continuam faciet, & numerum monachorum & ſervientium ab antiquo ordinatorum ſuper terris & poſſeſſionibus prædictis & cantarias & alia divina ſervitia ac eleemoſynas, pia opera & cetera omnia eiſdem terris & poſſeſſionibus incumbentia integrè de exitibus proficuis & emolumentis terrarum & poſſeſſionum prædictarum manu tenebit, & inveniet, & ædificia terrarum & poſſeſſionum earumdem in adeo bono ſtatu, quo nunc ſunt reparabit & dimittet, & quod dictus procurator ſeu monachi aut ſervientes ſui extra regnum noſtrum Angliæ ſe non transferent nec divertent, nec ſtatum, negotia, aut ſecreta regni alicui perſonæ extraneæ, quocumque colore vel ingenio dicent vel revelabunt, nec aurum nec argentum in maſſa, vel moneta, aut jocalibus, armaturas, ſeu quicquam aliud quod in noſtri ſeu populi noſtri præjudicium aliqualiter cedere poterit per litteras vel per verba aut alio modo ad partes exteras tranſmittent; & quod idem procurator firmas ſive apporta quæ de terris & poſſeſſionibus illis ſolvi debent ad terminos ſtatutos bene & fideliter ſolvet, & de arreragiis, ſi quæ fuerint, de firma dictarum terrarum & poſſeſſionum, de tempore quo ultimo fuerunt in manibus noſtris, reſpondebit, & bona, catalla, ac alias res ad terras & poſſeſſiones prædictas ſpectantia, à terris & poſſeſſionibus illis, & locis ad prædictas terras & poſſeſſiones ſpectantibus non alienabit ſeu elongabit, nec vaſtum ſeu deſtructionem faciet. Commiſimus præfato procuratori cuſtodiam terrarum & poſſeſſionum prædictarum cum omnibus ac catallis ad eaſdem terras ac poſſeſſiones ſpectantibus habendam, quouſque de ſtatu earumdem plenius fuerimus informati, & aliter eiſdem terris & poſſeſſionibus duxerimus ordinandum: ita quod terras & poſſeſſiones illas regat, cuſtodiat, & cantarias, divina ſervitia, & omnia alia prædicta inveniat, ſuſtentet & faciat, & nobis de arreragiis firmæ terrarum, & poſſeſſionum prædictarum ſi quæ fuerint de tempore, quo terræ & poſſeſſiones prædictæ, ultimò in manu noſtra extiterunt, & de aliis, de quibus per nos ratione cuſtodiæ prædictæ rationabiliter onerandus extitit, reſpondeat prout decet, ſalvis nobis feodis militum & advocationibus eccleſiarum ad terras & poſſeſſiones prædictas ſpectantibus ſive pertinentibus. In cujus rei teſtimonium has litteras noſtras fieri fecimus patentes, teſte meipſo, apud Weſtmonaſterium XI. die Junii anni regni noſtri Angliæ XLIII. regni verò noſtri Ffranciæ XXX.

LITTERÆ LUDOVICI Andegavenſis ducis.

De ducatu Turonenſi ſibi à rege conceſſo.

Anno 1370. Ex mſ Cl. v. Petri Menard, urbis Turonenſis præfecti.

LOUIS fils de roy de France duc d'Anjou & comte du Maine, à tous ceux qui ces preſentes lettres voiront ſalut.

Comme monſeigneur le roy à nôtre ſupplication nous a benignement octroyé la duché de Touraine à en joüir & exploicter par nous durant nôtre vie en la maniere & par les charges, conditions, accords, & reſtrictions contenuës en ſes lettres dont la teneur s'enſuit.

CHARLES par la grace de Dieu roy de France &c. ſçavoir faiſons qu'à la ſupplication de noſtre trés-cher & trés-amé frere LOUIS duc d'Anjou, & pour conſideration des bons & profitables ſervices qu'il nous a fait, ſpecialement ès parties de Guyenne, où nous l'avons envoyé pour le fait de nos guerres, & que nous eſperons qu'il nous fera encore au têms à venir, nous luy avons donné & octroyé de grace ſpecial, donnons & octroyons par la teneur de ces preſentes la duché de Touraine avec les châteaux & autres forteresses, fiefs, arrierefiefs, domaine, juſtice & ſeigneuries hautes & moyennes & baſſes; & autres nobleſſes, hommages, revenuz, profits & emoluments quelconques durant la vie de nôtredit frere ſeulement, aux charges qui y ſont à preſent: puis ce que nôtredit frere ſera tenu de faire garder en nôtre obeiſſance & ſoûtenir de reparations bien & ſuffiſamment nos châteaux, villes, & forteresses; dudit duché, & reſervé & retenu à nous & à nos ſucceſſeurs; roys de France l'hommage lige, & tout droit & reſſort de ſouveraineté, d'exemptions & tous autres droits royaux audit duché: pour leſquelles choſes reſervées & les autres droits royaux que nous avons ès païs voiſins faire & exercer, nous aurons ſiege & lieu royal à Chinon pour nos officiers que à ce nous eſtablirons. Et noſtredit frere auquel avons pieça donné le châtel & châtellenie de Loudun avec leurs appartenances en recompenſation de Châteonceaux qu'il tenoit, lequel fut delivré au duc de Bretagne par certain traitté, conſiderant nôtre grace & liberalité que nous luy avons faite dudit duché de Touraine, a voulu & conſenti que iceux châtel & châtellenie & appartenances de Loudun il tienne à ſa vie & à la vie de ſon fils procreé de ſon corps en loyal mariage qui ſera ſon principal heritier tant ſeulement, nonobſtant quelconque octroy plus large qui lui

Digitized by Google

en ait eſté fait, auquel il a renoncé & renonce, A & s'en eſt conſtitué & conſtitué uſurfructuaire à la vie de luy & de ſondit fils principal heritier ſeulement, & aprés le decés de nôtredit frere ledit duché reviendra tantôt ſans moyen à la couronne de France; & auſſi reviendrons les châtel & châtellenie de Loudun tantôt aprés le decés de luy & de ſondit fils principal heritier; & lors ſera iceluy châtel remis audit duché. Et avec ce à nôtredit frere voulu & conſenti que ſa comté du Maine, qu'il tient pour B luy & pour ſes hoirs mâles & femelles, il ait & tienne pour luy & pour ſes hoirs mâles deſcendants de ſon corps en loyal mariage tant ſeulement & de nôtre foy & homage en laquelle il eſtoit, tant dudit châtel & châtellenie de Loudun, comme dudit comté du Maine s'eſt nôtredit frere demis & nous en avons reçû la demiſſion à nôtre profit, & aprés l'en avons pris & reçû en nôtre foy & hommage auſſi dudit duché de Touraine aux titres & par les manieres & conditions deſſuſdittes. En teſmoignage de ce nous avons fait &c. C

Donné au Bois de Vincennes le XVI. jour de May MCCCLXX. le XVII. de nôtre reigne.

Sçavoir faiſons que leſdittes lettres deſſus tranſcrittes & l'octroy de grace que monſeigneur le roy nous a fait en icelles nous avons reçû & accepté à toute reverance humblement & trés-agreablement; & luy avons delaiſſé & delaiſſons tant nôtre comté du Maine comme les châtel & châtellenie de Loudun par les reſervations & conditions qui ſont contenuës eſdittes lettres, pour nous & nos hoirs declarez en icelles & toutes les choſes eclaircies eſdittes lettres par bonne deliberation & avis & pour D nôtre profit evident ſelon que contenuës & ecrittes y ſont acceptons, loüons, approuvons & ratifions, par nôtre ferment fait ſur les ſaints évangiles de Dieu & par la foy de nôtre corps & ſur l'obligation de nous & de nos biens & & de nos hoirs qu'ils ayent & où qu'ils ſoient ayans cauſe de nous & des biens d'iceux avons promis & promettons icelles tenir, faire garder, & accomplir de point en point en tout ce qui touche & regarde nous & nos hoirs & ayans cauſe de nous, & n'en venir ou faire encontre, E ne ſouffrir par quelconque cauſe, neceſſité ou occaſion que ce ſoit, renonçants par noſdits ſermens & foy à tout ce qui aider & valoir nous pouroit à contrevenir, & à toute grace, diſpences, abſolutions & relaxations, impetrées ou à impetrer ſur noſdits ſermens & foy, ſoit de nôtre S. Pere le pape ou autres quelconques. En teſmoing de ce nous avons fait mettre nôtre ſeel ſecret à ces lettres en abſence de nôtre grand.

Donné au Bois de Vincennes le XVII. May MCCCLXX.

FOEDUS INTER CAROLUM REGEM Francorum & Robertum Scotiæ regem.

Anno 1370. Ex mſ. domini Bulteau.

CHARLES par la grace de Dieu roy de France.

Savoir faiſons à tous preſents & à venir, que nous conſiderans les amiſtiez, alliances, & conſiderations de trés-lonc temps contractées, gardées & maintenuës entre nos predeceſſeurs roys de France & les roys d'Eſcoce & les royaumes, & preſentement de commun accort renouvellées, declarées & amandées entre nous & pour nos hoirs ſucceſſeurs roys & royaumes de France; & nôtre tres-chier couſin le roy ROBERT & pour ſes hoirs & ſucceſſeurs roys & royaumes & communautez d'Eſcoce & pour icelles plus fortifier, & afin que ledit roy d'Ecoce, & ceulx de ſon royaume comme vrays & loyaux amis & ailliez de nous & de nôtre royaume nous aident & ſecourent en nos guerres contre le roy d'Angleterre, ſi comme tenuz y ſont par vertus des ailliances deſſuſdittes, de nous & à nous accordé à faire les aides qui s'enſuient par la forme, & ès cas cy aprés declarez.

Premierement, que les ſeremens fais par le roy, les prelats, & les ſeigneurs d'Eſcoce de tenir & garder les triêves priſes & jurées entre les roys, les royaumes & les ſeigneurs d'Eſcoce & d'Angleterre ſeront declarés être nuls par nôtre ſaint pere le pape.

Item, que par ledit ſaint pere leſdictes triêves ſeront dittes, prononciées & declarées du tout nulles & non tenables de droit.

Item, que nous ferons admoneſter par nôtredit ſaint pere le pape noſtre couſin d'Eſcoce, & les ſeigneurs, & ſubgiez du royaume d'Eſcoce, de tenir & garder leſdittes aillances, paccions, promeſſes, & convenances, faites, promiſes, & jurées entre nous & nôtre royaume, & noſtredit couſin roy d'Eſcoce & ſon royaume; leſquelles choſes deſſuſdittes ainſi faites, comme dit eſt, avant que nôtredit couſin roy d'Eſcoce ou ſes ſucceſſeurs ſoient tenus de mouvoir ne faire guerre contre le roy d'Angleterre, nous baillerons & ferons baillier du nôtre à nôtredit couſin, ou à ſes ſucceſſeurs, pour accomplir & parfaire le payement de la raençon qu'il doit audit roy d'Angleterre cent mil nobles d'or, ou la valeur d'iceux; & s'il eſtoit trouvé de droit, que nôtredit couſin le roy d'Eſcoce deût plus grande ſomme pour laditte raençon audit roy d'Angleterre, nous luy aiderons de tout ce que bonnement ly pourront aider, pour parfaire ſondit payement de laditte raençon.

Item, ſe il avenoit que il fut trouvé de droit que nôtredit couſin le roy d'Eſcoce ne fut tenu de payer au roy d'Angleterre pour la cauſe deſſus ditte ſi grant ſomme, comme eſt la ſomme de cent mil nobles en la maniere deſſuſditte, pour ſoûtenir & porter ledit fait de ſa guerre contre les Anglois, leſquels cent mille nobles ſeroient convertis ou payement des gens F d'armes, & ou fait de la guerre que il auroit contre les Anglois, & non ailleurs.

Item, que avant que leſdis Eſcocs commencent laditte guerre, nous leur envoyeront armeures, pour armer entierement cinq cens hommes chevalliers & bons eſcuyers dudit royaume d'Eſcoce, & autant d'armeures, pour

Digitized by Google

armer cinq cens ſergens, ſelon leur eſtat.

Item, que nous baillerons, & payerons du noſtre les gaiges des mille hommes deſſuſdis, pour iceux continuellement tenir par deux années continuelles : c'eſt aſſavoir pour chevallier trois ſols, pour eſcuyer dix-huit deniers, & pour archier nuef deniers d'eſterlins pour chacun jour, & ſi ferons le payement des gaiges deſſuſdis au commencement de la guerre pour un an, & d'illecques en avant pour demy an, ſans interruption.

Item, que pour continuer laditte guerre, nous dès le commencement d'icelle aurons & tendrons continuellement oudit royaume d'Eſcoce par deux années à nos propres gaiges mille hommes d'armes, chevalliers & bons eſcuyers experts & eſprouvez en armes, leſquelles deux années accomplies entierement, nous avons promis continuer devers le roy & le royaume d'Eſcoce noſtre eſpecial ſubſide, ſelon la grandeſce ou petiteſce des guerres, ou ſelon la qualité ou quantité de l'indigence ou beſoing du roy, ou du royaume d'Eſcoce ; deſquelx indigence, ou qualité, foy ſera faite par trois perſonnes ſouffiſantes de chacun deſdis royaumes, qui ou temps de lors ſeront pour ce preſens perſonnellement oudit royaume d'Eſcoce. Et auront ceux qui y ſeront pour nous commiſſion & plein povoir de executer ledit fait ; leſquelles choſes deſſuſdittes nous conſentons, promettons, octroyons les trieves faites & contractées entre les Eſcocs & les Anglois, premierement annullées & pour nulles prononcées, & declarer par noſtre ſaint pere le pape, & par ly à noſtre requeſte leſdis Eſcocs admoneſtez de tenir & garder leſdittes alliances, ou ſe les Anglois failoient, ou avoient fait paravant aucune choſe, pour quoy la plus grant & la plus ſaine partie du royaume d'Eſcoce par meure deliberation ſur ce avant euë, decerneroit & jugeroit les trieves faites entre les rois & les royaumes d'Eſcoce & d'Angleterre eſtre enfraintes & briſiées, ouquel cas nous donrons, ou ferons donner aux Eſcos les ſubſides, & toutes autres choſes par nous promiſes à donner auxdis Eſcos, au cas que leſdittes treves ſeroient annullées par noſtre ſaint pere le pape.

Item, que les aides que nous devriens faire auxdis Eſcocs, comme dit eſt, nous les ferons par la maniere & és cas deſſuſdits au lieu de Bruges, en l'egliſe des Auguſtins, la moitié dedans demy an, aprés leſdittes treves annullées, ou icelles enfraintes, & la declaration faite par la maniere deſſus eſclarcie. Et icelle venuë deuëment à noſtre cognoiſſance, & l'autre moitié dedans l'autre demy an enſuitte ; & quant aux gens d'armes & armeures que nous devriens bailler aux Eſcocs, comme dit eſt, nous les envoyerons auxdits Eſcos dedans le premier demy an deſſuſdit. Et avons affermé que noſtre voulenté & entencion n'eſt mie, que par leſdis ſubſides eſpeciaulx & particuliers, ou pour quelxconques autres ſubſides octroyez ou à octroyer où temps à venir auxdis Eſcos, aucun prejudice ou derogation ſoient faits à la

A general obligacion contenuës és alliances ; c'eſt aſſavoir que ce nonobſtant, nous ſerons touſjours tenus aidier de toute noſtre puiſſance noſtredit couſin le roy d'Eſcoce & ſon royaume, toutes les fois qu'il en auront meſtier, ſelon la teneur de l'alliance generale. Et toutes les choſes deſſuſdittes, & chacune d'icelles, entant comme elles nous pevent touchier de noſtre partie avons promis en bonne foy tenir, garder, & accomplir. Et auſſi en noſtre preſence

B & deſdits procureurs de noſtredit couſin, l'avons fait jurer par noſtre amé & feal chevallier & conſeiller SIMON conte de Braine en l'ame de nous, & aux evangiles de Noſtre Seigneur pour ce corporellement touchiées. Et pource que ces choſes ſoient fermes & eſtables ou temps à venir, nous avons fait mettre noſtre ſeel à ces preſentes.

Ce fut fait & donné en noſtre chaſtel du bois de Vincenne le dernier jour de Juing, l'an de grace MCCCLXXI. & de noſtre reigne le VIII.

C *Le* VIII. *jours d'Aouſt* MCCCLXXIII. *furent preſentées lettres au roy noſtre ſire de par le duc de Bretaingne, contenant la forme qui s'enſuit.*

EPISTOLA DUCIS BRITANNIÆ ad CAROLUM Francorum regem.

Conqueritur de ſibi ab eo illatis injuriis, debitam regi fidem abjurat, eumque pro hoſte deinceps habendum profitetur.

D À mon tres-chier ſeigneur le roy de France.

SIre CHARLES de France, qui vous reclamez eſtre ſouverain de mon duchié de Bretaingne : il eſt bien vrai que puis le temps que je eſtoie entré en la foy & hommage de la couronne de France, j'ay à vous toudis fait mon devoir envers la couronne, & envers tous autres éſquelx il appartenoit ; mais ce nonobſtant, vous par vous, & par vos gens, ſans connoiſſance de cauſe, ſeulement par procez de fait, avez fait entrer par voſtre commandement & ſouſtenance voſtre conneſtable, voſtre puiſſance & force de guerre en mon duchié de Bretaingne, prins tout plain de mes villes, chaſteaulx & forteresſes, prins priſonniers, les uns rançonnez, & les autres mis à mort ; & me ont fait & font tout plain d'autres outrages, tors, dommages, & villenies non reparables. Et parmy ce, vous m'avez ſciemment, de voſtre propre voulenté, & tout outreement & ouvertement monſtré mon ennemy, & imaginé à moy mon eſtat deffaire & deſtruire. Et parce que vous ne me voulez rendre les terres que promiſſes à moy avoir rendre à certain temps, tant par lettre & ſeel, comme autrement, comme je vous ay pluſieurs fois requis à mes grans coux & miſions ; & moy deboutant & mettant tout hors de la foy, hommage, obeïſſance de laditte couronne, ſans coulpe, ou meffait de moy, ou de ma partie, ſans au-

Anno 1373. Ex mſ. domini Bal-[illegible]

Digitized by Google

cune cauſe raiſonnable, dont y moy en deplaiſt trop. Si que parmy les avantdittes choſes & cauſes, & tout plain d'autres griefs, qui ad ce moy chaſcent. Je vous fais ſavoir que en voſtre deffaut, je me tiens du tout franc, quitte, & deſchargié de la foy & hommage, qu'ay fait à vous & à laditte couronne de France, de toute obeïſſance & ſubjection faite à vous & à laditte couronne, ne à autre cauſe de vous, ou de meſmes la couronne ; & vous tieng & repute mon ennemy, & ne vous en devez pas merveiller, ſi je en fais dommage à vous & à voſtre partie pour moy revenchier des tres-grans oultrages, tors, dommages, & villenies devantdittes.

Le duc de Bretaingne & conte de Montfort & de Richemont, de noſtre main eſcript.

ORDINATIO REGIA
ſuper facto burgeſiæ.

Anno 1376. Ex ſchedis Braſſ.

CAROLUS Dei gratiâ Francorum rex, notum facimus omnibus, tam præſentibus, quàm futuris, quod expoſita dilectis & fidelibus conſiliariis noſtris, in noſtra camera parlamenti exiſtentibus, querimonia nonnullorum prælatorum, aliarumque perſonarum eccleſiaſticarum ; procerum, nobilium, & aliorum, dominorum, juſtitiariorum ſeneſcalliarum Bellicadri & Carcaſſonæ, & partium Linguæ Occitanæ, dicentium, quod licèt inclytæ memoriæ rex PHILIPPUS PULCHER certas burgeſias in dictis partibus pridem ſtatuit ſub certis modis, conditionibus, punctis & articulis, in ſuis ordinationibus ſuper hoc confectis, plenius, expreſſius & latius declaratis; nihilominus nonnulli burgenſes noſtri, vigore dictarum ordinationum effecti, plura puncta, conditiones, & articulos in eiſdem ordinationibus contentos non obſervant, ſed eadem violare nituntur, & infringere volunt, dictiſque burgeſiis abutuntur. Nam licèt per eaſdem nullus recipi in noſtrum burgenſem debeat, niſi in loco burgeſiæ, in quo ſe aſſerit moraturum, nihilominus, prout noſtris auribus eſt relatum, ipſi modernis temporibus recipiuntur ubique, etiam in terris & juriſdictionibus conquerentium prædictorum. Quia etiam, juxta prædictorum ſeriem ſtatutorum, burgenſes ipſi domicilium pretio ſexaginta ſolidorum ad minus, infra annum in loco burgeſiæ emere tenerentur ; hoc nullatenus obſervant, nec mutant domicilium in locum burgeſiæ, ſed remanent & morantur, ut prius, in locis conquerentium prælatorum, & tamen defenduntur ut noſtri burgenſes ; adeo quod conquerentes ipſi non poſſunt, valore hujuſmodi fictæ vel ſimulatæ burgeſiæ, de eis juſtitiam miniſtrare. Quòd ſi fecerint, vexantur, & multipliciter opprimuntur, remanentque propter hoc eorum delicta prorſus impunita. Confugiunt enim ad locum ſuæ burgeſiæ ſimulatæ diſtantem quàm plurimum à loco moræ ſuæ atque perpetrati delicti. Quamobrem propter locorum diſtantiam, læſi, metu ſumtuum & ve-

A xationum, ipſorum proſecutionem verentur. Non poſſunt etiam iidem burgenſes in locis in quibus morantur, & in quibus habent ſua pecora, ſi eadem contingat in alicujus agris depaſcere, & alieno reperiantur in damno, pignorari ut ceteri, quin ipſos pignorantes ſalvam gardiam noſtram fregiſſe dicatur. Non ſolvunt etiam ſubſidia & tallias, nec volunt excubias tempore guerræ facere in locis in quibus morantur ; nec eſt aliquis qui ſit auſus ipſos compellere ad præmiſſa. Propterea plures B ſuorum volentes ſolutionem effugere debitorum, in fraudem creditorum ſuorum, burgeſias noſtras, & præſertim longè à ſuis creditoribus, ingrediuntur : quapropter creditores ipſi ſuos dictos verentur proſequi debitores. Et eodem modo fit de injuria pacis, quia ſuos injuriatores noſtras dictas ingredientes longinquas burgeſias minimè proſequuntur. Contingit etiam quòd ſi forſan aliquis calore iracundiæ motus, vel aliâ ratione ingrediatur noſtras burgeſias antedictas, & inde, alio poſtmodum ductus conſilio, velit recedere ; gentes tamen dictæ C burgeſiæ ipſum exinde recedere non permittunt, ſed ipſum etiam invitum, ut & noſtrum burgenſem tuentur ; quamquam etiam dictæ burgeſiæ voluntariæ non exiſtant, dicti burgenſes tamen per pœnarum impoſitionem ad feſtum Omnium-ſanctorum, & ad feſtum Natalis Domini venire inviti ad locum burgeſiæ compelluntur. Et licèt quilibet noſtras dictas ingrediens burgeſias, in introïtu marcham argenti nobis ſolvere teneatur, plures tamen fraudulenter, ob ſuorum criminum ultionem, & D debitorum ſolutionem, plerumque evitandas, ingrediuntur ; eaſque, quia propter ipſorum inopiam, marcham argenti ſolvere nequeunt ſupradictam.... De novo etiam gentes burgeſiæ Aquarum-mortuarum inſtituunt ſervientes burgeſiæ ſpeciales, nedum in Aquis-mortuis, imo etiam ubicumque per patriam, quorum multitudine conſumitur patria, ſeque dicunt exemtos ab ordinariis, ut burgenſes. Eſtque de novo unus procurator noſter ſpecialis burgenſium Aquarum-mortuarum. Quod tamen officium noſtri procuratores ſeneſcalliæ Bellicadri E in Montepeſſulano, per ſe, vel ſuum ſubſtitutum exercere ſolebant. Faciunt etiam dicti burgenſes noſtri ſingulis annis unam collectam ad ordinationem conſervatorum ſuorum, pro ſuorum litigiorum, & ſuarum ſubrepticiarum proſecutione literarum, & ut per ſuos dictos conſervatores ex dictis talliis impugnatos audaciùs defendantur. Et quod deterius eſt & perniciòſum exemplo, fit ſimilis, ut præmittitur, uſurpatio in juriſdictionibus noſtris ordinariis præ- F dictorum locorum. Simili namque modo defenduntur iidem burgenſes contra ſeneſcallos & alios officiarios noſtros, ſicuti contra conquerentes præfatos. Fiunt inſuper infiniti exceſſus pariter & abuſus per hujuſmodi burgeſias, & ſub earum velamine. Burgenſis &.... noſter in antedictis partibus erecta cervice morabitur in terra & juriſdictione unius conquerentium prædictorum, qui metu dictæ burge-

Digitized by Google

ſiæ infringendæ ipſius delicta corrigere, nec de A ipſo auſus erit facere juſtitiæ complementum, prout hæc inter cetera conquerentes præfati expoſuerunt dilectis & fidelibus conſiliariis noſtris exiſtentibus, in noſtri camera parlamenti, ſupplicantes de ſalubri & competenti ſibi ſuper hoc remedio provideri. Pro parte autem procuratoris burgeſiæ noſtræ prædictæ Aquarum-mortuarum pro dictæ burgeſiæ defenſione fuit expoſitum noſtris conſiliariis ſupradictis quod idem PHILIPPUS PULCHER rex B prædeceſſor noſter, memoriæ recolendæ, pro regni ſui commodo duxit dictas burgeſias ſtatuendas, & præſertim pro utilitate ſubditorum ſuorum Linguæ Occitanæ, quibus per eorum dominos & dictæ patriæ juſtitiarios multipliciter oppreſſiones inferebantur atque moleſtiæ: eaſdem burgeſias in dictis partibus introduxit, & quod quilibet qui proprio juramento ſe diceret aggravatum ſeu oppreſſum per ſuum dominum vel juſtitiarios aut officiarios dictas burgeſias, & præcipuè in parte Antiquæ Montiſpeſſulani, poſſet & mutari; qui C per rectorem noſtrum tunc dictæ partis Antiquæ haberet recipi in burgenſem, ſolvendo nobis in primo anno unam marcham argenti dumtaxat. Qui quidem ſic receptus debebit emere unam domum pretio ſexaginta librarum Pariſienſium, eritque, eſt & eſſe debet cum uxore, liberis & familia exemtus ab omnimoda juriſdictione domini ſub cujus juriſdictione, vel in cujus dominio antea morabatur. Concedendo quod in quocumque caſu criminali & civili coram rectore prædicto ſeu D ejus locum tenente teneretur reſpondere; quem eiſdem burgenſibus noſtris in judicem & conſervatorem & commiſſarium deputavit; & eoſdem burgenſes noſtros unà cum ſuis liberis, & familia ſuſcepit in ſua ſalva gardia ſpeciali. Quæ omnia ſic hactenus in dicta parte Antiqua ſunt obſervata, recepitque dictus rector ſeu ejus locum tenens quoſcumque volentes intrare dictam burgeſiam modo ſuperiùs annotato. Qui quidem burgenſes unà cum eorum familia, privilegiis & libertatibus prædictis uſi E & gaviſi fuerunt pacificè & quietè ab octoginta annis & amplius, à tanto tempore quòd de contrario memoria hominum non exiſtit. Quod facta tranſlatione villæ Montiſpeſſulani in cariſſimum & fidelem noſtrum regem Navarræ, nos voluimus & ordinavimus quòd dicta burgeſia, prout fuerat, ut præmittitur, inſtituta, mutaretur & tranſduceretur in loco Aquarum-mortuarum, qui carebat cuſtodia, & ut popularetur idem locus, dicta burgeſia mediante. Quod omnes burgenſes qui erant in Monte- F peſſulano recepti, prout antea vocabantur burgenſes Montiſpeſſulani deinceps vocarentur burgenſes Aquarum-mortuarum, qui gaudent privilegiis, juribus, & libertatibus burgeſiarum prout ante: eiſdem in conſervatorem, judicem & commiſſarium, caſtellanum & vicarium Aquarum-mortuarum deputando, ac etiam committendo Coram quo voluimus ipſos reſpondere in quocumque caſu criminali & civili, prout coram dicto rectore ante faciebant. Qui quidem caſtellanus & vicarius dictam burgeſiam, juraque, privilegia & libertates ejuſdem rectè & legitimè gubernavit plureſque de ſeneſcalliis Bellicadri, Carcaſſonæ, & Tholoſæ, in noſtros burgenſes recepit, prout antea in Montepeſſulano fiebant. Quamquam nonnulli prælati & barones habentes odio dictam burgeſiam, & quod propter metum ſuperioritatis noſtræ opprimere ſuos debitos non ſunt auſi, volentes dictam burgeſiam deſtruere, quaſdam ordinationes per cariſſimum fratrem noſtrum ducem Andegavenſem, noſtrum locum tenentem in partibus Occitaniæ fieri procurarunt, ſuper deſtructionem videlicet & diminutionem privilegiorum, libertatum, & jurium dictæ burgeſiæ, & præſertim ſuper habitationem quam in loco burgeſiæ tenentur facere burgenſes noſtri prædicti, videlicet novem menſium, licet non teneantur niſi in feſtivitatibus Natalis Domini, prout in litteris dicti tranſportùs dictus procurator aſſerit contineri. Quæ tamen ordinatio, tamquam juri noſtro & rei publicæ repugnans, per nos extitit revocata, & ad nihilum reducta: ordinatumque fuit per nos, quod prout obſervatum fuerat, teneretur. Et inſuper nonnulli prælati ab inhibitionibus ab eis, ne de cetero in perſonis & bonis dictorum burgenſium noſtrorum & eorum familiæ, qui in terris ſuis & juriſdictionibus morabantur, ſe intromitterent factis, ad nos appellaſſe dicuntur. Quapropter dictus caſtellanus de dictis burgenſibus cognoſcere non eſt auſus, & præſertim propter ordinationem ſeu proviſionem quamdam factam per noſtram curiam parlamenti; & judex major de burgenſibus in terra epiſcopi Magalonenſis cognoſcat. Per quam proviſionem fuit mutata ſedes burgeſiæ ſupradictæ. Et ſic dicti burgenſes gravantur, quia ipſos ad longiores partes quàm in loco Aquarum-mortuarum litigare oportet. Ex quo ſequitur depopulatio & deſtructio dicti loci. Noſque per hoc ſumus diſſaiſiti de dicta burgeſia & emolumentis ejuſdem. Quibus quidem de cauſis dictus procurator burgenſium requirebat privilegia & libertates dictæ burgeſiæ, pendentibus dictis emolumentis, obſervari, vel informationem ſuper commodo & incommodo noſtris & patriæ fieri. Et hoc præſente dicto caſtellano dictorum burgenſium cognitioni committi. Viſis itaque per dictos conſiliarios noſtros ſupplicationibus antedictis, atque ordinatione prædictarum burgeſiarum, habitaque ſuper hoc relatione nonnullorum officiariorum noſtrorum patriæ antedictæ, diligentique & matura deliberatione conſilii ſuper his & eorum circumſtantiis & dependentiis, præhabita, dicti conſiliarii noſtri ſuper his ordinaverunt: noſque tenore præſentium ordinamus & præſenti declaramus edicto, quod noſtri burgenſes deinceps recipiantur ſolum in loco burgeſiæ, ubi recipi peterent & requirerent, & ſecus, ille qui fuerit alibi receptus, burgenſem nullatenus reputet. Quodque

Digitized by Google

que de quibuſcumque delictis commiſſis ab anno, ſeu infra per dictos burgenſes noſtros ante ingreſſum burgeſiæ, vel receptionem ipſorum, ordinarii ſub quorum juriſdictione antea morabantur, & à quibus virtute dictæ burgeſiæ ſe eximunt, cognoſcant & faciant juſtitiam, ac ſi non eſſent burgenſes noſtri effecti. Proviſo quod illa de cauſa ipſos non gravent aut opprimant; & hoc eiſdem inhiberi ſub certis pœnis volumus & jubemus. Cognoſcant etiam iidem ordinarii & faciant juſtitiam in cauſis realibus quibuſcumque, nec ſint iidem burgenſes noſtri exemti à contributione talliarum, nec ab aliis muneribus publicis; imo omnia munera civilia ſubire teneantur ſicut ante, & ad hoc poſſint per ordinarios compelli, ſicut alii non burgenſes, & hoc videlicet in locis in quibus morantur. Poſſunt etiam noſtri prædicti burgenſes renuntiare burgeſiæ, ſi & quando voluerint, dum tamen hoc fiat liberè & ſua ſpontanea voluntate, ac etiam ſine fraude. Nec deinceps creabuntur ſervientes burgenſium prædictorum Aquarum-mortuarum, qui ad hoc ſufficiunt ſervientes noſtri ordinarii, quos etiam volumus moderari. Si verò contingat aliquos de noſtris burgenſibus antedictis aliqua delicta committere, volumus & tenore præſentium ordinamus, quod per ordinarios ſub quibus moram trahent, vel in quorum juriſdictione delinquent, in ipſo delicto capi poſſint, vel ipſiſque fugientibus, flagranteque crimine, vel informatione legitima ſuper hoc præcedente; deinde per eoſdem ordinarios ipſos remitti volumus ad locum burgeſiæ, prout caſus exegerit, puniendos. Volumus inſuper & hac irrevocabili conſtitutione ſancimus, ut noſtri burgenſes præfati qui dictæ burgeſiæ privilegiis, libertatibus, & juribus uti voluerint, & gaudere, teneantur morari cum uxore, liberis & familia in loco burgeſiæ in quo recepti fuerint, ut præfertur, per quatuor feſta ſolemnia in anno, videlicet in feſto Omnium ſanctorum, in feſto Natalis Domini, in feſto Paſchæ, & in feſto nativitatis ſancti Johannis-Baptiſtæ, in quolibet feſto per octo dies ad minus, alioquin privilegiis burgeſiæ volumus non gaudere. Committemuſque aliquem ex juſtitiariis vel officiariis noſtris in judicem, commiſſarium, & conſervatorem, qui præmiſſa & in præſentibus litteris contenta faciet obſervari. Si quis autem noſtrorum burgenſium prædictorum prædicta per nos ſtatuta ac ſalubriter ordinata, auſu temerario infringere, eadem violare, vel contra eadem, aut aliquod eorumdem venire præſumſerit, eum noſtrum burgenſem reputari à modo vel teneri, privilegiiſque, libertatibus, & juribus, tam per prædeceſſores noſtros, quam per nos dictis burgenſibus conceſſis & concedendis non gaudere vel uti volumus, & ſtatuimus, & jubemus. Præmiſſa ſiquidem tam maturè quam liberè teneri & inviolabiliter obſervari decernimus & ſtatuimus, nonobſtantibus abuſibus contrariis & litteris ſubreptitiis quibuſcumque: adeo ut nulli impetrationi contrariæ obtemperetur, niſi per noſtram tranſierit cameram parlamenti, facientique de præſentibus mentionem. Nolumus tamen, nec noſtræ intentionis exiſtit, quod per præſentem ordinationem, interpretationem, vel declarationem, quæcumque novatio, revocatio vel præjudicium inſtitutioni, vel conceſſioni, dictæ burgeſiæ per præfatum felicis memoriæ regem PHILIPPUM PULCHRUM inducatur, vel etiam generetur. Sed ipſas in ſuo robore in omnibus aliis punctis, & titulis ſuis per præſentes non declaratis vel interpretatis remanere volumus, ſtatuimus, decernimus ac etiam ordinamus. Quod ut robur obtineat perpetuum, litteras præſentes ſigilli noſtri fecimus appenſione muniri, ſalvò in omnibus jure noſtro & quolibet alieno.

Actum & datum Pariſius XXVII. die Auguſti anno Domini milleſimo treċenteſimo ſeptuageſimo ſexto, atque tredecimo regni noſtri per conſilium exiſtens in camera parlamenti de Montargiis.

TESTAMENTUM BEATRICIS de Alboreya (a) vicecomitiſſæ Narbonæ.

(a)

Anno 1367. *Ex Craſſenſis abbatiæ tabulis eruit noſter D. Stephanus Dulaura.*

NOtum ſit omnibus tam præſentibus quàm futuris, quod exiſtente domino JOHANNE Narbonenſi archiepiſcopo in carreria publica ante hoſpitale monaſterii beatæ MARIÆ de Craſſa, reverendus in Chriſto pater GUIDO (de Brolio) ejuſdem monaſterii abbas ei dixit quod dictum monaſterium erat totaliter à juriſdictione ſua, & cujuſlibet alterius exemtum, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ immediatè ſubjectum; & quòd fortè ejus adventus, ſeu introïtus poſſet eſſe pro tempore præjudiciabilis exemtioni, & juriſdictioni monaſterii prædicti. Ideo ſupplicavit eidem domino archiepiſcopo ut taliter ad dictum monaſterium veniret, ne juriſdictioni, exemtioni, & juri dicti monaſterii propter ejus adventum, ſeu introïtum, aliquod poſſit afferre præjudicium. Tunc dictus dominus archiepiſcopus reſpondit quod ipſe ibi non venerat cauſa viſitandi dictum monaſterium, aut aliàs pro aliquo jure quod ibidem habere crederet, ſeu ſperaret: imo, poſito quod vellet, non poſſet ullo modo, prout expreſsè dixit, ſed ſolum cauſa peregrinationis, & devotionis, quam habebat erga dictum monaſterium. Et quod propter hoc, ut dixit, non intendebat dictam exemtionem infringere, nec juri dicti monaſterii derogare, ſed dictam exemtionem promiſit obſervare.

Item dictus dominus abbas proteſtatus eſt ibidem eidem domino archiepiſcopo præſenti, & audienti, quòd ſi contingeret quòd ipſe invitaret dictum dominum archiepiſcopum ad prandium, cœnam vel cubitum, in dicto monaſterio, vel aliàs quovis modo, hoc non intendebat facere ex cauſa debiti, vel alicujus juris ipſius domini archiepiſcopi, ſed ſolùm pro curialitate & liberalitate ſua; ad quod reſpondit dictus dominus archiepiſcopus ſe intendere accipere eo modo quo dixerat.

Actum apud Craſſam anno nativitatis Domini milleſimo trecenteſimo octuageſimo die decima-ſeptima menſis Septembris.

FUNDATIO FRATRUM Carmelitarum in loco de Monteſquivo de Belveſtrio Rivenſis diœceſis anno MCCCLXXXI.

Anno 1381. Ex archivis majorum Carmelitarum Toloſæ.

CLEMENS epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis priori provinciali & fratribus ordinis beatæ MARIÆ de Monte-Carmeli provinciæ Toloſanæ ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Sacra veſtra religio, ſub qua in humilitate ſpiritûs Creatori noſtro devotum famulatum impenditis, promeretur ut apoſtolica ſedes vobis & ordini veſtro ſe favorabilem exhibeat, & ſpecialibus gratiis proſequatur, & in his præſertim per quæ cultus divini nominis adaugetur. Cùm itaque, ſicut ex tenore petitionis dilectorum filiorum communitatis homi-
A num loci de Monteſquivo de Belveſtrio Rivenſis diœceſis nobis noviter exhibitæ percepimus, præfati communitas & homines dicti loci fervore devotionis accenſi, ob reverentiam Dei & glorioſiſſimæ Virginis matris ejus, etiam propter ſingularem affectionem, quam ad ordinem veſtrum & perſonas ipſius habere videntur, pro ſalute quoque animarum ſuarum, quemdam locum ſeu habitationem fratribus dicti ordinis perpetuò aſſignandum in dicto lo-
B co de Monteſquivo, in quo fratres ordinis mendicantium nullam dicuntur domum ſeu habitationem habere, de bonis ſibi à Deo collatis, & voluntate etiam, ut aſſeritur, & conſenſu dilecti filii nobilis viri GASTONIS comitis Fuxi, in cujus dominio & juriſdictione dictus locus ſituatus exiſtit, conſtrui facere & ædificare proponant, ut in eo aliqui fratres dicti veſtri ordinis perpetuò habitare poſſint honeſtè, & in eo miſſas & alia divina officia celebrare; tam pro parte dictorum communitatis & hominum de Monteſquivo, quàm veſtra nobis fuit hu-
C militer ſupplicatum, ut vobis recipiendi locum prædictum in præfato loco de Monteſquivo, per ipſos communitatem vobis & ordini veſtro, ut præmittitur, aſſignandum, ac eiſdem communitati & hominibus dictum locum cum eccleſia vel capella, ſeu oratorio, ac campanili, & campanis, cimiterio, & aliis neceſſariis officinis conſtruendi & ædificandi, pro habitatione perpetua aliquorum fratrum dicti ordinis licentiam concedere dignaremur. Nos hujuſmodi dictorum communitatis & hominum dicti loci laudabile pro-
D poſitum in Domino commendantes, & cupientes perſonas & loca veſtri ordinis merito & numero adaugeri, voſque & ordinem veſtrum quos in viſceribus caritatis gerimus proſequi favoribus & gratiis opportunis, veſtris & dictorum communitatis & hominum ſupplicationibus in hac parte favorabiliter annuentes, acquirendi & recipiendi diœceſani loci & alterius cujuſcumque licentia minimè requiſita locum prædictum, vobis & ordini veſtro per ipſos communitates & homines, ut præmittitur, aſ-
E ſignandum pro uſu & habitatione perpetua aliquorum fratrum dicti ordinis, in loco tamen ad hoc congruo & honeſto, ſi vobis per dictos communitates & homines pia largitione, ut præmittitur, concedatur, aut aliàs per vos legitimè acquiratur, ibidemque conſtrui & ædificari faciendi, ſeu conſtruendi & ædificandi eccleſiam, aut capellam, ſive oratorium, cum cimiterio, campanili, campana, domibus, & aliis neceſſariis officinis, & in eo perpetuò commorandi, jure tamen parrochialis eccleſiæ locis in quo locus prædictus ædifi-
F catus & conſtructus fuerit ſemper ſalvo, conſtitutione felicis recordationis BONIFACII papæ VIII. prædeceſſoris noſtri prohibente, ne ordinum mendicantium fratres in aliqua civitate, caſtro, vel villa, ſeu alio loco quocumque loca de novo recipere, ſeu jam recepta mutare vel alienare præſumant, abſque licentia ſedis apoſtolicæ ſpeciali faciente plenam & expreſſam de prohibitione hujuſmodi mentionem,

Digitized by Google

nequaquam obſtante, vobis & dictæ communitati & hominibus plenam & liberam auctoritate apoſtolica concedimus facultatem. Et quod poſtquam locus prædictus receptus & habitus fuerit, prior & fratres dicti ordinis in eo pro tempore commorantes, omnibus exemtionibus, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, & gratiis gaudeant, quibus ceteri fratres in aliis locis ipſius ordinis commorantes pro tempore ſoliti ſint gaudere. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Avenione VII. Idus Auguſti, pontificatûs noſtri anno tertio.

OFFENSIONUM ET INJURIARUM condonatio rebellibus Carcaſſonæ incolis à rege indulta.

Anno 1383 Ex Craſſenſibus tabulis.

KAROLUS Dei gratia Francorum rex. Opus egregium, inter cetera rerum molimina credimus, clementia ſuggerente, perficere, ſi per lubrica culpæ deliramenta ex humanitatis fragilitate cadentibus, & veniam prona miſeratione poſcentibus, ſuum agnoſcentibus reatum piæ ſublevationis remedio, & ut contaminationis, & labis contagia ferventiùs ſtudeant propulſare bonis & laudandis operibus, ex tunc inantea inhærentes, regalis conſuetudinis innata mititas, benigna compaſſione ſubveniat, purget offenſas per gratiam, & rigorem juris mitiget miſericordiæ levamento. Ex hoc namque grandia ſubditos devotionis vinciementa & fomenta componit, prærogativaque virtutis fruitur regia celſitudo, cum ad ſe converſum populum ab errore nedum patulis brachiis recipit, offenſæ præteritæ non recordans, verumetiam utens exemplo Chriſti, qui peccatoris mortem non quærit, ſed audit & exaudit benigniter proclamantes ad ſuæ refugium pietatis, humilibus concedens indultionis antidotum, ut reſpirent, parcenſque noxiis quos reddebat culpabiles temeraria & facinoroſa præſumtio delinquendi; eoſdem reformando in ſuæ plenitudine gratiæ & favoris: ut proinde non ſolùm erga nos, qui primi parentis in poſteros ad inobedientiæ derivata diſcrimina, in quaſi naturalem normam quodammodo defluxiſſe cognovimus; ſed etiam erga ſucceſſores noſtros reparatæ ſubjecti populi obedientiæ, fidei, & devotionis, ſinceritatis futuris temporibus nullius nebuloſitatis caliginoſo turbine turpari ſeu offuſcari valeat. Quin potius actibus & geſtis prælucidis ſolidari. Notum igitur facimus præſentibus & poſteritati etiam ſucceſſuræ, quòd cùm conſules, univerſitates, ſeu communitates, omneſque habitatores alii ſeu ipſorum pars major villæ Carcaſſonæ, necnon omnium & ſingularum civitatum, villarum, caſtrorum, fortalitiorum, & manſorum ac ceterorum locorum quorumlibet totius ſeneſcalliæ Carcaſſonæ, ob temporis malitiam... .... ſive ſubjectorum verbis mendacibus, aut damnandis ſuggeſtionibus perverſorum, & ſpiritus malignitatis, eorumve inſcitia, & ignorantia imbecilli, ſeu malo animo, certoque propoſito & vecordia deteſtanda, vel aliàs quovis modo, à fide legalitatis, juramenti, ſubjectionis, & obedientiæ vinculis, quibus erga nos tamquam eorum regem, & ſuperiorem naturalem dominum, ſe, pro tunc & adhuc aſtrictos fore ſciebant, obcœcati nequitia, deviantes uniones, conſpirationes, monopolia, conſilia, conventicula, commotiones, inſultus, incendia, homicidia, priſionationes, captiones & ſubverſiones officiariorum, gentium, & aliorum ſubditorum noſtrorum, mutilationes, diremtiones, & laniationes membrorum, obſidiones, debellationes, invaſitiones, & captiones caſtrorum, villarum, locorum, & fortalitiorum noſtrorum, tam de civitate Carcaſſonæ, quàm aliorum quorumpiam, deprædationes, exſpoliationes, & detentiones ipſorum hoſtium noſtrorum, capitaneorum, tuchivorum & aliorum rebellium ordinationes, armationes, aſſociationes, retentiones, advoationes, aggregationes, receptationes; vadiorum, ſtipendiorum & munerum traditiones, & dationes ſubſidiorum; occaſione hujuſmodi ſeu cauſa alia, impoſitiones, indicationes, & exactiones ſuper his; noſtri ſive cariſſimi patrui & locum tenentis noſtri in ducatu Aquitaniæ, & partibus Occitanis, JOHANNIS ducis Bituricenſis & Alverniæ, comitis Pictavenſis, aut noſtrorum, vel ſuorum officiariorum, & gentium licentia minimè petita ſeu obtenta: indebitas locutiones & proclamationes prædarum, & deprædatorum acceptiones, participationes, emtiones, & priſionariorum ablationes, exercitus, cavalcatas, invaſiones, exitus vexillo erecto, & non erecto; cum armis ſicut hoſtes, vel etiam ſine armis, januarum ſeu portarum civitatum, villarum, caſtrorum, fortalitiorum, & locorum aliorum clauſiones, introïtuum defenſiones, & refutationes; victualium denegationes, litterarum incitaturarum ad malum, injurioſarum & diffamatoriarum, miſſiones & ſcriptiones; inobedientias, rebelliones, crimina leſæ majeſtatis in capite & in membris: aliaque innumerabilia & incomprehenſibilia maleficia, & exceſſus de die & de nocte, palam, publicè, clam & occultè, à ſex annis immediatè præteritis citra, per modum univerſitatis, communitatis, ſingularitatis, & particularitatis, aliiſque modis pluribus & diverſis, perperam & execranda præſumtione atque perfidioſa & abominabili nequitate contra nos, genteſque & ſubditos noſtros, necnon contra præfatum patruum & locum tenentem noſtrum, quem ad illas partes deſtinaveramus ex aliorum avunculorum noſtrorum, aliorum plurium de noſtra regia proſapia, totiuſque conſilii noſtri deliberatione matura, etiam & ſolemni ac perevidentiſſimo bono, & utilitate incolarum ſeu habitantium prædictarum partium, & totius

Digitized by Google

regni noſtri, & ut habitatores eoſdem haberet à noſtris inimicis & adverſariis, ceteriſque eiſdem inferre volentibus nocumentum viriliter defenſare, & abinde dictos depellere inimicos. Super quibus idem noſter locum-tenens & patruus fecit ut meliùs potuit, & circa hæc diligenter & laudabiliter expoſuit ſe & ſua, perpetrarunt & fecerunt directè vel indirectè, & nefandiſſimo auſu, & temerariâ voluntate. Et inſuper adverſus ipſius patrui & locum-tenentis noſtri gentes & officiarios ſæpe ſæpius & frequenter ſatagendo pejora facere, ſi eorum poſſibilitas pateretur, pœnas juris corporales, criminales, & civiles, permaximas, de facto, & notoriè committendo, & incidendo nihilominus in eaſdem. Quorum prætextu & causâ conſulatus ſcabinatus, juriſdictiones, imperia, dominia, dignitates, ſtatus, officia, honores, communes domus, reditus, cenſus, deveria, privilegia, libertates, prærogativæ, francheſiæ, ac bona ſua omnia mobilia & immobilia erga nos fuerunt & ſunt penitùs confiſcata, tam de conſuetudine, quàm de jure. Quia tamen conſules, univerſitates, ſeu communitates, & habitatores villæ Carcaſſonæ, civitatum, villarum, caſtrorum, fortalitiorum, manſorum, & aliorum locorum prædictorum totius ſeneſcalliæ antedictæ ab invio diſcedentes, & redeuntes ad agnitionem veræ ſemitæ æquitatis, de & pro præmiſſis caſibus percuſſi intrinſecus compunctione lamentabili, & dolore cordis acerbo, ad nos certos eorum conſules, aliaſque notabiles perſonas, ac alios ſuos ſolemnes procuratores & nuntios in numero copioſo noviter deſtinarunt, licèt alias plures ſuos miſiſſent nuntios, pro præmiſſis. Qui quidem ultimò deſtinati in noſtra præſentia conſtituti, ſuum & aliorum prænominatorum habitatorum reatus & culpas, de & ſuper jam dictis publicè & voluntariè agnoſcentes, ac noſtræ diſpoſitioni in hac parte ſe & ſua totaliter ſupponentes, poſcendo ſuppliciter eiſdem ſuper hoc ex noſtra liberali munificentia indulgeri, firmo propoſito, & cordis intentione puriſſimâ aſſerentes velle & optare deinceps perſiſtere in noſtra & noſtrorum vera obedientia & ſubjectu, atque nobis & noſtris ſucceſſoribus, & ſæpedicto noſtro locum-tenenti & patruo, & quibuſvis noſtris & ipſorum ſucceſſoribus, & locum tenentium noſtrorum officiariis & gentibus pro nunc & futuris temporibus parere & intendere effectualiter, ut tenentur. Sicque, opitulantē Altiſſimo, ad nos & noſtros jugè nova bona provenient, placidique relatus. Nos, qui more progenitorum noſtrorum miſereri elegimus, potiùs quàm ulciſci, ob omnipotentiæ divinæ reverentiam & honorem, conſiderationemque præmiſſorum, & quadrageſimalis temporis nunc præſentis, & prænominatorum pœnitudinem, bonæque voluntatis & intentionis propoſitum advertentes, atque erga ipſos pro compatiendo affectu miſericordiæ oculos reflectentes, certis aliis ducti conſiderationibus in hac parte, ſupranominatis conſulibus univerſitatibus, comunitatibus, & omnibus habitatoribus ac incolis villæ Carcaſſonæ, omniumque & ſingularum civitatum, villarum, caſtrorum, fortalitiorum, manſorum, & ceterorum locorum jam dictorum totius prædictæ ſeneſcalliæ Carcaſſonæ, & ipſorum cuilibet, prout eum tangit & tangere poteſt, univerſos & ſingulos caſus criminales, maleficia & exceſſus privatos, etiam læſæ majeſtatis, & quoſvis alios graves, graviſſimos, minimos, mediocres & majores, qualeſcumque ſint & eſſe poſſint, per conſules, univerſitates, communitates, & habitatores prælibatos, & ſingulos eorumdem, infra prædictam ſeneſcalliam Carcaſſonæ morantes, cujuſcumque fuerint gradûs, conditionis, præeminentiæ, ſive ſtatûs, etiamſi barones, milites, ſcutiferi, nobiles, nobilitati exiſtant, qui ſupranominatis ſupplicantibus adhæſerunt in præmiſſis, dummodo ipſi, & ceteri prænominati retro lapſis temporibus fuerint & ſint contribuentes ſubſidiis regiis, ſeu communitatum pro bonis ſuis propriis, vel uxorum ſuarum, contribuantque in ſumma octingentorum millium francorum auri inferiùs declarata; (quæ tales dumtaxat in hujuſmodi conceſſione & gratia volumus comprehendi,) perpetratos & commiſſos conjunctim aut diviſim, in generali ſeu particulari, clam, palam, vel aliàs, ut præfertur, à dicto ſex annorum tempore, citra, contra nos, dictumque locum-tenentem noſtrum & patruum, & quoſlibet officiarios, gentes & ſubditos noſtros, ſive ipſius patrui & locum-tenentis noſtri, aut alios quoſcumque, eſto quòd caſus hujuſmodi & nomina ſupplicantium prædictorum, & aliorum quorumcumque quos hoc tangit, declarati & ſpecificati in præſentibus non ſint, oporteatque de ipſis & eorum ſingulis, quos hîc pro expreſſis haberi & teneri volumus, ſpecialem & diſtinctam facere mentionem, in caſus civiles reducimus, criminalitatem hujuſmodi in civilitatem penitus convertentes, abolendo & tollendo prorſus omnem criminis maculam atque notam, quibus præmiſſorum occaſione poſſent aliquatenus ſubjacere, pænas nihilominus, offenſas, culpas, reatus, & emendas quaſlibet criminales, quas pro præmiſſis, & eorum prætextu incurrerunt, ſive potuerunt modo quolibet incurriſſe; ipſis & eorum cuilibet, prout eum tangit, ſub præmiſſis & infraſcriptis conditionibus atque modis, quittamus, indulgemus, & omnino remittimus harum ſerie litterarum, ex noſtra auctoritate regia, poteſtatis plenitudine, & gratia ſpeciali. Et eoſdem, tam per modum univerſitatis, quàm ſingularitatis, aut particularitatis, ad conſulatus, ſcabinatus, juriſdictiones, imperia, dominia, dignitates, ſtatus, officia, honores, communes domus, redditus, cenſus, privilegia, deveria, libertates, hereditates, poſſeſſiones, & bona quæcumque ipſorum, tam communia, quàm particularia, niſi ad nos devenirent, & confiſcata exiſtant per declarationem, ſive per ſententiam latam, quæ in rem tranſivit judicatam; aut de eiſdem, vel eorum altero non ſit facta donatio, cujus vigore poſſeſſio fuerit appre-

Digitized by Google

henſa, necnon ad regnum noſtrum & provinciam antedictam; ac bonam famam ipſorum in integrum reſtabilimus, remittimus, & omni modo reducimus per præſentes: caſſantes, irritantes & annullantes inſuper adjornamenta, informationes, inqueſtas & proceſſus quoſlibet ſuper & pro præmiſſis à jam dicto ſex annorum tempore citra inchoatas ſive factas, dum tamen ad ſententiam, aut poſſeſſionis apprehenſionem ipſorum virtute, proceſſum non fuerit ſeu perventum; ſalvo tamen & reſervato in omnibus & per omnia jure læſarum partium civiliter proſequendo; hujuſcemodi etiam conditione adjecta, quòd ſi ſupra nominatos, aut alteros eorumdem crimina ſupradicta, ſeu eorum aliqua, vel ſibi ſimilia, ex nunc antea committere contingat (quod abſit) aut reincidere in eiſdem; quo ad tales ſic committentes præſens gratia nullius prorſus exiſtat firmitatis, efficaciæ, vel momenti. Volumus præterea, & his præſentibus ordinamus quòd, licèt reſpectu habito ad præmemorata maleficia & exceſſus, ac enormitatem, & magnitudinem eorumdem, pares in regno noſtro, attento tempore pertinacitatis & durationes ipſorum, numquam accidiſſe, aut perpetrata fuiſſe legantur, nequeantque propter hoc emenda civili, ſeu pecunia aliqua debitè compenſari, nec per civilitatem poſſe criminalitatem hujuſmodi ſatisfieri bono modo, ad ipſius nihilominus relevamen populi, præſentem noſtram intendentes gratiam ampliare cum benigni proſecutione favoris, de & pro civilitate prædicta contenti ſumus quod octingentis millibus franchis auri, quam ſummam conſules, communitates, & alii habitatores præfati, unà cum communitatibus, habitatoribus & incolis ſeneſcalliarum Tholoſæ, Bellicadri, & Nemauſi, in quibus nonnulla gravia crimina, & offenſæ perpetratæ fuiſſe noſcuntur, nobis ſeu noſtris gentibus, & deputandis à nobis, loco, & nomine noſtri infra quadriennium venturum proximo, ſub modo & forma, in aliis noſtris litteris, & inſtructionibus ſuper his confectis, & expreſſiùs declaratis, ac velut per nos in eorum præſentia publicè dictum & ordinatum extitit, ſolvere tenebuntur. Et quia præſentes litteræ in locis ſingulis, ubi forſan eiſdem uti oportuerit, commodè portari nequirent, conceſſimus, & per præſentes concedimus, ex gratia ampliori, quòd tranſumto, aut *vidimus* litterarum hujuſmodi, ſub regio ſigillo confecto, veluti originali ſtetur & credatur, adhibeaturque ubilibet plena fides. Quamobrem ſeneſcallo Carcaſſonæ ceteriſque officiariis ac juſticiariis noſtris præſentibus & poſteris, eorum locum-tenentibus, & ipſorum cuilibet, prout pertinuerit ad eumdem, harum tenore injungendo mandamus, quatenus conſules, univerſitates, communitates & habitatores præfatos villæ Carcaſſonæ, omniumque & ſingularum civitatum, villarum, caſtrorum, fortalitiorum, manſorum, & aliorum quorumvis locorum prædictæ ſeneſcalliæ, & eorum utroſque, noſtrâ præſenti conceſſione, gratiâ, remiſſione & abſolutione, modo & formâ ſuperiùs annotatis pro nunc, & in futurum gaudere & uti plenè, pacificè, & quietè faciant, patiantur, & ſinant. Non faciendo, aut permittendo eoſdem, ſeu ipſorum aliquem contra tenorem præſentium in corporibus, ſive bonis, præſentibus aut futuris temporibus impediri, moleſtari, ſeu aliqualiter perturbari, quin imò ſi quæ ſecus acta fuerint, aut ſint, eadem ad priſtinum & debitum ſtatum reducant, ſeu faciant, poſtpoſitâ morâ, reduci. Et ut hæc omnia validâ ſoliditate firmentur, noſtrum hiis præſentibus juſſimus & fecimus apponi ſigillum, noſtro in ceteris & alieno in omnibus jure ſalvo.

Datum Pariſius die VIII. Martii, anno Domini MCCCLXXXIII. & regni noſtri IV. Per regem in ſuo magno conſilio, in quo domini Bituriæ & Borbonii duces, cardinalis Laudunenſis, vos & multi alii eratis. P. MANHAC. *Viſa*.

TESTAMENTUM (a) LUDOVICI I. regis Jeruſalem & Siciliæ, ducis Andegaviæ & Turoniæ, comitis Provinciæ, Folcalquerii, Cenomaniæ, Pedemontis, & * Roſſiaci.

(a)

* *Ruſſy.*

IN Nomine Patris & Filii, & Spiritûs-ſancti. Amen. Anno 1383. *Ex autographo in tabulario regio ſervato.*

LUDOVICUS Dei gratiâ rex Jeruſalem & Siciliæ, ducatûs Apuliæ, principatûs Capuæ, dux Andegaviæ & Turoniæ, comitatuum Provinciæ, Forcalquerii, Cenomaniæ & Pedimontis, ac de Roſſiaco comes, univerſis præſentes litteras inſpecturis ſalutem.

Quoniam breves dies hominis ſunt, numerus menſium ejus apud Altiſſimum, & conſtituit terminos ejus qui non poterunt præteriri, ſanè hac celebri meditatione revolventes, & quòd Deus ſtatuit hominem mori, qui ſuo proprio Filio non pepercit, mors quoque omnia mordens neceſſitatis modo omnem ſuperat ſillogiſmum, exceptiones non recipit, & dilationes aliquas non admittit. Videmus enim vivos ſtrenuiſſimos, principes poteſtate terribiles totâ die mori, mortis etiam omnes tributarii ſumus, nec ceſſabit donec fodiatur peccatori fovea. Ille ſub quo hodie fremit mundus, quem tremunt populi, provinciæ alienæ formidant, hodie moritur, & infra breve tempus in pulverem viliſſimum redigetur. Jam certè adveſperaſcit nobis, jam enim vitæ noſtræ dimidium, & ampliùs peregimus, jam venimus ad canos, & mortis præambulos feſtinantes accepimus; & cùm fallax ſit hic mundus, quia vita brevis, & finis dubius, de morte quidem certiſſimi ſumus, nihil tamen nobis incertius horâ mortis, & proinde in noſtro & cujuſlibet ſapientis ani-

(a) Extat in additionibus ad notas in vitam CAROLI VI. Francorum regis editam ab erudito viro Dionyſio *Godefroy*, pag. 765. teſtamentum ejuſdem LUDOVICI regis Siciliæ deſcriptum ex veteri regiſtro à clariſſimo viro domino *Vvion d'Erouval*, quod ubi cum authentico & originali contuliſſet clariſſimus vir dominus *Rouſſeau* cameræ computorum auditor toto diſcrepare cœlo reperit, atque propriâ manu deſcriptum nobis hîc edendum perhumaniter dedit.

Digitized by Google

mo ſuſpecta meritò debet eſſe jugiter profectò A in noſtra mente gerentes quantâ ſummus Largitor, Dominus dominantium, per quem reges regnant, nobis fecerit, nos de comite in ducem, de duce in regem, ſuâ ineffabili gratiâ erigendo. Sumus ſiquidem in laboribus plurimis, in carceribus abundantiùs, in mortis periculis frequenter, in itineribus ſæpe, in periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in civitate, in labore & ærumna, in vigiliis multis, in fame & ſiti, in jejuniis plurimis, in B frigore & nuditate. His itaque & aliis modis in arena hujus ſæculi pugnantes, triumphum noſtrum gladio conſummavimus, & ſanguinem noſtrum in nomine JESU-CHRISTI Deo Patri veſpertinum offerentes ſacrificium, qui poſtmodum multos & maximos cum eorum provinciis noſtræ ditioni miſerabiliter* ſubjugavit. Nos etiam licèt immeritos honoribus & bonis mundanis innumeris extulit. Et quia inenarrabilia ſunt opera Domini, & ipſius miſerationes ſunt ſuper omnia opera ejus, ne beneficiorum quæ nobis fecit, & ſuorum mirabi- C lium quæ nobis oſtendit videamur immemores, inde ſibi devotiſſimas & gratiarum uberrimas corde puriſſimò referimus actiones; & ne nos (quod abſit) inteſtati decedamus, ſed de bonis à quo cuncta procedunt nobis collatis, & ipſius faciente dextera impoſterum conferendis ordinare, & etiam diſponere cupientes, mente & intellectu ſanis fulciti, ac etiam præmuniti.

*f. mirabiliter.

Primitùs, noſtram animam, cùm à corpore ſeparata fuerit, ſummo Creatori flexis genibus D devotiſſimè commendantes, glorioſiſſimæ Matri ſuæ beatæ Virgini MARIÆ, beatis Gabriëli, Raphaëli, & Michaëli, ac ceteris beatorum ſpirituum ordinibus angelorum, Johanni Baptiſtæ, ceteriſque patriarchis & prophetis, Johanni Evangeliſtæ, Petro & Paulo, Andreæ, Jacobo, Bartholomæo, Matthæo, ceteriſque apoſtolis & evangeliſtis, ſanctis Stephano, Laurentio, Dionyſio, & Mauritio, cum ſociis eorumdem, Georgio, Chriſtophoro, Quintino, ceteriſque Dei martyribus, beatis Martino, Nicolao, Juliano, Ludovico de Francia, & E Maſſilienſi, Anthonio, Thomæ de Aquino, Petro Celeſtino, ceteriſque confeſſoribus, ſanctis Mariæ Jacobi, & Salome, Katherinæ, Magdalenæ, Marthæ, Agneti, Mariæ Ægyptiacæ, Margaretæ, Ceciliæ, Sabinæ, ſanctæ Eliſabeth, atque Claræ, ceteriſque CHRISTI virginibus, ut eorumdem ſanctorum & ſanctarum interceſſionibus, ipſa noſtra anima de manu inferi liberata, in ſinu ſanctiſſimi patris Abrahæ per eoſdem angelos collocetur, noſtrum fecimus, condidimus, & ordinavimus, facimus, F condimus, & etiam ordinamus teſtamentum, prout in decem foliis ibidem altâ voce in noſtræ majeſtatis, teſtium, & notarii infraſcriptorum præſentia compendioſè narratis, & etiam intellectis, latiùs & ſerioſius continetur. Quorum foliorum tenor & continentia de verbo ad verbum inferiùs deſcribuntur. Quod quidem teſtamentum valere volumus jure teſtamenti, & ſi non valeret jure teſtamenti, valeat jure codicillorum, vel jure cujuſlibet alterius voluntatis, primo & ante omnia alia, quamvis teſtamenta, etiam jure teſtamenti, aut jure codicillorum, ſeu jure cujuſlibet alterius voluntatis valentia per nos hactenus & ante noſtri regni Siciliæ tituli regis aſſumtionem facta & condita ſub quibuſvis tenore atque forma revocando expreſsè irritantes caſſando & etiam adnullando volumus quòd nullius exiſtant roboris, efficaciæ, vel momenti. Tenor verò & continentia dictorum decem foliorum ſequitur in hæc verba:

C'eſt l'ordonnance de noſtre teſtament & derraine volenté.

Premierement nous eliſons nôtre ſepulture pour nôrte corps en la baſſe chapelle deſſous la ſainte Chapelle du palais à Paris derriere le grand autel, & voulons que nôtre cuer ſoit en l'egliſe d'Angiers, & nos entrailles en l'egliſe de monſeigneur S. Martin de Tours.

Item, voulons & ordonnons que pour la fondation & dotation que nous entendons à faire en ladite ſainte Chapelle du palais à Paris, il aura quatre chanoines, quatre chapelains, & quatre clercs, outre ceux qui y ſont de preſent, y eſtre converti & employé juſques à la ſomme de trois mil livres de rente, & des prebendes qui en feront fondées, les deux ſeront à la collation & donation de nôtre tres-cher ſeigneur & neveu le roy de France, & les autres deux à la nôtre & de nos hoirs & ſucceſſeurs roys de Sicile & ducs d'Anjou. Et auſſi voulons & ordonnons que du nôtre ſoient faites & edifiées les maiſons bonnes & ſouffiſantes pour les habitations & demeures des chanoines, chapelains & clercs en certaines places & lieux qui ſont prés de l'hoſtel de meſſire Guy de Champdiver: c'eſt aſſavoir entre les murs des jardins de la pointe, & les murs de la riviere dont nous requerons la place à monſieur le roy.

Item, nous voulons & ordonnons eſtre fondées ſept meſſes perpetuelles qui ſeront chacun jour celebrées en ladite chapelle baſſe, en laquelle nous avons eſleu nôtre ſepulture, & ſera en nôtre vivant la premiere de la Trinité, la ſeconde du Saint Eſprit, la tierce de noſtre Dame, la quarte de ſaint Loys, la quinte des Reliques, la ſiziéme de la Croix, & la ſeptiéme de ſaint Denys. Et aprés noſtre trepaſſement les quatre premierement nommées ſeront celebrées trois de mors pour nous & pour nôtre compaigne la royne, pour nos enfans, pour nôtre ſaint pere le pape Clement VII. pour nôtre tres-chere dame & mere madame JEHANNE royne de Sicile que Dieux abſoille, pour nos predeceſſeurs & ſucceſſeurs, & pour ceux qui nous ont aidié & aideront à conqueſter noſtredit royaume.

Item, en ladite ſainte Chapelle haute chacun Vendredy aprés matines la grand-meſſe, aprés veſpres ſera chantée ſolemnellement deux

antiennes, l'une de la Croix, & l'autre des Reliques avec les verſets & oraiſons correſpondantes, & chacun Samedy aprés leſdittes Heures en ladite chapelle baſſe ſera chantée une antienne de noſtre-Dame, avec le verſet & oraiſon, comme dit eſt.

Item, voulons que aprés noſtre trepaſſement ſoit fait perpetuellement ce dit jour de noſtre obit noſtre anniverſaire ſolemnellement chacun an en ladite chapelle baſſe, & ce jour tous les chanoines & chapelains dudit lieu ſeront tenus de celebrer ou faire dire une meſſe des morts pour nous, & auſſi icelui jour les freres Preſcheurs, Meneurs, Carmelites & Auguſtins de Paris iront à proceſſion à ladite chapelle, & devant ou aprés veſpres des chanoines, diront tous enſemble vigiles des morts ſolemnellement & à trait & lendemain pareillement la meſſe.

Item, voulons que perpetuellement chacun Lundy ſoit fait ſolemnel anniverſaire pour nous & pour la royne noſtre compaigne en ladite chapelle baſſe, & ſemblablement le premier jour de chacun mois, & auſſi quatre fois en l'an en chacune ſemaine de jeûnes de quatre-Temps, & chacun jour que leſdits anniverſaires ſerons faits, excepté ceux de chacun lundi chacun de la moitié des chanoines & des chapelains celebrera ou ſera tenu de faire celebrer une meſſe de morts pour nous ou pour la royne nôtre compaigne. Et auſſi le jour de icelui anniverſaire excepté ceux de chacun lundi, les freres Preſcheurs ou Meneurs, ou Auguſtins, ou Carmelites de Paris les uns aprés les autres iront en proceſſion en ladite chapelle baſſe, & devant ou aprés veſpres des chanoines diront vigiles de mors ſolemnels & lendemain la meſſe, & commenceront le jour du premier deſdites anniverſaires les freres Preſcheurs, le jour du ſecond anniverſaire iront à ladite chapelle les freres Meneurs, le jour du tiers les Auguſtins, & le jour du quart les Carmelites, & ainſi enſuivent des autres: & pour ce ſera donné à chacun d'iceux ce qui ſemblera à noſtredite compaigne la royne & nos executeurs, laquelle choſe nous remettons à leur diſcretion.

Item, voulons que perpetuellement chacun jour aprés la meſſe de l'anniverſaire, ou aprés la grant meſſe de ladite ſainte chapelle haute; & aprés veſpres les chanoines, les chapelains, & les clercs d'icelle iront à la proceſſion à croix & eau benite en ladite ſainte chapelle baſſe, & entour nôtre ſepulture chanteront ſolemnellement aucun reſpons de mors enſuivans.

Item, voulons que en ladite ſainte chapelle ſoient chantées à prelat, ſelon qu'il eſt accoûtumé, les veſpres & la grant meſſe des feſtes qui s'enſuivent: c'eſt aſſavoir de l'invention & exaltation de ſainte Croix, de la nativité & decolation de ſaint Jehan-Baptiſte, de ſaint Jehan l'Evangeliſte, de tous les apoſtres, de ſaint Loys & de ſa tranſlation, de ſaint Denys & de ſon invention, de ſaint Martin, de la glorieuſe Madelaine, de ſa tranſlation, de ſainte Marthe & de ſaint Loys de Marſeille, & gaigneront les chanoines, chapelains & clercs en icelles feſtes telles diſtributions comme ils ſont les jours des quatre feſtes annuelles.

Item, voulons que la rente que nous avons en Normandie & ſur les halles de la vicomté de l'eau de Roen ſoit convertie au fait de la fondation des chanoines deſſuſdits en la ſainte chapelle, & ou cas qu'il plaira à la royne noſtre compaigne, la terre que nous & elle avons à Bonne-ville, la Loette, à Laigle, & à la Roche-Mabile y ſoit auſſi convertie, & que de la Roche-Mabile & de la terre de Laigle l'en fine à noſtre tante de Thouars pour ſon vyage que elle y a s'il ſe puet faire.

Item, à l'abbaye de ſaint Denys nous voulons qu'il ſoit fondé trois anniverſaires, un pour nous & pour la royne noſtre compaigne, un autre, & pour monſeigneur le roy PHELIPES noſtre ayeul, & pour monſeigneur noſtre pere un autre, & ſeront faits ſolemnellement les jours de nos obits. Et outre ce voulons eſtre fondées deux chapelles éſquelles perpetuellement chaſcun jour ſe celebreront deux meſſes l'une pour noſtre tres-chier ſeigneur & pere le roy JEHAN (que Dieu abſoille) & l'autre pour nous, & pour la royne noſtre compaigne, nos enfans & autres nommez & declarez ou tiers article de noſtre preſent teſtament.

Item, voulons que ſoit ordonné pour nous à perpetuité trois cierges ardans jour & nuit l'un devant le corps monſeigneur S. Denys, l'autre devant les ſaintes reliques en la chapelle haute du palais à Paris, & l'autre devant noſtre-Dame en la baſſe chapelle.

Item, voulons que en l'abbaye de Malbuiſſon lez Pontoiſe ſoit fundé un anniverſaire avec une chapelle en laquelle on celebrera perpetuellement chacun jour une meſſe de mors pour l'ame de noſtre tres-chiere dame & mere madame BONE ducheſſe de Normandie que Dieu abſoille, laquelle repoſe en l'egliſe d'icelle abbaye & pour nous & pour la royne noſtre compaigne, nos enfans & autres nomez & declarez ou tiers article deſſuſdit.

Item au couvens de freres Preſcheurs, Meneurs, Auguſtins, & Carmelites de Paris, d'Angiers, de Tours, des freres Preſcheurs, & Meneurs du Mans, & des freres Preſcheurs d'Auxerre, nou voulons eſtre fundé un anniverſaire pour nous, pour la royne noſtre compaigne à faire perpetuellement & ſolemnellement chacun an les jours de nos obiz de nous & de elle: Et auſſi en chacune egliſe d'iceux religieux ſe fundera une meſſe de mors qui ſera dite chacun jour perpetuellement pour nous & pour la roine nôtre compaigne. Et voulons que tout ce qui ſe donnera auxdits religieux pour leur labour & cauſe deſſuſdite ſoit converti & mis ès reparations des egliſes ou maiſons, cloſures ou fermetures deſditz lieux, ou à faire aucuns nouveaux edifices neceſſaires ou profitables pour les freres de iceux couvents.

Item, que ès couvens des Chartreux & Celeſtins de Paris ſoit fundé un anniverſaire pour

Digitized by Google

pour nous & pour la royne noſtredite compaigne en la maniere deſſuſdite & avec ce ou couvent d'iceux Celeſtins, ſoit fondée une meſſe de mors, qui ſera celebrée perpetuellement chacun jour pour nous & pour la royne noſtredite compaigne, pour nos enfans & pour les ſuſdits declarez ou tiers article.

Item, ès egliſes cathedraux de Roen, de Rains, de Sens, d'Angiers, de Tours, du Mans, de Paris, de Laon, de Chartres, & en l'egliſe collegialle de ſaint Martin de Tours, de noſtre-Dame du Puy, & de Bologne ſur la mer, & de Lyence, & ſaint Eſtienne de Toulouſe ſera fundé noſtre anniverſaire & de la royne noſtre compaigne, à faire chacun an ſolemnellement les jours de noſdiz obiz, & avec ce en chacune deſdites egliſes ſera fundée une chapelle pour dire pour nous perpetuellement chacun jour une meſſe de mors.

Item, nous voulons que en la chapelle du bois de Vincennes lez Paris, & en l'egliſe parroiſſiale de Monterel lez leſdits Bois ſoit fundé noſtre anniverſaire avec une meſſe de mors en chacune deſdites deux egliſes parrochiale & chapelle à dire perpetuellement chacun jour pour nous & pour la royne noſtre compaigne.

Item, nous voulons & ordonnons que en l'abbaye de Verzelay ſoient donnez CCCC. frans pour une fois, pour la reparation de la chaſſe de la glorieuſe Marie Magdalene laquelle repoſe en l'egliſe d'icelle abbaye, ſi comme pluſieurs croient & dient.

Item, nous voulons que en icelle egliſe de la Magdalene de Verzelay ſoit fundé une chapelle de C. livres Tournois de rente pour y avoir une meſſe chacun jour & chacun an quatre anniverſaires ſolemnez, leſquelx ſeront celebrez lendemain de chacune des quatre feſtes qu'ils feront de ladite Magdalene pour nous & pour la royne noſtre compaigne.

Item, nous voulons que en l'egliſe de l'abbaye de la Boiſſiere ſoit fundée une autre chapelle de C. liv. Tournois de rente pour y avoir chacun jour deux meſſes & chacun an deux anniverſaires ſolemnez lendemain de ſainte Croix en May, & de ſainte Croix en Septembre pour nous & pour noſtredite compaigne la royne.

Item, en l'egliſe de ſainte Marthe de Taraſcon une chapelle de C. livres Tournois de rente pour y avoir chacun jour une meſſe perpetuellement & chacun an un anniverſaire ſolemnel, comme cydeſſus.

Item, à S. Maximin une chapelle de C. liv. de rente Tournois pour y avoir chacun jour une meſſe perpetuelement & chacun an un anniverſaire ſolemnelz comme cy-deſſus.

Item, une autre chapelle en la Balme de L. livres de rente.

Item, nous voulons que le jour de la feſte du Saint en l'honneur duquel icelles chapelles ſeront fundées, chacun chapelain qui tendra icelle, ſoit tenu de faire veſpres & meſſe ſolemnez avec autres chapelains & clercs qu'ils procurera. Et pour ce faire ledit chapelain gagne ledit jour XL. livres des C. deſſuſdis, & les LX. liv. ſoient pour l'anniverſaire & les meſſes des mors.

Item, voulons que de nos chapelles ſoient données quatre des meilleures en ladite ſainte chapelle du Palais à Paris: c'eſt aſſavoir une vermille, une blanche, une verte, & une noire toutes complies, & quatre calices avec les burettes.

Item, nous voulons que ou couvent des religieuſes de Prulhan de l'ordre de ſaint Dominique, ſoient fundez douze anniverſaires, chacun le premier jour du mois, ſe feſte ſolemnelle ne l'empeſchoit, & le lendemain ſoit fait ou cas qu'il ſe differeroit pour icelle feſte, pour nous & pour la royne noſtre compaigne, & ſeront faiz obiz ſolemnellement, & avec ce ſera fundée une meſſe perpetuelle de mors qui ſe dira chaſcun jour pour nous deux.

Item, nous voulons que certaine ſomme d'argent ſoit baillé pour celebrer certaines meſſes de mors le jour de noſtre obit, & auſſi pour dire meſſes de mors juſques au jour de nos obſeques & par aucun temps juſques à cent milles meſſes.

Item, nous ordonnons que à S. Jehan d'Angely ou autre part ſelon noſtre devotion, ſoit fundée une chapelle en l'onneur du glorieux ſaint monſieur ſaint Jehan-Baptiſte en laquelle ſe chantera perpetuellement chacun jour une meſſe de mors pour nous & pour la royne noſtre compaigne, & pour nos enfans.

Item, nous voulons que aux poures hoſpitaux & maiſons-Dieu de noſdiz pays d'Anjou, de Touraine, & du Mayne, & auſſi à la maiſon-Dieu de Paris ſoient donné de nos tapiz pour couvrir les poures de ceux qui leur ſeront plus neceſſaires, chacun du prix de trois à ſix frans ou environ, & s'il y en a aucuns grans qui fuſſent de grant prix, nous voulons qu'ils ſoient vendus pour donner aux poures hoſpitaux ou cas que nous ſeriens le jour de nôtre trepaſſement ſi mueblez qu'en en peut acheter d'autres du prix deſſuſdit, ſe il ſembloit à noſtredite compaigne & pour nos enfans ce qui leur en ſeroit beſoin pour leurs eſtats.

Item, voulons que pour accroiſtre les rentes de ladite maiſon-Dieu de Paris en la ſubſtentation des poures, ils ayent CC. livres de rente.

Item, ou cas que le jour de noſtre trepaſſement nous ne ſerions ſi mueblez, comme deſſus, nous voulons ſemblablement que nos linges, prins premierement ce qui neceſſaire en ſera pour les eſtas de noſtredite compaigne la royne & de nos enfans, ſoient vendus, & l'argent qui en yſſera ſoit donné & diſtribué aux hoſpitaux, maladeries & autres lieux de noſdiz pays par l'ordonnance de elle principalement & de nos executeurs, pour le ſalut & remede de noſtre arme, & de tout ce qui ſera neceſſaire pour noſtredite compaigne la royne, & de nos enfans tant de tapis & linges deſſuſdits voulons que tant ſeulement noſtredite compaigne la royne en ſoit cruë, & non autre, & que elle en pregne ce que pour ſa neceſſité & eſtat & de noſdiz enfans en ſa conſcience ly ſemblera.

Item, & auſſi voulons que de nos draps d'or & de ſoye ſoient faites des chapelles & icelles

Digitized by Google

données & diſtribuées aux egliſes de noſdits pays, ou ailleurs, où la royne noſtre compaigne, & nos executeurs verront qu'il ſera bien employé, & tant qu'il ſemblera à la royne, & les autres vendus, comme des tapis & linges, ou cas que nous ne ſeriens mueblez, comme deſſus.

Item. Nous voulons que la royne noſtredite compaigne, & nos executeurs donnent telle ſomme comme il leur ſemblera, à poures ſerviteurs qui ſeroient entour nous, leſquelx ne ſeroient pas remunerez ſelon les ſervices qu'ils nous ont fais.

Item. Et afin que noſtre ame puiſſe & doie mieulx eſtre deſchargée, nous voulons que en nos pays d'Anjou, de Touraine & du Maine, vint mille francs ſoient par nos executeurs diſtribuez à gens poures & miſerables, & autres, ainſi que la royne noſtre compaigne principalement & noſdits executeurs verront qu'il ſera bien employé, en retour des charges & oppreſſions que nous y avons donné, tant à cauſe des ſubſides, tailles, & aides que nous y avons levées & fait lever, que autrement.

Item. Et afin que noſtre ame puiſſe & doie eſtre mieulx deſchargée de la guerre que nos gens firent pieça par nous en nos contez de Provence & de Forcalquier, nous voulons que en icelles nos contez de Provence & de Forcalquier ſoit donné & diſtribué juſques à la ſomme de cinquante mille francs, tant aux egliſes, hoſpitaux, maladeries, comme poures gens & pueples d'icelles, eſpeciaument à ceulx qui perdirent pour ladite guerre tant de bourgeois, laboureurs, & autres, comme autrement, tout ainſi qu'il chera en la diſcretion de nos executeurs, appellez le ſenechal, nos conſeillers & officiers, ou bons preud'hommes de noſdits contez, qui les doient informer des dommaiges portez & faits en icelles contez pour cauſe de ladite guerre, & par eſpecial ou territoire d'Arles & de Tarraſcon, & auſſi en l'iſle de Carmargue, & vers Noſtre-Dame de la Mer, & autres lieux, deſquelx noſdits executeurs ſeront informez, comme deſſus.

Item. Au pays de ſenechaucies de Beaucaire, de Thoulouſe, & de Carcaſſone, autres cinquante mille francs, qui ſeront donnez & diſtribuez en la maniere que dit eſt, en retour des pertes & dommaiges que le peuple y a ſoutenus & eus, tant comme nous en avons eu le gouvernement, tant pour les gens d'armes que nous y avons tenus, comme autrement, & auſſi pour execution rigoureuſe ſur les faits des aides & ſubſides que nous y avons fait pour le ſalut des ames qui mors y ont eſté ou deſers, ou rendus fugitifs de leurs pays & propres maiſons, & mis à poureté par tailles outraigeuſes, & executions rigoureuſes faites en leurs biens, & dont nous pourriens avoir eſté cauſe.

Et quant au doüaire de la reine noſtre compaigne, pour cauſe duquel li appartient la tierce partie de toutes nos terres ou royaume de France, nous les y aſſeons en ceſte maniere: c'eſt aſſavoir que elle aura & tendra les châ- A teaux, terres, villes, & chaſtellenies de Saumur, de la Roche-ſur-Yon, & du Chaſteau du Loir, avec leurs appartenances; & ou cas qu'ils ne vaudroint la tierce partie de nos terres, nous voulons qu'il ly ſoit parfait au plus prés de chacune deſdites terres & chaſtellenies, en luy faiſant bonne aſſiette & large. Et ou cas qu'il plairoit à Dieu, que nous conqueſtiſſiens ce royaume, nous voulons que outre les choſes deſſuſdites, elle y preigne trente mille florins duças de rente, leſquelx nous voulons qu'ils ly B ſoient tres bien aſſis, entant que elle s'en doie tenir pour tres-contente. Et encore outre toutes les choſes deſſuſdites, nous voulons que en nos contez de Provence & de Forcalquier ly ſoient aſſis pour accroiſſement de ſondit doüaire dix mille florins de chambre de rente, & que ils ly ſoient tellement aſſignez, que elle s'en doie tenir contente.

Item. Auſſi déclairons & voulons que les conqueſtes que nous avons faites ou royaume de France, elle tiegne, & ait ſa vie durant, excepté la Roche-au-duc, que nous avons C donnée à vie à Pierre d'Avoir, & celle de Mirebeau, avec leurs appartenances, que nous avons données à vie à meſſire Jehan de Bueil, en telle maniere & condition comme il eſt contenu en nos lettres de ladite donation, mais aprés leur mort, elle les tendra, ſe elle les ſurvit.

Cy-aprés s'enſuivent les conqueſtes que nous avons faites.

Premierement les comtez d'Eſtampes & de Gyen, ſe noſtre couſin d'Eſtampes & de Gyen D muert ſans hoir deſcendant de ſon corps; la comté de Rouſſy, la terre de Lunel, le chaſtel, terre & ſeigneurie de Sablé, le chaſtel, terre, chaſtellenie de Mirebeau, les chaſteau, & terre de Champigny, la Raiace* & le Coudray, comprins avec ce la tierce partie de toute la terre de la dame de Baucay qui eſt encore à aſſeoir, la Roche-au-duc, le paage de Tours, les rentes & maiſons que le ſire de Rayneval y avoit, & la rente ſur le peage de Langez & de Monſſouriau, & auſſi la terre de Thalemont, E laquelle nous ne voudriens pas que nos hoirs teniſſent ou poſſediſſent, ſenon que par grant conſeil fuſt veu que nous y euſſiens bon droit.

* ou Rajon.

Auſſi voulons-nous que la reine noſtre compaigne ait le gouvernement de Loys noſtre ainſné fils duc de Calabre, juſques à tant qu'il ſoit en aage de vint & un an accomplis, ſenz ce que à nul autre en appartiegne adminiſtration ou gouvernement.

Et auſſi voulons-nous que elle ſoit toûjours conſeillée par les gens de nos pays, & non par F autres, leſquelx conſeillers dés maintenant nous declairons, & luy baillons. Et premierement pour le plus eſpecial conſeiller & pour le premier Pierre d'Avoir ſeigneur de Chaſteau-Fermont noſtre grant chambellan & ſenechal en noz diz pays, Jehan de Bueil, Jehan eveſque du Mans noſtre chancellier, Harduin de Bueil eveſque d'Angiers, les abbez de Saint

Digitized by Google

Aubin d'Angiers, & de la Couſture du Mans, A Pierre de Chevreuſe, Guillaume de Mathefelon lainſné, Pierre de Bueil, Jehan Pellerin, maiſtre Jehan Haucepié, & maiſtre Jehan le Begue.

Autre Ordenance.

Sur les partaiges de Loys duc de Calabre, & de Charles nos enfans: c'eſt aſſavoir que Loys noſtre fils ainſné aura pour ſon partaige les duchiez d'Anjou & de Touraine, & la comté du Maine, avecques les comtez d'Eſtampes & de Gyen, & auſſi la terre de Thalemont ou B cas que nous y auriens bon droit & bon titre comme deſſus, & les hoſtels que nous avons en la ville de Paris, & ſemblablement nos hoſtels de de Vinceſtre & de Cachant.

Et Charles noſtre ſecond fils aura pour ſon partaige la comté de Rouſſy, la terre de Guiſe & de Chailiy. Et s'il avenoit que nous puiſſiens conquerir (ce que Dieux vüeille) le royaume de Sicile, & les terres qui y appartiennent, Loys noſtre ainſné fils duc de Calabre ſera roy & comte de Provence, & avec C ce duc d'Anjou & de Touraine, & comte du Maine, afin que s'il avenoit beſoing en noſtre royaume de Sicile, noſtre tres-cher ſeigneur neveu le roy de France, de qui il tendra les duchez & contez deſſuſdits ly deuſt eſtre plus enclins à ly aidier pource qu'il ſeroit ſon homme d'iceux pays, & auſſi le feroient les ſubgiez deſdits duchiez & conté plus voulentiers.

Et noſtredit ainſné fils duc de Calabre venu à la couronne dudit royaume de Sicile, nous voulons que Charles noſtre ſecond fils ait en augmentant ſon partaige, les contez d'Eſtampes D & de Gyen, avec les terres de Rochefort, ſe nous l'acquerons.

Et oultre nous voulons que noſtredit ſecond fils ait la duchié de Duras & la conté d'Albo, ou cas que nous pouriens tant faire, que noſtre couſine la ducheſſe s'en vouliſt demettre, ou l'en ferons heritier aprés ſon decez.

Item. Voulons que accomplies les choſes deſſuſdites de noſtre execution, & pourveu à l'eſtat de la royne noſtre compaigne & de nos enfans, reglement ſeur excez, & refaites les E reparations avec jardins neceſſaires pour iceux à faire en nos chaſteaux de nozdiz pays convenablement, & paies les gaiges des officiers & conſeillers de ce qui deu leur ſera, le ſurplus de ce qui ſe levera, tant de l'ordinaire, comme d'aucunes aides qui ſe leveront en nos pays, ſoit converti & diſtribué en ſatisfaction des oppreſſions & charges que nous avons données en Languedoc principalement & la plus grant part pour le déchargement de noſtre ame, ſens riens mettre en treſor, ne eſpargnier, juſques à ce que nos enfans ſoient en âge de F leur gouvernement, & donné pour Dieu à poures orphelins, poures filles à marier, & egliſes reparer, calices & veſtemens par le royaume de France, & eſpecialement en pays de Languedoc, où nous avons plus converſé.

Et outre pource que tant plus nous donne Dieu de biens & honneurs en ce monde, tant ſommes-nous plus tenus envers ly, & plus obligiez à faire biens & aumoſnes, au ſalut & remede de noſtre ame, de la royne noſtre compaigne, pour nos enfans, pour noſtre ſaint pere pape Clement VII. pour noſtre tres-chiere dame & mere madame Jehanne royne de Sicile, que Dieu abſoille, & pour nos predeceſſeurs & ſucceſſeurs, & pour ceux qui nous ont aidiez & aideront à conqueſter noſtredit royaume en lieux où nous ſemblera plus convenable, ou cas qu'il plairoit à Dieu que nous aquerriens paiſiblement noſtre royaume de Sicile, & que nos facultez ſe eſtendroient à l'accompliſſement des choſes cy-deſſous eſcrites, nous voulons & ordonnons par maniere de noſtre teſtament & derraine voulenté, comme deſſus eſtre faites, & y adjoſtées les choſes qui s'enſuivent, & auſſi au ſauvement des ames des deſſuſdits.

Premierement, nous voulons eſtre fundez quatre mouſtiers en ce royaume: l'un ſera de moines noirs, juſques au nombre de cent religieux, qui ſeront de l'Ordre de ſaint Benoiſt, leſquielx vivront ſelon l'ordonnance & ſtatuts de l'Ordre de Clugny, & ſeront ſous l'abbaye de Clugny. Et voulons que iceluy mouſtier ſoit aſſis en terre de labour, & fundé en l'honneur de la Trinité, & que au remede de l'ame de nous, de noſtredite compaigne la royne, & de tous les deſſuſdits, ils ſoient tenus de dire chacun jour vingt meſſes de mors; & outre ils tendront à Paris en l'eſtude pour plus eſſaucer iceluy mouſtier dix religieux, & voulons qu'il ſoit doüé de ſix mille florins de rente, ne nous ne voulons point que l'abbé ait pour ſa dignité & croſſe outre cent onces, ne qu'il ſe entremette de recevoir les rentes d'iceluy mouſtier, mais les officiers qui ſeront ordonnez à les lever, il les contraindra de ly rendre compte de ce qu'ils recevront, & du ſurplus de ce qu'ils auront outre leur gouvernement, nous voulons que ils ſoient tenus de faire hoſpitalité.

Item, que toutes convaineries qui ſont faites par contumaces ou autrement d'un côté ou d'autre de fiefs, de treffons, de heritages, de franche rente, ou qu'il giſent pour l'occaſion des guerres de l'un convaincu ſur l'autre, teles lors ferons quitte & au neant, comme ſe oncques n'eût été, que chacun mettra main à ſes biens, ainſi qu'ils ſont & giſent.

Item, des maiſons eſtans en Gand, que la ville de Gand a donnéz eſtre vendus en ces guerres appartenant à ceux qui s'en ſont partis que chacun qu'il a achetez, ou à qui elles ſont données, on oſtera ſa main; & que ceulx à qui il appartient les prenra, ainſi qu'il les trouve, & que le poſſeſſeur les vuidera à tel temps comme l'en ordonnera, & que dedans ce temps en oſtera rien de telles maiſons de plont ne autrement de ce que à clou il tient; & ſemblablement à Bruges, à Ypres, & autres villes & contrées.

Item, que toutes les rentes, louages de maiſons & fermes qui ſont eues & extantes en ces guerres des heritages, fiefs, maiſons, & cenſiers d'un chacun, juſques au terme de cette paix que cela demourra levé ſans en faire aucun reſtoir, ne demander, & de ce chacun cenſier de cenſe ſe peut eſtre en arrerages ſoit de louage de maiſons, ou de cenſives que chacun ſe pourra executer ſur les debeennees à ce terme competant.

Item, pource que les bonnes gens de Gand pour eux-mêmes & pour le commun païs de Flandres bien confient en vous, puiſſant ſeigneur & dame, que vôtre entente n'eſt mie, que bourgeois de Gand ſeroient mains frans que gens non bourgeois, mais plus frans, pource qu'ils ſont privilegiez; Si prient-ils & ſupplient, que tres-humble & tres humité les bourgeois des aucuns qui acheteront ou vendront ſauf tous dis le ſeigneurie des ſeigneurs & la juridicion à laquelle tels avons que on achetera ou vendra appert, pource que bourgeois vendent auſſi bien comme ils achetent.

Item, que pource que paſſé à pluſieurs ans

pour le proufit du ſeigneur & des bonnes villes de Flandres, & pour le ſauvement des communs marchans a eſté conſentu de mettre laſſai des monnoies d'or & d'argent deſſous les bonnes villes de Flandres, eſt-il que nous prions à leur droiture ſeigneur & dame, que ce puiſt avenir, & qu'ils de grace le veuillent conſſentir, & qu'on monnoira un bon denier d'or & d'argent en Flandres qui n'enpirera point.

Item, ſupplions nous à nos droittures ſeigneur & dame pour conſent, s'il avenit, que la ville de Gand fût ſi enchargée & en arrerages de debtes, que les bonnes gens de la loy, eſchevins des deux bans, enſemble le doyen & le commun de la ville pourroient faire contre én la ville raiſonnable maltote & aſſiſes pour en aidier la ville & ſupporter & eſtendre les charges.

Item, pour tant que aucun des bonnes gens de Gand, de leurs alliez, & complices ont fait hommage à autre qu'à autre leur droiturier ſeigneur dont de droit tiennent les avoir: ſi ſupplions nous pour nous mêmes & pour nos alliez & complices, de ce non eſtre reprins envers les ſeigneurs dont on tient tels avoir: parce qui le leur convient faire par force, & que les connoiſſances faites par loy, ou la loy aura eſté preſente, & dehirité & deſhirite de acheter, de vendre partie contre partie preſentes demourront de valeur. Car autrement le poure peuple ſeroit decheue: ce que nous bien eſperons que l'entente n'eſt miſe de nos droituriers ſeigneur & dame.

Item, pour la paix eſtre bien & loyalement tenuë & perſeverer aucuns debas qui pourroient avenir, nous ſupplions d'auſſe grande humilité, comme nous povons, à nôtre redoubté ſeigneur monſeigneur le duc, & nôtre redoubtée dame deſſuſdit, qu'il leur plaiſe conſentir que ceux qui hors de la ville de Gand ſe ſont partis de leurs voiſins, ne ſeront point mis en loy ces trois prochaines années: car il leur eſt a doubter s'ils fuſſent mis en loy, que diſſenſion & debat en pourroit avenir en vôtre ville de Gand, & pour le païs de Flandres à tousjours eſtre, & demourra en bonne paix & accort, & en leur ancienne poſſeſſion: vous ſuppliant vos humbles ſubgiez, qu'il vous plaiſe conſentir & ordonner à vôtre noble conſeil trois bonnes & ſouffiſantes perſonnes de chacune de vos trois bonnes villes Gand, Bruges & Ypre, à inſtituer officiers de vôtre païs de Flandres de ceux qui ſont nez du païs, qui aiment mieux l'onneur de puiſſant ſeigneur & droitturiers dame, & le leur même que convoitiſe detourbance. Et ces trois derreniers point ont ceux de Gand ordonnez, pour ce qui leur ſemble ſelon leur ſens que la paix du païs en ſera nourrie tous dis à la correction & amendemens de bons droituriers ſeigneur & dame.

Item, pour tant que toutes contraintes de loy ſeront miſes pour châtier les tranſgreſſeurs & rebelles & l'entente eſt des bonnes gens de Gand de leurs alliez bienveillans & complices de bien tenir & faire tenir à tousjours, ſelon leur povoir, la paix qui ſera cloſe pour eux-mêmes & pour leurs hoirs, nez & à naiſtre, & pour doreſnavant nourrir paix & tranquillité ou païs de Flandres, & marchandiſe, & chevance, & auſſi à corriger les malfaiteurs, & à recevoir les vertus; & eſperant que ſemblablement que l'entencion eſt de leur droituriers ſeigneur & dame deſſuſdits & des autres bonnes villes de Flandres: Si eſt l'entente de nous ſoubs la correction de leur droiturier ſeigneur & dame deſſuſdits, que telle paix qui ſera fermée, on criera & publiera par toutes villes de Flandres devant tout le peuple; & que le peuple jurera à tenir bien & loyaument icelle paix.

Et s'il avenist, que Dieux defengue, que aucun grevaſt l'autre ou païs de Flandres, où dehors de ſes corps, ou que aucun bleſſat l'autre pour l'occaſion d'aucun cas quel qu'il pourroit eſtre avenu & eſcheu dedens ces guerres, que ce ſeroit ſur les corps; & ſe tel malfaiteur on pourroit avoir, qu'on en feroit juſtice comme de paix enfrainte; & que pour avoir icelui chacun ſoit prendeur en ce cas: & ſe on ne le peut pas avoir, que tantoſt le faut fait, on le fera ſans loy, qu'on dit au bant de paix enfrainte; & que jamais icelui ne pouura venir à paix, ne acquerir, ou avoir conduit en Flandres, & ſe en aprés on le peut avoir, on en feroit juſtice; comme dit eſt, & ſi laiſſe aucun bien aprés lui, que d'iceulx biens on fera amendite à icelui qu'il aura blecié, & aux prochains amis du mort, là où il auroit homicide, & ce au dit de la loy, & tous les autres biens demourez aprés lui aura le ſeigneur du païs ſens le malfaiteur en avoir aucun proffit, excepté des bourgeois, ou le ſeigneur par privilege ne doit rien avoir: mais que le plus hoir prouchain lors aura l'avoir comme s'il eſtoit mort le fait premier amende, comme dit eſt: & ſe tel malfaiteur ne laiſſaſt aucun avoir aprés lui, que les prouchain & amis de deux coſtez ou mettroit en paix, & en bonne amendiſe l'un contre l'autre pour la loy ſans prendre ou donner: & s'il avenist que pour avoir tel malfaiteur, les ſerviteurs du ſeigneur ou aucuns autres criaſſent pour aide, que chacun en ce leur doit aidier: & qu'en priera au due Aubert, à la ducheſſe de Brabant, aux eveſques de Liege & de Utrec, aux ducs de Ghelie & de Juleis, & aux autres Seigneurs, & à contre bonnes villes aſſiſes éſdits païs, & à leur bannerets qui leur conſent vueille eſtre, que celles perſonnes & mourdieurs ne pourront ſur eux aiſe, demourance, merci, eaue, ne periture, ce qu'ils en feront juſtice par l'eſcriture de leur fait, ainſi que dit eſt auſſi toûjours bien entendant qu'il feroit mal nais fait deſſeurre ladite paix, que chacun la fiſt de ſur lui-même; & la paix & l'accort tout dit demourant de valeur.

Item, s'il fuſt que chacun feriſt l'autre de poings, de baſtons, ou de pierres, & tellement le maniaſt que doubte y ſeroit de corps, ou que telles meſmontanees à l'avis de la loy fuſſent ſi grans, & ſi exceſſifs, que y auroit doubte de la mort ou vraiſemblable, ou quan-

tiré de plaies, que icelui malfaiteur ſeroit tenus de corps, & d'avoir ainſi que deſſus en l'autre point eſt declairé.

Item, s'il fuſt que aucun feriſt l'autre depuis en eſtant ou en giſant, ou maniaſt ou donnaſt malvais parlers ou reproches pour aucuns dedens ces guerres, ou appellant ſtershomme ou muetemavers, ou que aucun voulſiſt prendre ou demander chevaux, harnoix, argent, draps, joyaux, & generallement tous cateulx qu'on peut mener, ou porter, que l'un de l'autre peut avoir pris, eu, ou acquis dedans les guerres; & ce venit à la reconnoiſſance de lui, qu'on en corrigeroit ſi haltement, & ſi eſtroitement que ce ſeroit exemple à tous autres de eulx garder de pareil.

Item, s'il fuſt que aucun de fait aviſe, ou deſeuë ſans fraude maiſonnaſt ou receptaſt celui qui auroit fait les mauvais faits contraire de ladite paix, que icelui ſera tenu de corps, & auſſi d'avoir en tout ce même, & auſſi grant amende, comme le principal ſans deport ou moyen.

Item, que nos droituriers ſeigneur & dame ſens moyen de leur nobles enfans, le roy de France comme ſeigneur ſouverain les choſes deſſuſdites vueille ſeeller par leur grace avec les nobles dudit païs de Flandres, & ſemblablement toutes autres villes du païs de Flandres; & qu'on priera au duc AUBERT & ſes bonnes villes de Hainaut, de Zelande, de Hollande, & les banneretz qui y ſont aſſis, à la ducheſſe de Brabant, à ſes bonnes villes, & à ſes banneretz aſſis en icelles que leſdites choſes vueillent ſeeller, & donner conſent en toutes les parties deſſuſdites.

Item, quelconque perſonne de ſainte egliſe preſtre, ou clerc, ou autre quel qui ſoit, qui romproit ladite paix par aucun point, ou mort, ou plaie, fuſt que icellui fut condempné à chartres perpetuel, ſens jamais en iſſir. Et ſi le rompoient autrement, que lors y ſeroient à tel jugement de leur ordinaire, qu'il ſeroit exemté à tous autres d'eulx garder de pareil & bien à tenir la paix.

COPIE DE LA LETTRE que Monſeigneur de Bourgongne & Madame font à ceux de la ville de Gand de la reponſe ſur les requeſtes baillées pour le traicté de paix.

PHILIPPE &c. MARGUERITTE &c. A tous &c. Sçavoir faiſons que comme nos bien amez ſubgez les eſchevins, doyens, & communauté de noſtre bonne ville de Gand &c. *ut apud Froiſſardum Hiſtoriæ Francorum parte 2. cap. 178. quod in codice noſtro ita concluditur.*

Et nous eſchevins, doyen, conſeil, & communauté de ladite ville de Gand pour nous & nos complices quelxconques qu'ils ſoient avons receu & recevons humblement les graces, pardons & clemences deſſuſdites à nous faits par le roy CHARLES noſtre ſouverain ſeigneur, & par leſdits duc & ducheſſe, comte & conteſſe de Flandres nos droitturiers & naturels ſeigneur & dame, & dictes graces & pardons, remercions de tres-bon cuer tant que plus povons le roy noſtre ſouverain ſeigneur & noſdis ſeigneur & dame, & promettons loyalement pour nous & noſdits complices, & ſur les peines deſſuſdites tenir, enteriner & accomplir fermement, ſans enfraindre tous les articles & points deſſuſdits, leſquelx chacun d'eulx nous avons agreable. Et ou cas que aucun ou aucune voudroient à l'encontre, nous promettons à aidier & pourchaſſier de tout noſtre povoir qu'ils ſoient punis par la fourme & maniere qu'il appartiendra; & mis en la vraye obeïſſance du roy & de noſdits ſeigneur & dame, comme deſſus eſt dit: & renonçons à toutes aliances, ſeremens, obligacions, foys, & hommages, que nous ou aucun de nous aurions ou avons fais au roy d'Angleterre, ou à ſes commis & deputez, gens ou officiers, & à tous autres qui ne ſeroient bienveillans de noſtredit ſeigneur ou de nous. Et avons juré & jurons en nos loyaltez, que dores en avant, perpetuellement nous ſommes & ſerons bons, vrais, & loyaulx ſubgez au roy noſtredit ſeigneur ſouverain, & de ſes ſucceſſeurs roys de France, & à nos droituriers & naturels ſeigneur & dame deſſuſdits, & à leurs ſucceſſeurs, comtes & comteſſes de Flandres: & que à noſdits ſeigneur & dame deſſuſdits, & à leurs ſucceſſeurs comtes & comteſſes de Flandres nous ferons les ſermens que bons & loyaulx ſubgez doivent faire à leurs droits ſeigneurs; & de garder leurs corps, honneur, & heritages, & drois, de empeſcher tous ceulx qui voudroient empeſcher le contraire, & de le faire ſçavoir à noſdits ſeigneur & dame & à leur ſucceſſeurs, comtes & comteſſes de Flandres, ou à leurs officiers: ſauf tous dis nos privileges franchiſes, couſtumes, & uſages. Des lettres ſeront ſeellées de ſeaulx de monſeigneur de Bourgongne, & de madame, de la ville de Gand, de toutes les bonnes villes, & des banneretz de Flandres, du duc AUBERT, de la ducheſſe de Brabant, & de pluſieurs autres.

Item, s'aucuns deſdits de Gand ou de leurs complices ſont hors de ladite ville ès païs de Brebant, de Hainaut, de Zellande, de Hollande; de Cambreſy, de l'eveſchié de Liege, & y viennent en l'obeïſſance de noſtredit ſeigneur & la noſtre, & ferons les ſeremens qui cy-aprés ſeront declairez à nous ou à ceulx qui y commettront dedans deux mois aprés la publication de la paix deſſuſdite, y joïront des graces & pardons deſſuſdits & ceulx qui ſont ès païs d'Angleterre, de Frize, d'Almaigne, & autres païs deça la grant mer, & vendront à ladite obeïſſance dedans quatre mois aprés ladite publication: & ceux qui ſont oultre de ladite grant mer, ou à Rome, ou à S. Jacques, & vendront à icelle obeïſſance dedans un an aprés ladite publication ſans fraude, & jureront, comme deſſus, ils joiront des graces & pardons deſſuſdits.

Digitized by Google

COPIE DES PAROLES, que monſeigneur de Bourgogne a dit de ſa bouche à ceulx de la ville de Gand ſur la reſponſe au premier article touchant le fait de l'Egliſe.

QUant à la ſupplication que vous avez faite ſur le fait de l'Egliſe, nous vous ferons informer toutes fois qu'il vous plaira, de la verité de la matiere, & n'eſt pas noſtre entention de vous faire tenir aucune choſe contre vos conſciences, ne le ſalut de vos ames.

COPIE DE LA REMISSION faite par monſeigneur de Bourgogne & par Madame à ceulx de la ville de Gand.

PHILIPPE, &c. MARGUERITE, &c. Savoir faiſons à tous preſens & à venir, que comme nos bien amez eſchevins, doyens, conſeil, & communaulté de noſtre ville de Gand, ayent envoyé pardevers nous leurs procureurs & meſſages ſolemnels, en nous remontrant comment ils ſont dolens & repentans des maulx & meſſais qui ſont avenus par ces debas, qui ont eſté en noſtredit pays de Flandres, en nous ſuppliant humblement pour eulx & leurs complices, qu'il nous plaiſe avoir d'eulx pitié & recompaſſion, & eulx recevoir à mercy, grace, amour & miſericorde, comme ils ayent ferme & certain propos d'eſtre cy en avant bons, vrais & loyaulx de noſtre ſire le roi comme de leur ſouverain ſeigneur & de nous, comme leur ſeigneur & dame naturels, & comme bons, vrais, & loyaulx ſubgez de ce mettre à tenir du tout pleinement & entierement en noſtre obéïſſance. Nous, veüe & oye leurditte ſupplication, & enſuiant nos ſeigneurs les rois de France qui toûjours ont eſté, & accouſtumé de eſtre piteux, & pleins de doulceur & de grace, & qui toujours ont mis grace & miſericorde devant rigueur de juſtice, vueillans & deſirans eſchever en noſtre temps les grands maulx par tels inconveniens, dommages, deſtructions de gens & qui ſont avenus & aviennent par les debats & deſcors, qui ont eſté ja longuement en noſtre pays de Flandres, attendans & conſiderans la grant connoiſſance & repentance, & humilité & le bon & ferme propos que ont, & que ſe dient avoir noſdites bonnes gens de Gand, & le ferement que leurſdis procureur, tant ou nom de la ville & complice deſſuſdits, comme en leur propre & privé noms, nous ont fait ſolemnellement icelle noſtre ville de Gand, & tous les habitans & communautez, enſemble leurs complices avons reçus & recevons en noſtre bonne grace & amour, & à ceulx tous enſemble leur complices, & chacun d'eulx, de noſtre certaine ſcience, auctorité, puiſſance & grace eſpecial, avons quitté, remis & pardonné, & par ces A preſentes quittons, remettons, & pardonnons pleinement & abſolument tous les delicts, crimes, excez, rebellions, deſobéïſſances, offenſes, meſaſances, & perjures corporelles, criminelles, & civiles, que pour cauſe & occaſion des rebellions, diſcors & debas deſſuſdits, ils ont, ou peuvent avoir meſpris, ou envers nous encheus par quelque maniere; & leur reſtituons & confermons leurs privileges, franchiſes, libertez, couſtumes, uſages, & droits generalement & particulierement, ainſi que s'ils fuſſent expreſſez de mot à mot à ces preſentes Si B mandons à tous nos juſticiers & officiers de noſtredit païs de Flandres, & autres quelxconques preſens & à venir, leurs lieutenans, & chacun d'eulx, ſi comme à luy appartiendra, que leſdits eſchevins, doyens, conſeils, habitans, & communauté de noſtreditte ville de Gand, & leurs complices facent & ſouffrent joïr & uſer paiſiblement de noſtre preſente grace, ſens les contraindre, moleſter, ou empeſcher, ou ſouffrir eſtre contraint, moleſtez, ou empeſchez en corps ou en bien ores, C ne ou temps à venir pour cauſe & occaſion des choſes deſſuſdittes, ou aucune d'icelles. Et que ce ſoit ferme choſe & eſtable à tous jours, nous avons fait mettre nos ſeaulx à ces lettres, ſauf en toutes choſes noſtre droit, & l'autruy en toutes.

Donné.

COPIE DE LA LETTRE du ferement que font ceulx de la ville D de Gand.

A Tous ceulx qui ces preſentes lettres veront & oiront, eſchevins, doyen, conſeil, & toute la communaulté de la ville de Gand, ſalut & congnoiſſance de verité.

Si comme noſtre tres redoubté & ſouverain ſeigneur CHARLES roy de France noſtre ſire, & noſtre tres-redoubté, naturel & droitturier ſeigneur monſeigneur le duc de Bourgongne, conte de Flandres, & noſtre tres-redoubtée droitturiere dame, heritiere & naturelle madame E la ducheſſe de Bourgongne, conteſſe de Flandres ſa compaigne, ayans pitié & recompacion de leur grace, benignité, & miſericorde, ayent fait grace & remiſſion, & pardon à nous & à nos complices, de toutes offenſes & meffaits, que nous & noſdits complices povons avoir meſpris, & eſquelx nous ſommes encourus envers eulx pour l'occaſion des diſcencions ou commocions qui derrier ont eſté ou pays de Flandres, & nous de noſdits complices receus en bonne grace, mercy, & obéïſſance; & auſſi rendu & confermé nos priF vileges, franchiſes, couſtumes, & uſages, ſi comme par leurs lettres patentes, qui ſur ce leur a pleu nous donner, ces choſes & autres pevent plainement apparoir. Savoir faiſons que nous recongnoiſſans humblement, & à grant reverence, nous avoir receu du roy noſtredit ſire, & noſdits droitturiers & naturels ſeigneur

& dame le duc & la ducheſſe les grace, pardon, remiſſion deſſuſdittes, dont & de tres-bon & humble cuer leur mercions, tant comme nous povons; avons renoncié & renonçons par exprés & bonne voulenté à toutes alliances, ſeremens, obligacions, fois & hommages, que nous, ou aucun de nous avons, ou povons avoir fait au roy d'Angleterre, ou à ſes commis, gens, deputez, ou officiers, & à tous qui ne ſont bienvaillans à noſdits ſouverain ſeigneurs & droitturiers naturels ſeigneur & dame deſſuſdits. Et jurons ſur ſaintes evangiles de Dieu, & promettons loyalement d'eſtre d'ores en avant perpetuellement bons, & vrais, & loyaulx ſubgez & obéiſſans du roy noſtre ſouverain ſeigneur, & de ſes ſucceſſeurs rois de France, & de nos droitturiers & naturels ſeigneur & dame deſſuſdits, & de leurs ſucceſſeurs contes & conteſſes de Flandres; & de faire à iceux nos droitturiers ſeigneur & dame le duc & la ducheſſe, & à leurs ſucceſſeurs contes & conteſſes de Flandres, tels ſervices comme leurs ſubgez doivent faire à leur bons ſeigneur & dame; & de garder leurs corps, honneur, heritage, & droits, de empeſcher tous ceux qui vouldroient pourchaſſier le contraire, & de le faire ſavoir à noſdits ſeigneur & dame, ou à leurs officiers. Et pour bien & loyalement faire tenir & accomplir toutes les choſes deſſuſdittes, & chacune d'icelles, ſens jamais aller à l'encontre, nous en ce avons obligié & obligions nous & chacun de nous, & à nos hoirs & ſucceſſeurs, & chacun de nous nos biens & les biens de nos hoirs preſens & à venir. Par le teſmoing de ces lettres ſeellés du grant ſeel de la ville deſſuſditte.

LITTERÆ JOHANNIS regis Arragonum, &c. Craſſenſis abbatiæ privilegia confirmantis.

Anno 1396. Ex Craſſ. ſi autographo.

Pateat univerſis, quòd nos JOHANNES Dei gratiâ rex Aragonum, Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ, & Corſicæ, comeſque Barchinonæ, Roſſilionis & Ceritaniæ, cum ſolerti meditatione penſamus ſinceræ devotionis conſtantiam, & devotum & pium ſinceritatis affectum, quam & quem illuſtres progenitores noſtri, claræ memoriæ, ad Ordinem ſancti Bedicti, & ſpecialiter ad monaſterium Craſſenſe, Carcaſſonenſis dioceſis, ab antiquis citrà temporibus habuerunt, monaſterium ipſum, abbatemque, fratres, perſonas, loca, reditus, bona & jura ejuſdem tractantes utiliter, eaque dotantes univerſis gratiarum muneribus, privilegiis, & immunitatibus munientes, & aliis refoventes operibus fructuoſis: trahimur ſalubriter noſtrorum exemplo majorum, & divino potiùs trudimur flamine dictis prædeceſſoribus noſtris, in hac pia devotione, ſuccedere affectione pleniſſima; monaſteriumque prædictum, in quo pro refrigerio, & quiete animarum dictorum prædeceſſorum noſtrorum, ac pro ſalute & proſperitate noſtri, & regiæ domûs noſtræ orationes funduntur ſpeciales aſſiduè, ac miſſarum ſolemnia celebrantur: necnon fratres, perſonas, loca, bona & jura prædicta plenis affectibus proſequi, & interdum fovere beneficiis largitatum. Hiis igitur moti digniſſimè, & quia cauſam noſtram principaliter intendimus agere, ſi honores, bona, & jura eccleſiaſtica cupimus illibata ſervari: exhibitis noſtro regio culmini reverenter, in ſua prima figura, per venerabilem religioſum & dilectum noſtrum fratrem GUIDONEM * monaſterii prælibati abbatem octo, cartis pergameneis diverſorum privilegiorum, conceſſionum, confirmationum, & aliarum etiam gratiarum, per dictum monaſterium à dictis noſtris prædeceſſoribus obtentarum, ſigillis eorum pendentibus communitis, quarum tenores ſic ſe habent: JACOBUS, &c. tenore præſentis cartæ noſtræ, ad dicti abbatis ſupplicationem perhumilem, ſupradicta privilegia, conceſſiones, confirmationes, & omnes cartas ſuprà inſertas, ac omnia & ſingula in eiſdem & unaquaque ipſarum contenta, juxta ſui ſeriem pleniorem, prout eis dictum monaſterium, abbas conventus, & alii ſupradicti uſi ſunt, laudamus, approbamus, ratificamus, & confirmationis noſtræ præſidio roboramus. Volentes prætereà, & vobis, ac dicto monaſterio concedentes expreſsè, quod ubi per officiales, ſeu commiſſarios noſtros, vel alios quidpiam contra mentem & formam dictorum privilegiorum, & conceſſionum, proceſſum ſit uſque nunc, ſive actum, ad conſequentiam trahi non valeat, nec ob id poſſint conceſſiones, & privilegia ipſa minus valere, imò in ſuis robore & firmitate permaneant, ſicut ante. Mandantes igitur gubernatori noſtro generali, ceteriſque gubernatoribus, necnon vicariis, bajulis, procuratoribus, & aliis univerſis & ſingulis officialibus noſtris & ſubditis, præſentibus & futuris, & dictorum officialium loca-tenentibus, de certa ſcientia & expreſsè, quatinus noſtra privilegia, conceſſiones, confirmationes, & gratias præinſertas, cartas, & omnia expreſſata in eis, & qualibet earumdem, juxta ſui pleniſſimam ſeriem, prout illis abbas, & conventus, & alii ſuprà expreſſi uſi ſunt hactenus, & inſuper noſtram confirmationem hujuſmodi perpetuò teneant firmiter & obſervent, & contra non veniant, aut faciant quâvis cauſâ: ſcituri quòd ſi aliqui eorum, temerario auſu ducti, contra privilegia, vel aliqua de eiſdem facere, vel venire quâvis auctoritate præſumſerint, iram & indignationem noſtram, ac pœnam duorum millium morabotinorum auri, noſtro, ſi & quoties fuerit contra factum, applicandorum ærario, ſe noverint abſque remedio aliquo protinus incurſuros, damno & injuriâ illatis primitùs & plenariè reſtitutis. In cujus rei teſtimonium, hanc juſſimus, majeſtatis noſtræ ſigillo impendenti inſignitam fieri cartam.

* de Roſnhaco.

Datum in caſtro regio villæ Perpiniani XXIII. die Martii, anno à Nativitate Domini MCCCLXXXXVI. regnique noſtri X. Signum JOHANNIS

Digitized by Google

NIS Dei gratiâ regis Aragonum, &c. Teſtes A ſunt frater BERENGARIUS magiſter ordinis beatæ MARIÆ de Monteſia, JAUFREDUS vicecomes de Rochabertino, EXIMINUS-PETRI de Arenoſio, HUGO de Angularia, & RAYMUNDUS Sagariſa milites.

TESTAMENTUM GUILLELMI Narbonenſis vicecomitis.

Anno 1397. Ex Craſſenſis abbatiæ chartis.

GUILLELMUS Dei gratiâ vicecomes & B dominus Narbonenſis, mente & corpore per Dei gratiam beneſanus, timenteſque caſum repentinæ mortis ſubire, noſtrum ſic condimus, facimus, & ordinamus ultimum teſtamentum, noſtramque de bonis noſtris ultimam voluntatem, quod, ſeu quam, ſicut hîc ſcriptum, vel ſcripta reperietur, ita volumus, jubemus, atque mandamus ex lege expreſſa perpetuò inviolabiliter obſervari. In nomine Domini noſtri JESU-CHRISTI. Amen. Anno Nativitatis ejuſdem MCCCLXXXXVII. domino C KAROLO Dei gratia rege Francorum regnante, die XVII. menſis Auguſti, noverint univerſi, quòd cùm nil morte ſit certius, quamvis ejus hora ſit dubia & incerta. Per tempora enim & momenta labendo properamus ad finem. Sapientis ergo intereſt ſua conſiderare noviſſima, ne poſt dies ſuos, culpâ aut negligentiâ ipſius, de bonis ſuis propriis inter propinquos, ſeu pòſteros ſuos lis aliqua, ſeu quæſtio oriatur. Idcirco in primis damus, donamus, & offerimus animam noſtram & corpus D noſtrum Domino noſtro JESU-CHRISTO, & glorioſæ Virgini MARIÆ ejus Matri, totique curiæ civium ſupernorum: Eligentes corpori noſtro ſepulturam, cùm anima noſtra à corpore noſtro exuetur, eo tamen caſu quòd ſi nos infra patriam Linguæ Occitanæ decedere, ſive mori contingat, ſive contigerit, infra eccleſiam monaſterii beatæ MARIÆ de Craſſa, & ante capellam beati Andreæ eccleſiæ prælibatæ, ubi egregia domina BEATRIX domina mater noſtra tumulari & ſepeliri voluit & E elegit. Et ſpecialiter & expreſsè nos vicecomes ſupradictus ſepeliri & tumulari volumus in quodam tumulo lapideo pro ſepultura corporis noſtri ante capellam prædictam ſancti Andreæ faciendo. Ubi tamen fieri volumus, & jubemus, atque mandamus, expenſis noſtris, unum alium tumulum lapideum, ad ſepeliendum, ſive tranſlatandum dictam egregiam dominam BEATRICEM dominam matrem noſtram. In quibus ſiquidem tumulis faciendis, videlicet in noſtro, & pro ſepultura dicti noſ- F tri corporis faciendo, de & ſuper fiat ſtatura, ſeu imago lapidea ſimilis corpori noſtro, armata armis lapideis, & cum picturis, & aliis ibi neceſſariis, prout, & quemadmodum factus eſt tumulus ac perſona egregii & potentis domini AIMERICI quondam Dei gratiâ vicecomitis & domini Narbonenſis, domini genitoris noſtri in eccleſia majori beatæ MARIÆ Fontis-frigidi. Rurſus verò de & ſuper dicto tumulo dictæ dominæ matris noſtræ fiat, & fieri volumus, & jubemus, alia ſtatura, ſive imago lapidea ſimilis corpori dictæ dominæ matris noſtræ, & ad modum unius dominæ vidualis. In tumulis verò & ſtaturis prædictis nos teſtator prædictus fieri & depingi, ac apponi, ac affigi volumus arma & ſigna Narbonenſii.

Exinde verò nos GUILLELMUS teſtator memoratus, volumus, & jubemus, ac etiam teſtando ordinamus, quòd die quo corpus noſtrum prædictum ſepelietur, & tumulabitur infra eccleſiam de Craſſa, & in tumulo prælibato, pro corpore noſtro prædicto, faciendo, ut eſt dictum, etiam in tumulo pro corpore dictæ dominæ matris noſtræ, ubi ſuprà, & ut dictum eſt, faciendo, tumulentur, & ſepeliantur, & apponantur, ac etiam tranſlatentur de novo corpora dictæ dominæ matris noſtræ, & ARNAUDI de Narbona, HELIENORS, & BEATRICIS fratris & ſororum noſtrorum; condam infra eccleſiam caſtri ſancti Pauli de Podio-ſicco ſepultorum. In die verò obitûs noſtri corporis, & in exequiis ejuſdem, & dictæ dominæ matris noſtræ, & fratris, & ſororum noſtrorum prædictorum adeſſe, & intereſſe volumus triginta preſbyteros, & ipſâ die prædictâ per eos & eorum quemlibet decantari volumus, & celebrari miſſas pro animabus noſtri, & dominæ matris noſtræ, & fratris, & ſororum noſtrorum prædictorum. Unicuique verò dictorum preſbyterorum legamus, pro eorum labore, & prædictis aliis per eos & quemlibet ipſorum faciendis dictâ die noſtri obitûs, & ſepulturæ, pro anima noſtra, & aliis animabus corporum prædictorum, ſex groſſos argenti cum dimidio.

Item. Legamus monaſterio prædicto beatæ MARIÆ de Craſſa centum & quadraginta florenos auri de Francia, dicto monaſterio ſemel tantùm exſolvendos per ſubſequentes terminos, & ſolutiones; videlicet medietatem die quo corpus noſtrum, & corpora dominæ matris noſtræ, & fratris, & ſororum noſtrorum ſepelientur, & tranſlatabuntur in dicto monaſterio, ut eſt dictum, & aliam medietatem in fine anni dicti noſtri obitûs. Prædictos verò centum & quadraginta florenos argenti dicto monaſterio legamus nos teſtator prædictus, ſub & cum tali conditione adjecta, quòd monachi conventuales memorati beatæ MARIÆ de Craſſa, poſt obitum noſtrum, & inanteà perpetuò ſucceſſivè decantent, ſeu decantare, & celebrare faciant, & teneantur facere ſingulis ſeptimanis; videlicet die Veneris ſolùm infra dictam capellam ſancti Andreæ, unam miſſam vocatam de *Requiem*, altâ voce pro anima noſtra, & animabus dominorum patris & matris, & fratris, & ſororum noſtrorum prædictorum, & aliorum de genere noſtro. Et ipſâ miſſâ dictâ & celebratâ, volumus, & teſtando ordinamus, quòd omnes illi dictam miſſam cantantes & celebrantes, veniant cum cruce tenſa, & aqua benedicta, ad dictos tumulos, noſtrum, & dictæ dominæ matris noſtræ, ubi cùm fuerint, ſpar-

gant aquam benedictam ſuper dictos tumulos, A
& ibidem decantent & dicant abſolutiones, & orationes pro mortuis diei, & cantari conſuetas, & alias effundant orationes, & pias preces altiſſimo Creatori, & toti curiæ cœleſti. Verumtamen volumus, & teſtando ordinamus quòd dicti monachi dicti monaſterii beatæ MARIÆ de Craſſa pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus dicti monaſterii monachis ad præmiſſa perpetuis temporibus facienda, de voluntate eorum abbatis ſe obligent, ad notitiam exe- B
cutorum noſtrorum infraſcriptorum. Ceterum & in caſu quo dicti monachi dicti monaſterii beatæ MARIÆ de Craſſa dictam miſſam, ſicut prædicitur, celebrare & decantare, ac cebrari & decantari facere recuſarent: eo caſu nos teſtator memoratus auferimus, ſive adimimus penitus, & omnino penitus, ab ipſis monachis dictum legatum per nos eis factum, & ipſum legatum prædictum, caſu præmiſſo, reverti & applicari volumus canonicis eccleſiæ collegiatæ ſancti Pauli Narbonæ. Quod quidem legatum dictorum centum quadraginta flore- C
norum auri dictis canonicis reverti, & exſolvi volumus, jubemus atque mandamus, per heredem noſtrum infraſcriptum, aut ſibi ſubſtitutos, per terminos ſuperiùs jam dictos. Et eo caſu prædicto volumus & ordinamus nos teſtator memoratus quòd dicti canonici poſt obitum noſtrum, poſt & in antea perpetuò ſucceſſivè, decantent, ſeu decantari & celebrari facere teneantur, ſingulis hebdomadis videlicet die Veneris ſolùm in dicta eccleſia S. Pauli Narbonæ unam miſſam dictam vulgariter de *Re-* D
quiem, alta voce, pro anima noſtra & pro animabus dominorum patris, & matris, fratris, & ſororum noſtrorum prædictorum, & aliorum de genere noſtro. Et ipſâ miſſâ dictâ & celebratâ, volumus & teſtando ordinamus, quòd omnes illi dictam miſſam decantantes, & celebrantes cum cruce tenſa, & aqua benedicta ante altare ubi dicta miſſa fuit celebrata, ſe revolvant, & aquam benedictam hinc & inde ſpargant, abſolutioneſque & orationes mortuorum ibidem dicant, ut eſt conſuetum. Et alias effundant orationes, & pias E
preces altiſſimo Creatori, & toti curiæ cœleſti. Et volumus nos teſtator memoratus, quòd dicti canonici ad præmiſſa facienda, caſu præmiſſo ſe obligent, & ſe, pro ſe, & eorum ſucceſſoribus obligare teneantur, de voluntate, auctoritate, & licentia eorum abbatis.

Item, legamus duobus preſbyteris eligendis, & deputandis per exequutores noſtros infraſcriptos, cuique ipſorum ſexdecim florenos auri cugni, & legis domini noſtri Franciæ re- F
gis, cum hac conditione adjecta, & alias, & aliter, non, quod dicti preſbyteri, & eorum quilibet qualibet die unius anni continui, & completi, à die obitûs noſtri incipiendo, infra eccleſiam prædictam beatæ MARIÆ de Craſſa decantent, & celebrent, decantareque & celebrare teneantur miſſas, & alia divina officia, & alias effundant pias preces altiſſimo Creatori pro anima noſtra, & dominorum patris, & matris, & fratris, & ſororum noſtrorum, & aliorum de genere noſtro. Et ipſâ miſſâ dictâ & celebratâ *&c. ut ſupra.*

Item, legamus capellæ ſancti Andreæ eccleſiæ de Craſſa, pro quadam quantitate vaxellæ argenti, quam egregia domina BEATRIX mater noſtra dictæ capellæ ſancti Andreæ legavit, videlicet ſexaginta francos auri, de quibus quidem ſexaginta franchis auri dictam vaxellam emi volumus, & in dicta capella ſancti Andreæ converti, & perpetuis temporibus applicari. In omnibus verò aliis bonis, rebus, & juribus noſtris, mobilibus & immobilibus, ac per ſe moventibus, quæcumque ſint, & ubicumque, ac in cunctis locis exiſtant, & quocumque nomine cenſeantur, & nuncupentur, ac ad nos pertineant, & pertinere poſſint, & debeant quovis modo: quæ tamen ſuperiùs non legavimus; heredem noſtrum univerſalem facimus, & conſtituimus, & ore noſtro proprio nominamus dilectum, & nobis cariſſimum GUILLELMUM de Narbona filium noſtrum. Et ſi dictus GUILLELMUS de Narbona filius noſter prædictus decederet, ſive deceſſiſſet infra pupillarem ætatem, vel alias quomodocumque ſine libero, vel liberis maſculis de ſuo legitimo & carnali matrimonio procreato, ſeu procreatis, nato ſeu natis, tunc ipſo caſu adveniente, quod Deus avertat, volumus dicta bona hereditaria in quibus ipſum heredem facimus, & conſtituimus, reverti jure ſubſtitutionis ad poſthumum habiliorem. Verum & ſi dictus poſthumus habilior decedat, vel deceſſerit infra pupillarem ætatem, vel aliàs quomodocumque ſine libero, vel liberis maſculis ex ſuo legitimo & carnali matrimonio procreato, ſeu procreatis, nato, ſeu natis, tunc eo caſu ſubſtituimus eidem in bonis noſtris prædictis hereditariis alium poſthumum uxoris noſtræ maſculum, quem in utero ſuo nunc gerit, ſi duos in utero ſuo eam contingat portare *&c.* Tutores verò & curatores, ac rectores, & gubernatores, & protectores, & defenſores liberorum noſtrorum & femellarum caſu quo die noſtri obitus ſint, & fuerint infra pupillarem ætatem, vel tutoribus aut curatoribus indigeant, facimus, & conſtituimus, & ordinamus, & eſſe volumus egregium, & potentem virum dominum PETRUM de Fenolheto, vicecomitem de Inſula & de Caneto regni Aragonici, conſanguineum noſtrum germanum, & nobiles JOHANNEM Sano dominum de Fitorio, avunculum noſtrum, & RAYMUNDUM de Caſtro condominum de Caſſio-caſtro, ſcutiferum noſtrum, uſque quo ſolum, & dumtaxat quod dicti liberi noſtri ſint in ætate decem & octo annorum, & non ultra *&c.* Guadiatores ſive executores hujus noſtri ultimi teſtamenti, ſeu noſtræ ultimæ voluntatis facimus, & conſtituimus nos dictus teſtator, videlicet reverendos patres in CHRISTO dominos abbates ſanctorum Affrodiſii & Jacobi Biterris, & dominos vicarium & judicem regios Biterris, qui nunc ſunt vel pro tempore erunt, vel fuerint, aut eorum loca tenen-

tes, & damus, donamus & concedimus nos A dictus teſtator dictis exequutoribus noſtris, aut duobus ex eis in ſolidum plenam licentiam & auctoritatem, ac etiam ſpeciale, & generale mandatum vendendi, & diſtrahendi pro prædictis legatis per nos ſupra factis exſolvendis, infra tempora per nos ordinata, & præfixa, videlicet de fructibus, reditibus, & proventibus, & perceptionibus vendendis ad tempus, & non aliàs, quos nos habemus, & percipimus in locis noſtris de Cucſiaco, de Corſſiano, & de Abonhano, & Narbonæ, & Montiſſereni, B & Villæ-Rubeæ. Verumtamen volumus, & teſtando ordinamus nos teſtator prædictus quod antequam dicti fructus, reditus, & proventus locorum noſtrorum prædictorum vendantur per dictos exequutores noſtros, bona noſtra mobilia, ſicut ſunt rouſſini, raubæ noſtri corporis, vaxella auri & argenti, blada, vina, olea, animalia bovina, ovina, & porcina, & alia noſtra bona mobilia ubicumque ſint, & fuerint poſt obitum noſtrum, de quorum pretio prædicta per nos ſupra legata, & funeralia C tumuli noſtri, & dictæ matris noſtræ, & fratrum & ſororum noſtrorum exſolvantur & exſolvi volumus. Et ſi pretia bonorum noſtrorum mobilium ad præmiſſa exſolvenda non ſufficiant, ſecundò vendi volumus ad tempus fructus, reditus & proventus locorum noſtrorum proximè dictorum, ut eſt dictum, uſque ad ſupplementum prædictorum legatorum, & funeralium, & tumulorum *&c.* Hoc eſt noſtrum ultimum teſtamentum, ſeu ultima noſtra voluntas, quod, ſeu quam valere volumus jure teſtamenti, ſeu gadii; & ſi non valet, aut non D valuerit jure teſtamenti ſeu gadii, valeat ſaltem, & valere volumus jure codicillorum, vel epiſtolæ, aut illis viis, modis, & formis quibus ultimum teſtamentum ſeu ultima voluntas valere poſſunt & debent. Caſſantes & annullantes & penitus irritantes omnia alia teſtamenta, & codicillos, & quaſcumque alias ultimas voluntates per nos hactenus facta, factos & factas. Iſto verò præſenti teſtamento in ſui efficaciam & roboris firmitatem remanente, ac etiam duraturo, dantes & concedentes nos teſtator me- E moratus tibi notario publico infraſcripto plenam licentiam & auctoritatem, ac etiam ſpeciale, & generale mandatum quod hoc præſens teſtamentum, & omnia univerſa, & ſingula in eodem contenta poſſis & valeas dictare, corrigere, reficere, & emendare ſemel & pluries de, & cum conſilio & dictamine, ac ſano intellectu cujuſlibet ſapientis vel ſapientium in jure. Eſto quod groſſatum eſſet, & in judicio productum, facti tamen ſubſtantia in aliquo non mutata.

Acta fuerunt hæc infra monaſterium beatæ F MARIÆ Fontis-frigidi Narbonenſis dioceſis, & fuerunt teſtes vocati, & à dicto domino teſtatore rogati viva voce, nobilis RAYMUNDUS de Caſtro condominus de Caſſio-caſtello, magiſter ANTONIUS de Bellonis juriſperitus Narbonenſis, PETRUS *Troqui*, domicellus condominus de Ornaſumbris, PETRUS de Redorta domicellus loci de Redorta, SIMON *Dubois* de Carpentraſſio, Guinetus de Monfrebuou Patragoricenſis dioceſis, PETRUS Boſſagol ſancti Flori dioceſis, & ego JACOBUS *Roſte* habitator loci de Capiteſtagno publicus auctoritate regia notarius, qui requiſitus, & à dicto teſtatore rogatus, inſtrumentum de prædictis recepi, hìc me ſubſcribo & ſigno.

RUPERTI REGIS ROMANORUM ET ALIORUM AD EUM EPISTOLÆ, ALIAQUE MONUMENTA AD IPSUM SPECTANTIA.

EPISTOLA I.

Miſſiva domino noſtro papæ deſtinata ex parte electionis domini noſtri regis.

Rupertus ſuam ſummo pontifici ſignificat electionem in regem Romanorum.

HUmili recommendatione ac debita obedientia ad pedum oſcula beatorum præmiſſa, beatiſſime pater & domine, ſicut aliàs ſcriptum fuit ſanctitati veſtræ per dominos principes electores ſacri imperii, de quorum numero tunc eramus, quomodo videlicet nobis unanimiter & concorditer menti erat, pro bono eccleſiæ & imperii providere de alio rege Romanorum, ſic noverit eadem ſanctitas veſtra totaliter eſſe completum: & neſcio quo Dei judicio ſors electionis ſuper me cecidit, miſſuſque ſum in hoc mare magnum manibus ſpatioſum, De ordine autem & modo proceſſus totiuſque facti circumſtantiis cum aliis ad nuntiandum opportunis plenè informabitur S. V. per certos nuncios cum ſufficienti informatione ad pedes ejuſdem, quo brevius fieri poterit, deſtinandos. Dignetur igitur S. V. interim patienter expectare, vagiſque rumoribus, aut verbis volatilibus, ſeu etiam aliquid in contrarium referentibus, vel molientibus nil moveri, cùm paratum & hilarem me reperire debeat ad ſingula concernentia divinam laudem ſedis apoſtolicæ imperiique profectum. Perſonam veſtram ſanctiſſimam, cui me ex ſæpe perceptis paternæ pietatis benevolentiis devotè & fiducialiter recommendo, conſervare dignetur Altiſſimus in diurnum felicitate votiva ſalubri regimini Eccleſiæ ſuæ ſanctæ. *Anno 1400. Ex mſ. noſtro.*

Scriptum in caſtro noſtro *Heidelberg*,

EPISTOLA II.

Miſſiva domino noſtro papæ, deſtinata per principes electores.

Significant ſummo pontifici depoſitionem Vvenceſlai imperatoris, & electionem Ruperti in regem Romanorum.

CUm humillima noſtri recommendatione devotiſſima pedum oſcula beatorum, pa- *Anno 1400.*

Digitized by Google

ter beatiſſime & domine noſter gratioſſime, ſacro ſancti Romani imperii quàm plurimum divorum auguſtorum majeſtate firmati ſtatum ſalubrem & felicem tam torpentis rectoris depreſſit inertia, quemadmodum toti mundo patuit evidenter, ut vel ad veros chriſticolas per diverſorum parlamentorum in diverſis noſtris congregationibus habitorum, zelus domus Dei ac tam deflenda deſtitutio nos, quorum principaliter intereſt, compellet non immeritò de opportuno remedio providere. Hinc eſt, pater beatiſſime, quod de felici & optanda ſacri imperii diſpoſitione ſalubriter cogitantes, illuſtri principi Wenceslao Bohemiæ regi, tunc etiam Romanorum regi, frequentius pro cura ſui gregis per nos ammonito, eoque velut inutili otioſo negligente ac penitus incurabili reperto, in ſudore vultûs noſtri ac tractatuum variorum immenſo labore, primò dictum Wencelaum tamquam inutilem abjiciendum, aliumque qui commendabilis vitæ, ſingularisque virtutum adornaretur flagrantia decrevimus eligendum, prout & ſanctitati veſtræ pridem novimus intimaſſe. Sanè cùm per præſentium temporum curricula per abuſivum præfati Wencelai regimen, imperialis potentia, ut infirma prudentia, ut ſtolida temperantia, tamquam temulenta juſtitia, velut impia miſerabiliter ſit depreſſa, ac omni prorſus ſolatio deſtituta, Nos cupientes talibus dicti ſacri imperii, immo & totius fidei incommodis feliciter obviare, vocatis vocandis, præfatum Wencelaum velut inutilem, terraſque & bona imperii lamentabiliter diſſipantem, qui ſe per ſua vitia varia, & exceſſus enormes imperiali diademate reddit indignum, coram aliorum principum illuſtrium & nobilium ad hoc vocatorum, ceterorumque hominum multitudine copioſa amovendum duximus, & amovimus, & deinde in illuſtrem principem dominum Rupertum aſſenſu unanimi direximus vota noſtra, ipſum in verum Romanorum regem & imperatorem promovendum concorditer eligendo. Quapropter ſanctitati veſtræ ſupplicamus tam humiliter quàm devotè, quatenus noſtrorum deſideriorum ſinceritate proſpectâ, præfata Sanctitas Veſtra perſonam ejuſdem Ruperti celebrem omnium virtutum varietate famaque reſperſam, quam S. V. ac toti mundo credimus eſſe notam, dignetur miſericorditer approbare: firmiter enim credimus, nullatenus dubitantes, quin dictus Rupertus potentibus virtutibus glorioſis ſublimiter exaltatus debeat, velit, & valeat dictum ſacrum imperium ad felicem ſtatum reducere, imo & totam Dei Eccleſiam, diverſorum jam incommodorum varietate concuſſam magnificé reformare. Si qui vero huic noſtro ſancto imo & deſuper inſpirato propoſito conentur, quod abſit, reſiſtere, petimus & inſtamus prece humili & devota, quatenus dicta S. V. de qua pleniſſimam gerimus fiduciam, ad reprimendum hujuſmodi conatus illicitos, nobis dignetur conſtanter aſſiſtere, præfatumque sereniſſimum dominum noſtrum Rupertum Ro-

A manorum regem & nos in his fideliter defenſare, ut poſtulante tempore eo ferventius poſſimus & valeamus pro incremento S. V. & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ obſequia impendere fructuoſa. Quam Altiſſimus &c.

EPISTOLA III.

Miſſiva cardinalibus, deſtinata per principes electores.

B *Ejuſdem argumenti.*

DEbita noſtri recommendatione præmiſſa, reverendiſſimi patres, & domini noſtri gracioſi, ſacro-ſancti Romani decorem imperii, qui miro quondam ſplendore à fine uſque ad finem fortiter attingens, mundum perluſtravit univerſum, tanta tam torpentis rectoris depreſſit inertia, diuturnis jam temporibus, ut dolenter referimus, tolerata, prout veſtris paternitatibus & univerſaliter toti mundo claruit evidenter, & utriuſque monarchiæ ſtatus C ſpiritualis & temporalis velut deſtitutus inter diverſorum periculorum incommoda multipliciter fluctuaret, ſed ſupremus ille Monarcha, qui ſuos electos non deſerit, naufragantem Eccleſiam ad portum perducit ſalutis finaliter adoptatæ. Sanè, reverendiſſimi patres, cùm jam per plurimorum temporum curricula illuſtris princeps dominus Wencelaus rex Bohemiæ, & tunc rex Romanorum, vocatione qua vocatus exſtiterat ſe reddens indignum, otioſa torperet deſidia, inhumanius majeſtatem ſuam regiam actibus malitioſè contaminans, titulo D derogans auguſtali terras & bona ſacri imperii periculoſiſſimis alienationibus diſſipando, totamque Dei Eccleſiam periculo graviſſimo ſubmittendo, Nos, quorum intereſt, in ſudore vultûs noſtri & tractatuum variorum & immenſorum labore prævio, præfatum dominum Wencelaum ad diverſa noſtra parliamenta vocavimus, requiſivimus, & pluries monuimus, ut tantorum diſpendiorum periculis tamquam propugnator Eccleſiæ ſalubriter obviare curaret. Quocirca nos demum eo vocato, & in cer- E tos diem & locum ſolemniter poſtulato, & nec ipſo nec alio comparente, at velut majeſtatem Cæſaream & regium diadema non curante, licet per plures dies expectaretur, diutius ſpiritu fortitudinis, timoris & intellectûs deſuper excitati, dominum Wencelaum velut inhabilem, inutilem, indignum, bonorum imperii diſtractorem ac penitus otioſum, per noſtram ſententiam diffinitivam, viceſima die præſentis menſis latam ſacro Romano regno privavimus, & omni annexa deſti- F tuimus dignitate, & ne ex longiori vacatione imperatoria ſeu regalis majeſtas velut vidua gravioribus poſſit veriſimiliter periculis ſubjacere, Nos ex tunc & ad ſtatim de alio Romanorum rege in imperatorem & per Dei gratiam in reparatorem promovendo, prout noſtra ſpecialiter intereſt, multa deliberatione prævia cogitantes tandem XXII. die jam dicti

Digitized by Google

menſis in illuſtriſſimum principem & dominum A dominum Rupertum comitem palatinum Rheni & Bavariæ ducem nunc Romanorum regem, principem devotum, juſtum, probum, ſtrenuum moribus & vita laudabiliter approbatum, apud Deum dilectum & homines, concordi aſſenſu & gratiâ Spiritûs-ſancti mediante, direximus vota noſtra, ipſum in verum Romanorum regem & cæſarem promovendum unanimiter eligendo, ſuis ad id accedentibus conſenſu atque voce, veſtris paternitatibus B hæc eadem pro jucundiſſimis novis intimantes, & nihilominus reverendiſſimas paternitates cordialiter exhortantes, quatenus noſtrorum deſideriorum ſinceritate proſpecta, ſanctiſſimum dominum noſtrum dominum Bonifacium papam IX. dominum noſtrum gracioſiſſimum eædem veſtræ paternitates ſtudeant fideliter informare, ut præfatum illuſtriſſimum dominum noſtrum dominum Rupertum per nos electum pro vero Romanorum rege nobiſcum, & vos teneat & habeat, teneatis ac etiam C habeatis ejus perſonam ut talem miſericorditer approbando. Speramus quidem nullatenus dubitantes, quod ſub tam virtuoſo, tamque catholico principe & ſancta Dei eccleſia & ipſum ſacrum imperium, imo & tota chriſtianitas, à ſuis debeat anxietatibus & tribulationibus potentiſſimè liberari, ac felicia ſuſcipere primarum diſpoſitionum incrementa. Si qui verò huic noſtro ſancto, imo & deſuper inſpirato propoſito conentur, quod abſit, reſiſtere, petimus & inſtamus, prece multa, quatenus dictæ veſtræ paternitates ad præveniendum D hujuſmodi conatus illicitos nobis dignentur conſtanter aſſiſtere præfatumque ſereniſſimum dominum noſtrum dominum Romanorum regem, & nos in his fideliter defenſare, ut poſtulante tempore eo ferventiùs obſequi pro felici ſanctæ Romanæ Eccleſiæ valeamus incremento *&c.*

EPISTOLA IV.

Ejuſdem argumenti. E

Anno 1400.

AMici in CHRISTO nobis cariſſimi, ſacro ſancti Romani decor imperii, qui miro quondam ſplendore, &c, *ut ſuprà in proxima littera uſque* intimantes & nihilominus exhortantes quatenus præfatum dominum Wencelaum tamquam deſtitutum, depoſitum, abjectum, privatum, & velut ſacro Romanorum imperio indignum, & inutilem reputetis, antedictumque illuſtriſſimum principem dominum noſtrum RUPERTUM pro vero Romanorum rege, & per Dei gratiam in imperatorem F promovendum habeatis & teneatis, eidem ſecundum hactenus conſuetudinem obſervatam fideliter intendentes, ſperamus quidem, & fieri nullatenus ambigimus, quòd ſub tam virtuoſo, tamque catholico principe, & ſancta Dei Eccleſia, & ipſum ſacrum imperium, imò & tota chriſtianitas à ſuis debeat anxietatibus & tribulationibus potentiſſimè liberari, veſterque ſanctus Romanus populus, Altiſſimo concedente, ſaluberrima primævarum diſpoſitionum felicia ſuſcipere debeat incrementa, ad quorum conſervationem peroptatam vires noſtras offerimus quas valeamus.

Datum Bacheraco die XXIV. menſis Auguſti, anno Domini MCCCC.

Item, in præſcripta forma eſt ſcriptum ſenatori Romano mutatis mutandis.

EPISTOLA V.

Franciſci de Gonzaga Mantuæ imperialis vicarii, excelſis & veneralibus in Chriſto patribus.

Declarat ſe à Vvinceſlai imperatoris fide numquam receſſurum.

Anno 1400.

ILluſtres & reverendiſſimi patres & domini, ad continentiam veſtræ reverentiæ litterarum, per quas innuitis ſereniſſimum principem & dominum dominum WENCELAUM Romanorum regem contra feciſſe ſacri imperii rationibus; dico hoc mihi minimè fore notum, ſed quatenus per quoſpiam ad quos legitimè res iſta pertineat certificatum terminatumque ſic fore qualiter appareret, totum id ſedulò facere promtus eſſem quod meo debito conveniret, utique ſervitor fideliſſimus & vaſſallus ſacri Romani imperii antedicti. Propterea, præfati ſereniſſimi domini mei domini, Wencelai Romanorum regis, à quo mea recognoſcit devotio, & cui homagium & fidelitatem juravi, devotus & humilis ſum ſervitor, & ad ejus, ut teneor, ſum eſſemque ſemper obediendiam mandatorum paratus.

FRANCISCUS de Gonzaga Mantuæ imperialis vicarius generalis.

Datum IV. Novembris MCCCC. ind. VIII.

Illuſtribus ac reverendiſſimis patribus & dominis. *Supraſcriptio, ut ſuprà.*

EPISTOLA VI.

Ferrarienſium ad Electores.

De depoſitione Vvenceſlai imperatoris, & electione Ruperti, cui eadem promittunt, obſequia quæ exhibituri ſunt alii Italiæ vicarii.

Anno 1400.

REverendiſſimi domini, & patres cariſſimi, litteras reverendiſſimarum paternitatum recepimus, effectualiter continentes privationem illuſtriſſimi principis & domini domni WENCELAI Bohemiæ regis, necnon electionem celebratam de illuſtriſſimo principe & domino domno RUPERTO comite palatino Rheni & Bavariæ duce, in Romanorum imperatorem & principem, & de quorum ſignificatione reverendiſſimis paternitatibus veſtris, quantò nobis eſt poſſibile, regratiamus ex corde, nos nedum certos reddentes, verùm doctiſſimos præmiſſa omnia exſtitiſſe per reverendiſſimarum paternitatum veſtrarum prudentias cum

maximis & maturis deliberationibus ac ſolemnitatibus celebrata, non abſque evidentiſſimis cauſis, & ad finem boni. Ceterum ad partem quâ reverendiſſimæ paternitates veſtræ nos exhortantur, quòd velimus eumdem dominum Wencelaum tamquam deſtitutum & abjectum, ac privatum ſacro Romano imperio, indignum & inutile reputare, & antedictum illuſtriſſimum principem & dominum Rupertum pro vero Romanorum rege, & per Dei gratiam in imperatorem habere & tenere, dicimus reſpondentes quod diſpoſiti erimus & parati facere & ſervare alacri vultu, & animo lætabundo, quæ ceteri vicarii & fideles ſacri Romani imperii facient & ſervabunt tamquam ſtatus ejuſdem imperii fervidi zelatores.

Datum Ferariæ vii. Novembris, anno m cccc.

Nicolaus marchio Eſtenſis civitatis Mutinenſis, & diſtrictus pro ſacro Romano imperio vicarius.

Supraſcriptio ut ſuprà.

EPISTOLA VII.

Florentinorum ad Electores ſacri imperii.

Fauſta omnia imperio ventura ſperant ex nova electione Ruperti *regis Romanorum, cui ſe ſuaque omnia offerunt.*

Anno 1400. Verè atque piè ſcribitis, Reverendiſſimi in Christo patres & domini metuendiſſimi, decus imperii noſtris temporibus nimium declinaſſe, quod quidem ſi in ſui roboris majeſtate perſiſteret, nec ſciſſuram videremus in inconſutili tunica, nec abominationes in loco ſancto, nec gregem Dominicum in geminas caules ſchiſmate peſtifero diſtributum, nec chriſtianitatis corpus unitum in petra diſſidere, videlicet in Petro, nec, quod ſine lacrymarum effluvio reminiſci non poſſumus, vidiſſet hæc ætas Saracenicam pravitatem non ſolùm inſultaſſe chriſtianis, ſed glorioſum chriſticulum conſultaſſe, totque duces & tantos exercitus fractos, & civitates fidelium incolis in captivitatem ductis, ac ſpoliatas opibus ad vaſtitatem deflebilem perveniſſe. Quibus omnibus ſi ſacro-ſanctum præſideret imperium, vel ſaluberrimè foret, ne contingerent obviatum, vel priùs eventum celeris appoſita medicina. Nec dici poteſt quanto deſideramus deſiderio videre neceſſariam huic myſtico corpori fidelium veram & indiſſolubilem unitatem tradi & verum ac invidum caput, quod evellat & plantet, diruat, & ædificet, ſicut univerſæ reipublicæ tranquillitas exigit ſublimari, ut audiat gemitus compeditorum, interemtorum filios ſolvat, confirmet bonos, deponatque potentes de ſede quam uſurpatam injuſtè tenuerunt injuſtis, & injuſtiſſimè confirmatam, ſe præſentant pactione turpiſſimâ ſe feciſſe, velitque Deus miſericors, miſerator & juſtus, quod nova quam nunciatis eccleſiæ cauſa ſit & occaſio neceſſariæ tranquillitatis & pacis, & univerſæ reipublicæ corpus, cui ſolus Deus & principium unitas, ac populorum ſecuritas mederi poterit, & imperium quod nunc conſenuit, veluti reviviſcens in antiqui vigoris ſtatus noſtris temporibus revireſcat & ſublimitas, immò ſapientia veſtra dicatur ſalubre remedium collapſis rebus tamquam profundis vulneribus poſuiſſe. Cui quidem effectui affectu nos & quidquid iſte populus poteſt, tam opere & ſermone non ſolùm offerimus, ſed promtis animis pollicemur. Hincque enim dici poterit nos reparationi ſpiritualis ac temporalis ſtatus & capitis, quæ via quæratur legitima defuiſſe.

Datum Florentiæ ultimo die Novembris m cccc.

Priores artium & populi, & communis vexillifer juſtitiæ Florentiæ.

Supraſcriptio ut ſuprà.

EPISTOLA VIII.

Miſſiva domino papæ deſtinata.

Summo pontifici ſignificat ſe, expugnato Francofurto, in aliis civitatibus libentiſſime admiſſum fuiſſe, ac proxime regali diademate inſigniendum.

Anno 1400. Cum obedientia filiali devota pedum oſcula beatorum, Beatiſſime Pater, pridem Sanctitati Veſtræ, de qua cordialem in Domino gerimus fiduciam, iteratis vicibus ſcripſimus de olim regis Romanorum depoſitione ritè ad finem executa, & noſtri ad Romanorum regnum aſſumtione per electionem, ut juris eſt, & approbatæ conſuetudinis canonicæ conſummatam, & cùm firmiter teneamus pro conſtanti Sanctitatis Veſtræ paternâ benignitate noſtris felicibus congaudere ſucceſſibus, eidem confidentiùs uti præſentibus intimamus, quod Altiſſimi adjutorio fulciti, obſidionem & campum cum ſtrenua nobilis militiæ aſſiſtentia per ſex ſeptimanarum & trium dierum ſpatium ante oppidum Franckefordenſe, ut moris eſt, peregimus, regaliter tenuimus, idemque oppidum abſque moræ productione, videlicet xxvi. Octobris celebriter intravimus, ubi primò, & deinde in aliis civitatibus ac oppidis pura obedientia liberrimè fuimus admiſſi, & conſuetis ſolemnitatibus honorati: intendentes, auctore Deo, die xxv. Novembris de proximo ventura, prævia regali corona, ut moris eſt, in Dei laudem inſigniri, & poſtmodum per ſolemnem noſtram ambaſſiatam, quantò poterimus citiùs Sanctitatis Veſtræ conſpectui nos cum ſupplici devotionis reverentia præſentare, quam conſervare dignetur Altiſſimus in regimine felici Eccleſiæ ſuæ ſanctæ.

Scriptum in caſtro noſtro *Heydelberg* die ix. menſis Novembris, anno cccc. regni verò noſtri i.

Sanctitatis Veſtræ devotus filius Rupertus Dei gratiâ Romanorum rex ſemper auguſtus.

Digitized by Google

EPISTOLA IX.

Franciſci de Carrera, apud Paduam vicarii imperatoris, ad electores ſacri imperii.

Novo imperatori, exemplo majorum ſuorum, fidem integram promittit.

Anno 1400. REverendiſſimi Patres, & domini cariſſimi, ſcripta veſtræ magnitudinis nuper accepi, qua novam imperatoris electionem & veteris depoſitionem ſignificare dignati eſtis: de cujus rei benigna participatione veſtræ celſitudini refero diverſas grates, ſignificans quod ſecutus veſtigia majorum meorum, qui in benevolentiâ & fide ſacri imperii conſtantiſſimè perſtiterunt, fidelis & promtus ſervitor ſacro imperio ſemper inveniar, inde ad majeſtatem ſereniſſimi principis domini ROBERTI, quem veſtris litteris nuntiatis electum Romanorum imperatorem, ex meis aliquem deſtinabo de mea intentione plenius informatum notificando, quod majeſtatis imperialis apici cultum & reverentiam velut progenitores mei hactenus obſervabo.

Datum Paduæ XI. Novembris MCCCC.
Franciſcus de Carrera.

EPISTOLA X.

Significat ſuam electionem, Franco-furti expugnationem, principum & populorum exhibitam ſibi obedientiam, ejuſque amicitiam rogat.

Anno 1400. MAgnifice Princeps, & amici dilecti, prout ad veſtram intelligentiam aliàs potuit eſſe deductum, ſacri Romani imperii principes electores propter multos intolerabiles errores & diſſentiones in ſancta matre Dei Eccleſia, & varios queruloſos notorios defectus in ſacro Romano imperio ex illuſtriſſimi principis WENCELAI Bohemiæ regis deſidia & negligentia ſubortos, & adhuc, proh dolor! lamentabiliter perdurantes, præfatum WENCELAUM diffinitiva eorum ſententia mediante à prædicto Romanorum regno ritè depoſuerunt & degradarunt; noſtramque perſonam in verum Romanorum regem, divino ſuffragante auxilio, in Cæſarem promovendum juſtè & ſanctè elegerunt; cui electioni divinæ pietatis intuitu in adjutorium ſanctæ Dei Eccleſiæ, & ſacri imperii conſolationem totis conatibus, Altiſſimi præſidio cooperante, ad ſanctæ unionem Eccleſiæ, & ſacri reformationem imperii diligenti ſtudio laboraturi noſtrum adhibuimus conſenſum, dilectionem veſtram cupientes non latere, quod inclytorum prædeceſſorum noſtrorum divorum Romanorum regum, ſolito more inſigne oppidum Franckefurdenſe prope Mogenum, dioceſis Moguntinæ, ſex ſeptimanis & tribus diebus numeroſâ principum, magnatum, & procerum ſacri imperii nobis aſſiſtente militiâ, firmâ obſidione vallavimus: quâ feliciter peractâ, in præfato oppido, & in aliis adjacentibus fortalitiis ad Romanum imperium ſpectantibus, & deinde in civitatibus, oppidis, & provinciis flumini Rheni adjacentibus fuimus glorioſè ſuſcepti, noſtrorumque ibidem civium devotam obedientiam fideliter recepimus, juramenta, & inſuper tam eccleſiaſticorum, quàm ſæcularium principum, comitum, baronum, & magnatum majoris partis totius Germaniæ adhærentiam & aſſiſtentiam ſumus adepti, continuè felici progreſſu ad ulteriora, ſummi imperatoris clementiâ adjuvante, tendere ſatagentes. Quocirca amicitiam veſtram affectanter rogamus, quatenus, ſi quæ contra noſtrum & ſacri imperii ſtatum temerè attentata perceperitis, eiſdem pro viribus reſiſtere & obviare, nobiſque benevolo favore aſſiſtere, & noſtra & ſacri imperii agenda velitis promovere; nobis vice verſâ condignè regio more ad deſideriis veſtris benignè complacendum diſpoſitis & paratis.

Datum Argentorati XXIV. die menſis Novembris, anno Domini MCCCC. regni verò noſtri anno I.

EPISTOLA XI.

MARTINI regis Arragonum ad RUPERTUM imperatorem.

Gratulatur ei de ſua electione.

Anno 1400. EXcellentiſſimo principi domino, clementi in CHRISTO, Deo fideli, & ejus gratiâ imperatori & moderatori Romanorum ſemper auguſto; MARTINUS eâdem gratiâ rex Aragonienſis, Valentiæ, Majoricarum, Sardinenſis, & Corſicæ, comeſque Barchinonenſis, Roſſilionenſis, & Ceritanenſis, ſalutem & honoris continui incrementum.

Exortum eſſe credimus lumen in tenebris cunctis Romani imperii fidelibus & devotis, dum Imperator ſupremus ſuâ gratiâ benignâ conceſſit ſolium imperii Romani eximium reformari ſalubriter providentia excellentiæ veſtræ perſonæ, & aſſumtione & electione mirificâ facta nuperius de eâdem ad imperii tantum culmen. Nos igitur ex hoc pro debito abundantes inexiſtimabili gaudio, & lætitia potientes immenſa, devotas laudes & gratias Altiſſimo agimus, & eidem humiliter ſupplicamus, quatenus ſic vobis aſſiſtat propitius in adminiſtratione tam electi officii, ſicque actus veſtros & opera regat & dirigat, quod per veſtrum ſalubre miniſterium Romanum imperium, cujus providentiſſimi electores divino freti conſilio, talem & tantum miniſtrum & dominum ad ſui regiminis gubernacula quæſiere, votivam exultationem ſuſcipiat; coexultet Romana Eccleſia, proh dolor! diutius procelloſis anfractibus & devotionibus agitata, totuſque populus ſibi ſubmiſſus ſub auſpiciorum veſtrorum regimine jocundentur. Et qui exultationis ingentis aſſumimus jubilum, quo-

Digitized by Google

tiens de ſtatu felici & proſpero veſtri, & egregiæ domûs veſtræ, nobis nova felicia nuntiantur, veſtræ excellentiæ claritatem deprecamur obnoxiiis, quatenus quotiens opportunitati locus ſe ingerat, dignemini de eiſdem reddentes nos certos ad noſtri conſolationem veſtris apicibus complacere. Si de nobis & domo noſtra magnifica audire ſimilia veſter animus delectatur; Nos & dulciſſima conjux noſtra, ſereniſſimuſque princeps rex Siciliæ primogenitus noſter præcarus & inclytus infans filius ſuus, prout recentibus litteris certi ſumus, per Regis æterni clementiam corporis fruimur ſoſpitate, & nos totamque potentiam noſtram & filii noſtri prædicti ad ſolamen & augmentum veſtri imperialis diadematis pollicemur.

Datum Barchinonæ ſub noſtro ſigillo ſecreto primâ die Decembris, anno à Nativitate Domini MCCCC. Rex MARTINUS.

Excellentiſſimo principi domino, clementi in Chriſto, Deo fideli, & ejus gratiâ imperatori & moderatori Romanorum ſemper auguſto.

EPISTOLA XII.

Cortonenſium Reverendiſſimis in CHRISTO patribus & dominis Jo. Meguntinenſi, F. Colonienſi, V. Treverenſi archiepiſcopis, archicancellariis, & electoribus imperii, dominis & patribus honorandis.

Novo cæſari promittunt fidelitatem.

Anno 1400. RΕcepimus litteras veſtras, Reverendiſſimi patres & domini noſtri, quibus nobis electionem Cæſaris intimaſtis, ad quas cum omni reverentia debitè reſpondemus, quam promti & parati ſumus in iſtis & in cunctis concernentibus honorem Cæſareæ majeſtatis, & fideliter & devotè procedere, prout & nobis debitum eſt, & verus ordo rationis exigit & requirit, &c. parati, &c.

Franciſcus & Aloyſius de Caſalibus Cortonenſes domini.

Cortonæ die VI. Decembris, anno Domini MCCCC. VIII. ind.

EPISTOLA XIII.

Comitum de Monte-Dalio, Reverendiſſimis, & ut ſuprà, Dei & apoſtolicæ ſedis gratiâ archiepiſcopis, & per Germaniam, per Italiam, & per Galliam archicancellariis, & electoribus ſacri Romani imperii dominis ſingulariſſimis, &c.

Gratulantur de electione RUPERTI *in regem Romanorum, à qua fauſta omnia ſperant, cuique perfectam promittunt fidelitatem.*

Anno 1400. REverendiſſimi Patres, & domini noſtri metuendiſſimi, recepimus litteras dominabilium paternitatum veſtrarum per Johannem curſorem veſtrum præſentis exhibitorem continentes, quòd elegiſtis & promoviſtis, illuſtriſſimum principem & dominum dominum RUPERTUM comitem Palatinum Rheni & Bavariæ ducem, principem devotum, probum, juſtum, ſtrenuum, moribus & vitâ apud Deum devotum & homines, concordi aſſenſu, & gratiâ Sancti Spiritûs mediante, in verum Romanorum regem & Cæſarem, & per Dei gratiam in imperatorem promovendum, de quibus plurimùm ſumus lætati, & exultavit cor noſtrum; quin imò tota exultavit & lætatur Italia, ſperans quod tam potentiſſimi, chriſtianiſſimi, juſtiſſimi, & virtuoſiſſimi principis electio, ejuſque proſecutio cedat ad Dei laudem & honorem, & unitatem Eccleſiæ ſanctæ ſuæ, & chriſtianitatis robur & exultationem, & Italiæ tranquillitatem, & ipſius electi decus & honorem, & perpetuam famam & gloriam, & inter alios Italicos Deo gaudent & ſperant magnifici patres & domini noſtri Florentini. Nos autem fideles & devoti imperii, prout genitores noſtri ſemper fuerunt, eorum veſtigia imitando circa honorem & ſtatum prædicti domini Romanorum & Cæſaris intendemus, fideliter ſupplicantes quod pedibus ſuæ majeſtatis recommendare dignentur Reverentiæ veſtræ, quas diu & feliciter conſervet Omnipotens.

Scriptum Florentiæ XI. menſis Decembris, anno Domini MCCCC.

Reverendiſſimarum paternitatum & dominationum veſtrarum devoti atque ſervitores, Joachimus & Piertmallus, comites de Montedalio.

Supraſcriptio ut ſuprà.

EPISTOLA XIV.

Lucanorum ad electores.

Promittunt fidelitatem novo imperatori.

REverendiſſimi Patres & domini domini & patres honorandi, regratiamus dignationi veſtræ ſuper his quæ devotioni noſtræ feliciter nuntiaſtis; nos enim ſicut ſemper ſacroſancto Romano imperio fideles extitimus & devoti, ſic futuris temporibus eſſe intendimus, & cunctis noſtris affectibus exoptamus. Anno 1400.

Datum Lucæ, die XVI. Decembris MCCCC.

Paternitatis veſtræ filii, Paulus de Gunugis civitatis Lucanenſis dominus, Antiani & vexillifer juſtitiæ, populi, & communitatis Lucanenſis.

EPISTOLA XV.

CORRADI comitis de *Autisberg* ſereniſſimo principi, & excellentiſſimo domino domno RUPERTO dignâ Dei providentiâ Romanorum regi & Bavariæ duci.

Sua ei apud ducem Mediolanenſem offert obſequia.

SEreniſſime principum, & excellentiſſime domine, domine, de Majeſtatis veſtræ electa Anno 1400.

electa ſacri imperii corona, ut ejuſdem majeſtatis devotus & fidelis gratulor in immenſum; & quia ignoro, utrum pro veſtræ majeſtatis his proſequendis effectibus majeſtas veſtra quidquam habeat praticare cum illuſtriſſimo domino noſtro domino duce Mediolani, & eidem majeſtati veſtræ per præſentes duxi cum reverentia intimandum, quod ſi ad aliqua majeſtatis veſtræ ac ejuſdem domini mei honorem concernentia cognoſcitis, me apud præfatum dominum meum in prædictis operari debere, mihi mandare dignemini, & operabor in omnibus fide bona, notificans reverenter, ut teneor, ſicut veſter fidelis, quod ad obtinendam majeſtatis veſtræ in partibus iſtis intentionem nihil melius nihil utilius, & nihil operis exequendi celerius invenire poteritis, quam cum præfato domino meo duce Mediolani firmam & bonam amicitiam tenere, ſuumque ſalubre conſilium exequi totaliter in agendis.

Datum Piſis XIX. Decembris MCCCC.

Majeſtatis veſtræ devotus & fidelis CONRADUS comes *de Aytilberg* cum humili recommendatione.

EPISTOLA XVI.

ſummo pontifici.

Rogat ut electionem Rodulphi de Anhalt in epiſcopum Halberſtadenſem confirmare velit.

CUm obedientia filiali devota pedum oſcula beatorum. Beatiſſime pater & domine præcipuè, Halberſtadenſis eccleſia proximè per obitum ERNESTI DE HONSTEIN ultimi dictæ eccleſiæ paſtoris viduata. Intelleximus prælatos & canonicos ejuſdem eccleſiæ in magnificum & generoſum virum RUDOLPHUM DE ANHALT principem & conſanguineum noſtrum præcarum unanimiter vota ſuadirexiſſe, prout in electionis decreto ſigillo capituli dictæ eccleſiæ vallato dignoſcitur contineri. Cùm itaque eccleſia eadem hoſtili incurſu plurimorum quæ ſua ſunt, & non quæ Jeſu Chriſti quærentium, quin potius eadem diſſipantium, eamdem eccleſiam undique circumdantium, rebus & juribus ſuis per nimium deprædata & ferè deſolata pluribus jam fuerit annis, poſſitque per præfati RUDOLPHI divinitus adjuti ſolertiam & circumſpectionem, ſuamque & ſuorum potentiam temerarios auſus refrænantem præ ceteris veriſimiliter reformari, prout fide digna principum, magnatum, & multorum aliorum relatione didicimus, humili prece & ex ſingulari dictæ eccleſiæ compaſſione attentè ſupplicamus, quatenus præfato RUDOLPHO ſpiritualium & temporalium floribus redimito de eadem eccleſia miſericorditer providere dignetur V. S. quam Altiſſimus ad ſalubre regimen eccleſiæ ſuæ ſanctæ dirigere & tueri dignetur in prolixum.

Scriptum *Frankfort* XXII. die menſis Januarii anno Dom. MCDI. regni vero noſtri anno I.

EPISTOLA XVII.

Sanctiſſimo in Chriſto patri ac domino domino BONIFACIO digna Dei providentia ſacro-ſanctæ Romanæ ac univerſalis Eccleſiæ ſummo pontifici domino noſtro præcipuo.

Rogat ut electionem epiſcopi Herbipolenſis confirmare velit.

CUm obedientia filiali devota pedum oſcula beatorum. Beatiſſime pater & domine præcipue, alias Herbipolenſi eccleſia viduata, S. V. poſtpoſita ſanguinis affectione humiliter ſupplicando ſcripſimus, quatenus JOHANNI DE EGLOSSTEIN ad dictam eccleſiam electo devoto noſtro dilecto V. S. providere dignaretur de eadem. Cùm itaque, prout certa experientia didicimus, univerſi & ſinguli comites, barones, nobiles, univerſitates, cives & incolæ civitatis, caſtrorum & oppidorum dictæ eccleſiæ præfati Johannis in ſpiritualibus & temporalibus ſolertiam cognoſcentes, ex intimis deſiderant eumdem eidem eccleſiæ præfici, ſcientes in hoc præfatæ eccleſiæ hoſtili incurſu per nimium collapſæ potius proviſum quam perſonæ. Idcirco vicibus iteratis humiliter & inſtantiſſimè ſupplicamus, quatenus ad prædictæ eccleſiæ ſtatum oculos veſtræ clementiæ dirigendo, necnon apoſtolica providentia eidem eccleſiæ, ne magis periclitetur, præcavendo, ſingulariſſimaque in hoc complacentia ſolito benignitatis munere concedendo, dicto Johanni de eadem eccleſia gratioſè providere dignetur V. S. quam Altiſſimus ad ſalubre regimen eccleſiæ ſuæ ſanctæ dirigere & tueri dignetur in longævum. Anno 1401.

Scriptum *Mergentheim* die penultima menſis Januarii anno Domini MCCCCI. regni verò noſtri anno I.

Ad mandatum domini regis Job *Wener.*

S. V. devotus filius RUPERTUS Dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus.

EPISTOLA XVIII.

Petri de Gualfredinis Veronenſis, ſereniſſimo & excellentiſſimo principi atque glorioſo domino domino RUPERTO Dei gratia regi Romanorum illuſtriſſimo ſemper auguſto.

Gratulatur de ſua electione, à qua omnia fauſta ſperare jubet, hortaturque ut quam citius imperium à ſuis ruinis relevaturus Italiam ingrediatur.

VEritus, principum ſereniſſime & illuſtriſſime rex atque glorioſiſſime cæſar, ne culmen ad regium ſermonem exorditurus homuncio ignotus atque ſciolus, quid ineptum committerem, quo vel flocci pendi crimen immo præcipitium prorſus mea vindicaret oratio Anno 1401.

Mmmmm

imperatis hactenus frænis, calamum vagari & exſilire flagrantem plerumque diſtrinxi, ambiguum fore ratus onus ſubire quod viribus præſtare poſſit, nimiumque ſarcinam flectere ſubveniatis, quia plura ſæpe ſpondet animus quam vires mentiuntur. Ecquis vates ingenii quantiſpiam dicendi vel facultate refertus affari diva numina non tremiſcat, cùm difficillimum humano ſit ingenio, quæ cum divinitate participent, niſi poſſe ſincera fide prævia concipere, conceptaque difficile non multo minus exprimere. Sed fides tamdem, quam humana benignitas tua præcipuo quodam, ut jam inter mortales vulgatum eſt, omnis clementiæ pronomine ac emblemate divinitus inſignita, mihi dedit, nec minimè veritas quæ ſe occultari ſentiens, caprificus velut erumpens pectoribus ex humanis, radices utcumque protendit, tepidiſque favet animis, mihi propenpenderunt audaciam, ut quæ meum ingeniolum ſentiat, majeſtatis tuæ divæ profutura ſaluti, atque gloriæ non tacerem, etiamſi adulationis, quæ ſemper moribus à meis faceſſit, vel cujuſpiam detractionis ſum vindicaturus objurgium. Quin non ſum neſcius impoſſibile fore, ut quivis orator aut philoſophus placida cunctis gentibus loqui poſſit. Objecit enim Ciceroni Saluſtius, Cicero autem Panætium & Ariſtotelem, tantos philoſophos dente ſæpe leonino momordit, Demoſthenes verò Demadem & Eſchinem, Lactantiuſque Firmianus philoſophos innumeros & oratores nimis argutiarum ſalibus increpuere. His igitur accinctus exemplis, pauca dicturus, quæ conceperim aggrediar, intrepide ſperans id potiſſimè futurum mihi defenſabilem clypeum, quod ſacra majeſtas tua quidquam expreſſum dictum fidetenus ſimpliciterque cenſebit. Fuiſti namque per ſacratiſſimi Romanorum imperii ſacros & eminentiſſimos electores divino ſpiritu profuſos, non ullius fortunæ ſupercilio, ſed ipſius omnipotentis Dei nutu principum electus princeps, orbis futurus totius auguſtus & imperioſſimus cæſar, nonniſi ſicut tuæ majeſtatis & electorum huc miſſæ litteræ teſtantur, ut navicula cujus in puppe ſummus navarcus, ſanctiſſimuſque Chriſti vicarius pontifex Romanus præſidet jam diu fluctuans, infortunatoſque per æſtus vagans, in fidei totius chriſtianæ deriſum, proh dolor! maximum & exitium abs te virtuatiſſimo fautore ampluſtreque fidei ejuſdem potentiſſimo, ad ſalutis quietiſque duceretur emporium, ac divo tuo ſub imperio totus ubicumque fremens orbis pacaretur & quieſceret. Hæc ſiquidem omnia tibi tuæque ſereniſſimæ Bavarienſi domui & generoſæ propagini, ſi ſarcinam tuis aſſumtam humeris non abnueris, coronam ſunt æternæ conſequendæ gloriæ ſplendidiſſimam paritura; quàm porro conſequeris, ſi debitum huic caritatis perſolvens manum tuam dexteram naufraganti naviculæ, toti veriùs, inquam, chriſtiano populo cito porrexeris ſalutarem. Ne defectu diu tui ſperati divinituſque promiſſi ſuffragii, nimio jam terrore perculſa, tamquam & prorſus expers periclitare ſe permittat & penitus naufragari. Illinc verò ſi ad exitum ducere ſollicitaveris, quod imperii tibi juſtiſſimo divinitus attributum perſuadet, immo impartitur officium, ut ſcilicet ſemianime diu jacens imperium præſto, ne pereat, refoveas, vireſque temporibus exactis diſperſas, proh dedecus! & ab incultiſſimis quibuſdam lacerata membra ſuo corpori ſana reſtituas, ac in unam ſicut illuſtriſſimum imperatorem decet, ſalutiferam cunctis populis colligas monarchiam. Perfice igitur, & ad exitum ducere propera, ſereniſſime princeps, quod debes, & cœpiſti feliciter. Equidem perficiet omnia virtus tua, ſi ſtudioſus eſſe volueris, vis credo & velle debes, quod ſacri caput membrum excellentius imperii jam diu ægrotans corpori ſuo ſanum, Italia ſcilicet, medici defectu ſalutaris diu languida, in imperiique vilipendium per quoſdam nequiſſimos pacis æmulos laceſſita, ad medici curam ſalutigeri & ſanitatem priſtinam reſtituatur proponas. Itaque primum ut venias, & greſſus tuos acceleres ad eamdem, quem ipſa te ſuæ pacis auctorem vocat & accit. Et quamvis tot languoribus ægra jacuerit, ceteris tamen chriſticolarum provinciis eſt pars non in viribus inferior, immo ceteræ provinciæ, pace dixerim, omnes membra ſunt; ipſa verò arx ſumma potentiſſimumque caput imperii, quæ tibi ſola ſpondet, quæ dare poteſt imperium & majeſtatem regiam, ſi ſuis præſto miſertus fueris ærumnis, voti omnis tui atque gloriæ faciet compotiſſimam. Fuit etenim illa gratiſſima, quæ cunctos ſemper ſibi faventes cæſares imperiali totius orbis diademate laureavit, omnique potentiſſimo dominatui cum triumphis extollens ſublimibus præfecit. Eſt & ea quæ Europam, Aſiam, & Africam barbarorum omnium ſuperbiam ſuis viribus & conſiliis peſſumdans, ſuorum cæſarum ſubegit imperio. Quibuſque ingerentibus bella ſibi viriliter præſtari fecit, ut Octavianus auguſtus, cui numquam par, niſi tu, ſi volueris, ſucceſſerit, mundum omnem ſuo ſub imperio in pacis quietiſque dulcedine, decem & duobus annis continuis detinuerit. Plura, teſtibus antiquis hiſtoriis, Italica trophæa commemoraſſe potuerim, quæ ne alienas antiquorum reminiſcentia vulnerum nationes perturbem, vel cæſareas aures nimio affatu faſtidiam, omitto, ad concluſionem quæ me præſens impingit oratio ſermone quam breviori potero profecturus. Veni, inquam, ſereniſſime atque victorioſiſſime princeps, ſupplex oro, te enim cunctæ bonæ gentes manent. In te denique refertiſſimam virtutum mineram victorum, & gnavum omnium extinctorem avaritiæ, candidæque ſuæ libertatis immitiſſimum protectorem, gentium omnium oculi cum ardentiſſima devotione verſi ſunt. Affectant etiam feſtiviſſimum adventûs tui diem magnifici proles nobiles & generoſi barones ſacri fideles imperii ſuis facultatibus & oppidis ſibi ſuiſque antiquiſſimis progenitoribus, in eorum fidelitatis meritum per ſacrum conceſſis imperium, quorumdam verò quos,

Digitized by Google

quia noſti conticuerim honeſtius imperii præfati tui detractorum ſpoliati nequitiis, ut à te juſtiſſimo cæſare priſtinis in vicarium gradibus & oppidorum quietifica ſuorum poſſeſſione ſua fidelitatis illibabiliſque devotionis meritis exigentibus reponantur. Hæc enim populi cuncti ſui præter omnia magis affectant, exigit & imperii decus, quia quanto pluri baronum & magnatum acie numeroque fidelium ſacri culmen conſtipatur imperii, magis tanto vexaretur, potentioribuſque viribus refertitur in illis. Nonne ſpes iſtæ de te pectoribus in Italicis repoſitæ majus tibi conſequendæ gloriæ triumphalis argumentum incutiunt? nullum ſiquidem, ſi præſto ſis, hic eſt ambiguitatis præſagium, quin ſis triumphum omnem conſequuturus ad vota; quia omnium in te animi impræſentiarum fixi ſunt, ad tuæque majeſtatis exaltationem ardent. In te demum ſuæ ſpem ſalutis omnem adeo habent, ut quod Aggeitæ conſummandæ prophetiæ hoc eſſe crediderint dicentis: *Veniet deſideratus cunctis gentibus & implebo gloria domum iſtam.* Verùm ſi nimium diſtuleris adventum tuum, ſentire nec vapide videor, ne intentum futuris annis tempus aptius quàm præſens ſis vel felicius habiturus. Dum enim populorum ad novitates ardent animi, pergendum eſt: cùm autem in proſecutione cœptæ novitatis mora fiat, vel eis imploratum non ad tempus fertur auxilium, tepeſcunt nimium penituſque deſperantes refrigeſcunt. Ingredere igitur, præſtoque perge, victorioſiſſime cæſar, dum tempus habes, cujus ſolius avaritiam omnis commendat auctoritas, & in Italiam deſcende: veriùs, inquam, aſcende, triumphanter conſecuturus omnia quæ cœperis, neque te quiſquam terreat labor, quo ſine maximo nulla gloria paratur. Non enim Hercules ſacrique cæſares prædeceſſores tui cœlos, ſicut legitur, conſcendiſſent, niſi viam ſibi, mortales inter laboribus maximis paraviſſent. Venias, concludo, rurſus tibi ſponte divitiis gloriæ te diademate coronaturus æternæ. Te ſiquidem fovebit omnipotens juſtorum principum fautor Deus, favebunt non ægre bonorum & antiquorum imperii ſacri fidelium acies, libertatem & patrimonia ſurrepta repoſcentium ac plures nunc ſopiti, cum tuam ſplendidiſſimam viderint majeſtatem, manu tam favorabili expergiſcentur, ad tuæque exaltationis accurrent auxilium, & indubiè triumphorum laurum & laureas ſplendidiſſimas coronas aſſecuturus, & cum hujus Italiæ totiuſque orbis ſalute perpetua tibi tuæque ſereniſſimæ Bavarienſi propagini gloriam ſis vindicaturus æternam. Quæ ut ad vota cuncta ſuccedant, Deum altiſſimum totamque curiam cœleſtem ſupplex ego de antiquorum imperii ſacri fidelium ſtirpe natus, tuæque ſacratiſſimæ majeſtatis & domûs devotiſſima creatura quotidianis orationibus deprecor, tuo ſancto propoſito faveant, cæſareamque tuam majeſtatem feliciſſimis extollant auſpiciis, & conſervent per tempora longæva.

Venetiis XXVII. Februarii. MCDI.

Sereniſſimæ cæſariæ majeſtati humillimus & devotiſſimus Petrus de Gaulfredinis Veronenſis ſe ad pedes cæſareos ſuppliciter recommittens.

EPISTOLA IX.

Seu copia miſſivæ per Bertholdum *Grafft* civem Nurembergenſem regi Aragoniæ ex parte domini noſtri regis delatæ, qui Bertholdus habet ſecum Johannem *Stark* civem Nuremburgenſem.

Certum eum facit de Venceſlai depoſitione, de ſua electione, de Francofurti expugnatione, de ſua coronatione, & populorum obedientia.

RUPERTUS Dei gratia Romanorum rex, &c. Illuſtriſſimo principi domino MARTINO eadem gratia regi Aragonenſi, Valentiæ, Majoricæ, Sardinenſi, & Corſicæ, comiti Barchinonenſi, Roſſilionenſi & Ceritanenſi, conſanguineo ſuo cariſſimo continua ſucceſſuum proſperitate in utriuſque hominis ſoſpitate dotari cum ſalute. Anno 1401.

Serenitatis veſtræ cartulam menti noſtræ nimium ſuave redolentem jucundo admodum animo intellectam recepimus, & ut in ultimis veſtrarum terminis exordiamur ſcripturarum; liberaliſſimè pollicitationi veſtræ pleno regratiamur affectu, debito exultationis jubilo ſublimitatis veſtræ, cariſſimæ conjugis, jucundiſſimæ ſobolis, & incliti nepotis corporis incolumitati utinam longævæ applaudentes, pro noſtri verò ſtatûs per vos deſiderata, ſinceritati regiæ ſignificamus, quod reſonantibus per univerſum orbem quampluribus lamentabilibus & diſcrimine plenis, nec amplius tolerabilibus defectibus, ſacro Romano imperio per inexcuſabilem illuſtris principis WENCELAI Bohemiæ & tunc Romanorum regis deſidiam, ejuſque horribilem & inhumanam converſationem, imminentibus, per quos inconſutilis CHRISTI tunica deteſtanda ſciſſura peſtifero hactenus veneno fuit flebiliter enutrita, principes electores, de quorum numero tunc eramus, præfati columnæ imperii varios & ſumtuoſos deſuper habuere tractatus, & tandem prædictum WENCELAUM pluries per eos evangelicè & canonicè requiſitum, & monitum publicè & occultè, ac etiam ſucceſſivè peremtoriè vocatum, minimè ſingula advertentem, vocatis ad hoc vocandis, & ſervatis ſervandis, per eorum definitivam ſententiam ritè & legitimè provulgatam Romanorum regno, quod ipſe tam imprudenter & opprobrioſè contaminavit, privaverunt & depoſuerunt ab eodem, noſtram perſonam licèt immeritam, & utinam utilem & idoneam divini numinis auxilio implorato in Romanum regem eligentes: cui quidem electioni ad laudem Dei omnipotentis, in adjutorium ſanctæ matris Eccleſiæ, ſacri reformationem imperii, & totius chriſtiani populi conſolationem, confiſi in eo qui eſt populorum ſecuritas, & principum unitas, humilem & be-

Digitized by Google

nevolum adhibuimus conſenſum; & mox præ- A deceſſorum noſtrorum more inſigne oppidum noſtrum *Franckfurt* in principum, procerum, nobilium, militum, & armatorum regni multitudine numeroſa firma obſidione vallantes, ſex hebdomadis & tribus diebus continuato exercitu dictum oppidum, & alia adjacentis provinciæ fortalitia ſubintravimus eorumdem, & conſequenter civitatum, caſtrorum & oppidorum in flumine Rheni & circumquaque ſitorum poſſeſſionem, & obedientiam jurisjurandi religione vallatam conſuetâ ſolemnitate B recipientes. Poſt hæc die Epiphaniæ Domini, quæ etiam ſolemnitas trium regum eſſe dignoſcitur, in eccleſia cathedrali nobilis civitatis Colonienſis, ubi trium regum veneranda corpora requieſcunt, regalis infula prima trium coronarum per manus honorabilis archiepiſcopi Colonienſis decore ſolito noſtro fuit capiti impoſita. Ibi etiam & deinde in *Nuremberg* plures principes eccleſiaſtici & ſæculares illarum partium hinc inde vicini ipſorum regalia feuda ſolemniter ſuſcipiendo, fidelitatis & homi- C gii nobis præſtiterunt juramenta. Nobis verò ſupradicta peragentibus, noſtri nihilominus duces & capitanei bellicoſi inſultibus præfati regis Bohemiæ, in Bavariæ finibus ſita fortalitia quæſiere, quibus poſteà junctis, perſonaliter appropinquantes imperialis famoſi oppidi ſimili modo poſſeſſionem & obedientiam recepimus, Franconiæ, Bavariæ, & Sueviæ partes, duce Altiſſimo, peragraturi. Dominantium itaque, Domino largiente, major pars principum & magnatum, necnon potiores & opu- D lentiores civitates, inſigniaque oppida Germaniæ regali noſtræ ditioni cohærent; & inſuper plures Italiæ partes noſtrum pro imperialis ſuſceptione diadematis vehementer ſitiunt adventum, quotidieque de diverſis imperii territoriis noſtris nobis aſſiſtentium & obedientium adaugetur. Unde ſacri Romani imperii limitibus per æterni regis clementiam utrumque magis ſtabilitis, noſtræ conſiderationis oculos ad ſanctæ matris Eccleſiæ per nimium conquaſſatæ monſtruoſam diviſionem, cor noſtrum utique ſummè peregrinantem pro viribus reintegrandam dirigere intendimus, nullis parcendo E fatigationibus aut impenſis, in omnibus ſplendidiſſimæ dilectionis veſtræ auxilium pariter & conſilium poſtulantes. Ceterùm nos, & amantiſſima noſtra conthoralis, illuſtres quatuor filii & tres filiæ noſtræ, corporum, Deo auctore, debita potiuntur armonia, ad quævis veſtræ placidæ caritati grata, proniſſimum affectum offerentes & opera pollicentes.

Datum *Nuremberg* VII. die Martii, anno Domini MCCCCI. regni verò noſtri anno I.

De mandato domini regis Job *Vvener* F in utroque jure licentiatus.

EPISTOLA XX.

Illuſtriſſimo principi domino MARTINO Dei gratiâ regi Aragoniæ, & avunculo noſtro cariſſimo.

Gratias agit de amoris teſtimoniis, nuntiumque ad eum dirigit.

RUPERTUS Dei gratiâ Romanorum rex Anno 1401. ſemper auguſtus, illuſtriſſimo principi domino MARTINO eâdem gratiâ regi Aragoniæ, Valentiæ, Majoricæ, Sardiniæ, & Corſicæ, comitique Barchinonæ, Roſſilionis & Ceritaniæ conſanguineo ſuo cariſſimo ſalutem & ſinceriſſimæ caritatis affectum.

Ratio dirigit, amor impellit, & ex intimis movetur gratos veſtros affectus, gratioreſque conatus, imò & gratiſſimos veſtri veſtrorumque in futurum pro noſtri honoris conſervatione favores non immeritò recolere, & gratitudinis condignæ pondere compenſare. Hinc eſt quod juxta ea quæ in ſcriptis veſtris nobis ex parte veſtri per Stephanum Engelhardi præſentium latorem exhibitis, & vivæ vocis oraculo relatis percepimus, quantum poſſumus, grates referimus, & gratitudinis vinculo ad paria nos ſtringimus, & ad majora, ſi opus foret, poſſe tenus obligamus. Nuper cum Bertholdo dicto *Crafft* cive noſtro Nurembergenſi & fideli dilecto ſuper dictis ſcriptis veſtris, ac de ſtatu noſtro quæ tunc occurrebant reſcripſimus, nunc verò cauſis exigentibus, præſcriptum Stephanum ad regiam veſtram magnificentiam deſtinamus, cujus relatibus ad præſens firmam fidem & ad noſtra vota dignemini affectum inclinare cum effectu, quam cum omnium veſtrorum ſalute conſervare dignetur Altiſſimus votivis ſucceſſibus in longævum.

Datum *Amberg* XXIII. die menſis Aprilis, anno Domini MCCCCI. regni verò noſtri anno I. Ad mandatum domini regis, Nicolaus *Buman*.

INSTRUCTIO VERBALIS

regis mei ad regem Aragoniæ.

PRimò. Quod dominus meus rex Romanorum cupiat ſcire regis Aragonum & filiorum potentiam.

Item. Quod dominus meus rex Romanorum moliatur inſtituere ſuam coronationem quamprimum potuerit, quare implorat regis Aragonum operam & conſilium.

Item. Quod dominus meus rex Romanorum ſuos archiprincipes jamjam ablegaverit ad ſe, qui in feſto Philippi & Jacobi proximè inſtante ad ſe verſus Nuremburgam advenient, quibuſcum inibit conſilium, ſcilicet de ſua imperiali coronatione, quo tempore ſeſe oporteat ad illam accingere, vel præparare inſtituendam, & etiam de aliis rebus, & quo tempore, item & tempus habendi coronationis, tempeſtivè &

fideliter regi Aragonum annuntiabit.

Item. Quod dominus meus rex Romanorum ſupra modum miretur, quod dominus dux Aurelianenſis à ſe totus diverſus ſit, qua de cauſa igitur etiam atque etiam rogat regem Aragonum in omni fide, quam de ipſo firmam concipit, ut ſi quando contingeret eumdem ducem, aut aliquem alium de corona Galliæ contra ſe inſurgere, ſive domino meo regi Romanorum negotia faceſcere, intentando bella, ut tunc ipſemet rex Aragonum domino meo regi RUPERTO fideliter ſuccurrere dignetur contra inſultus eorum, eumque quàm poterit fideliſſimè defendat.

Item. Quod dominus meus rex Romanorum expertus fuerit, quod ſibi Mediolanenſis veneno tollere vitam tentaverit, qua de cauſa vehementer rogat regem Aragonum, admonetque eum innatæ amicitiæ, & fraternæ fidelitatis, quatenus eum non dedignetur defendere à Mediolanenſi.

Item. Quod dominus meus rex Romanorum Dei gratiâ, non adeo magnam reſiſtentiam à rege Bohemiæ paſſus fuerit, nec in præſentia patiatur, quin domino meo omnia in omnibus ſuis & ſancti imperii rebus ad votum fluant.

Item. De his præfatis reſponſum petes, ut ſe dominus meus rex Romanorum in omnibus ſciat ad illa dirigere.

EPISTOLA XXI.

Miſſiva Florentinis deſtinata.

Scribit præparatum ſibi, inſtigante Virtutum comite, venenum divinâ protectione evaſiſſe.

Anno 1401. MAgnifici fideles præcari, fraudis commentarius tortuoſus ille, mille artifex dolosis aſtutiis, ad noſtrum interitum ſerpentinum virus evomuit, ſed conſilio à CHRISTO feliciter diſſipato, pro hac vice à negotiatore perambulante in tenebris & umbra mortis, Deus cœli ſuâ nos protectione nihilominus tam piè quàm mirifice præſervavit. Sanè xx. Aprilis in oppido noſtro *Sultzbach*. Johannes *de Oberburg* olim familiaris & ſecretarius magiſtri Hermanni phyſici noſtri, de partibus Italiæ, in quibus aliquamdiu deguit, ſupervenit miſſus ad eumdem, qui occaſionalibus occurrentibus conjecturis ſuſpicione ſubortâ deprehenſus eſt, & ſine tormentis faſſus eſt, quomodo comes Virtutum, proh pudor! deteſtabiliter horrendo ſcelere nos prolemque noſtram veneno perimi diſponebat, per opus & operam præſcripti M. H. quem Deo teſte diligebamus, ex intimis in noſtris fovebamus deliciis, cui inſuper ſalutem noſtræ perſonæ, ac conthoralis & inclytæ ſtirpis noſtræ à tribus annis, citra, præ cunctis aliis medicis commiſimus fiduciâ ſingulari. Demum præſcriptus medicus noſter M. H. quem etiam in vinculis detinemus, hoc idem fatetur determinatius, tamque facti & pacti conſcius, quomodo cupiditate alicujus, ſponſionibus magnorum munerum præſcripti comitis JOHANNIS GALEATII, & ſuaſionibus magiſtri Petri de Tuſimano phyſici ejuſdem, cujus notitiam familiarem ipſo quondam exiſtente in ſtudio Papienſi acquiſivit, ad perpetrandum hoc ſcelus ſit inductus. Etiam quædam alia pandidit quæ calamo committi non expedit pro præſenti, ſed ſupra ſcripta, veſtris fidelitatibus pro nunc intimare decrevimus: certiſſimè tenentes, ut ſicut noſtris felicitatibus congaudetis, ita ſi quæ forent, doleretis ſimiliter de adverſis. Poſtremò hoc adjicimus quod ſpe & fiduciâ quam tenemus in Dominum, hæc machinatio traditoria animam noſtram non exterruit, nec terrebit timor conſilium veriſimiliter futurorum, ſed ad recuperandum jura imperii, & fovendum filios noſtræ majeſtatis, ac regii culminis devotiſſimos, & ex adverſo ad præveniendum nefarios & ſceleſtos, ut tenemur, magnum intrepidum reddidit & accenſum.

Datum *Amberg*. xxvi. die menſis Aprilis, anno Domini MCCCCI. regni verò noſtri anno I.

Ad mandatum domini regis Nicolaus *Buman*.

In conſimili forma mutatis mutandis ſcriptum eſt domino Paduano.

EPISTOLA XXII.

Illuſtri principi PHILIPPO Dei gratiâ quondam regis Franciæ filio, duci Burgundiæ, conſanguineo & amico noſtro cariſſimo.

Ut nuntio fidem adhibeat.

RUPERTUS, &c. illuſtri principi PHILIPPO filio regis Franciæ, duci Burgundiæ, & conſanguineo & amico noſtro cariſſimo ſalutem & ſinceræ dilectionis affectum. Anno 1401.

Ad illuſtriſſimæ principis dominæ ELIZABETH reginæ Franciæ conſanguineæ noſtræ cariſſimæ præſentiam mittentes de præſenti peritum magiſtrum Albertum ſecretarium & fidelem noſtrum dilectum præſentium exhibitorem commiſimus eidem aliqua noſtrum & ſacri Romani imperii ſtatum concernentia, tuæ dilectioni exponenda, cui noſtri contemplatione, fidem credentiæ veluti nobis adhibere velit in præmiſſis eadem tua dilectio, quam Altiſſimus votivis ſucceſſibus conſervare dignetur in prolixum.

Datum *Nuremberg* vi. die menſis Maii, anno Domini MCCCCI. regni verò noſtri anno I.

Ad mandatum domini regis, Nicolaus *Buman*.

EPISTOLA XXIII.

Sanctiſſimo in CHRISTO patri ac domino, domino BONIFACIO dignâ Dei providentiâ ſacro-ſanctæ Romanæ & univerſalis Eccleſiæ ſummo pontifici domino noſtro præcipuo.

CUm obedientia filiali devota pedum oſcula beatorum. Beatiſſime Pater, ſuper

Digitized by Google

noſtra ſupplici petitione V. S. per Conrardum A *Verden*, Goffridum comitem de *Lyningen*, & Hermannum *Rode* præpoſitum Eccleſiæ ſancti Petri Moguntinæ, ambaſſiatores noſtros devotiſſima oblata inſtantia per eoſdem, & etiam per Antonium de Monte-catino reſponſum moram implicans periculoſam accepimus ſub littera credentiæ, in forma ſatis peregrina per duos noſtros ambaſſiatores ex injuncto S. V. cum certis excuſamentis nobis præſentata, cujus cauſâ humillimo devotionis affectu Sanctitatem Veſtram confidenter ſupplicamus, quatenus tanti veſtri & noſtri negotii pondere providâ B meditatione penſato juxta exponenda per dictum Anthonium dignetur Sanctitas Veſtra ſpiritu fortitudinis aſſumto, ad hujus celebris negotii conſolatorem Romanæ Eccleſiæ & imperii felicem ſtatum concernentia paterno aſpirio, ſublatis moræ diſpendiis, feſtinare.

Datum *Nuremberg* XII. die menſis Maii, anno Domini MCCCCI. regni verò noſtri anno I.

Sanctitatis Veſtræ devotus filius RUPERTUS Dei gratiâ Romanorum rex ſemper auguſtus. C

Ad mandatum domini regis Job *Verner* licentiatus.

EPISTOLA XXIV.

Reverendiſſimo in CHRISTO patri domino A. tituli ſancti Laurentii in Damaſo preſbytero cardinali, amico noſtro dilecto.

Ut ſuis conſiliis pontificem moveat ad ſui negotii conſummationem.

Anno 1401. RUPERTUS, &c. D

Reverendiſſime Pater, ſuper oblata nuper domino noſtro ſanctiſſimo petitione noſtra ſupplici per Conrardum *Verden* epiſcopum, Joffridum comitem de *Lyningen*, & Hermannum *Rode* præpoſitum eccleſiæ ſancti Petri intra muros Moguntinenſes, ambaſſiatores noſtros reverſum moram pregnans periculoſam per Anthonium de Monte-cathino recepimus, ſub credentia etiam conſueta, nobis per eoſdem noſtros ambaſſiatores, ut dominus noſter eis impoſuit præſentata. Quocirca Paternitatem E Veſtram rogamus confidentius, ut tanti negotii gravitate penſatâ, placeat vobis dominum noſtrum ſanctiſſimum, juxta induſtrium quod poſſidetis ingenium, ſacris veſtris movere conſiliis, ut fortitudinis aſſumto ſpiritu, ad felicem hujus negotii conſummationem dignetur, prout nos tenemur, & totis intendimus viribus, etiam feſtinare.

Datum *Nuremberg* die XII. menſis Maii, anno Domini MCCCCI. regni verò noſtri anno I.

Ad mandatum domini regis, Job *Verner* F licentiatus.

Item in præſcripta forma ſcripta ſunt litteræ domino F. tituli ſanctæ Suzannæ presbytero cardinali, & domino C. tituli ſanctæ Crucis in Jeruſalem presbytero cardinali.

EPISTOLA XXV.

Spectabili & magnifico NICOLAO marchioni Eſtenſi noſtro & ſacri imperii vicario Mutinenſi & fideli dilecto.

Commendat ei ANTHONIUM *de Monte-Cathino.*

RUPERTUS, &c. gratiam regalis clementiæ ſingularem. Anno 1401.

Fidelis dilecte, ſinceri affectûs tui oblationem nobis pro parte tua per Anthonium de Monte-cathino diligenter expoſitam grato ſuſcepimus intuitu, tibi volentes debitâ viciſſitudine, cùm opportunum fuerit, generoſiùs complacere in his quæ commodum tui ſtatûs concernunt & honorem. Inſuper deſideramus ut noſtri contemplatione dictum Anthonium nobis dilectum circa reſtitutionem bonorum pro quibus apud te inſtat, habeas cum effectu commendatum.

Datum *Nuremberg* die XII. menſis Maii, anno Domini MCCCCI. regni verò noſtri I.

Ad mandatum domini regis, Job *Vener* licentiatus.

EPISTOLA XXVI.

Illuſtriſſimo principi domino MARTINO Dei gratia regi Aragoniæ.

RUPERTUS *&c.* illuſtriſſimo principi domino MARTINO eadem gratia regi Aragoniæ, Valentiæ, Majoricæ *&c.* conſanguineo ſuo cariſſimo ſalutem & ſinceriſſimæ caritatis affectum votivis utriuſque hominis ſucceſſibus ſalubriter dotari. Anno 1401.

Serenitatis veſtræ legationem lætabundo nec minus gratanti animo ſuſcipientes, & intelligentes concepimus ſinceriſſimum veſtræ clariritatis erga noſtrum ſtatum affectum, unde ſpontaneæ ac liberaliſſimæ exhibitioni veſtræ pleniori quam poſſumus regratiamur intentione, corpus & res necnon univerſa nobis a Deo collata vobis poſſetenus obligantes, de circumſtantiis verò veſtrorum ſucceſſuum egregium legum doctorem Johannem de Vallterra veſtrum ambaſiatorem plenius informatum ſplendidiſſimæ dilectioni veſtræ remittimus, de veſtro & totius regalis domus veſtræ utinam longævæ, felici ſtatu ſæpius cupientes certiorari.

Datum *Nuremberg* XIV. die menſis Maii, anno Domini MCCCCI. regni verò noſtri anno primo.

Ad mandatum domini regis Job. *Vener.*

EPISTOLA XXVII.

Nobili & generoſo viro Jacobo de Pratis armirallo regni Trinachiæ nobis ſincerè dilecto.

RUPERTUS Dei gratia *&c.* Nobilis, ſincere, dilecte, relata nobis tui pro parte per Anno 1401.

egregium legum doctorem Johannem de Valterra illuſtriſſimi principis domini MARTINI regis Aragoniæ *&c.* conſanguinei noſtri cariſſimi ambaſiatorem grato intelleximus affectu, ad quævis tuæ dilectioni congrua regio more diſpoſiti & parati, prout dictus Johannes tuam amicitiam plenius poterit informare.

Datum *ut ſupra &c.*

MEMORIALE AD SERENISSIMUM principem dominum MARTINUM regem Aragoniæ.

Anno 1401. PRimo gloriſſimus princeps dominus rex Romanorum regratiatur ſereniſſimo principi regi Aragoniæ de bona & grata mente ad ipſum gratiori dilectionis affectione, & gratiſſima ſua ac ſuorum oblatione, pari forma ſe offerens & ſua ad illuſtriſſimi principis regis præſcripti beneplacita vice verſa.

Item, affectuosè deſiderat, ut ſereniſſimus princeps rex Aragonum ſcriptis ac aliis opportunis mediis attentet, & pro poſſe efficiat apud regem Franciæ, duces Biturriæ & Burgundiæ, & alios, ut informent ducem Aurelianenſem, ne inquietet dominum regem Romanorum verbis aut factis, ſicut hucuſque dicitur feciſſe contemplatione Mediolanenſis ac regis Bohemiæ, & idem faciat apud ipſummet ducem Aurelianenſem, & quidquid habebit pro reverſo, ſcribat domino regi Romanorum Heydelbergam vel duci Lotharingiæ.

Item, petit ſubſidium gentium ab illuſtriſſimis regibus Arragonum, Siciliæ, & Caſtellæ pro introitu in Italiam ad ſuſcipiendum imperiale diadema, & contra Mediolanenſem bona imperii occupantem, qui etiam venenoſitatis toxico ipſum interimere conabatur.

Item, deſiderat inquiri de mente regis Aragonum ſuper matrimonio contrahendo inter præcelſam dominam A. ſororem ſuam & illuſtrem principem Johannem filium ſuum ſecundogenitum.

Item, de dieta tenenda Metis rex Franciæ nullum regum aut principum debebat advocare, quia dominus imperator ſibi demandavit, & ſecum condixit de paucis hinc inde mittendis, ita quod quilibet eorum mittere habet unum epiſcopum & ſex vel octo doctores ad maximum, omnibus aliis excluſis; nec erit dieta concluſiva, ſed dumtaxat præambula; & ſic non erit opus regem Aragonum ibidem habere ſolemniter ſuos ambaſiatores, ſuum ſecretarium habere poterit ibi, ſi placet, cui nuntii domini imperatoris dicent omnia ibidem tractata ſeu tractanda.

Item, dominus imperator eſt potius inclinatus tollere præſens ſchiſma, mediante conſilio & auxilio illuſtriſſimi principis regis Aragonum & aliorum ſuorum conſanguineorum, quam Francigenarum, & ſperat habita poſſeſſione Italiæ per Dei gratiam celerem finem huic peſtifero ſchiſmati imponendum.

Item, dominus intendit ſecundum concluſionem & tractatum habitum cum dominis electoribus & aliis principibus facere diſpoſitionem ad celerem introitum in Italiam.

Item, quod fiat cautela in mari, ne adverſarii domini imperatoris ſeu Francigenæ ſuccurrant Mediolanenſi cum galeis in mari.

Item, deſiderat dominus imperator informari ſuper jure ſuo, & regis Aragoniæ ad terras in Alhiſi quas poſſident Auſtrales juxta tenorem litterarum quas habet illuſtriſſimus dominus rex Aragoniæ, ut intellexit.

EPISTOLA XXVII.

Illuſtriſſimo principi domino MARTINO Dei gratia regi Siciliæ, duci Athenarum & Neupatriæ primogenito Aragonenſi.

RUPERTUS Dei gratia *&c.* illuſtriſſimo principi domino MARTINO eadem gratia regi Siciliæ, duci Athenarum & Neupatriæ ſuo conſanguineo. Anno 1401.

Quia mutui amoris vinculum ſanguinis potiſſimè nexibus copulatum inter longè diſtantes ab invicem perſonas cartarum conſuevit officio propalari pariter & intendi. Idcirco, Sereniſſime principum, de veſtri ſtatûs & totius regiæ domûs veſtræ proſperitate, Domino favente, prolixiùs duratura, ſæpius cupientes certiorari, repetitis jam vicibus per illuſtriſſimi principis domini MARTINI regis Aragoniæ, & inclyti veſtri genitoris & conſanguinei noſtri cariſſimi ſcripta lætabunda certiorati, ſerenitati veſtræ pro noſtro ſucceſſuum explanatione ſignificamus, *&c ut in miſſiva domini Aragoniæ, &c.*

Datum *Nuremberg* xv. die menſis Maii, anno Domini MCCCCI. regni verò noſtri anno I.

Ad mandatum domini regis, Job *Vvener* &c.

EPISTOLA XXVIII.

Magnifico ac potenti viro F. de Carraria noſtro & ſacri imperii in Padua vicario, & amico dilecto.

Gratam habet ejus legationem.

RUPERTUS, &c. Anno 1401.

Magnifice, potens, ac fidelis amice præcare, ſerie tuæ legationis, per egregios Franciſcum de Buzacharinis militem, & Omne bonum de Laſcola dilectionis tuæ conſiliarios & oratores eleganter expoſita, & per nos diligenter ac jucundè intellecta, ſinceriſſimum tuæ devotionis erga Cæſaream majeſtatem affectum, ferventiſſimum quoque ſtudium, & ſeduliſſimum ingenium, quibus nobis abſque digna memoria in noſtris & ſacri imperii agendis ſine intermiſſione dinoſceris inſudare, evidenter & in veritate comperimus, eadem utique erga gratitudinem tuam & inclytam ſobolem debitis viciſſitudinibus omni conatu penſaturi, ſperantes ſine ambiguo quoque, indefeſſæ conſtantiæ tuæ Altiſſimus perſeverantiæ

Digitized by Google

ſpiritum, & fortitudinis robur in his inſpirabit, ſuper quibus etiam dilectos Franciſcum & Omnebonum de noſtra intentione plenius informatos fidelitati tuæ remiſimus audiendos, deſiderantes de Italiæ ſtatu & tuis ſucceſſibus ſæpius certiorari. A

Datum *Nuremberg* xv. die menſis Maii, anno Domini MCCCCI. regni verò noſtri anno I.

Ad mandatum domini regis, Job *Vener.*

B

SERIES AMBASSIATÆ regis Franciæ expoſitæ Moguntiæ feriâ IV. poſt Andreæ apoſtoli, anno Domini M. CCCC. per reverendum patrem archiepiſcopum Auxitanenſem, aſſiſtente ſibi præpoſito Inſulenſi coram domino rege Romanorum, & principibus electoribus Maguntinenſi videlicet & Colonienſi.

PRimo facto themate & proſecuto videlicet: *Inquire pacem, & perſequere eam;* ex parte regis Franciæ expoſuit, quod idem rex multùm doleret de diſcordia inter dominum noſtrum & regem Bohemiæ occaſione imperii ſuborta, pro qua ſedanda deſideravit, quod certa præfigeretur dieta loco & tempore congruis, in qua rex Franciæ mediare vellet inter partes prædictas, ſperans ſe eaſdem componere velle, ſalvo utriuſque partis honore. Deinde petivit quod ſi & in quantum regi Bohemiæ placeret, dominus noſter vellet ſervare treugas ad minus annales. Tertiò petivit quod dictæ dietæ dominus noſter rex dignaretur perſonaliter intereſſe: quia ipſe rex Franciæ ſe ſperaret effecturum, quod rex Bohemiæ etiam perſonaliter intereſſet, maximè quia idem rex Bohemiæ ſe ad hoc exhibuit, quod ſuper hujuſmodi diſſentione ſtare vellet dictamini & ordinationi regis Franciæ, ad quam etiam dietam idem rex Franciæ perſonaliter venire, aut in caſu quo impeditus foret, proximiores de ſuo ſanguine mittere vellet. C D

Item, poſt hæc recitavit longævam durationem lamentabilis ſchiſmatis, & diligentiam regis Franciæ, quâ idem ſchiſma, viis ad hoc principibus pluries propoſitis, ſedare conatus fuit, deſiderans ut ad viam ceſſionis tamquam inter alias convenientiorem, ſanctiorem & breviorem dominum papam, dominus rex inducere vellet; & ſi papa cedere nollet, obedientiam ſibi ſubtraheret, prout Francigenæ fecerunt Benedicto, & per hanc eò faciliùs poſſet ſedari ſchiſma, quia jam plures principes de obedientia noſtra ad illam viam inclinati ſunt, & eſt inter ceteras magis conſcientiarum quietatam, & alias vias ſubrogationis, compromiſſi, concilii generalis ſuccinctè reprobavit & redarguit. E F

MEMORIALE TRADITUM dictis ambaſſiatoribus ſuper reverſione eis data.

REverendiſſime Pater, memoriale receſſûs veſtri abhinc, à dominis noſtris tale eſt, domini noſtri deliberationem ſuper requiſita veſtra prorogaverunt ad feſtum Epiphaniæ Domini proximè venturum ad civitatem Colonienſem ibi reſpondebitur nuntiis regis Franciæ, ſi qui advenerint, ſin autem, tunc per proprios nuntios eidem reſpondebunt.

Scribatur iſtis qui ſunt de conſilio illuſtriſſimi domini regis Siciliæ.

Primo egregio & magnifico viro domino Bernardo de Capraria magiſtro juſtitiario Siciliæ.

Item, nobili domino Johanni de Crudillis conſiliario & camarlento.

Item, nobili domino Raymundo de Apulia conſiliario & camarlento.

Item, ſtrenuo militi domino Johanni Ferdinandi de Heredia camarlento & conſiliario.

Item, ſtrenuo viro domino Sancio Roderici de Liferi conſiliario.

In conſilio regis Caſtellæ, primo Infanti fratri regis, cujus titulum jam habet cancellarius.

Item, magnifico militi domino Draato Furtati de Mendoza almirallo Caſtellæ & conſiliario.

Item, magnifico viro domino Petro Lupi de Ayala conſiliario.

Item, magnifico militi domino Johanni Furtati de Mendoza conſiliario.

Item, dominis epiſcopis de Zampora & de Mondonyedo conſiliariis.

Item, reverendo domino cardinali Hiſpaniæ conſiliario.

Item, magnifico militi domino Roderato Lupi de Avalos conſiliario & camarlento domini regis.

Quando mittetur legatio ex parte imperialis majeſtatis illuſtriſſimo domino regi Aragonenſi, ſcribatur iſtis conſiliariis illuſtriſſimi domini regis.

Primò, egregio & magnifico viro domino Jacobo de Pratis almirallo illuſtriſſimi domini regis Siciliæ.

Item, reverendo domino cardinali Cataniæ cancellario illuſtriſſimi domini regis Siciliæ.

Item, nobili domino Berengario de Crudillis conſiliario & camerlento illuſtriſſimi domini regis.

Item, nobili domino Raymundo Alamayde de Cerneyllione conſiliario & camerlento illuſtriſſimi, & gubernatori Cataloniæ.

Item, nobili Geraldo de Cerneyllione conſiliario & camerlento.

Item, nobili Berengario Arnoldi de Cernelione conſiliario & camerlento.

Item, nobili Elphonſo de Proxida conſiliario & camerlento.

Item, reverendo domino archiepiſcopo Terraconenſi conſiliario & camerlento.

Item, prudentiſſimo domino Mathiæ Caſtilionis legum doctori vice-cancellario.

Item, reverendo domino epiſcopo Barchinonenſi conſiliario.

PUNCTA

Digitized by Google

EPISTOLA XXIX.

Florentinorum ſereniſſimo atque glorioſiſſimo principi, & metuendiſſimo domino domino ROPERTO Dei gratiâ inclyto regi Romanorum ſemper auguſto, ſingulariſſimo domino noſtro.

Gratulantur de vitato veneno, fauſtaque omnia ei precantur.

Anno 1401. SEreniſſime & glorioſiſſime principum, Sublimitatis veſtræ litteras nuper accepit noſtra devotio, quarum ſeries nos inſtruxit, quâ fraude, quibus miniſtris, quoque magiſtro ſceleris, ſerenitati veſtræ, ſanctiſſimæ conjugi, cunctæque proli veſtræ, deteſtabiles inſidiæ parabantur. Heu pudor! heu dolor! heu pietas! Ergo potuit in quemquam tantum ſcelus, tantique nefas horroris damnabiliter cecidiſſe? Proh ſummi Numinis & hominum fides! auſus eſtne aliquis tantum virus evomere, fataque novi Cæſaris, & ruinam imperii per venenum, tantæque perditionis facinus perpetrare? Dehiſce, Dehiſce tellus, & hoc monſtrum ſceleratumque caput in ima tartara merge, vivum non verſetur apud ſuperos, amodò tantum nefas deleatur à libro viventium; & ſatis ſit, immò pluſquam ſatis ætati noſtræ tantum crimen ſolummodo vel audiſſe. Laus autem ſit omnium rerum principi, qui ſuam cauſam non reliquit, qui diſſipavit tam funeſta conſilia, & Chriſtum ſuum in tanti periculi machinatione defendit. Corruerunt tamen noſtræ mentes, inclyte Cæſar, totaque fuit noſtra civitas conſternata, videndo periculum, conſiderandoque dolos, & exitium præparatum; ſed tandem ad nos reverſi, de ſalute veſtri culminis in divinæ bonitatis auxilio gratulamur, ſperantes quod qui jam eſt confuſus & vituperatus in dolis, aſſiſtente divinâ clementiâ, vincetur in armis, quique fruſtra per Dei gratiam tantâ fraude veſtram celſitudinem fuit aggreſſus, cùm ſe palam viderit inſultari, fugiet ante faciem veſtram, in ſui ſceleris iniquitate confuſus. Nunc autem, magnanime Cæſar, reſtat ut hunc totum uno crimine cognoſcatis, & ſine dilationis intercapedine glorioſiſſima veſtra majeſtas publica ſimul imperii jura vindicet, & privatas injurias ulciſcatur, ſucceſſui ſe præbentes taliter urgendo fortunæ, quæ pedem aliquando non retrahat, ſed ſe totam feliciter nobis tradat, habetis cauſam, immò cauſas veriſſimas atque juſtas, habetis occaſionem & ſummam temporis, quod maximum ſemper fuit, quæ non poſſit eſſe melior facultatem, victum enim exercitibus præbet plena frugibus alma tellus, quas ſi feſtinans interceperit veſtra majeſtas, pacem veſtram quærent populi, jugumque conabuntur excutere quo premuntur non minus odioſâ quàm ſævâ dominatione tyranni. Satis iſta ſint litteris: cetera quidem ſuggerent oratores noſtri Celſitudini veſtræ.

Datum Florentiæ die XII. Maii, VIII. ind. MCCCCI.

Majeſtatis Veſtræ devotiſſimi ſervitores & filii,

Priores artium, populus & communis Florentinus, vexilliferi juſtitiæ.

PUNCTA TRACTATUS

inter ſereniſſimum principem dominum noſtrum regem & ambaſſiatores Florentinos.

B

INprimis ſereniſſimus princeps dominus noſter rex, pro expeditione celeriori principum, procerum, baronum, & militum ſecum ducendorum in Italiam, vult dono à Florentinis ſervitoribus ſuis fideliſſimis ducenta millia ducatorum, cum quibus poſſit intrare Italiam in exterminium comitis Virtutum, & pro honore imperii, & favore ſuæ fideliſſimæ civitatis Florentinæ; de quibus quidem ducentis millibus ducatorum, vult in Abinania valorem C centum decem millium ducatorum, quos ipſe dominus rex reperiat à mercatoribus Alamannis, vel ab aliis: quibus mercatoribus dicti Florentini ſervitores ſui teneantur facere promiſſionem de ſolvendo in civitate Venetiarum dicta centum decem millia ducatorum, ſub conditione, ut infra dicetur. Anno 1401.

Item. Quod dicti Florentini reliquam ſummam dictorum ducentorum millium ducatorum dare debeant dicto domino regi, videlicet ducatos nonaginta millia in dicta civitate Ve- D netiarum, vel alibi, ubi commodiùs & habiliùs fuerit domino regi & Florentinis, pro ſatisfactione ſtipendiariorum ad duos menſes proximè futuros, incipiendos à die primæ ſolutionis, vel promiſſionis faciendæ dictis mercatoribus, videlicet cùm dictus dominus noſter rex fuerit in Italia cum felici exercitu ſuo, ad invadendum territorium comitis Virtutum hoſtiliter & potenter, excluſis dolo & fraude.

Item. Quod dicti Florentini, in caſu neceſſitatis, pro tribus menſibus teneantur mutuare dicto domino regi uſque in ſummam ducento- E rum millium ducatorum mutuandorum de menſe in menſem, prout prorata contingit, de quibus quidem ducentis millibus ducatorum dictus dominus rex teneatur & debeat facere & præſtare idoneam cautionem de reſtituendo ad terminum, de quo concordes fuerint, dictis Florentinis.

Item. Quòd dictus dominus rex concedat in forma petita, & de quo majeſtati ſuæ.... coperiam, privilegium dictis Florentinis, videlicet toto tempore vitæ ſuæ dumtaxat, ita tamen quòd dictus dominus noſter habeat cen- F ſum annuum .... juxta quantitatem & qualitatem, prout Florentini ſecum concordabunt.

Item. Quòd promiſſio facienda, ut ſuprà dicitur, per Florentinos, fiat ſub iſta conditione, ſi & quantum dictus dominus noſter rex tranſeat in Italiam anno præſenti, & habeat terminum ad tranſeundum in Italiam, à die

quâ pecuniam receperit, ſeu promiſſio facta A fuerit mercatoribus ad unum menſem cum dimidio tunc proximè futurum, ſalvo, quod ſi mors, quam Deus avertat, invaſerit eum, & eſſet in itinere præparatus cum dicto exercitu, quod tunc in eo caſu promiſſio libera ſit & firma, videlicet quod Florentini amittant pecuniam, & dominus rex, quod ſimiliter Deus avertat, perſonam.

Item. Quod dominus noſter rex teneatur & debeat, pro poſſe delere ſtatum & dominium dicti comitis Virtutum, & eum totis ſuis B viribus perſequi, & ipſam civitatem Florentinam, commune, & populum Florentinum manutenere in libertate ſua, ſtatu & donatione, ac etiam poſſetenus conſervare.

EPISTOLA XXX.

Honorabilibus prioribus artium, & vexillifero juſtitiæ populi & communis civitatis noſtræ Forentinæ, noſtris & ſacri imperii fidelibus & devotis prædilectis.

De pecuniis eis ab eo poſtulatis.

Anno 1401. RUPERTUS, &c. devotiſſimis imperii filiis & fideliſſimis ſervitoribus, prioribus artium, & vexillifero juſtitiæ populi & communis Florentiæ ſalutem & proſperos ad vota ſucceſſus.

Non credat atque cogitet veſtra devotio & commendanda fidelitas, quod pecunia dono petita ab oratoribus noſtris & à communitate veſtra ſolvenda, alicujus ſiniſtræ intentionis intuitu poſtuletur. Sed quia hortationes veſtras D & aliorum audivimus, ut pro honore imperii, ſalute Italiæ, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ unitate, in Latium feſtinum faceremus introïtum, expedit ut principes noſtros, proceres, atque noſtram electam militiam congregemus, quorum armis & fide probata, noſtram ſtipantibus majeſtatem, intremus Italiam, plagas ejus & vulnera poſſetenus ſanaturi. Quibus etenim principibus, proceribus, militibus procul dubio tota iſta & bene amplior pecunia diſtribuetur, ut noſtras victrices ſequantur aquila, quia de E jure, & ſecundum conſuetudinem noſtram, extra Germaniam militantibus tenemur ſtipendia dare, quæ ſerenitati noſtræ illos obligent. Et quamvis cognoſcamus illam ſummam communitati veſtræ & populo fore gravem, nihilominus reſpectu agendarum rerum in veſtrum commodum & honorem deſideramus æquo animo toleretis, cùm noſtræ auguſtæ mentis ſit devotionem & fidelitatem gratioſam, cumulis, favoribus, & privilegiis proſequi, libertatem veſtram, ſtatum & donationem vita comite opportunis conatibus conſervare: lucidè cognoſcentes quod extemplo auditis ſublimitatis noſtræ oratoribus, nuntios veſtros ad F recognoſcendum nos in regem Romanorum legitimum tranſmiſiſtis. Quæ quidem res numquam aureo divo pectore cadet, ſed quàm grata nobis fuerit & accepta, quamque dilexerimus & diligamus civitatem noſtram Florentinam cunctis Italiæ populis oſtendemus, mutuum autem quod petimus in caſu noſtrarum neceſſitatum, & de quo volumus præſtare idoneam cautionem, Deo propitio, & ſuccedente fortunâ, fortè non neceſſarium, placeat non egare. Erit equidem vobis, devotiſſimi imperii filii & fideliſſimi ſervitores, perennis nobiſcum gloria atque fama, qua in Auſonia noſtræ majeſtatis viribus, & veſtris auxiliis honor recuperetur Cæſareus penè lapſus. Demum ubi hæc duo non fuerint, non videmus tranſitum noſtrum facilem in Italiam pro præſenti; ſi verò devotioni veſtræ illa placuerint, contentamur ut illuſtriſſimo fratri noſtro regi Aragoniæ, cui pridie per oratorem ſuum certum reducem dedimus utilem ad rem noſtram, ſicut nuntii veſtri ſciunt, ſcribatis qualiter nobiſcum effectualiter concluſiſtis.

Datum *Nuremberg* XXIII. die menſis Maii, anno Domini MCCCCI. regni verò noſtri an. I.

Ad mandatum domini regis, Job *Vener*, licentiatus, &c.

C

EPISTOLA XXXI.

Littera Credentiæ F. de Carraria in Padua vicario deſtinata ex parte introïtûs domini in Italiam.

RUPERTUS, &c. Univerſis principibus, Anno 1401. comitibus, baronibus, nobilibus, vicariis, poteſtatibus, officiatis, ancianis, rectoribus, judicibus, conſulibus, capitaneis, militibus, armigeris, communitatibus & univerſitatibus, ceteriſque ſacri imperii ſubditis fidelibus & devotis, ad quos præſentes pervenerint, gratiam noſtram & omne bonum.

Quia, duce Altiſſimo, de proximo partes Italiæ pro imperiali diademate ſuſcipiendo manu potenti, de conſilio noſtrorum principum, electorum & quamplurium aliorum, ſubintrare diſpoſuimus, dictarum partium plagas & vulnera poſſetenus ſanaturi. Idcirco magnifico ac potenti viro * Franciſco de Carraria noſtro in Padua vicario & fideli prædilecto aliqua vobiſcum & cuilibet veſtrûm de præfato noſtro introïtu commiſimus pertractanda: rogantes & deſiderantes affectanter, quatenus præfato Franciſco fidem credulam in circa hujuſmodi dicendis pro præſenti adhibere, voſque nobis & ſacro Romano imperio benivolos & obſequioſos oſtendere velitis, gratam in hoc amicitiam erga nos & quemlibet noſtrûm regio favore dignè compenſandam, noſtræ majeſtati exhibituri, prout de vobis & quolibet veſtrûm fiduciam gerimus pleniorem, harum ſub noſtri regii ſigilli appenſione teſtimonio litterarum.

Datum *Nuremberg* XXVI. die menſis Maii, anno Domini MCCCCI. regni verò noſtri an. I.

Ad mandatum domini regis, Job *Vener*, &c.

* In ſequenti epiſtola appellatur *Fredericus*.

Digitized by Google

EPISTOLA XXXII.

Magnifico & potenti viro Friderico de Carraria noſtro & ſacri imperii in Padua vicario & fideli dilecto.

Ut ſuam operam impendat apud Venetos, ut auxilium imperatori præſtent.

Anno 1401. MAgnifice, potens, fidelis, præcare, mittimus fidelitati tuæ certa puncta præſentibus incluſa, in quibus cum oratoribus Florentinorum, dum tamen communitati Florentiæ placuerint, accordavimus; ubi intelligere poteſt tua circumſpecti provida, noſtræ ſeriem intentionis adoptatæ. Quocirca amicitiam tuam rogamus attentè, quatenus, juxta ea quæ tui oratores noſtræ majeſtati retulerunt, te in omnibus diſponere velis ad ſuccurrendum, conſulendum, & aſſiſtendum noſtræ ſerenitati in his quæ ad hæc tua prudentia novit opportuna. Venetos quoque & quoſcumque alios ad hoc utiles & idoneos congruis mediis inducere & allicere coneris, ut noſtræ pariter ſerenitati auxilium præſtent, conſilium & favorem, & quidquid in præmiſſis tibi accidenter & aliàs magnificentiæ tuæ videbitur expedire, nobis, quotiens commoditas ſe obtulerit, ſtudeas intimare; ſuper quo etiam dilectioni tuæ credentiales ſerenitatis noſtræ patentes litteras deſtinamus, ut eiſdem, ſi, ubi, & quando expedire videbitur, uti valeas ad cautelam, prout de tua approbata legalitate fiduciam gerimus ſingularem, parati vice verſâ gratiſſimæ benevolentiæ tuæ liberaliter complacere. Ceterum ſtatum noſtræ ſublimitatis, & alia pro tempore occurrentia Dorde præſentium lator pleniùs poterit enarrare.

Datum XXVI. die menſis Maii, anno Domini MCCCCI. regni verò noſtri anno I.

Ad mandatum domini regis, Job *Vener*, *&c.*

EPISTOLA XXXIII.

Magnifico & potenti principi MICHAELI Stieno duci Venetiarum, amico noſtro dilecto.

Ut ſuum erga imperium zelum factis oſtendat.

Anno 1401. MAgnificè ac potens princeps, amice prædilecte, noſtrorum oratorum, & aliorum quamplurium relatibus fide dignis gratulanti animo intelleximus, magnificentiam tuam majeſtati noſtræ & ſacro imperio benevolis exhibitionibus affectatam: quod divô pectori noſtro utique memoriter infixum, erga ſinceritatem tuam favore regio liberaliter penſare proponimus, rogantes & affectanter deſiderantes, quatenus, ſi quæ noſtræ ſerenitati agenda ad tuam deduci contingat notitiam, in eiſdem te celſitudinis noſtræ & ſacri imperii gratum oſtendere velis zelatorem, prout de tua legalitate fiduciam gerimus pleniorem, ſtatum verò noſtræ ſublimitatis cum ceteris occurrentibus, Dorde præſentium exhibitor, dilectioni tuæ poterit enarrare.

Datum *Nuremberg* XXVIII. die menſis Maii, anno Domini MCCCCI. regni verò noſtri anno primo.

Ad mandatum domini regis, Job *Vener*, *&c.*

EPISTOLA XXXIV.

Illuſtriſſimo principi domino CAROLO Dei gratiâ Francorum regi,

Ut Tullenſibus civibus ſuam ſubtrahat protectionem.

ILluſtriſſimo principi domino CAROLO Dei gratiâ Francorum regi conſanguineo noſtro cariſſimo, RUPERTUS eâdem gratiâ Romanorum rex ſemper auguſtus, ſalutem in utriuſque hominis ſoſpitate. Anno 1401.

Sinceritatem veſtram ſcire deſideramus, quod ad noſtram & ſacri Romani imperii civitatem Tullenſem bonâ vice noſtram deſtinavimus legationem, cives ibidem amicabiliter exhortando, quatenus nobis tamquam Romanorum regi debitam obedientiam impendere curarent, dicti verò cives nobis in hoc temerè reſtiterunt. Quapropter magnificus CAROLUS dux Lotharingiæ princeps & gener noſter dilectus præfatos cives noſtri pro parte, Gwerriâ mediante, ad noſtram & ſacri imperii obedientiam reducere attentavit. Poſt hæc intelleximus ballivum veſtrum de *Chamont* ad dominum generum noſtrum perveniſſe, cum regiis veſtris litteris continentibus in effectum, quod veſtra ſerenitas dictam civitatem Tullenſem in ſuam protectionem & cuſtodiam recepiſſet. Verùm ſincerè confidimus, quod ſi veſtra dilectio de veritate facti & hujuſmodi inobedientia, quâ dicti cives ſe contra nos erigunt, fuiſſet informata, nullatenus aliquos noſtri regni in veſtram protectionem & cuſtodiam contra nos recepiſſet. Idcirco amicitiam veſtram integro ſtudio ſeriosè rogamus, quatenus de dictis civibus noſtræ civitatis Tullenſis in veſtrum aut noſtrorum præjudicium vos nullomodo intromittere velitis, & etiam providere, ne de veſtro regno aliquod dictis civibus auxilium vel ſubſidium porrigatur, ſed vero in his vos taliter, ut decet, habere, veſtramque celſitudinem erga nos adeo benevolam oſtendere, prout in ſimilibus & majoribus libenti animo ſinceritati veſtræ vellemus complacere, & fiduciam gerimus ſingularem, gratum per latorem præſentium reverſum nobis deſtinari affectantes.

Datum *Heydelberg* die VIII. menſis Julii, anno Domini MCCCCI. regni verò noſtri anno I.

Ad mandatum domini regis, Job *Vener*, utriuſque juris licentiatus, &c.

Illuſtri ac potenti principi PHILIPPO quondam regis Franciæ filio, duci Burgundiæ, comiti Flandriæ, Artheſii & Borgundiæ, conſanguineo noſtro prædilecto.

Digitized by Google

Illuſtri ac potenti principi JOHANNI quondam regis Franciæ filio, duci Bituricenſi & Alverniæ, Pictavenſique, Stamparum, Boloniæ comiti, conſanguineo noſtro prædilecto. A

Illuſtri ac potenti principi LUDOVICO duci Borboniæ, & comiti Claro-montis, &c. conſanguineo noſtro prædilecto.

INFORMATIO

pro Johanniolo de Cumis & Reinaldo de Maguntia ſervitore domini noſtri regis, ad dominum Petrum de Lodruno, & alios nobiles, communitates & populos in montanea Brixiæ, & in locis ibi vicinis. B

PRimò. Debent equitare ad dominum Petrum de Lodruno, & conſequenter ad alios diverſos nobiles comitantes, & populos dictæ montaneæ & circa, & ab eis inquirere plenè intentionem eorum, quomodo ſe velint habere erga dominum noſtrum regem RUPERTUM Romanorum, &c. C

Item. Debent dicto domino Petro, aliis dominis nobilibus comitantibus, & populis prædictis recipere fidem, promiſſionem, juramenta, & litteras ſigillatas, de obediendo, aſſiſtendo, & juvamen & auxilium tota eorum potentia impendendo domino noſtro regi prædicto, &c.

Item. Debent cum domino Petro, & aliis præfatis ordinare, providere, & expedire, quod viæ verſus Lombardiam ſint dicto domino noſtro regi cum exercitu ſuo aptæ, promtæ, & paratæ, & quod ibidem inveniatur copia victualium, quæ domino noſtro cum exercitu competenti pretio vendantur. D

Item. Debent exponere dictis domino Petro & aliis, quod dominus noſter rex eiſdem confirmare vult ſuas libertates, quas ab antiquo à Romanis imperatoribus & regibus reportarunt, & ſe alias eis benevolum & gratioſum, necnon favorabilem oſtendere. E

Item. Dicti Johanniolus & Reinaldus debent præfatis domino Petro & aliis dicere & exponere, quod ſe diſponant & parent omnino cum tota eorum potentia ad invadendum Mediolanenſem, ita quod ſint promti & parati, dictumque Mediolanenſem invadant ad longiùs ſeu tardiùs circa feſtum Michaëlis proximè futurum. Tunc enim dominus noſter rex præfatus dictum Mediolanenſem invadere omnino diſpoſuit. F

Item. Debent loqui cum domino Petro & ceteris præfatis, quod ipſi mittant unum de filiis domini Petri de Lodruno, & aliquem alium nobilem virum de nobilibus comitantibus & populis prædictis, ad dominum noſtrum regem proinformando & aſſecurando dominum noſtrum nomine eorum, de omnibus ſupraſcriptis.

Item. Ad minus unus eorum, fatus Johanniolus, vel Reinaldus, debent ſtatim reverti ad dominum noſtrum regem, & ipſum plenè de ſingulis informare. IX. menſis Julii. G

EPISTOLA XXXV.

Petro de Lodruno, & univerſis in montanea Brixiæ conſtitutis.

Mittit eis nuntios quibus fidem adhiberi mandat.

RUPERTUS, &c. Nobili viro Petro de Lodruno noſtro & ſacri imperii fideli dilecto, & univerſis comitibus, baronibus, nobilibus, vicariis, prælatibus, officiatis, ancianis, rectoribus, judicibus, conſulibus, capitaneis, militibus, armigeris, communitatibus, univerſitatibus, & populis, ceteriſque ſacri imperii ſubditis fidelibus & devotis in montanea Brixiæ, & in locis ibi vicinis conſtitutis, ad quos præſentes pervenerint, gratiam regiam & omne bonum. Anno 1401.

Quia, duce Altiſſimo, de proximo partes Italiæ pro imperiali diademate ſuſcipiendo manu potenti de conſilio noſtrorum principum, electorum, & quamplurium aliorum ſubintrare diſpoſuimus, dictarum partium plagas & vulnera poſſetenus ſanaturi: idcirco diſcretos viros Johanniolum de Cumis magnifici & potentis viri Franciſci de Carraria noſtri in Padua vicarii & fidelis prædilecti ſervitorem, & Reinaldum de Maguntia noſtrum familiarem & fidelem dilectum ad vos & quemlibet veſtrûm duximus deſtinandos, deſiderantes quatenus eiſdem in dicendis circa hujuſmodi noſtrum introïtum, obedientiamque & aſſiſtentiam nobis impendendam noſtri pro parte fidem credulam adhibere velitis, voſque majeſtati noſtræ & ſacro Romano imperio benevolos & obſequioſos oſtendere, prout de vobis & quolibet veſtrûm fiduciam gerimus pleniorem, nobis vice verſâ ad quævis vobis grata regio more diſpoſitis & paratis harum ſub noſtri regii ſigilli appenſione teſtimonio litterarum.

Datum *Heydelberg* IX. die menſis Julii, anno MCCCCI. regni verò noſtri anno I.

Ad mandatum domini regis, Job *Vener, &c.*

EPISTOLA XXXVI.

Honorabilibus & circumſpectis viris, prioribus artium, & vexillifero juſtitiæ, populi, & communis Florentiæ, necnon decem officialibus baliæ dicti communis noſtris & ſacri imperii fidelibus prædilectis.

Scribit proxime ſe intraturum Italiam, ad eorum auxilium.

HOnorandi fideles dilectiſſimi, à Bonaccurſo egregio civi veſtro & oratori, qui pro quibuſdam neceſſitatibus noſtris atque ſalutibus veſtris ad devotionem veſtram continuatis & feſtinis itineribus properavit, & ab eo linguatenus & commiſſione quam ſibi fecimus pro noſtra & veſtra intentione quidquid expedit, audietis: cui in hac parte placeat fidem velut noſtræ majeſtati adhibere indubiam, ſine Anno 1401.

Digitized by Google

ambiguo affirmantes, quod niſi mors, aut infirmitas, quam Deus omnipotens ſuâ avertat miſericordiâ, impediverit, de præſenti anno, & cum oratoribus veſtris fixo tempore Italiam intrabimus cum exercitu & victricibus noſtris ſignis, dum habeamus illud quo majeſtas noſtra eget, ſicut diximus Bonaccurſo. Et hoc tenete certiſſimè, quod niſi in hoc noſtro principio intolerabiles feciſſemus expenſas, ſicut veſtra cogitare debet prudentia, noſtro patrimonio noſtriſque reditibus abſque alieno ſubſidio Italiam intraremus in auxilium veſtrum, & veſtræ libertatis augmentum, ſicut fideliſſimorum filiorum & devotiſſimorum fidelium, quos inter ceteros in Auſonia numeramus.

Datum *Heydelberg* XIV. die menſis Julii, anno Domini MCCCCI. regni verò noſtri anno primo.

Ad mandatum domini regis, Job *Vener*, *&c.*

MEMORIALE

pro magiſtro Alberto ad dominum papam.

PRimò, quia dominus papa exhortabatur dominum noſtrum regem per ambaſſiatores ſuos, ſcilicet dominum *Verden*, Joffridum *de Lyningen*, & Hermannum *Rode*, & tandem per dominum Anthonium de Monte-Catino pro introïtu celeri ad Italiam.

Item. Promiſit paternum auxilium, quod poſſet & vellet exhibere ultra omnes in Italia contra Mediolanenſem.

Item. Rex paternis motus conſiliis, promiſſiſque auxiliis, perpendens moræ periculum, confiſus de ſuæ ſanctitatis præcipue, aliorumque ſibi fidelium ſubſidio, quia ex matura deliberatione dominorum electorum decrevit circa initium menſis Septembris præſentis anni iter arripere, alii verò ſecundum locorum diſtantiam prius, alii circa medium, alii circa finem Auguſti ſe movebunt.

Item. In die Nativitatis Virginis glorioſæ debet eſſe congregatio totius multitudinis gentium, armorum, & dominorum ingredientium ſecum de Alemania prope Auguſtam ulterius progrediendo ſine mora.

Item. Duces Auſtriæ dabunt ſibi introïtum per terras ſuas.

Item. Dux Lupoldus obligavit ſe in propria perſona cum mille lanceis intraturum.

Item. Quare ſupplicat dominus rex ſanctitati ſuæ ex confidentia benignitatis paternæ ultro ſe offerentis, quatenus ſibi juxta quantitatem & qualitatem tanti negotii auxilium impartiatur opportunum, quod ſe etiam ab eo firmiter confidit habiturum.

Item. Si quærat de quanto, committatur hoc ſanctitati ſuæ, quæ melius novit, penſatis ſtatu negotii, conditione paternâ, aliiſque circumſtantiis, pro utilitate negotii juxta decentiam ſuæ paternitatis quantitatem æſtimare.

Hîc agatur de proceſſu faciendo contrà Mediolanenſem, & uſque ad condemnationem, madelictionem & publicationem, &c.

Item. Si quærat ubi velit rex applicare, & quo ipſe ſibi gentes ſuas dirigere debeat.

Item. Si quærat de quantitate exercitûs domini regis, dicatis quod habebit circa quinque millia lancearum electorum hominum, demtis ſagittariis, & aliis armatis, & æſtimatur multitudo equitum ad millia.

Item. Dicatis de ſtatu Almaniæ, quod per Dei gratiam jam plenè æſtimatis eum habere obedientiam omnium civitatum imperialium.

Item. Demto rege Bohemiæ, nullum dominorum habeat adverſarium ipſum impugnantem.

Item. Rex Bohemiæ pro parte domini noſtri regis habet adverſarios diffidatos multos principes, quorum nomina poteritis capere in ſcriptis.

Item. De mala affinitate & modica reſiſtentia regis Bohemiæ.

Item. Quod dominus noſter rex jam de facto miſit filium ſuum primogenitum cum gentibus copioſis ad Bohemiam, & habeat adhærentiam omnium marchionum Miſſinenſium, & marchionis Moraviæ Jodoci, & illius de *Roſemberg*, & quaſi omnium baronum notabilium de Bohemia, & habet cum eo Burggravium Nurembergenſem, gentes ducum Bavariæ, & epiſcoporum Bambergenſis & Herbipolenſis, necnon quamplurium aliorum magnatum & procerum, & niſi ineat compoſitionem cum domino rege, forte privabitur etiam regno Bohemiæ; & fuit illa congregatio dominorum præſcriptorum in Bohemia in campis decimâ octavâ Julii.

Item. Quod dominus rex juxta præſcripta ingrediendo Italiam, ſperat poſt ſe Almaniam, ratione ſtatûs imperialis dimittere per Dei gratiam ſatis bene pacatam.

Item. Quod marchio PROCOPIUS Moraviæ dedit ſe in familiarem domino regi, & ad ſibi ſerviendum cum quadraginta fortalitiis, quem dominus rex taliter acceptavit.

Item. In facto Eccleſiæ ne rumoribus credat ſiniſtris, habetis cum informatore primo de dieta Metenſi, quomodo illa mendoſe fuit famata, præſertim de conventione regum & principum utriuſque obedientiæ, & aliquorum anticardinalium, prout ſcitis.

Item. Quomodo propter... & nimias vexationes & diſplicentias illa dieta fuit præfixa.

Item. Quomodo vobis nuntiante ad certum per unum numerum perſonarum fuit redacta.

Item. Quod nihil in præjudicium ſanctitatis ſuæ ibi ſit dictum.

Item. Quod via eorum eſt penitus refutata, & quod ampliùs non ſuggillent dominum regem, & electores, aut alios principes, pro ſubtractione obedientiæ, prout hactenus fecerant.

Item. Deſiderabant & deſiderant quod tamen de alia via cogitetur, apta pro unione Eccleſiæ.

Item. Ne detur eis occaſio ſæviendi & turbandi ſtatum imperii in abſentia domini, ſaltem in parte eſt concepta una dieta de qua-

tuor perſonis hinc, & quatuor ibi ad feſtum ſancti Ægidii de novo incipiendo tractationem ſuper aliqua via convenienti, & ſic tenebuntur per unam vel duas dietas uſque dum dominus rex per Dei gratiam perveniet ad Italiam, imperiales infulas ſuſcepturus.

Item. De Leodienſi.

Item. Dicatur domino papæ quod juxta condictum cum domino ANTHONIO, &c. dum rex expectavit ſuper nonnullum ſibi commiſſi reverſum, quod ſe promiſit allaturum, quod tamen nondum fecit, nec ipſe, nec per alium.

Item. De Florentinis, quomodo cum illis ſit diſpoſitum, quod ipſi habeant duo millia lancearum ad invadendum Piſanos, Senenſes, &c. in ſuccurſu domini noſtri regis.

Item. De gentibus armorum diſpoſitis in Italia, mille videlicet lanceis, & aliis multis armatis, qui debent venire in occurſum domini noſtri regis, poſtquam intraverit in Italiam ad præparandum paſſus & faciendum ſcarmutias more ſtipendiariorum Italicorum.

Item. De generali commiſſione facta domino Paduano, ut cum quibuſlibet ſacri imperii fidelibus & devotis, ſignanter Venetis & Januenſibus diſponat & procuret domino noſtro regi auxilium impertiri, quod ipſe ſe facturum ſpopondit.

EPISTOLA XXXVII.

Sanctiſſimo in CHRISTO patri ac domino domino BONIFACIO dignâ Dei providentiâ ſacro-ſanctæ Romanæ ac univerſalis Eccleſiæ ſummo pontifici, domino noſtro præcipuo.

Scribit ſe proximo menſe Septembri Italiam intraturum.

Anno 1401. BEatiſſime pater, & domine præcipue, oratorum noſtrorum pridem à Sanctitate Veſtra redeuntium, necnon honorabilis ANTHONII per Sanctitatem Veſtram ad nos miſſi concordi relatione didicimus, ad noſtra vota paternitatis veſtræ benignum affectum, & pro intrando feſtinè Italiam conſilium, promiſſumque nobis auxilium opportunum. Nos verò attendentes hinc ſtatûs noſtri novitatem, negotii quantitatem, temporis brevitatem, ac difficultatem ſe quantiſper ingerentem, illinc generoſæ ab olim Italiæ adulterinum opprobrium, jugum graviſſimum, exilium & oppreſſorum gemitum, bene affectatum populum, tempus congruum, moræ periculum, ibique penè collapſum imperium. Quæ quidem cuncta & ſingulatim ſingula debitæ ſollicitudinis mutuâ lance penſantes, de intrando, ſeu non intrando bona vel mala veriſimiliter ſecutura, moti rumoribus partis prævalentis, cum noſtris & ſacri imperii electoribus, & aliis principibus, pro recuperatione imperiali ſuppreſſi tituli libertatis eccleſiaſticæ, necnon totius ſalute populi, concluſimus de intrando, & de Omnipotentis confiſi auxilio, cujus cauſa agitur, de paternali Sanctitatis Veſtræ præſidio, necnon aliorum ſuccurſu, quorum Deus corda tetigerit, germanis nihilominus ſtipati agminibus, ſine mora impendemus officii noſtri operas Dei nutu efficaces, circa initium menſis Septembris proximè venturi, catervatim collectis gentibus ad inferendum horum Italicorum victrices aquilas, & pro adeptione imperialis diadematis iter arrepturi. Eia, Pater Sanctiſſime, hortati pridem nunc hortamur, exhortantes deprecamur, & quantum poſſumus humiliter ſupplicamus, quatenus paterni cordis veſtri ardeſcens zelus, in arcano pectore deliteſcens, jamjam non velut lucerna ſub modio, ſed amore ſempto potenti in flammamque rumpens ſe ponat ſupra candelabrum, ut ingredientes nobiſcum lumen videant opis & operis efficacis, cùm luce clarius conſtet S. V. id faciendi, veluti nobis reſonabilem cauſam non deeſſe. Super his autem & quibuſdam aliis mittimus ad Sanctitatem Veſtram magiſtrum Albertum prothonotarium & devotum noſtrum dilectum plenius informatum, cui in dicendis ſupplicamus fidem dignetur adhibere credentiæ pleniorem V. S. cujus perſonam nobis confidentiſſimam Altiſſimus conſervare dignetur ad regimen Eccleſiæ ſuæ ſanctæ in prolixum.

Datum *Heydelbergh* XX. die menſis Julii, anno Domini MCCCCI. regni verò noſtri anno primo.

Sanctitatis Veſtræ devotiſſimus filius RUPERTUS Dei gratiâ Romanorum rex ſemper auguſtus.

Ad mandatum domini regis, Job *Vener*, *&c.*

EPISTOLA XXXVIII.
ad Collegium cardinalium.

Proximum ſuum in Italiam ingreſſum ſignificat, ut de manu ſummi pontificis imperiale diadema ſuſcipiat.

Anno 1401. RUPERTUS, &c. Reverendiſſimis in CHRISTO patribus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalibus, amicis noſtris cariſſimis, ac ipſorum collegio ſacro-ſancto in utriuſque hominis ſoſpitate ſalutem.

Pridem ob ſacri Romani imperii, & publicæ rei collapſum, & urgentiſſimæ neceſſitatis gemitioſum clamorem, ejuſdem imperii Romani, tam electorum, quàm aliorum principum, procerum ac fidelium decretali conſilio, amoto prædeceſſore noſtro, ſumus, licèt inſufficientes & indigni, & pro tanto, inviti ad imperialis culminis gubernatorem electi, quam quidem electionem cum ſuis dependentiis & connexis ſanctiſſimo domino noſtro intimare & ſanctitati ejuſdem, perſonam noſtram, per noſtros ambaſſiatores ſolemnes, procuratores, & nuntios repræſentare, & veſtris paternitatibus, reverendiſſimis recommendare curavimus. Nunc autem eâdem neceſſitate fortiùs perurgente, eorumdemque principum ac procerum decretali conſilio impellente, ad præſentandum nos

Digitized by Google

in perſona propria apoſtolico conſpectui impe- A
rialia inſignia petituri, exercitûs noſtri forti-
tudine circumfulti, brevi dierum ſpatio ad
Italiam in Dei nomine arripiemus deſcenſum.
Quem quidem deſcenſum & alia ad id oppor-
tuna eidem ſanctiſſimo domino noſtro, veſtriſ-
que paternitatibus reverendiſſimis pro ſingu-
lari, & ut indubitanter credimus, deſiderato
ſolatio, prævиis recommendationibus cordiali-
bus & devotis, per dilectum nobis magiſtrum
Albertum preſbyterum ſancti Sebaldi in *Nu-
remberg* noſtrum prothonotarium ſtuduimus
intimare. Quocirca paternitates veſtras reve- B
rendiſſimas affectuosè precamur, quatenus ei-
dem Alberto in referendis ex parte noſtræ re-
giæ majeſtatis contemplata, audientiam credu-
lam & benignam præbere, noſtraque & ſacri
imperii Romani negotia inter præcordia cari-
tatis ſuſcepta, directionibus, favoribus, & aſſiſ-
tentiis veſtris proſequi velitis, & magnoperè
promovere, in eo imperatori cœleſti, ad cu-
jus honorem cauſam hanc ipſius ipſo teſte aſ-
ſumſimus, non modicum placituri, nobiſque
ac dictis imperii & principibus noſtris amici-
tiam exhibituri, omni ſtudio omnique tempore C
recolendam erga P. V. R. quas Altiſſimus diri-
gere & tueri dignetur in prolixum.

Datum Heydelbergæ XXI. die menſis Julii,
anno MCCCCI. regni verò noſtri anno primo.

EPISTOLA XXXIX.

Anno 1401. REverendiſſime in CHRISTO Pater, &
amice cariſſime; ſcripſimus ſanctiſſimo
domino noſtro, ſcripſimus etiam dominorum
cardinalium cœtui digniſſimo, deſcenſum no-
ſtrum in Italiam, cum nonnullis aliis noſtris, D
& ſacri imperii Romani negotiis, intimantes,
quæ ad aurem reverendiſſimæ paternitatis au-
dientiam aliàs pervenire minimè dubitamus.
Gerentes autem ſingulariorem confidentiam in
V. P. Reverendiſſimam, venientem ad eam-
dem dilectum noſtrum magiſtrum Albertum
preſbyterum in *Nuremberg* prothonotarium no-
ſtrum, noſtra & ſacri Romani imperii nego-
tia per eum gerenda, adhibita ei credulitate
indubia, caritativis quæſumus velit amplecti fa-
voribus, efficaceſque operas adhibere, ut eo E
ad noſtram majeſtatem redeunte, cum expe-
ditione votiva, Veſtræ Paternitatis reverendiſ-
ſimæ amicitiam, quam ſperamus promotio-
num efficacia ſentiamus, ad ejuſdem paterni-
tatis beneplacita omni ſinceritate parati, quam
Altiſſimus dirigere & tueri dignetur per tem-
pora longiora.

Datum *Heydelberg* XXI. menſis Julii, anno
Domini MCCCCI. regni verò noſtri anno I.

EPISTOLA XL.

Magnifico & potenti principi MICHAELI
Stieno duci Venetiarum, amico noſtro
ſincerè dilecto.

Ut proxime Italiam ingreſſuro ſibi occurrat, atque auxilium præſtet.

RUPERTUS Dei gratiâ, &c.

Magnifice Princeps, amice, ſincerè di- Anno 1401.
lecte, valido clamore Italiæ ſuſpirantis attoni-
ti ſumus, & eorum qui præcipui ſunt reipu-
blicæ zelatores indeſinenti ſollicitatione per-
moti, ac tandem majeſtatem noſtram impel-
lente unanimi, tam electorum, quàm aliorum
noſtrorum, & ſacri Romani imperii princi-
pum, procerum, ac fidelium, decretali conſi-
lio, pro deſcenſu noſtro in Italiam duximus ex-
ſurgendum. Quem quidem deſcenſum tuæ ma-
gnificentiæ ſingulariter & præ ceteris non im-
meritò cenſuimus intimandum, quem haud
dubie novimus ejuſdem reipublicæ cultorem
egregium, & juſtitiæ miniſtrum eximium,
quemque in noſtris & ſacri Romani imperii ac
reipublicæ proſperitatibus profectò novimus
proſperari. Unde ad conſulendum, quantum
Imperator ille cœleſtis, cujus cauſam aſſumſi-
mus, ipſo teſte, donare dignabitur, neceſſita-
tibus ſupradictis, infra paucos menſes exerci-
tus noſtræ fortitudinis iter carpet, & videbit
Italia diu deſiderata victricia ſceptrigeræ ma-
jeſtatis inſignia in laudem bonorum, coercio-
nem verò malorum, & exſtirpationem ſpinarum
vepriumque, quæ in dicto noſtro & ſacri Ro-
mani peramabili viridario ſuccreverunt: ro-
gantes eamdem magnificentiam tuam, & ex-
cluſo quovis dubio, pectore noſtro firmantes,
quod, cùm ſenſeris majeſtatem noſtram ſolum
Italiæ attigiſſe, nobis favoribus, conſiliis, & au-
xiliis, veluti, ut prædictum eſt, egregius reipu-
blicæ cultor occurras & ſincerâ fide aſſiſtes, ut
exinde tuæ magnificentiæ amplioribus amicitiæ
vinculis aſtringamur, & vice verſâ ad omnem
tuam, illuſtriſque Venetorum dominii tutelam
noſtra majeſtas clypeum defenſionis promtiùs
non immeritò circumcingat. Super his autem
& quamplurimis aliis parte noſtrâ oretenus ex-
plicandis ad eamdem magnificentiam deſti-
namus ſtrenuum virum Conrardum de *Friberg*
militem, magiſtrum Albertum prothonotarium
noſtrum & Johannem de *Mittelburg* armige-
rum fideles noſtros dilectos præſentium exhi-
bitores, de intentione noſtra diſtinctiùs infor-
matos, quibus placeat cùm expeditione celeri
& votiva, fidem adhibere indubiam.

Datum *Heydelberg* XX. die menſis Julii, anno
Domini MCCCCI. regni verò noſtri anno I.

Ad mandatum domini regis,
Job *Vener*, *&c.*

F

Digitized by Google

EPISTOLA XLI.
Summo pontifici.

Ut Alberto prothonotario fidem adhibeat.

Anno 1401 CUm obedientia filiali devota pedum oſcula beatorum.

Beatiſſime Pater, domine præcipue, pridem ad Sanctitatem Veſtram, de qua cordialem in Domino gerimus fiduciam, magiſtrum Albertum prothonotarium & devotum noſtrum dilectum cum quadam littera noſtra credentiali tranſmiſimus, de & ſuper quibuſdam certis punctis dictæ Sanctitati Veſtræ ex parte noſtra referendis. Verùm poſt receſſum dicti magiſtri Alberti occurrerunt nobis aliqua S. V. intimanda, quæ dicto magiſtro Alberto de eiſdem noſtris litteris pleniùs informato commiſimus, dictæ Sanctitati Veſtræ clariùs declaranda, cui in dicendis ſupplicamus fidem dignetur adhibere creditivam, & tam pro utilitate Eccleſiæ quàm imperii, primum autem ut plenè confidimus gratioſius inclinare perſonam veſtram nobis confidentiſſimam Altiſſimus conſervare dignetur in regimine felici Eccleſiæ ſuæ ſanctæ.

Datum in civitate noſtra regali Auguſtæ XVI. die menſis Auguſti, anno MCCCCI. regni verò noſtri anno I.

Ad mandatum domini regis, R. epiſcopus Spirenſis, cancellarius

EPISTOLA XLII.
Ducis Burgundiæ ſereniſſimo principi RUPERTO Bavariæ duci & in regem Romanorum noviter electo, conſanguineo noſtro præcariſſimo.

Nuntios ei mittit, quibus fidem vult adhiberi indubiam.

Anno 1401. SEreniſſime Princeps, conſanguineeque præcariſſime; de veſtri ſtatûs jucunditate felicia audire cupientes, ad veſtram magnificentiam dilectos & fideles, dominum Reinerum *Pot* cambellanum, & Johannem *Huë* ſecretarium, noſtros, præſentiumque portitores, principaliter duximus tranſmittendos, veſtram dictam magnificentiam ſtudioſius deprecando, quatenus per eoſdem, & ſequenter per alios huc venientes nos ſuper hoc reddere velitis certiores; nam totiens ſolatioſis jocundamur cordis affectibus, quotiens proſpera exinde perpendimus. Et ſi de noſtro ſtatu, veſtrâ liberalitate gratioſa audire curetis, noverit dicta veſtra magnificentia, nos ſummi gratiâ Largitoris proſperè potiri & valere, quod de vobis CHRISTUS ſemper annuat ad vota, ſereniſſime princeps, conſanguineeque præcariſſime. Aliqua quæ de mente noſtra procedunt dictis domino Reinero *Pot* & Johanne *Huë* veſtræ antedictæ magnificentiæ commiſimus referenda, eamdem attentè deprecantes, quatenus in referendis hac vice parte noſtra fidem credulam eiſdem velitis adhibere tamquam nobis paratis ſemper ad ſingula, vobis grata, Sereniſſime Princeps, conſanguineeque præcariſſime Altiſſimus vos conſervet feliciter & diu.

Scriptum Bruxellæ XIII. die menſis Septembris.

Conſanguineus veſter dux Burgundiæ, comes Flandriæ, Artheſii & Burgundiæ, &c.

NUNTIORUM DUCIS BURGUNDIÆ ad regem Romanorum Oratio.

SEreniſſime Rex, ſub littera credentiæ illuſtris domini mei ducis Burgundiæ retuli Regiæ Veſtræ Majeſtati poſt humilem recommendationem dicti domini mei illuſtris ducis Burgundiæ, quod ſicut aliàs ſcripſiſtis eidem domino meo, & etiam illuſtres domini duces Bavariæ, Stephanus & Ludoicus pro dicta per Excellentiam veſtram & præfatum dominum meum Burgundiæ ſervanda, ut in illa fraternalis inter vos tractaretur amicitia, & ad eumdem finem ultimo illuſtris Princeps dominus L. dux Auſtriæ, &c. filius ipſius domini mei ſcripſit per magiſtrum Wildericum conſiliarium, ita ſæpe dictus dominus me miſit ad veſtram regalem præſentiam mihi committendo, ut vobis referam, quod libenter ſe contuliſſet perſonaliter ad præſentiam veſtram, ad aliqua locorum dicti filii ſui LUPOLDI ducis Auſtriæ, ſed quia tranſitus ita vehemens fuit Veſtræ Majeſtati, quod perſonaliter advenire non potuit, paratus tamen eſt venire ad ſerenitatem veſtram, poſtquam, Deo propitio, reveneritis ad partes Alamaniæ, & in quocumque locorum dicti filii ſui duxeritis ſibi intimandum. Scit etiam dictus illuſtris princeps dux STEPHANUS, quid & quanta pro ſerenitate veſtra fecerit, & nuper tranſitum magnum in ſubſidium domini Mediolanenſis impedivit, ſic quia affectionem magnam vult ad facta Majeſtatis Veſtræ, deſiderat etiam dictus dominus meus, ut præſcribitur, perſonaliter ad excellentiam veſtram poſt felicem reditum veſtrum ſe conferre valeat, & ibi faciet quidquid mediante filio ſuo domino L. duce Auſtriæ fuerit ordinatum, vel, ſi volueritis, paratus eſt ſuos tranſmittere ad dictum illuſtrem dominum STEPHANUM, qui vices regiæ magnificentiæ veſtræ tenet, ut dicitur, cum plena pietate, &c.

Sicut illuſtris & magnificus princeps dominus dux Burgundiæ conſiliarios ſuos videlicet dominum Reinerum *Pot* cambellanum, & Johannem *Huë* ad ſereniſſimum & illuſtriſſimum dominum Dominum RUPERTUM Romanorum regem cum ſuis credentialibus Litteris deſtinavit, qui pro parte ſui, majeſtati regiæ expoſuerunt, quod præfatus dominus dux Burgundiæ ſe perſonaliter libenter contuliſſet ad præſentiam regiam, ad aliquam tamen

Digitized by Google

tamen locorum domini Lupoldi ducis Auſtriæ, ſi non fuiſſet tranſitus ita vehemens ipſius domini regis, ad Italiæ partes, & quia hoc fieri neglectum ſit, prætactus dominus dux Burgundiæ paratus ſit venire ad præfatum dominum noſtrum regem, cùm ad Alamaniæ partes reverſus fuerit etiam in quemcumque locorum præfati ducis Lupoldi, quem dominus noſter rex ſibi duxerit intimandum, &c.

RESPONSIO AD NUNTIOS ducis Burgundiæ.

Anno 1401. ITem. Super præfata ambaſſiata, & aliis per dictum dominum ducem Burgundiæ, ipſi domino regi ſicut quampluriuin relatione veridica perceperat, immenſas dominus noſter rex gratiarum refert actiones ipſi domino duci Burgundiæ, & refert ſe ad ſimilia & majora tempore congruo ſibi exhibenda.

Item. Et præfatus dominus rex deſideraret etiam intimè cum prædicto domino duce Burgundiæ perſonaliter convenire pro amicitia ampliori inter eos firmanda, ſi & in quantum ad hoc vacare poſſet, de intentione ſua tamen eſt inter ipſum & præfatum dominum ducem Burgundiæ, dietam aſſignare infra carniſprivium & feſtum Pentecoſtes ad certos diem & locum per præfatum dominum ducem Burgundiæ præfigendos: ad quam quidem dietam, ſi præfatus dominus dux Burgundiæ perſonaliter venire intendit, dominus noſter rex in caſu quo dietam eamdem perſonaliter viſitare non poterit, illuſtrem & magnificum principem dominum Ludoicum ducem Bavariæ, primogenitum ſuum, ſacri Romani imperii in Alemania vicarium, cum certis conſiliariis ſuis dietam ad præfatam tranſmittere intendit. Si autem prænominatus dominus dux Burgundiæ dietam ipſam perſonaliter viſitare non intenderit, & vellet conſiliarios ſuos mittere ad eamdem, dominus noſter rex paratus eſt conſiliarios ſuos ad prænominandam dietam, prænominatis domini ducis Burgundiæ conſiliariis conjungari, pro amicitia ampliori inter eos tractanda & firmanda. Super quo etiam dominus noſter rex ipſius domini ducis Burgundiæ expectabit reſponſum.

Item. Dominus noſter rex ante hujuſmodi dietam ſervandam pro firmo tenebit prænominatum dominum ducem Burgundiæ ſibi in ſingulis & ſacri Romani imperii agendis & diſponendis factorem & amicum fideliſſimum, juxta præterita per eum parte ſui incepta & attentata, obtulens ſe vice verſâ quibuſlibet ſibi placabilibus complacere animo jocundanti.

EPISTOLA XLIII.

ſeu Littera diffidationis contra Johannem Galeatii miſſa per dominum regem.

Anno 1401. JOhannes Galeatii comes Virtutum, ſicut altiſſimâ providentiâ ad Romanum imperium vocati ſumus, atque nunc in itinere conſtituti, pro provinciarum, terrarum, territoriorum, & diſtrictuum, & aliorum bonorum, ad nos & ſacrum Romanum imperium ſpectantium ſubjugatione ad partes Italiæ declinare pervigili curâ intendamus; tuque certas civitates, terras, territoria, & diſtrictus, & alia plurima bona ſacri imperii poſſideas & teneas. Idcirco præſentibus te requirimus, atque volumus quatenus ſine moræ diſpendio hujuſmodi civitates, terras, territoria, & diſtrictus, ac bona ſacri imperii nobis ſubjugare, ditionique noſtræ ſubjicere, ac homines eorumdem ad debitæ ſubjectionis fidelitatem nobis præſtandam inducere, & manum tuam ab eiſdem retrahere cures, atque ſtudeas realiter, & cum effectu. Quod ſi prædicta omnia & ſingula non adimpleveris, ut teneris, & te in eiſdem pertinacem exhibueris; ſcias te gravem noſtræ majeſtatis indignationem incurſurum, atque nos hujuſmodi noſtram & ſacri imperii injuriam totis viribus propulſuros, & à te hujuſmodi civitates, terras, territoria, diſtrictus, atque bona evicturos harum ſub noſtræ regiæ majeſtatis ſigilli appenſione teſtimonio litterarum.

Datum *Insbruck* xxv. die menſis Septembris, anno Dom. MCCCCI. regni verò noſtri an. II.

Ad mandatum domini regis,
Otto de Lapide.

EPISTOLA XLIV.

Magnifico & potenti viro Nicolao marchioni Eſtenſi, noſtro & ſacri imperii in Mutina vicario.

Laudat ejus zelum & fidelitatem erga imperium.

RUpertus, &c.

Magnifice, fidelis, præcare, audivimus Anno 1401. relationibus oratorum noſtrorum & aliorum tuæ ſanæ intentionis erga majeſtatem noſtram perfectionem, tuam etiam noſtri honoris conſervandi, tibi etiam fructuoſam diſpoſitionem, teque etiam paratum fore in omnibus & contra omnes, noſtris obtemperare velle mandatis, quæ non minus tuarum litterarum deſcriptione nobis deſtinatarum ſic fore cognovimus: quam quidem tuam deliberationem cernimus tibi innatam fore, cum novimus tuorum majorum noſtris prædeceſſoribus fideliter & conſtanter præſtitas, fideles fuiſſe operatores. Quam tuam fidelitatem ſanamque deliberationem commendamus, & te hortamur ut in ipſis conſtans & perpetuus eſſe velis, ut honor & laus tuis majoribus in ſimilibus acquiſiti, tuæ non deficiant ſucceſſioni, & ut tibi noſtra pateat intentio, patentis mandati noſtri per litteras noſtras patentes, magnifico Franciſco de Carraria, pro ſacro imperio, noſtro in civitate Paduæ vicario deſtinati, copiam tibi mittimus præſentibus incluſam: tibi diſtrictè mandantes, ut ea quæ in ipſo mandato dicta copia contento diſtribuuntur, exſequi effec-

Digitized by Google

tualiter debeas, ut ipſe Franciſcus facere & parare tenetur, quod te & ultra facturum non ambigimus cum fidem promiſſis te obſervare velle exiſtimamus, pœnaſque mandati te non velle luere animadvertimus.

Datum *Insbruck* xxv. die Septembris, anno Domini MCCCCI. regni verò noſtri anno II.

Ad mandatum domini regis,
N. *Buman*, *&c.*

EPISTOLA XLV.

Magnifico Franciſco de Gonzaga in Mantua.

Increpat eum quod ſe necdum agnoverit verum eſſe Romanorum regem.

Anno 1401. MAgnifice Franciſce, noſti pro ſacro noſtro Romanorum imperio tuos majores jam pluribus annis elapſis civitatem noſtram Mantuæ tamquam vicarios, & te quoque pro noſtro imperio gubernaſſe: te non etiam latuit nos juridicè & debitè poſt juſtam, debitam, & opportunam quondam regis Romanorum ſervationem, in regem Romanorum electum fuiſſe, nos quoque Alemaniæ principes, duces, marchiones, comites, imperii civitates, & alios in Alemania noſtro ſubjectos imperio, multoſque Italicos à vobis verum regem Romanorum cognoviſſe: tu autem continuo contumax & pertinax debitum tuum in recognoſcendo nos regem Romanorum uſque nunc in tua perſeveraſti deſidia, ita quod noſter & imperii noſtri non mereris vicarius nominari; & ut ſcias quales eſſe noſtris intendimus rebellibus, & in contumacia exiſtentibus, tibi mittimus copiam mandati, per noſtras litteras patentes magnifico Franciſco de Carraria pro noſtro ſacro imperio in civitate Paduæ vicario deſtinatas, præſentibus interclusam, ex cujus tenore comprehendere poteris quam pœnam & merito rebelles imperii noſtri luere debeant, quam vires noſtri imperii exigere non abigant.

Datum *Insbruck*, *&c. ut ſuprà.*

EPISTOLA XLV.

RABANI Spirenſis epiſcopi ad JOHANNEM Galeatium comitem Virtutum.

De RUPERTI *regis Romanorum in Italiam itinere, in quo ſe totis eum viribus adjuturum profitetur.*

Anno 1401. DOmine Johannes Galeati comes Virtutum, ſicuti gratioſus dominus noſter RUPERTUS Romanorum rex ſemper auguſtus, cum aliis ſuis principibus, dominis, & gentibus in Italiam ad terras & bona ſua, in eadem recipienda & tenenda tranſire prætendit, cum quo ejus mandato cum noſtris militibus & gentibus nos RABANUS Dei gratiâ epiſcopus Spirenſis & regalis aulæ cancellarius in itinere ſumus, & ſi prænominatum dominum noſtrum regem vos, aut aliquas terras, ſeu bona ad ipſum dominum noſtrum regem & ejus Romanum imperium ſpectantia per vos, aut veſtros quomodolibet occupata invadere, recipere & retinere contigerit; nos in his cum tota comitiva noſtra eumdem dominum noſtrum regem toto poſſe juvare intendimus, & volumus, ut tenemur, & in hoc nos honorem noſtrum, omniumque militum nobilium & ceterorum nobiſcum tranſeuntium erga vos & veſtros excuſatos habere, & eidem honori ſatisfeciſſe volumus: Vobis hæc præſentibus ſignificantes noſtro ſub ſigillo præſentibus inferius impreſſo.

Datum xxv. die menſis Septembris, anno Domini MCCCCI.

EPISTOLA XLVI.

Sanctiſſimo in CHRISTO patri ac domino domino BONIFACIO.

Novos ad eum mittit nuntios, quibus fidem adhiberi precatur.

BEatiſſime pater & domine præcipue, cum reverentia debita, & devota pedum oſcula beatorum. Anno 1401.

Venerabilem NICOLAUM epiſcopum Imolenſem, ac peritum magiſtrum Michaëlem de Dulcinio decretorum doctorem, & litterarum apoſtolicarum correctorem, nuntios S. V. ad nos cum bulla credentiali directos, cum reverentia debita & honore congruo devotè ſuſcepimus; ipſorumque relata nobis eleganter expoſita audivimus ac ſanè intelleximus. Poſtmodum etiam dilecti prothonotarii & oratoris noſtri magiſtri Alberti à Sanctitate Veſtra redeuntis reſponſum, ejus ſuper ſibi impoſitis reportatum tangens, materiam expoſitorum per dictos nuntios veſtros fideliter & audivimus & intelleximus, ſuper qua materia deſtinamus ad ſæpe dictam Sanctitatem Veſtram venerabilem magiſtrum CONRARDUM DE SOLTAW epiſcopum Verdenſem conſiliarium & Nicolaum *Buman* prothonotarium & ſecretarium noſtros devotos & dilectos, de intentione noſtra plenariè informatos, ſupplicantes attento ſtudio, quatenus eiſdem in referendis dignemini adhibere fidem credentiæ plenioris, noſtramque perſonam paterno affectu benignis & opportunis favoribus proſequi, prout de S. V. indubiam utique gerimus fiduciam: quam incolumem conſervare dignetur Altiſſimus cum dierum felicitate longæva, regimini Eccleſiæ ſacro-ſanctæ: confidentes pleniſſimè, quod benignitate veſtrâ, in qua utique ſpem indubiam retinemus, negotium ipſum optato debeat fine concludi.

Datum Tridenti XVI. die menſis Octobris, anno Domini MCCCCI. regni verò noſtri anno II.

S. V. devotus filius RUPERTUS, &c.

Digitized by Google

EPISTOLA XLVII.

Ut ſuis erga ſummum pontificem negotiis incumbat.

Anno 1401. REverendiſſime Pater, & amice noſter præcariſſime, litteras P. V. primo per venerabilem epiſcopum Imolenſem ac Michaëlem de Dulcinio litterarum apoſtolicarum correctorem, ambaſſiatores ſanctiſſimi domini noſtri papæ, poſtmodum vero per devotum noſtrum dilectum magiſtrum Albertum à Sanctitate ejuſdem domini noſtri redeuntem gratanter accepimus, eaſque & latorum earumdem nobis parte veſtri expoſita, ſanè intelleximus, referentes vobis immenſas gratiarum actiones de multa benignitate favoris, & magna fidei ſinceritate, quibus honorem & ſtatum noſtrum gratâ amicitiâ proſequimini, volentes idipſum erga dictam P. V. dum ſe caſus obtulerit, viciſſitudinis opera compenſare. Nunc autem ſuper materia inſtanti iterum deſtinamus ad præſentiam dicti domini noſtri papæ venerabilem magiſtrum CONRARDUM DE SALTAW epiſcopum Verdenſem & Nicolaum *Buman* prothonotarium & ſecretarium, noſtros devotos & dilectos, præſentium latores, quibus impoſuimus P. V. quædam ſuper his parte noſtri referre, ac in ſingulis noſtris agendis ad eamdem per directionem, fidum curſum habere debere. Idcirco P. V. affectuosè rogamus, quatenus erga dictum dominum noſtrum ſummum pontificem conſuetæ ſollicitudinis ſtudio facta noſtra promota habere velitis, dictiſque noſtris oratoribus fidem in parte noſtra referendis placeat adhibere creditivam, prout de V. P. fiduciam gerimus pleniorem, quam Altiſſimus tueri dignetur in longævum.

Datum, *ut ſuprà*, *&c.* RUPERTUS, &c.

EPISTOLA XLVIII.

ELIZABETH reginæ Romanorum ſanctiſſimo in CHRISTO patri ac domino domino BONIFACIO, &c.

Se ad ejus vota omnino paratam aſſerit.

Anno 1401 BEatiſſime Pater ac domine, cum humili mei recommendatione ac debita obedientia pedum oſcula beatorum.

Litteras Sanctitatis Veſtræ mihi per dilectum magiſtrum Albertum prothonotarium illuſtriſſimi principis domini RUPERTI Romanorum regis conthoralis noſtri cariſſimi, nedum reverenter quàm devotè ſuſcepi præſentatas, ipſarumque exhortationem paternam ac relata dicti magiſtri Alberti intellexi, & ad ea prono ſtudio offero devotè paratam, ſuper quibus reverendo patri magiſtro CONRARDO DE SOLTAW epiſcopo Verdenſi conſiliario, ac honorabili Nicolao *Buman* prothonotario & ſecretario, ac ambaſſiatoribus dicti conſortis noſtri ad Veſtræ Sanctitatis præſentiam ex nunc tranſeuntibus commiſi quædam eidem

A Veſtræ Sanctitati referenda, quorum relatibus eadem Veſtra Sanctitas, ſupplico humiliter, adhibere dignetur credentiæ plenam fidem, cujus perſonam Omnipotens conſervare & dirigere dignetur feliciter in longævum ad regimen Eccleſiæ ſuæ ſacro-ſanctæ.

Datum, *&c. ut ſuprà.*

Sanctitatis veſtræ devota filia,
ELIZABETH regina, *&c.*

B EPISTOLA XLIX.

HENRICI Anglorum regis excellentiſſimo & potentiſſimo principi RUPERTO Dei gratiâ Romanorum regi ſemper auguſto, fratri noſtro cariſſimo.

Gratulatur de illius proſperitate, mittitque ei nuntium cui fidem indubiam vult haberi.

EXcellentiſſimo & potentiſſimo principi RUPERTO Dei gratiâ Romanorum regi ſemper auguſto, fratri noſtro cariſſimo, HENRICUS eâdem gratiâ rex Angliæ & Franciæ, C & dominus Hyberniæ, ſalutem & fraternæ dilectionis conſtantiam. Anno 1401.

Excellentiſſime & potentiſſime Princeps, frater noſter cariſſime; quia de ſtatûs veſtri proſperitate votiva ſuiſque ſucceſſibus utinam ſemper felicibus nova nobis referri continuis temporibus affectamus, veſtram ſerenitatem corditer exoramus, quatenus nos inde ad immenſum gaudii cumulum cordis noſtri per intervenientes quoſcumque velitis crebriùs eſſe certos: indubitatam tenentes fiduciam, quod de nobis & ſtatu noſtro veſtra cupit fraternitas D novellari, ſignificamus eidem nos in emiſſione præſentium præfatâ mentis & corporis ſanitate gaudere, deſiderataque nobis ſuccedere juxta vota, laudes Deo, prout nobilis & ſtrenuus cameræ noſtræ miles Johannes *Cobule* harum exhibitor veſtram inde ſerenitatem noverit latiùs informare, cui ſuper his & aliis quæ ſibi commiſimus, ſerenitati præfatæ noſtri ex parte ſerioſiùs referenda, veſtra velit affectio fidem in dicendis credulam adhibere, & nobis per eumdem quævis veſtra beneplacita E intimare. Excellentiſſime & potentiſſime Princeps, frater noſter cariſſime, ad augmentum ſacri imperii & exaltationem fidei chriſtianæ, imperialem majeſtatem veſtram conſervet ſemper & dirigat qui ventis & mari imperat CHRISTUS JESUS.

Datum ſub ſigneto noſtro menſis Octobris die XXVIII. in Wigornia civitate.

EPISTOLA L.

F Magnifico & potenti principi MICHAELI STIENO Venetorum duci, amico noſtro ſincerè dilecto, *&c.*

Pertranſituro per terras ejus in Italico itinere petit ſibi & ſuis ſumtus & victualia dari.

MAgnifice ac potens princeps, amice prædilecte, *&c.* Anno 1401.

Digitized by Google

Dilectioni tuæ præſentibus notificamus, nos cum nonnullis noſtris & ſacri Romani imperii principibus, comitibus, baronibus, militibus, nobilibus, & aliis gentibus noſtris, in itinere conſtitutos Italiæ, per Forum-Julii partes illas ingreſſuri, decernimuſque in terris & locis Konigliani & terris dominii tui ſubjectis pernoctare, confidentes nos & noſtros, locis in eiſdem, tamquam apud amicos fideliſſimos perſiſtere. Quocirca deſideramus, quatenus dilationibus remotis, officialibus terrarum prædictarum Konigliani & terris patentibus tuis litteris intimare & mandare volueris, ut nobis & gentibus noſtris prænarratis ſumtus & victualia apud ſe, & in locis & terris prætactis pro pecunia congrua & condecenti ordinare, noſque & dictas gentes noſtras in dictis terris & locis ſecurari non deſiſtant, & nos vice verſâ decernimus nos & dictas gentes noſtras per præfatas terras & loca abſque in eiſdem commorantibus notabili damno pertranſituros: de quo te, & ipſos certificamus, ac nos pro eiſdem litteris noſtris cum præſentibus obligamus.

Datum Lunzæ VIII. die menſis Novembris, anno Domini MCCCCI. regni verò noſtri anno II.

Ad mandatum domini regis,
Johannes *Winheim*.

EPISTOLA LI.

Ejuſdem argumenti.

Anno 1401.

RUPERTUS Dei gratiâ, &c.

Honorandi dilecti, &c. Noveritis nos cum nonnullis noſtris & ſacri Romani imperii principibus, comitibus, baronibus, militibus, nobilibus, & aliis gentibus noſtris, Altiſſimo dirigente, partes Italiæ ingreſſuros. Et quia de magnifico & potenti principe MICHAELI STIENO Venetorum duci, amico noſtro ſincerè dilecto fiduciam gerimus pleniorem, tranſitum noſtrum eumdem cum gentibus noſtris, per territorium & oppida ſua diſponere decrevimus: intendimuſque, ut ſperamus, in oppido veſtro Koniglian cum prætactis noſtris gentibus pernoctare. Quocirca præſentibus vos requirimus & hortamur, quatenus victualia & ſumtus nobis & ſæpe fatis gentibus pro pecuniis congruis & condecentibus ordinare, noſque & eaſdem gentes noſtras in loco veſtro Kuniglian, quamdiu ibi ſteterimus, ſecurari velitis, attendentes nobis in hujuſmodi condecenter complacere; voſque & veſtros nihilominus certificantes abſque notabili damno nos & gentes noſtras præfatas pertranſituros, de quo vobis fidem facimus per præſentes. Scripſimus etiam pro hujuſmodi apud vos introïtu, illuſtri principi MICHAELI STIENO Venetorum duci amico noſtro ſincerè dilecto præfato, quam quidem litteram ordinavimus unà cum præſentibus vobis præſentandam, deſiderantes vos litteram eamdem per velocem courrerium veſtrum præfato duci Venetorum diu noctuque abſque medio præſentare, confidentes etiam ſibi in hoc complacere, deſideramuſque ſuper præmiſſis veſtris ſcriptis nos reddere certiores, ut de tranſitu noſtro prænarrato nos regere valeamus.

Datum Lunzæ VIII. die menſis Novembris, anno Domini MCCCCI. regni verò noſtri anno II.

Ad mandatum domini regis,
Johannes *Winheim*, &c.

EPISTOLA LII.

Sanctiſſimo in CHRISTO patri ac domino domino BONIFACIO, &c.

Significat pontifici ſuum in civitatem Paduam adventum.

Anno 1401.

CUm obedientia filiali devota pedum oſcula beatorum.

Beatiſſime Pater, & domine præcipue, S. V. notificamus, nos die XVIII. menſis Novembris cum nonnullis noſtris & ſacri Romani imperii principibus, comitibus, baronibus, militibus, & aliis gentibus noſtris de Alamania civitatem noſtram Paduanam intraſſe, pro recuperatione jurium & libertatum ſacri Romani imperii in his Italiæ partibus multipliciter collapſorum, ſperantes & de Omnipotentis, cujus cauſa agitur, confiſi auxilio, necnon de paternali S. V. præſidio, ac etiam noſtrorum & ſacri Romani imperii fidelium dilectorum ſuccurſu, noſtris & imperii ſacri inimicis & rebellibus feliciter triumphatis, ipſumque imperium cum fidelibus ſibi ſubjectis ad ſtatum bonum & pacis tranquillitatem poſſetenus collocare. Ceterum, Pater Beatiſſime, fidelibus noſtris dilectis reverendo CONRARDO epiſcopo Verdenſi, & Nicolao *Buman* prothonotario & ſecretario noſtro, de intentione noſtra ad præſens, ſcriptis noſtris pleniſſimè informatis, commiſimus S. V. de ſingulis clarius informare: quibus ſupplicamus in dicendis parte noſtri fidem creditivam habeatis. Perſonam veſtram nobis confidentiſſimam Altiſſimus conſervare dignetur in prolixum, pro regimine felici Eccleſiæ ſuæ ſanctæ.

Datum Paduæ XXI. menſis Novembris, anno Domini MCCCCI. regni verò noſtri anno ſecundo.

Ad mandatum domini regis,
Johannes *Winheim*.
S. V. devotus filius RUPERTUS
Dei gratiâ Romanorum rex, &c.

EPISTOLA LIII.

Illuſtriſſimo & inclyto principi HENRICO Dei gratiâ Angliæ Franciæque regi, domino Hyberniæ, fratri noſtro cariſſimo.

Gratias agit pro amicitia, cunctaque ſibi in Italia fauſte ſuccedere ſignificat.

Anno 1401.

ILluſtriſſimo & inclyto principi HENRICO Dei gratiâ Angliæ Franciæque regi ac do-

Digitized by Google

mino Hyberniæ, RUPERTUS eâdem gratiâ Romanorum rex ſemper auguſtus, ſalutem & internæ dilectionis incrementum.

Sereniſſime princeps, frater noſter cariſſime, ſcire vos deſideramus, quod nobilis & ſtrenuus cameræ veſtræ miles Johannes *Cobule*, Veſtræ Serenitatis litteras, mentis & corporis ac ſtatûs noſtrorum incolumitatem proſperitatemque cordialiter deſideratas nobis nuntiantes præſentavit, quas corde lætabundo recepimus; & quia idem miles ſolitam veſtri cordis ſinceritatem affectionemque indubitatam nobis reſeravit, quibus noſtram perſonam veſtra complectitur fraternitas, vobis tantas quantas poſſumus, referimus gratiarum actiones, adſtringentes nos indiſſolubili caritatis vinculo reciprocè ad antidota votiva atque grata. Inſuper, illuſtriſſime princeps, frater noſter cariſſime, nova de nobis ſucceſſibuſque noſtris veſtram fraternitatem affectare non deambigimus: idcirco vobis ſignificamus, nos in emiſſione præſentium, laudes Deo, deſideratam habuiſſe cordis & perſonæ ſoſpitatem, nobiſque hic in partibus Italiæ proſperè ſuccedere, & cùm de præſenti, princeps illuſtriſſime, de univerſis nobis occurrentibus veſtram ſerenitatem informare inquiramus, ad eamdem ſine moræ diſpendio noſtros deliberavimus oratores deſtinare, de ſingulis noſtri parte, veſtram fraternitatem informaturos, quam in omni proſperitate cum honoris incremento conſervare dignetur Rex regum & Dominus dominantium CHRISTUS JESUS.

Datum Paduæ in civitate noſtra imperiali menſis Februarii die II. anno Dom. MCCCCII. regni verò noſtri anno II.

EPISTOLA LIV.

Illuſtriſſimo & inclyto principi HENRICO Dei gratiâ Angliæ Franciæque regi, & domino Hyberniæ, fratri noſtro cariſſimo.

Nova petit ab eo de ipſius ſoſpitate, mittitque nuntios quibus fidem haberi indubiam jubet.

Anno 1402. ILluſtriſſimo & inclyto principi HENRICO Dei gratiâ Angliæ Franciæque regi & domino Hyberniæ RUPERTUS eâdem gratiâ Romanorum rex ſemper auguſtus, ſalutem & fraternæ dilectionis conſtantiam.

Illuſtriſſime Princeps, fraterque cariſſime, quia de corporis veſtri ſoſpitate votiviſque ſucceſſibus veſtris felicia nova ſemper audire affectamus, deſiderantes & rogantes quatenus nos per intervenientes nuntios ſæpiùs de eiſdem certificare velitis, & quia non ambigimus, quod de nobis & ſtatu noſtro deſideretis certificari. Quocirca fraternitati veſtræ ſignificamus, nos in emiſſione præſentium corporis frui ſoſpitate. Prætereà, illuſtriſſime princeps, fraterque cariſſime, ad fraternitatem veſtram deſtinamus ſtrenuum militem Johannem *de Hierthorn*, necnon C. decanum eccleſiæ beatæ Mariæ ad Gradus Colonienſes conſiliarios & fideles noſtros dilectos de intentione noſtra plenariè informatos, ſupplicantes quatenus eiſdem parte noſtri vobis referendis adhibere velitis fidem creditivam: exhibentes vos nihilominus in hujuſmodi, ut meliùs poteritis, prout de fraternitate veſtra utique fiduciam gerimus pleniorem: offerentes nos vice verſâ vobis in ſimilibus & majoribus juxta vota complacere.

Datum Paduæ in civitate noſtra imperiali die V. menſis Februarii, an. Dom. MCCCCII. regni vero noſtri anno II.

Ad mandatum domini regis,
Johannes *Winheim*.

INSTRUCTIO VERBALIS ad regem Angliæ.

Anno 1402. ITem. Quamprimum adveneris, dabis ei domini mei regis litteras teſtimoniales, dicens quod dominus meus rex ipſum fraternè amet, & miſerit ei nuntios, & quod ſit adhuc ſalvus & incolumis, atque etiam aliàs in omnibus proſperum ſucceſſum ſentiat: quod dominus meus rex ipſum ſingulariter roget, curaveritque etiam amicabiliter precari, ut ipſi ſæpiùs de ſua ſalute ſcribere, & nuntium mittere dignetur, quoniam inde experiatur ſemper ſingulare gaudium.

Item. Poſteà dices ipſi, quod modo ſuorum nuntiorum aliquem ſcilicet Johannem *de Colnile* ad dominum meum regem Romanorum verſus Lombardiam miſerit, qui domino meo optime explanavit bonam voluntatem & favorem, quo ducitur erga dominum meum regem Romanorum, quodque ei promittat fidele & conſtans auxilium in ſuis & totius imperii ſancti rebus. Quodque etiam aliquem demandaverit ad ſanctiſſimum patrem noſtrum papam, eum rogaturus nomine ſuo, quatenus domino meo Romanorum regi aſſiſtentiam & auxilium præſtare dignetur, & ipſi imperialem coronam imponere dignetur, & quæcumque præſtiterit obſequia domino meo, eadem & ipſi præſtabit, reddetque omnium obſequiorum vices.

Item. De omnibus his refert gratias ipſi dominus meus rex Romanorum ex toto corde, quoniam ex illis probè cognoſcit, quod fideliter & amicabiliter ſecum agat, & offert ſe reciprocè ad omnia ſua obſequia, omniaque in quibus ſuo auxilio indiguerit, promtiſſimum in quantum optimè & opportuniſſimè narrare poterit.

Item. Dices ipſi poſtmodum, quod dominus meus rex Romanorum moliatur iter verſus Romam, corona imperiali inaugurandus, & poſteà hac æſtate in campum proceſſurus, confliEturuſque cum hoſtibus ſuis, & conaturus ſuas & ſancti Romani imperii urbes & bona pro viribus lucrari; & quod non poſſit hoc præſtare, abſque bonorum amicorum conſilio & auxilio, adeoque rogat ipſum etiam atque etiam dominus meus rex Romanorum, quate-

nus ei duo millia ſpathariorum in ſuum ſuccurſum vel auxilium mittere dignetur, & qui iter tenebunt per terras ducis Burgundiæ verſus Leodium & Zwollam; atque ita trans Rhenum, & interea per noſtram & ducis Auſtriaci regionem verſus Padamiam. Quapropter dominus meus rex Romanorum ſcripſit & rogavit dominos, per quorum territorium eſſent profecturi, ut eis daretur ſalvum conductum, hoc agendo præſtabis domino meo regi Romanorum tale ſervitium & amoris affectum, cujus numquam oblivíſci, ſed potiùs ſemper reminiſci poterit, ſed & reminiſcar omnium obſequiorum, eroque ſemper promtiſſimus in omnibus ſuis eventibus.

Item. Si rex Angliæ ageret de unione & conjunctione inter ſe & me regem Romanorum ineunda, ediſce ab ipſo diligenter intentionem & petitionem illius, dicens ſe libentiſſimè certiorem facturum tuum regem Romanorum, hac fretus ſpe, fore ut in omnibus ſe amicabilem, tractabilem, & ad vota deſiderabilem exhibeat. Nihilominus hiſce de rebus nihil mihi commiſſum, & dominus meus rex Romanorum ipſi totaliter fidit, tantùm mittat ipſi hoc tempore duo millia ſpathariorum, & nolit eum deſerere.

Item. Si interrogaret rex Angliæ utrùm non eſſent viæ conciliandi regem Romanorum cum Mediolanenſi. Ad hæc reſpondebis tamquam ex temetipſo, ſe experturum an dominus Mediolanenſis domino meo regi Romanorum prætenderet ſeſe acceptum, porro ſcies optime dominum meum regem Romanorum regi Angliæ his in rebus obtemperaturum potiùs quàm uni alteri. Tacente autem ipſo, nihilque ea de re loquente, etiam tu taceas velim, neque cum ipſo incipies verba commiſcere, & etiamſi ipſemet ea de re loqueretur, ita omnibus de rebus cum ipſo loqueris, ut domino meo regi Romanorum duo millia ſpathariorum mittat, & ne tardet.

Etiam eſt intentio noſtra, ut rex Angliæ illa duo millia ſpathariorum mittat ex ſuis impenſis, quia nobis nimis difficile eſſet eis de neceſſariis providere.

EPISTOLA LV.

Illuſtri & magnifico principi MICHAELI Stieno duci Venetorum, amico noſtro ſincerè dilecto.

Timere ſe de juventute marchionis Eſtenſis dicit.

Anno 1402. ILluſtris & magnifice princeps, amice ſincerè dilecte, Bernardum *d'Argonos* ſecretarium tuum de præſenti ad nos miſſum, qui nobis ſeriem ambaſſiatæ erga magnificum NICOLAUM marchionem Eſtenſem per ſolemnes tuos ambaſſiatores factæ expoſuerat, intelleximus confidenter: conſiderantes in hoc plenam & integram affectionem, quam ad nos, & ſacrum Romanum imperium habere demonſtras, pro quibus etiam magnificentiæ tuæ gratiarum referimus actiones non modicas: offerentes nos vice verſa ad quævis tibi grata. Ceterum, Princeps magnifice, cùm præfatus marchio Eſtenſis juvenis ſit, & de facili flecti poteſt, timemus ne poſteà per informationem ſiniſtram ab hujuſmodi viis & reſponſionibus declinet: ſed quia præfatus Bernardus ſecretarius tuus nobis retulit, reſponſionem præfati marchionis Eſtenſis tibi tuiſque conſiliariis ſufficientem apparere, quare etiam pro nunc ſubter ſponſione prætacta deliberavimus contentari, niſi tibi eiſdemque tuis conſiliariis aliud videtur opportunum ſuper certitudinem pleniorem, quam magnificentiæ tuæ committimus diſponendi. Prætereà præfato Bernardo injunximus aliqua tibi de & ſuper ambaſſiata per ſereniſſimum principem dominum HENRICUM regem Angliæ & dominum Hyberniæ, fratrem noſtrum cariſſimum, nobis miſſa, propalare.

Datum Paduæ VIII. die Februarii, anno MCCCCII. regni vero II.

EPISTOLA LVI.

Illuſtriſſimo principi domino MARTINO regi Aragoniæ, & conſanguineo noſtro cariſſimo.

Scribit in gratiam Alberti de Merunck provincialis ordinis B. Mariæ domûs Theutonicorum.

RUPERTUS, &c. Illuſtriſſimo principi domino MARTINO eadem gratia regi Aragoniæ, Valentiæ, Majoricæ, Sardiniæ & Corſicæ, comitique Barchinonæ, Roſſilionis & Ceritaniæ, conſanguineo ſuo cariſſimo, ſalutem, & ſinceræ dilectionis conſtantiam. Anno 1404.

Illuſtriſſime Princeps, expoſuit nobis venerabilis CUNRARDUS *de Egloffſtein* ordinis fratrum Hoſpitalium Beatæ MARIÆ Jeroſolymitanæ domûs Teutonicorum per Alamaniam, Italiam, Siciliam, Apuliam, & Romaniam, magiſter generalis, intimus noſter conſiliarius, & fidelis dilectus, quomodo quidam frater FRIDERICUS *de Kirchberg*, qui provincialis fratrum dicti ordinis in regno Siciliæ exſtiterat, ſuis exigentibus demeritis à villicatione ſibi credita deſtitutus, atque in ejus locum frater ALBERTUS *de Merunck* vir, ut dicitur, laudabilis opinionis ſubrogatus exiſtat, & quod prælibatus Fredericus regularis diſciplinæ & obedientiæ immemor, prædictæ diſpoſitioni non obtemperans, prædicto fratre A. expulſo, provincialatum in dicto regno Siciliæ ſibi uſurpare, atque ibidem bona ordinis minùs juſtè diſtrahere & alienare moliatur contra prædicti Conradi generalis magiſtri voluntatem. Verùm quia profectum dicti ordinis, cujus decor obedientia eſt, prout felicis memoriæ noſtræ domûs Bavariæ progenitores affectuoſis favoribus ſunt proſecuti, confovere cupientes, veſtram attentè rogamus ſerenitatem, quatenus inclyto principi regi Siciliæ filio veſtro, cujus officiales prædictum Fridericum in hac

Digitized by Google

parte ſiniſtrè informati fovere nituntur, nec- A non & ipſis officialibus ſcribere velitis, ut prædictum Fridericum in ſua inobedientia degentem tolerare non velint; ſed potius, ut prædicitur, à provincialatu deſtitutum tenere, atque realiter efficere, ut ipſe Fridericus bona ordinis alienata, ſi quæ ſunt, & diſtracta ad ſtatum priſtinum ponat & reducat, & ſi quos eumdem magiſtrum ordinis ad ſuum regnum ambaſſiatores vel fratres contingat deſtinare, quod illos regio more, gratioſo proſequatur affectu, in hoc gratiſſimam nobis exhibebit ve- B ſtra ſerenitas complacentiam, quam dirigere dignetur per longa temporum curricula qui eſt omnium vera ſalus in via ſalutis æternæ.

Datum Paduæ in civitate noſtra imperiali menſis Februarii die XIV. an. Dom. MCCCCII. regni vero noſtri anno II.

Ad mandatum domini regis, Ulricus *de Albeck*, *&c.*

EPISTOLA LVII.

MARTINO regi Aragonum. C

De ſuo in Italiam ingreſſu, & de matrimonio contrahendo inter ducem Johannem ſecundogenitum ſuum, & ſororem regis Aragonum.

Anno 1401. RUPERTUS, &c. illuſtriſſimo principi domino MARTINO eadem gratia regi Aragonum, &c. conſanguineo ſuo cariſſimo, ſalutem & votivorum ſucceſſuum continuum incrementum.

Illuſtriſſime Princeps, cedit in noſtræ mentis applauſum non modicum, quotiens de ve- D ſtra ſanitate corporea ſucceſſibuſque veſtris ad vota felicibus, nova nobis placida nuntiantur. Veſtram ſerenitatem intimiùs deprecamur, quatenus nos inde ad immenſum gaudii cumulum noſtri cordis per intervenientes quoſcumque velitis crebrius eſſe certos, indubitatamque tenentes fiduciam de nobis velle conſilia nova ſcire, nos dum ſinceritatem veſtri amoris & puræ dilectionis conſtantiam conſpicimus, proſequendo tanto ampliori zelo ſerenitati veſtræ præfatam ſoſpitatem quibus benigni Creatoris noſtri grata diſpoſitione nos & dulciſſima E conthoralis noſtra potimur, ſcribi & intimari decernimus, quanto ex his animum veſtrum mutari non ambigimus ad ampliora compendia gaudiorum. Noſcat igitur veſtri ſinceri amoris integritas, qualiter nutu benignitatis divinæ, cujus immenſa pietate reges diriguntur, nos partes Italiæ applicuiſſe ad receptionem noſtri imperialis diadematis, & recuperationem jurium imperii in partibus antedictis ſollicita diligentia laborare deſiderantes, & ſperamus in his votivam obtinere intentionem, Domino auxiliante. Ceterum, princeps & con- F ſanguinee cariſſime, litteras veſtræ ſerenitatis nobis per magiſtrum Job *Wener* in utroque licentiatum jure, prothonotarium & fidelem noſtrum dilectum præſentatas ſanè intelleximus, ex quibus integri veſtri amoris ſinceritatem complectimur, vobis exinde gratiarum actiones quantas poſſumus referentes, adſtringentes nos vice verſa ad quævis veſtræ ſerenitati placita atque grata, & quia placuit veſtræ dilectioni, ut majoris fœderis unio & conſanguinitatis annexio inter ſerenitatem veſtram & nos notetur, tractando de matrimonio veſtræ ſororis cum noſtro primogenito duce LUDOICO, vel ſaltem ſi inter eumdem & filiam regis Angliæ ſponſalia conſummarentur, cum noſtro ſecundogenito duce JOHANNE, & propter hoc aſſignavit diem placiti veſtra dilectio, videlicet Annuntiationem Virginis glorioſæ proximè futuram in civitate Avinionenſi, &c. prout in veſtræ reſponſionis cedula lucidius continetur. Verum quia noſtri oratores, quos ad vos deſtinavimus, modicis effluxis diebus primo ad nos devenerunt ad partes Italiæ, quod ſuper reverſione prædictæ dietæ mittere nullatenus valuimus noſtram ſolemnem ambaſſiatam per iſtas partes Italiæ, tum propter inſultum noſtrorum & ſacri imperii inimicorum & rebellium, per quorum terram & dominium declinari oportet per Alamaniam, tum propter temporis & dilationis modicitatem, quamvis ad hoc eſſemus ſumma diſpoſitione proni & inclinati tractare de certis, & ſpecialiter de matrimonio inter noſtrum ſecundogenitum præfatum, & veſtram inclytam ſororem, cum ſponſalia inter primogenitum noſtrum, & BLANCHIAM filiam regis Angliæ ſint conſummata. Quare veſtram affectuosè rogamus ſerenitatem, taliter prædictum diem placiti continuare & efficaciter prorogare velitis uſque ad feſtum beati Johannis Baptiſtæ proximè futurum. Ex tunc noſtros & ſolemnes ambaſſiatores ad civitatem Avinionenſem deſtinabimus, in quo gratiſſimam nobis veſtra ſerenitas complacentiam exhibebit, voluntatem veſtram ſuper his nobis per præſentem exhibitorem ſignificantes. Inſuper etiam veſtræ dilectionis reverſionem de facto galearum, & præſertim deſideratæ regis Siciliæ conthorali armandarum, quatenus per veſtram diligentiam efficacem poſt ejus traductionem tempore veris modo deſideratis ſervitio mancipare, prout in veſtra cedula continetur, lucidè cognoſcentis, veſtræ fraternali dilectioni non modicum regratiamur, & quia propter cauſas prælibatas veſtram nequivimus de præſenti ſerenitatem ſuper earum indigentiam informare, deliberavimus vobis quantocius poterimus id efficaciter inſinuandum, ſupplicantes grandi cum fiducia ut præconcepti amoris & dilectionis ſincerus affectus, qua nos veſtra ſerenitas perſtringit, nedum in veſtro cordis ergaſtulo, ut ſic recludatur, ſed per continua potius incrementa incaleſcat, prout indubitatam confidentiam de veſtra gerimus ſerenitate, quam Altiſſimus dignetur conſervare per tempora feliciſſimè longæva.

Datum Paduæ in civitate noſtra imperiali, menſis Februarii die XIV. an. Dom. MCCCCII. regni vero noſtri anno II.

Ad mandatum domini regis, Ulricus *de Albeck*, *&c.*

Digitized by Google

EPISTOLA LVII.

Reſponſio regis Aragonum ſuper ambaſſiatam per magiſtrum Job factam, &c.

Anno 1401. EXcellentiſſimo principi domino RUPERTO Dei gratiâ Romanorum regi ſemper auguſto, conſanguineo noſtro præcaro, MARTINUS eâdem gratiâ rex Aragonum, incrementa felicium ſucceſſuum cum ſalute.

Ab Excellentia Veſtra recepimus litteram quamdam, quâ receptâ, & his plenariè vultuque hilari exauditis, quæ peritus magiſter Job *Wener* in jure licentiatus utroque prothonotarius veſter, & ſtrenuus Thomas *de Endiam* miles, veſtri dilecti conſiliarii, & fideles ambaſſiatores ſeu nuntii per imperialem providentiam nobis miſſi, nobis vivæ vocis oraculo dixerunt extenſius in via credentiæ per ſerenitatis veſtræ ſententiam eis in dicta littera attributæ, præſentis tenore eloquii reſpondemus, quod venerunt affectui noſtro gratiſſima, pluſquam poſſumus exprimere calamo, nova felicia, quæ nobis verbotenus explicarunt in maximo hilaritatis tripudio de incolumitate veſtræ præexcellentis perſonæ, conjugis, & liberorum veſtrorum, ambaſſiatores & nuntii veſtri prædicti, humiliter exorantes Opificem ſummum earum, ut vos uxoremque, & liberos veſtros ſupradictos in ea confoveat, ſacrique imperii ſtatum dirigat & augeat de bono in melius, juxta votum veſtrum, quia indubiè credimus cor veſtrum nimiâ hilaritate lætari, quotiens de nobis & regia domo noſtra ſibi nova panduntur lætifica. Veſtræ Excellentiæ culmini nuntiamus, quod per illius gratiam à quo dependet omnium vera ſalus, nos & dulciſſima conſors noſtra, rex Siciliæ primogenitus noſter præcarus, prout per nova recentia ſumus certi, corporum ſoſpitate fruimur. Super aliis autem, excellentiſſime princeps, conſanguinee nobis præcare, quæ ambaſſiatores iidem, veſtri parte nobis, ut prædicitur, retulerunt, reſpondimus ejuſdem excellentiæ claritati, ut continet ſcedula quædam incluſa præſentibus manu propriâ ſubſignata. Per eam quippe & ea quæ ſuper contentis in ea veſtri ambaſſiatores ſeu nuntii referent noſtri parte, ut de nobis edocti veſtræ culminis claritati noſtra intentio clara fiet, cui in cunctis offerimus nos & noſtra.

Datum in loco de Aleura ſub noſtro ſigillo ſecreto xxx. die Septembris, anno à Nativitate Domini MCCCCI. (*a*) Rex antedictus, &c.

(*a*)

RESPONSIONES

factæ capitulis oblatis per ambaſſiatores excellentiſſimi principis domini RUPERTI Dei gratiâ regis Romanorum ſemper auguſti ſereniſſimo domino regi Aragonum pro parte ejuſdem domini regis.

Anno 1402. ET primo ad capitulum primum amicabilem fraternalem, & affectuoſam ſalutationem habentem, quod dominus rex Aragonum ſupradictus petit & rogat ambaſſiatores prædictos, quod ſui parte ſalutent cariori, adſtrictiori & amicabiliori modo quo poſſunt dominum regem Romanorum prædictum.

Ad ſecundum, Quod dominus rex Aragonum ſupradictus ingentem lætitiam habet de corporum ſoſpitate & ſucceſſuum proſperitate felicium, necnon regnorum adeptione pacificâ domini imperatoris prædicti, & filii etiam ejus.

Ad tertium, Quod ſtat & perſeverat ſtrenuiſſimo animo dominus rex Aragonum ſupradictus in oblationem & pollicitationem factam domino imperatori prædicto per dominum regem Aragonum de potentia ſui & regis Siciliæ primogeniti ſui præcari, & omnium regnorum & terrarum eorum.

Ad quartum, Quod acceptat placidè dominus rex prædictus pro ſe & filio ſuo oblationem & pollicitationem factam ſibi pro parte domini imperatoris antedicti, & de ſui & filiorum ſuorum, ac totius imperii ejus potentiâ.

Ad quintum, Quod dominus rex Aragonum non modicum fuit lætatus de ſoſpitate corporum domini imperatoris jam dicti, ſuæque conjugis & omnium liberorum, & per gratiam Dei dominus rex Aragonum memoratus ſuaque conjux, & rex Siciliæ ſupradictus corporum ſoſpitate fruuntur.

Ad ſextum, ſeptimum, & octavum, Quod dictus dominus rex Aragonum fuit non modicum conſolatus, maximamque lætitiam habuit, non ſolùm de acquiſitione pacifica totius ferè Alamaniæ abſque effuſione cruoris, & de brevi acquiſitione, quam de imperii toto reſiduo indubiè præſtolatur: verum etiam de univerſis & ſingulis aliis, quæ augmentum ſtatûs proſperi, & felicis domini imperatoris, & etiam imperialis diadematis tangere videantur.

Ad nonum, Regratiatur dominus rex Aragonum prælibatus domino regi Romanorum jam dicto notificationem quam eſt dignatus facere dicto domino regi Aragonum de ſuo felici introïtu limites Lombardiæ cum multitudine armatorum pro ſubjiciendo ſuo imperiali diademati cuncta quæ ſibi pertineant, & ab imperio detineantur injuſtè, & utinam univerſa recuperet juxta votum, & imperiali dominio à quo ſegregata exiſtunt, reſtituat atque tornet.

Ad decimum, Dominus rex Aragonum ſupradictus habuit facere maximas & intolerabiles miſſiones, à decem annis citra in acquiſitione, reductione, & retentione regni Siciliæ, & exſtirpatione rebellium, qui violentâ tyrannide tenebantur, & tenuerant diutius occupatum, & poſt adventum dicti domini regis à regno prædicto, habuit facere non minores expenſas in reparatione & reformatione regnorum ſuorum, maximè regni Sardinenſis, quod erat in maximo & ruinoſo periculo poſitum, ob quod pro præſenti galeas & naves contentas in prædicto capitulo, etiamſi eis propriâ neceſſitate carent habere, non poſſet, præcipuè in tam

(*a*) Cùm hæc epiſtola reſponſio ſit ad aliam Ruperti ad Martinum regem Aragonum datam anno 1402. conſtat errorem in alterutra epiſtolarum irrepſiſſe.

in tam brevi temporis ſpatio. Impoſſibile namque eſſet ipſas potuiſſe armari, & caſu quo valuiſſent armari, & eſſent poſitæ ſupra mare, nihil vel ſaltem modicum boni operari valerent, conſiderato tempore hyemali, quo galeæ vel marina vaſa remorum nequeunt navigari, tempeſtate marium impellente. Verum quia expectatur dictum regem Siciliæ uxorari, concedente Altiſſimo, infra breve, cujus uxor ſibi in.... vere proximè inſtanti portabitur, & armabuntur pro ejus ſervitio decem vel undecim circa galeæ, placet domino regi Aragonum, & dabit operam efficacem, quod poſita & relicta dicta regina Siciliæ in manibus uni è ſuis, galeæ jam dictæ, ad dicti domini imperatoris accedant ſervitium, & ſint ad ſuæ libitum voluntatis adhibitæ cum cautela & modis quod pax inita cum Januenſibus & Piſanis ac aliis per reges Aragonum prædeceſſores ſuos memoriæ recolendæ, & per eum rumpi non valeat. Si autem dominus rex Romanorum prædictus armare decreverit faciliores expeditionis prætextu galeas vel naves in dominio domini regis Aragonum prælibati de pecuniis propriis, vel de dote, caſu quo matrimonium fiat inter infantiſſam ſororem ſuam & filiam domini imperatoris prædicti, in hoc caſu præſtabit conſenſum dictus dominus rex, quod in ſuo dominio valeat dominus imperator jam dictus armari facere galeas & naves in ſui ſervitium deputandas, licèt nec prædeceſſores ſui, nec ipſe dominus rex alicui principi quantumcumque conjuncto talia voluerint nec conſueverint conceſſiſſe; ſed ob affectionem prægrandem, quam ad dominum imperatorem prædictum gerit dominus rex prædictus, ad iſta conſentiet ſummo velle.

Ad undecimum, Ex parte dicti domini regis negotium erit ſecretum quantum fieri poterit per naturam.

Ad duodecimum, Habet contenta in eo dictus dominus rex valdè gratiſſima.

Ad decimum-tertium, Dominus rex Aragonum ſupradictus, jam ante adventum ambaſſiatorum domini imperatoris jam dicti, miſit ad regem Caſtellæ, & infantem Ferdinandum ejus fratrem, nepotes domini regis prædicti, quemdam nobilem virum conſiliarium & camerlengum ſuum notificando regi & infanti jam dictis gradum conſanguinitatis, quo cum domino rege Romanorum junguntur, cùm ſint filii ſororis ex utroque latere domini regis jam dicti, quorum regis Caſtellæ & infantis mater erat conſobrina germana domini imperatoris jam dicti, filiaque cujuſdam ſororis matris imperatoris ejuſdem, rogando & animando regem Caſtellæ & infantem prædictos ad una placita domini imperatoris jam dicti. Et cùm dux Mediolani diebus non longè exactis miſiſſet ad dominum regem certum nuntium, rogando eumdem dominum regem, ut in ſui dominio aliquas permitteret armari galeas, id dictus dominus rex ſibi denegavit expreſsè, & recedendo nuntius idem à præſentia dicti domini regis, ad dominum regem Caſtellæ acceſſit confeſtim, & illico dictus dominus rex Aragonum ſcripſit nobili ſupradicto, quem ad dominum regem Caſtellæ tranſmiſerat, ut ſe opponeret totis conatibus ad impediendum nuntium ducis Mediolani jam dicti, & exhortandum & rogandum dictum regem Caſtellæ, ne dicto duci aliquod juvamen impendat, vel de regno ſuo aliqua neceſſaria habeat, quin immò nuntio ſupradicto de omnibus expreſſam præbeat negativam, & finaliter eſt intentionis dominus rex Aragonum ſupradictus dicto domino imperatori aſſiſtere auxiliis, conſiliis, & favoribus, ut ſibi promiſit, non ſolùm de ſe & de rege Siciliæ filio ſuo, immò etiam de omnibus illis, quos ad ſe poſſit adtrahere, & faciet poſſe ſuum, quod in ejus auxilium trahat & habeat regem Caſtellæ, & infantem fratrem ejus prædictos, aliosque reges Hiſpaniæ, & quod inter dictum dominum imperatorem, & prædictos reges Hiſpaniæ ſit liga & unio, tam in factis Eccleſiæ, quàm in quibuſcumque aliis. Nam ex hoc ſequetur tranquillitas, tam in Eccleſia, quàm in ceteris mundanis negotiis, & iſtud jam pollicitus fuit prædictus dominus imperator ſecundum memoriale datum Johanni de Valterra ambaſſiatori ad prædictum dominum imperatorem ex parte domini regis Aragonum nuperiùs miſſo. Et affectat dominus rex prædictus, quod jam dictus dominus imperator viſitaret regem Caſtellæ & infantem fratrem ſuum per ſuos ambaſſiatores citius quo fieri poſſet, nam ipſe rex Caſtellæ & infans frater ſuus poſſunt juvare non modicum dominum imperatorem jam dictum de armigeris gentibus, navibus, galeis armatis in numero ſatis amplo.

Ad quartum-decimum & ultimum reſpondetur pro parte domini regis Aragonum, quod placet ſibi tractare de matrimonio ſuæ ſororis cum duce Ludoico primogenito imperatoris jam dicti, caſu quo matrimonium tractatum inter ducem prædictum & filiam regis Angliæ aliquo modo, vel caſu viribus non ſubſiſtat: caſu verò quo ipſum matrimonium compleatur, domino regi placet, ut majoris fœderis unio, & conſanguinitatis annexio inter prædictum dominum imperatorem & regem Aragonum innitetur & nodetur, tractetur matrimonium ipſum cum duce Johanne ſecundo-genito ſuo, dum tamen dominus imperator jam dictus, dictum ſecundo-genitum ſuum hereditet & reddituet, quod ſtatus dicti ducis Johannis & dictæ ſororis domini regis prædicti valeat honorabiliter ſuſtentari, doſque ſua etiam obligari & recuperari, ſi dotis reſtitutioni locus eſſet, & placet dicto domino regi, quod ad iſta tractanda aſſignetur dies feſti Annuntiationis Virginis glorioſæ menſis Martii proximè venientis in civitate Avenione, & dominus rex prædictus ad dictam civitatem Avinionem mittet ambaſſiatores ſuos die ſuperius aſſignata. Rex Aragonum.

EPISTOLA LVIII.

Ut inſiſtat apud regem Caſtellæ ad procurandum ei auxilium.

Anno 1402. ILluſtriſſime Princeps, conſanguinee noſter cariſſime, concepimus etiam gratiſſimam veſtræ ſerenitatis diligentiam erga illuſtriſſimum principem regem Caſtellæ & infantem ejus germanum, qua eiſdem ſignificaſtis conſanguinitatis vinculum, quod inter nos & eoſdem exiſtit: exhortando, ut attentâ carnalitatis affectione, nobis auxiliis & favoribus opportunis aſſiſtere dignetur, & quia tamen, ut perſuadet veſtra ſerenitas, de præſenti propter cauſas expreſſatas, noſtram ſolemnem ambaſſiatam ad eoſdem deſtinare non valentes, deliberavimus præconcepto feſto beati Johannis Baptiſtæ id faciendum, vobis fiducialibus ſupplicantes, quatenus veſtris monitis & exhortationibus apud prædictum regem Caſtellæ ejuſque fratrem velitis inſiſtere realiter, ut inceptæ affectionis favore noſtram perſonam proſequatur, ſicut volumus eſſe eiſdem ſinceræ dilectionis nexibus conſtricti.

EPISTOLA LIX.

Magnifico Jacobo de Pratis conſanguineo noſtro ſincerè dilecto.

Gratias agit de ſingulari affectione, rogatque ut fidum ſibi aliquem mittat, cum quo de ſuis negotiis tractare poſſit.

Anno 1402. RUPERTUS, &c. Magnifice conſanguinee noſter, ſincerè dilecte, litteras tuas nuperrimè nobis per magiſtrum Job in utroque jure licentiatum, prothonotarium ac fidelem noſtrum dilectum, quem ad illuſtriſſimum principem conſanguineum noſtrum cariſſimum regem Aragonum direximus, deſtinatas gratè recepimus: admodum tibi regratiantes de ſingulari tua affectione, quam ad nos & ſacrum Romanum geris imperium; ac proinde cordi nobis eſt, ut tuam perſonam regiis favoribus proſequamur, nihilominus te exhortantes, ut in propoſito ſinceræ dilectionis præconcepto indeſinenter remanere velis, prout indubitatam de te gerimus fiduciam. Verùm quia eaſdem tuas litteras, paucis effluxis diebus recepimus, ut noſtram ambaſſiatam ad te deſtinare nullatenus poſſemus, non per iſtas partes Italiæ propter inſultum noſtrorum inimicorum; non per Alamaniam, propter temporis modicitatem. Quare deſideramus attentè, quatenus aliquem tibi fidum de intentione tua ſufficienter inſtructum ad nos deſtinare velis quantocius poteris, cum ſine periculo & inimicorum inſultu noſtram melius valeant tui accedere præſentiam, ex tunc plenariè cum eodem de ſingulis tractabimus, qui te finaliter de noſtra intentione pleniſſimè poterit informare, & quia experientia de tuæ affectionis

A conſtantia edocti novimus te cordis cum tripudio jocondari, quotiens noſtræ ſublimitatis votivam ſoſpitatem percipis. Idcirco te ſuper his novellari cupientes, tibi ſignificamus, nos ac deſideratam noſtram conthoralem, laus Deo, perfecta mentium & corporum ſoſpitate gaudere, ſtatumque noſtrum in iſtis partibus Italiæ admodum proſperari, deſiderantes ſæpius de tua, tuorumque ſucceſſuum votivorum proſperitate crebrius per quoſcumque currentes informari.

B Datum Paduæ in civitate noſtra imperiali die XIV. menſis Februarii, anno MCCCCII. regni verò noſtri anno II.

Ad mandatum domini regis,
Ulricus *de Albeck.*

EPISTOLA LX.

Andreæ de Marinis Veronenſis ſereniſſimo & ſuperilluſtriſſimo principum, & glorioſiſſimo domino domino RUPERTO divinâ favente clementiâ digniſſimo regi Romanorum & ſemper auguſto. C

Laudatâ ejus erga viros litteratos propenſione, præclara ei dat monita, ut intranti Italiam ei fauſta ſuccedant omnia.

IMperialem apicem, tuas ſacratiſſimas aures, auguſte ſereniſſime, vocibus meis attingere non vereor: de clementia tua confiſus, deque mea devotione in tui nominis gloriam ſatis tutus: præcipitium enim temeritatis videretur abſolutè ad dominum mundi verba D facere, & ex inpræparato venire, niſi adeſſet illa ingeniorum fiducia, quæ animos ſæpius æquavit maximos, quando & eſt aliquid in hominibus quod vel ſuſpendere efficacius poſſit animum, vel attentius demulcere auditum inter tot & tanta negotia; cum tu ſolus verſeris vice ſuperni regis inferiora contemplans, & motui conſono ſis cuncta daturus. Operæ pretium tamen erit, Rex benigniſſime, cum univerſa percurreris ingenia, quid poſſint in re quaque ſentire. Nullum imperatorum orbis E præteriit ingeniorum notitia, quæ à majoribus regnorum omnium ſtabilimentum credita eſt, ait namque Livius: Dum nullum faſtiditur genus in quo eniteret virtus, crevit Romanum imperium; ſed heu! temporibus noſtris deſerta virtus eſt; litteræ jacent, jacent ingenia, & non eſt qui ſuper illis advertat. Cariſſimos habet hæc ætas reges & principes qui litteras norint, vel noſce cupiant. Ergo quis digna merita reddet ingeniis, niſi tu piiſſime, & omnium modernorum principum litteratiſſime? F Queri poſſumus, & dicere illud à Petrarcha temporibus ſuis deploratum, Reges noſtri de volatu avium & ſaporibus epularum ſe cognoſcunt, de ingeniis autem judicare non poſſunt, quæ itaque virtus poteſt aſſurgere, ſi ſurdis canitur, ſi gloriæ ſtimulus ingens honor deficiat, quia (ut refert Cicero) Honos alit artes, omneſque accenduntur ad ſtudia gloria. Equi-

Digitized by Google

dem effectum eſt, ut cum aſcendit thronos inſipientia, tunc ſapientes inauditi ſunt, ignorántia complevit omnia, & da veniam, quæſo, aſini diademata poſuere, & faſces portavere jumenta, divina pariter & humana uno temeritatis auſu profanata ſunt, dereliquit terram juſtitia, crevit ambitio, efferavit credulitas, fraus apretiata eſt, virtus tamquam amentia pertractata, & ſinceritas ad ludibrium reputata, & ſic iſta nunc cæcus mundus ægre aſpicit in ſua inſania, quæ in ſanitate oculatus ignoravit ante videre. Quamobrem adeo vitiis inveteratis mos conſentit, ut ferro durata cutis extruſcanda ſit protinus, & reformanda orbis terrarum & totius Romani imperii facies deformata: ita ut affore difficilius pene crediderim diſtricta reformare poſſe, quam ad reſtitutionem uſque refondare dejecta. Et opus divinum & verè Cæſareum effeceris, cum quodcumque virtute tibi innata moderatum debito traxeris, quod jure boni extollantur, & pravitas deprimatur. Verùm in magnanimitate tua ſpes eſt, quaſi confiteatur mundus uno ore, cœli dominum pro te eſſe, qui tibi animi quamdam ingenitam & invictam magnitudinem contulit, at dico, cui magno, ut inquit Seneca, nihil magnum. Nam olim quorumdam imperatorum ſumma principia rerum magnitudo deterruit, & cum mens Cæſarum ſe debuit amplius erigere ad ardua, quam deſperato tale obtorpuit, & aquilas unde advexerant ignominioſe retulerunt. Non iſta in geſtis tuis adveniant, imperator, tibi verò colendus ſit & incolendus orbis Italicus, verum fundamentum & certa ſedes imperii, ubi & ſi acres viros, ſi & feroces animos, ſi & varias tua ſapientia comprehenderis voluntates, magis inſiſtendum, ut inde majores triumphos gloriæ majeſtas imperatoria referat, unde duriores habuit expeditiones & bella. Romani enim imperii jura tunc ſunt in armis cum rebellium protervia, non ſivit illa fore ſub legibus, nec ab re putare debes minimum illam provinciam tibi ſubigere poſſe, quæ ſola ſubegit univerſum orbem terrarum: at hinc illa tui invicti & triumphantis animi debet magnitudo monſtrari, & in hac malis emori conſtantia, quam vel arma retractare pro tempore, vel prorſus cœpta deſtituere. Scimus namque ſub quibus divis imperatoribus olim Romanum imperium ignavia illorum adnihilatum eſt, & ſub quibus etiam ſumma armorum diſciplina adauctum exſtitit. Namque ita jacuit, ut in tam arduo conſtitutum eſſet, ut hodie quaſi dicere poſſumus, ut in quadam epiſtola ait idem Petrarca, eſſe imperium quidem nomen inane, niſi quod nuper divinitùs ſub enſe tuo poſitum ſpem grandem præfert mortalibus aſſurgendi, in qua re veri conjectum ſimilis datur imperii nomen adhuc eſſe quidquam magnum. Purpura evaſit ab ergaſtulo, quem inopem adhuc non, venerandumque tamen ſi hoc tempore par ſit principi qui detractat, tam nuditas dehoneſtat, quàm frons verenda & facies auguſtalis eumdem illuſtrent.

A Nemo eſt compos ſui, qui ignoret jus gentium mundi eſſe in imperio, & leges in ſcrinio pectoris imperatoris, atque in Italia magis quàm uſquam ea obſervata & exculta. Propterea Italiam tene, cum qua facile tibi reliquias omnis imperii ſacri ſubjicias, & ſine qua nemo feliciter potitus eſt imperio. Et ſi rebellantium forſan malignitate otius tibi non ſucceſſit, ne propterea diffides ipſam tum à te juſto marte confractam, tum colliſione inter ſe poſſidentium ac populorum tandem ſub tua diB tione perventam tamquam ad altam ſpeculam, ad quam omnis intuitus eſt defigendus. Sic verò in orbe tua juſtitia certa atque ſincera eſt, ut nullus ſit qui neſciat, ſi obſtiterit, obſtare ſe tuis armis indirecta conſtantia, quam denique neceſſe erit convertibilem fieri; ſolent namque ut plurimum res quando ſunt adverſæ in propriam conſcientiam minus durabilitatis obtinere, & quamvis animoſiſſimas fert gentes Italia, tamen eſt quod ſubactæ vi vel C ratione moderari ſe patiantur, & moderantis imperio quando juſtitiæ ſtatera non pendeat, & quando ſola virtus amatur, maximeque clementia opus eſt in Italicos, naturaliter enim Italus indulgentiâ fit melior. Quapropter ſi animadverteris in quoſpiam grandia geſta tua, Italus exequatur in Italum, ut ſuo proprio piaculo ſeſe ipſi conficiant, nam ſi Germanicis tuis, vel aliis gentibus res committeretur, quia naturale eſt in exteros ſemper Italiam ferveſcere, diſcernueris verendi parabis occaſionem. Sunt qui hæc & alia plura ſuggerunt conſultius, & D ſenatum tuum compoſueris ex puriſſimis viris Italiæ unà cum Germanicis qui tuo aſſiſtunt lateri, ſi quæ etiam felicibus auſpiciis obſecundare ad votum cœpta deſideras, nullus famoſus Italiæ, quæſo, tibi maneat incognitus, ſive princeps ſit, ſive peritus, ſive militaria gerat negotia, atque quos in inſtanti non poſſis obligare ſervitio, ſtudeas lenire benevolentia, & Romanorum rex tu Romanum ex priſcis animum induito. Julius Cæſar quotiens ſcripſit ad exteros, quotiens ſalutavit amicos ex caſtris, & E quotiens ſcripſit illis ſuos bellorum ſucceſſus? Advolent per Italiam frequentes Cæſareæ epiſtolæ. Majeſtatem enim quamdam præferent Altitudinis tuæ. Quod ſi efficaciam nonnumquam habere non poterunt, animos ſaltem movebunt. Quem autem meritò movere non debeant? quis tam immitis, qui viſis notis Cæſareis, ſtatim non emolliatur benignitate? à quo majore ſperare quemquam licet merito virtutum, niſi à te Cæſare noſtro? quis daturus eſt præmia victoribus in terris, niſi tu ſolus F alter terrenus deus, ut verbo utar Quintiliani? Quis illud Lucani dictum Cæſareum veriùs poteſt dicere, quàm tu: Ego ſum cui dare licebit quæ reges populique tenent? Circumſpice tua mente altiſſima, non deerunt viri, neque conſilia ex florentiſſimo Venetorum cœtu; ea reperies ex cordatiſſimo illo Carrigero Patavino, verè qui evaſit ad hæc tempora, altum & ſingulare decus heroum Italiæ, & ex ſumma induſtria populi Florentini & aliorum, quos ad

Digitized by Google

te impoſterum ſciveris evocare. Ad hæc quoque maximè facit pro celebritate rerum tuarum gerendarum rumor ille celſi conjugii ex liberis tui & regis Angliæ nuper contracti; quod ſi Anglos, bellicoſiſſimum genus, accitos ad tuas clientelas attraxeris, validum robur futurum erit pro patribus tuis, ut vulgò affirmatur, ſicque dum urgentiùs multa agitaveris, cum indeſinenti ſollertia & ſucceſſus præparabuntur velut ad parturiendum, & proximior cum compendio victoriæ eventus reperietur. Hoſtis quippe minus advertit quæ circum ſe ordiuntur, à longe cum intentus cogitur proximioribus jacturis occurrere. Illa quæque tibi Germaniæ pars favet, ſæpiſſimos noſcat actus tuos vel victorias, eamque in procinctu conſtituas, ut etiam ad deſcenſum in Italiam, ut minaris, videatur, ſi te proſpere geſſeris cum his armigeris, quos circa montes habebis, vel ſtatim ad ſuccurſum accelerare poſſit, ſi quod avertat Deus expeditionibus tuis frontem ſiniſtram fortuna converteret. Moras itaque tolle in cunctis, quia, mihi crede, cautior fit hoſtis mora, & omnis ſubita irruptio in hoſtem ex vi tremoris amplius ſuperat; confuſionis enim celeritate vix vacabit opus. Conſilio vicem jam tandem ut finiam garrulus ego conſultoris accepi, Rex glorioſiſſime, & impudentiam accuſare meam apud ſereniſſimam majeſtatem tuam, ſi ambitionis magis quàm devotionis cauſa moverer. Sed Deum teſtor atque homines cunctos in oculis tuis, Rex clementiſſime, non tam præfatum me ſuperiora ex gratia quam ſperem à te, aut exoptem, quam ex gloria immenſæ virtutis tuæ, & totius ſponſæ tuæ Italiæ languentis bono publico, pro qua etiam plura dicturus eram, ſi ex principibus minus litteratis unus fuiſſes, quoniam majori verborum & exemplorum monitore illi eſſent informandi, utpote qui pauciora quàm tu, vel vidiſſent in libris, vel audiviſſent ex geſtis. Ergo viſum eſt ſupra tuam ſapientiam non inculcare ampliora, quia intelligens facilè colligit plurima ſemper ex minimis, fideque dicta accipias quæ ego puſillus homuncio minimus ſervus tuæ ſublimitatis effudi, ad tuos pedes humillimâ mente proſtratus, & ſi quod faſtidivit in benigniſſimis auribus tuis verboſa mea concionatio, parcere digneris, & cantilenæ his annexæ hauſtum accipias ſerenus vultu, ſicuti cunctis eſſe ſoles, qua delere ſupportata queas tædia, & demum Rex ille regum ineffabilis Deus ſtabiliat ſolium tuum, & præſtet tibi per ſui gratiam ad opus chriſtianitatis & fidei catholicæ de omnibus nationibus per longa tuæ vitæ curricula feliciter triumphare. Vale.

Datum Venetiis VI. Martii.

Tuæ victorioſæ majeſtatis minimus ſervulus Andræas de Marinis Cremonenſis.

EPISTOLA LXI.

Regi Angliæ.

Gratias agit de oblato armorum ſubſidio, quod interim in Anglia retineri rogat.

Illuſtriſſimo & inclyto principi HENRICO Dei gratiâ Angliæ Franciæque regi, & domino Hyberniæ, fratri noſtro cariſſimo RUPERTUS eâdem gratiâ Romanorum rex ſemper auguſtus, in utriuſque hominis ſoſpitate ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum. Anno 1402.

Illuſtriſſime princeps, & frater cariſſime; celſitudini veſtræ deliberatiſſima tam grandis ſubſidii nobis impartiendi oblatione promtiſſimaque ejuſdem oblationis in duorum millium arteriorum cum ſumtione effectuali executione, gratiarum quas poſſumus referimus actiones, perinde habentes omnino, ac ſi præfati veſtri arterii lateri noſtro victorioſè adſtitiſſent, parati etiam vice verſâ quibuſlibet veſtris beneplacitis totis noſtris conatibus condeſcendere. Verùm quia etiam ex cauſis ſublimitati veſtræ alias per nos intimandis ab Italiæ finibus ad Germaniæ partes declinamus, & ideo dictorum veſtrorum arteriorum auxilio pro præſenti in dictis Italiæ partibus non egemus, deprecamur obnixius quatenus eoſdem arterios veſtra dilectio ad propria velit revocare, uti etiam ipſorum capitaneo per veſtram ſerenitatem deputato ſcripſimus ad Angliæ limites reverti debere.

Datum *Brunecke* XXIV. menſis Aprilis, anno Domini MCCCCII. regni verò noſtri anno II.

Ad mandatum domini regis,
Job *Vener*, &c.

EPISTOLA LXII.

Capitaneo copiarum regis Angliæ.

Ut ad propria revertatur.

RUPERTUS, &c. Nobilis & egregie capitanee, ſcripſimus illuſtriſſimo principi domino HENRICO regi Angliæ & *Franciæ*, ac domino Hyberniæ, fratri noſtro cariſſimo, prout in copia præſentibus incluſa continetur. Deſideramus itaque, quatenus cum tibi commiſſorum arteriorum comitiua ad propria pro præſenti velis declinare, gratiarum nihilominus actiones ſerenitati tuæ poſſetenus referentes, ac ſi juxta dicti illuſtriſſimi principis ac fratris noſtri imperiali noſtro conſpectui & auxilio te cum comitiva effectualiter præſentaſſes, parati inſuper votis tuis ſingulariter complacere. Anno 1402.

Datum *Brunecke*, *ut ſuprà*.

Ad mandatum domini regis,
Job *Vuener* utriuſque juris doctor.

EPISTOLA LXIII.
Regi Angliæ.

De matrimonio BLANCHÆ *regis Anglorum filiæ cum* RUPERTI *imperatoris primogenito.*

Anno 1401. ILluſtriſſimo principi HENRICO Dei gratiâ regi Angliæ & Franciæ, & domino Hyberniæ, fratri noſtro cariſſimo, RUPERTUS eâdem gratiâ Romanorum rex ſemper auguſtus in utriuſque hominis ſoſpitate fraterni amoris vinculum ampliari.

Illuſtriſſime princeps, frater cariſſime, optata dudum noſtris deſideriis dies quam fecit Dominus advenit, qua ſacro conjugali nexu illuſtris & magnifica BLANCHIA veſtræ celſitudinis filia, nuruſque noſtra dilectiſſima primogenito noſtro prædilecto tantâ fuit ſolemnitate matrimonialiter copulata: ſed tunc verè dies lætitiæ nobis principaliter illuxit, cum noſtro conſpectui ſe radius ille miræ pulcritudinis præſentavit, cujus utique moris venuſtas, & corporis habitudo præclara generoſitatem tantæ excellentiæ abſque alio adminiculo ſufficientiſſimam demonſtravit. Quid plura claret in inclyta prole veſtra & cum ea regali magnificentia tantarum & pretioſarum copia rerum, quibus eam veſtra ſublimitas decoravit, hæc eſt illa perpetui amoris cauſa tam efficax, ut fraternæ caritatis virens plantula in generatione & generationem ſuos palmites diffuſiva. Reſtat igitur, princeps, extollere de memoria abundantiæ ſuavitatis hujus eructatæ, dictamque noſtram nurum filiali dulcedine à nobis & inclyta conſorte noſtra pertractari. Ex illa quippe hora eamdem meritò recepimus in noſtram. Ceterum ſuper receſſu noſtro de Italiæ partibus, & de circumſtantiis noſtri ſtatûs, harumque Germaniæ partium, & aliis occurrentibus ſolemnes oratores noſtros deſtinare intendimus in brevi, veſtram regiam celſitudinem plenè informaturos, quam Altiſſimus dirigere & tueri dignetur in longævum.

Datum *Heydelberg* die XXII. menſis Julii, anno Domini MCCCCII. regni verò noſtri anno II.

Ad mandatum domini regis,
Job *Vuener* utriuſque juris doctor.

EPISTOLA LXIII.
LUDOVICI comitis palatini Rheni HENRICO Anglorum regi.

Sibi ipſi gratulatur de adventu uxoris ſuæ filiæ regis Angliæ.

Anno 1402. ILluſtriſſime ac glorioſiſſime princeps & domine metuende, poſt humilem pronumque obſequendi affectum, ſerenitati veſtræ ſignifico, quod mox intellecto illuſtrem & magnifi-A cam dominam BLANCHIAM veſtræ celſitudinis filiam tunc ſponſam, nunc verò conjugem meam dulciſſimam maria ſolemni apparatu transfretaſſe, in his quæ dicta ſunt mihi lætatus ſum, tunc autem vero præ gaudio exultaverunt omnia interiora mea, cum ſe facies illa tam ſpecioſa præ filiabus hominum mihi ad faciem præſentavit; fulget namque in ea nedum Anglicana, ſed angelica figura prælecta, cujus vultum utique deprecabuntur omnes divites plebis. B Unde amore ego præ ceteris languens ſolo relatu à pluribus jam temporibus citra ex animo concupivi ſpeciem ſuam: nec fruſtra, quoniam deſiderium cordis mei tribuiſtis mihi, & voluntate labiorum meorum non ſum fraudatus. Itaque, princeps ſereniſſime, gratiarum ad plenum actiones pro tam copioſo & ſingulariſſimo munere mihi licèt immerito ſupernâ diſpoſitione reſervato, & à regali excellentia deſtinato reſcire non valeo, ſed meipſum, & quidquid poſſum, regiis veſtris deſideriis atque juſſibus, omnino ſubjicio, C præfatam amantiſſimam conſortem meam juxta rei exigentiam omni quâ potero dulcedine tractaturus. Ceterum invictiſſimus dominus & genitor meus, ſereniſſimaque genitrix, & tota eorum proles, laus Altiſſimo, corporum fruuntur ſoſpitate. Id etiam frequentiùs de veſtra regali celſitudine, & inclyta domo veſtra, quam Omnipotens proſperis dignetur dotare ſucceſſibus ex intimis percipere cupientes.

Datum *Heydelberg* die XXII. menſis Julii, anno Domini MCCCCII.

D EPISTOLA LXIV.
Noſtris & ſacri imperii fidelibus dilectis burgimagiſtris, conſulibus, totique communitati oppidi Sancti Trudonis.

Laudat eorum erga imperium obſequia, eiſque poſtulata concedit.

RUPERTUS, &c. Fideles dilecti, nobilis fidelis ac dilecti ſororii noſtri Johannis Lantgravii *de Luehtenberg* ſignificatione didicimus, qualiter ad nos, noſtra, & ſacri imperii Romani negotia obſequioſis affectibus proſequenda veſtra fidelitas totâ ſinceritate aſpiret. Anno 1402. E Quapropter dignum cenſemus & congruum, ut deſideriis veſtris gratiarum & favorum beneficiis occurramus. Petitiones itaque veſtri pro parte nobis oblatas ad exauditionis gratiam admittentes, eamdem fidelitatem veſtram, de qua indubitatam fiduciam obtinemus, obſecramus attentiùs, requirentes ut laudabile probitatis veſtræ propoſitum, ſicut nunc ſincero geſtatis affectu, ita ſuo tempore F ad debitum curabitis effectum perducere, quemadmodum dicti noſtri ſororii recommendatio magnifica nos fecit de his ac majoribus veſtræ probitatis affectibus pariter & effectibus fiducia plena præſumere, quibus vice verſa regia majeſtas uberioribus beneficentiis generoſis erit, & bene meritò reſpondere parata.

Digitized by Google

Datum *Nurembergh* v. die menſis Septembris, anno Domini MCCCCII. regni verò noſtri anno III.

EPISTOLA LXV.

Ejuſdem argumenti.

Anno 1402. RUPERTUS, &c. Fideles dilecti, nuntiante nobis nobili Lantgravio *de Luchtenberg* ſororio & conſiliario noſtro dilecto, ſinceritatem fidei veſtræ, quam ad nos & ſacrum imperium inviolabili conſtantiâ devotè ſervetis, benevolentiamque exhibitionis veſtræ promtitudinem ad ea quæ ſerenitati noſtræ grata & ſacro imperio proficua demonſtrantur, commendabilem virtutum probitatem grato recipimus, ſicut bene dignum eſt auditu, propter quod & parati fuimus votis & precibus veſtris per nuntium prædicti Lantgravii nobis oblatis gratanter annuere, & in futurum perſeverante erga nos fidelitatis veſtræ ſicut omnino confidimus, firmitate, opitulante Altiſſimo ad proſequendum commodoſa vobis & utilia eſſe volumus promtiores.

Datum *Nuremberg* die v. menſis Septembris, anno Domini MCCCCII. regni verò noſtri anno III.

Per dominum R. epiſcopum Spirenſem cancell.

EPISTOLA LXVI.
Regi Angliæ.

Petit ab eo ſalvum conductum pro Johanne Svuartzen.

Anno 1402. EXcellentiſſimo & inclyto principi HENRICO Dei gratiâ Angliæ Franciæque regi, ac domino Hyberniæ, RUPERTUS eâdem gratiâ rex Romanorum ſemper auguſtus ſalutem, & fraternæ dilectionis votivum incrementum.

Sereniſſime Princeps, frater noſter cariſſime, nonnullorum veridicorum concepimus relatione Johannem *Svuartzen* fidelem noſtrum dilectum multos in veſtro regno Angliæ habere debitores, quodque propter onera debitorum inibi ſibi incumbentia, à prædicto veſtro regno, ut hujuſmodi ſua debita à ſuis obligatis exigere, ac ſuis creditoribus ſatisfacere valeat, ſe certis de cauſis alienare ſit compulſus. Quare fraternitatem veſtram intimiùs deprecamur, quatenus ut idem fidelis noſter Johannes *Svuartzen* veſtrum intrandi & exeundi regnum liberam habeat facultatem pro vobis & regni veſtri indigenis, ſalvum & ſecurum eidem per veſtras litteras conductum, ut ſua expetere credita, & extenuare poſſit debita, noſtri contemplatione, dare velitis in hoc ſoliti fraterni favoris nobis indicium exhibebit veſtra ſerenitas, quam illæſam & votivis ſucceſſibus proſperam conſervare dignetur qui ventis & mari imperat CHRISTUS JESUS.

Datum *Nuremberg* XXIV. menſis Decembris, anno Domini MCCCCII. regni verò noſtri anno III.

Ad mandatum domini regis, Ulricus *de Albeck*, &c.

EPISTOLA LXVII.
Regi Angliæ.

Gratulatur ei de reportata in Scotos victoria, ac de numeroſa prole.

Anno 1403. EXcellentiſſimo & ſereniſſimo principi HENRICO Dei gratiâ Angliæ Franciæque regi, & domino Hyberniæ, fratri noſtro cariſſimo, RUPERTUS eâdem gratiâ Romanorum rex ſemper auguſtus ſalutem, & jucundis ſucceſſuum incrementis proſperari.

Sereniſſime princeps, frater noſter cariſſime, excellentiæ veſtræ litteras per egregium militem noſtrum Johannem de *Hirſzhorn*, & Ulricum de *Albeck* decretorum doctorem noſtrum prothonotarium, conſiliarios & fideles noſtros dilectos, ac Georium *Sentlinger* veſtrum ſcutiferum nobis ſucceſſivè deſtinatas, affectione ſincerâ recepimus, & ipſarum penſatâ continentiâ litterarum, votivum ejuſdem ſtatum & ſerenam victoriæ de veſtris inimicis Scotiæ gentis fortunam intelleximus, quæ cor noſtrum deſiderato lætitiæ ſalutaris refrigerio conſolarunt. Unde, frater cariſſime, attento indiſſolubilis cordialis dilectionis inter nos conjunctæ vinculo, quâdam debitâ viciſſitudine vobis cum jocunditate congaudemus, & congaudendo jocundamur, & ſicut nobis ad immenſæ recreationis non immeritò cedit ſolatium, quotiens de veſtræ ſerenitatis ſtatu proſpera concipimus: ita pari voto hoc idem, deſiderare eamdem nullatenus hæſitamus. Idcirco, excellentiſſime princeps, frater noſter cariſſime, de noſtro ac noſtrorum vos ſtatu novellari cupientes, noveritis, quod annuente Deo, qui eſt omnium vera ſalus, in emiſſione præſentium, nos, deſiderata noſtra conthoralis, liberique noſtri votivâ mentium & corporum viguimus ſoſpitate & floremus, & præſertim veſtræ ſerenitatis filia atque noſtra noſtri primogeniti conſors amantiſſima, quæ ex innata eidem generoſitate in cunctis noſtræ voluntati ſe conformat, adeoque placibilem reddit, ut eam tamquam filiam nativam ſingulariſſimâ affectionis dilectione, ac paterno favore proſequi & perſtringere teneamur. Ceterum, ſereniſſime princeps, frater noſter cariſſime, quantâ affectione & reverentiâ veſtra excellentia prælibatos noſtros ambaſſiatores, quos ad vos deſtinavimus, receperit, ac benignè & honorificè pertractaverit, ne dum ex eorumdem fidelium noſtrorum dilectorum relatione, verùm etiam facti evidentia comprehendimus. Quare grates veſtræ ſerenitati referimus non modicas, eidem grandi cum fiducia ſupplicantes, quatenus ſuper vobis expoſitis per eoſdem oratores noſtros; nos de voluntate & de-

Digitized by Google

liberatione veſtris quantocitiùs poteritis, velitis reddere certos. Significarunt etiam nobis iidem noſtri conſiliarii & ambaſſiatores, frater cariſſime, veſtram ſublimitatem numeroſâ prole fœcundatam, filioſque habere ex innata eis induſtria & univerſa morum honeſtate præclaros, pro quo vobiſcum in participium gaudiorum veſtrorum rapimur; nam nobis & ceteris orbis terræ principibus filii naſcuntur ad gaudium, & ſubditis ad ſalutem, cum ſtatum cujuſlibet regni ſervet & roboret regiæ ſobolis continuata ſucceſſio, per quam provenit populis perpetuata tranquillitas. Unde, frater cariſſime, eoſdem veſtræ ſerenitatis filios & noſtros zelo paterni favoris proſequi cupientes, inter noſtri cordis ergaſtulum adoptatos collocamus, deſiderantes quatenus noſtri contemplatione eoſdem ſalutare velit veſtra majeſtas, quam incolumem & illæſam conſervare dignetur Rex regum & Dominus dominantium.

Datum in civitate noſtra imperiali *Nuremberg* menſis Januarii die VII. anno Domini MCCCCIII. regni verò noſtri anno III.

Ad mandatum domini regis,
Ulricus *de Albeck*, *&c.*

EPISTOLA LXIX.
Martino regi Aragonum.

De miſſa ad regem Francorum legatione, ad ſopiendum ſchiſma.

Anno 1403.

Illuſtriſſimo principi domino Martino Dei gratiâ regi Aragonum, Valentiæ, Majoricæ, Sardinenſi & Corſicæ, comitique Barchinonenſi, Roſſilienſi, & Ceritanenſi, conſanguineo ſuo cariſſimo, Rupertus eâdem gratiâ Romanorum rex ſemper auguſtus, in utriuſque hominis ſoſpitate ſalutem & ſinceræ dilectionis affectum.

Illuſtriſſime princeps, conſanguinee cariſſime, quia ferventi animo inceſſanter de veſtri ſtatûs qualitate ſalubria deſideramus audire præconia, ideo claritatem veſtram obnixius deprecamur, quatenus veſtræ ſerenitatis, inclytæ veſtræ conthoralis, & sereniſſimi filii veſtri, ac totius regiæ domûs circumſtantias, utinam felici ubertate fœcundatas, ſignanter an & qualiter veſtra dilectio dura, ut non ſine mœrore intelleximus, ægritudine agitata, convaluerit, nobis frequenter intimare velitis, ſingulariſſimum per hoc cordi noſtro tripudium cauſaturus. Et quia de noſtrorum proſperitate ſucceſſuum ſublimitatem veſtram æquo animo gratulari non ambigimus, eidem præſentibus ſignificamus perſonam noſtram, dulciſſimam conſortem, & placidiſſimam prolem noſtram corporum, dante Altiſſimo, congruâ potiri armoniâ, ſubditaſque nobis regiones opulentâ pace & requie ſtabiliri. Ceterum, præclare princeps, cùm nil adeo mentem noſtram à longis jam temporibus citra perturbaverit, ſicut ſanctæ matris Eccleſiæ lamentabilis ſciſſura, nos ejuſdem reintegrationi poſſetenus intendentes, illuſtrem Ludovicum Bavariæ ducem, principem & agnatum noſtrum dilectum, nonnulloſque ex conſiliariis noſtris ad illuſtriſſimum principem dominum Carolum Francorum regem in ſolemni ambaſſiata noſtra ſuper hac materia duximus deſtinandos: qui nuper redeuntes ultra ſemeſtre tempus in Francia moram pertraxerunt, nullum tamen à Francigenis in prædicta Dei cauſa determinatum reportavere reſponſum. Dicti quoque Francigenæ ſuis quibuſdam adinventionibus dudum per orbem publicatis, ad Eccleſiæ tamen unionem minus noſtro videre convenientibus adhuc inhærent. Quocirca ſerenitatem veſtram rogamus attentè, quatenus ſi in tanto & tam communi negotio veſtra extollenda prudentia aliquid ſalubre inſpirare Domino cogitavit, aut in futurum vobis contingat deſuper miniſtrari, hoc nobis pro Dei cauſa maturius agitanda communicare velit veſtra dilectio præcipua, cujus perſonam Omnipotens dirigere & tueri dignetur per tempora longiora.

Datum *Heydelberg* XVII. die menſis Maii, anno Domini MCCCCIII. regni verò noſtri anno III.

EPISTOLA LXX.
Jacobo de Pratis.

Ut novitates ſibi ſcribere curet.

Anno 1403.

Magnifice ac potens, conſanguinee prædilecte, ſingulare nobis cedit ad gaudium ſtatûs tui circumſtantias ſalubres auribus noſtris frequentius inculcari. Unde magnificentiam tuam attentè rogamus, quatenus perſonæ & ſucceſſuum tuorum, utinam felicium, vicinarumque regionum novitates ſcriptura dignas culmini noſtro ſæpius velis intimare: dilectioni tuæ ſignificantes, quod, gratia Altiſſimi, nos & dilectiſſima conjux noſtra cum inclyta prole corporum ſoſpitate dotamur, ſubditæque nobis ac vicinæ provinciæ tranquillâ pace fruuntur, prout de his & aliis illuſtriſſimo principi domino Martino Dei gratiâ regi Aragonum, & conſanguineo noſtro cariſſimo latius cum præſentium portitore duximus perſtringendum, quæ ſcripta etiam communicari præſumſimus conſtantiæ tuæ, cujus perſonam Omnipotens dirigere & tueri dignetur in longævum.

Datum, *ut ſuprà.*

EPISTOLA LXXI.
Regi Siciliæ.

Ut ſcribat Achaiæ principiſſæ, ut homines ordinis Theutonicorum ab annuo tributo abſolvere dignetur.

Anno 1403.

Illuſtriſſimo principi domino Ladislao Dei gratiâ Hyeruſalem, Ungariæ & Siciliæ

Digitized by Google

regi, conſanguineo noſtro cariſſimo, RUPERTUS eâdem gratiâ Romanorum rex ſemper auguſtus in utriuſque hominis ſoſpitate ſalutem, & votivis ſucceſſibus proſperari.

Illuſtriſſime princeps, conſanguinee cariſſime, deſideramus ex intimis excellentiæ veſtræ ſtatum, utinam ſalubrem nobis ad gaudium ſingulare frequentius intimari, dilectioni veſtræ ſignificantes, laus Altiſſimo, nos, inclytam noſtram conthoralem, & illuſtrem prolem noſtram corporum ſanitate potiri, noſtraque & ſacri imperii agenda congruâ felicitate diſponi. Ceterum, præclare princeps, intelleximus quod in principatu Achaïæ, veſtræ ditioni ſubjecto, homines ordinis Theutonicorum beatæ MARIÆ, dum princeps dicti principatûs olim à Turcis opprimebatur in relevamen dictæ oppreſſionis cujuſdam annui tributi partem, quo dictus tunc Achaïæ princeps ſe præfatis Turcis obligavit, ſolvere compellebantur: quod quidem tributum, licèt Turcorum oppreſſio ceſſet, adhuc hodie à dicti ordinis hominibus exigitur; unde cum dictus ordo nobis & ſacro imperio ſingulari amoris fœdere ſit adſtrictus, ſitque tam à ſede apoſtolica, quàm à tuo ſacro culmine, magnis libertatibus & emunitatibus multipliciter inſignitus, & homines dicti ordinis capti ſint & abducti, minimè ad dicti tributi partem ſolvendam ſufficientes, ſublimitatem veſtram obnixius deprecamur, quatenus præfati principatûs principiſſæ ſeu dominii ejuſdem ſerioſius ſcribere & injungere velitis, quod amodo ad dicti tributi ſolutionem præfati ordinis homines ceſſet angariare, præſertim cauſâ ſeu occaſione dicti tributi, ut præmittitur, ſemotâ, quin potius dictum ordinem, ejuſque homines, bona & jura in debita libertate tueatur & conſervet, ad laudem Dei omnipotentis, cujus fidei & chriſtianæ relgionis athletæ, ſeu propugnatores aſſidui dicti ordinis milites eſſe dignoſcuntur, in quo etiam nobis ſingularem amicitiam demonſtrabit veſtra præclara ſerenitas, quam Altiſſimus dirigere & tueri dignetur in longævum.

Datum Altzei XV. die menſis Auguſti, anno Domini MCCCCIII. regni verò noſtri anno tertio.

Ad mandatum domini regis,
Job *Vuener*, *&c.*

EPISTOLA LXXII.

Regi Angliæ.

Mittit ad eum nuntium Fridericum de Mitra.

Anno 1404. ILluſtriſſimo & inclyto principi HENRICO Dei gratiâ Angliæ Franciæque regi & domino Hyberniæ RUPERTUS eâdem gratiâ Romanorum rex ſemper auguſtus, ſalutem & fraternæ dilectionis conſtantiam.

Illuſtriſſime Princeps, fraterque cariſſime, quia de corporis veſtri ſoſpitate votiviſque ſucceſſibus veſtris felicia nova ſemper audire affectamus, fraternitatem veſtram rogamus pleno affectu, quatenus nos per intervenientes nuntios ſæpiùs de eiſdem certificare velitis; & quia non ambigimus, quin de nobis & ſtatu noſtro deſideratis certificari, quocirca fraternitati veſtræ ſignificamus, nos in emiſſione præſentium corporis frui ſoſpitate. Propterea, illuſtriſſime princeps, fraterque cariſſime, ad fraternitatem veſtram deſtinamus Fridericum de Mitra fidelem noſtrum dilectum, de intentionibus & negotiis noſtris plenariè informatum, ſupplicantes quatenus eidem parte noſtri vobis referendis adhibere velitis fidem per omnia creditivam: exhibentes vos nihilominus in hujuſmodi, prout de fraternitate veſtra utique fiduciam gerimus pleniorem. Perſonam veſtram Altiſſimus conſervare dignetur feliciter in longævum.

Scriptum in caſtro noſtro *Heydelberg* VII. die menſis Maii, anno Domini MCCCCIV. regni verò noſtri anno IV.

Ad mandatum domini regis,
Johannes W*inheim.*

EPISTOLA LXXIII.

LUDOVICI comitis palatini Rheni ad HENRICUM regem Angliæ.

Mittit ad eum Fridericum de Mitra pro negotiis, quæ quantocius expediri rogat.

ILluſtriſſimo & excellentiſſimo principi & domino domino HENRICO Dei gratiâ Angliæ Franciæque regi, ac domino Hyberniæ, domino & patri meo cordialiſſimo, paratiſſimum cum filiali reverentia & fidelitate debita famulatum. Anno 1404.

Sereniſſime princeps, domine & pater cordialiſſime, ad veſtræ ſerenitatis excellentiam mitto honorabilem Fridericum de Mitra fidelem meum dilectum, de intentionibus & negotiis meis ſingulis luculenter inſtructum de eiſdem ac aliis occurrentiis ſerenitatem veſtram parte mei informaturum. Quapropter, princeps ſereniſſime, cum eadem negotia mihi plurimum cordi reſideant, ac eorum expeditionem utique celerem & finalem, tum propter longinquam terrarum diſtantiam, tum etiam viarum infinita diſcrimina, ardenti deſiderio affectem, prout eadem ſerenitas veſtra à prædicto Friderico informationem recipiet magis plenam, eamdem veſtram ſerenitatem, de qua præſumtionem gero ſinceriſſimam, requiro & rogo, obnixiùs ſupplicando, quatenus amore mei præfato Friderico in ſingulis nomine meo referendis fidem velit per omnia adhibere creditivam, & hujuſmodi negotia juxta deſideria mea gratanter perficere, & ſicut confido, benignius expedire. In eo enim veſtra ſerenitas, cui me ſemper & fideliter recommendo, proculdubio mihi gratam & ſingulariſſimam complacentiam exhibebit. Perſonam veſtram Altiſſimus de excelſo gloriæ ſuæ reſpiciat & tueatur habitaculo pro felici & pacifica regni veſtri defenſione, necnon virtutis, proſperitatis, & honoris incremento.

Datum

Datum *Heydelberg* menſis Maii die VII. anno A Domini MCCCCIV.

LUDOVICUS Dei gratiâ comes palatinus Rheni, & Bavariæ dux, &c.

EPISTOLA LXXIV.

LUDOVICI comitis palatini Rheni magnifico & potenti viro domino & comiti de *Somartzeid* sereniſſimi principis & domini domini HENRICI regis Angliæ & Franciæ camerario amico noſtro ſinceriter dilecto.

Gratias agit de obſequiis Friderico de Mitra exhibitis, quem eidem iterum commendat.

Anno 1404. MAgnifice ac potens, amice cariſſime, ſuper eo quod honorabilem Fridericum de Mitra familiarem noſtrum fidelem dilectum, præſentium exhibitorem in factis noſtris aliàs per nos ſibi commiſſis coram illuſtriſſimo & excellentiſſimo principe domino HENRICO Dei gratiâ Angliæ Franciæque regi & domino Hyberniæ, domino & patre noſtro cariſſimo adeo benigniter promovere curaſtis, utpote C per eumdem Fridericum ſufficienter & fideliter ſumus edocti, amicitiæ veſtræ gratiarum actiones referimus infinitas, eamdem amicitiam veſtram ſtudioſè requirentes, atque ſinceris affectibus multum ſerioſè rogantes, quatenus eumdem Fridericum, quem ad prædicti domini noſtri regis præſentiam in noſtris arduis negotiis, & ſignanter pro expeditione pecuniarum, in quibus idem dominus noſter, ratione dotalitii nobis adhuc obligatus exiſtit, iterato decrevimus deſtinare, noſtræ contemplationis intuitu gratanter recommiſſum ſuſcipere, benigno favore tractare, ſibique in proſecutione negotiorum noſtrorum, eorumque D conſummatione optata & finali, erga dominum noſtrum prædictum & aliis, ubi opus fuerit, prout de vobis indubitanter confidimus, velitis aſſiſtere conſiliis & auxiliis opportunis, necnon in omnibus & ſingulis ſuis dicendis, & noſtro nomine referendis credere tamquam nobis, gratam in eo nobis & ſignanter acceptam complacentiam oſtenſurus.

Datum *Heydelberg* menſis Maii die VII. anno Domini MCCCCIV.

LUDOVICUS Dei gratiâ comes palatinus Rheni, &c. & Bavariæ dux.

Item, in iſta forma ſcripta eſt una miſſiva: Magnifico & potenti viro domino de *Beſurd*, ſereniſſimi principis & domini domini HENRICI regis Angliæ, &c. conſiliario, &c.

Item, in ſimili forma ſcripta eſt una miſſiva: Reverendo in CHRISTO patri domino ſereniſſimi principis & domini domini HENRICI, &c. cancellario, &c.

Item, Venerabili ac perito viro magiſtro Johanni *Kyngton* utriuſque juris doctori, &c. F

EPISTOLA LXXV.

Regi Aragonum.

ILluſtriſſimo principi domino MARTINO regi Aragonum, Valentiæ, &c. RUPERTUS eâdem gratiâ Romanorum rex ſemper auguſtus, in utriuſque hominis ſoſpitate ſalutem, & votivis ſucceſſibus proſperari. Anno 1404.

Illuſtriſſime princeps, conſanguinee cariſſime, litteris veſtris per egregium Johannem de B Valterram legum doctorem, veſtræ celſitudinis oratorem nobis præſentatis, relatiſque per eumdem lætanti animo intelleximus, ſublimem veſtram perſonam, præclariſſimam conjugem, & ſereniſſimum ejus filium, totamque regiam domum veſtram corporum ſanitate potiri, quod ad ſingulare cordis noſtri tripudium crebriùs nobis nuntiari ferventi animo deſideramus: dilectioni veſtræ vice verſâ ſignificantes, laus Altiſſimo, nos, dulciſſimam conſortem, & inclytam ſobolem noſtram debita complexionum frui armonia. Ceterum, illuſtriſſime princeps, conſanguinee cariſſime, nonnulla ardua quæ dictus veſter orator veſtri parte multùm eleganter & diſertè nobis reſeravit, grato & pleno collegimus intellectu, eumdem ſuper his veſtræ ſublimitati, quantum ad præſens conveniebat, expeditum remittentes, qui noſtram circa hæc mentem vobis plenius quàm calamo deſcribi poſſit, poterit enarrare.

Datum *Heydelberg* die XV. menſis Auguſti, anno Domini MCCCCIV. regni verò noſtri anno IV.

EPISTOLA LXXVI.

LUDOVICI comitis palatini ad regem Anglorum.

Petit ab eo reliquam dotis uxoris ſuæ ſummam, quâ ſummopere indigebat.

SEreniſſime princeps, domine & pater ſinguli ariſſime, ſingularem non immerito cordis exultationem cum ingenti gaudio ſuſcepi, Anno 1404. tam veſtris litteris invictiſſimo principi domi- E no genitori meo & mihi directis, quam relatibus præſentium latoris: intelligens ſublimitatis veſtræ perſonam, & totam veſtram regalem proſapiam, corporalis ſtatûs felicitate dotari, quod utique crebrius mihi intimari ex intimis affecto: excellentiæ veſtræ ſignificans, quod, laus Altiſſimo, tempore datæ præſenſentium invictiſſimus dominus genitor meus prædictus, auguſtiſſima domina genitrix dulciſſima conthoralis, inclyti fratres, & ſorores meæ, & ego corporum congrua ſanitate potimur. Ceterum, excellentiſſime princeps, domine ſingulariſſime, adventum fidelis mei dilecti Friderici de Mitra cum debita expeditione avidè ſitiens, ſerenitati veſtræ humiliter & inſtantiſſimè ſupplico, quatenus, ſublatâ ulteriori morâ, ſummam conſtitutæ dotis adhuc

reſtantem, quæſitis ad hæc viis & modis opportunis, mihi benignè perſolvere, & dictum Fridericum gratioſè dignemini expedire, prout aliàs etiam per eumdem Fridericum domino genitori meo & mihi nuntiaſtis, & ſingulariſſimè confido: ſcientes quod, ut dictus Fridericus vobis plenius potuit explicare, pro arduis dicti domini genitoris mei & meis negotiis, gravibuſque mei patrimonii damnis & jacturis præcavendis, memorata ſumma jam taliter eſt deputata, & aliqui partim jam lapſi, & partim de proximo venientes termini, diverſis per me hinc inde perſonis ſunt præfixi, quod niſi eiſdem ſatisfaceret, gravem non poſſem evadere notam: quæ tamen, ut minimè dubito, non placeret veſtræ ſerenitati regali: cujus perſonam mihi ſemper & omnino præcipuam Omnipotens triumphalibus dignetur conſervare ſucceſſibus per tempora longiora.

Datum *Heydelberg* menſis Octobris die v. anno Domini MCCCCIV.

LUDOVICUS Dei gratia comes palatinus Rheni, & Bavariæ dux, &c.

EPISTOLA LXXVII.

LUDOVICI comitis palatini Rheni, illuſtri principi domino EDMUNDO duci Eboracenſi amico noſtro dilecto.

Ut ſic apud Angliæ regem agat, ut dotis uxoris ſuæ portio nondum perſoluta, abſque mora ſibi mittatur.

Anno 1404. Illuſtris princeps, amice dilecte, noſtis qualiter dudum domina BLANCHIA sereniſſimi domini & patris noſtri domini HENRICI regis Angliæ & Franciæ, & domini Hyberniæ filia, conthorali noſtra prædilecta, nobis deſponſata, dos eidem conſtituta fuit nobis certis terminis dudum lapſis aſſignanda. Verum licèt invictiſſimus dominus genitor noſter & nos pluribus jam vicibus ad prælibatum dominum patrem noſtrum Angliæ & Franciæ regem miſerimus, eidemque ſerioſius ſcripſerimus, ac eumdem inſtanter rogaverimus pro portione dictæ dotis adhuc reſtante nobis ſolvenda & aſſignanda: adhuc tamen plenam expeditionem deſuper non reportavimus. Demum fidelem noſtrum dilectum Fridericum de Mitra, nunc in Anglia degentem, ad præfatum dominum & patrem noſtrum hac de cauſa duximus deſtinandum, eidem injungentes, quatenus pro ſolutione dictæ reſtantis portionis eo ſerioſius inſtaret, quo hujuſmodi ulterior ſolutionis dilatio graviora nobis damna afferret, prout etiam idem Fridericus, cui circa hoc fidem adhibere velitis, vobis plenius poterit explicare. Unde amicitiam veſtram, omni qua poſſumus inſtantia affectanter rogamus, quatenus ut dicta reſtans portio, ſublata omni mora, nobis expeditè ſolvatur & aſſignetur, partes veſtræ promotionis apud ſereniſſimum dominum & patrem noſtrum Angliæ & Franciæ regem prædictum, & aliàs ubi fuerit opportunum, ſtabiliter adhibere velitis, quod ex ulteriori delatione nobis occaſio non miniſtret juris auxilia erga vos tamquam unum ex fidejuſſoribus nobis in hac parte obnoxiis invocandi, cum tamen revera magis ſumus diſpoſiti vobis pro viribus complacere.

Datum *Heydelberg, ut ſuprà, &c.*

LUDOVICUS, &c.

In conſimili forma ſcriptæ fuere litteræ infraſcriptis, videlicet: Magnifico & potenti viro RUDOLPHO comiti Veſtiverdiæ, amico noſtro dilecto.

Item, THOMÆ comiti Arundellæ.

Item, HENRICO comiti Northunbergenſi.

Item, EDUARDO comiti Rutlandiæ.

Item, JOHANNI comiti Somerſſetenſi.

Item, THOMÆ comiti Wigornenſi.

Item, Nobili viro WILLHELMO domino de Sa.

Item, HUGONI domino de *Rurnell.*

Item, THOMÆ domino de *Kerckeley.*

Item, REGINALDO domino de *Grey de Kuchi.*

Item, JOHANNI domino de *Lonell.* & de *Holan.*

EPISTOLA LXXVIII.

Regi Angliæ.

Ut promiſſam primogenito ſuo ſummam ſolvere non moretur.

Illuſtriſſimo principi HENRICO, &c. RUPERTUS, &c. in utriuſque hominis ſoſpitate ſalutem & votivis ſucceſſibus proſperari. Anno 1404.

Illuſtriſſime princeps, fraterque cariſſime: veſtrarum viſâ continentiâ litterarum nobis per præſentium portitorem exhibitarum gaudio perfuſi ſumus non modico, ſingularemque noſtræ mentis exultationem recepimus, regalis veſtræ perſonæ & proſapiæ corporum incolumitatem utinam prolixius duraturam à certo percipientes, ſublimitatique veſtræ, prout vobis utique gratum non ambigimus, vice verſâ ſignificamus nos & inclytam conſortem cum liberis noſtris Altiſſimi intuitu debita complexionum potiri harmonia. Ea verò quæ in dictis veſtris litteris ſubjunguntur de ſumma quam dudum primogenito noſtro prædilecto miniſtrari expectavimus, & adhuc expectamus, convenienter intelleximus, fraternitatem veſtram ex intimis & cordialiter rogantes, quatenus attentis & conſideratis oneribus plurimis nobis ad præſens incumbentibus, ad quæ relevanda dicta ſumma taliter eſt deputata, quod ea deficiente, vel ſi circa eam ulterior mora committatur, gravia exinde damna, aut inevitabilis nota dicto primogenito noſtro genero veſtro poterunt ſuboriri, prout per fidelem noſtrum dilectum Fridericum de Mitra apud vos hac de cauſa degentem, claritati veſtræ putamus plenius fore explicatum, ſolutionem præfatæ ſummæ amplius protrahere non velitis, quæſitis ad hæc viis & modis opportunis, uti

aliàs etiam nobis per dictum Fridericum nunciaſtis, & ſingulariſſimè confidimus veſtræ fraternitati peramandæ, quam Omnipotens in ſemitis ſuis dirigere, & ſub umbra alarum ſuarum tueri dignetur in longævum.

Datum *Heydelberg* menſis Octobris die v. anno Domini MCCCCIV. regni vero noſtri anno quinto.

Ad mandatum domini regis,
Job *Vuener*, *&c.*

B

ECKARDI EPISCOPI WORMATIENSIS litteræ,

Quibus interdicto, ſuſpenſioni, & excommunicationi, ex mandato apoſtolico, ſubjicit oppidum Aquiſgranum, niſi pareat RUPERTO *Romanorum regi.*

Anno 1404. REverendis in CHRISTO patribus dominis... archiepiſcopo Colonienſi, ac electo Leodienſi, necnon abbatibus, prioribus, præpoſitis, decanis, archidiaconis, archipreſbyteris, cantoribus, ſcholaſticis, ſacriſtis eccleſiarum, tam cathedralium, quàm collegiatarum, canonicis perſonis, officialibus, & rectoribus eccleſiarum parochialium, ipſarumque vices gerentibus, ac perſonis eccleſiaſticis & regularibus, ac notariis & tabellionibus publicis quibuſcumque, per civitates & dioceſes Colonienſem & Leodienſem ubilibet conſtitutis, & ſpecialiter præpoſitis & decanis eccleſiarum collegiatarum ſancti Servatii, & beatæ Mariæ Trajectenſis, ac B. Mariæ Aquenſis Leodienſis diœceſis præfatæ, ECKARDUS Dei apoſtolicæ ſedis gratiâ epiſcopus Wormatienſis, executor ad infraſcripta, unà cum infraſcriptis noſtris in hac parte collegis, cum illa clauſula: *Quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrûm*, à ſede apoſtolica ſpecialiter deputatus ſalutem in Domino & mandatis noſtris, immò veriùs apoſtolicis firmiter obedire.

Litteras ſanctiſſimi in CHRISTO patris ac domini noſtri domini BONIFACII divinâ providentiâ papæ IX. pro parte excellentiſſimi & invictiſſimi principis & domini domini RUPERTI Dei gratiâ Romanorum regis ſemper auguſti cum filo canapis integras, vera bulla plumbea ipſius domini noſtri papæ bullatas, non vitioſas, non cancellatas, non abraſas, nec in aliqua ſui parte corruptas; ſed omni prorſus vitio & ſuſpicione carentes nobis coram notariis & teſtibus ſubſcriptis præſentatas & oſtenſas, nos cum ea quâ decuit reverentiâ noveritis recepiſſe, formam quæ ſequitur continentes: BONIFACIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri epiſcopo Wormatienſi, ac dilectis filiis B Andreæ Colonienſis & S. Mariæ ad Gradus Colonienſis eccleſiarum decanis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Ad bonorum tutelam, & malorum pernitiem ac vindictam juſtitia cœlitus emanavit, ut qui virtutis amore peccare non oderunt, ſaltem pœnæ formidine artarentur; ut quos timor Dei peccare non retrahit, pœnarum moles in eos exaggerata compeſceret, ut ſic creſcente contumacia, creſceret ſive augeretur & pœna: unde pro regimine mortalium, duæ in terris poteſtates divinitùs conſtitutæ ſunt; una videlicet ſpiritualis, alia verò temporalis, quæ ſic ſe mutuò gratâ temporum viciſſitudine amplecterentur, quod cum expediret, una ope alterius relevaretur; & quibus ſic ſimul influentibus, eò commodius perverſorum & contumacium protervia & rebellio juris tramite pellerentur, ac compeſceretur etiam contumelia ſuperborum. Sanè nobis nuper cariſſimus in CHRISTO filius noſter RUPERTUS rex Romanorum illuſtris gravi cum querela inſinuare curavit, quòd licèt ipſe dudum ex certis & rationabilibus cauſis univerſitatem & oppidanos ac incolas imperialis oppidi Aquiſgrani, Leodienſis dioceſis, eorum gravibus in ipſum regem & Romanum culmen imperii contumaciter, & temerè perpetratis exceſſibus, & ut regiæ celſitudini manifeſtè rebelles in perſonis & rebus, ac bonis eorum juxta morem ab olim in talibus obſervatum banniverit & proſcripſerit, ſive hujuſmodi banni ac proſcriptionis, & alias pœnas temporales tunc expreſſas ſtatuerit ac etiam promulgaverit: ipſi tamen univerſitas, oppidani & incolæ in eadem rebellione pertinaciter remanentes, ad obedientiæ bonum etiam metu banni & proſcriptionis hujuſmodi flecti nullatenus potuerunt hactenus, neque poſſunt in multorum pernicioſum exemplum, regiæ majeſtatis offenſam, ac reipublicæ detrimentum. Quare dictus rex nobis humiliter ſupplicavit, ut ad compeſcendam hujuſmodi pertinaciam, contumaciam, ac rebellionem eorumdem univerſitatis, oppidanorum & hominum à ſpirituali gladio in juris auxilium opportuno in hac parte aſſiſtere dignaremur. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrûm, per vos, vel alium, vel alios, ſic eoſdem univerſitatem, oppidanos, & incolas auctoritate noſtrâ moneatis, ut infra certum terminum peremtorium competentem, quem eis ad hoc duxeritis præfigendum, eidem regi, prout tenentur, obediant, & reverenter intendant. Et ſi forſitan (quod abſit) prædicti univerſitas, oppidani & incolæ infra eumdem terminum id efficere non curaverint, in rebellione & contumacia priſtinis permanendo; extunc eos ad illud efficaciter faciendum per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione remotâ, eâdem auctoritate, ratione præviâ compellatis, & etiam legitimos ſuper hiis per vos proceſſus habendos, ſi & quotiens expedierit, aggravetis, invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis, non obſtante ſi eiſdem univerſitati, & oppidanis, ac incolis, vel quibuſvis aliis communiter vel diviſim à ſede apoſtolica ſit indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Datum Romæ apud

Sanctum Petrum II. Nonas Auguſti, Pontifi- A catûs noſtri anno xv. Quibus quidem litteris per nos reverenter, ut licuit, receptis, viſis, & diligenter inſpectis, ac coram nobis perlectis, fuimus pro parte præfati ſereniſſimi principis & domini noſtri Romanorum regis cum inſtantia debita requiſiti, ut prædictum mandatum apoſtolicum nobis in hac parte directum executioni debitæ mandare, & contra prædictos, univerſitatem, oppidanos, & incolas præfati oppidi imperialis Aquiſgrani, Leodienſis diœceſis, proceſſus monitorios & ag- B gravatorios in debita forma decernere, & alias contra eos, juxta ejuſdem continentiam mandati, procedere dignaremur. Nos igitur Eckardus epiſcopus Wormatienſis, executor præfatus, volens mandatum apoſtolicum, nobis in hac parte directum reverenter exequi, ut tenemur, de rebellione & contumacia, de quibus in præſcriptis litteris apoſtolicis fit mentio, nos informavimus diligenter. Et quia per informationem eamdem de prædictis nobis conſtat evidenter, reſque adeo notoria exiſtit, ut etiam nullâ poſſit tergiverſatione celari. Id- C circo vobis omnibus & ſingulis ſupradictis diſtrictè præcipiendo mandamus in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna, quam in vos & quemlibet veſtrûm ferimus in his ſcriptis, trium tamen dierum canonicâ monitione præmiſſâ vobis, archiepiſcopo tamen & electo ſupradictis exceptis, quibus, ob reverentiam pontificalis præeminentiæ, deferre convenit, ingreſſum eccleſiæ interdicimus in his ſcriptis, ſi in præmiſſis infra trium dictorum dierum negligentes fueritis. Et ſi per alios dies D præfatos tres immediatè ſequentes prædictis mandatis noſtris non parueritis cum effectu, vos & quemlibet veſtrûm, prædictâ canonicâ monitione præmiſſâ, ſuſpendimus à divinis. Verùm ſi hujuſmodi interdicti & ſuſpenſionis ſententias per alios tres dies præfatos ſex immediatè ſequentes ſuſtinueritis animo (quod abſit) indurato; vos & quoſlibet veſtrûm, exnunc prout extunc, eâdem canonicâ monitione præmiſſâ, excommunicamus in his ſcriptis: quatenus vos & quivis veſtrûm, qui pro parte dicti regis fueritis requiſiti, aut fuerit requiſitus; E ita tamen quod in his exequendis alter veſtrûm alterum non exſpectet, nec unus pro alio ſe excuſet, eoſdem univerſitatem, oppidanos, & incolas oppidi Aquiſgrani requiratis & moneatis in genere & in ſpecie, & ſpecialiter Petrum de *Lauffenbergh*, Johannem de *Pont*, *Statzen*, *Vueſtliers*, *Dorenczhans*, & Johannem *Hachkerchs*, ſcabinos ibidem, quos nos etiam præſentibus ſic requirimus & monemus, quatenus infra tres quindenas ab inſinuatione præſentium immediatè ſequentes, quarum unam F pro primo, alteram pro ſecundo, & reliquam pro tertio & peremtorio termino ac monitione canonicâ eis & cuilibet eorum aſſignamus, præfato ſereniſſimo principi domino Ruperto Romanorum regi, prout tenentur, humiliter obediant, & reverenter intendant honores, reverentias, jura, obſequia, ſibi debitas tamquam vero regi Romano exhibentes. Quòd ſi fortè prædicti univerſitas, oppidani & incolæ infra eumdem terminum id facere non curaverint, dictoque ſereniſſimo principi domino Ruperto Romanorum regi non obediverint, & intenderint realiter & cum effectu, ſed in rebellione & contumacia priſtinis permanſerint, exnunc prout extunc, & extunc prout exnunc, dictâ canonicâ monitione præmiſſâ, magiſtrum civium, ſcabinos, conſules juratos, atque cives, & præſertim Petrum *Lauffenbergh*, Johannem de *Pont*, *Statzen*, *Vuetzliers*, *Dorrentzhans*, & Johannem *Haichkerchs* ſcabinos præfatos, necnon & omnes & ſingulos de prædicta univerſitate Aquiſgranenſi, qui noſtris, immò veriùs apoſtolicis mandatis rebelles fuerint, in his ſcriptis excommunicamus, necnon ipſam univerſitatem ac locum eccleſiaſtico ſubjicimus interdicto. Quos vos etiam omnes & ſingulariter ſingulos culpabiles ſupradictos ſic excommunicatos, ac ipſam univerſitatem & locum interdictos nuntietis & publicetis ſingulis diebus dominicis & feſtivis in eccleſiis veſtris infra miſſarum ſolemnia, & in ſermonibus publicis, dum major ibi multitudo populi convenerit ad divina audienda, facientes eos ab omnibus & ſingulis Christi fidelibus artiùs evitari, ac prædictum interdictum inviolabiliter ibidem obſervari tamdiu, donec aliud à nobis ſuper hoc receperitis in mandatis. Abſolutionem autem omnium & ſingulorum prædictorum, qui prædictas noſtras ſententias incurrerint, quoquo modo, & prædicti interdicti relaxationem nobis, aut ſuperiori noſtro tantummodò reſervamus, nolentes etiam in aliquo derogare noſtris in hac parte collegis per ea quæ nunc facimus, aut in poſterum nos facere contingat quoquo modo in præmiſſis, vel aliquo præmiſſorum. Et in ſignum executionis hujuſmodi noſtri proceſſûs monitorii, quilibet qui fuerint requiſiti, aut fuerit requiſitus, præſentes litteras veſtris ſigillis ac ſuperſcriptione propriorum nominum, unà cum expreſſione & executione remittant, aut remittat conſignatas. In quorum fidem & teſtimonium præſentes litteras fieri, & per Bertoldum notarium publicum ſcribi & publicari, ac ſigilli noſtri appenſione juſſimus communiri.

Datum & actum in oppido noſtro Laudenbergenſi in curia habitationis noſtræ, in aula majori curiæ ejuſdem anno Domini MCCCCIV. indictione XII. pontificatûs ſanctiſſimi in Christo patris & domini noſtri domini Bonifacii divina providedtia papæ IX. anno xv. menſis Octobris die XXIV. hora veſperorum vel quaſi, præſentibus honorabilibus Conrado *Rueſeln* ſanctorum Andreæ & Pauli eccleſiarum Wormatienſi canonico, Henrico Sellacorum præmiſſarum eccleſiæ Sancti Spiritûs oppidi Heydelbergenſi, & Ludowico Hernronnan de Baccenbergenſi notario noſtro, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Digitized by Google

EPISTOLA LXXIX.

Illuſtribus & potentibus principibus JOHANNI Bituricenſi, JOHANNI Burgundiæ, & LUDOICO Borbonii ducibus, venerabilibus prælatis, ceteriſque magnificis nobilibus, peritis, ac prudentibus viris, eccleſiaſticis, & ſæcularibus de magno conſilio regni Franciæ, amicis noſtris ſincerè dilectis.

Ut ducem Aurelianenſem civitatem Metenſem invadentem compeſcere velint.

Anno 1406.

RUPERTUS Dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus, illuſtribus & potentibus principibus JOHANNI Bituricenſi, JOHANNI Burgundiæ, & LUDOICO Borbonii, venerabilibus prælatis, ceteriſque magnificis nobilibus, peritis, & prudentibus viris eccleſiaſticis & ſæcularibus de magno conſilio regni Franciæ, amicis noſtris ſincerè dilectis, ſalutem in utriuſque hominis ſoſpitate.

Licèt inſignis Metenſium civitas in noſtris & ſacri imperii ſit limitibus conſtituta, & nos tamquam verum principem ſuum legitimè recognoſcat: adeo quod in quibuſcumque eidem civitati pro tempore incumbentibus cives ejuſdem tamquam noſtri & ſacri Romani imperii fideles ad diverſos prædeceſſores noſtros, & nunc ad nos tamquam Romanorum regem recurſum habere præcipuum conſueverunt, tamen prout noviter intelleximus, illuſtris princeps LUDOICUS dux Aurelianenſis, nulla ſibi offenſione à dictis civibus illata, dictam civitatem invadere contra fas nititur & turbare. Percepimus etiam qualiter dux Aurelianenſis prædictus, neſcitur quo ſpiritu ductus, nonnulla fœdera cum aliquibus noſtris & ſacri imperii vaſallis, ſubditis & incolis inire ſatagit, & de facto jam aliqua inivit, falcem ſuam in meſſem alienam mittendo, necnon terminos quos conſtituerunt patres ſui in noſtrum & ſacri Romani imperii damnum & jacturam, ut à fide dignis intelleximus, tranſeundo. Cum autem nos erga Francorum regnum, ejus vaſſallos, ſubditos, incolas, & limites ſumus ad omnem æquitatem inclinati, dictuſque dux Aurelianenſis, ſi quid cauſæ contra cives Metenſes ſe habere prætenderet, poſſet eoſdem coram nobis impetere, & ab eis recipere juſtitiæ complementum, magnificentias & amicitias veſtras rogamus, eaſdem nihilominus attentiùs exhortantes, quatenus prædictum ducem Aurelianenſem ab hujuſmodi moleſtationibus, invaſionibus, terminorumque ſuorum tranſgreſſione, & hujuſmodi fœderibus factis & faciendis cohibere, & ne aliquid in præjudicium & gravamen noſtrum & ſacri imperii, & principaliter dictorum civium Metenſium attentet, eidem velitis indicere cum effectu, ut inclyta regia domus Franciæ, nos, & ſacrum Romanum imperium, noſtraque Bavariæ domus in uberiori tranquillitate valeant ad invicem permanere. Altiſſimus dilectiones veſtras dirigere & tueri dignetur in dies longævos felicibus incrementis.

Datum in oppido noſtro Altzei die VII Martii, anno Domini MCCCCVI. regni vero noſtri anno VI.

Ad mandatum domini regis,
Joh. *Vuener, &c.*

EPISTOLA LXXX.

In ſubſcripta forma ſcriptum eſt civitatibus in Brabantia.

Defunctâ JOHANNA *Brabantiæ duciſſâ, Brabantinam provinciam imperio eſſe devolutam, hortaturque ut ipſum tamquam verum dominum recognoſcant.*

Anno 1406.

RUPERTUS Dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus. Nobilis vir, fidelis dilecte, honorandi ac prudentes viri noſtri, & ſacri imperii fideles dilecti, magnificam & nobilem JOHANNAM quondam Brabantiæ duciſſam à certo percepimus noviter eſſe defunctam, cujus animæ Omnipotens dignetur ſuam miſericordiam impartiri. Noſtis autem quomodo inſignis Brabantiæ provincia in ſacri Romani imperii limitibus conſtituta, ab eodem jure feudali antiquitus derivatur, ejuſque membrum non modicum inter cetera computatur, necnon multis privilegiis, libertatibus, & gratiis ſpecialibus à noſtris prædeceſſoribus Romanorum imperatoribus, & regibus prædotatur, & quod dudum utile dominium ad ſuum fuiſſet ſtipitem reverſum, & ſacro Romano imperio immediatè incorporatum, niſi divæ memoriæ CAROLUS IV. quondam Romanorum imperator noſter prædeceſſor, tamquam Ramanorum imperator ratione imperii, ſingulari quodam reſpectu dictæ quondam duciſſæ JOHANNÆ provinciam Brabantiæ gratioſè conceſſiſſet & indulſiſſet, quoad viveret, poſſidendam. Nunc itaque per dictæ duciſſæ obitum provincia illa amodo cenſetur nobis & ſacro Romano imperio devoluta, & de jure noſtræ imperiali cameræ applicata, nec alius quiſquam in eadem peramplius ſibi poteſt principatûs aut alti dominii jura directè vel utiliter vendicare, prout veſtram prudentiam putamus ſagaciter intueri. Ea propter fidelitatem tuam inſtanter exhortamur, teque ſerioſè requirimus & monemus, quatenus majorum & ſeniorum parentum, & prædeceſſorum tuorum qui ſemper Romanum imperium zelati ſunt, nec ſe ab eodem ſeparari ullatenus permiſerunt, veſtigiiſque inhærendo, ſuaveque imperii jugum & onus noſtrum leve alacriter ſuſcipiendo, nos tamquam Romanorum regem & ratione imperii directum & utilem tuum & dictæ provinciæ dominum fideliter recognoſcatis, nobiſque ut ſic realiter pareas, & conſtanter apud nos & ſacrum Romanum imperium ſtudeas permanere, non advertendo ſi qua forſan ſiniſtris machinationibus tibi vel aliis in

Digitized by Google

contrarium ſuggerantur, nec permittendo te & dictam provinciam à vero & juſto imperii domino abdicari, ut de fide & obedientia victimis præferenda poſſis gloriari, & apud nos & omnes ejus temporibus commendari, faciendo in prædictis, prout decet, ſpes & ratio dictant, & tuæ legalitati omnino credimus confidendum, ſciturus quod ſi in hac noſtri & ſacri Romani imperii partem veluti juſtam & rationabilem efficaciter declinaveris, parati erimus tibi omnem favorem & gratiam elargiri, necnon in omnibus & ſingulis privilegiis & libertatibus te & dictam provinciam cum omnibus pertinentiis ſuis conjunctim & diviſim manutenere & defendere inconcuſsè, quin imò eadem potius augmentare & dilatare, quàm infringere ullo modo. Et ſi in his aliquos tractatus prævios te cum illis conjunctim vel diviſim habere deſideras, non recuſabimus quidquid rationi & æquitati conſonum fuerit intelligere, & eidem intendere juxta poſſe, noſtroſque conſiliarios cum ſufficienti mandato ad loca congrua, ubi partes utriuſque ſecurè poterunt convenire, ad ſuper hoc deputandos tranſmittere in quantum opportunum fuerit, curabimus ſine mora: ſuper quibus mentem tuam nobis ad plenum aperire & ſignificare velis præſentium vel alium quantocius fieri poteris per latorem.

Datum *Heydelberg* die XXII. Decembris, anno Domini MCCCCVI. regni vero noſtri anno VII.

Lovania, *Nivelle*, *Genblors*, *Lire*, *Bruxilla*, *Vilverde*, *Habis*, *Leuvis*, *Herental*, *Namur*, *Endoue*, *Thenis*, *Lande*, *Beldenacken*, *Buſcodutis*, *Halen*.

Honorandis & prudentibus viris, ſcabinis & juratis, totique communitati oppidi Lovaniæ, noſtris & ſacri Romani imperii fidelibus dilectis.

Nobili viro domino de *Heverle*, noſtro & ſacri Romani imperii fideli dilecto.

Domino de *Heverle*. Domino de *Bergheim*. Comiti de *Seyne*, & domino in *Agerenrode*. Domino in *Vueſenmale*. Henrico domino in *Bergen*. Thomæ domino in *Dyeſt*. Johanni domino in *Rotſclar*. Wilhelmo domino in *Krandonck*. Domino in *Hoſtraten*. Domino in *Marbais*. Domino de *Bochheltz*. Domino de *Bexſtelle*. Domino de *Lecke*. Domino de *Lintere*. Domino de *Liekirche*. Domino de *Gaesbeck*. Domino in *Erkelys*. Domino de *Helmund*.

EPISTOLA LXXXI.

Illuſtriſſimo & inclyto principi domino HENRICO Dei gratia Angliæ Franciæque regi, & domino Hyberniæ, fratri noſtro cariſſimo.

HENRICO *regi Anglorum adverſus Gallos tranſfretare ſe paranti non poſſe ad præſens copias mittere hoſtibus imperii debellandis occupatas.*

Anno 1407 ILluſtriſſimo principi domino HENRICO, &c. RUPERTUS eadem gratia Romanorum rex ſemper auguſtus votivorum ſucceſſuum proſpera incrementa.

Illuſtriſſime princeps, frater cariſſime, recepimus noviter veſtræ dilectionis litteras, annuentes quod non tam ex regio mero metu, quàm de conſenſu prælatorum & procerum regni veſtri Angliæ verſus partes regni veſtri Franciæ pro edomandis hoſtium veſtrorum cervicibus, & fidelibus veſtris recreandis infra breve intenditis perſonaliter tranſfretare, ad quod viagium expeditioni veſtræ ſalutis bravium adoptamus, quin quidquam honoris, fortunæ & triumphi vobis acciderit gratulanti animo perciperemus, cederetque nobis ad lætitiam ſingularem, ſperantem in Deum omnipotentem, quod ipſe gratiarum ſuarum ad ea quæ vobis de jure in partibus illis pertinent exequenda munera largietur. Ad id autem quod ulterius ſcribitis, quod in tam arduo tamque ponderoſo negotio, quod radicitus vobis inſidet cordi, confidentes indubiè prætextu fraternæ dilectionis, qua invicem alligamur, nos vobis velle pro viribus ſuffragari, quemadmodum in caſu ſimili nobis facere velletis, veſtrum in hac parte propoſitum nobis intimare cenſuiſtis, ad finem quod tam per litteras noſtras, quàm per *Mombray* Heraldum veſtrum præſentium exhibitorem certiorari poſſitis, qualem amicitiam & ſubventionis auxilium vobis circa promiſſa ſtudebimus impartiri. Fraternæ veſtræ ſerenitati ſignificamus, quod nobis de omni bono poſſibili aſſiſtentia, conſilio, favore, & auxilio audaciter confidere poteſtis in veſtris negotiis quibuſcumque, prout etiam de vobis vice verſa fiduciam gerimus illibatam. Verum ſublimitatem veſtram credimus non latere, quomodo à principio noſtræ ad Romanum imperium electionis uſque ad hæc tempora à rege Bohemiæ & ſuis complicibus continuè magnam reſiſtentiam in imperio habuimus & habemus: erga quam manu forti & potenti ſine intermiſſione laboramus, oportetque noſtram militiam in guerra hujuſmodi occupari. Inſuper aliqui ex his, qui nos pro Romanorum rege acceptarunt & fatentur, non adeo puram voluntatem & obedientiam nobis exhibent, qualem noſtro videre facere merito tenerentur: propter quod etiam nobis ſagacius providere, curis agitari, & noſtram militiam apud nos oportet tenacius conſervare, uti credimus hæc omnia veſtræ ſerenitatis prudentiam mentis oculis intueri. Nihilominus, cariſſime frater, mox intellecto veſtram perſonam cum exercitu maria tranſfretaſſe, & ad partes Franciæ potenter applicuiſſe, Domino concedente, ceſſantibuſque curis noſtris præſcriptis, ſic quod noſtra militia in factis propriis convenienter poterimus carere, parati erimus ſerenitati veſtræ ſuccurrere juxta poſſe: ita tamen quod noſtratibus paſſus & viæ pateant ad vos veniendi. In his namque & aliis, quantum in nobis erit, per Dei gratiam veſtra dilectio omnibus circumſtantiis penſatis, certa reddi poteſt de integra & ſincera quam erga vos gerimus voluntatem, diſpoſiti

utique deſideria veſtra poſſetenus adimplere. Proſperum vobis, dulciſſime frater, iter faciat Deus ſalutarium noſtrorum, dirigatque greſſus veſtros in ſemitibus ſuis, ut non moveantur veſtigia veſtra, & portum affectatæ ſalutis feliciter attingatis.

Datum in caſtro noſtro *Heydelberg* anno Domini MCCCCVII. menſis Maii die XVII. regni verò noſtri anno VII.

Job *Vuener*, *&c.*

EPISTOLA LXXXII.

Sereniſſimo & illuſtriſſimo principi & domino domino HENRICO Dei gratiâ Angliæ Franciæque regi, ac domino Hyberniæ, domino & patri meo præcipuo.

Teſtatur, ſi patris negotia paterentur, paratum ſe illi cum omnibus ſuis viribus auxilium ferre.

Anno 1407. SEreniſſime princeps, domine & pater amantiſſime, poſt obſequialem & pronam veſtris beneplacitis me conformandi voluntatem, ſublimitatis veſtræ litteris, quas mihi *Mombray* heraldus veſter noviſſimè præſentavit, viſis, & cum jocundo applauſu intellectis, duxi taliter reſpondendum, itaque expeditioni veſtræ, quam maturo conſilio non ambigo digeſtam, omnem felicitatis affluentiam adopto ex intimis proventuram, & reverâ ad ſummum mihi cederet gaudium, quod perſonaliter veſtris exercitibus cum omni meo conamine intereſſem, ut nedum debiti mei vices, quo veſtræ eminentiæ filialiter ſum adſtrictus, aliqualiter implerem; ſed etiam paterni vultûs deſideratis aſpectibus refoverer. Verum, ſereniſſime princeps, noſcis me patriæ pietatis nexibus alligatum, & per conſequens in hac parte carere propria libertate; & licèt certus ſim invictiſſimum dominum ac genitorem meum vobis, ſi opportunitas adeſſet, non ſolum de perſona mea, ſed omnium liberorum ſuorum, fratrum meorum, & totius ſuæ potentiæ favere, tum ipſum credo veſtræ ſerenitati reſcribere, tot & tanta ſibi ratione imperii guerrarum onera principaliter incumbunt, quod expedit ſtatui ſuo militiam ſuam & noſtram circa hujuſmodi occupari. Sed illis ceſſantibus, cum ipſe vos dulciſſimum ſibi fratrem amore intimo proſequatur, paratus erit veſtræ majeſtati ſuccurrere juxta poſſe. Ego autem ſi paterna ejus in me juſta imperia non occuparent; etiamſi magnis meum territorium deberet ad tempus ſubjacere diſpendiis, ſerenitati veſtræ præſertim in hoc caſu me adjungere, niſi omnis mihi poſſibilitas ablata fuiſſet, nullatenus obmiſiſſem. Dignetur itaque paternalis veſtra benignitas hoc meum reſponſum, quod ex puro & ſincero utique cordis procedit affectu, gratanter acceptare, mihique in ſingulis quævis accepta confidentiſſimè demandare. Ceterum, illuſtriſſime princeps, domine & pater amantiſſime; incolumitati veſtræ & totius A regiæ domûs meritò congaudens, & de eadem frequentiùs certificari deſiderans, eminentiæ veſtræ ſignifico, quod, laus Deo, in emiſſione præſentium gratioſiſſimus dominus genitor meus, & ſereniſſima domina mater mea, cum inclyta prole, & ego cum dulciſſima conſorte mea corporum debita fruimur harmonia. Deprecor etiam Altiſſimum, quatenus victricem manum ſuam contra rebelles veſtræ ſerenitati porrigat adjutricem, donetque vobis victis hoſtibus triumphare.

B Datum *Heydelberg* anno Domini MCCCCVII. die XXVIII. Maii.

V. R. S. LUDOWICUS Dei gratia comes palatinus Rheni, & Bavariæ dux, &c.

EPISTOLA LXXXIII. ad Brabantinos.

C *Cauſatur quod nullum ad ſuas litteras reſponſum dederint, nec nuntium miſerint.*

RUPERTUS, &c. Honorandi ac prudentes viri, noſtri & ſacri Romani imperii fideles dilecti, dudum intellecto recolendæ memoriæ magnificam & nobilem JOHANNAM quondam Brabantiæ duciſſam tunc noviter eſſe defunctam, fidelitatibus veſtris, & aliis baronibus ac communitatibus Brabantiæ ſcripſiſſe meminimus, ſub tenore quem ideo præſentibus du- Anno 1407.
D ximus inſerendum, ut ſi forſan, quod non credimus, à veſtris memoriis hujuſmodi ſcripta excidiſſent recentem præ oculis noſtram intentionem denuo valeatis intueri. Et licèt nuntii noſtri ad vos & alios Brabantinos cum prædictis noſtris litteris deſtinati nobis retulerint, ſe à pleriſque ex vobis intellexiſſe, quod velletis nobis per veſtros nuntios reſponſum, prout etiam in noſtris deſiderabamus litteris, deſtinare, tamen nullum adhuc reverſum verbis habuimus aut ſcripturis. Unde miramur ſatis,
E nec immerito, quod nec deſiderio noſtro, nec veſtris verbis in hac parte eſt ullatenus ſatiſfactum. Et certè ſi aliquorum prudentum & notabilium virorum Romanum imperium zelantium conſilia ſequeremur, vos utique duris pœnis atque ſuppliciis legitimis arctaremus, prout etiam de jure facere valeremus, verùm benignitas & manſuetudo noſtræ, quas in omnibus actibus noſtris præmittere ſolemus, vobis & aliis priùs ſaltem præſentibus innoteſcet. Deſideramus itaque, iterato serioſius admo-
F nentes, quatenus monitis & requiſitionibus in prædictis litteris noſtris inſertis adhuc parere, nos & ſacrum Romanum imperium reſpicere, eidem adhærere, & nobis ratione Romani imperii tamquam vero & ordinario utili atque directo vero domino, prout de jure tenemur, & rationabiliter obligamur, curetis intendere cum effectu, juribus, privilegiis, & libertatibus veſtris per omnia ſemper ſalvis, ut in dic-

Digitized by Google

tis litteris noſtris plenius continetur; ne ſi, quod non confidimus, vos hoc ulterius temerè differre, vel protrahere contingat, manſuetudinem & benignitatem noſtras prædictas pro juribus imperii, cui, auctore Deo, præſidemus, manutenendis in rigorem & duritiam juris convertere, juſtitia quam præ oculis habemus mediante, ex noſtri officii debito compellamur: cùm tamen pietatem libentius ſectemur, ſuper quo iterum petimus intentionem veſtram nobis breviter intimari.

Datum *Altzey* XXVI. Novembris, anno Domini MCCCCVII. regni vero noſtri anno VIII.

Ad mandatum domini regis,
Job *Vuener* doctor, &c.

EPISTOLA PETRI DE VERSAILLES monachi Sancti Dionyſii ad JOHANNEM *Jouvenel* regis & delphini conſiliarium.

De corruptis ſui ſæculi moribus, & remediis eis adhibendis.

Ex mſ. S. Sergii Andegavenſis.

SUpraſcripto egregio & ſpectabili domino domino JOHANNI *Jouvenel* chriſtianiſſimi regis Francorum & domini delphini conſiliario.

Recordor, vir egregie, & ſpectabilis domine, recordor omnium verborum tuorum, & ſæpe in mentem veniunt illa, quæ dum in hortulo eramus à te prolata ſunt. Nam ubi poſt multa non ſine ſuſpiriis colloquia ſuper infelici morum, politiæ, regnique Francorum ſtatu, ac imminente ejus deſtructione, poſtquam multa Pariſiacæ urbis flagitia, necnon & inæſtimabilia & inaudita à ſæculis homicidia populari furore perpetrata, adjectiſque caſibus multorum à faucibus tantæ furiæ mirabiliter exceptorum; poſt etiam tactos aliquantulum partis adverſæ frequentiſſimos dolos, à maligno ſpiritu inſtructos, & fabricatos; ſuſpirans in hujuſmodi verba prorupiſti: heu! quid agimus? torpemus, cum ad refellenda venenoſæ fraudis mendacia non applicamus ſtudia, ubi tot viri utriuſque juris peritiſſimi, tam divini quàm humani, in copia ſeu dicendi eloquentia exercitati, quos idem mentis ardor, idem fidei zelus, ejuſdemque legis reverentia ad hoc nobiſcum duxit, & à propriis ſedibus fecit exſulare; cum ad repellendam calliditatis aſtutiam talium non convertuntur ingenia, cum quibus invicem litteratorum virorum conſilio inter ſe habito, ad manifeſtandam populo veritatem, & diſſolvendos mendacii nodos ſparſim & tutè mitterentur; me rogando ut ad hoc pauliſper applicarem ingenium, quæque ſupplici mox conſiderationi occurrerent tibi reſcriberem. Quibus dictis, valedicens receſſiſti. Quæ quidem idea, vir egregie, & ſpectabilis domine, numquam ex tunc excedens animo, infra mentis arcana ſæpe revoluta, multas quæſtioni perplexitates ſuſcitavit, meque per varias operationes diſperſum tenuit. Tandem verò ad meipſum recollectus, ut ad animum detentus, ſcripturæ manum appoſui, ne noſtros, rempublicam tam deſolatam, rogaminaque tua, quæ mihi jure ſunt præcepta, negligere viderer. Poſt tot difficultates, quas paſſus ſum, aliquantulum dicam, ut me de more excuſatum habeas, & intentionem meam clarius cognoſcas. Primò namque mox conſiderandum occurrit, miſeranda hujus regni facies, quæ olim ſplendida & ſpecioſa, totius chriſtianitatis erat ſpeculum, ceteriſque regnis compoſitionis & pulcritudinis formam præbebat: nunc autem crinibus evulſis, laceratâ fronte, ſuffoſſis oculis, auribus obſtructis ſcabie, maxillis disjunctis à temporibus, genis confectis macie, naribus fœdâ ſanie defluentibus, ruptis dentibus, turgentibuſque labiis, longâ nimium infirmitate, ac diuturnâ lepræ corroſione deformata videbatur. Quâ diligenter inſpectâ, timui multùm, ne ad mortem eſſet hæc infirmitas, ſecundum illud Jeremiæ: *Plagâ nimiâ percuſſi te caſtigatione crudeli.*

Rurſum quoniam clamas ad me, & ſine contritione inſanabili eſt dolor tuus, quare omnis poteſtas à Deo nocendi, quamquam mala voluntas nocendi [non] ſit. Adeone quippe non poteſtas malæ voluntati noſtræ, Deo concedente? Cur nequiſſimus ſathan perverſâ voluntate petiit à Domino poteſtatem ut affligeret Job virum ſanctum, & perſecutores nequiſſimi vocantur Dei miniſtri, & Nabucodonoſor, ſynagogæ percuſſor, apud Jeremiam ſervus Dei nuncupatur? Cur autem poteſtatem nocendi talibus malignis Deus tribuat; non eſt noſtrum cognoſcere à priori: quoniam judicia ejus abyſſus multa, & Gregorius in Moralibus: ad quod? Quoniam via ira verè eſt miſericordia, & quod via verè quoniam eſt ira. Verumtamen à poſteriori ex conjectura veriſimilium perpendo, meumque fortiter pulſarunt animum ſeu mentem, an ad correctionem ex Dei miſericordia, vel ad ultionem ſit hæc præſens regni graviſſima percuſſio; & licèt ad utramque partem rationes plurimæ affluerent, pigebat ſeu tædebat animum, rationum iræ & ultionum partem portendere. Quapropter ad rationes alteram partem faventes, ſcilicet miſericordiæ & correctionis animum applicavi. Mirabar quidem vehementer, ſi Franciæ regnum olim florentiſſimum, & adhuc nudiuſtertius virtutibus ornatum, famatumque præ ceteris, cujus potentiam pavebant infideles perfidi, cujus fidem & ſcientiam venerabantur chriſtiani, cujus juſtitiam & conuerſationem laudabant univerſi: mirabar, inquam, ſi tam nobile regnum, tantiſque gratiarum donis refertum, jam ad ruinam tenderet, & quibus malis ſuam deſtructionem induiſſet. Conſolabar, & occurrebat verbum quod Abrahæ dictum, dum Sodomæ everſio immineret: putas quod ſi decem juſti in civitate inventi fuerint, propter illos decem non delebitur civitas. Heu! non dubium quin in regno Franciæ, & ſingulis urbibus & oppidis plurimi [ſint] juſti; niſi ita diſtrictè, ut non juſtificetur in conſpectu ejus omnis vivens. Sed ſi ratione

Digitized by Google

ſi ratione congruentiæ & benignitatis quam A plures juſti, qui timore Dei compuncti, bonum facere, & à malo declinare, . . . & ſecundum Prophetam, mentiuntur dies vitæ, & in tempore iracundiæ reconciliantur populi, proinde CHRISTI in benedictione juſtorum exultabitur civitas. Sed conſolationem augebat recordatio glorioſiſſimorum ſanctorum patronorum, quorum precibus, fide, & doctrinâ regnum hoc fuit fundatum ac firmatum, ut ſunt Dionyſius primus Gallorum apoſtolus, Martialis CHRISTI diſcipulus, Hilarius, Martinus, B Julianus, Remigius, Germanus Pariſienſis & Autiſſiodorenſis, & alii innumeri, quos nedum in civitatibus ſingulis, ſed etiam oppidis ſe habere patronos Francia gloriatur & exultat. Non eſt veriſimile, quod regnum cujus curam & patrocinium tam glorioſi & benedicti ſuſceperunt patroni, nunc tamquam ab ipſis derelictum corruat & pereat, & præſertim cùm preces ſanctorum quorumdam iræ Dei dicuntur reſiſtere in ſacris eloquiis; unde Dominus ad Jeremiam: Noli orare pro populo iſto, & non obſiſtas mihi. Et ſimiliter ad Moyſem: Dimitte me, ut percutiam populum iſtum. Et C Aaron, arrepto thuribulo, inter ignem arſurus & populum medius ſtetit, & ira Dei ceſſavit. Sed dum hæc mecum tacitus cogitarem, & in his quodammodo conſolarer, alia ſupervenit cogitatio me graviter urgens, & importunè ſic clamans: Cur, cur inani gaudio gloriaris, & de ſanctis hujus regni patronis nimium confidis? cave ne de ipſorum patrociniis fruſtra conſoleris. Nonne Jeroſolymorum templum quod Domini præcepto fuerat ſitum, fabricatum, & conſtructum, & uſque ad ſuperliminaria ornamentaque mirabili ejus inſtructione [conſummatum,] nonne peccatis populi D exigentibus ſpurciſſimorum idololatrarum flammis eſt combuſtum, atque per longa tempora deſerti vaſtitatem contrahens, quod fuerat totius orbis ſanctuarium, factum eſt habitatio ſerpentum? Hæc prævidens Jeremias ſtultam Judæorum confidentiam arguebat, dicens: Nolite dicere Templum Domini ſanctum eſt, Templum Domini ſanctum eſt. Noli etiam dicere tu, Regnum Franciæ ſanctiſſimis patronis repletum eſt: quia fortè Deus propter peccata regni eſt taliter permotus, quod ſanctos pro E regno interpellantes non exaudiat. Scriptum eſt: Si ſteterint Moyſes & Helias coram me pro populo iſto, non exaudiam eos. Vel ipſis ne ampliùs orent ſilentium impoſuit. Scriptum eſt item: Noli orare pro populo iſto, nec aſſumas pro ipſis laudem. Nonne vides, quot proceſſiones, quot orationes, quot matronarum ſuſpiria, quot pupillorum gemitus, quales virginum lacrymæ effunduntur? Per regnum Franciæ acriter tribulationes accreſcunt quotidie. Audi, precor, Iſaïam Domini oraculum: Peccata veſtra diviſerunt inter me & F vos: noli ergo vanam fiduciam & inane gaudium [ſequi]; ſed potius ad removenda flagitia & ſcelera, quæ hoc malum procurant, ſtude & manum adhibe.

Itaque pro reſponſione ad tua petita, ſpectabilis domine, quibus quærebas modos reprehenſionis mendarum regnum corrumpentium & dividentium, nullus modus melior & convenientior, quàm ipſum à peccatis divinam ultionem exigentibus purgare, & licèt quodlibet mortale Deo diſpliceat, tamen peccata quæ in una civitate, regno, vel in commune palam & publicè, impudenter licenterque & ab omnibus quaſi regulariter perpetrantur ac committuntur, tantùm Deo diſplicent, quòd videlicet gladium, & divinæ indignationis pœnam exigunt. Revolvendo igitur mores Franciæ, jam civilibus armis exteriùs interiùſque nimis attritæ, tria inverecundè concita jam pro regula & conſuetudine exercentur, immò exiſtimantur, & quaſi pro virtute habentur. Quod etſi per ſcripturas ſacras & prædeceſſorum exempla judicare poſſumus: ad totalem regni ſubverſionem promerendam ſufficit. Et quamvis illa tu melius me videas, tamen me ut erga patriam & regnum acquitem, quibus [poſſum modis], ea cum ſuis remediis tibi deſcribere curabo. Speras quod apud regni heredem, ſcilicet dominum delphinum, adoleſcentem bonarum indolum, necdum intus vitiis irretitum, ſed adhuc innoxium, cujus es conſiliarius, propter ſalutem patriæ, conjugis, liberorum tuorum, tuique remedia adhiberi procures, nec in hoc facto me ſomnium narrare, aut fabulam tenere putes; ſed, precor, modernæ rei experientiam veterum patrum hiſtoriis conferas, paululum ſic me intelliges quoddam ſpeculum lumine ſolis dumtaxat obice, ut emiſſo fulgore noſtros reverberat oculos. Legiſti, non dubito, quantâ diſtrictione patres antiqui calamitates populi peccatis ejuſdem adſcripſerint, unde & ad placandum Deum ſacrificiis & oblationibus priuſquam diſpoſitioni exercituum intendebant, neque iſti ſolum, qui revelata lege mentis ducebantur; ſed etiam illi, qui dæmonis errore ſub idolorum ſimulacris detinebantur, in Romanis hiſtoriis ad celebranda piacula concurrere, neque fas erat cuiquam conſulum ab urbe diſcedere, donec donorum placationem, expiationemque ſcelerum perſolviſſent, juxta ritum gentium, vel monita, & exempla gentilium ad expianda facinora ex ipſorum intuitu moderna confundatur. Et nos fideles noviſſimi erubeſcimus, ut neque in veteribus & modernis miſeriis multum prementibus ſpiritum & intellectum non habeamus, oculoſque ad Deum . . . non ſublevemus, atque peccata noſtra his pœnis luendo, miſericordiam ejus non imploremus. Expurgentur igitur vitia, & poſtmodum pietas Dei ſuppliciter expectetur, ad quod hujus epiſtolæ tendit intentio, quam tibi fidenti corde ſcribo, ut tua induſtria, tuaque ſollicitudine ad practicam deducatur, & poſt vitia purganda, deſcribentur, deinde remedia purgaminis ſubjungentur.

Prima igitur mali labes, primumque calamitatum hujus regni coagulum, videtur eſſe peccatum blaſphemiæ, quod impudentiſſimè,

impudicoque nimium ore à regnicolis contra Deum & ſanctos ejus paſſim palamque comittitur. Tabulæ lapideæ non longiori pro memoria digito Dei ſcriptæ Moyſique traditæ, ut in cordibus hominum tamquam in libro ſcriberentur, ne laberentur à memoria, primum præceptum: *Non aſſumes nomen Dei tui in vanum:* quo non ſolum prohibetur perjurium, ſed etiam levis ac ſine cauſa nominis Dei atteſtatio. Quamlibet autem contemtui & deriſui habeatur hoc peccatum per totum regnum Franciæ gradatim videamus. Primò mercatorum mendacium & perjurium pro nihilo computatur, ideo quòd ſit ars mercatoris & induſtria longè à ſua mente loqui valorem quemlibet pretium rerum vænalium in duplo & triplo tranſcendentem execrabilibus juramentis palliare: aut deceptio proximi, aut falſa atteſtatio nominis Dei ullomodo quanti penduntur. Quis ita magis artis doctus quàm mercator effertur, qui fratrem ſubtilius in negotio circumvenit, atque dolos ſub veritatis pallio cautius fingit? Sic namque vitia in conſuetudinem verſa, calcatis præceptis, virtutes reputantur, docenturque pueri, ut talibus dolis talive induſtriâ tamquam licenti ac laudabili fallaciâ victum ſibi quærant. Sed quid de nefandiſſimis juramentis, quæ execrabiliſſimè in ludis evomuntur? Ludos verò qui pro ſolatio, vel exercitio, ac pro vitando otium, humanum adjuvant ingenium; nunc verò interjecto cupiditatis lucro diutiùs taliterque potiùs vis... ſpectare theatrum, quàm videndi ludos pergere, ad audiendas Dei blaſphemias properare quàm luſum pro modico bravio vel vadio in quolibet paſſu, vel fortuito eventu Deum creatorem ſuum denegant, portionem redemtionis abrenuntiant, Christum redemtorem membratim lacerant, ſingula ejus membra turpiter obteſtantur, immaculatiſſimæ Virgini convicia nefandiſſima inferunt; ſanctis Dei exprobrando pudendo nomine infamant. Qui cœlum & elementa ſpernunt, ſeipſoſmet pugnis cædunt, jurant, perjurant, blaſphemias, ſcandala, contumelias exaggerant. Et quod deterius eſt, hæc palam & publicè, & coram omnibus fiunt & dicuntur: quibus attamen nullus aſſiſtentis multitudinis ſcandalizatur, nulliuſque auris offenditur, audiunt hæc principes, audiunt judices, audiunt eccleſiaſtici prælati, audiunt Dei miniſtri; ſed totum joco deputantes, blaſphemiis inſanis ad riſum commoventur, & talibus blaſphemis applaudentes, in menſa vel camera ab ipſis recipiunt obſequia. O ſacrilega impietas, & deteſtanda diſſimulatio! hoc malum tam patens & publicum, à domibus principum effluxit, & viret hoc venenum. Olim dudum & quondam domus principum erant morum totiuſque honeſtatis ſchola, nunc talium blaſphemiarum factæ ſunt officinæ. Heu mores! heu tempora! ſolebant antiquitus proceres regni ſuos adoleſcentes filios ad curias principum tranſmittere, ut illic honeſtatem vitæ mundæ reportarent. Sed heu! proh dolor! nullibi major juvenum A corruptio, nullibique inhoneſtior vitæ turpitudo invenitur, unde adoleſcentes nobiles & bene nati in curiis principum ætatem floridam ſuæ juventutis pervertunt, conſuetudines perverſas acquirunt, ſemina virtutum à proceribus inſerta extingunt, procaces & indiſciplinabiles redduntur, ac excuſſa gravitatis nobilitate, nihil aliud quàm ſcurrilitatem, impudicitiam, luxuriam, guloſitatem, mendoſitatem, inſolentiam, nequitiam, Dei & ſanctorum irreverentiam, proceribus inobedientiam referunt, neque ſe animoſos fore exiſtimarent, B niſi Deum ac ſanctos in quolibet verbo denegarent. Hic eſt honor, hæc morum honeſtas, quibus allactantur his temporibus nobilium adoleſcentes. Qui igitur fidelitatem animi promiſſorumque fiduciam à talibus ſperare poſſet? Fidem Deo debitam continuò negant, mendacia fovent, nulla hominibus promiſſa complent. Mirandum ſi hodie talium multi in regem heredemque ſuum perfidi exiſtant, fidemque promiſſam non ſervant? quia per hæc quæ peccavit homo, per ea punietur. Si igitur rex ac conſilium mendaces, aut perjuros blaſphe- C moſque in regno ſuo punire noluit, ſi Dei injurias vindicare neglexit: nonne dignum eſt, ut in caput ejus, ac illorum quorum intererat, hæc malâ retorqueantur; & qui honorem Deo debitum à ſuis ſubditis exhiberi non procurant, jam ab eiſdem non honorentur? Contumelias & blaſphemias arcere non curanti propter parvam hominis injuriam paſſim interficiuntur, & ſpreto Dei honore, peccatorum gladiis cæduntur, mendacia diliguntur, de perjuriis riſus, & ecce per mendacia diviſi ad fletum convertuntur; ut exquiratur aliquis D modus repellendi mendacia, ſic atrociter regnum ſcindentia. Quid reſpondebo? meritò hæc patimur, & juſtè vicinis noſtris poſiti ſumus in opprobrium, quia nomen Dei noſtri habuimus in deriſum. Igitur ſummum remedii conſilium, cum cordis amaritudine peccatum blaſphemiæ recognoſce, planèque confitere, quia propter ipſum invenerunt nos mala, quia... Dei veritas ſunt & judicium.

Secunda noſtræ miſeriæ contagio, ſeu *flagellationis* documentum, eſt tyrannidis peccatum & populi oppreſſio, quæ ab omnibus ferè E potentibus induratè & auſterrimè exercetur. Secunda tabula Decalogi: *Non occides, non furtum facies.* Itaque in primo prohibetur omnis violenta indignaque alicujus perſonæ percuſſio: in alio verò omnis tractatio rei alienæ, invito domino ejus ac nolente. Præcurſor Baptiſta neminem concuſſerat, non reprobat, ſeu damnat militiæ ſtatum: ſed temperare voluit, ac refrænare voluit milites, ne conceſſa gladii licentia abuterentur, ut in bello *juſto* deferrent, non invaſorum more, & *nihil* cupiant, niſi jure dominii in veſtram ſortem venerit. F Dum vero contra hoſtes & protervos juſti committuntur bella, in ſortem pugnantium jure vertuntur ipſorum ſpolia, ſic Abraham, Joſue, David; ſic judices, doctoreſque populi Iſraël inimicorum ſpoliis ſæpe ditati ſunt. Sed

Digitized by Google

multum debent ab hoſtibus peſſimis detrahere ſpolia; & non ſubditorum, amicorumque ſubſtantiam, prædonum more, penitus aſſumere. Hæc eſt multorum currentis temporis militia, hæc ſunt modernorum militum exercitia, omnibus inimicari, omnes toto poſſe deprædari, colonos & agricolas ex agris fugare, equos culturæ deditos rapere, domos pauperum ſubintrare, totum evolvere, lectiſternia, utenſilia, & ſupervenalia aſportare, arcas rumpere, infantium & parvulorum panem tollere, matres etiam gravidas pedibus calcare, volatilia, greges, armentaque interficere ad non victum competentem, ut faciunt feræ; ſed ad explendam furiam, ut beſtiæ. Denique corroſis omnibus, cum nihil amplius reperitur; ipſum patremfamilias cum uxore, videntibuſque filiis cordis crudeliſſimè ligant, cruciatibus duriſſimis afficiunt, & ſæpe mutilant atque occidunt, atque incredibilibus & indicibilibus tormentis torquent, ut pro redemtione ipſius ab amicis extorqueantur pecuniæ. O feroces animos! ô derelictos homines ab humanitate! quibus non ſatis eſt ſubſtantiam pauperum ſumere, niſi etiam ſanguinem ſugant; quin immò nulla ætas, nullus ſexus, nullus ordo, nullus locus ab ipſis ſecernitur; namque infantes cruciant, virgines violant, conjugatas ſtuprant, ſacerdotes vulnerant, viduas denudant, loca ſacra prophanant, eccleſias uſque ad receptaculum Corporis CHRISTI ſpoliant, & omnia furore & incendiis permiſcent, ut homines rabidi palam per agros quærendo quem lacerent, quaſi tyrones militari diſciplinæ dediti, ut exercitum componant. Quis igitur animoſitatem ac fortitudinem animi in talibus ſperaret, quos cœlum & terra quaſi mendaces arguit? Certum eſt tepidum, ſcelere agitatum ſemper tepidum & inconſtantem fore. Hinc Caïn poſt fratricidium, à facie terræ tremens & profugus dicebat; *Quicumque invenerit me, interficiet me.* Ite ergo, & in victoria talium confidite, quos non intellectus audaciæ, ſed infernalis furia exagitat. Immo ipſorum eſt inconſtantia & inſtabilitas, ſed magis timenda eſt Dei iracundia, quam ſuper totum exercitum tantis criminibus tales ſæpe provocant. Ita propter peccatum unius, ſcilicet Achor, maxima hominum multitudo cecidit in bello. Si enim propter illa quæ de anathemate aut idolis ſecum attulerat, multi & magni exercitus ſæpe perierunt: quanto magis propter iſtos, qui Deum & ſanctos, totumque genus humanum perſequuntur? Et quod deterius eſt, hoc grande nefas propter ſui continuitatem, jam venit in conſuetudinem, jam nobiles & ingenui ad ipſum trahuntur, jam impune tranſit, & quaſi pro lege reputatur. Nec principes, nec duces exercituum hoc quanti pendunt; ſed talibus facinoroſiſſimis, tamquam fortiſſimis viris utuntur, ſecum ad prælia ducunt. Quando autem eis ſuccedit hoc, lugentes videmus. Sed alias tyrannides ſuas libentius te ſuper hoc audirem, qui eas melius noviſti, qui in ſæculo & apud forum mundi litigia, & cauſas tractaſti. Scis verò quantas angarias faciant ſimplici populo clientes ceterique legis & aliorum officiarii, quoniam ſcis quantis exactionibus vexationibuſque exagitantur pauperes coloni in juriſdictionum curiis, tam eccleſiaſticis, quàm laïcalibus. Scis inſuper quibus omnibus atterunt ſubditos particulares duci. Illorum aliqui, præter reditus annuos, gratis vivere ſuper ipſos quærunt, ac frequentiſſimè uſque ad ollam in atrio bullientem eſcas venantur; alii canes & equos alendos cum ſervulis eis committunt. Quod ſi renuerint, protinus cæduntur, verberant ipſos, atque incarcerant, & tandem ad extremam pauperiem eos redigunt.

Taceo preſſuras dominorum, de quibus aliquid raro ſolvitur. Dimitto taillias, vectigalia publica, quæ annuatim, aut bis in anno exiguntur. Dimitto etiam ſubſidia, quæ utinam fuiſſent melius diſpenſata, aut numquam impoſita. Dum quiſpiam ex genere quocumque humili natus, aliquod exactionis officium arripiebat, mox raptor & tyrannus efficiebatur, nulluſque reputabatur, ſi non infra biennium divitiis, faſtu, deliciis, ſumtibus, & ædificiis ſupereffluerent. Heu, quales domus, quàm ſuperbæ & ſuperfluæ infra & contra regni civitates de pauperum laboribus ſunt conſtructæ! quæ nunc Dei judicio corruunt incendunturque; & concludendum evenit, quantam vindictæ occaſionem contra regni magnates habeat Deus, qui tot repetitis vicibus in ſacra pagina ſe nominat oppreſſorum liberatorem, pupillorum adjutorem, defenſoremque viduarum, qui totiens clamorem eorum exaudivit, ac de tribulationibus eripuit, totienſque tyrannos proſtravit & occidit, & comminatur per prophetam Iſaïam: *Principes tui ſocii furum, omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones, pupillo non judicant, cauſa viduæ non ingreditur ad eos. Propter hoc, ait Dominus Deus exercituum fortis Iſraël, heu ego conſolabor ſuper hoſtibus meis, & vindicabor de inimicis meis.* Et paucis interpoſitis: *Populum meum exactores ſui expoliaverunt, & mulieres dominatæ ſunt ejus.* Et paulopoſt: *Vos enim depaſti eſtis populum meum, & rapina pauperum in domo veſtra eſt. Quare atteritis populum meum, & facies pauperum commoventur, dicit Dominus exercituum, numquid habitabitis vos ſoli in medio terræ? Væ qui conjungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis, in auribus meis ſunt hæc, dicit Dominus exercituum, niſi domus multæ deſertæ fuerint, grandes & pulcræ, & abſque habitatore. Et nunc dicit Dominus exercituum,* quia vindictam talium facinorum nulli poſſunt impedire exercitus, immò propter talia Dominus ſæpiſſimè ſubvertit exercitus.

Tertia noſtræ perſecutionis cauſa vel occaſio eſt adulterii peccatum, per Franciam nimis impunè, nimis licenterque publicum, contra id: *Non mœchaberis, non concupiſces*, quia utraque mœchia, tam ſpiritualis, quàm corporalis eſt de ſe illicita, & à natura peccati interdicta; adeo quod inter muta animantia ſunt

Digitized by Google

aliqua, quæ non ſolùm paribus ſuis copulæ ſervant fidem; verùm etiam unius coïtûs caſtitatem: quia cùm prima ſacramenta poſt peccatum, & propter peccatum ſumſerint exordium, ſolum conjugii ſacramentum ante peccatum & in ſtatu naturæ ad propagationis officium legitur inſtitutum: quod cognoſcens Adam in ſpiritu, cùm mulier facta ad eum fuiſſet adducta; mox indiſſolubilitatem conjugii enuntiavit, dicens: *Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne*, &c. *propter hoc relinquet*, &c. *erunt duo in carne una*: ſed poſt peccatum hujus ſacramenti inſtitutio ad infirmitatis remedium, ut natura corrupta propagaretur, & in propagine corruptionis vitium extirparetur. Neque hujus ſacramenti dignitas dumtaxat ex parte officii aut remedii naturæ eſt ſumenda, ſed magis reſpectu ſignatorum quæ figurat & portendit indiſſolubilem Christi & Eccleſiæ unionem, de qua Apoſtolus: *Sacramentum hoc magnum in* Christo *& Eccleſia*. Etiam ipſa dilectio, quâ maſculus & femina inſtituti conjugii animis uniuntur, ſignum eſt dilectionis illius, quâ Deus animæ rationali intus per infuſionem gratiæ & Spiritûs-ſancti participationem conjungitur. Deus eſt actor & cuſtos conjugii, cum ambo conjuges ſuam cuſtodiam commendant, mirabili ſtrenuitate thorum ipſorum cuſtodit, quod patet dum rex Ægypti Pharao Saram Abrahæ uxorem, quam mortis timore ſororem præciſè dixerat, ob ejus pulcritudinem ſuſtuliſſet, vetitoſque amplexus cuperet; confeſtim à Deo flagellatus, ipſum thalami cuſtodem ſenſit, unde ipſam alienam agnovit uxorem eam, quæ tantum ſoror fuerat dicta: quapropter vocavit Abraham, & arguit eum dicens: Quare hoc feciſti mihi? quare non dixiſti mihi, quia uxor tua eſt, ſed dixiſti mihi quia ſoror tua eſt, ut ſumſerim eam mihi in uxorem? & nunc ecce mulier ante te. Diſcant ſuper hoc conjuges, precor, ut unuſquiſque caſtum ſe præbeat, alienum non affectet thorum, nec ſpe latendi impunitè alienam uxorem inceſſat, neque incuria aut ſocordia mariti, aut longiori abſentiâ quis provocetur; quoniam ſemper adeſt præſul conjugii Deus, quem nihil latet, nullus evadit, nemo irridet, vicem abſentis mariti tuetur, ſervat excubias: immo ſine excubiis deprehendit reum, antequam faciat quod paravit; quia in mentibus univerſorum certiſſimè agnoſcit: & ſi maritum adultera fefelleris, non fallis Deum. Si judicem fori evaſeris, non evades tamen Judicem totius mundi, qui gravius ulciſcitur abſentis injuriam, eo quod ſeipſum thalami cuſtodem, ſuique præſentiam deſpici videt. Attendant igitur mariti, & mulieres advertant, nec viro licet quod mulieri non licet; quamquam lex naturæ propter dubiam prolis ſuſceptionem mulierum adulterium plus damnat quàm viri. Ex quibus liquet clariſſimè, quod damnandi ſunt, & ab omne politico etiam dumtaxat naturali jure puniendi illi nebulones perfidi, quorum eſt ſtudium nuptarum fragilitatem donis & promiſſionibus ſollicitare, thoros alienos circuire, mulierum conventiones frequentare, tentare, inſtare quamdiu, modo ut adulterii crimen ſuggerant. Profecto hi tales ſunt naturæ patentes inimici, eo quod prolis certitudo, ac exinde parentum amor ad filios, & è contra filiorum ad parentes per eos interturbantur & confunduntur. Et tanto plus hujuſmodi homines à principe catholico ſunt arcendi, quanto ultra naturæ injuriam Christi & Eccleſiæ ſacramenta, figuramque ſcindunt & lacerant. O ſceleſtiſſimos homines! ô homines ad extremum perditos! quorum tanti mali ſuaſio, tantique mali violatio quæſtus ſunt uberrimi. Sed quo applauſu, quo favore tales omni contumeliâ digniſſimi, per Franciam honorabantur cunctis palam eſt, nempe laterales erant principum, cum ipſis cor unum & deſiderium, cum ſeipſos, ſuaque conſilia eis committebant; & inde morum corruptio, torpor & vecordia regnum invaſerunt. Inde enervata militia, ac omnis virtus ſopita eſt; inde juvenes effœti ad petulantem laſciviam, luxum, & ſuperfluitatem ſua converterunt ingenia: indeque pudor & honor penitus abſceſſerunt. Non enim utebantur adulter & adultera nutibus & ſignis: verbis ſcripturiſve ſeipſos in feſtis publicis & choreis propalare efferebant, quos laude & gloriâ dum pulcram, & ſpecioſam, & divitem adulterinis modis ſibi vindicaverat. Nec ibat qui argueret; ſed in omni ſtatu tam cleri quàm populi crimen hoc ſuperabundabat, adeo quod ipſimet cæci infelices, lumine orbati, qui per plateas geſta virorum fortium, ac militum victorias cum ſymphoniis canere debent, victum inde lucrando procul dubio omnem ſpurcitiam, & immunditiam, carminaque totius libidinis incentiva in plebis concione voce inſtrumentoque reſonabant, atque lucrum permaximum ex corruptionis ſemine & fœditatis ſparſione reportabant. Heu reſpublica! ubi nunc rectores tui? Olim apud nos Ovidius poëta famatiſſimus exſulavit, eo quod amatoriæ artis librum juvenum quodammodo deceptorem & corruptorem fecerat; nunc vero noſtri temporis judices hujuſmodi nebulones lenoneſque, hiſtriones, paraſitos, cæcatores, omniſque libidinis incitatores nutriunt, impinguant, ac jocalibus ornant. Non ergo mirum, ſi comminationes prophetarum de ipſis modo adimpleantur. De talibus loquens Iſaïas, vocat eos principes Sodomorum & populum Gomorræ. Et cauſam poſteà ſubdens, inquit: *Quia peccatum ſuum ſicut Sodoma prædicaverunt, nec abſconderunt*. Deinde ad impudicas mulieres ſe convertens, ait: *Pro eo quod elevatæ ſunt filiæ Sion, & ambulaverunt collo extento, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant, & ambulabant, & pedibus ſive compoſito gradu incedebant; decalvabit Dominus verticem filiarum Sion, & omnem carnem ipſarum nudabit, in die illa auferet ornamenta*, &c. Et ſequitur, *pulcherrimi quoque viri tui gladio cadent, & fortes tui in prælio.* Similiter Jeremias loquens ad Jeruſalem, dicit in perſona Domini: *Diſſeminabo eos quaſi ſti-*

Digitized by Google

pulam, quæ vento rapta eſt in deſerto; & hæc eſt ſors tua, & pars miſeriæ tuæ à me, dicit Dominus; *unde ego nudavi fœmora tua contra faciem tuam, & apparuit ignominia tua, adulteria tua, & hinnitus, ſcelus fornicationis tuæ.* Item, Ezechiel tantarum cladium cauſas enumerans, ait: *Unuſquiſque in uxorem proximi ſui operatus eſt abominationem, & ſocrus nurum ſuam polluit nefarie*, &c. Neque falſo quis ſibi blandiatur, dicens has prophetias dudum ſynagogæ directas & diu conſummatas, idcirco ad nos noſtraque tempora non pertinere; quoniam profecto omnes prophetiæ, quæ ad correptionem morum vel punitionem reſpiciunt, ſic fuerunt ſynagogæ directæ, quod etſi eventus earum realiter ipſam attigerit, tamen ad curſum militantis Eccleſiæ, quamvis non corporaliter ad litteram ſine ſimilitudine diſſimili, ut loquitur Dionyſius, iterum revolvitur. Sic enim Ezechiel vidit rotam in medio rotæ. Sic Salvator, hunc Moyſen & prophetas audiant: illos audiant, quæſo, furcigenæ prophetas ſanctiſſimos, atque Ninivitarum exemplo ipſorum prophetiæ occurrant, ne vanis ſuperſtitionibus idiotarum fantaſia deludantur. Audiant, precor, quid Dominus per Jeremiam ſub metaphora figuli peccatoribus dicat, non obſtantibus prophetarum comminationibus: *Numquid ſicut facit figulus non potero facere vobis? Ecce ſicut lutum in manu figuli, ſic vos in manu mea. Dominus Iſraël loquitur adverſus gentem & adverſus regnum, ut eradicem, & diſperdam, & deſtruam illud. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo quod locutus ſum, quod cogitavi ut facerem*, &c.

Sequuntur remedia.

Nemo mihi ſuccenſeat, ſupplico, aut contra me nullus moveatur, ſi planè noſtram detexerim ignorantiam, quoniam nulla plaga incurabilior illa, quæ palpari non permittitur, nec majus eſt obdurationis ſignum, quàm inter flagella culpam non agnoſcere, ac nolle ipſam fateri; quam indurationem clariſſimè deſcripſit Iſaïas: *Vade, dices populo huic: Audite audientes, & nolite intelligere: Videte viſionem, & nolite cognoſcere. Excita cor populi hujus, & aures ejus aggrava, & oculos ejus claude, ne forte oculis videat, & auribus audiat, & corde ſuo intelligat, & convertatur, & ſanem eum. Excæca igitur, & excæcatos demonſtra; dic eis ſcelera ipſorum, & in te conſurgent.* Qua in re maximum peccatum excæcationis indicat. Abſit ergo quod adverſum me quiſpiam inſurgat, eo quod inter tot afflictionum genera, vulnerum noſtrorum fundum percuntor. Nolo certè in his tribulationibus illos prophetas ſeu conſiliarios inſequi, qui, ut loquitur Iſaïas, poſuerunt mendacium ſpem ſuam, & ſperare faciunt populum in verbis mendacii, dicentes quia pax in regno habetur, nonobſtantibus peccatis: de quibus pſeudoprophetis dicebat Jeremias lacrymans ad Dominum: *Ah, ah, ah! Domine Deus, prophetæ dicunt eis: Non videbitis gladium, & fames in vobis non erit, ſed pacem* A *veram dabit Dominus in loco iſto.* Cui reſpondit Dominus: *Pſeudoprophetæ vaticinantur in nomine meo: non miſi eos, & non præcepi eis, neque locutus ſum ad eos viſionem mendacem, & divinationem fraudulentam, & ſeductionem prophetant vobis.* Similiter Ezechiel hujuſmodi prophetas, qui pacem cum peccatis populo promittunt, deſcribit ſub exemplo ædificationis murorum abſque cemento atque bitumine. Hic murus in ſcala modica & leni aquarum inundatione corruit. Sic verò pax, quæ non B in Deo, ſed in tractibus humanis eſt ſolùm fundata. *Vere*, inquit ipſe Ezechiel prophetis inſipientibus, *quia vulpes in deſertis prophetæ tui, Iſrael, erant.* Et ſequitur: *Vident vana, & divinant mendacium dicentes, ait Dominus, cùm Dominus non miſerit eos. Propterea dicit Dominus Deus, quia locuti eſtis vana, & vidiſtis mendacium, in conſilio populi mei non erunt, eo quod deceperunt populum meum, dicentes, pax, pax, & non eſt pax; & ipſe ædificabat parietem, illi autem liniebant cum luto abſque paleis, dic ad* C *eos qui liniunt abſque temperatura, quod caſurus ſit*, &c. Cecidit quoque jam, ter quaterque relevatus eſt noſter paries, & plerumque deceptus eſt populus, pacem clamitans, quæ non erat pax, immo ſub umbra pacis mortiferæ latebant inſidiæ, atque callidis tractantium fictionibus pax illa erat ſolum innixa, tamquam cum hominibus dumtaxat eſſet querela, neque Dei offenſa. Unde tamen venit plaga nullus conſideravit, nullus aſpexit ipſum Deum dicentem: *Ego Dominus faciens pacem, & creans* D *malum.* Ædificabant itaque ipſi tractatores & conſiliarii murum abſque palea, promiſſa hominum ſuper promiſſa exaggerantes, nullo modo cum principali actore, puta Deo, tractabant. Non murus ergo, ſed pax illa vana à nobis velociter evanuerunt: quia niſi Dominus ædificaverit domum, in vanum, &c. Quocirca hos prophetas non inſequens ego, ſed ſanctum Iſaïam, qui ſe virum labiis pollutum exclamavit, eo quod tacuerat peccata populi; deinde purgatus ab angelo ex igne altaris, in E hanc paulo poſt prorupit vocem: *Audite domus David, numquid vobis parum eſt moleſtos eſſe hominibus, quia moleſti eſtis & Deo meo?* quaſi diceret: ideo moleſti eſtis hominibus, quia Deo intolerabiles facti. Idcirco non veritus ſum enarrare illa de vobis, quæ non tantùm hominibus ſunt moleſta, ſed Deo & angelis ejus nos abominabiles reddiderunt.

Nunc autem ad remedia, ne ex prædictis ſimplex aliquis deſolationis viam capiat, quia in Levitico de damno tenebatur, qui ciſter- F nam vel foſſam putei aperuerat, ſi bos, vel aſinus, aut jumentum proximi vicini in eam cecidiſſet. Quamobrem ne ſimili pœnæ ſubjaceam: tribus plagis tria obſtacula vel remedia [ſubjiciam], quibus appoſitis, pacis & ſalutis ſpes erit magna. Quæ ſiquidem remedia, vir egregie, & ſpectabilis domine, interſtitio cujus me ſero rogaveras ut ſcriberem, non dicam fortuito caſu, ſed potiùs divinâ diſpenſatione mihi occurrerunt: quamvis ad iſtud propoſi-

Digitized by Google

tum tunc non intenderem, ſic accidit, quia A Dominus voluit, illo mane quo Dominus receſſum ſuum diſponeret è monaſterio ſancti Maximini, in quo nunc divinâ providentiâ commoror, quidam religioſi rogantes, ut domino delphino in receſſu ſuo ad requiem præfati monaſterii aliquid dicerem, uti decebat, & moris eſt. Cui rei tam ſubitæ & inopinatæ repentè animum conferens, cœpi cogitare, quod thema, aut quod eſſet dicendorum exordium. Illico ſe obtulit illud pſalmi verbum, prophetico ſpiritu: *Propter veritatem & manſuetudinem, & juſtitiam, deducet te mirabiliter dextera tua.* Quod verbum congruit iſti adoleſcenti regalem benedictionem expectanti, quem reipſâ cognoſcimus multa graviſſima paſſum, & adhuc paſſurum propter veritatem & manſuetudinem, & juſtitiam. Nam dum prædictis plagis, ſic regnum Franciæ læthaliter vulnerantibus, remedia ſollicitus quærerem, huc & illuc recurrendo, in revolutione multorum & cogitatione diu ſuſpenſus remanerem, tandem ſubiit animum quidam novæ illuſtrationis radius, cujus lumine ſtatim cognovi, quòd id quod quærebam intus habebam. Deus mihi miniſtraverat: reflexit namque mentis oculos ad verbum id quod pro themate coram domino delphino ſumſeram, & intellexi, quòd hæ tres virtutes, propter quas juvenis ille regius divinâ diſpenſatione ſic mirabiliter deducetur, ſunt tria remedia tribus vulneribus adaptanda, quibus adhibitis, profecto regnum ad valetudinis ſtatum reſurget. Quid apertius veritatis virtute ad obſtruendum vulnus peccati blaſphemiæ? Quid apparatius ad reprimendum tyrannidis virus, quàm manſuetudinis virtus? Quid accommodatius ad prohibenda adulteria juſtitiæ ſceptro? O admirabilis ſtupendaque benigna Dei diſpenſatio, quæ ſic habet adoleſcentem regium, propter veritatem, & manſuetudinem, & juſtitiam, mirabiliter in perſecutionibus deducit, ut per has virtutes regni ſalutem quærens diſcat, & in illis dumtaxat proſperitatem ejus & fortitudinem intelligat. Verumtamen propter eaſdem virtutes mirabiliter deductus fuit CHRISTUS, non ut eas acquireret, cùm ab inſtanti ſuæ conceptionis fuit perfectiſſimus, ſed ut ipſas in hominum cordibus plantaret, plantataſque defenderet. Rurſuſque poſt ejus aſcenſum in cœlos, ob defenſionem iſtarum virtutum multa paſſus eſt, & adhuc quotidie patitur in myſtico ejus corpore: nam tormenta juſtorum ſuas pœnas reputat, & in eum redundant ex unione corporis ad caput. Unde Gregorius, ſi enim caput meum tormenta mea non tangerent, nequaquam pro afflictis membris perſecutori ſuo etiam de cœlo clamaret: Saule, Saule, quid me perſequeris? Aliter autem deducitur iſte juvenis regius, & mirabiliter deducet eum dextera Dei, ſcilicet ut ſibi has virtutes primo acquirat; deinde ipſas in aliis florentes conſervet & protegat. Summo namque odio has virtutes proſequitur diabolus cum ſuis miniſtris, eo quod omnis dominationis, omnis poteſtatis, omniſque dignitatis fundamentum ſunt & robur, cum ſint humanæ ſocietatis robur, & communicationis civilis nexus & vincula. Quis, quæſo, fœdus aut amicitiam inter homines crederet, ſi non eſſet veritas, ſi à corde lingua ſemper diſcreparet? Quis ſocietatem hominum peteret, ſi non adeſſet manſuetudo, ſi belluarum more irâ & odio effervcrent? Quis denique hominum conſortia non fugeret, ſi nulla vigeret juſtitia, ſi debilem fortior, ſi ſuperbus humilem liberè B opprimeret? Itaque obrutis his virtutibus, nunc omnis politia perit, omne dominium, deciduntque omne ſceptrum & corona. Heu Francia! iterum, iterumque repeto tuum exitium, quoniam ex eo quod à te receſſit veritas, manſuetudo tua eſt efferata, & juſtitia in te conculcata eſt. Nunc autem lita, & tamquam furioſa ſine lege per mundum baccharis, nec ullum præſens habetur remedium, niſi hic adoleſcens tuæ coronæ heres has virtutes aſſumat, & ipſas labore non modico ad te referat. C Aſſumat igitur, precor, veritatem, amplectatur manſuetudinem & juſtitiam. Sit, oro, verax in dictis & in factis fidelis, non doloſus in corde, nec duplex in ore. Sit ad juramenta ſobrius & conſtans, contra promiſſa nomen Dei ſanctorumque revereatur, ac injurias CHRISTI rigidè ulciſcatur, blaſphemos non toleret, & perjuros deſpiciat: contra tales novas pœnas ſtatuat, atque antiquas reſtauret, probos & veraces diligat, ipſorumque monita diligenter exquirat. Adulatores, vaniloquos, ſuſurrones, mendoſos, detractores, verſutos, mordaces, obliquos, omnes linguarum factio-D ſos, ſuos capitales arbitretur inimicos. Sit etiam, quæſo, manſuetudine amictus, ſit pius & benignus in ſubditos, ſuper afflictos compatiens & miſericors, non maledicus, non irriſor, non arrogans atque ſuperbus, non verbum pro verbo, ſed tardus ad iram, & ab omni felle alienus, ſit ſimplex ut columba, puta omnia circumſpiciens, & nec rapacitatis ſtudio concupiſcens, non ſit velox ad vindictam, ſed longanimis in alterius malo, neminem injuſtè concutiat, ſed oppreſſos relevet, E auſteros & crudeles corde & animo deteſtetur. Sit, ſupplico, juſtitiâ promtus, non ſit perſonarum acceptor, ſed affinem & peregrinum, divitem & pauperem, fortem ac pupillum in judicio æquè conſideret; nimium non diligat, nec exactores inſequatur, uxorem non inceſſat alienam, ſed unicuique quod ſuum eſt conſervet, ſubditorum bona non auferat: immo ipſorum damna ægrè patiatur. Malefactores durè puniat, bene meritos autem liberaliter remuneret, tyrannos, homicidas, mœchos, F raptores, prædones, fures, rebelles, protervos, ſeditioſos, omneſque ceterorum oppreſſores ardenti proſequatur odio. Porro ſi virtutibus iſtis adoleſcens hic regalis fulcitus fuerit; omnem adverſariorum malignitatem triumphans victor ſuperabit, neque tyrannorum violentia ſpoliabitur ſucceſſione paternâ. Quin immo poſt flagella, poſt labores, Francia nunc dolis

Digitized by Google

& mendaciis decepta, connaturaliter dominum ſuum recognoſcet, atque ſupplex & gemebunda ipſum repetet, atque per eum priſtinos ſalutares mores ſuſcipiens, in melius reformabitur, reformataque iterum germinabit ut lilium, & florebit in æternum, præſtante Domino noſtro JESU-CHRISTO, qui cum Patre & Spiritu-ſancto vivit & regnat Deus per omnia ſæcula ſæculorum. Amen. Deo gratias.

Explicit feliciter epiſtola fratris Petri de Verſailles *in ſacra pagina profeſſoris, Sancti Dionyſii in Francia religioſi*, &c.

LETTRE DU MARESCHAL BOUCICAUT au chapitre de S. Martin de Tours.

Il demande une vicairie de l'egliſe de S. Martin pour un de ſes hommes, l'office propre du Saint, & une de ſes enſeignes, pour mettre à ſon chapeau.

Ex autographo.

TRes-chiers & honorez ſeigneurs. Depuis mes autres lettres eſcriptes & clouſes, leſquelles j'ay baillées à monſieur l'archipreſtre de Lodun, mon chapellain, maiſtre Guillaume de Rue, qui eſt natif de l'éveſché de Saint Pol en Daulphiné, m'a dit qu'il y a un chanoine de l'egliſe cathedrale dudit Saint Pol, natif de Beauvais, & bon chantre, qui luy veult bailher ſadite prébende de Saint Pol, en luy baillant une vicairie, ou chapelle de voſtre egliſe, & par ce moyen ſeroit pourveu mon homme en ſon pays à ſon ſouhait, & voſtre egliſe ſeroit pourvûë d'un chantre, dont je ſerai fort joyeux & content. Et pour ce, meſſieurs, je vous prie, & requiers tant que je puis, qu'il vous plaiſe donner & conferer à mondit chappellain la premiere vicairie, ou chappelle, qui vacquera en voſtredite egliſe, car il eſt homme de bien, & m'a bien & longuement ſervi. D'autre part, meſſieurs, je dis à monſieur le chevecier, dernierement qu'il fût par deça, que je deſiraye fort avoir l'office propre de la feſte monſieur ſaint Martin, & de ſes octaves, tel qu'il ſe dit en voſtre egliſe. Je vous prie, meſſieurs, qu'il vous plaiſe me l'envoyer, & auſſi une enſeigne dudit monſieur ſaint Martin, laquelle ait touché à ſon benoiſt chief, pour la porter à mon chapeau. Vous pourrez ſouvent trouver par-delà en l'hoſtel de monſieur le general Briçonnet de ſes gens, ou autres venant par-deça, par leſquels me porrez ſouvent eſcripre, & envoyer ce que dit eſt. Et en me recommandant de rechief à vos bonnes graces & prieres, je pry à Dieu, meſſieurs, qui vous doint à tous bonne vie & longue.

Eſcript en Avignon le XVIII. de Septembre.

Le tout entierement voſtre,
BOUCICAULT.

A mes tres-chiers & honorez ſeigneurs, meſſieurs le doyen, threſorier, & chapitre de monſieur ſaint Martin de Tours.

LETTRE DE CHARLES roy de France au chapitre de Saint Martin de Tours.

Il le prie de luy preſter de l'argent, pour ſubvenir aux frais de la guerre.

DE PAR LE ROY.

Ex autographo.

CHers & bien-amez, Nous avons reçu vos lettres, par leſquelles me faictes ſavoir, que nos commiſſaires ſur le fait des emprunts, n'ont voulu lever noſtre main par eulx miſe ſur le temporel & revenu de l'egliſe monſieur ſaint Martin de Tours, ainſi que dernierement leur avons eſcript & mandé. A ceſte cauſe, en contemplation du glorieux corps dudit ſaint Martin, auquel avons ſinguliere devotion, nous leur eſcripvons derechef preſentement, qu'ils vous lievent noſtredite main miſe, ſans y faire ancun refus ou difficulté. Toutesfois nous vous prions, que, conſideré les grandes affaires que de preſent avons à ſupporter pour le fait de la guerre, vous nous vueillez aider de telle ſomme que vous pourrez; & nous la vous ferons rendre & rembourſer ſur les premiers deniers de l'année prouchaine; & vous nous ferez tres-ſingulier & agreable plaiſir, que congnoiſtrons envers vous, & les affaires de ladite egliſe, & de chacun de vous en particulier, quand le cas y eſcherra.

Donné à Vienne le VI. jour d'Aouſt.

CHARLES.

DUBOIS.

A nos tres-chers & bien-amez les doyen, threſorier, & chapitre de l'egliſe de monſieur ſaint Martin de Tours.

Præſentatæ & lectæ fuerunt ſupraſcriptæ litteræ in galleis hujus eccleſiæ die Dominicâ XVII. *menſis Auguſti in exitu Matutinarum congregatis.*

EPISTOLA CUJUSDAM MAGISTRI Pariſienſis ad quemdam canonicum regularem.

De vitio proprietatis.

Ex mſ. majoris Carthuſiæ.

CHRISTUS JESUS Dei æterni Filius, qui eſt fons & origo omnium ſanctarum religionum, vos dirigat in agendis operibus, ad ſalutem utriuſque hominis. Amice & frater dilectiſſime, mi frater & amice prædilecte, veſtræ ſcripturæ & fraternitati recogito cogitationes amaras, quibus cogor reverâ plus ad compaſſionis lacrymas, quàm ad dictaminis artes, præſertim cùm, proh dolor! video noſtris temporibus hoc adimpletum propheticum, *Diſperſi ſunt lapides ſanctuarii in capite omnium platearum*: ita videlicet ut, ſecundum expoſitionem beati Gregorii, pauci jam inveniantur

religioſi & eccleſiaſtici viri, qui non plus ſuo A ventri quàm Deo noſcuntur deſervire, tenentes aratrum profeſſionis monaſticæ retrò reſpiciunt, vanâ ſeducti confidentiâ velut columba Effraïm, non habentes rectæ diſcretionis cor & diſciplinæ. Et quid mirum, ſi tot & tanti ſub habitu regulari gehennalia mereantur incendia? qui trinitatem clauſtralis profeſſionis, atque unitatem vinculi perfectionis & caritatis diſſipantes, & omni bono fraudati, in ſuis deſideriis male ſtant ſub principe hujus mundi, atque multifariis inſolentiarum B laqueis irretiti, profitentur quidem obedientiam magiſtri, ſed multò ampliùs ducunt ſigna & veſtigia diaboli, propriæ voluntatis delectati amore, eo quod ſecurius ruinam ædificant ad ſui damnationem, atque interitûs intrent involutionem, quia apud inferos nihil tantum ardere dignoſcitur, teſte Bernardo, quàm propria voluntas. Tolle, inquit, propriam voluntatem, & infernus non erit. Cetera autem ut taceam, nunc de continentia quam profeſſi ſunt loquendo proſtituunt ipſi; tollentes membra CHRISTI, faciunt membra C meretricis, atque de templo Spiritûs-ſancti lupanaria conſtituunt omnis proſtitutionis, teſte Innocentio de miſeria humanæ conditionis, de nocte ventrem agitant cum meretrice in cubilibus, & de mane Filium Virginis offerunt in altari. Quibus eorum dux & legifer ſanctus Auguſtinus in Regula ita ſcribens, ait: Oculi (a) veſtri ſi jaciuntur in aliquam feminarum (a) figantur præ allegatam. Ubi papa dicit quod abbas nulli debet aliquid peculii committere, niſi cauſâ adminiſtrationis, ibi voluit papa quod omnia eſſent communia, & pro communi bo- D no. Secunda pars hujus deſcriptionis patet, quia nullus debet aliquid deffendere tamquam ſuum, planum eſt ſecundum omnes doctores; quia qui tantummodo diceret protervo animo vel deliberato, ſeu ſerio: *Hoc eſt meum*, peccaret mortaliter. Ideo dicit beatus Benedictus in Regula ſua: Nec quiſquam ſuum eſſe aliquid dicat aut præſumat. Quia nec etiam cum licentia valet hoc papa per Innocentium papam de ſtatu religioſorum, cap. *Monachi*, & cap. *Cùm ad monaſterium*, in fine, ubi dicitur: Nec ſummus pontifex, nec abbas, nec aliquis ſupe- E rior cujuſcumque ordinis, poſſunt illam licentiam dare. Ergo ſi aliquis abbas, vel alius prælatus daret monacho licentiam, illa licentia jure utique non valet, quia non poteſt, cùm non habeat auctoritatem. Ergo non excuſatur ille à proprietate, cui hoc conceſſit, vel conceſſum eſt. Item, notandum valdè quod hîc dicitur, nec quiſquam aliquo modo poſſideat. Quomodo ergo illi excuſantur qui ſecundum conſuetudinem abuſivam aliquorum monaſteriorum tradunt ſubſtantiam quam poſſident ad cuſtodiendum, & repetunt quando volunt, F & dicunt: Non ſum proprietarius, quia nihil poſſideo, nec in poteſtate mea habeo quidquam, ſed de poteſtate abbatis dedi ad reſervandum, ſcilicet ad reſervationem commu-

S. Bened. in Reg. cap. 33.

(a) In Regula ſancti Auguſtini legitur: *Figantur in neminem.*

nem. Verùm dicunt illi, ſi non repeterent; ſed ſi repetunt, proprietarii ſunt; quia poſſident aliqua, quamquam per cuſtodem. Modò papa dicit, nec aliquo modo, nec per ſe, nec per alios, ſine vel cum licentia, ſed nullo modo. Nam ſi hujuſmodi traditio ſufficeret, tunc monachùs poſſet habere mille florenos, & non eſſe proprietarius: quod eſt falſum. Et ideo dicitur Matthæi v. *Beati pauperes ſpiritu*, & vera paupertas conſiſtit in vera carentia rerum cum concordia affectûs nolentis poſſidere hoc quod non habet, vel habere non debet. Pro quo nota hîc quod requiritur principaliter paupertas, quia ſi in rerum præſentia eſſet proprietas, cuſtos rerum eſſet proprietarius. Sed ideo non eſt proprietarius, quia nihil ſibi in hoc quod cuſtodit juris vindicat, nec habet ſpem ad talem ſubſtantiam. Sed ipſi inſipientes, de quibus loquor, tradunt ſubſtantiam, & reſervant ſpem, & ſe ſola ſpes facit proprietarios, ſicut affectus ſeu concupiſcentia facit fornicationem. Nam ſecundum evangelium: *Qui vident mulierem ad concupiſcendam eam*, &c. Et modo hoc eſt plus, quia cum affectu & concupiſcentia concurreret ſpes. Certè qui tales ſunt, velint nolint, proprietarii ſunt, & filii iniquitatis certiſſimè, niſi reſignent, & verè pœniteant. Maledicta ergo illa pecunia, quæ tantæ me addiceret pœnæ, gloriâ me privaret æternâ. Habeat qui vult, ego nolo. Nec abbas, ut prædictum eſt, poteſt diſpenſare ut habeas proprietatem, non plus quàm contra caſtitatem. Debet ergo monachus ita ſe habere, ſicut dicit Apoſtolus: *Habentes victum & veſtitum, his contenti ſimus.* Sicut & alia neceſſaria debent eſſe communia, ſicut dicitur in regula: quod hodie mihi datur, auferetur cras à me, & datur alteri, quia illud quod mihi conceſſum eſt, vel datum, non æſtimo meum, ſed omnium, quamvis mihi pro illo tempore conceſſum ſit, dicit Auguſtinus: *Et ſint vobis omnia communia.* Et hoc oportet, ſi debemus imitari vitam apoſtolorum. Et ſimile tamen in nullam; nam impudicus oculus impudici cordis nuntius eſt. Ecce non tantùm prohibet luxuriam & immunditiam, ſed quod minus eſt, mulierum fixos intuitus. Porro nunc eſt, fuit, & erit abominabile coram Deo & angelis ejus paupertatem promiſſam in religione contemnere, adeo ut cogar flendo deſcribere, ſcilicet inimici hominis diaboli machinationem procurantis, quod noſtris nunc temporibus in clauſtralibus video, videlicet avaritiæ æſtum in tantum caleſcere, ita quòd rarus valde monachus jam inveniatur, qui non ſibi proprietatem reſervat, cenſus principales, aut certè precarios ad tempus vitæ ſuæ. Inſuper etiam aliunde ubicumque poſſunt rerum proprietates ſibi uſurpant; ita ut illa duo pronomina, ſcilicet meum & tuum, aut datio inter monachos ſine timore reſonant, potiùs & frequentiùs quàm CHRISTI JESU deifica nomina, & ſuper omnia mella dulcorata. Cum utique dicat Auguſtinus in Regula ſua: Non dicatis vobis aliquid proprium, ſed ſint vobis

vobis omnia communia. Et iterum quidam dicit: Quietiſſimam vitam agerent homines, ſi hæc duo pronomina, Meum & Tuum, de medio tollerentur. Unde niſi fallor, & utinam fallerer, inter millia clauſtralium ſupradictorum vix unus ſalvatur, qui videlicet ſunt proprietatem habentes. Ideo per ſapientem dicitur: *In mille viris unum inveni, in mulieribus autem nullam;* quia omnes moniales his vitiis maximè ſubjacent: ideo dicit nullam ſalvandam potuiſſe inveniri. Nec illa valebit frivola excuſatio: Eſt diſpenſatum mecum per prælatum meum, cum extra de ſtatu regularium, Innocentius III. dicit in decretalibus *Cùm ad monaſterium*, quia nec ſummus pontifex cum monacho cujuſcumque ordinis profeſſo ſuper habenda proprietate, nec ſuper obedientia, aut caſtitate valet diſpenſare. Hinc eſt quod beatus Gregorius in IV. libro Dialogorum, & Auguſtinus in regula ad fratres in eremo, ubi ambo leguntur monachos proprietarios in cloacis & ſterquiliniis debere ſepeliri mandaſſe, cum cantico talis vigiliæ: *Pecunia tua ſit tecum in perditione.* Et ſi angelus veniret, & aliud prædicaret, teſte Apoſtolo, anathema ſit. Ego non darem animam meam pro univerſo mundo, & tamen ſi articulus juſtæ neceſſitatis ſe offerret, eamdem traderem in mortem pro hac veritate. Quapropter vobis ſuadeo, in CHRISTO JESU cariſſime, & mi dilecte frater, ut poſtpoſitis omnibus quæ habetis, patrimonialia, ſive alia quæcumque propria in manus præpoſiti veſtri reſignetis liberè & voluntariè propter CHRISTUM, qui etiam pro nobis pauperrimus factus, cum eſſet rex dives ſuper omnes, hæc nos docere ſtuduit verbo & exemplo: nec quicquam omnino de proprietate reſervetis, neque de libris, aut pecuniis, aut quibuſcumque etiam parvis clenodiis: quia nudus egreſſus eſtis de utero matris, & nudus revertimini illuc; quod & CHRISTUS fecit, qui ſicut nudus venit, ſic nudus illic de cruce unde venerat rediit. Quod ſi timetis præpoſiti veſtri prodigalitatem, tunc eadem ad utilitatem fratrum & monaſterii expendere curate. Sed & adhuc audeo dicere, quia ſi ſingulis diebus aut ſpecialiter effunderetis ſanguinem, cum B. Hieronymo, aut etiam ſummus pontifex cum beato Gregorio, aut ſimilis ſancto Petro, aut alter ſanctæ ſapientiæ cum patre veſtro Auguſtino ſanctiſſimo, aut etiam devotior ſancto Martino, aut lacrymis quotidianis lectum veſtrum irrigaretis cum S. Ambroſio, vel Arſenio, aut idoneus prædicator cum ſancto patre noſtro Bernardo, aut ſtigmatibus CHRISTI inſignitus cum ſancto Paulo, aut Franciſco, adhuc hæc verè ſcitote cum proprietatibus veſtris, niſi cum contritione pœnitentia præhabita, ad inferna deſcenderetis. Nam ſi tales proprietarios, & hos quos vidimus & videtis ludos & ſpectacula, aut ad capiendos lepores, vel aves, aut alia ſimilia potius quàm contemplationes frequentare, mulieres quàm angelicas collationes perquirere; &, ut breviter concludam, omnia quæ illos regula, aut certè nulla, nec audire nec obſervare, & ut dixi, ſi tales in prædictis malis ſine contritione, pœnitentia, & ſatisfactione morientes ſalvari contigerit, tunc dico quod Deus non eſſet Deus, neque per conſequens juſtus eſſet, quia Paulus dicit & Pſalmiſta: *Reddet unicuique ſecundum ſuum laborem & ſecundum opera ſua.* Et per Prophetam Deus dicit: *Anima quæ peccaverit ipſa morietur.* Et iterum idem dicit: *Iniquitatem eorum in caput ipſorum reddam* Et alibi: *Reddam ultionem hoſtibus meis, & his qui oderunt me retribuam.* Et per Ezechielem dicitur: *Si receſſerit juſtus à juſtitia ſua, & iniquitatem fecerit, omnium juſtitiarum ejus non recordabor, dicit Dominus.* Sed quid neceſſe eſt ſuper his multa teſtimonia adducere, quod poteſt unuſquiſque etiam inſenſatus cognoſcere. Prædicta autem verba, non ab aliquo ſimplici homine accepi, ſed ſunt dicta Hieronymi, & ideo à Deo iſta veraciter venire ſcio & credo, aliàs non proferret quod neſciret eſſe verum, & ſecundum voluntatem Dei & juſtitiam ipſius eſſe. Hæc autem non ſcribo, Deo teſte, vos & veſtros criminando, quos necdum oculis meis conſpexi, nec utrum ſitis boni vel mali. Sed à vobis rogatus, ideo ea, ut ſpero, quæ vera ſunt ſcribo & ſalubria ſi fuerint ad opus perducta Nulla enim, ſecundum beatum Hieronymum, in mundo tam crudelis bellua & inanis ac mortifera beſtia eſt, quàm malus ſacerdos, & nihilominus monachus proprietarius, inobediens & impudicus. Dominus noſter JESUS-CHRISTUS, Rex altiſſimus, pauper pro nobis factus, ut nos perenniter divites faceret, ipſe & Spiritus ejus bonus ad faciendum perficiendumque quod bonum eſt, vobiſcum ſemper ſit & cum ſpiritu veſtro. Amen.

EPISTOLA COMITIS ARMENIACI ad GUILLELMUM epiſcopum Ruthenenſem.

Ut ſuorum corruptos mores emendare non differat.

REverend pere & cher ſeigneur, nous avons entendu & ſommes informés, que les biens de l'egliſe de Rodez ont eſté mal gouvernez au temps paſſé, & le ſont encore à preſent plus mal; & que les joyaux laiſſez à l'egliſe de Rodez par des perſonnes & ſeigneurs eccleſiaſtiques & ſeculiers, ont eſté alienez, & s'aliennent encore de jour en jour: ce qui revient au grand préjudice & dommage de voſtredicte egliſe & de la choſe publique; & que l'office divin ne ſe fait point dans ladicte egliſe, ainſi qu'il y debvroit eſtre faict, & qu'il a eſté anciennement ordonné par les bonnes & devotes perſonnes qui vous ont precedé, ny ne ſe faict dans les autres egliſes cathedrales circonvoiſines; de quoy nous avons du deſplaiſir, & en ſommes eſmerveillez. Et en verité, reverend pere & cher ſeigneur, nous jugeons que vous y avez peu d'honneur, puiſque

Anno 1408. Ex mſ. Colbertino.

Digitized by Google

la correction vous en appartient: & qui pis A eſt, nous avons entendu qu'aucunes perſonnes de ladite egliſe grandes & petites meinent publiquement une vie dereglée & deshonneſte; en telle ſorte que non ſeulement l'eſtat de l'egliſe, mais encore le peuple en eſt ſcandaliſé, & avons oüi & oyons de jour en jour de grandes plaintes, dont il eſt à craindre de s'enſuivre un grand & irréparable inconvenient. Et certes vous qui eſtes leur prelat, ne devez point ſouſtenir ces choſes: mais en faire dûë & rigoureuſe punition. Parquoy, reve- B rend pere & cher ſeigneur, nous vous prions & requerons de mettre à ces choſes ſi bon & brief remede, qu'on ne vous puiſſe rien reprocher. Autrement tenez pour certain qu'en voſtre defaut nous l'y mettrons tel, qu'il y en aura de bien fâchez, & ce ne ſera pas voſtre honneur. Et enfin ſi nous voyons qu'il n'y ſoit autrement pourvû en diligence, nous ferons prendre tous les benefices qu'ils auront dans noſtre terre, & les bailleroms, ou ferons bailler à autres perſonnes que nous trouverons aſſez C honneſtes: leſquelles feront bien leur devoir envers Dieu & l'egliſe. Et, reverend pere, ne differez point cette affaire: car en verité elle ne requiere pas dilation. Et ne veüilliez point que le temporel y ait à pourvoir; car ce ſeroit une grande diffamation de l'egliſe. Et ſi vous voulez choſe que nous puiſſions faire, eſcrivez-nous la, & nous la ferons volontiers. Reverend pere & cher ſeigneur, Noſtre Seigneur ſoit voſtre garde.

Eſcrit à Auſch le VII. jour de Janvier.

LE COMTE D'ARMAIGNAC.

EPISTOLA SIGISMUNDI Romanorum regis ad ſummum pontificem.

Conqueritur de Venetis & de Huſſitis.

Circa annum 1412. *Ex mſ. codice eccleſiæ Metenſis.*

BEatiſſime pater & domine reverendiſſime, quamquam clareat toto orbi, & non minus veſtra ſanctitas lucidè ſciat, Venetos contra nos & ſacrum Romanum imperium rebellionis erexiſſe calcaneum, & ſe ſupra ſe extollentes, uſurpaſſe ſibi pleraſque civitates, terras & loca ipſius imperii, & coronæ regni noſtri Ungariæ, & innumera alia enormia in oppreſſionem prælatorum & nobilium plurimorum pauperum perpetraſſe; pro quo contra ipſos non indignè materialis gladius fuiſſet rigidius exerendus: tamen nos qui de innata nobis manſuetudine guerrarum diſcrimina ſemper odivimus, dummodo pacificè regnare poſſemus, procraſtinavimus per longa curricula temporum, ultionem obliti injuriarum nobis verbis & operibus collatarum, apertis brachiis præſtolando an domum vellent ingredi pietatis. Verùm ipſi Veneti, quamvis pleriſque vicibus majeſtatem noſtram adierint, oratoreſque miſerint pro habendis nobiſcum practicis ad treugas ſeu pacem conferentibus, noſque ut chriſtianus populus in pacis pulchritudine reparari poſſet, manum ſemper à vindicta retraximus, annuentes ad pacem, ad quam per patientiæ holocauſtum, præter ſacri imperii jus & morem noſtra ſe ſemper inclinavit humilitas, admittentes ipſorum nuntios, inclinatique ad omnia licita & honneſta, prout & noviter, ut in nobis nihil deficeret, ambaxiatores noſtros notabiles Florentiæ habuimus, pro ipſorum Florentinorum medium practicando. Tandem ipſi Veneti more ſuo ſolito tumefacti in degraſſatione bonorum alienorum delirantes, nec pietate, nec aliis perſuaſionibus quoquo modo vincibiles, ſed fines dominationis eorum per inſolitam violentiam continuò latiùs protendentes, detexerunt dolos contemtuum ſuorum, rejicientes & poſt ..... capitula anno præterito per ipſos in ipſis laudata & penè acceptata, præcipuè quæ ad medium ab oratoribus noſtris jam de Florentia venientibus informandum, ipſi Veneti nullatenus volunt, quod in treugis noſtris veſtra ſanctitas & ſancta Romana Eccleſia includatur, prout à nobis clarius habuerunt in commiſſis: quod nedum abſurdum, verum etiam multum indecens nobis videtur, quod ipſi qui ejuſdem & veſtræ ſanctitatis ſemper fuimus devotus filius, & eſſe volumus ſummâ reverentiâ & honore, & quemadmodum liquidò conſtat, nec veſtram ſanctitatem latere credimus, cum eidem ut memoramur crebris vicibus deſcripſerimus, adjicientes ſtatus rerum & guerrarum quæ omnimodo nos pungunt, ex parte tamen Turcarum, & hæreticorum Bohemiæ inſultibus aſſiduis, quàm etiam Venetorum machinationibus, D quibus inceſſanter per tantum temporis ſpatium laceſſiti ſumus, reſiſtendo ubique viribus noſtris poſſibilibus, quæ nobis amplius uno agitandi contextu intolerabiles erant, coacti ſumus cum Teucris per terminum treugarum amplecti inducias, quas jam utrimque firmavimus, licèt practicas ipſarum treugarum pluſquam per annum ſub quadam ſimulatione exquiſitis negotiis protraxerimus, ſemper expectantes an ipſi Veneti ſe flectere vellent ad æquitatis viam, & cum ipſorum adminiculo Teucros poſſemus deſtruere pro bono & utili- E tate chriſtianiſſimi: quod tamen nobis ab ipſis ſuccedere non potuit; quin nos temeritate propria ſua ſtringerent ad amplexandas treugas cum Teucris præfatis, ut ſaltem ab una partium nobis infeſtarum, daretur requies & reſpiratio contra alios nobis rebelles eò commodius peragendi. Et hoc, beatiſſime pater, ea de re ad notitiam veſtræ ſanctitatis deducimus, ut eadem clarè recognoſcere poſſit nos ad habendum Teucrorum treugas propter Venetorum exceſſivam enormitatem, F eſſe arctatos, quamquam illas mente, prout juſtum foret, tam cum chriſtianis quàm gentilibus iniiſſemus, & ut veſtra ſanctitas de emergentiis rerum noſtrarum quas gerimus novelletur, ſcire placeat, quod capitaneus & ſeniores aliqui Heuſitarum Bohemiæ hîc fuerunt in congregatione quam cum multis principibus, prælatis, nobilibus, & aliis tenuimus, cum quibus

Digitized by Google

habitis colloquiis in præſentia ſtudii univerſitatis Pariſienſis ut poſſint cum eis concludere tandem ut effuſio ſanguinis perpridem evitaretur, & .... ſcandalum tolli poſſet de populo chriſtiano, adhortati ſumus eos, ut ſe ſaltem ſummittere vellent deffinitioni ſanctæ Romanæ Eccleſiæ & futuri concilii, & per hoc ceſſare ab offenſis fidelium & circumadjacentium nationum. Rogantes igitur & deprecantes E. B. devotiſſimo ſtudio, quatenus de ſtatu & conditionibus negotiorum veſtræ ſanctitatis .... & felices optamus..... velit ſaltem per unum breve quandoque pro ſingulari gratia...... nos enim pro amplitudine commodi & honoris veſtræ ſanctitatis & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, cujus advocatus ſumus, & ſanctitas veſtra inveniet omni cordis ſinceritate cum ſummis ſervitiorum ſtudiis ſemper diſpoſitos & paratos, & non defluent longa tempora, quin oratores noſtros ad V. B. mittamus quamprimum.

Sanctitatis Veſtræ devotus filius SIGISMUNDUS Dei gratiâ Romanorum rex ſemper auguſtus, & Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ rex.

MICHAELIS ABBATIS S. EBRULFI epiſtola encyclica de obitu ROBERTI abbatis ſancti Ebrulfi.

Anno 1414. Ex mſ. S. Ebrulphi.

UNiverſis ſanctæ matris Eccleſiæ filiis præſentem paginam miſericorditer inſpecturis, frater MICHAEL divinâ permiſſione monaſterii ſancti Ebrulfi abbas humilis, ac ejuſdem loci conventûs ordinis ſancti Benedicti Lexovienſis dioceſis, ſalutem in eo qui pro ſalute generis humani voluit in utero ſacratiſſimæ Virginis obumbrari, & ſic in præſentis vitæ momentaneo ſpatio currere ſapienter, quod ad æternæ vitæ poſſint gloriam pervenire.

O quàm mira & miſera generis humani conditio, cui Creator omnium dedit ſuæ ſimilitudinem faciei, ſed ei miſerabilis exitus & flebilis aſſignatur, cùm continuè tendat ab eſſe tam nobili, quoad corpus irrevocabiliter ad non eſſe. Nullus ergo debet in vita tam modica gloriari, quia omnis caro fœnum, & omnis gloria ejus ad nihilum ſubito reducetur; nam qui ſedet hodie regnans in palatio glorioſius, cras fortaſſis dabitur vermibus ad edendum: & ſic nihil eſt mundi gloria parùm durans, & ſubitò ruitura. Fatuus igitur meritò reputatur, qui cor ſuum ponit in rebus tranſitoriis & caducis, cùm cujuſcumque gloria debeat eſſe de periculo mortis cogitare, & diem judicii ſanctis meditationibus & operibus miſericordiæ prævenire. Mors enim ſubitò venit, & de jure ſuo nulli parcere conſuevit, cùm ſit meta omnium rerum ſubſiſtentium per ſuarum ethimologiam litterarum. Et ſi temeraria præſumtio diutius alicui vivere pollicetur, illud poëtæ diligenter conſideret: Et probi expirat probitas; & honeſti honeſtas labitur; & fortis fortia morte cadunt. Nullus ergo de morte dubitet, cum mori neceſſe ſit, ſed de ſtatu quo ſint quando mors tranſitum fecerit repentinum. Talia, fratres cariſſimi, cogitantes, cum nullus ſit mundus à ſorde, cum ſepties in die cadat juſtus: & ſecundum Johannis ſententiam, ſi dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt, quia non potuerunt filii Iſraël Canaam expellere, quin inter eos tributarius habitaret, nec religioſi qui Deum vident præ ceteris, à ſe non poſſunt omnino peccatum extirpare. Non enim potuit Jacob facere ut prior Eſaü non exiret, licèt manu eum per plantam ſatageret retinere; quia ſpiritualis effectus non poteſt, quin carnalis exſurgat, ſed impedit multoties ne currere valeat ad conſenſum. Hiis de cauſis, reverendi patres & domini, ac etiam in CHRISTO fratres cariſſimi, vobis felicis recordationis patris noſtri reverendi & domini, domini ROBERTI noſtri monaſterii abbatis nuntiamus obitum, qui dum Deo permittente in humanis viveret, ſubditos ſuos verbo & exemplo ſolliciter rexit, necnon & eccleſiam noſtram reditibus & bonis quamplurimis ampliavit. Verum etiam dilectorum confratrum & commonachorum noſtrorum, ac aliorum familiarium noſtrorum quamplurimorum ſimili modo nuntiamus vobis hujus miſeriæ egreſſum, de quorum receſſu non mediocriter condolemus; pro quibus vobis preces dirigimus lacrymoſas, quatenus dictis fratribus noſtris exhibeatis miſſas & orationes, & eleemoſynas Deo devotis mentibus offerendo, contra verſutias inimici, qui ſemper animas defunctorum nititur trahere ad tormentum, ut per veſtras preces ſanctiſſimas & cetera caritatis opera dicti fratres Redemtoris ſui miſericordiam & veniam pariter aſſequi mereantur. Et tantum pro fratribus noſtris faciatis, quantum velletis nos pro vobis & veſtris facere, ſi ſe caſus conſimilis offerebat. Prætereà, dilectiſſimi, vos rogamus intuitu pietatis, quatenus brevigerulo noſtro de bonis vobis à Deo conceſſis miſericorditer erogetis, ne propter penuriam ſuæ viæ curſus remaneat imperfectus, à nobis dum ſe tempus obtulerit beneficium ſimile recepturi, & diem quo per vos tranſierit rotulo præſenti veſtri gratia annotetis. Valeat caritas veſtra in Domino feliciter ut optatis.

Datum apud dictum monaſterium anno Domini MCCCCIV. die IV. menſis Decembris

EPISTOLA MICHAELIS abbatis ſancti Ebrulfi ad Carthuſienſes Schenæ in Anglia.

Conqueritur quod ex monaſterii ſui reditibus rex Anglorum Carthuſiam Schenæ fundare velit.

Anno 1416. Ex archivis S. Ebrulfi.

VEnerabilibus religioſis & orthodoxæ fidei zelantiſſimis priori & conventui domûs Carthuſiæ Jeheſu de Bethleem *de Schene*,

Michael permiſſione divinâ humilis abbas monaſterii ſancti Ebrulfi in Normania, ordinis ſancti Benedicti, Lexovienſis dioceſis, totuſque conventus ejuſdem eccleſiæ veritatem & juſtitiam colere in Filio Virginis glorioſæ.

Veſtræ vocationi, viri patres & fratres, favorem in Christo cupimus largiter impertiri. Veſtræ fundationi caritas congratulari compellit: gaudemus & exultamus, dum intelligimus religionem atque ſanctimoniam in vobis coaleſcere, & Christum habitare in cordibus veſtris: propterea ſolliciti ſumus vos commonefacere, ne iniquum & invalidum jaciatis fundamentum, ne deinde ex alieno exſecrandum afferatis ſacrificium, ne poſtremò violati juris apud æternum & diſtrictum Judicem horrendam ſubeatis ultionem. Hoc facere nos urget caritas, adſtringit juſtitia, & cogit profeſſionis ac jurisjurandi ſacramentum. Non credimus vos ignorare, viri patres & fratres, eccleſiam noſtram à primæva ſui inſtitutione per inclytos ac pios reges Angliæ, tunc Normaniæ duces, per comites Leyceſtriæ, & alios nobiles ac potentes dominos in Angliæ regno pro majori parte fundatam eſſe ac dotatam. Unde ante bellorum, quæ ſupervenerunt, initia, ex reditibus Angliæ duo millia librarum noſtræ monetæ percipiebamus. Sævientibus vero bellis, Angliæ reges prædictos reditus per noſtros religioſos, quos illuc pro ſolito mittebamus, levari colligique fecerunt, ac eos ſuſcipientes in ſua commoda verterunt. Inde paulatim eccleſia noſtra defluere ac minui cœpit; & quæ quondam XL. Deo pſallentes habebat, vix retinet XX. religioſos: qui tamen inter miſſarum ſolemnia & aſſiduiter Dei cultum & animas præſcriptorum principum Deo commendare, & viventium ſalutem ac proſperitatem precari non deſiſtunt. Nihilominus tamen in minori numero divinus minoratur cultus, fraudantur benefactorum intentiones, illuduntur piæ fundatorum devotiones. Noviter verò religioſus quidam frater Richardus *Bauſſain* ad nos venit habens ex injuncto aliqua ex intentione ſereniſſimi domini noſtri regis Angliæ & veſtra nobis explicare, inter quæ illud eſt præcipuum, prædictum illuſtriſſimum principem domum quamdam Carthuſiæ fundaviſſe, ibi vos inſtituiſſe, vobis anteſcriptos reditus noſtros conceſſiſſe, & quod gravius eſt, ſuæ intentionis eſſe proprietate hereditaria noſtrarum terrarum & redituum vos inveſtire. Hoc, viri patres & fratres, non patitur juſtitia, non ſinit religio, non permittit patrum traditio. Alienum accipere, invito Domino tenere, nemo ambigit eſſe injuſtum. Hos vero reditus juſto titulo recepimus, tenuimus, diu poſſedimus; noſtrum titulum confirmavere ſancti ſummique pontifices, Angliæ reges & principes, archiepiſcopi & epiſcopi, nullus mortalium hoc noſtrum jus tam diuturnum atque tot modis confirmatum jure poteſt ſurripere: nec quod noſtrum eſt à nobis aufert, aut alteri tradit bellorum frequentia, quoniam à bellis excipimur, pacem poſcimus, pacem colimus, odia, diſſidia, bellorumque ſtrages neſcimus; ſicut omni culpâ belli caremus, ſic propter bella jure noſtro privari non poſſumus. Nec obeſt terrarum diſtantia, cum etiam in longè diſtantioribus terris ex opibus regni poſſit ſuſtentari religio. Quo jure itaque poterit eſſe veſtrum, quod noſtrum fuit, quod nullo jure perdidimus? an jure regio? at regis jam non eſt quod rex donavit. Non eſt filiorum quod pater tranſtulit. Quod ſi ſolâ voluntate ex noſtris reditibus modernus princeps vos inſtituit, videte ſi hoc revocare poterunt forſan melius conſulti ſucceſſores. An jure ſummi pontificis? at data eſt ſibi poteſtas in ædificationem, non in deſtructionem. Deinde mos eſt ſummorum pontificum, ſolum ea quæ ritè juſtèque ſtatuta ſunt confirmare. Fugite igitur, viri patres & fratres, hoc injuſtitiæ fundamentum: nam juſtitiâ velut baſi nititur immaculata religio; & ponite ante oculos veſtros, ſi vobis velletis hæc fieri, ſi veſtræ fundationis partem à vobis eripi velletis, ut alteri donaretur eccleſiæ: profectò fatebimini vos hoc nolle. Nolite igitur in proximis committere, quod in vobis non velletis admittere. Hoc enim irreligioſum foret & caritati, ac præcepto fidei diſſonum. Poſtremo hæc inconcuſſa eſt Patrum traditio, non ex alieno eleemoſynas facere, non ex rapinis immolare quæ omnia, ſi nobis invitis noſtra ſuſcipitis, perpetratum iri videbimini. Hæc, viri patres & fratres, eſſent infauſta veſtræ religionis initia, hæc eſſent nefanda & infelicia veſtri ordinis incrementa. Prohibeat hæc Omnipotens; & potentiſſimi ac ditiſſimi regis in animo ponat, de ſuo eccleſias fundare perpetuas, bene inſtitutas & fundatas non evertere, patrum ſuorum regum chriſtianiſſimorum intentiones ac devotiones non infringere. Vobis vero voluntatem miſericorditer inſpiret noſtræ fundationis reditus & bona nullatenus ſuſcipiendi. Non deſtruat Eccleſia Eccleſiam, nec fervor zeli novelli ſanctæ vetuſtatis fundamenta concutiat; ſed cum eamdem regulam profeſſi ſimus, cum uni principi Deo pariter ſerviamus, eamdem ingrediamur viam, atque in alterutrum virtutis impendamus obſequia. Et ſi quos vultis inire tractatus, juſtas vias aperite, ut illis utriuſque jure poſſimus pro noſtra vocatione, piiſſimorum fundatorum noſtrorum votis ſatisfacere, ac vitam incolere religioſam: quod vobis concedat Jhesus-Christus.

Datum in noſtri cœnobii capitulo, horâ capitulandi cum pulſu campanæ, ac more ſolito congregato die XXVII. Octobris, anno Domini MCCCCXVI.

LITTERÆ CAROLI DELPHINI ad capitulum Turonenſe S. Martini.

Ut deputatos mittant ad generalia trium ſtatuum comitia.

A nos tres-chiers & bien-amez les doyen & chapitre de monſieur Saint Martin de Tours.

Digitized by Google

De par le regent le royaume Daulphin de Viennois.

Ex autographo.

CHiers & bien-amez, pour vous expoſer, & de par nous notifier aucuns advis euz & deliberez en noſtre grand conſeil pour le relievement & reparations des grands inconveniens par vous & les autres bons vaſſaux & ſubgiez de ceſte ſeigneurie ſupportez, à cauſe de l'affoibliſſement des monnoies, & ſur ce & autres choſes touchant & regardant le tres-grand bien de toute la choſe publique, & auſſi le fait & conduite de la guerre pour le temps à venir, par maniere non tant grevable à un chacun a eſté celle deſdites monnoies. Avons chargiés aucuns de nos plus eſpeciaux officiers & ſerviteurs eſtre le jour de Juillet prouchain venant en noſtre ville de Tours, afin de vous bien à plein déclarer noſtre entention ſur icelles choſes, & y prendre final appointement avec vous & autres commis & deputez pour la part des gens des trois eſtats du pays de Touraine. Pourquoy voulons, & expreſſément vous mandons que audit jour vous ordonnez trois ou quatre des plus notables d'entre vous fondez de par vous de pouvoir ſouffiſant pour oir & conſentir de voſtre part tout ce que à ladite aſſemblée ſera adviſé & conclud. Et gardez toutes excuſations ceſſans, & meſmes ſur la loyauté & obéiſſance que nous devez, que en ce n'ait par vous aucuns defaults. Chiers & bien-amez, Noſtre Seigneur ſoit garde de vous.

Eſcrit en noſtre ville de Bourges le xv. jour de Juing. Charles.

Mauloue.

Littera domini regnum regentis præſentata die XXI. *Junii.*

EPISTOLA
miſſa magiſtro Vincentio à concilio Conſtantienſi.

Invitatur ad concilium.

Anno 1417. Ex mſ. Cæleſtinorum [illegible]enſium.

NOminatiſſimo doctori & prædicatori zelanti ſalutem animarum magiſtro Vincentio de ordine Fratrum Prædicatorum patri meo in Christi caritate dilectiſſimo.

Tanta de virtutibus tuis, doctor egregie, famâ referente, crebriùs accepi, tanta ſpecialiter in collocutione familiari cum reverendo patre domino generali tui ordinis Prædicatorum agnovi, ut mihi videaris rectè figuratus ſecundum nomen tuum per illud Apocalypſis, quo ſpeculator totius eccleſiaſtici decurſus, Johannes ait: *Vidi & ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper illum, habebat arcum, & data eſt ei corona, & exiit vincens ut vinceretur.* (*Apoc. 6. 2.*) Exiſti quidem ut vinceres, ô Vincenti glorioſe; ſed quales tu vinceres, quâ ratione, quibus armis, apparatu bellico? quali arcu tu tandem ipſe coronatus triumphares? Reſpondet ille cujus imitator es Paulus, dicens: Arma militiæ noſtræ non eſſe carnalia cum reliquis ſimilibus qualia melius ipſe noſti. Suppetunt hoc loco plurima cordi meo, quæ libentiùs, & forſan utilius verbo ore ad os, quàm calamo muto reſerarem tuæ ſapientiæ, niſi quod aliorſum me trahunt occupationes aliæ. Et quia te gravibus aſſiduè laboribus intentum protrahere longâ ſcriptorum ſerie non viſum eſt ſatis æquum vel modeſtum; hoc unum quod in votis nedum meis, ſed quamplurimorum verſatur aperiam. Reddunt tuæ caritati tuoque zelo pacis eccleſiaſticæ teſtimonium hoc inſigne, hoc celeberrimum præconium tum multi, tum nominatim præfatus magiſter ac dominus generalis, quod in inclyto Aragonum regno numquam fuiſſent concordata pacis capitula, numquam ſubſtractio, quæ tam utiliter & legitimè facta eſt ab illo nimis, proh dolor! erga matrem eccleſiam obdurato Petro de Luna fuiſſet attentata, ſi non auctoritatis tuæ pondus & conſilii robur addidiſſet. Cujus facinoris tam egregii nos ipſi ſacro generali concilio præſentes, deſideratiſſimæ pacis annis fam ferè quadraginta miſerabiliter exulantis fructum & reditum proximum expectamus. Et ô te felicem! ô ter quaterque beatum, ſi præſentialiter adeſſe, ſi non auditu ſolo, ſed propriis oculis coram cernere volueris propinquam velut in januis ſnmmi pontificis electionem, ſi videlicet efficace celeritate, ſepoſitis interim turbis, jocundam tuæ præſentiæ faciem huic eidem ſacro conſpiciendam concilio attuleris; fructum, ni fallor, ampliorem ex te tuis monitionibus digniorem afferes, quam ſi hoc neglecto permanſeris in inceptis. Memineris beati Pauli ad Galatas ſcribentis: *Deinde*, ait, *poſt annos* XIV. *aſcendi Jeroſolymam cum Barnaba & Tito, & contuli cum illis evangelium quod prædico in gentibus. Seorſum autem hiis qui videbantur aliquid eſſe, ne forté in vanum currerem, aut cucurriſſem.* (*Gal. 2. 2.*) Hoc ſatis pro tua re dictum puto. Eſt ſiquidem apud nos altera velut Jeroſolyma, ſcilicet apoſtolorum ſucceſſores reverendiſſimi & Deo amabiles prælati, ſcilicet legis doctores, cum quibus tuam ipſe prædicationem conferre tam ſalubriter quàm humiliter poteris, ut interim ſileam de alio profectu multiplici ſperato, ſi veneris. Crede mihi, doctor emerite, multi multa loqui ſuper prædicationibus tuis, & maximè ſuper illa ſecta ſe verberantium, qualem conſtat præteritis temporibus fuiſſe pluries & in locis variis reprobatam, quam nec approbas, ut teſtantur noti tui, ſed nec efficaciter reprobas. Actitantur tamen inde varii rumores per populos & apud nos, quorum multa etſi neque vera, neque credenda cenſeantur, ab illis qui te, ſicut Pariſius loquitur, intus & in cute norunt, nihilominus exemplo Pauli qui per revelationem certiſſi..... prædicationem ſuam ſecundum Deum, voluit propter condeſcentionem ad infirmos propter auctoriſationem inſuper pleniorem per apoſtolos deſcendere Jeruſalem, & collationem habere cum apoſtolis. Sic agere placeat, nominatiſſime ma-

Digitized by Google

giſter & domine, ac interim benevale benevolus ſuſceptor & interpres hujus litterulæ, quam in procinctu ſcripſi die quâ ſolemnitatem ipſius quem prænominavi Barnabæ beatiſſimi Pauli conſervi... præveniendo recenſebam IX. Junii, vigiliâ ſacro-ſancti Sacramenti, anno Domini MCCCCXVII.

LITTERÆ CAROLI VI. regis Francorum ad CAROLUM delphinum.

De eo quaſi nutriente diſſidia conqueritur, mandatque ut pactum apud ſanctum Maurum tractatum obſervet.

Anno 1418. Ex mſ. domini Bulteau.

CHARLES par la grace de Dieu roy de France : à noſtre tres-cher & tres amé fil, le daulphin de Viennois, ſalut & dilection.

Comme pour le bien de noſtre royaume la conſervation de nos ſubgez, & entretenement de la ſeigneurie d'iceluy, & pour eviter tous maulx & dommaiges & inconveniens irréparables, qui ja ſont advenus en noſtredit royaume pour les grans diviſions qui y ont eſté & encore ſont; la deſolation & perdition totale de noſdits ſubgets & de noſtre ſeigneurie toute qui pourroit par icelles diviſions enſuir & advenir, nous ſoyons par long-temps employez & travaillez par toutes les manieres que avons peu de trouver maniere de paix, & d'appaiſier leſdites diviſions; & ſur ce ayent eſté faits pluſieurs beaux traittez, tant à Chartres, Auxerre, Melun, & la Tumbe, que autre part, dont aucun n'a eſté entretenu. Mais par l'enracinement & continuation deſdites diviſions, & ſur leur ſeurté & adventaige d'icelles noſtre ancien adverſaire d'Angleterre s'eſt intrus & bouté à puiſſance, & par hoſtilité en noſtredit royaume dés trois ans a & plus; & depuis, & aprés la prinſe & conqueſte que ledit adverſaire fiſt tantoſt aprés laditte venuë de noſtre ville & port de Harfleur, & la bataille d'Azincourt, où y oſt moult de ſang humain reſpandu, & grant deſconfiture de pluſieurs de noſtre ſang & lignage, & autres de noſtre party morts en grant nombre en laditte bataille, & aucuns amenez priſonniers en noſtre tres-gran & énorme dommaige, diminucion, & affoibliſſement de noſtredit royaume, touſjours ſous umbre & l'avantaige deſdittes diviſions: & y a encore conqueſté pluſieurs bonnes villes, fortereſſes, & pays, meſmement en la duchié de Normandie; & tellement qu'il eſt venu à ſiege devant noſtre ville de Roüen; & pour vouloir conqueſter & uſurper tout le demourant, en desbouter nous & les noſtres. Laquelle choſe veant & conſiderant, & les autres maulx infinis qui ſe faiſoient en noſtredit royaume par le moyen d'icelles diviſions, pour icelles voulans apaiſier, nonobſtant les grans fautes qui nous y avoient, comme dit eſt, paravant eſté faites, ayons par moult long-temps & derrier fait trouver maniere que beau fils de Bretaigne vint pardevers nous à Saint Mor des Foſſez lez noſtre ville de Paris, accompaigné d'aucuns de noſtre ſang & lignage, comme beau couſin d'Alençon, & de Richard frere dudit beau fils de Bretaigne, & de pluſieurs de vos gens, & des gens de belle couſine la royne de Secille, & de beau couſin de Vertus, par le moyen deſquels fut traittié & accordé bonne paix & union en ce royaume, & fut jurée & promiſe de tenir par tous les deſſuſdis, qui y eſtoient tant en leurs noms, que ès noms de leurſdits maiſtres & maiſtreſſes. Preſent auſſi, & à ce conſentant noſtre tres-cher & tres-amé couſin le duc de Bourgongne, qui ſemblablement le accorda & jura. Et pareillement le firent nos tres-chers & tres-amez, couſine la ducheſſe de Bourbon, Charles de Bourbon ſon fils, & la ducheſſe de de Baviere, & pluſieurs chevalliers, eſcuyers, officiers, & autres de noſtredit royaume, comme il vous eſt peu apparoir par lettres dudit traittié à vous envoyées, parmy lequel toutes les requeſtes que de part vous furent faites, comme de vous envoyer noſtre tres-chere & tres-amée fille la daulphine voſtre compaigne, & autres, vous ont eſté liberalement accomplies. Et avec ce à noſtreditte couſine de Secille aucunes choſes dont elle avoit à fere à noſtredit couſin de Bourgongne. Mais tout ce nonobſtant, & que de noſtre party l'en ſe ſoit mis en tout devoir & diligence de mettre à execution & tenir ledit traittié de paix; de voſtre coſté n'en a eſté rien obſervé, ne entretenu : ainçois quant l'on a pour ce devers vous envoyé aucuns meſſages pour l'accompliſſement de laditte paix, ou ne les a volu oyr, & pluſieurs a l'en fait morir & occire tres cruellement. Et depuis ledit traitté de voſtre coſté, & par ceulx qui ſe dient à vous a eſté faite en noſtre royaume plus aſpre & plus dure guerre que paravant, & que ne faiſoient meſmement leſdits anciens ennemis; dont ſoit advenu que noſtredit ancien adverſaire ſentant leſdittes diviſions continuer & enraciner de plus en plus, a entretenu ſon ſiege devant noſtreditte ville de Roüen, & l'a miſe en ſi grant neceſſité de famine & autrement, que nous ſachans laditte neceſſité, qui eſtoit lors notoire à chacun par tout noſtredit royaume, n'avons peu plus ſouffrir, ne tolerer en noſtre cuer; & meus de fervent amour, pitié, charité & compaſſion envers nos ſubgets & autres nos bons amys, qui eſtoient en laditte ville, & leſquels ſi vaillament ſe acquittoient, & avoient tant à ſouffrir pour noſtre fait & le voſtre, pour leur cuider ſubvenir & ſecourir à l'aide de Dieu & de nos bons parens, vaſſaulx, ſubgets, amys, alliez & bienveillans; vous ayons fait remonſtrer les choſes deſſuſdittes, & la grant faulte qui eſtoit en ce royaume, à cauſe deſdittes diviſions, & que ne povons plus endurer, que ne voulſiſſions expoſer noſtre perſonne en tout ceulx qui nous vouldroient ſervir & aider pour ledit ſecours & reboutement de noſtredit adverſaire; vous ayons pour ce prié, requis, & commandé comme ſeigneur

& pere, & à tous ceulx de voſtre compaignie, que nous y veniſſiez ſervir & accompaigner, & le faire ſavoir à tous les ſubgets de noſtredit royaume, & pluſieurs nos bienveillans & alliez. Et pour avancier la beſongne, comme la neceſſité le requeroit, nous ſoyons tranſporté en noſtre ville de Pontoiſe, & delà juſques en noſtre ville de Beauvais, cuidans que chacun qui nous ſauroit cy approucher nos ennemis, deuſt acquitter ſa loyaulté, & nous venir ſervir & accompaigner, comme dit eſt: & toutesvoyes depuis leſdittes choſes à vous ainſi ſignifiées, ne ſavons par quel conſeil vous avez fait defendre par tout où vous avez eu auctorité & puiſſance, que nul ne veniſt à quelque mandement de nous & d'autres, s'ils n'avoient vos lettres de conſentement, & que l'en feiſt la plus forte guerre que l'en pourroit, comme entendu l'avons, & de fait eſtes allé mettre le ſiege devant la cité de Tours, en lieu de venir en noſtredit aide & ſervice: en quoy pluſieurs n'ont pas bien acquitté leurs loyaultez & devoirs. Et nous eſtant en noſtre ville de Beauvais n'ayons trouvé nuls de ceulx de noſtre ſang, ne guaires d'autres qui nous feuſſent venir ſecourir & accompaigner, excepté noſtredit couſin de Bourgongne, & ceulx de ſa compaignie, qui n'eſtoit pas telle, ne ſi grant comme beſoing en eſtoit, pour les grant garniſons qu'il avoit convenu mettre en pluſieurs places & lieux, pour conteſter à ceulx qui ſe diſoient à vous, leſquels de noſtre partement de Paris ont fait plus forte guerre de feu & de ſang plus amplement que leſdits anciens ennemis: & eſt convenu pour ce que nous ne nous ſommes pas trouvez puiſſans pour les cauſes devantdittes audit lieu de Beauvais, de conteſter noſtredit ancien adverſaire, que noſtreditte ville ait eſté perduë & par luy conqueſtée, & à tant ſoyons venus en noſtre ville de Provins, pour requerir & attendre conſeil, ſecours & aide deſdits de noſtre ſang, & autres nos ſubgets, amis, alliez, & bienveillans, pour pourveoir au ſurplus, & rebouter noſtredit adverſaire, qui de jour en jour conqueſte villes & fortereſſes, pour la petite reſiſtance qui y eſt miſe, obſtant leſdittes diviſions; & pourra dedans brief temps uſurper noſtre royaume, autrement & debouter du tout nous & les noſtres; & icelluy mettre à perdition, ſe par la puiſſance divine ne nous eſtoit aidié & tantoſt faitte aſſiſtance à toute puiſſance par vous, & les autres de noſtre ſang, amis, alliez & bienveillans en la maniere qu'il appartient, & que les pluſieurs comme vous & nos autres parens, vaſſaulx & ſubgets, ſelon Dieu, raiſon, & nature, tenus & obligez y ſont. Pour ce eſt-il que nous, conſideré le piteux, miſerable, & douloureux eſtat, & le peril & perdition; en quoy eſt noſtredit royaume de venir en la main de noſtredit adverſaire à noſtre desheritement, & le voſtre: & dont nous & noſtre tres-chere & tres-amée compaigne la royne voſtre mere ſommes ſi troublez, & en avons ſi dure affliction à nos cuers, que plus

A ne povons. Auquel beſoing & neceſſité nul bon ſang, ne autre vray cuer, meſmement de ceulx qui ſont nos ſubgets, & nous doivent feaultez, loyaulté, & obeïſſance, & ſervice; & vous plus que nul autre ne peut, ne doit faillir, eſpecialement à ſon pere & à ſon ſouverain en tel cas & neceſſité pour quelconque haine, ou malveillance d'autruy, ne autre excuſacion qu'il ne offenſe & encourre envers nous & noſtre royaume telle peine que à chacun eſt notoire. Vous ſommons & requerons

B ceſte fois pour toutes vous & tous les autres vos ſubgets, amis, alliez, & bienveillans, eſtant en voſtre compaignie & ſervice. Et neanmoins commandons comme ſeigneur & pere à vous qui eſtes noſtre ſeul fils & heritier, & ne vous en rendez indigne, que le traittié & accord ainſi fait, promis, & juré à Saint Mor des Foſſez lez Paris, comme deſſus eſt dit, vous entretenez & accompliſſez & enterinez de voſtre coſté, & faites accomplir reaulment & de fait par tous ceulx qui ſont & ſeront en voſtre compaignie & ſervice. Car de noſtre

C coſté le voulons entretenir & accomplir, ſe à vous ne tient. Et ſavons certainement que pareillement le veut entretenir & accomplir noſtredit couſin de Bourgongne, & ceulx de noſtre ſang & lignage, & autres eſtans en noſtre compaignie & ſervice, en telle maniere que leſdittes diviſions miſes au neant, & toutes guerres & voyes de fait ceſſant d'un coſté & d'autre, nous puiſſions en bonne & vray unité de tous leſdits de noſtre ſang & autres nos ſubgets, amis, alliez, & bienveillans, comme be-

D ſoing eſt, rebouter noſtredit adverſaire d'Angletaire, & eviter la perdicion de noſtredit royaume, & de la tres-noble ſucceſſion d'iceluy. Et ſe par avanture dudit traittié & accord vous n'eſtes content, & y vueilliez adjouſter aucuns points & articles, ou y corriger, diminuer ou changer en ſubſtance ou en langaige; afin que chacun ſaiche & apperçoive clerement que à nous ne tient pas, ne tiendra, ne à ceulx de noſtre ſang, & autres eſtant devers nous en noſtre compaignie &

E ſervice, que bonne paix & union ne ſoit en noſtre royaume, pour la preſervation, defenſe, & recouvrement d'iceluy; nous vous offrons que ſommes preſts d'entendre à toute raiſon, & d'avoir agreable tout ce qui ſera adviſé eſtre neceſſaire ou expedient de adjouſter, corriger, ou diminuer, ou changer audit traittié & accord par gens notables en ce congnoiſſans, qui ſoient eſleus & nommez par nous & vous, pourveu que durant le temps que l'en beſoingnera en ceſte matiere, ſoit faite abſtinence

F de coſté & d'autre, & ceſſans toutes voyes de fait, tellement que cependant nous puiſſions reſiſter à noſtredit ancien adverſaire, & faire garnir & emparer nos bonnes villes, & les mettre en bonne ordonnance contre iceluy noſtre adverſaire, qui s'efforce chacun jour de les nous tolir. Et ſe aucuns de voſtre compaignie ſe doubtoient pour occaſion deſdites diviſions, ou de quelſconques choſes advenuës le

Digitized by Google

temps paſſé, & voulſiſſent avoir plus grant A ſeurté, nous leur ferons avoir de tous ceulx, dont avoir les voudront, toutes les plus grans & meilleurs ſeurtez que l'en pourra trouver & adviſer: & que de voſtre partie & coſté ſoit faite ſemblablement. Et appellons Dieu à teſmoing & tout le monde, que de noſtre coſté nous nous mettons en tout bon devoir envers vous, & vous ſommons & requerons de toute raiſon, & autrement ſe vous & ceulx qui ſont en voſtre compaignie & ſervice eſtes refuſans & delayans de obtemperer auſdittes ſommations, requeſtes & commandemens, nous vous B tendrons & reputerons, dès lors pour maintenant & dès maintenant pour lors, & tous ceulx de voſtre compaignie coupables de toutes les pertes & dommaiges, que noſtredit adverſaire fera & portera doreſenavant à nous, noſtre royaume, nos ſubgets: & s'il avenoit que pour la ſeurté de noſtre perſonne & de noſtre treschere & tres-amée compaigne la royne, & pour eſchener plus grans inconveniens, nous feiſſions aucuns traittiez, alienacions ou autres choſes préjudiciables à nous & à noſtre ſeigneurie, ce ſera tout à voſtre cauſe, & par C voſtre coulpe & faute, & de tous ceulx qui ſont en voſtre compaignie & ſervice, & nous en tenons innocens & deſchargez devant Dieu & tout le monde, & ceulx de noſtre ſang & autres, eſtans en noſtre compaignie & ſervice, & en demourera toute la coulpe & charge ſur vous, & ſur ceulx de voſtreditte compaignie. Et ſi ſavez, & devez ſavoir, & ceulx de voſtreditte compaignie les grans peines & pugniſſions qui appartiennent en tel cas ſelon les droits divins, naturels & moraulx, civils, canons, & couſtumiers: à la deſclaracion deſ- D quelles peines convendra que procedions ſans plus de delai contre vous & ceulx de voſtreditte compaignie, ſe ne obtemperez par effet à noſdittes ſommacions, requeſtes, & commendemens: leſquelles ſommacions, & requeſtes, & autres choſes deſſuſdittes avons propos & intencion de faire ſignifier à noſtre ſaint pere le pape, & faire publier par toutes les bonnes villes, & à tous les ſubgets de noſtre royaume; & auſſi à tous princes & ſeigneurs chreſtiens pour noſtre plus grand deſcharge. Si vueilliez aux choſes deſſuſdittes bien aver- E tir & avoir bon conſeil, & nous certifiez de la reception de ces preſentes, & au contenu d'icelles vueillez fere bonne & brieve reſponſe, de laquelle nous certifiez par vos lettres.

Donné à Provins le XXVII. jour de Fevrier, l'an de grace MCCCCXVIII. & de noſtre regne le XXXIX. Ainſi *ſigné* AUTREFOIS. Ainſi *ſigné*, Par le roy en ſon grand conſeil, BARRAULT, & reſcripte par voſtre ordonnance de Saint Omer.

DIPLOMA VENIALE Drocenſibus conceſſum ab illuſtri rege Francorum CAROLO VI. contra quem ſteterant à partibus delphini ejus filii.

CHARLES par la grace de Dieu roy de France, ſavoir faiſons à tous preſens & à venir, nous avoir receu l'humble ſupplication des bourgeois, manans & habitans des ville & chaſtel de Dreux, eſtant preſentement en iceulz, contenant que comme noſtre treschier & tres-amé fils le roy d'Angleterre, heritier & regent de France, a par noſtre voulenté & plaiſir, pour reſiſter aux ennemis & adverſaires de nous & de noſtredit filz, & remettre & reduire en noſtre ſubjection les citez, bonnes villes & chaſteaulx rebelles & deſobëiſſans à nous tenuës & occupées par noſdits ennemis, ait fait mettre ſiege devant pluſieurs lieux & places, & par eſpecial devant leſdites ville & chaſtel de Dreux, & par nos lettres patentes ayons fait ſommer & requerir leſdits ſupplians d'eux remettre & reduire en noſtreditte obéïſſance, & faire d'iceulz ville & chaſtel ouverture à noſtredit filz pour & au nom de nous: leſquels ſupplians ſoient aujourd'huy venus pardevers noſtredit fils, offrans remettre leſdittes ville & chaſtel en noſtre obéïſſance & ſubjection, en nous ſuppliant tres-humblement que à ce les voulſiſſions recevoir, & ſur ce noſtre grace & miſericorde leur impartir. Pour ce eſt-il que nous ces choſes conſiderees & autres cauſes & conſiderations à ce nous mouvans, & ayant pitié & compaſſion d'eulx, de leurs femmes & enfans, & voulans en cette partie pour honneur, reverence & amour de noſtre Createur, doulceur, grace, & miſericorde preferer à rigueur de juſtice iceulx ſupplians par l'advis & déliberation de noſtredit fils le roy d'Angleterre, heritier & regent de France, avons receu & recevons par ces preſentes en noſtre bonne grace & obéïſſance, & leur avons quitté, remis & pardonné tout ce en quoy ils ont meſprint & offenſé envers nous, à cauſe de toute deſobéïſſance à nous par eulx faite, & pour raiſon d'avoir obeï à celuy qui ſe dit dauphin, & favoriſé ceulx de ſa partie, ennemis & rebelles de nous & de noſtre ſeigneurie, & les avons reſtituez & reſtituons à leur bonne fame & renommée, au pays & à leurs biens, meubles, heritages & poſſeſſions, qu'ils avoient & tenoient au jour de ces preſentes, qui par nous & noſtredit fils ne ſeroient donnez; & ſur ce impoſons ſilence perpetuel à noſtre procureur, pourveu qu'ils ne ſoient de la condition contenuë ou traičtié fait ſur la reddition dudit Dreux, & qu'ils jureront la paix generale de nous & F noſtredit fils le roy d'Angleterre. Si donnons un mandement au bailly de Chartres, & à tous nos autres juſticiers & officiers, ou à leurs lieutenans preſens & à venir, en commettant, ſi meſtier eſt, par ces preſentes, que leſdits ſupplians,

Anno 1421. Ex autographo tabularii regii tranſcripſit vir cl. D. Rouſſeau.

plians, & un chacun d'eulx faſſent, ſouffrent, & laiſſent joyr & uſer pleinement & paiſiblement de nos preſentes grace & pardon, ſans leur faire, ou donner, ne ſouffrir eſtre fait ou donné en corps ou en biens, ores ou pour le temps à venir, aucun deſtourbier ou empeſchement, leſquels ſe pour ce print, ſaiſis, ou arreſtez eſtoient, ſi les mettent, ou faſſent mettre chacun endroit ſoy en pleine délivrance. Et afin que ce ſoit choſe ferme & eſtable à touſjours, nous avons fait mettre noſtre ſcel ordonné en l'abſence du grant à ces préſentes, ſauf en autres choſes noſtre droit, & l'autruy en toutes.

Donné à Saint Denys de Maronval prés Dreux le XX. jour d'Aouſt, l'an de grace MCCCCXXI. & de noſtre regne le XLI.

Et ſur le reply eſt eſcrit.

Par le roy, à la relation du roy d'Angleterre heritier & regent du royaume de France. *Signé* LE RINEL *avec paraphe. Plus eſt encore écrit ſur le reply*, Viſa contentor. *Signé* RINEL, *avec paraphe.*

Scellé en cire verte ſur las de ſoye verte & cramoiſie; ledit ſceau repreſentant le roy debout, la couronne en teſte, tenant le ſceptre de la main droite, & la main de juſtice de la main gauche, ayant devant luy un écu de quatorze lignes de large, & de ſeize lignes de haut, dans lequel ſont trois fleurs de lys; lequel écu eſt poſé ſur deux lions couchez. Au revers ou contreſcel eſt un petit écu en pointe, ſemé de fleurs de lys; ce ſceau a un peu plus de quatre pouces de diametre.

SEQUENTES LITTERÆ eidem inſtrumento appendent.

Anno 1421.

A Tous ceux qui ces préſentes lettres verront, GILLES ſeigneur de Clamecy, chevalier, conſeiller du roy noſtre ſire, gouverneur du pays de Chartrain, des baillages de Chartres, Dreux, Eſpernon, & autres villes & fortereſſes nouvellement conquiſes, & des appartenances, ſalut. Savoir faiſons que nous deuëment informez du contenu és lettres de remiſſion à nous preſentées par les bourgeois, manans, & habitans des ville & chaſtel de Dreux, auſquelles ces preſentes ſont attachées, icelles prins, & receu par nous le ſerment deſdits bourgeois, manans & habitans, ſur le fait de la paix, dont ils ſont mention, leur avons enterinées & accomplies de point en point ſelon leur forme & teneur, en la preſence & du conſentement du procureur du roy noſtredit ſeigneur audit lieu de Dreux, en la main d'iceluy ſeigneur, qui miſe avoit eſté ſe eux, & en leurs biens avons levée & levons tout à plein. Si mandons à tous à qui il appartiendra, que de ces preſentes ils laiſſent leſdits bourgeois, manans & habitans, joyr & uſer en corps & en biens pleinement & paiſiblement, ſans leur faire, ou donner, ne ſouffrir eſtre fait, ou donné en meubles ou heritages aucun empeſchement ou deſtourbier, mais ſe aucunement leur eſtoient empeſchiez, les mettent, ou faſſent mettre tantoſt & ſans delai à pleine délivrance. En teſmoin de ce, nous avons fait ſceler ces preſentes du ſcel n'a gueres ayant cours audit lieu de Dreux, en l'abſence du ſcel du baillage de Chartres.

Faites & données en iceluy lieu le Vendredy XXI. jour de Novembre, l'an MCCCCXXI.

Scellé en queuë d'un petit ſceau, qui eſt rompu, & qui eſt de fleurs de lys ſans nombre.

EPISTOLA MARTINI PAPÆ V. ad CAROLUM VII. Francorum regem.

Conſolatur eum ſuper morte CAROLI VI. *Francorum regis patris ſui, hortaturque ad regnum pacifice & pie gubernandum.*

Anno 1422. Ex mſ. illuſtriſſimi domini Bohevii in ſenatu Divionenſi præſidis.

MARTINUS papa V. chariſſimo in CHRISTO filio CAROLO VII. Francorum regi illuſtri ſalutem.

Non dolere, & pias lacrymas continere caritas noſtra non potuit, cùm nobis nunciata mors fuit celebris & præclaræ memoriæ cariſſimi quondam in CHRISTO filii noſtri CAROLI Francorum regis illuſtris genitoris tui. Cùm enim animum ſubiit regiæ domûs & ſanguinis, & ſuæ priſtinæ fortunæ memoria, & conſideratio infirmitatis ſuæ laborumque præſentium, quæ nos & te, & ceteros qui eum amabant, facere promtiores debet ad laudandum Deum, qui ſi etiam illum rebus ſecundiſſimis de regno tranquillo & saniore corpore vocaviſſet, eſſet à nobis de omni voluntate laudandus, præſertim cùm illi chriſtianiſſimo regi plurimum boni, mali nihil acciderit, qui ad regnum æternum vocatus eſt imperio regis æterni. Suſcipiamus igitur conſolationem in Domino, & miſericordiam ejus humiliter implorare pro defuncti regis anima non ceſſemus. Verùm, fili cariſſime, quoniam tu debitor es non minoris pietatis in patriam quam in patrem, rogamus excellentiam tuam, ut omnes curas & cogitationes tuas convertas ad populi tui quietem, & patriæ tuæ ſalutem, quam non minus debes amare, quàm patrem, quàm filios, quàm teipſum. Et cùm te regem eſſe cogitas, neceſſe eſt, ſi rectè conſideras, fatearis te publicum patriæ patrem eſſe oportere, quod paternæ caritatis officium cum gentibus & nationibus, quæ in tuo regno continentur, præſtare tenearis, in omni ſtatu, omnique fortuna; nunc maximè cum diuturno bello fatigatæ, & tantis afflictæ calamitatibus humanitatem & ſapientiam tuam requirant, ut eas aliquando à tantis laboribus liberatas, in optata pace componas, quibus profectò nihil melius pace, nihil optabilius dari poteſt, pro qua velis extinguere iras, & odia, & injuriarum omnium obliviſci, illaſque omnino tuâ benignitate remittere, nec te commutatio rerum, aut aliqua nova felicitas à conſilio pacis avertat: nec tibi blandiantur homines, aut gloriæ ſuæ tribuant, quæ Domi-

nus ſolus fecit, in cujus manu corda ſunt regum, & aufert ſpiritum principum, quando vult. Vana ſiquidem & infirma ſunt humana conſilia, niſi illa Dominus direxerit, qui rebus omnibus tempora modoſque conſtituit. Cùm igitur à Deo acceperis id quod habes, ipſi referendæ devotæ atque humiles gratiæ ſunt, & in cunctis tuis actionibus ejus auxilium implorandum, qui profectò ſi per ſuas ſemitas ambulabis, tuis rectis & honeſtis deſideriis proſperos curſus dabit. Initia igitur regni tui illi commendes, & ſecundum ejus legem & mandata diſponas; & tu, cum regio diademate fueris ornatus, tibi perſuadeas, quod alia quidem ſunt pretioſiora regum ornamenta, quàm diadema, vel purpura: fides ſcilicet, humanitas, & juſtitia, & ſuper omnia timor Dei, & veneratio Eccleſiæ ſuæ, ſine quibus regnum quidem novum uſurpari poteſt, verus autem & juſtus rex eſſe non poteſt. Quare, fili cariſſime, te obſecramus, ut Deum timeas, & ſanctam ejus Eccleſiam venereris, nec patiaris opprimi in regno tuo eccleſiaſticam libertatem, quæ ſæpe à clariſſimis regibus progenitoribus tuis ſummâ curâ & diligentiâ fuit defenſa. Nos enim pro ſtatu & honore tuo, & pro quiete & pace regni tui, noſtra ſemper ſtudia interponemus, quo nihil per nos accommodatius fieri poteſt ad conſervandam & amplificandam dignitatem tuam. Ceterum dilectus filius G. decretorum doctor, conſiliarius & orator ſerenitatis tuæ, quem libenter audivimus, commiſſa ſibi per te fideliter exponentem te de ſinceritate noſtræ voluntatis & nonnullis aliis plenius informabit, quem pro ſua virtute & fide ac diligentia in factis tuis præſtita gratum habuimus, & eumdem tuæ celſitudini commendamus.

Datum Romæ.

INSTRUCTIONES

Epiſcopo Leonenſi, & aliis ambaxiatoribus ad dominum noſtrum papam de præſenti deſtinandis de his quæ ultra adviſata profutura eccleſiæ in ſe ſupplicabunt dicto domino noſtro papæ.

Circa 1412. *Ex mſ. eccleſiæ Turonenſis.*

PRimò, Quòd dominus noſter papa abſolvat & diſpenſet in juramento regis, quod fecit Pariſius in curia ſui parlamenti ſuper ordinationibus Eccleſiæ Gallicanæ ſervandis & manutenendis in ſuo robore; & ſimiliter abſolvantur omnes alii, & diſpenſetur cum ipſis, quoniam ſimiliter juraverunt, & de præſenti conſenſum præſtiterunt, ſeu permiſerunt ordinationes prædictas relaxari juxta formam inſtructionum.

Item, Quia occaſione guerrarum & diviſionum, quæ diu nimis invaluerunt in regno Franciæ, multi vaſſalli ejuſdem & alii conventiones, promiſſiones, pactiones, & juramenta fecerunt in præjudicium CAROLI VII. regis Franciæ & ſui regni, & fortè paciſcentium & jurantium quod ſint fidelitatis eorum, quoniam nunc pœnitentiâ ducti, vel dum eos pœnituerit talia feciſſe juramenta, ſeu pacta, libenter ab his reſilirent, hoc facere omittentes propter ſcrupulum conſcientiæ; cum non reperiant in promtu qui ab ipſis promiſſionibus & juramentis eos abſolvat; obtineatur bulla à domino papa directa confeſſori ejuſdem domini & aliis duobus vel tribus, quibus videbitur fore expediens, qua concedatur facultas abſolvendi à prædictis.

Item, Quia occaſione guerrarum multa perpetrata ſunt crimina & multi exceſſus, ut incendia ſacrorum locorum, violatio eccleſiarum & immunitatum, & alia innumerabilia; adeo quòd, ſi oporteret pro illis adire curiam Romanam, magna pars regni exiret; quod intolerabile videretur: impetretur quod dominus papa committat uſque ad tres vel quatuor annos dictum confeſſorem & alios, qui habeant facultatem abſolvendi ab omnibus criminibus, exceſſibus, ſententiis, interdictis, excommunicationibus, & ſuper irregularitatibus, & aliis omnibus cenſuris eccleſiaſticis, datis vel latis, à jure vel ab homine, &c. ſi pro his ſedes apoſtolica debet conſultari, & obtineatur bulla, ut in præcedenti articulo.

Item, Obtineatur facultas pro rege nominandi quingentas perſonas ad beneficia hujus regni, prout aliàs progenitoribus ſuis à Romanis pontificibus conceſſum extitit: & advertatur quod bulla in ſecura forma fiat, & bene dirigatur priuſquam expediatur, ne ex illa materia litibus oriatur, providendo quod veri officiarii regis in ſua perſona beneficiorum capaces, ceteris nominatis loco aliorum officiariorum, tam in prærogativis, quàm diſpenſationibus præferantur.

Item, Quia ſub prætextu collationum domini noſtri papæ, aliqui ſubditi noſtri rebelles* cognominantur in præjudicium ordinationum regiarum intrare beneficia, per ordinarios noſtris ſervitoribus collata, colore exquiſito, quod beneficia prædicta vel fructus eorumdem extenduntur in patria occupata per inimicos noſtros vel alios, utpote quidam Viviani procuratoris ducis Burgundiæ occaſione prædicta in præpoſituram Chableycenſem ſe trudit; obtineatur proviſio à domino noſtro papa, tam reſpectu prædictorum, quàm etiam futurorum.

* ſ. conantur.

Item, Supplicabunt dicti ambaxiatores eidem ſummo pontifici, quatenus perſonas, quæ ſequuntur, habeat recommiſſas, videlicet magiſtros GERALDUM MACHETI regis confeſſorem, PETRUM DE CANTELLA regis defuncti confeſſorem, JOHANNEM DE ROUVRAY regis conſiliarios, doctores in Theologia, magiſtros JOHANNEM BUDE contrarotulatorem audientiæ, THEOBALDUM DE LUCE, & ODONEM MORCHESNE notarios ac ſecretarios, PETRUM HUTINI capellanum, magiſtrum GUILLELMUM DROETI ſecretarium regis, & ſigilliferum domini archiepiſcopi Bituricenſis.

Item, Dicent & exponent quomodo magna

Digitized by Google

& infinita damna parata ſunt regi, & majora parantur de die in diem in patria ſua Lemovicenſi, cauſâ & occaſione diviſionis & ſchiſmatis eccleſiæ Lemovicenſis, prout aliis inſtructionibus pleniùs continetur: ſupplicando alibi provideri HUGONI DE ROSSIGNACO, & quod dimittatur pacificus (*a*) R. de Peruſſio, qui & ejus parentes ſunt, & ſemper fuerunt veri & fideles regis ſervitores.

Item, Recommendabunt magiſtrum ALEXANDRUM SAIGNETI bacalarium in legibus, & priorem de Chamboaſſio fratrem GUILLELMI Saigneti militis, conſiliarii & cambellani regis, & ſpecialiter in caſu tranſlationis epiſcopi Cavalhicenſis, ad id quod tenet dictus epiſcopus Cavalhicenſis in titulo & commenda, prout rex jam ſuper hoc vicibus iteratis ſcripſit.

EPISTOLA CAPITULI GENERALIS ordinis Ciſtercienſis ad univerſos epiſcopos,

Ut Petrum Fortonis quondam abbatem Vallis-creſcentis propter violentam in ſuum abbatem manuum injectionem excommunicatum denuntient.

Anno 1423. Ex mſ. R. P. Fulienſium.

REverendis in CHRISTO patribus dominis archiepiſcopis, epiſcopis, & aliis locorum ordinariis ubilibet ordinatis, necnon domino epiſcopo Dienſis dioceſis & Valentinenſis, frater JOHANNES abbas Ciſtercii, ceterique deffinitores capituli generalis in Domino vivere & in Domino mori.

Cùm per legitimas informationes appareat nobis & capitulo generali, fratrem Petrum Fortonis olim abbatem Vallis-creſcentis, nunc monachum dicti monaſterii manus injeciſſe violentas in abbatem dicti monaſterii, & nonnullos alios monachos, necnon plures & diverſos exceſſus commiſiſſe, propter quæ in excommunicationis latæ ſententiæ à canone & ſecundum ordinis inſtituta ſententias noſcitur incurriſſe, nec formidet malum malis accumulare in ordinis præjudicium, & ſuæ animæ detrimentum, inquinando plures & diverſos ad illicita, & per quæ ſtatus ordinis & eccleſiaſticus deturpatur. Ideo vos reverendos in CHRISTO patres & dominos Dienſ. & Valentinen. in juris ſubſidium requirimus humiliter, ſupplicamus & rogamus, cùm una poteſtas per aliam jure dictante juvari debeat & fulciri, quatenus præfatum Petrum Fortonis, quem nos in his ſcriptis excommunicatum pronuntiamus, ipſum in veſtra eccleſia cathedrali, & in aliis veſtræ dioceſis eccleſiis faciatis diebus dominicis & feſtivis publicè excommunicatum nuntiari, donec à nobis & capitulo generali meruerit abſolutionis beneficium obtinere, & de eadem vobis, ſeu veſtrûm cuilibet plena extiterit facta fides. Parati enim ſumus vobis & veſtrûm cuilibet in ſimilibus vel majoribus obtemperare.

(*a*) Ramnulfus de Peruſio à MARTINO V. tranſlatus eſt ad ſedem Mimatenſem, Hugo verò poſſeſſionem epiſcopatûs Lemovicenſis adeptus eſt anno 1422. ut legimus in regiſtris eccleſiæ Lemovicenſis.

UNIVERSITAS COLONIENSIS purgat ſe ab injuſtis de doctrina criminationibus, quibus apud principes electores fuerat impetita.

AD GLORIAM SANCTÆ TRINITATIS, GLORIOSÆQUE VIRGINIS MARIÆ DEI MATRIS, AC TOTIUS CURIÆ COELESTIS. AMEN.

Anno 1425. Ex mſ codice Bigotiano.

SAnctæ & felicis civitatis Colonienſis fidelis filiæ apoſtolicæ ſedis honorabiles domini exhibuerunt almæ univerſitati ſtudii ejuſdem civitatis litteram per ſereniſſimos principes ſacri imperii inclytos electores ipſis deſtinatam: quâ vigilanter examinatâ, videtur ejus tenor ad certos articulos poſſe ſummariè perſtringi.

Primus eſt, quod in eorum zelo eſt bonum fidei ſalvare, procurare & augmentare: quidquid autem tal bono contrarium fuerit, diſſonum, aut ſuſpectum eliminare, extirpare, ac relegare.

Secundus eſt, quòd in facultate artium prædictæ univerſitatis per magiſtros nunc regentes non legitur doctrina, quæ in principio fundationis ſtudii legebatur, quæ in aliis quoque univerſitatibus Almaniæ legitur. Neque idem modus legendi obſervatur, qui ab origine ſtudii inolevit.

Tertius eſt, quòd juvenes ibidem introducuntur in via alterius doctrinæ, puta ſancti Thomæ & Alberti magni, aut talium antiquorum alti ſermonis doctorum.

Quartus eſt, quòd etſi doctrina talium doctorum non ſit in ſe mala, tranſcendit tamen juvenum capacitatem. Unde evenit quòd juvenes hujus doctrinæ ſubtilia dicta, & alta principia non intelligentes, & nihilominus ſecundum talem inſtructionem loqui præſumentes, incidunt in errores pernicioſos, aut hæreſes, ſeu varias controverſias. Exemplum adeſt de Pragenſibus, quorum error ex tali doctrina emanavit.

Quintus eſt, quòd magiſtri moderniores ut Buridanus, Marcilius, & eorum collegæ, ſive ſequaces, hujuſmodi periculum providè præcaventes, doctrinam artium reduxerunt ad alium ſtylum humiliorem, & ad alios terminos & modos loquendi, ex quibus nullum derivari poſſit erroris contagium.

Sextus eſt, quòd mentis eorum eſt velle nos à tali novitate deſiſtere redeundo ad modum imbuendi in artibus ab initio inſtitutum.

Unde ad primum articulum gaudemus in Domino ſuper tali devoto principum tam magnificorum zelo, deprecantes Altiſſimum, ut in eodem velit eos feliciter conſervare, cupientes ex intimis præcordiis eis collaborare ad tam divini propoſiti executionem expeditam.

Ad materiam ſecundi puncti, dicimus quòd ab inchoatione ſtudii Colonienſis fuit conſue-

tum juxta ſtatuta facultatis artium legere li- A bros philoſophi cum quæſtionibus & dubiis circa eoſdem incidentibus: qui etiam modus præſentialiter viget & continuatur. Secundò dicimus quòd ab exordio ſtudii magiſtris pertractandi ſuas quæſtiones licitum fuit & liberum allegare diverſos auctores, utpote vel Ariſtotelem, vel commentatorem Averroyum, aut Avicenam, Euſtrathium, aut Boëtium, Themiſtium, aut ſanctum Thomam, Albertum Magnum, Ægidium, Buridanum, aut quemcumque alium, prout eis viſum fuit ad declarandum B materias, quas diſcutiebant, expedire. Et hic modus etiam jam uſitatur: nemini namque præcluditur via modernorum: quin immò magiſtri componendo libros quæſtionaliter, plurima modernorum dicta reverenter interſerunt. At verò ipſi ſcholares dum ad tentamen ſeu examen veniunt, recipiuntur unuſquiſque in ſua via ſecundum quam dirigitur, caritativè, locatur & promovetur.

Ad materiam tertii articuli reſpondendo, dicimus quòd ſcholares facultatis artium quot- C quot affluunt, jam anteà in ſcholis particularibus in via currentis doctrinæ ſunt fundati, licèt ſecundum magis & minus: ita quod nonnulli ex merito ſuæ ſcientiæ forent digni gradu bacalariatûs, aut in propinquo ad honorem licentiæ aſſumendi: cujus ratio eſt, quia omnes particularium ſcholarum rectores in via currente imbuunt ſuos ſcholares. Qualiter ergo alicujus pia conſcientia doctrinam eis priùs inſertam poſſit eradicare, alium modum eis apponendo?

Ad materiam quarti articuli dicere audemus quòd doctrina ſancti Thomæ, Alberti D Magni, Alexandri de Hales, & Bonaventuræ, Ægidii de Roma, Scoti, & talium antiquorum eſt in ſe bona & illibata, & nullatenus inculpanda. Sed quando dicitur quòd tranſcendit juvenum capacitatem; videtur, ſalvâ caritate, diſtinguendum. Nam aut intelligitur quòd ſic eorum vires ſupergreditur, quòd per ſeipſos nequeant eam comprehendere; quo admiſſo, conſtat idem eſſe judicium de omni ſcientia, ſecundum qualemcumque viam: quòd philoſophorum princeps innuens ait: addiſcen- E tem credere oportet. Aut ſic tranſcendit, quòd ſuorum præceptorum auxilio nequeant percipere. Hunc ſenſum declinamus, experientiâ contrarium atteſtante. Ipſi enim juvenum informatores, in eadem facultate regentes, in via hujus doctrinæ ſunt viri triti, ſunt ingenio perſpicui, & circumſpectione oculati, qui panem ſolidum proportionaliter capacitati diſcipulorum frangere noverunt ac maſticare. Secundò dicimus: datis duobus æqualis indolis, diligentiâ & exercitio paribus, æqualiter anti- F quorum & modernorum viis immorantibus, non comperiatur unius reſpectu alterius difficultas multum præponderare: cujus ſignum eſt quod in via currente quolibet anno plures inveniuntur ſcholares adeo periti & ſufficientes, quod acutiſſimis argumentis valent obviare. Inveniuntur inſuper novi magiſtri non pauci, ut unius, aut duorum, aut trium annorum hujus doctrinæ alumni, quibus quid infra metas artium concluditur ignoramus. Tertiò dicimus quòd à tali doctrina, aut ejus modo tradendi errores & hæreſes longè relegantur. Quippe ante Buridanum erat hæc doctrina univerſalis per omnes univerſitates ſtudiorum, quæ à nunc omnium univerſitatum: univerſitas, inquam, Pariſienſis aliquot annis peregrina, ad gremium ejuſdem à ſpatio viginti annorum remeavit: & ex tunc ultra tria millia in artibus graduatorum ſecundum hujus viæ principia procreavit. Atqui numerus magiſtrorum ante ſæculum Buridani præ nimia multitudine non eſt definibilis: nondum tamen errores aliquos, aut hæreſes ab hac doctrina ſubortas eſſe didicimus. Quartò dicimus quòd hæc doctrina non fuit damnatæ memoriæ * Hieronymo ſuorum errorum cauſâ: quia ex vero non infertur falſum. Si objiciatur quòd per occaſionem hujus doctrinæ Hieronymus erravit: dicimus quòd occaſio non fuit data, ſed accepta, quæ à nulla ſcriptura poteſt prohiberi. Nam & lex Moſaïca illo modo fuit occaſio peccandi, ut dicitur ad Romanos VIII. & ex doctrina CHRISTI ſumſerunt Phariſæi plurium inconvenientium occaſionem. E contra autem per viam hujus doctrinæ potiſſimè poteſt Pragenſium error & Wicleſiſtarum exterminari, prout in noſtra Colonienſi univerſitate docet operis evidentia: quamquam non credimus quòd occaſio hujus nefandi erroris ex hac doctrina fuerit ſumta, ſed magis ex doctrina Wicleſiſtarum: hac etiam cauſâ cooperante, quòd tempore imperatoris fundantis ſtudium Pragenſe Almani magnas prærogativas obtinebant, quas poſt ejus obitum Bohemi ſubtraxerunt: quæ ſanè injuria ſufficiens cauſa extitiſſet controverſiæ, ſchiſmatis, & tandem diſſipationis illius univerſitatis, etiamſi illic ſola modernorum doctrina floruiſſet.

* Pragæ

Ad materiam quinti articuli, dicimus quòd Buridanus, Marcilius, aliique plures in illa doctrina commilitones fuerunt viri egregii, & laudabiliter multa conſcripſerunt; propterea etiam eorum ſententias, ſicut anteà eſt prælibatum, amplectimur veneranter cum antiquorum ſententiis coordinando, & ex utriſque pleniores determinationes dubiorum conflando, prout viſum fuerit nobis opportunum.

Ad materiam ſexti articuli, dicimus quòd aliud non conſtat nobis diſcurrendo per ſingulas univerſitates, Almaniæ, Italiæ, Franciæ, Angliæ, quin permitteretur magiſtris in facultate artium, pertractando quæſtiones ſuæ facultatis, uti doctrina doctorum prænominatorum, dummodò ſobriè applicarent aliis invectivè non injuriando. Secundò dicimus quòd facultatis artium cum facultate Theologiæ tam indiſſolubilis eſt connexio, quòd per idem valere eſt, prohibere hujus doctrinæ uſum in artibus & in Theologia, & permittere in Theologia & in artibus: Exempli gratiâ, Doctor ſanctus in omnibus ſummis ſuis utitur principiis, quibus uſus eſt libros philoſophi expo-

nendo, prout luce clarius conſtat cuilibet in ejus doctrina erudito. Tertiò dicimus quòd noſtrum prohibere in facultate artium noſtræ univerſitatis dictæ doctrinæ frequentiam nihil ad intentionem proficeret: quia non ideo particularium ſcholarum magiſtri ſuum modum in hac via inſtruendi prætermitterent. Quo nimirum præcepto promulgato, ſcholares relictâ Almaniâ, Pariſius ubi nulla alia frequentatur doctrina, concorditer ſe transferrent. Nec eſt ſilentio diſſimulandum, quòd quia Romana & univerſalis Eccleſia doctores prænominatos facto & opere habet approbatos, eorum libris & ſcriptis utendo & allegando, non videtur noſtræ auctoritati congruere, aut poteſtati ſubeſſe eorum doctrinam prohibere. Numquid legem à rege conditam revocat præfectus? quin immò hujuſmodi noſtra præſumtuoſa inhibitio plurima adverſum nos inconvenientia ſuſcitaret. Nam nos non eſſe univerſali Eccleſiæ conformes argueret, non modicam jacturam famæ univerſitati Pariſienſi omnium univerſitatum exemplari irrogaret, illam, quæ inibi ſola colitur, proſcribendo doctrinam, tamquam errorum amicam, & hæreſum ſuſcitativam: præſertim cùm noſtra univerſitas ad inſtar illius fundata ſit, pluribus magiſtris in illa & graduatis, & ad ejus honorem obligatis. Denique hæc ipſa inhibitio non parvum honoris præjudicium inferret, præclaris illis ordinibus, de quorum fuerunt profeſſione ſæpedicti doctores, quorum ſolemnes librariæ talium doctorum libris munitæ exornantur; ac per hoc contra nos juſtæ quærelæ actionem poſſent attentare. Eia quomodo dictat alicujus recta conſcientia quod ubi commentator Averrois à fide apoſtata honoratur; illic tam mirifici chriſtiani doctores turpiter repudiarentur? aut ubi Buridanus, Marcilius, & alii ſimplices magiſtri artium ſunt accepti; ibi tam inſignes ſacræ Theologiæ profeſſores proſcribantur? Et quia generoſi ac illuſtriſſimi principes in hac materia loquuntur, prout clam ab aliis minus juſtè informantur, deſiderii noſtri eſſet, quòd informatores tales palam ad lucem comparentur, oſtendentes in quibus materiis hæc doctrina claudicat. Nemo enim ignorat ad litteratos hujuſmodi difficultatis deciſionem pertinere, quos libenter volumus recipere, cum eis conferendo paratiſſimi conſentire, ſi quid fuerit corrigendum aut evitandum: unde ad omnem cautelam perquiſivimus multùm ſcrupuloſè modum docendi, conferendi, & converſandi ipſorum magiſtrorum, nec aliquid explorare potuimus, niſi quod foret laude dignum. Itaque omnibus principibus quantâ poſſumus humilitate obnixius ſupplicamus, quatenus dignentur in noſtra primitiva libertate nos permittere, ſecuri quòd doctrinam nunc currentem tam temperatè prætendimus manu ducere, ut nullum ex ea inconveniens valeat pullulare, aſpirante Altiſſimo, qui eſt benedictus in ſæculorum ſæcula. Amen.

Nota.

Datum & concluſum in noſtra generali congregatione celebrata in domo capitulari eccleſiæ Colonienſis ſub anno Domini MCCCC XXV. in vigilia Nativitatis CHRISTI, ſub ſigillis quatuor facultatum prædictæ noſtræ univerſitatis.

PRIVILEGIUM
Univerſitati Lovanienſi per dominum ducem Brabantiæ, &c. conceſſum.

Anno 1426. Ex mſ. Bigotiano.

IN Nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, JOHANNES Dei gratiâ Lothariæ, Brabantiæ, & Lymburgi dux, ſacrique imperii marchio, necnon Hannoniæ, Hollandiæ, & Zelandiæ comes, ac dominus Friſiæ, univerſis & ſingulis tam præſentibus quàm futuris hoc præſens privilegium ſeu præſentes litteras inſpecturis, viſuris, ſeu audituris, ſalutem & omne bonum.

Cùm omnis gloria, ſive potentia principatûs in ſubditorum conſtat præcipuè ſolidata fortunis; decet & expedit, ut quilibet in quacumque præeminentia conſtitutus, ſit ſubjectis in gratia liberalis. Tunc enim dignitas principum veræ laudis titulis ſublimatur, & eminenti decore præfulget, cùm provintias ſuæ ditioni ſubjectas ad ſuæ proviſionis proſecutionem prudentum virorum copia in qualibet litterarum ſcientia eruditorum fortuna favente proſpexerit decorari, & inibi pro bono reipublicæ & ſubjectorum commodis in quacumque profeſſione ſtudia publica & generalia meruerit obtinere: ut ſuarum incolæ, aliarumque vicinarum extranei patriarum, jejuni & famelici doctrinarum, inveniatur unde ipſorum aviditatibus ſatisfiat, nec compellantur ad inveſtigandas ſcientias peregrinas nationes expetere, nec in alienis regionibus mendicare, ut inibi diſciplinæ atque ſapientiæ ſe ſtudiis exercentes, ſibi & aliis meliores effici valeant: quorum ſapientia & prudentia provinciis eiſdem & incolis eorumdem, auctore Domino, cultus juſtitiæ, & pax & tranquillitas cum proſperitatis incremento indubiè ſperatur feliciter provenire. Nuper ſiquidem ſanctiſſimus in CHRISTO pater dominus noſter dominus MARTINUS divinâ providentiâ papa V. modernus v. idus Decembris, pontificatûs ſui anno IX. per ſuas litteras apoſtolicas more Romanæ curiæ bullatas, ut litterarum ſcientia, Deo auctore, magis magiſque & uberius refloreat; mentes, intellectus, & corda devotorum irriguo ſuo fonte madeſcat, ac per eam morum, virtutum, & devotionum copiæ multiplicentur; & tamquam in tellure compluta fructum germinent ſpecioſum, ad inſtantes & humiles preces noſtri pro parte ſuæ ſanctitati repetitis vicibus ſuggeſtas, in oppido noſtro Lovanienſi, loco quidem amœnitatis jocunditate, rerumque victualium ubertate multipliciter redimito, ac alias tanto negotio congruenti & idoneo, ſtudium generale piè & ex ſuæ benignitatis clementia duxit erigendum: quod quidem diverſis libertatibus, exemtionibus, & privilegiis apoſtolicis ad aliorum generalium inſtar ſtudio-

Digitized by Google

rum fulcitum glorioſè decoravit: voluitque &
ordinavit idem dominus noſter papa, quòd
niſi infra annum à data prædictarum littera-
rum inanteà computandum, omnium & ſin-
gularum cauſarum, negotiorum, exceſſuum,
doctorum, magiſtrorum, ſcholarium, mem-
brorum & ſervitorum univerſitatis ſtudii hu-
juſmodi, ſive clerici, ſive laïci fuerint, co-
gnitionem, deciſionem, correctionem, puni-
tionem, omnimodamque ſuperioritatem & ju-
riſdictionem exercendi in eoſdem in prædicto
oppido noſtro, nobis, noſtriſve officiariis quo-
modolibet competentem: quorum cognitio-
nem & executionem nobis penitùs interdixit,
quaſque ad rectorem univerſitatis ſtudii hu-
juſmodi pro tempore exiſtente cenſuit pertine-
re, à nobis abdicaverimus, & eas in rectorem &
univerſitatem prædictos transtulerimus, ipſiſ-
que juxta earumdem litterarum continentiam,
privilegia & libertates conceſſerimus, quod
prædictæ litteræ, & quæcumque inde ſecuta
nullius exiſterent roboris & momenti, prout
in prædictis litteris apoſtolicis, quarum conti-
nentiam & tenorem præſentibus haberi volu-
mus pro ſufficienter expreſſatis, pleniùs vidi-
mus contineri. Nos igitur qui inter multipli-
cia quibus divinæ potimur bonitatis affluxu,
principatus & dominia, debitum rememoratio-
ne jugi convertentes intuitum, his ſummoperè
reddimur intenti, per quæ ad communem eo-
rumdem noſtrorum principatuum & dominio-
rum, & ſignanter ducatûs noſtri Brabantiæ,
quem ſuâ virtute poſcente, non immeritò præ
ceteris adamamus, totiuſque reipublicæ com-
moditatem, utilitatem, & profectum, in quo-
rum proſperitate utique proſperamur, ſtu-
dium generale Lovanienſe per nos ſummis ex-
petitum conſiliis & ardentibus deſideriis expe-
ctatum per ſanctiſſimum noſtrum apoſtolicum
tam conſultè quàm providè ad noſtram cre-
bram, ut præmittitur, inſtantiam ordinatum
& erectum: cui jam gratiâ opitulante divinâ
de ſpectabilibus & egregiis doctoribus, magi-
ſtris, licentiatis, baccalariis & legentibus, ip-
ſorumque ſtipendiis, domibus, ſcamnis, &
aliis ad id neceſſariò requiſitis ſufficienter pro-
vidimus, & provideri fecimus, tam laudabi-
liter inchoatum, Deo propitio, ſub felicibus
auſpiciis continuari valeat perpetuò duratu-
rum. Quapropter dignum arbitramur, & ra-
tioni congruum: debitum etiam exigit æqui-
tatis, ut omnes & ſingulos ad prædictum oppi-
dum noſtrum ſtudiorum cauſâ confluentes, &
pro tempore degentes in eodem ſpeciali proſe-
quamur gratiâ & favore, ac eodem privilegio
quo ceteros burgenſes noſtros ſub alarum no-
ſtrarum regimine protegamus, ut eò liben-
tiùs & liberaliùs litterarum ſtudiis intendant,
quò abundantiùs & uberiùs noſtri favoris gra-
tiâ ſe ſentiant communitos. Hinc eſt quòd nos
animo deliberato & de ſano & maturo proce-
rum, magnatum, comitum, baronum, & no-
bilium fidelium noſtrorum conſilio pariter &
aſſenſu pro nobis noſtriſque heredibus & ſuc-
ceſſoribus Brabantiæ ducibus, univerſis & ſin-
A gulis doctoribus & ſcholaribus ad prædictum
noſtrum, generale ſtudium confluentibus, &
ſtudiorum cauſâ degentibus in eodem, mem-
briſque, ſervitoribus & ſucceſſoribus eorum-
dem ex certa noſtra ſcientia, ac de noſtra pu-
ra & mera liberalitate indulſimus, dedimus,
& conceſſimus, ac donavimus tenore præſen-
tium de gratia noſtra ſpeciali, indulgemus,
concedimus, & donamus privilegia, gratias,
libertates, immunitates, & exemtiones per
modum & formam inferiùs annotatos.

Inprimis ſiquidem in Dei nomine omnibus
B & ſingulis doctoribus, magiſtris & ſcholaribus
cauſa ſtudii ad dictum oppidum noſtrum ac-
cedere volentibus cum eorum famulis, ac li-
bris, rebus, & bonis ſuis quibuſcumque dum
venerint, moram traxerint, vel receſſerint ab
eodem pro tempore, quæcumque ſua, res, li-
bros, & bona ſecum apportandi, & ea pro
ſuæ libito voluntatis deportandi, ſive vendendi
per poteſtates & diſtrictus noſtros, tam per
terram, quàm per aquam, ſecuram & libe-
ram concedimus facultatem ac fiduciam & li-
centiam ſpeciales, nullis repræſaliis ac aliis cau-
C ſis obſtantibus quibuſcumque, bannitis, pro-
ſcriptis, & fugitivis à noſtris Brabantiæ ducatu
& Lovanienſi oppido prælibatis, aut qui ſuis
exigentibus demeritis & forefactis in corpori-
bus ſuis membris corrigi meruerunt ſemper
excluſis. Et inſuper volumus & ordinamus,
quòd omnium & ſingularum cauſarum & ne-
gotiorum cognitio, atque deciſio doctorum,
magiſtrorum, ſcholarium, membrorum atque
ſervitorum eorumdem, ſive clerici, ſive laïci
fuerint, & etiam de quibuſcumque crimini-
bus, exceſſibus correctio & punitio, ac omni-
D moda ſuper illis juriſdictio ad rectorem uni-
verſitatis ſtudii hujuſmodi pro tempore exiſ-
tentis, & non ad nos noſtroſve ſucceſſores vel
officiarios debeant integraliter pertinere: nulla
nobis noſtriſve ſucceſſoribus & officiis faculta-
te & auctoritate penitus reſervata de cauſis &
negotiis hujuſmodi cognoſcendi, ſive illa diri-
mendi, aut membra & ſervitores hujuſmodi,
vel ex eis aliquem pro criminibus & exceſſibus
eiſdem, aut quemlibet corrigendi, vel punien-
di, ſeu aliquam in eos ſuperioritatem vel juriſ-
dictionem exercendi, quas à nobis penitus ab-
E dicamus, quaſque in rectorem & univerſitatem
prædictos ceſſimus, contulimus, donavimus, &
transtulimus; ac realiter & cum effectu cedi-
mus, conferimus, donamus, & transferimus
per præſentes.

Præterea quoque pro potiori dicti ſtudii in-
cremento, de uberioris dono gratiæ & munifi-
centia ſpeciali volumus & ordinamus, dantes
& concedentes quòd univerſi & ſinguli docto-
res, magiſtri, & ſcholares, cauſâ ſtudii in præ-
dicto noſtro Lovanienſi oppido pro tempore
degentes, membraque & ſervitores eorumdem,
F omnibus & ſingulis favorabilibus juribus, pri-
vilegiis, libertatibus & franciſiis, ubique ter-
rarum & poteſtatum noſtrarum potiantur &
gaudeant: quibus ceteri oppidani & burgenſes
ejuſdem noſtri oppidi & privilegio & jure de

Digitized by Google

conſuetudine uti atque frui potuerunt, ſeu conſueverunt, conſtitutionibus, ordinationibus, & aliis contrariis non obſtantibus quibuſcumque. Quocirca ſeniſcallo noſtro Brabantiæ & villico noſtro, necnon burgimagiſtris, ſcabinis & communitati oppidi noſtri Lovanienſis prædicti, ceteriſque juſtitiariis, officiariis, & ſubditis noſtris per dictum ducatum noſtrum Brabantiæ, ac aliàs ubilibet conſtitutis, & loca tenentibus, ac cuilibet eorumdem præſentibus & futuris tenore præſentium diſtrictè præcipientes mandamus, quatenus rectorem, doctores, magiſtros, & ſcholares, membraque, & ſervitores univerſitatis ſtudii hujuſmodi ſupradictis noſtris indulgentiis, privilegiis, gratiis, libertatibus, immunitatibus, & exemtionibus uti & gaudere pacificè & quietè faciant & permittant ſine impedimento & perturbatione quibuſcumque, ſub obtentu gratiæ noſtræ, ipſoſque debitis proſequi favoribus & honoribus ſtudeant prævenire; & à quibuſcumque moleſtationibus, injuriis, violentiis ipſis illatis, vel inferendis potentialiter defenſare: quos exnunc inantea recepimus in noſtris protectione, ſecuro conductu, & cuſtodia, ſeu ſalva-gardia ſpeciali. Quæ omnia & ſingula rectori & univerſitati prædictis volumus & promittimus bonâ fide pro nobis & noſtris heredibus & ſucceſſoribus in perpetuum inviolabiliter obſervari, fraude & dolo in omnibus & ſingulis ſemotis penitus & excluſis. Ad cujus rei memoriam & robur perpetuò valiturum præſens privilegium, ſeu præſentes litteras inde fieri, & ſigilli noſtri appenſione juſſimus communiri.

Datum in oppido noſtro Bruxellenſi, anno Dom. MCCCCXXVI. menſis Novembris die VII.

Per dominum ducem in ſuo conſilio, in quo ENGHELBERTUS comes Naſſauvi, dominus de LECKA & de Breda, WILHELMUS comes de Seyne, dominus de Rodeſtenaguthe, JOHANNES dominus de Weſemalta, & de Fallays dominus, JOHANNES dominus de Rotzelair & de Vorſelair, dominus HENRICUS de LECKA, dominus de Hezewyck, JOHANNES de Clymes, dominus de Bergis ſuper Zonnam, de Grymbert & de Mellino, barones, & magiſtri CORNELIUS Proſper præpoſitus Cameracenſis, JOHANNES de Wytham, dominus de Bontersheim, WILHELMUS de MONTENAKEN, dominus de Graſon & de Wylre, & quamplures alii interfuerunt.

LITTERA

per dictam Univerſitatem domino duci præfato tradita.

Juriſdictionem in cauſis criminalibus transfert in Brabantiæ ducem.

Anno 1426. Ex mſ. Bigotiano.

UNiverſis & ſingulis præſentes litteras inſpecturis, rector & univerſitas doctorum, magiſtrorum & ſcholarium ſtudii Lovanienſis, ſalutem cum agnitione veritatis.

Cùm nuper ſanctiſſimus in CHRISTO pater ac dominus noſter dominus MARTINUS divinâ providentiâ papa V. ad divini cultûs augmentum, fidei quoque chriſtianæ & orthodoxæ incrementum, ſcientiæ quoque & ſapientiæ germina, tamquam pius paſtor, ac beati Petri verus ſucceſſor, aciem intelligentiæ ſpiritualis ſummopere intendens, non ſegnis auditor illius verbi eccleſiaſtici: *Sapientia melior eſt theſauris abſconditis, & omnes divitiæ illi non debent comparari*; ad humilem ſupplicationem illuſtriſſimi principis, & metuendiſſimi domini noſtri domini JOHANNIS Dei gratiâ Lothariæ, Brabantiæ, & Lymburgi ducis, ſacrique imperii marchionis, necnon Hannoniæ, Hollandiæ, & Zelandiæ comitis, & domini Friſiæ, in oppido ſuo Lovanienſi, tamquam in loco apto & idoneo, amplo & tuto, ac pacifico, victualibus & aliis neceſſariis redimito & referto, privilegia ſtudii generalis conceſſerit ſtudium ibidem generale erigendi, dictumque ſtudium privilegiis, libertatibus, & franchiſiis, juxta conſuetudinem aliorum ſtudiorum generalium dotando: ita tamen ut idem dominus noſter dux prædictus infra annum omnem juriſdictionem quomodolibet ſibi competentem in quæcumque ſuppoſita, & membra ejuſdem univerſitatis præſentia & futura cujuſcumque ordinis aut ſtatûs, ſive clerici, ſive laïci exiſterent, plenariè & cum effectu à ſe abdicaret, ac in rectorem, ac in ipſam univerſitatem transferret: alioquin dicta conceſſio nullius foret roboris efficaciæ vel momenti. Cùm itaque illuſtriſſimus dominus noſter dux præfatus de tanto ſpiritualis gratiæ dono gaviſus, ac in omnibus cupiens eſſe obedientiæ filius, omnem juriſdictionem, ut præfertur, in quibuſcumque cauſis civilibus aut criminalibus quaſcumque perſonas dictæ univerſitatis, tam eccleſiaſticas, quàm ſæculares concernentibus jamdudum per ſuas litteras patentes, ac ſigillo ſuo pendente munitas tranſtulerit, illamque realiter & cum effectu à ſe juxta continentia & tenorem litterarum apoſtolicarum deſuper conceſſarum abdicaverit: hinc eſt quòd nos conſiderantes indecens eſſe viros eccleſiaſticos, divino cultui & ſervitio deditos, cauſis ſæcularibus, maximè criminalibus criminaliter motis, & præcipuè atrocioribus ſe immiſcere, nec eſſe conveniens, aut etiam reipublicæ expedire crimina remanere impunita, maturâ deliberatione præhabitâ, omnem juriſdictionem in quantum laïcos ſæculares præſentes & futuros, ſeu dictæ univerſitatis, aut eorum ſuppoſitorum laïcos familiares concernit tantum in cauſis criminalibus, ſeu criminaliter motis, in quibus de jure veniret præciſè pœna corporis aut mutilationis membri imponenda, in illuſtriſſimum principem & dominum noſtrum dominum ducem præfatum, tenore præſentium transferimus: ita tamen quòd ſi contingat villicum dicti oppidi Lovanienſis, aut alium quemcumque officiarium Domini aliquem ſcholarem, aut familiares laïcos, aut aliud ejuſdem univerſitatis ſuppoſitum prædictum per viam torturæ, inquiſitionis, ſeu alicujus probationis, vel aliàs quovis modo procedere, niſi præſentibus rectore pro tempore cum

Digitized by Google

ſuis deputatis, aut ab eo & ab univerſitate deputandis. Et ſi contigerit talem deprehenſum coram eiſdem legitimè convinci, aut confeſſum eſſe, ex tunc cognitio, & dictarum cauſarum ſic criminaliter motarum executio ad ſæpedictum dominum noſtrum ducem, ſeu ejus villicum aut officialem pleno jure debeat pertinere. In cujus rei teſtimonium, ſigillum noſtræ univerſitatis præſentibus duximus appendendum.

Datum Lovanii in congregatione noſtra generali in conventu fratrum Eremitarum ſancti Auguſtini, anno à Nativitate Domini MCCCC XXVI. menſis Decembris die XXVI.

NOTIFICATIO
facta in partibus circumvicinis de inchoatione ſtudii generalis Lovanienſis.

Anno 1426. Ex mſ Bivontiano.

UNiverſis & ſingulis ſereniſſimis regibus, reverendiſque in CHRISTO patribus & illuſtribus principibus ſacri imperii electoribus, & ceteris archiepiſcopis, epiſcopis, ducibus, marchionibus, Lantgraviis, comitibus, ſpectabilibus & nobilibus dominis conſanguineis, confœderatis & fautoribus noſtris dilectis ad quos vel quorum notitiam præſentes noſtræ litteræ pervenerint, JOHANNES Dei gratiâ Lothariæ, Brabantiæ, & Lymburgi dux, ſacrique imperii marchio, necnon Hannoniæ, Hollandiæ, & Zelandiæ comes, & dominus Friſiæ obſequium noſtrum, & continuum amoris incrementum, necnon omnibus & ſingulis abbatibus, prioribus, præpoſitis, archidiaconis, decanis, vicedecanis, cantoribus, ſcholaſticis, theſaurariis, canonicis tam cathedralium quàm collegiatarum ac parochialium eccleſiarum rectoribus, preſbyteris, vicariis perpetuis, capellanis, curatis, notariis clericis, ſcholaribus & ſtudentibus, ac burgimagiſtris, ſcabinis, conſulibus, juratis & gubernatoribus civitatum, oppidorum, & villarum ubilibet conſtitutarum ſalutem & omne bonum cum agnitione veritatis infraſcriptorum. In Domini nominis gloria exultamus & multiplici gaudio & affluentia delectamur, cùm ea quæ noſtros noſtrarumque terrarum & ditionum, ac vicinarum gentium & locorum quorumcumque honores, commoda & utilitates reſpiciunt, poſſumus explanare. Sanè quidem ſanctiſſimus in CHRISTO pater & dominus noſter dominus MARTINUS divinâ providentiâ papa modernus v. idus Decembris, pontificatûs ſui anno IX. per ſuas litteras more Romanæ curiæ bullatas, ut litterarum ſcientia, Deo auctore, magis magiſque, ac uberiùs refloreat, mentes, intellectus ac corda devotorum irriguo ſuo fonte madeſcat, ac per eam morum, virtutum, & devotionum copiæ multiplicentur, & tamquam in tellure compluta ſemina fructum germinent ſpatioſum, ad inſtantes & humillimas preces ſuæ ſanctitati repetitis vicibus noſtri pro parte ſuggeſtas in oppido noſtro Lovanienſi, Leodienſis diœceſis, ac noſtri ducatûs Brabantiæ loco... vinetis, pratis, rivulis, frugibus & fructibus, ac aliis circa victualia neceſſariis referto, in aëre dulci & bona temperie ſervato, loco quidem ſpatioſo & jocundo, & ubi mores burgenſium ſunt benigni, ſtudium generale piè & ex ſuæ miſerationis innata clementia erexit, quod diverſis libertatibus, exemtionibus, & privilegiis, ad aliorum generalium ſtudiorum inſtar fulcitum decoravit. Ad cujus quidem ſtudii proſecutionem, ac ipſius de cetero continuationem de ſpectabilibus & egregiis doctoribus, licentiatis, & magiſtris in omni litterarum ſcientia præterquam in ſacra Theologia eruditis ſufficienter providimus, ac provideri fecimus. Qui ſiquidem doctores, licentiati, & magiſtri lecturas ſuas quilibet in ſua facultate, ac alios conſuetos actus ſcholaſticos ſecundâ die menſis Octobris proximè futurâ, ad Dei laudem & honorem inchoabunt, Deo auctore, proſperandos. Et ut tam pium tamque ſalubre principium laudabiliter inchoandum, Deo propitio, effectum conſequi proſperum laudabilius valeat & votivum, ad quos doctores & magiſtros quoſlibet & ſcholares hilariter invitamus: ipſos & eorum quemlibet ab omni injuria & violentia, dum opus fuerit, per nos & officiarios noſtros, ubique noſtrorum ducatuum, terrarum & ditionum tam per terram quàm per aquam defenſare curabimus & tueri, ac ab oppidanis & incolis dicti noſtri Lovanienſis oppidi dulciter & amoroſè tractantes, bannitis, proſcriptis, ac fugitivis à noſtris Brabantiæ ducatu, ac Lovanienſi oppido, ac qui ſuis exigentibus demeritis & forefactis in corpore ſeu membris corrigi demeruerunt ſemper excluſis. Quocirca vos omnes & ſingulos ſereniſſimos reges illuſtres, principes, archiepiſcopos, epiſcopos, duces, marchiones, comites, ... nobiles, conſanguineos, confœderatos & amicos noſtros, ac alios præſcriptos cujuſcumque ſtatûs, conditionis, aut præminentiæ fueritis, in amore mutuo deprecamur & rogamus, quatenus præmiſſa omnia & ſingula per juriſdictiones veſtras ſolemniter permittere publicari, ac omnes & ſingulos doctores, licentiatos & magiſtros ſcholares, ac ſtudentes univerſos ad dictum noſtrum generale ſtudium confluentes cum ſuis rebus, bonis, & familia ab omni injuria & violentia defendere velitis & tueri noſtrarum præſentium interventu & contemplatione ſingulari. Quod vobis omnibus & ſingulis noſtris ſeneſcallis, baillivis, ſcultetis, villicis, & aliis officiariis & ſubditis noſtris diſtrictè præcipientes ad plenum & fideliter exequi damus in mandatis. Volentes præterea quòd ſupradictis doctoribus, licentiatis, lectoribus, & magiſtris ſcholaribus ac ſtudentibus, & eorum cuilibet de ſecuro & ſalvo conductu, ſi & quando requiſiti fueritis, providere curetis ſub obtentu gratiæ noſtræ, ac facientes præmiſſa paſſim & publicè publicari locis & temporibus congruis & opportunis: ſcientes indubiè quòd ſi contradictionem & negligentiam veſtras ad nos veridicorum fama perduxerit, ad qualitatem

Digitized by Google

demeritorum veſtrorum in rebus & corpore A vos graviter puniemus.

Datum in oppido noſtro Bruxellenſi ſub noſtro ſigillo præſentibus impreſſo die XXVIII. menſis Auguſti, anno Domini MCCCCXXVI.

Per dominum ducem de Dynter.

EPISTOLA CARDINALIS S. CRUCIS ad Carthuſienſes Schenæ in Anglia.

Ut ablata monaſterio ſancti Ebrulſi reſtituant. B

Anno 1427. Ex archivis S. Ebrulſi.

Æ Ternam ſalutem & pacem, venerabiles & religioſi patres, ex vera & maxima caritate, quibus ad veſtras paternitates jure obligor, propter ſanctæ religionis veſtræ cultum, in qua Deo pariter novimus militare, eiſdem inducor præſentes cedulas ſcribere. Eſt enim, patres cariſſimi, fraternæ caritatis officium pro mutua ſalute animarum maximè ſibi invicem præſtare conſilia. Eſt enim, patres optimi, mei cauſa conſilii res hujuſcemodi quæ nuper in mei notitiam venit. Quidam reverendus pater abbas monaſterii ſancti Ebrulſi C in Normania, diœceſis Lexovienſis, ad curiam Romanam venit, volens, ut jure obligatur, ſui monaſterii jura vendicare, quæ, ut ex facti relatione percepimus, veſtræ paternitates indebitè videntur occupare, ut etiam ex publicorum documentorum monumentis probat. Verùm cùm ſuper iis patrocinium quæreret, in manus venit reverendiſſimi in CHRISTO patris & domini mei domini cardinalis Placentini, cujus conſilio ac patrocinio nititur. Quamobrem reverendiſſimus in CHRISTO, pa- D ter præfatus dominus cardinalis, ob reverentiam & devotionem quam ad ſanctam religionem veſtram habet, negotium iſtud mecum ſtatuit communicare, & pro ejuſdem religionis honeſtate conſuluit primum veſtris paternitatibus ſcribendum, eaſdem exhortando, ut præfato reverendo patri domino abbati ſine contentione & lite dignaremini reſtituere bona ſui monaſterii, quæ non jure de facto videmini occupare, licèt regiâ auctoritate & manu quaſi militari dicta occupare defendamini. Eſt enim indignum valdè, religioſiſſimi patres, ut E apud tam perfectæ religionis viros tam gravis culpa committatur, quod cum aliena jactura locupletari non metuant, cùm bonarum mentium ſit ibi culpam timere, ubi culpa non eſt; quantò ergo magis ubi eſt? In Domino ergo JESU-CHRISTO veſtras venerabiles paternitates hortor & deprecor, omni quâ poſſum caritate, ut in re tanta rectè conſulant ſibi & poſteris: nec ſub prætextu pietatis & cultûs divini ſibi licere credant, quod eſt ab omni jure prohibitum. Nec ut amo ita ſcripſi; ſi tamen nimia licentia dicendi peccare contingeret, F veniam precor: ut pro me oretis ſuppliciter expoſco, patres optimi, quos omnes in Domino ſaluto.

Romæ die ultimâ Maii MCCCCXXVII.

INSTRUMENTUM PUBLICUM de libertate ſingulis annis alicui reo danda in gratiarum actionem libertatis divinitùs datæ LUDOVICO BORBONIO comiti Vindocinenſi ab Anglis in vinculis detento.

Anno 1428. Ex autographo.

SAchent tous preſens & à venir, que pardevant nous en noſtre cour de Vendoſme en droit pardevant nous perſonnellement établi tres-haut & tres-puiſſant prince, & mon tres-redoubté ſeigneur monſieur LOYS DE BOURBON conte de Vendoſme, ſeigneur d'Eſpernon & de Monſdoubleau, & ſouverain maiſtre d'ouſtel de France, diſant que comme aprés ce qu'il eût eſté prins priſonnier des Anglois en la bataille d'Agincour, & mené priſonnier en Angleterre, & mis à finance par le roy HENRY d'Angleterre dernierement trepaſſé, duquel il eſtoit priſonnier, à la ſomme de cent mille eſcus, eſtant en une grande maladie, & en article de mort, ſelon le jugement de tous ceux qui en iceluy eſtat le virent, & d'icelle ſomme paya cinquante-quatre mille eſcus d'or; & pour le reſte de la ſomme deſſuſdite de cent mille eſcus, il demoura priſonnier en ſa perſonne és mains du roy d'Angleterre, durant lequel temps il trepaſſa pardeça en France, & conqueſta grand partie du royaume, & eût en ſes mains le roy CHARLES VII. la ville de Paris, & perdit ledit ſeigneur grande partie de ſes terres, les autres demeurerent en frontiere & deſtruites; parquoy il ne pouvoit avoir ſecours du ſien, ne d'amy qu'il eût en ce royaume pour lors pour les grandes guerres & neceſſités qui eſtoient & ſont en cedit royaume, & tant qu'il ſembloit à tous ceux qui voyoient la diſpoſition de ſon fait, tant ſes ſerviteurs qu'autres, & les ſommes en quoy il eſtoit endebté, choſe impoſſible de jamais ſon corps partir de priſon, ne avoir délivrance, mais tenoient pour tout conclud que en miſere & en captivité, & en ladite prinſon luy failloit finir ſes jours. Voyant les choſes deſſus déclarées, & que ja il avoit payé la moitié de la finance, à quoy il avoit eſté mis à rançon, & auſſi que le roy d'Angleterre, qui lors vivoit, du tout s'eſtoit diſpoſé de jamais ne délivrer nuls des ſeigneurs du ſang de France, qu'il tenoit en ſes prinſons, mais chaqu'un jour venoient audit monſieur le comte nouvelles de la perdition de ſes terres & ſeigneuries, & les tenoit comme toutes perduës & deſtruites. Veu auſſi la guerre, qui eſtoit ſi forte en France, qu'il luy ſembloit eſtre impoſſible que jamais il peût recouvrir le reſidu de ladite finance, ſuppoſé que le roy d'Angleterre l'eût voulu délivrer, en luy payant la ſomme en quoy il le avoit mis à rançon; parquoy il doubtoit en captivité & prinſon finir ſes jours, comme dit eſt, de rient ne luy confiant pour avoir aide & ſecours à ſadite délivrance, fors ſeulement en la pitié & miſericorde de noſtre Seigneur JESUS-CHRIST, qui par ſus tout a

puiſſance, & tous priſonniers peut délivrer, & A des merites de ſa glorieuſe Mere, & de la vertu de la ſainte Larme, laquelle il ploura le jour du Vendredy que il reſſuſcita le Lazare, luy promit, & voüa que s'il luy plaiſoit de ſa grace & miſericorde avoir pitié de luy & de la prinſon où il eſtoit, il peut eſtre délivré ſans mort, ſans deshonneur de ſa perſonne, & ſans perdre de ſa ſeigneurie & heritage, en l'honneur & reverence de luy & de la glorieuſe ſainte Larme, qui en l'egliſe de la Trinité de Vendoſme B repouſe, fairoit & accompliroit devant la preſence d'icelle ſainte Larme la premiere année aprés ſa délivrance luy venu en ce royaulme de France à ſon honneur & quitte de ſa foy leſdittes terres & ſeigneuries en ſes mains, le jour du Vendredy du Lazare deſſuſdit préſenteroit ſon corps nu avecq un cierge du poids de trente-trois livres en cire, en memoire & remembrance que quand Noſtre Seigneur ſouffrit mort & paſſion, il avoit regné en ſon humanité en ce monde par l'eſpace de trente-trois ans, & C pource que Noſtre Seigneur eſt lumiere inextinguible, promit que ledit cierge du poids deſſuſdit ſeroit allumé à l'heure qu'il le préſenteroit devant la ſainte Larme, & ardroit ſans eſtre eſteint juſques au jour de ſa benoiſte Reſurrection, en memoire que Noſtre Seigneur eſt reſurrection & vie de toute humaine creature, par laquelle tous nous pecheurs fûmes reſſuſcités de mort à vie.

Outre plus fit vœu à Dieu & à la ſainte Larme, que par chaqu'un an deſlors en avant à tous jamais au jour deſſuſdit, appellés de- D vers luy les gens de ſon conſeil, gouverneurs & officiers de ſa juſtice de ladite ville de Vendoſme, & aucuns des plus notables religieux de ladite abbaye de la Trinité, les chevecier, chantre, & autres du chapitre de ſaint George de Vendoſme, il délivrera un priſonnier de ſes prinſons de laditte ville de Vendoſme, ou de ſon chaſtel dudit lieu, s'aucuns en y avoit, celuy qu'ils diroient à leur conſcience avoir fait & commis le plus piteux cas & remiſſible, & ſi ainſi eſtoit que audit jour de Vendredy deſſuſdit il n'y eût E aucun priſonnier és prinſons deſſuſdites, & que en ſes prinſons de Lavardin, de Montoire, ou de Montdoubleau en eût aucuns, que pareillement il délivreroit celuy de ſes prinſons qui auroit commis aucun des deſſuſdites le plus piteux cas & remiſſible, leſquels ſes officiers preſenteroient ledit malfaicteur, & iceluy ayant ſes petits draps ſeulement, ſera tenu au jour deſſuſdit preſenter ledit cierge du poids deſſuſdit devant le maiſtre autel de ladite egliſe de la Trinité, & à l'heure de ladite preſentation ſeroit chanté au chœur de ladite F egliſe par les religieux d'icelle, & par ceux du ſuſdit college de monſieur ſaint George, leſquels ſeront tenus à iceluy jour venir en proceſſion en ladite egliſe de la Trinité, les reſponds & oraiſon que il a fait bailler & ordonner eſtre chantés à l'heure de ladite preſentation, durant lequel chant deſdits reſponds & oraiſon, ledit malfaicteur ſera obligé de tenir ledit cierge tout nu, ſauf deſdits petits draps, & à genoux devant le grand autel de ladite egliſe de la Trinité ; & aprés leſdits réponds & oraiſon faits, iceluy veſtu de ſa chemiſe & draps, ſera tenu porter ledit cierge en la proceſſion, que font aprés les religieux entour leur cloiſtre: & iceluy rapportera devant ledit autel de la Trinité, ouquel lieu il demourera pour ardoir, depuis ladite preſentation juſques au jour de la Reſurrection de Noſtre Seigneur, comme dit eſt. Et outre ſera tenu plus ledit priſonnier cette année ſeulement qu'il ſera délivré, payer cinquante ſols tournois aux religieux deſſuſdits. Item, cinquante ſols tournois à ceux dudit college de monſieur ſaint George, & vingt ſols à ceux des Freres Mineurs de ladite ville de Vendôme, & vingt ſols à ceux de la Maiſon-Dieu de Vendôme, & avecq ce fera & accomplira ledit priſonniet les voyages & pelerinages que les deſſuſdits, c'eſt à ſçavoir de ſon conſeil, gouverneurs & officiers de ſa juſtice de cette dite ville de Vendôme, les religieux de ladite egliſe de la Trinité, & ceux du deſſuſdit college luy ordonneront faire ſelon le cas qu'il aura commis, & la faculté de ſa puiſſance. Lequel vœu il a fait & accompli en ſa perſonne cette preſente année ; & l'eût faict en l'an dernierement paſſé, qui eſtoit le premier an aprés ſa délivrance, ſi n'euſt eſté que au temps dudit Vendredy d'icelle dite année, il eſtoit ſi loing de ceſte partie, que bonnement il ne l'euſt pû faire ſi comme il diſoit. Et avec ce a délivré un priſonnier malfaicteur qui eſtoit en ſes prinſons, comme dit eſt, nommé André Fonteneau ; & s'il avenoit que en aucunes années au temps avenir, audit Vendredy de la Reſurrection du Lazare, n'euſt és prinſons de laditte ville, ne en aucun deſdits chaſteaux deſſus déclarés aucun ne aucuns priſonniers malfaicteurs, il veut & ordonne obſtant ce que par aucun pouvre homme, qui ſera admis par leſdits officiers, religieux, & gens des ſuſdite abbaye & college de monſieur ſaint George, ledit cierge ſoit porté & rapporté devant ledit autel de ladite egliſe de la Trinité, en la maniere que deſſus eſt déclarée: auquel poure homme pour ce faire il a voulu & ordonné eſtre payé la ſomme de cinq ſols tournois, & laquelle ſomme il a ordonné eſtre poiée par chacun an, toutes fois que le cas le requera par les mains de ſon receveur audit Vendôme, & aux religieux, abbé & convent de ladite abbaye, chevecier & chapp. du ſuſdit college de monſieur ſaint George, & éſdits freres de ladite Maiſon-Dieu dudit Vendôme, & freres Mineurs d'iceluy lieu, & à chaqu'un d'eux les ſommes cy-deſſus déclarées & par luy ordonnées à eux, & à leurs ſucceſſeurs pour des cauſes & moyens deſſus concluds, & deſquelles ſommes deſſuſdites apportant certifications deſdits officiers de ſa juſtice avecq quittance deſdites ſommes avoir payées, il a voulu & ordonné eſtre allouées és comptes deſdits receveurs dudit Vendôme, qui

Digitized by Google

à preſent eſt, ou ſeront pour le temps avenir de recette en miſe ſans aucune difficulté. Et auſſi a voulu & ordonné ledit cierge par chaqu'un an & à tous jamais eſtre payé par le maiſtre fermier de ſa boucherie dudit Vendôme, & veüt & ordonne que doreſnavant ſadite boucherie ſoit baillée à la charge dudit cierge, en outre la ferme que leſdits fermiers luy en ſont tenus faire ou temps avenir. Laquelle charge ils ſeront tenus payer par l'ordonnance deſſuſdite. Et a voulu & ordonné par ces preſentes, veut & ordonne, que ainſi & par la maniere que deſſus ſoit faict & continué le temps & cours de ſa vie durant, & que ſemblablement ſes heritiers & ſucceſſeurs le faſſent & continuent ou temps avenir, & à dire, faire & continuer par chaqu'un an doreſnavant, ainſi & par la maniere que deſſus eſt dit & déclaré. Ledit monſieur le comte a obligé & oblige pardevant nous par ſa foy ſur ce baillée en noſtre main, luy, ſes heritiers & ſucceſſeurs, & tous ſes biens & choſes, tant meubles, comme heritages preſens & à venir, moyennant auſſi que leſdits religieux, abbé, & convent, les chevecier & chapitre meſdits Freres de la Maiſon-Dieu, & Freres Mineurs ſeront tenus bailler lettres ſoubs leurs ſceaux, chaqu'un endroict ſoy, de cette preſente fondation ou ordonnance faite par mondit ſieur le comte, en l'honneur & reverence deſſuſdit à avoir & tenir ferme & agreable pour le temps avenir, & nous tout ce avons jugé à tenir par le jugement de noſtredite cour, & ſcellé aux contracts d'icelle.

Ce fut fait le XXI. jour d'Avril, l'an de grace MCCCCXXVIII. preſents Jehan Georges Chaſtelain de Vendôme, & Jehan Leſveillé procureur de mondit ſieur le comte, & pluſieurs autres dignes de foy. Signé J. B. SCOLASSE, & ſcellé ſur double queuë.

CAROLI VII. REGIS ad comitem Fuxenſem.

Mandat ut præſidium militare, quod in eccleſia & palatio epiſcopali conſtituerat, expellat.

Anno 1428. Ex mſ. Colbertino.

CHARLES par la grace de Dieu roy de France, à noſtre tres-cher & amé couſin le comte de Foix noſtre lieutenant general en nos pays de Languedoc & duchié de Guyenne, ſalut & dilection.

De la partie de noſtre amé & feal conſeiller l'eveſque de Beſiers nous a eſté expoſé en complaignant, que comme à cauſe de ſondict eveſchié il ſoit ſeigneur, & à luy compete & apartiegne le gouvernement & adminiſtration de l'hoſtel & maiſon epiſcopale de l'egliſe de Beſiers, en telle maniere, qu'il n'eſt loiſible à aucun de nos ſubgiés, de quelque eſtat & condition qu'il ſoit, luy empeſcher la demourance ou joüiſſance dudit hoſtel, ne de y mettre garniſon de gens de guerre, ou autre, ne faire forteresse, ou chaſtel de guerre de ladicte egliſe, & dudict hoſtel ſans le ſceu, congié, ou conſentement dudit ſuppliant, ne onques de noſtre authorité, ou de nos officiers, luy fuſt fait ou temps paſſé aulcun empeſchement, ne à ſes prédeceſſeurs en ſes droits deſſuſdicts, pour quelconques affaires que ayons eus en noſtredit pays de Languedoc: ce nonobſtant ou dernier du mois d'Aouſt paſſé, pourceque aviez volonté de demourer par aulcuns jours audict lieu de Beſiers, feites requerir audict ſuppliant, qu'il vous voulſiſt preſter ſondict hoſtel epiſcopal pour voſtredicte demourance, pour ung mois ou environ, en luy promettant que à voſtre partement luy ſeroit rendu ſondict hoſtel vuide: ce que ledict ſuppliant octroya liberalement & volentiers, meſmement que luy fiſtes dire que c'eſtoit pour nos beſougnes & affaires. Neanmoins icelluy ſuppliant n'a pû recouvrer ſondict hoſtel; mais s'eſt ingeré & inſtruit en icelluy un appellé ARNOTON D'ESPAGNE chevalier, ſoy diſant ſeneſchal de Foix, accompagné de gens d'armes & de traits en grand nombre, & faiſant fortifier ledict hoſtel, & murer les portes de ladicte egliſe, & d'icelle & dudict hoſtel fait forteresse & hoſtel de guerre, en la garniſſant de traits & autre artillerie contre le gré, conſentement & voulenté dudict ſuppliant; en l'empeſchant & troublant en ſadicte demeure, & faiſant de la maiſon de Dieu maiſon de guerre, en empeſchant auſſi le divin ſervice contre les mandemens & ordonnances de noſtre mere ſaincte egliſe, dont s'eſt enſui grand ébaïſſement aux habitans de ladicte ville, & de tout le pays de Languedoc, attendu que ladicte ville eſt au milieu de noſtredict pays, ſans ce qu'elle ſoit en frontiere quelconque, & au grand préjudice & dommage dudict ſuppliant, & de ſadicte egliſe, & pourroit encore plus eſtre, ſe par nous ne luy eſtoit ſur ce pourveu de remede convenable, ſi comme il dit requerant humblement icelluy. Pourquoy nous, ces choſes conſiderées, qui ne voulons les egliſes de noſtre royaulme, dont nous ſommes protecteurs & défenſeurs, ne les adminiſtrations d'icelles eſtre troublées, ne empeſchés en leurs droits, poſſeſſions, libertés, franchiſes: mais les y conſerver & garder de tout noſtre pouvoir, vous mandons & commandons, en commettant, ſe meſtier eſt, que incontinent & ſans delay vous faites & faites faire commandement de par nous audict d'Eſpaigne, & à tous aultres dont requis ferez par ledict ſuppliant ou ſes gens; & ſur grans & groſſes peines: & auxquels d'Eſpagne & aultres nous mandons & expreſſément commandons par ces preſentes ſur tant que envers nous ſe peuvent meffaire; que tantoſt vuident & délaiſſent leſdits egliſe & hoſtel epiſcopal de Beſiers purement & ſimplement audict ſuppliant, ſans plus les détenir ne occuper par eulx ne par aultres, & ne ſouffrez ou permettez que aulcun de quelque eſtat qu'il ſoit faſſe doreſenavant forteresse deſdictes egliſe & hoſtel, mais incontinent s'en partent, en laiſſant ledict ſuppliant joüir & uſer paiſiblement de

Digitized by Google

fondiſt hoſtel epiſcopal, de ſes biens quelxconques, & de ſadicte egliſe, ſans luy donner ne ſoufrir eſtre faiſt ou donné aucun empeſchement au contraire; & à ce faire contraignez les deſſuſdicts, & tous aultres qui ſeront à contraindre par toutes voyes & maniéres dûës & raiſonnables. Mandons auſſi à tous nos juſticiers, officiers, & ſubgiés que avons, & à vos commis en ce faiſant obéiſſent & entendent diligemment, car ainſi nous plaiſt-il eſtre faiſt. Et audiſt ſuppliant l'avons oſtroyé & oſtroyons par ces préſentes, nonobſtant quelconques lettres, mandemens, ou défenſes à ce contraires.

Donné à Chinon le VIII. jour de Novembre, l'an de grace MCCCCXXVIII. & le VII. de noſtre regne.

Par le roy en ſon conſeil, ouquel vous le comte de Vendôme, les eveſques de Lodeves & de Seés, les ſeigneurs de la Trimoille, de Gaucourt, d'Argenton, & pluſieurs aultres eſtiés. J. VILLEBRESINE.

MARTINI PAPÆ V. ad GUILLELMUM Laudunenſem epiſcopum.

Ut comitem Fuxi inducat ad majorem templis & eccleſiis reverentiam exhibendam.

Anno 1428. Ex mſ. Colbertino.

MARTINUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri GUILLELMO epiſcopo Laudunenſi, cariſſimi in CHRISTO filii noſtri CAROLI regis Francorum illuſtris in Lingua-Occitana conſiliario, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Venerabilis frater, in favorem Biterrenſis, immò & univerſalis eccleſiæ, ac fidei orthodoxæ dilecto filio nobili viro JOHANNI comiti Fuxi, & locum tenenti regio partibus in illis ſcribimus, ut in copia hîc incluſa continetur. Et quia certi ſumus, quod comes ipſe in his quæ illic aguntur tuis uti conſiliis & deliberationibus conſuevit, & non ſolùm indecens & inhoneſtum, ſed damnabile & perniciofum exiſtat, quod de templo Dei carceres & ſpelunca armigerarum gentium fiant, contra divina & humana præcepta, & principis voluntatem, fraternitatem requirimus, eidem expreſsè ſub obedientiæ & juramenti quibus nobis & eccleſiæ Romanæ teneris aſtrictus, pœnis mandamus, quatenus viis & modis omnibus quibus poteris, facias & procures, quod comes ipſe à præmiſſis penitus deſiſtat, eccleſiamque & domum prædictas, liberas, & vacuas, etiam garniſionem ipſam alibi mutari faciendo, juxta divini & humani juris diſpoſitionem, ac regiæ majeſtatis voluntatem dimittat: aliàs adverſus comitem eumdem, teque & alios quoſlibet juris remediis taliter procedemus, quod vobis ad pœnam cedet, & ceteris tranſiet in exemplum: Quoniam ſacrorum locorum in talibus & tam antiquis regno chriſtianiſſimo & eccleſia profanationes oculis contuentibus tolerare non poſſemus. Sic igitur, ſicut de tuæ fraternitate confidimus, in præmiſſis te habere velis, quod meritò agnoſcere valeamus, te ad noſtram & præfati regis intentionem operam dediſſe utilem & virtuoſam.

Datum Romæ apud Sanctos Apoſtolos IV. Calendas Decembris, pontificatûs noſtri anno XII.

EUGENII PAPÆ IV. BULLA,

De indulgentiis conceſſis iis qui eleemoſynas ad perfectionem eccleſiæ Turonenſis conferrent.

Anno 1431. Ex mſ. eccleſiæ Turonenſis.

EUGENIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, ad futuram rei memoriam. Illius qui pro Dominici ſalvatione gregis in ara crucis dira ac cruenta morte in pretium immolari non abnuit, vices quamquam immeriti gerentes in terris, inter cetera quibus ex ſuſcepti regiminis onere vigilantius intendere nos convenit, illa ſummoperè cupimus, ut debemus, noſtris potiſſimè efficere temporibus, quæ ad Domini noſtri JESU-CHRISTI, ſuæque glorioſæ Matris Virginis Mariæ, & beatorum Gatiani, Lidorii, & Martini confeſſorum devotam inducunt devotionem, ſacræque chriſtianæ religionis propagationem, & ſuorum fidelium animarum ædificationem proficere valeant pariter & ſalutem. Cùm itaque, ſicut accepimus, major pars navis eccleſiæ Turonenſis, quæ inter alias metropolitanas eccleſias regni Franciæ ſolemnis exiſtebat, & priſcis temporibus pro illius miniſtris, ſervitoribus, & perſonis opulentiſſimè dotata fuerat, cujuſque etiam ædificia ad laudem Dei ejuſque Genitricis Virginis Mariæ honorem & reverentiam, ſanctorum Gatiani unius ex ſeptuaginta-duobus Salvatoris noſtri diſcipulis, Lidorii & Martini, aliorumque dictæ eccleſiæ præſulum, ſubtili artificio & mira ſtructura fabricata cernuntur, ſemper imperfecta, pluviis & ventis, atque aliis aëris tempeſtatibus expoſita permanſerit, dictaque eccleſia cauſantibus diris guerris, mortalitatum peſtibus, ſterilitatibus aliiſque calamitatibus quibus partes illæ, proh dolor! diutius concuſſæ fuerunt, & de præſenti concutiuntur, adeo in ſuis facultatibus diminuta exiſtat: quod miniſtri, ſervitores, & perſonæ prædicti ex illis vivere, & incumbentia eis pro tempore onera commodè nequeant ſupportare: necnon eccleſia præfata & illius campanile ante quatuor annos circa feſtum Pentecoſtes ex igne fulmineo campanis in ipſo campanili pendentibus ad modum ceræ à facie ignis defluentis in terram decidentibus noctis tempore combuſta fuerunt, ac tantæ deſolationis opprobrio intuentur ſubmiſſa, quod niſi illa, erga quam propter ejus difformitatem fidelium lenteſcit devotio, piis fidelium ſuffragiis adjuvetur; veriſimiliter non erit qui adjiciat ut reſurgat. Nos igitur conſideratione cariſſimi in CHRISTO filii noſtri CAROLI regis Franciæ, & cariſſimarum in CHRISTO filiarum noſtrarum MARIÆ ipſius regis con-

thoralis, & Yolandis reginæ Siciliæ illuſtrium, ac venerabilis fratris noſtri Philippi archiepiſcopi Turonenſis, & dilectorum filiorum Johannis ducis Britanniæ, necnon decani & capituli prædictæ eccleſiæ, ac univerſi populi civitatis Turonenſis, nobis ſuper hoc ſupplicantium, toto niſu affectantes ut eccleſia ipſa ad ſtatum priſtinum reducatur, & votivum complementum ſuſcipiat, & congruis honoribus frequentetur, & in illa ſonent jugiter organa laudis, ita ut fideles ipſi eò libentiùs cauſâ devotionis confluant ad eamdem, ac ad reſtructionem, & ipſius eccleſiæ reſtaurationem hujuſmodi promtiùs manus porrigant adjutrices, quò ibi ex hoc dono cœleſtis gratiæ conſpexerint ſe refectos, de omnipotentis Dei miſericordiâ, & beatorum apoſtolorum Petri & Pauli ejus auctoritate confiſi, omnibus & ſingulis verè pœnitentibus & confeſſis, qui ab hora veſperarum vigiliæ tranſlationis ſancti Gatiani prædicti, cujus & plurium aliorum ſanctorum corpora in eadem eccleſia requieſcunt, & devotè conſueverunt venerari, uſque per totam diem immediatè ſequentem ſingulis annis devotè viſitaverint, & ad illius fabricam manus porrexerint adjutrices, ſeu inibi pias eleemoſynas erogaverint, necnon & illis qui in infirmitate, ſenio, viarum periculis, aut aliàs legitimè impediti fuerint, etſi poſſent, eccleſiam ipſam, præmiſſo tempore indulgentiarum, viſitarent, ut præfertur, ac pro reductione & reſtauratione hujuſmodi dictæ eccleſiæ de facultatibus eorum tantùm miſerint, quantùm eundo, ſtando, & redeundo, de illis fuiſſent veriſimiliter expoſituri, præter indulgentias dictæ eccleſiæ priùs conceſſas, quas in earum pleno robore permanere volumus, ſimiliter indulgentias & remiſſiones omnium peccatorum ſuorum auctoritate apoſtolicâ, tenore præſentium concedimus, quæ per Romanos pontifices prædeceſſores noſtros illis miſericorditer conceſſæ fuerunt, qui beatæ Mariæ Anicienſis die Veneris ſanctâ, cùm in ea feſtivitas Annuntiationis Dominicæ evenerit, necnon monaſterii ſancti Dionyſii in Francia prope Pariſius, ordinis ſancti Benedicti eccleſias, in & pro feſto & die dedicationis eccleſiarum inibi ſimiles manus porrigerent, etiamſi illæ vel aliquæ ex eis revocatæ fuerint, aut tempus durationis earum tranſactum. Et nihilominus ut fideles prædicti indulgentias & remiſſiones hujuſmodi uberiùs conſequi valeant, ac illæ eis amplius fiant profuturæ, dilecto filio pœnitentiario dictæ eccleſiæ Turonenſis pro tempore exiſtenti, & tot aliis idoneis ſacerdotibus ſæcularibus & regularibus, quot ipſe pœnitentiarius duxerit eligendos, illas auctoritatem & poteſtatem omnium confluentium, præmiſſo indulgentiarum tempore, ad dictam eccleſiam Turonenſem confeſſiones audiendi, & illos à peccatis eorum in quibuſcumque caſibus abſolvendi auctoritate apoſtolicâ, & tenore [præſentium] præfatis miſericorditer elargimur, quibus minores pœnitentiarii in baſilica principis apoſtolorum de Urbe pro tempore deputati funguntur, & fungi cenſentur; nonobſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, atque noſtris præmiſſis forſan aliquatenus obviantibus, ceteriſque contrariis quibuſcumque, præſentibus poſt decennium minimè valituris.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ MCCCCXXXI. VII. Idus Septembris, Pontificatûs noſtri anno I. *Sic ſignatum in albo ſub plica*, A. Deluſthis. *Et ſupra plicam*, Jo. Devado.

LUDOVICI DALPHINI VIENNENSIS epiſtola ad capitulum eccleſiæ Remenſis,

Ne Johannes Major fructibus beneficii propter non reſidentiam privetur.

Anno 1434. *Ex mſ. S. Martini Turonenſis.*

Ludovicus primogenitus Caroli Francorum regis, dalphinus Viennenſis: dilectis noſtris decano & capitulo eccleſiæ Remenſis ſalutem.

Cùm nobis à ſancta ſede apoſtolica ſit indultum, ut omnes clerici noſtris inſiſtentes obſequiis, fructus omnium beneficiorum ſuorum, etiamſi dignitates, perſonatus, & officia exiſtant, aut curam habeant animarum, percipiant & habeant cum illa integritate cum qua illa perciperent & haberent in eccleſiis, in quibus ipſa obtinent beneficia, perſonaliter & reſiderent, diſtributionibus quotidianis dumtaxat exceptis, non obſtantibus quod in ipſis eccleſiis reſidentiam non fecerint perſonalem, & cum certis aliis non obſtantibus in hujuſmodi indulto latiùs declaratis. Significamus vobis quòd dilectus ac fidelis confeſſor & eruditor noſter magiſter Johannes Majoris, magiſter in artibus, & licentiatus in legibus, concanonicus veſter, ab uno, duobus, vel tribus annis citra, noſtris continuè inſtitit conſequentiis, & adhuc inceſſanter inſiſtit. Quare requirimus vos, nihilominus vobis mandantes, quatenus dicto confeſſori & inſtitutori noſtro, vel ejus procuratoribus pro eo de fructibus & redditibus, proventibus & emolumentis ad dictos canonicatum & præbendam ſpectantes faciatis integrè reſponderi, taliter quod vobis & dicto confeſſori noſtro debeat eſſe gratum.

Datum Ambaſiæ VI. Aprilis, anno Domini MCCCCXXXIV. poſt Paſcha. Sic ſignatum, Per dominum dalphinum, Guillelmo Demango præſente. Berthier.

EPISTOLA EUGENII PAPÆ IV. ad Philippum Burgundiæ ducem.

Laudato ejus in ſedem apoſtolicam zelo, certum eum facit de ſuo ſtatu, & de promotione Johannis Cervoti *ad epiſcopatum Tornacenſem.*

Anno 1434. *Ex Camera Computorum Divion.*

Eugenius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio nobili viro Philippo

duci Burgundiæ ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Gratæ plurimum fuerunt nobis litteræ tuæ præſentatæ per dilectum filium Jacobum *Vyde* præpoſitum Nivellenſem: quibus litteris piè & humaniter condolebas ſuper rebus adverſis quæ acciderant nobis in Urbe, & te in noſtris neceſſitatibus liberaliter offerebas, ſicut bonitati naturæ tuæ conuenit, incedens per recta veſtigia chriſtianiſſimorum principum primogenitorum tuorum, qui ſemper Romanam eccleſiam & Romanos pontifices in adverſis conſolati ſunt, & in neceſſitatibus ſuis juverunt: quam voluntatem optimam & piam affectionem jamdudum, & nuper in te eſſe cognovimus, pro qua tuam excellentiam commendamus in Domino, & cum omni caritate regratiamur devotioni tuæ, oblationibus tuis uſuri confidenter in tempore. Ceterum quamprimum Piſis acceſſimus, nobilitati tuæ ſcripſimus de ſtatu noſtro, & commiſimus venerabili fratri JOHANNI epiſcopo Ambianenſi referendario noſtro, ut pleniùs ſcriberet, & nihilominus lator præſentium nobilitatem tuam, de omnibus concernentibus ſtatum noſtrum te poterit certiùs informare, qui nobis tuo nomine commendavit dilectum filium JOHANNEM Cervoti conſiliarium tuum ſuper promotione ad eccleſiam Tornacenſem, ſuper qua materia & nonnullis aliis aliqua ſibi commiſimus tuæ excellentiæ referenda, & propterea ſuper his prolixiori oratione non ſcribimus.

Datum Florentiæ anno Incarnationis Dominicæ MCCCCXXXIV. Idibus Septembris, pontificatûs noſtri anno IV.

EPISTOLA SYNDICORUM BURGI oratoribus regis Franciæ ad concilium Baſileenſe.

Offerunt oppidum Burgi ad celebrationem concilii.

Ex mſ. domini de la Vallette.

MAgnificis & meræ perſpicuitatis in fidei orthodoxæ fundamento viris dominis ambaſſiatoribus Franciæ humiles Syndici & populus Burgi in Breſſia, Lugdunenſis dioceſis, reverentiam omnimodam cum votivorum ſucceſſuum ubertate.

Viri excellentes & inclytæ fidei fundamento comprobatiſſimi, paternitates veſtræ etiam & dominationes excelſæ ſcire dignentur virum egregium dominum Petrum de Trillia legum doctorem & archidiaconum Lodovenſem à ſacro Baſileenſi concilio ad hoc delegatum, oppidum Burgi prædicti viſitaſſe, ut ſi locus ſit habilis ad ipſum ſacrum concilium recipiendum, ibidem de proximo celebretur, ad exaltationem fidei catholicæ, & Græcorum cum ipſa eccleſia unionem, & ipſum ſacrum concilium ſuper hoc nobis ſcripſiſſe. Conſiderantes veriſimiliter patriæ Breſſiæ, & circumvicinarum fertilitatem ſecuritatemque loci, & de ſereniſſimo principe domino rege Franciæ ad illuſtriſſimum principem dominum noſtrum ducem Sabaudiæ benevolentiam & mutuam ſubditorum converſationem. Quamobrem reverendiſſimis paternitatibus veſtris ac dominationibus metuendiſſimis devotius ſupplicamus, quatenus præmiſſorum conſideratione, patriam & oppidum in præmiſſis erga prælibatum ſacrum concilium habere dignentur recommiſſam, prout in eiſdem gerimus perfectam fiduciam. Nos enim & perſonas & bona ad beneplacita offerimus bono corde, viri excellentes, ac in hujuſmodi ſacro concilio præpollentes, ille cui nihil eſt occultum, pro cujus fidei exaltatione vigili curâ laboratis paternitates & dominationes veſtras excelſas conſervare dignetur in agendis feliciter & longævè, & vobis concedat peroptatum obtinere.

Exaratum confeſtim Burgi die XIII. Julii.

Pluſquam veſtri humiles ſervitores ſi placet Syndici & populus Burgi.

TRAITTÉ DE PAIX propoſé & offert à Arras en MCCCCXXXV. par le roy de France aux Anglois.

Anno 1435. Ex mſ. domini Baluzii.

CHARLES duc de Bourbonnois & d'Auvergne, comte de Clermont & de Foreſt, pair & chamberier de France; Artus fils du duc de Bretagne, comte de Richemont, ſeigneur de Partenay, & conneſtable de France, Loys de Bourbon, comte de Vendoſme; Regnault archeveſque & duc de Reims, chancelier de France; Chriſtophle de Harcourt; Gillebert ſeigneur de la Faëſte, mareſchal de France; Adam de Cambray conſeiller du roy noſtre ſire, & premier preſident de ſon parlement; Jehan Dudet doyen de Paris, conſeiller & maiſtre des requeſtes de l'hoſtel; Guillaume Charretier; Eſtienne Moreau conſeillers; Jehan Chaſtenier, & Robert Malliere ſecretaires du Roy noſtre ſire, & tous ambaſſadeurs ayant de luy povoir ſuffiſant en ceſte partie, comme apparoir peult par ſes lettres patentes, deſquelles la teneur s'enſuit:

CHARLES par la grace de Dieu roy de France, à tous ceulx qui ces preſentes lettres verront ſalut. Comme le temps paſſé, pluſieurs conventions & journées ayent eſté prinſes & tenuës de noſtre part avecques les Anglois anciens ennemis de nous & de noſtre royaume, & noſtre couſin PHILIPPE duc de Bourgongne, pour traittier de la paix generale de noſtredit royaume, ſans ce que y ait eſté prins concluſion finale. Et ſoit ainſi que puis naguaires à Nevers ait eſté pourparlé entre noſtredit couſin de Bourgogne d'une part, & nos treschiers & tres-amez couſins le duc de Bourbon, & le comte de Richemont noſtre conneſtable, & nos amez & feaulx l'archeveſque de Reims noſtre chancelier, Chriſtophle de Harcourt noſtre couſin, & le ſeigneur de la Faëſte mareſchal de France, nos conſeillers, d'une part; & par iceulx nos couſin de Bourbon, conneſtable & chancelier, & conſeillers, avecques noſtredit couſin de Bourgongne ait eſté prins

lieu de convention, & journée d'aſſemblée à Arras, ſe il nous plaiſoit, pour traitter de laditte paix generale & finale; leſquelles conventions & journées audit lieu d'Arras entant que à nous regarde & peult toucher, avons acceptées & euës agreables. Savoir faiſons que nous qui avons eſté & ſommes tousjours enclins à bonne paix, ayant affection d'y entendre, voulans mettre Dieu & raiſon de noſtre part, & deſirant la tranquillité de noſtre royaume, pour eſchiver l'effuſion de ſang humain, & les aultres maulx qui par guerre ſeulent avenir, confians entierement de noſdits couſins le duc de Bourbon & le conneſtable, & de noſtre tres-chier & amé couſin le comte de Vendoſme, & de noſtredit chancelier, & de nos amez & feaulx l'eveſque de Beauvais, ledit Chriſtophle de Harcourt, ledit mareſchal de la Faieſte, & de maiſtre Adam de Cambray premier preſident de noſtre parlement, maiſtre Jehan Dudet doyen de Paris, maiſtre Guillaume Charretier docteur en loix, Eſtienne Buart nos conſeillers, Jehan Chaſtenier, & Robert Malliere nos ſecretaires; & de leur grant ſens, preud'hommies, diſcretions, loyaultez, & diligences, iceulx avons commis, députez, & ordonnez, fait, conſenti, & eſtabli; commettons, députons, & ordonnons, faiſons, conſentons & eſtabliſſons par la teneur de ces preſentes nos ambaſſadeurs, procureurs, & meſſagers eſpeciaulx, à aller & eulx tranſporter, repreſenter & aſſiſter pour nous & en noſtre nom audit convention, journée & lieu d'Arras, pour le traittié de laditte paix generale & finale de noſtredit royaume. Et à noſdits couſins, chanceliers, conſeillers, & ambaſſadeurs, procureurs, & meſſagiers, aux XI. aux X. aux IX. aux VII. d'iceulx, dont ſeront noſdits couſins, chancelier, & conſeillers, avons donné & donnons par ceſdittes lettres povoir, auctorité, & mandement eſpecial, de convenir, aſſembler, vacquer, entendre, beſoigner, & appointier, pour nous & en noſtre nom le traitté de laditte paix generale & finale, & de noſtredit royaume en la meilleure fourme & maniere que ils pourront & verront eſtre à faire avecques leſdittes parties adverſaires, & aultres quelxconques de leur party, ayant ſur ce povoir de traittier, compoſer, accorder, pacifier, & conclure avecques icelles parties adverſaires, leurs commis & deputez en la matiere & traittié de laditte paix generale & finale: de promettre & de jurer pour nous & en noſtre nom leſdits traittiez, appointemens, pacifications, & accords, & tout ce qui par eulx ſera fait, conclud & paſſé: & de nous obligier & nos biens, de les faire tenir & accomplir par nous & nos ſucceſſeurs, & generalement de faire, beſoigner, conclure, & appointer és choſes devantdittes, & és dépendances d'icelles, tout autant, & auſſi amplement que nous-meſmes ferions, & faire pourrions en noſtre perſonne, ſe preſens y eſtions. Jaçoit ce que la choſe requiſt mandement plus eſpecial, & ſur-tout bailler leurs lettres, leſquelles & tout ce que promis, conſenti, fait, beſoigné, conclut, & appointié auront ou nom de nous & de par nous touchant icelles choſes, aurons agreables, & dés maintenant pour lors les ratifions, approuvons, auctoriſons, confermons, & promettons en parole de Roy, & ſoubs l'obligation de tous nos biens & de nos ſucceſſeurs, les avoir, garder, tenir fermes & eſtables, & en bailler ſur ce lettres confirmatoires, ſans jamais aller, faire, ne venir au contraire en quelque maniere que ce ſoit. En teſmoing de ce, nous avons fait mettre noſtre ſcel à ces preſentes. Donné à Amboiſe le VI. jour de Juillet de l'an de grace MCCCCXXXV. & de noſtre regne le III. Ainſi ſigné, Par le roy en ſon grant conſeil. ALLAIN.

Sçavoir faiſons à tous ceulx qui ces preſentes lettres verront & oiront, que comme par l'ordonnance du roy noſtredit ſeigneur ſoyons venus à la ville de Arras à la convention & accord tenir pour le fait de la paix generale de ce royaume, & illecques comparus pour & ou nom du roy pardevant tres-reverends peres en Dieu & venerables perſonnes monſeigneur le cardinal de Sainte Croix legat de noſtre ſaint pere le pape, monſeigneur le cardinal de Cypre, l'eveſque de Verſonne, l'eveſque d'Albuyne, le prevoſt de Cracoyve, l'archidiacre de Mets, legats & ambaſſadeurs du ſaint concile de Baſle pour l'appaiſement du royaume, pardevant leſquieulx ſoient auſſi comparus les ambaſſadeurs de la partie d'Angleterre. Et d'autre part ſi a eſté & s'eſt comparu en perſonne monſeigneur le duc de Bourgongne: & tant ait eſté procedé, que pluſieurs oblations & ouvertures ayent eſté faites à diverſes fois, & par pluſieurs journées en la preſence de meſdits ſeigneurs les cardinaux, & autres ambaſſadeurs du ſaint concile, tant par nous de la part du roy, que par les ambaſſadeurs de la part d'Angleterre, afin de parvenir à la paix generale & finale de cedit royaume. En eſpecial par nous de la part du roy ayent finablement eſté faites oblations & ouvertures ſur certaines proteſtations, conditions, & modifications juſtes & raiſonnables, afin de parvenir au bien de paix; leſquelles par leſdits ambaſſadeurs de la part d'Angleterre ne ont point eſté acceptées, & les ont refuſées, combien que les accepter ayent par leſdits legats & ambaſſadeurs de noſtredit ſaint pere & du concile requis & exhortez tres-inſtamment: ains s'en ſont leſdits ambaſſadeurs d'Angleterre allez & départis de laditte convention d'Arras, ſans vouloir de leur part plus avant proceder en fait de laditte paix, prendre & accepter terme & delay raiſonnable & certain de y retourner pour accepter ou refuſer icelles oblations & ouvertures, aprés ce que pendant ils auroient en conſeil & advis avecques ceulx dudit royaume d'Angleterre qui bon leur ſembleroit. Et ſeulement ſe ſont voulu chargier de rapporter en Angleterre leſdittes oblations & ouvertures qui baillées leur ſeroient par eſcript, pour aprés en eſtre faite la reſponſe par

Digitized by Google

le roy telle & à tel temps qu'il leur plairoit, A ſans aultrement ne plus avant eux vouloir chargier, fors que d'eſtre bon meſſagiers, ainſi qu'ils ont dit, qui ſemble choſe aſſez raiſonnable & bien voulentaire de leur coſté. Et neantmoins depuis leur partement par leſdits tres-reverends peres en Dieu meſſeigneurs les cardinaulx, & aultres ambaſſadeurs dudit ſaint concile, & auſſi par mondit ſeigneur de Bourgongne ayons eſté requis tres-inſtamment que nonobſtant ce que dit eſt, & le partement deſdits ambaſſadeurs d'Angleterre veüillons pour & ou nom du roy conſentir & ac- B corder de rechief leſdittes ouvertures & oblations par nous aultrefois faites en oultre le plus avant que faire le pourions, afin de parvenir à laditte paix generale, avecques la faculté deſdittes oblations & ouvertures povoir d'accepter de la part d'Angleterre juſques à aucuns temps raiſonnable. Pour ce eſt-il que nous deſirans le bon effet de laditte paix generale, à la priere & requeſte des deſſuſdits, & eſpecialement de mondit ſeigneur de Bourgoingne, & en faveur & pour l'amour de luy, de iceulx legats & ambaſſadeurs de noſtredit C ſaint pere, du concile, & de mondit ſeigneur de Bourgoingne, avons accordé & conſenti pour & ou nom du roy; & par vertu du povoir à nous donné accordons & conſentons par ces preſentes les choſes qui enſuivent, ſoubs les proteſtations, conditions & modifications cy-aprés déclairees.

La premiere condition: Que de la part de Angleterre ſoit renoncé ſuffiſamment à touſjours au tiltre & droit qu'ils prétendent à la couronne de France.

Secondement: Qu'ils délaiſſent au roy tou- D tes les citez, villes, places, fortereſſes, terres, & ſeigneuries, éſquelles ils prétendent droit, ou occupent ou royaume de France, exceptez celles dont cy-aprés ſera faite mention, que ou nom du roy ſommes & ſerons d'accord de leur laiſſer, pourveu qu'ils les tiennent du roy & de la couronne de France en foy & hommage, reſſort, & ſouveraineté, & en pairie, comme les aultres anciens pairs de France.

Tiercement: Que toutes les gens d'egliſe & ſeculiers retournent & ſoient receuës à leurs benefices, fortereſſes, villes, citez, terres, ſei- E gneuries & poſſeſſions, immeubles quelxconques, & en joüiſſent.

Quartement: Que monſeigneur le duc d'Orleans priſonnier deſdits d'Angleterre ſoit mis à finance & raençon raiſonnable, & parmy ce quitte de ſa foy & priſon. Moyennant leſquelles conditions conſentons & ſommes d'accord pour & ou nom du roy par vertu du povoir à nous donné que auſdits d'Angleterre ſoit & demoure en heritage perpetuel tout ce que ils tiennent & occupent à preſent en la duchié de Guyenne. F

Item, la duchié de Normandie avecques toutes ſes appartenances & appendances, honneurs, & prérogatives, & en tout proufit & émolumens quelxconques, ainſi & par la maniere que les feux rois Jehan & Charles V. ſon fils comme ducs l'ont tenuë & poſſedée.

Item, le droit tel qu'il appartient au roy és villes, places & lieux, que leſdits d'Angleterre ont tenus & occupez de long-temps & avant les derraines guerres és marches de Picardie, reſervé au roy le reſſort & ſouveraineté, & les foy & hommage là où ils eſchient, & ſans préjudice du droit d'autruy.

Item, ſommes contens avecques ce pour & ou nom du roy d'entendre avecques leſdits d'Angleterre au mariage dont ils ont fait une requeſte pour leur roy avecques une des filles du roy, pourveu que ce ſoit ſans aucun don ou change, comme dit eſt deſſus.

En outre ſommes & ſerons contens pour & ou nom du roy, que moyennant trois des conditions deſſuſdittes, c'eſt aſſavoir que premierement de la part d'Angleterre ſoient délaiſſés dès maintenant, & rendu au roy réellement & de fait tout le ſourplus des autres citez, villes, places, fortereſſes, & terres, que ils tiennent & occupent en ce royaume.

Secondement: Que toutes les gens d'egliſe & ſeculiers, de quelque eſtat qu'ils ſoient, retournent à leurs benefices, citez, villes, fortereſſes & poſſeſſions immeubles, comme deſſus eſt dit.

Tiercement: Que mondit ſeigneur d'Orleans ſoit mis à finance & à raençon raiſonnable: Que les autres conditions, c'eſt aſſavoir la renonciation à la couronne de France, & la recongnoiſſance des reſſors, ſouveraineté, & paeirie, enſemble les foy & hommage au roy & à la couronne de France, & auſſi le mariage deſſuſdit ſoient & demourent en eſtat, juſques au terme de ſept ans prouchainement venant, pendant lequel temps de la part deſdits d'Angleterre leur roy qui lors ſera aagié, pourra plus à plein déliberer, & avoir bon conſeil en & ſur leſdittes recongnoiſſance, renonciation & mariage. Et lors ſe il eſt déliberé ou conſent, ou pluſtoſt de faire & accomplir laditte renonciation & recongnoiſſance; le roy de ſa part y entendra par effet. Et encore en ce cas au regard de l'ommaige ſera le roy content l'ommaige ou les ommaiges ſoient faits à luy & à ſes ſucceſſeurs rois de France par ung des enfans legitimes du roy d'Angleterre, auquel il voudra tranſporter du tout leſdits duchiez & ſeignouries, ou par aultre duc notable, auquel il tranſportera pareillement. Et par ce moyen ſera entre eulx & les royaumes de France & d'Angleterre paix finale & certaine. Autrement chacune des parties ſera lors entiere en ſes droits & querelles pareillement comme de preſent: & neanmoins & pendant & durant leſdits ſept ans ſera & demourra entre icelles parties bonne & ferme paix moyennant les choſes deſſuſdittes. Et ſera chaſcune des parties contente de tenir & poſſeder cependant: c'eſt aſſavoir de la part d'Angleterre ce qu'ils tiennent en Guyenne, Normandie, & ce que de long-temps, & pardevant les derraines guerres, ils ont tenu en Picardie, ainſi

&

& par la maniere que deſſus eſt déclairée. Et A
le demourant de la part du roy, pourveu toutesfois que dedens le premier jour de Janvier prouchain venant les choſes deſſuſdittes & par la maniere que dit eſt, ſoient acceptée & accordées de la part deſdits d'Angleterre, & que de leur accord & conſentement ils certifient deuëment & ſuffiſamment meſdits ſeigneurs les cardinaulx & monſeigneur de Bourgongne, ſe lors ils ſont és marches de Picardie deça la riviere de Somme, ou au moins mondit ſeigneur B
de Bourgongne, quelque part qu'il ſoit: auſquieulx meſſeigneurs les cardinaux, & chaſcun d'eulx nous donnons puiſſance & auctorité pour & ou nom du roy de recevoir leſdits accords, conſentement, & certification; & de ſur ce prendre & accepter journée. Auſquieulx iceulx d'Angleterre dedens Paſque prouchain venant audit lieu d'Arras, Cambray, ou Valenciennes, pour paſſer outreement par leſdittes parties les choſes deſſuſdittes, & venir à effet, ou execution d'icelles, & icelle journée ſignifier au roy, pour par luy eſtre envoyé & ſa- C
tisfait de ſa part ſans y faillir; & auſſi pour de ſa part conſentir, & fournir toutes ſeurteż raiſonnables qui ſeront adviſées en laditte journée pour l'entretenement des choſes deſſuſdittes, proteſtant pour nous de la part du roy, que ſi dedens ledit premier jour de Janvier prouchain venant, leſdittes oblations & ouvertures ne ſont acceptées de la part deſdits d'Angleterre, & leur voulenté ſur ce ſignifiée à noſdits ſeigneurs les cardinaulx, & à mondit ſeigneur de Bourgoigne, ou à l'un d'eulx, ainſi que deſſus eſt déclairé, que icelles obla- D
tions & ouvertures ſoient nulles, & de nul effet, & réputées pour non dittes par nous de la part du roy. Toutes leſquelles choſes deſſuſdittes & déclairées, nous & chaſcun de nous, pour tant que touſcher luy peult, & par vertu dudit povoir à nous donné, avons promis & promettons loyalement & de bonne foy faire tenir & accomplir de la part du roy & de nous ſans fraude, barat, deception, ou mal engin quelxconque. Et à ce faire obligons le roy, nous & tous ſes biens, & les noſtres, ſans con- E
trevenir en quelque maniere que ce ſoit. Et d'abondant promettons & chaſcun de nous tout le contenu en ces preſentes faire ratifier, approuver, & confermer par le roy, & en bailler ſes lettres patentes en fourme, donné à noſdits ſeigneurs les cardinaulx & à mondit ſeigneur de Bourgoigne, & à chaſcun d'eulx, ſe par eulx, ou l'un d'eulx requis en ſommes, renonçant à toutes choſes, tant de droit que de fait que pourrions dire au contraire de ce que dit eſt; & meſmes au droit diſant que generale renonciation ne vault. En teſmoing F
deſquelles choſes, nous avons ces preſentes ſignées de nos ſignes manuels, & ſcellées de nos ſceaux.

Donné à Arras le VII. jour de Septembre, l'an MCCCCXXXV.

EPISTOLA FELICIS PAPÆ V. dilecto filio nobili viro STEPHANO duci Bavariæ

Ut conventui Nurembergenſi interſit ad defendendum jus filii ſui electi Argentinenſis, & auctoritatem conciliorum generalium.

FELIX epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio nobili viro STEPHANO duci Bavariæ ſalutem & apoſtolicam benedictionem. *Anno 1440. Ex archivis epiſcopi Argentinenſis.*

Cognoſcentes devotionem plurimam, quam ad defenſionem fidei catholicæ, & auctoritatis conciliorum generalium, atque juſtitiæ hujus ſanctæ ſynodi & noſtræ gerit tua nobilitas, propter honorem JESU-CHRISTI Eccleſiæ ſponſi, eamdem fiducialiter exhortamur, ut in conventione quam cariſſimus in CHRISTO filius FRIDERICUS rex Romanorum, apud Nurembergam proximo feſto beati Andreæ tenendam indixit, nullatenus deficias: ſed ſi quovis modo fieri poſſit, ibidem perſonaliter aſſiſtas pro cauſa Dei & Eccleſiæ, atque etiam pro honore tuo, qui fidelem nobis obedientiam impendiſti, necnon pro tuendo jure & honore filii tui electi confirmati Argentinenſis virtuosè laboraturus. Quòd ſi nullatenus ibi adeſſe potueris, ſaltem notabiles viros in bono numero illic deſtinare cures, tuam nobilitatem repræſentaturos. Conſimiliter quoque ex parte ejuſdem electi quamplures tranſmittantur. Inſuper des operam apud illuſtres principes LUDOVICUM nepotem tuum & OTTONEM fratrem comites palatinos & Bavariæ duces, ut ſi quovis modo fieri poſſit perſonaliter illi conventioni interſint: ſin autem ſolemnes legationes ad eam dirigant. Pariterque univerſitas Hildelbergenſis plures ibidem doctores habeat, qui fidem & auctoritatem conciliorum, atque juſtitiam hujus ſanctæ ſynodi & noſtram defendant adverſus impetus eorum, qui hæc aut directè oppugnare, aut viis indirectis annihillare laborant. Has enim diligentias faciens, magnum Deo & Eccleſiæ præſtabis obſequium, tibi quoque ac domui tuæ perpetuum acquires honorem, & nobis complacentiam exhibebis ſingulariſſimam, paratis cuncta poſſibilia pro tua nobilitate efficere, quam in omni ſalute & proſperitate conſervet JESUS-CHRISTUS.

Datum Baſileæ anno à Nativitate Domini MCCCCXL. pontificatûs noſtri anno I.

EPISTOLA FRANCISCI monachi Carthuſiani ad AYNARDAM prioriſſam domûs Bertaudi, ordinis Carthuſienſis.

Præclaras ei perfectionis leges, tam pro ſe, quam pro ſuis præſcribit.

VEnerabili ac dilectiſſimæ dominæ religioſæ AYNARDÆ prioriſſæ domûs Bertaudi, ordinis Carthuſienſis, Fr FRANCISCUS *Ex mſ. majoris Carthuſiæ.*

XXXXX

ejuſdem ordinis profeſſione monachus, converſatione peccator ſeipſum quantulus eſt, ac quicquid gratiæ & dilectionis impendere ſibi poſſunt abſentes caritate connexi.

Puto me debere tibi, & mihi deberi à te, nedum ob conſortium propoſiti & profeſſionis, verum etiam ex debito noſtræ...... generis affinitate, quantò magis in CHRISTO & in Eccleſia, unde & pro dilectione felicitatis perſeverantiam in ſanctitate, ac pro præmio ſanctitatis æternitatem in felicitate. Congratulor quippe in gratiarum actione, quod ſecundum ſanctorum patrum monita, ad miniſterium regis non ſolum vocaris, ſed traheris potius, cogente obedientiâ, ut fertur. Quapropter libens te laudarem, & jure laudarem, ſi me non revocaret illa ſententia: *Neminem laudaveris in vita ſua*; & alia: *Qui te felicem dicunt, in errorem inducunt*, & vias greſſuum tuorum avertunt. Nam, cariſſima, cathedra quam nuper ſortita es, hominem utriuſque ſexûs multorum expetit meritorum. Unde & Bernardus: In altum poſito non altum ſapere difficile eſt omnino & inuſitatum, & quantò inuſitatius, tantò glorioſius. Timor de adepta jam altitudine tædere magis quàm placere faciet altiora. Non te ergo felicem, quia præes; ſed ſi non prodes, infelicem reputa. Nempe, inquit, monialem facit profeſſio, ſed prælaturam neceſſitas. Ut autem non præjudicet neceſſitas, profeſſioni accedat, non ſuccedat prælatio monachatui. Alioquin juxta Dominicam ſententiam: *Quid prodeſt homini, ſi univerſum mundum lucretur, animæ autem ſuæ detrimentum patiatur.* Animadverte, cariſſima, quia manum tuam miſiſti ad fortia, unde opus eſt fortitudine. Speculatrix domui Iſraël facta es, opus eſt prudentia; ſapientibus & inſipientibus debitrix es, opus eſt juſtitia. Poſtremò temperantiâ opus eſt, ne quæ aliis imperat ipſa reproba fiat. Unde & rectus ordo requirit, ut priùs propriam, deinde alienas curare ſtudeas conſcientias. Primus quippe pietatis gradus eſt conſilium ſapientis dicentis: *Miſerere animæ tuæ, placens Deo.* Sanctitas itaque capitis redundat in membra. Unguentum quod deſcendit in barbam de capite, extrema quoque fimbria veſtimenti participet, ut cùm exaltat Deus electam de plebe ſua, tribus illa monachalis quam regis ſe ſentiat exaltari, ac de roboris incremento fortiorem agnoſcat. Quoniam ſecundum Bernardum, juſtitiâ placamus Deum, militiâ terremus hoſtes. Et ille: Si quis de populo errat, ſolus perit: verùm principis error multos involvit, & tantis obeſt quantis præeſt; nec præſumus, inquit, ut perdamus, ſed ut ſubjectos regamus. Vide, cariſſima, quomodo te oporteat Dominicam & regularem tollere ſarcinam. Si enim ſic bajulas, ut tuas non alleves, ſed magis premas; tu quidem es onerata, & illæ non ſunt exoneratæ. Hoc autem onus animarum eſt & infirmarum. Nam quæ ſanæ ſunt, portari non indigent, ac per hoc nec onus ſunt. Si quæ verò ita ſana eſt; ut magis juvet te, quàm juvetur à te, hu-

A jus te non matrem, ſed parem, non prælatam, ſed conſortem te agnoſcas. Noli itaque cauſari te aliquarum quæ tecum ſunt, magis gravari conſortio, quàm frui ſolatio, cùm ſola omnium omnibus data ſis ſolatium, tamquam omnibus ſanior, omnibus fortior, quæ omnibus ſufficias ſolatiari, & à nemine earum indigeas confortari. Denique in quantum gravaris, in tantum lucraris; & in quantum juvaris, in tantum tua præmia minuis. Elige ergo quas eligas, an quæ gravando minuant, an quæ juvando gravant. Hæ tibi promere-
B trices, illæ fraudatores meritorum exiſtunt. Nam quæ ſociæ laboris ſunt, proculdubio & mercedis participes erunt. Sciens ergo te miſſam juvare, non juvari, & illius te agnoſce vicariam, qui venit miniſtrare, non miniſtrari. Hæc Bernardus in epiſtolis. Eſto ergo patiens, cariſſima, ſi es cum malis: eſto pacifica, cùm praees pravis. Habet namque caritas zelum, ſed adhibeat pro tempore ſeveritatis modum. Cenſura quidem numquam remiſſa, intermiſſa tamen plerumque plus proficit. Vigor juſtitiæ ſemper fervidus, ſed numquam
C præceps. Sicut non omne quod libet, licet; ſic non omne quod licet, ſtatim etiam expedit, juxta illud Apoſtoli: *Omnia*, inquit, *mihi licent, ſed non omnia expediunt*, nec etiam ædificant. Virtus namque in pace acquiritur, in preſſura probatur, approbatur in victoria. Si triſtia ſemper acciderent, quis ſuſtineret? Si ſemper proſpera, quis contemneret? ſed rerum cauta gubernatrix ſapientia, hunc pro neceſſaria viciſſitudine eo moderamine electis ſuis curſum vitæ temporalis alternat, ut nec adverſa flagrent, nec læta diſſolvant, cum po-
D tius & iſta ex illis gratiora, & illa ex iſtis tolerabiliora reddantur. Cumque, ſecundum ſcripturam, neſcit homo an amore vel odio dignus ſit, ſed cuncta inpoſterum reſervantur acta, memoriter ac jugiter in animo eſt recondenda illa ſententia quâ dicitur: *Beatus homo qui ſemper eſt pavidus: qui autem mentis eſt duræ, corruet in malum.* Et illud: *Memorare noviſſima tua, & in æternum non peccabis.* Et quoniam *homo numquam in eodem ſtatu permanet*, ne fortè accedens tentator, ſubrepat in corde tuo elationem, quòd tuis meritis hanc aſcen-
E diſti cathedram. In mente ſedula habeto, quòd ſi cunctos qui vocantur ad miniſterium conſtat eligi ad regnum, profectò ſecura es: quòd ſi & Saülem in regno, & Judam proditorem in ſacerdotio & apoſtolatu legitur elegiſſe non alius quàm ipſe Deus, & non poteſt ſolvi ſcriptura quæ hoc aſſerit; timeas neceſſe eſt. Cures ergo in alto poſita, non altum ſapere, ſed timere, ſed humilibus conſentire, quia *quanto*, inquit Sapiens, *major es, humilia te in omnibus*: ſequens etiam ſummi Magiſtri conſilium, dicentis: *Qui major eſt ve-*
F *ſtrûm, fiat ſicut junior.* Quoniam & hoc exemplo per ipſius ſanctiſſimam Genitricem MARIAM omnibus præcellentiſſimam ad liquidum edoceris, quæ ait: *Ecce ancilla Domini*, non domina. Alioquin (quod abſit) ſapientiâ

Digitized by Google

dictante: *Judicium durum his qui præſunt fiet.* A Duruſne tibi videor, cariſſima, quia non blandior, ſed metum incutio, quodque conſobrinæ meæ incutio initium ſapientiæ timorem Domini ſanctum, qui permanet in ſæculum ſæculi. Sic enim mihi contingat beare te terrendo ſalubriter, & non adulando fallaciter, juxta illud propheticum: *Et erunt qui beatificant populum iſtum ſeducentes, & qui beatificantur præcipitati.* Sed admonitam te eſſe geſtio, ſi forſan caſus emerſerit, & nebula per- B plexitatis & ambiguitatis involvens rationem obtundat, quid agere debeas ſuper ſorore turbata & turbante ſorores, ac contemnente magiſtram, breve tibi, ſed fidele datur conſilium, non à me, ſed mecum fideliter à beato Bernardo dicente: Diaboli ſtudium eſt circuire in domo Dei, & quærere quem devoret: tuæ è contra vigilantiæ, in quantum potes, numquam locum dare diabolo. Quantò igitur ille acrius inſiſtit quomodo à grege infirmam ſeparet oviculam, quam licentius eò rapiat, quò C jam non fuerit qui eripiat: tantò enixius tibi, quantum in te eſt, reſiſtendum eſt, ne de manu tua poſſit eam eruere, ne quando dicat inimicus: Prævalui adverſus eam. Itaque aggredere ſororem omni officio caritatis, videlicet beneficiis, ſalutaribus monitis, ſecretis increpationibus, publicis inhortationibus, duris etiam verborum diſciplinarumque correptionibus, quodque etiam efficacius eſſe ſolet, tuis ad Deum fuſis pro ea ſororumque piis orationibus. Quòd ſi jam hæc omnia feciſti, nec profeciſti, ad Apoſtoli conſilium confugien- D dum eſt dicentis: *Auferte malum ex vobis.* Auferatur ergo mala, ne malas generet. Neque enim poteſt arbor mala, niſi malos fructus facere. Auferatur autem, dico, non quomodo ipſa vult, ut tamquam ex tua ſententia cum malè ſecura conſcientia extra congregationem contra profeſſionem ſui juris eſſe, ac ſuâ permittatur lege vivere; ſed abſcindatur à grege, ut morbida ovis, ut putridum membrum à corpore, quæ jam exinde ſe pro certo noverit à te haberi tamquam ethnicam & publica- E nam. Et ne timeas, inquit, eſſe contra caritatem, ſi unius ſcandalum multarum recompenſaveris pace. Quippe quæ ſua fortè malitia ſororum cohabitantium turbare facilè poterat unanimitatem. Conſoletur te illa Salomonis ſententia, dicentis: *Quem Deus neglexerit, nemo poteſt corrigere.* Et illa Domini Salvatoris: *Omnis plantatio, quam non plantavit Pater meus, eradicabitur.* Alioquin non eſt relinquenda virga peccatorum ſuper ſortem juſtorum, ut non extendant juſti ad iniquitatem manus ſuas; F melius eſt enim ut pereat una, quàm unitas. Ea propter, cariſſima, accingere virtute conſtantiæ; conculca antiqui ſerpentis virulenta germina, reſeca falce juſtitiæ in evellendo & plantando, in deſtruendo & ædificando, tamquam poſita ſis in ruinam & reſurrectionem multarum, quatenus ruant quæ noxiè ſtant, erigantur quæ dignæ ſunt, ponatur ſecuris ad radicem ſterilium plantationum; purgentur fructiferæ, ut fructum plus afferant. Cùm opus exigit, conſecra cum Moyſe manus tuas Domino, & choros iniquæ multitudinis ſaltantes ante idolum, tua compeſcat auctoritas in ſpiritu judicii, & ſpiritu ardoris. Reviviſcat in te prædeceſſorum patrum matrumque noſtri propoſiti laudabilis zelus. Refloreat antiqua devotio, fructificet in uſum noſtræ converſationis cum odore ſuavitatis jocundum fructuoſæ pietatis obſequium, quia majorum inſtitutis minorum non eſſe præponenda, aut communibus privata præjudicare imperia quis dubitat? Et hoc ex Regula beati Benedicti habetur. Hortari te in caritate præſumſi, cariſſima, ne quaſi gloriam mundi quaſi ſtantem aſpicias, & verè ſtantem amittas, ne plus te aut pro te tua diligas, & ſic te & tua perdas; ne blandiens proſperitas præſens tibi finem abſcondat, & adverſitas ſine fine ſuccedat; ne lætitia temporalis luctum tibi æternum & aperiat quem parit, & pariat quem operit, ne mors longè eſſe putetur & præoccupet improvidam, & vita dum longa expectatur, citò deſerat malè conſciam, ſicut ſcriptum eſt: *Cùm dixerint pax & ſecuritas, tunc ſubitaneus ſuperveniet interitus,* &c.

De regimine præterea temporali qualiter te occupare conveniat, miniſterium Marthæ, ſollicitari & turbari circa plurima plenius te docebit, quia, juxta quod ſcriptum eſt, ſola vexatio dabit ſenſui intellectum, & hæc vexatio experientia nuncupatur, quæ eſt omnium mater, & doctrix artium, teſtante Tullio, qui ait: Experientia fecit artem natura idoneam, ars verò certum reddit opificem. Idcirco plura de his perſtringere ſuperſedeo, & te tuis tribulationibus ad erudiendum temetipſam relinquo, quemadmodum Deus filios Iſraël poſt mortem Joſue experiri permiſit per bella Chananæorum utrum diligerent eum, an non. Verumtamen ſuadeo tibi vitare prodigalitatem, quia ſecundum evangelium, paradigma prodigi filii multorum occaſione vitiorum .... confoveri pandit. Tenacitatem indiſcretam ergà tibi commiſſas cave, quia illa habes in diſpenſatione, non in voluntaria poteſtate; unde & Apoſtolus: *Qui ſuorum & maxime domeſticorum curam non habet, fidem negavit, & eſt infideli deterior.* Dilige pauperes CHRISTI, & ſecundum conſilium Tobiæ, quomodo poteris, ità eſto miſericors, quia eleemoſyna à malis liberat. Quòd ſi multum tibi ſit, abundanter tribue; ſi autem exiguum fuerit, illud etiam libenter impertiri ſtude. Fraudem, in reddendo mercedem, penitus ne perpetres, quia non ſolum differre uſque in craſtinum lex prohibet, verum & auferre ſuſtentationem victus ab egenis de pretio mercedis, quia homicidium eſſe chriſtiana fides perhibet. Deſine à crebris & inſolitis mutationibus rerum & conſuetudinum quæ directè non ſunt contra regulares obſervantias, ante rationem ſeu communem utilitatem, Quod Bernardus valde vituperat, dicens: Quâcumque die incipiam aliis vivere legibus, aliis moribus converſari, diverſis deſervire ob-

Digitized by Google

ſervantiis, adinvenire nova, extraneas uſurpare conſuetudines, tranſgreſſor ſum profeſſionis, promiſſam ſtabilitatem jam non me tenere confido. Affabilem & hilarem omni tempore, quantum valebis ſodalibus tuis, quamquam fortè indignis te præbeto, quia fomentum eſt magnæ caritatis & concordiæ, & conjunctio ſtabilitatis & perſeverantiæ; unde & Dominus: *Quod Deus conjunxit, homo non ſeparet.* Et exponens Bernardus ait: Quod divina ſanxit auctoritas, humana ſtudeat adimplere voluntas, & jungant ſe animis qui juncti ſunt inſtitutis; B invicem ſe foveant, invicem onera ſua portent. Inſuper etiam, juxta quod ſcriptum eſt, conſilium tuum tracta cum ſapientibus, & nihil magni operis, inquit, ſine conſilio agas, quia Salomone teſtante: *Ibi ſalus, ubi multa ſunt conſilia.* Et conſiliorum mater Sapientia de ſe loquens, ait: *Ego Sapientia habito in conſilio, & eruditis interſum cogitationibus.* Sed cum quibus tractandum ſit conſilium, indicat nobis ſapiens Salomon: *Cauſam tuam*, inquit, *tracta cum amico tuo, & ſecretum extraneo ne reveles.* C

Plura tibi ad tuam conſolationem & ſalutem ſcribere habens, viſum eſt mihi non eſſe neceſſarium, quia facilè retinenti multa ſuperfluè ingeruntur. Nam quid opus eſt verbis ſuperfluis mortuam cartam implere, ubi viva præſens loquitur? Salomon itaque ait: *Faciendi plures libros nullus eſt finis.* Mundus diverſitate doctrinarum eſt repletus: tot ſunt codices de vitiis & virtutibus, quòd omnia tædioſo & infirmo diſcipulo revolvere diſpendioſum eſſet; & quia brevitate gaudent moderni, auribus tuis occupatis ad plurima ſermonem faciam D abbreviatum, quia pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus. Et ideo breviſſimam perfectionis formulam compendioſè ſubinferam.

Qui in Creatoris & ſuiipſius cognitione & bona vita cupit proficere, is ad cognoſcendam vitam propriam totis viribus debet laborare: quia, ut ait beatus Gregorius, quantò quiſque in cognitione ſui proficit, tantò ad cognitionem ſui Creatoris accedit. Ideoque ut quiſque vitam propriam tam interiorem quàm exteriorem cognoſcat, neceſſe eſt ab exterioribus ad E interiora redeat, ſua, & ſe, ſuoſque ſenſus ad cordis hoſpitium revocet & reducat: deinde ad inquiſitionem vitæ ſuæ totâ intentione procedat. Et primò ſecundum interiorem vitam inveſtiget & diſcutiat. Videat itaque quales cogitationes, deſideria, affectiones in die habuit: ſi in aliquibus quæ mundi ſunt plus debito delectatus fuerit, ſi ſuperbiæ, alioſve motus inordinatos ſenſerit, utrum eos citò reprehenderit, aut in eis diutiùs moratus fuerit. Poſtmodum vitam ſuam exteriorem conſideret, & inſpiciat ſi in ſenſibus corporis, viſu, auditu, guſtu, odoratu, & tactu deliquit: ſi aliquid in die mali F commiſerit, vel quicquam boni omiſerit. Si quid boni omiſerit: ſi quid boni cogitaverit, dixerit & egerit, & quæ ſunt illa: quâ intentione, & quanto fervore facta ſint: ſi pœnitentiam & vitam aſſumti propoſiti ſincerè cuſtodierit: qualiter diem & noctem, & horas & intervalla expenderit: ſi aliquem verbo, actu & occaſione offenderit: qualiter ſe in riſu, geſtu, motibuſque ceteris habuerit: videat ſi officia divina, præſertim canonica, indevotè, corruptè, inaniter, & fallaciter perſolverit, vel quicquam omiſerit: ſi tentationes prævenerit, an ab ipſis præventus fuerit: ſi quotidie propriæ conſcientiæ diſcuſſioni, vitæ contemplationi, & gratiarum actioni non vacaverit. Quibus conſideratis, quiſque coram Deo humiliare ſe debet, veniamque poſtulare, bona acta Deo attribuere, & gratias agere, & malè geſta ſibi imputare, & ſeipſum confundere. Roget Deum ut bonas, ſi quas habet, virtutes ad ſuum honorem, propriam ſalutem, & proximi ædificationem conſervet & augmentet. Præterea conſideret beneficia divina generaliter mundo impenſa, ſpecialiter verò, corporaliter & ſpiritualiter ſibi collata, ut ex hoc Deum ampliùs diligat, & ſuper tot cariſmatum dona gratias referat: quia ſecundum Bernardum, peremtoria res eſt ingratitudo, hoſtis gratiæ, inimica ſalutis. Et quia tentatio eſt vita hominis ſuper terram, petenda eſt à Deo fortitudo, ne . . . . in adverſis, cautela, ne ſeducatur in proſperis; & profectus in virtutibus, ut in earum conſideratione utrum creſcat vel deficiat conſideres propenſius. Et quod abundet caritas erga Deum & proximum, quæ tamen ex operibus uniuſcujuſque cognoſcitur videat: quia, ſicut ait Gregorius, probatio dilectionis exhibitio eſt operis. Animadvertat etiam quantum in eo abundet juſtitia in deſtruendis malis, fortitudo in ſuſtinendis adverſis, temperantia in utendis conceſſis, prudentia in præcavendis malis. Prævideat ſi adſit humilitas interior & exterior, manſuetudo, affabilitas, compaſſio. Sit judiciis temerariis alienus, nemini blandus, paucis familiaris, omnibus æquus. Plus ceteris diligi non quærat, erga quemlibet officium nimium verbis, viſu, ſeu geſtu, aut aliis quomodolibet non oſtendat. Non ſit ſapiens apud ſemetipſum, diſcat propriam frangere voluntatem, proprios defectus frequenter conſideret, ſeſe aliis inferiorem putet, amicorum bona ſemper conſideret, eiſque congratuletur. Numquam ſuperbiam in mente, aut in actu duritiam permittat, nutum animi verbis, ſignis, ſeu operibus, non oſtendat, nihil cum juramento, vel protervè affirmet. Tunc enim vivitur religioſè, quando verba & ſenſus, & animi illiciti motus ſub diſciplina morum coërcentur. Sit igitur aſpectus ſimplex, humilis & verecundus; nec aſpiciat fixè oculus quod concupiſcat animus. Sit auditus purus & diſcretus, quæ ſuperflua & mala ſunt reſpuens, & quæ Dei ſunt gratanter recipiens. Sit ſermo ſale diſcretionis conditus, nociva deteſtans. Sit in corde munditia & pudicitia, inceſſus cum gravitate, ſtatus cum reverentia, motus cum maturitate, habitus cum religione: quatenus ubique reſplendeat ſanctitas, clareſcat honeſtas, & ſervetur humilitas, ut in omnibus motibus ejus nihil appareat quod cujuſcumque aſpectum offendat, vel quod ejus ſanctitatem dedeceat.

Digitized by Google

Vitam ſanctorum habeat in mente, ut quos ſequi deſiderat in gloria, imitetur in vita. Inſuper frequenter & devotè conſideret humilitatem Dominicæ Incarnationis, laborem, paupertatem ſuæ converſationis, & magnitudinem ſuæ paſſionis. Ipſe enim per Prophetam ad hoc nos admonet, dicens: *Recordare paupertatis & transgreſſionis meæ, abſynthii & fellis: alioquin à te requiretur omnis ſanguis juſtus qui effuſus eſt ſuper terram.* Conſideret gloriam ſanctorum, pœnas damnatorum. Quid profuerunt breves deliciæ, fallaces divitiæ, ventus inanis gloriæ? omnia tranſierunt velut umbra, & ſcintilla ſtupæ. Intueatur quid juſtis nocuere jejunia, vigiliæ, tribulationes, & anguſtiæ, qui modò epulantur in conſpectu Dei, & felici lætantur jocunditate. Vivat quaſi mortuus quotidie. Spiritualibus amicis ſit fidelis, verus & amabilis. Talem ſe exhibeat eis, & ut in eo amici valeant confidere, ab eis reprehendi diligat, & oſtendat quod facit cum eorum reprehenſione, humiliter & devotè audiat, ſeque ſuper hæc diligentes diligat. Si amicum viderit delinquentem, eum caritativè & cum manſuetudine reprehendat loco & tempore congruenti, inſtruat hujuſmodi in ſpiritu lenitatis, pro eo ſtet ubique quantò cautiùs poteſt. Ut autem meliùs & perfectiùs vitia extirpentur, & virtutes reſerantur in evulſione unius vitii, & acquiſitione unius virtutis per tempus aliquod immoretur. Sed cùm dicat Scriptura: Qui vult diligere vitam, & cupit videre dies bonos; cohibeat linguam ſuam à malo, & labia ne loquantur dolum. In manibus linguæ vita & mors. *Lingua*, inquit beatus Jacobus, *inquietum malum eſt, plena veneno mortifero.* Caveat autem ne ſit nimis feſtinus in verbis, nec clamosè quippiam proferat. Diabolum non nominet, neque maledicat. Vana & inhoneſta non loquatur, cognomina non imponat, deriſionibus etiam in nominibus non utatur. Omne mendacium vitet, aliorum defectus non pandat, ſed eorum mala excuſet. Bona non diminuat aut pervertat, nec ſuo tempore taceat. Mala non augmentet, dubia in melius interpretetur. Parcè laudet, parciùs vituperet, in verbis ſit ſtabilis, ne reputetur moribus levis. Antequam loquatur, in ſemetipſum debet recurrere, & pauliſper deliberare, utrùm bonum ſit, an malum quod loqui contendit, quod ſeipſum & proximum valeat ædificare. Miſſam libenter & attentè audiat, & devotè. Cor ſuum ab omni terrenorum tumultu ſegregatum habeat. Præ admiratione tantæ humilitatis, tantæ benignitatis, ac tantæ caritatis, cor fixum & appenſum teneat.

Semper habeas præ oculis tua mala, & bona pariter aliena. Non videas bona tua, & mala ſimiliter aliena. Fuge niſi cauſâ neceſſitatis conſortium aliorum. Parum loquere, ora multum. Cùm non poteris orare loquendo, ſaltem ora interius meditando. Cogitando, vel loquendo, ne judices ullum; ſed potius judica teipſum. Quicquid audis, vel vides in aliis, accipe hoc in bonum. Sit quaſi ultima quæque dies. In nocte qualibet mala tua cogita, & puni quæ in die quolibet perpetraſti. Cogita quanta bona à Deo ſemper recepiſti, quàm modicum ei ſerviſti, & quomodo illum ſpreviſti. Admonitiones, caſtigationes, & reprehenſiones recipias cum patientia & hilaritate. Ab omni fallaci ſimulatione & verbo duplici cave. In omnibus honeſtè te habeas, ut non ſis aliis ſcandalum, ſed in bono potius exemplum. Omne ſervitium licitum quod impendere poteris facito, & in nullo te ſubtrahas. Ante orationem cor Deo præpares, illud ab exterioribus comprimendo, ſecundum conſilium Sapientis dicentis: Ante orationem præpara animam tuam: in quâ etiam habeas reverentiam quaſi loquens cum Deo coram angelis ejus. Unde & Pſalmiſta: *In conſpectu angelorum pſallam tibi.* Neque ibidem aliud cogites, nec ex parte tui verbum aliquod ſyllabamque dimittas: quia per Jeremiam dicitur: *Maledictus qui facit opus Dei negligenter.* In ſtudio habeas reverentiam, quià ſecundum Eccleſiaſticum, pro reverentia accedet tibi bona gratia. Habeas in te ordinatam caritatem, & intentionem, ut prius ea quæ legeris tam de te quàm de proximo exponas. Unde Gregorius: Unuſquiſque debet in ſe transformare quod legit. Habeas inſuper ibidem diſcretionem; ut ſi à Deo voceris per devotionem, aut à proximo ut ei ſervias in neceſſariis, illico librum claudas, quoniam, teſte Apoſtolo, *Regnum Dei non eſt in ſermone, ſed in virtute.* Quando non præſides in capitulo, vix loquaris, niſi præcipiente prælato. Dicito culpam tuam, purè & humiliter te accuſando, nec eam leviges quoquo modo, quià tali ſimulatione Deo non places; & ſi non places, nec placas, nec ædificas. Quæ ibi dicuntur, & ordinantur à prælato, cum reverentiâ audias, memoriter retineas, & diligenter exequaris. Extra capitulum pergens, & alio quovis loco conventuali exiſtens, manum componas in modum crucis, in memoriam Crucifixi, vel teneas invicem, lædere nullum volens, pſalmos vel orationes ruminans aut dicens, ſeu in interioribus tuis aliqua ſpiritualia volvens. In menſa hæc tria habeas, primò ut cum Dei timore veſcaris, timor enim Dei ab omni malo cuſtodit, & ad omne bonum dirigit. Memorare ergo Tobiæ, qui cum timore Domini convivium celebrabat, ubi angelus Dei erat. Secundò, habeas honeſtatem in mente pariter & corpore per ſenſuum refrænationem, nec circumſpicias luſtrando, aut incompoſitum ſignum facias, niſi neceſſitas aut officium coëgerit. Et antequam cibum ſumas, cogita te poſſe mori, more ſancti Job, qui ait: *Antequam comedam ſuſpiro,* &c. Tertiò, gratias agas Deo cum pietate & mentis humilitate, quia cum digna eſſes tormentis, fame, ſiti & languore, Dominus te cum ſervis ſuis paſcere dignatus eſt. Confitere libenter, purè, planè, frequenter, breviter & diſcretè: quia peccata in vera confeſſione lavantur, & virtutes augentur. Et eſt confitendum de omnibus, de quibus conſcientia te licitè accuſat, niſi fortè de quibuſ-

dam tentationibus, ut de fide, vel blaſphemia, A & ſimilibus, quarum circumſtantiæ numquam tibi placuerunt, licèt tibi fuerint præſentatæ. Multis diſcolis dicere non expedit hujuſmodi tentationes, quia, ut à viris virtuoſis dicitur, magis fugiendo quàm pugnando vincuntur. Cum ſola fueris, ſemper aliquid boni, præcipuè de prædictis ex præcordiorum affectione rumines. Nam ſi hoc ſedulè & aſſiduè feceris, quædam interior lux & dulcedo cordis te ſubitò illuſtrabit, quæ à fatuis ignoratur. De qua ſcriptum eſt: *Implebit Dominus aurem tuam, & gloria Domini audiet te.* Quando cum aliis B extiteris, memorare has tres habere virtutes, ſcilicet benignitatem ad alios tamquam ad Dei filios, humilitatem profundam quoad te, reverentiam quoad Deum, & hoc lætificet cor tuum. Audire cupias plus quàm loqui, niſi ratione officii. Si hæc inconcusſè ſervaveris, te dirigent ad ſummum bonum, & à malis liberabunt. Si qui utilia animæ tractaverint, cum ſuſtinentia eos audi. Si autem otioſa & nociva recitaverint, ſi convenienter potes, recedas. C Vultûs triſtitiam non oſtendas, & dic in corde tuo: Non hæc dicerent hi malâ intentione, videlicet mihi nocet quod aliis fortè prodeſt. Noli vincere alios contendendo, & habebis gloriam coram Deo. Converſare familiariter cum illis quos timere Deum cognoveris; alios autem non quaſi ſpernens devita, ne tu fortè noceas illis, vel illi tibi. Quando jubes, obedias prælato tuo tamquam Dei filio & locum ejus tenenti, quia ipſe dixit: *Qui vos audit, me audit; & qui vos ſpernit, me ſpernit.* Sit obedien- D tia ſine mora: quantum addis moræ, tantum detrahis gratiæ. Obedi ergo, ſecundum Bernardum, libenter, ſimpliciter, hilariter, velociter, univerſaliter, humiliter & indeſinenter. Circa paupertatem ſic quoque te habeas, ut nihil proprium in hoc mnndo habeas, aut habere cupias, vel habuiſſe timeas. De his autem quæ ad uſum tuum & neceſſitatem habes, utilitatem tuam & aliorum pariter facere ſtudeas. Et ſi quis frater tuus, aut ſoror ſpiritualis à te aliquid mutuò petierit, libenter & celeriter accommodes ei quaſi coheredi Christi, juxta tamen ſeriem ordinis licenter. Et E ſi quis de his quæ ad uſumfructum ſuum pertinent, perdiderit vel deſtruxerit, non plus doleas, quàm de alio alieno. Si caſtitatem habere deſideras, memento habere humilitatem, de qua Gregorius ait: Si ſpiritus piè ſub Deo premitur, caro illicitè ſupra ſpiritum non levatur. Et in vitis Patrum: Numquam aliquis in carnis vitium cecidiſſet, ſi humilitatis virtutem paucis notam ſollicitè tenuiſſet. Secundò, F ut viſum, auditum, conſortium, & colloquium mulierum & virorum ſummè fugias quarumcumque, maxime ſæcularium. Tertiò, ut quidquid ſuperfluitatem generat fugias, cibi & potûs, & ſomni, otii ac diſſolutionis, ac omnis perverſæ cogitationis, præcipue deſiderii carnalis. Peccata tua recogita cum dolore, ac ſemper verecundiam in vultu tuo de ipſis porta, & in tantum huic ſanctæ conſiderationi adhæreas, ut non ſolùm dicere aut facere confundaris; verum & ſi quis alius hoc fecerit, ſancto rubore tua facies perfundatur. Si tribulationes à Deo vel proximo tibi inflictæ fuerint, dicas in corde tuo: Dignum & juſtum eſt, ut hæc omnia me perſequantur, quia contra Deum meum peccavi. Non enim ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad mala quæ fecimus, & ad beneficia Dei quæ recepimus, ad inferni pœnas quas evaſimus, & ad amorem Dei quem acquirimus, ad paſſionem quam pro nobis Christus ſuſtinuit, & ad æternam vitam, quam ipſe nobis promiſit.

Poſtremò autem quantum ad vitam contemplativam reſtando ſpectat, ſi optabilem cunctis vitæ ſpiritualis perfectionem habere deſideras, ſi viriliter ipſam aggredi affectas, debes teipſam abſtrahere à ſocietatibus & familiaritatibus nocivis, & ab omnibus hominibus otium tuum impedientibus, & breviter à cunctis mortalitatibus, quantum poſſibile eſt, ex voto tuæ perfectionis, ſalvâ obedientiâ humili & promtâ ſuperiorum, ſemper captans opportunitatem, ubi & quando locum poſſis reperire quietis, & contemplationis ſecreta carpere ſilentia, præſentiſque ſæculi vitare naufragia, & perturbationes mundi fugere perſtrepentis, omni tempore puritati cordis debes principaliter ſtudere, ut videlicet continuè velut clauſis carnalibus ſenſibus in temetipſam convertaris, & cordis oſtia à formis ſenſibilium & imaginationibus terrenorum, quantum poſſibile eſt, habeas diligenter ſerata. Puritas namque cordis inter omnia exercitia ſpiritualia ſibi quodammodo tamquam finalis quædam intentio, ac laborum omnium retributio, quæ in hac vita miles Christi emeritus recipere conſuevit, ſibi vindicat principatum. Affectum tuum cum omni diligentia abſolvas ab his quæ libertatem ipſius impedire poſſunt, & ab omni re poſſibilitatem habente alligandi & tenendi ipſum affectum ad inhærendum, juxta illud legis Moſaïcæ: Maneat unuſquiſque apud ſemetipſum, nullus egrediatur oſtium domûs ſuæ die ſabbati, & ſabbatizabit populus. In ſemetipſo namque eſſe eſt diſperſiones cordis ſui & affectiones ad unum verum & ſimpliciſſimum bonum recolligere, & collectas habere. Sabbatizare vero eſt cor ab affectione carnali animam inficiente, & à curis mundanis ipſam diſtrahentibus abſolutum eſſe, & in pace cordis ſui tamquam in portu ſilentii in amore & fruitione conditionis ſuaviter quieſcere. Super omnia autem alia hîc tibi ſit principalis conatus, ut animum tuum jugiter ſurſum in contemplatione divinorum elevatum habeat, ut divinis rebus ac Deo mens ſemper inhæreat, & derelictâ fragilitate terrenâ, ad ſuperna jugiter transferatur. Quicquid autem ab his diverſum eſt, quamvis magnum videatur, ſicut corporis caſtigatio, jejunium, vel vigiliæ, & ſimilia virtutis exercitia, quaſi ſecundaria & inferiora judicanda ſunt, & tamen expedientia quantum ad cordis proficiunt puritatem. Inde eſt quod jam pau-

Digitized by Google

ciſſimi ad veram perfectionem perveniunt, quia in mediis non multum proficuis tempus & vires expendunt, debita remedia negligunt & poſtponunt. Tu verò ſi recto tramite ad finem intentum pervenire deſideras, debes ſummopere ad perpetuam cordis puritatem, & mentis tranquillitatem anhelare, atque cor ſurſum jugiter ad Dominum elevatum habere. Sed forte dicis: Quis in hoc fragili corpore poteſt huic ſpeciali theoriæ ſemper affixus eſſe? Reſpondeo: Nullus mortalium poteſt contemplationi jugiter inhærere; ſed ideo dictum eſt, ut ſcias ubi mentis tuæ intentionem debeas habere fixam, & ad deſtinationem ſemper animæ tuæ revoces intentum, quem cum potuerit obtinere, mens gaudeat, & à qua ſe diſtractam doleat atque ſuſpiret, quotieſcumque ab illo intuitu ſe deprehenderit ſeparatam. Quòd ſi forſitan quærulosâ voce mihi obviare volueris, dicens te diu in uno eodemque ſtatu permanere non poſſe; noſce debes quòd divina virtus plus poteſt facere, quàm homo poſſit cogitare, & quòd frequentia actûs ſimilem ſibi habitum generare conſuevit. Unde ſæpius contingit, quòd illud ad quod fortaſſis homo in principio ſe aſtrinxit cum violentia quadam & difficultate, poſteà faciliter operabitur, & tandem cum magna delectatione, dummodo à ceptis non deſiſtat, perfruetur. Sapientia divina inquit: *Audi, fili mi, diſciplinam patris tui, attende diligenter verba mea, & ea in corde tuo quaſi libro ſcribe.* Noli æmulari multitudinem eorum qui jam retro ſunt converſi poſt deſideria cordis ſui, in quibus devotio tepuit, caritas refriguit & defecit, humilis obedientia proſtrata eſt. Qui placere hominibus cupiunt, honores quærunt, ventri ſerviunt. Qui ſupra modum diligunt munera, ſequuntur retributiones, qui in hoc mundo ipſum quod quærunt pro mercede operis ſui recipiunt, & in futuro vacui remanebunt. Sed illos egregios flores ſanctiſſimos patres, qui incomparabili flagrabant ſtudio ſanctitatis attende, & eorum feſtines propoſitum ſimili ſtudio & converſatione ſuſcipere, quemadmodum jam tibi propoſitum eſt. Memoriam jugiter ſurſum elevatam habeas per contemplationem divinorum ad ſuperna tendendo: ita ut tota anima tua cum omnibus potentiis ſuis & viribus in Deum collecta, unus fiat ſpiritus cum eo, in quo ſumma perfectio viæ cognoſcitur conſiſtere.

Hæc ergo brevis doctrina pro vitæ tuæ formula tibi ſit tradita, in qua ſumma ſummarum totius perfectionis conſiſtit, quia à divina ſapientia cuidam diſcipulo revelata eſſe legitur. In qua ſi diligenter ſtudueris, & fideliter effectui mancipare curaveris, beata eris, & quodammodo æternam felicitatem in hoc fragili corpore inchoabis; quod utique tibi conferat, qui ſine fine vivit & regnat, benedictus in ſæcula Deus. Amen.

Explicit correctum.

LITTERÆ IMPERATORIS
ſuper convocatione principum ad dietam Nurembergenſem, ad congregandum concilium pro ſchiſmatis extirpatione.

Anno 1443. Ex mſ. Cæleſtinorum Metenſium.

FREDERICUS, &c. Accidit, non ſine gravi noſtri cordis amaritudine, ut ad Romanæ regiæ dignitatis culmen aſſumti, jam ſanctiſſimam Eccleſiam tam monſtruoſam tam vitiatam invenerimus, quæ res tantò nobis moleſtior fuit, quantò majora illuc pericula proſpeximus emerſura. Scimus etenim quòd turbatâ eccleſiaſticâ pace, nec populi, nec principes conquieſcunt; ſed inſurgentibus bellis, rapinis, tumultibus, incendiis, vaſtantur agri, urbes diripiuntur, provinciæ lacerantur, & innumeris regna miſeriis conteruntur; quodque moleſtius eſſe debet, chriſtiani nominis inimici propagantur, & catholicæ fidei limites deprimuntur. Quibus malis ut obviare pro noſtris viribus valeremus, complures dietas indiximus, prælatos & principes nationis noſtræ ſæpius convocavimus, ambaxiatas diverſas nunc ad iſtam, nunc ad aliam partem tranſmiſimus, non laboribus, non expenſis pepercimus, ut per noſtram, ſi fieri poſſet, ſollicitudinem recens adhuc diviſio ſopiretur. Scientes quòd niſi peſtis hujuſmodi pullulans incidatur, difficilè poſtmodum eradicetur adulta, ſemperque ſit vetuſtate robuſtior. Tandem verò poſt regni diadema ſuſceptum, cùm Francofordiam rediiſſemus........ que ipſam majora dietim fomenta ſuſcipere cerneremus, habitâ cum venerabilibus & illuſtribus, tam electoribus, quàm aliis ſacri imperii prælatis, baronibus, proceribus, ac communitatum & univerſitatum generalium ſtudiorum ambaxiatoribus, maturâ deliberatione, viſum nobis eſt in hac diviſione eccleſiæ, quæ non ſolùm ignaros & vulgares perturbet, ſed peritos etiam & doctiſſimos homines in diverſas ſententias prorupit, anteceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes, qui ut oriri ſchiſmata inter chriſtianos videbant, generalia erigi concilia mox procurarunt, ſicut de Conſtantino Magno, de Martiano, Valeriano, Theodoſio, Juſtino, & aliis pluribus Cæſaribus legitur, & de divæ memoriæ prædeceſſore noſtro Sigiſmundo præſens ætas recordatur: cujus operâ, induſtriâ, ſollicitudine, ſtudio, peſtiferum ſchiſma, quod annis ferè quadraginta univerſalem vexaverat Eccleſiam, in magna Conſtantienſi ſynodo finem accepit. Pari igitur modo ad reſarciendam præſentis diviſionis ruinam, neceſſarium exiſtimamus, generale concilium ab omnibus indubitatum teneri, ubi convenientibus totius mundi prælatis, & aliis fidelibus Deum timentibus, ac publicam ſalutem amantibus, tam de ſummo pontificatu, quàm de aliis rebus quæ catholicam fidem & univerſalis Eccleſiæ, necnon ſacrorum generalium conciliorum, & ſanctæ ſedis apoſtolicæ auctoritatem & ſtatum concernent, contentione ſemotâ, veritas ipſa ma-

Digitized by Google

nifeſtetur, & ſicut una eſt fides, unuſque Deus, ſic fiat unum ovile & unus paſtor, & ambulemus omnes in domo Domini cum conſenſu, edib... comeden..... quod ut utilius fieret, ſolemnes oratores noſtros ſil..... præfatis electoribus verſus Baſileam & Florentiam ad utramque partem tranſmiſimus, magna cum inſtantia poſtulantes, ut ambæ partes conferrent, quatenus modis congruis ad generalis concilii ab omnibus indubitati, congregationem infra unius anni ſpatium perveniretur, in loco nobis & dominis electoribus grato, & rebus gerendis accommodo; ſed redeuntibus oratoribus noſtris nequaquam perſpeximus ex iis quæ nobis reſponſa ſunt pacis viam patere. De qua re magno dolore compungimur, non tamen propoſitum concordiæ procurandæ depoſuimus; ſed quantò difficilior res eſſe videretur, tantò majore conatu duximus amplectendum. Confidimus enim in Domino, quòd Eccleſiam ſuam non derelinquat, cum qua ſe velle perſiſtere uſque ad conſummationem ſæculi repromiſit. Repetentes igitur alias immo officii debitum, qui protectionem Eccleſiæ noſtris quamquam inſufficientibus humeris & advocationem gerimus, volentes, ut tenemur, chriſtianæ religionis calamitatibus obviare, rurſum ad feſtum ſancti Martini proximè inſtans in oppido noſtro Nurembergenſi aliam dietam cum prædictis electoribus, ceteriſque prælatis & principibus, necnon communitatum & univerſitatum ſtudiorum oratoribus duximus celebrandam, ut inibi cum eiſdem & aliis regum & principum oratoribus, qui affuerint, juxta ea quæ in proxima Nurembergenſi dieta deliberata fuerint, perſonaliter conveniendo, de modis congruis, per quos dictum concilium pro pace & unione Eccleſiæ celebrandum quantocius fieri queat, poſt diſſolutionem dictæ dietæ feliciter inchoari, ac votivè poſtmodum terminari poſſit abſque ulteriori mora diſponamus, neque propter iſtam vel aliam perſonam ſcandalum patiatur Eccleſia & chriſtiana religio, nec amplius peſſundetur. Quia tamen hujuſmodi negotium arduum eſt, & totam chriſtianitatem concernit; opus nobis eſt ad hujuſmodi rei complementum, ut etiam ceteri fratres noſtri cariſſimi reges & alii nobis aſſiſtant, quos ſanè pronis animis & ſingulari affectu & lætiſſimo corde propoſitum noſtrum credimus ſuſcepturos, cum non commodum noſtrum, aut honorem, ſed communem aut publicam proſequamur utilitatem, pacem quam ſemper dileximus promovendo. Cumque nihil nos moveat quàm fidei zelus, & Eccleſiæ cujus advocati ſumus commiſeratio, qui nimis inviti cernimus inconſutilem CHRISTI tunicam & deſuper contextam, quam perfidi Judæorum ſatellites ſcindere non auſerunt, ab impiis chriſtianorum manibus lacerari. Inter alia autem, quorum nobis ad reintegrandam Eccleſiam confidimus adeſſe præſidia, ſpem magnam in veſtra ſerenitate poſuimus, quæ ſemper ad pacem & commune bonum extitit inclinatior, progenitores ſuos imitans, quorum clariſſima geſta pro chriſtianæ fidei exaltatione, & Eccleſiæ catholicæ tranquillitate, totus orbis admiratur & laudat: quibus ex rebus indubiè credimus ad extirpationem præſentis ſchiſmatis, fraternitatem veſtram totis affectibus animatam exiſtere, & magnopere optare, ut quàm celerrimè pax in Eccleſia reformetur, quâ ſpe veluti certitudine quâdam permoti, confidentiùs veſtram ſerenitatem duximus exhortandam, ut ad prædictum concilium, poſtquam indictum fuerit, prælatos dominiorum veſtrorum & oratores veſtros ad providendum Eccleſiæ, tollendumque ſchiſma, deſtinare non omittatis, ut unitas atque tranquillitas in chriſtiano populo reparetur: ſed omnino ad rem hanc tam ſalubrem, tam optatam, tam .... atque ſanctam nobiſcum ſentire, & pari voto velitis concurrere, utque patentibus brachiis noſtram intentionem ſuſcipientes, cooperemini quod dominicus grex ſalvetur, & non ſit ampliùs ruina. Confidimus enim quòd nihil apud veſtram ſerenitatem plus valeat, quàm veritas, quàm unio, quàm animarum ſalus, & orthodoxæ fidei propagatio, quæ omnia ſicut cernitis propter diviſionem hujuſmodi, nimium ſuſtinent detrimenti. Agite igitur, rex inclyte, & amantiſſime frater, ſicut de veſtra ſincera mente ſanctaque voluntate fiduciam obtinemus, & inhærendo progenitorum veſtrorum veſtigiis, quemadmodum religioſiſſimus princeps pacis & veritatis amator fuiſtis, ſic & vos in hoc exhibete, negotio nobis, per latorem præſentium ante prædictam dietam in feſto ſancti Martini celebrandam de veſtra intentione reſpondendo, ut per veſtram & aliorum regum & principum operam, pax pulcherrima inter chriſtianos populos refloreſcat, & tam veſtrâ ſerenitate, quàm aliis cooperantibus ab eo qui cuncta videt, & nihil irremuneratum præterit bonum, cœleſtis retributio præmii rependatur.

Datum Viennæ primâ menſis Junii, anno Domini MCCCCXLIII. regni noſtri anno IV.

Hujuſmodi litteræ nihil valuerunt, quia factum eſt per imperatorem poſtmodum in contrarium paulo ante ſupervenientem obitum.

LETTRES ROYAULX

pour invocquer le bras ſeculier contre ceux qui voudroient doreſnavant faire la feſte aux fols, publiées & enregiſtrées au baillage de Troyes.

CHARLES par la grace de Dieu roy de France, aux bailly & prevoſt de Troyes, ou à leurs lieutenants, & à chacun d'eux, ſalut. *Anno 1449. Ex ſchedis D. Breyer theſaurarii Trecenſis S. Urbani.*

Noſtre amé & feal conſeiller l'eveſque de Troyes, nous a fait expoſer en complaignant, que combien que dés l'an MCCCCXXXVIII. par l'advis & deliberation de pluſieurs de notre ſang, & des prelats, chapitres, univerſités, & docteurs de noſtre royaume, a donné par notre commandement aſſemblez en un grand nombre en noſtre ville de Bourges, pluſieurs notables

tables & ſalutaires decrets fait par le general
concile de Baſle, du temps qu'il eſtoit tenu &
reputé par nous & par tous les princes chreſ-
tiens general concile, euſſent par nous eſté re-
ceus & acceptez pour le tres-grand & notoire
profit & utilité de tout noſtre royaume, pour
la reformation de l'egliſe, & le évident profit,
& ſalut des ames, entre leſqueulx decrets eſ-
pecialement y en a un fait & decreté par le-
dit concile, meſmement du temps que noſtre
ſaint pere le pape Eugene y avoit ſes vicaires
& lieutenants, qui preſidoint pour ly, par le-
quel decret eſt expreſſément deffendu aux gens
& miniſtres de l'egliſe certaine deriſoire &
ſcandaleuſe feſte, qu'ils appellent la feſte aux
fols, laquelle en pluſieurs egliſes cathedrales
& autres collegiales eſtoit accouſtumé de faire
environ les feſtes & octave de Noël, en laquelle
faiſant iceux gens d'egliſe irreverences & dé-
riſions de Dieu noſtre Createur, & de ſon ſaint
& divin office, au tres grand vitupere & diſ-
fame de tout l'eſtat eccleſiaſtique, faiſoint tou-
tes egliſes & lieux ſaints comme dehors, &
meſmement durant le divin office pluſieurs
grandes inſolences, dériſions, mocqueries,
ſpectacles publics, de leurs corps déguiſements,
en uſant d'habits indecents, & non apparte-
nants à leur eſtat & profeſſion, comme d'ha-
bits & veſtements de fols, de gens d'armes, &
autres habits ſeculiers, & les aucuns uſants
d'habits & veſtements de femmes, aucuns de
faux viſages, ou autres telles illicites manieres
de veſtements, & apoſtatant de leur eſtat &
profeſſion; par lequel decret tous les abus &
autres que l'on a couſtume de faire à ladite
feſte, euſſent eſté ſur certaines peines deffen-
duës: & nous pareillement, entant que faire
le pouvons, l'euſſions deffendus, parce que à
ladite aſſemblée reçûmes & acceptâmes icely
decret, comme il appert par noſtre pragma-
tique ſanction adonc ſolemnellement concluë,
& depuis publiée & enregiſtrée en noſtre cour
de parlement, & en pluſieurs autres lieux de
noſtre royaume; par vertu de laquelle, & en
obtemperant aucunement à icelle, les gens d'e-
gliſe de noſtre ville de Troyes, & en eſpecial
ceux de la cathedrale, & deux collegiales de
ſaint Eſtienne & ſaint Urbain, par aucunes
années ſe fuſſent retraits d'aucuns grands ex-
cez, abus, dériſions, inſolences, & mocque-
ries, qu'ils avoient accouſtumez de faire ou
temps paſſé, aux jours des feſtes des Innocents,
à la Circonciſion de Noſtre Seigneur, éſqueulx
ils faiſoint ladite feſte aux fols: neantmoins
cette preſente année, auxdites feſtes des Inno-
cents & Circonciſion derrain paſſées, ſous
ombre de ce que aucuns diſoint & publioint
noſtredite pragmatique ſanction eſtre revoc-
quée, & miſe au neant, à la pourſuite & in-
ſtance de l'eveſque de Brixe adonc meſſagier
apoſtolique à nous envoyé de par noſtredit
ſaint pere le pape, ils firent & ont fait ladite
feſte aux fols, en pluſieurs excez de mocque-
ries, ſpectacles, déguiſements, farces, rigme-
ries, & autres telles folies, qu'ils n'avoint

A oncques meſfait de memoire d'homme, & eſ-
pecial le Dimanche enſuivant, ceux de ladite
egliſe cathedrale, accompagnez de ceux des
devantdites collegiales egliſes, tous déguiſez
de diverſes manieres d'habits, non contents
des grands excez, & des rois qu'ils avoint faits
la veille, le jour, & le lendemain de ladite
feſte, firent à ſon de trompe aſſembler la plu-
part du peuple de noſtredite ville ou lieu plus
commun & plus frequenté d'icelle, & illec au-
B cuns d'eux ſur hauts échafaux firent certain
jeu de perſonnage, en vituperant, & injuriant
tacitement noſtredit conſeiller, & aucuns des
plus notables de ladite egliſe cathedrale, leſ-
quieux paravant pour la reverence de Dieu,
& l'honneur de l'egliſe, & auſſi en voulant
garder noſtredite pragmatique ſanction, avoint
obvié & reſiſté de leur pouvoir auxdits excez
& dériſions, que on ſeult faire à ladite feſte
aux fols; & en icely jeu entre les perſonnages,
il y en avoit trois, qui ſe nommoint *Hypocriſie*,
C *Faintiſe*, & *Faux-ſemblant*, par leſquieux com-
me diſoint & jugoint, leſdits joeurs entendoint
noſtre conſeiller & deux deſdits empeſchants
ladite feſte: duquel jeu les gens d'entendement
qui preſents y eſtoint, furent tres malcontents
& ſcandaliſez, & au ſurplus firent & perpe-
trerent pluſieurs grands excez, abus, & pechez,
qui ſeroint trop longs à raconter, & que pis
eſt, en faiſant icely jeu de perſonnages, dirent
aucunes paroles erronées, & ſentant mal en la
foy. Toutes leſquelles choſes venuës à la con-
D noiſſance de la Faculté de Theologie de noſtre
univerſité de Paris, & qui leur a ſemblé que
telles choſes ne ſe doivent aucunement taire
ou diſſimuler, les maiſtres d'icelle faculté de
Theologie, pour obvier de leur pouvoir aux
grands maux & excez deſſuſdits, & à ce
que en temps avenir telles choſes ne ſe dient,
ou faſſent. Par grande & meure déliberation,
ont fait & compilé certaine notable epiſtre,
pour icelle de par eux envoyer aux prelats &
chapitres de noſtredit royaume, en déteſtant
& condamnant ladite damnable feſte, comme
E ſuperſtitieuſe & paganique, laquelle premiere-
ment eut ſon introduction & commencement
des payens & incredules idolâtres, comme bien
XXXII. On trouve par ceulx qui les fuis du Turc ont cogneu ſes condicions & ſa puiſſance, qui eſt de l'âge de ving-trois à vingt-quatre ans, plus cruel que Neron, ſe delectant à reſpandre ſang humain, courageux & ardant de ſeignourer & converſer tout le monde: voire plus qu'Alexandre, ne Ceſar, ne aultre vaillant qui ait eſté allegué qu'il a plus grande puiſſance & ſeignourie que nul d'eulx n'avoit: & touſjours faiſoit lire leur hiſtoire, demande où & comment eſt poſé Veniſe, combien loing de terre ferme, & comme on y puet entrer par mer & par terre. Et tient legier luy feroit faire ung grand pont durant de Margara à Veniſe: pour pouvoir paſſer ſes gens d'armes. Pareillement demande de Romme où elle eſt aſſiſe, & du duc de Milan, & de ſes vaillans: & d'autres choſes que de guerre ne parle. Dit qu'il veult faire ſon ſiege à Conſtantinople; car là il veult faire merveilleux navires. Ainſi ne ſera comme il eſtime en mer & en terre celluy qui ne luy porte les clefs avant que l'attendre: conſiderant qu'il a prins Conſtantinople, la plus forte cité de Europe; & ſi forte, que on cuidoit que jamais combien qu'elle fuſt grande, le deuſt ſurmonter; & que luy & les ſiens ſont hardis & ingenieux en armes, tant que plus faire ſe peult, & ne ſont eſtimez de leur vie.

XXXIII. On eſtime que cet Eſté le Turc ne fera nul autre grant fait d'armes, mais entendra à ſes fais pour venir en Conſtantinople, ſes gens retourner vouldront chacun en ſa maiſon, pour recueïllir leurs biens, & repoſer; mais on peut bien tenir pour certain, qu'il ſe appreſtera merveilleuſement par mer & par terre, pour ſe mettre ſus en temps nommé.

XXXIV. Mais ſi les Chreſtiens y pourvoyent, on dit fermement qu'on le chaſſera du pays, & conqueſtera t-on le pays pour jamais. Et la maniere d'y pourvoir ſont ceſtes.

XXXV. Premierement il faut faire paix entre les princes Chreſtiens.

XXXVI. Item, fauldroit que les Veniciens, le duc de Millan, les Florentins, & autres ſeigneurs d'Italie feiſſent une armée de vingt mil chevaulx, & bien à point & autres bons capitaines, laquelle fuſt conduite par Albanie, juſques aux conduis des Chreſtiens, & là ſe poſer en leur fort en abundance de vivres, & que là ils ſeroient ſeurs, & incontinent Albanies, Sclavons, & autres nations Chreſtiennes, qui voulentiers vendroient pour deffendre la foy.

XXXVII. Par mer, oultre l'armée faite, à icelle fauldroit adjoindre une autre du roy d'Arragon, de Veniciens, de Jennevois, de corſaires, & aultres qui ſont à la marine, qui ſuffiroit à vaincre celle du Turc, ſe elle n'eſt plus groſſe qu'elle n'eſt à preſent: laquelle armée s'en alle au port de Negrepont, pour prendre Sacombolin & les aultres lieux du Turc, & obvier au paſſage de l'Eſcion, que le Turc veult faire de Turquie en Grece, & de Grece en Turquie.

XXXVIII. Item, fauldroit que l'empereur, les Hongres, les Boëſmes, les Pollons, & autres nations dudit pays, avecque Jehan Vamade, tres redoubté au Turc, feiſſent une autre ar-

Digitized by Google

mée, & entraſt en Grece par Andrinople, & autres lieux occupez du Turc, & faudroit tenir la maniere que toutes ces armées fuſſent ung temps auſdit lieux, & euſſent bonne intelligence l'un l'autre de ce qui s'enſuiroit en ceſt effet.

XXXIX. Le Turc qui à ceſte fois a fait tout ſon effort, n'a que deux cens mil hommes, que bons, que mechans, entre leſquieulx s'y a grant quantité de Chreſtiens, & autres ſes ſubgiez qui le ſuivent mal voulentiers, leſquieulx ſe ils ſentoient l'armée des Chreſtiens, l'abandonneroient, & ſe adjoindroient aux Chreſtiens.

XL. Item, le Turc par nature & uſance ne tient point la guerre à cité, ne à ville, ne à chaſtel; mais tient continuellement aux champs luy & toute ſa force, & pour ce ſe débilitera luy & les ſiens.

XLI. En oultre, les Chreſtiens de Ruſſie & des autres pays ſe vendroient tous à l'armée des Chreſtiens.

XLII. En outre, le Carraman, qui eſt grand ſeigneur, & ennemy capital du Turc, ſe adviſe que ſe Chreſtiens guerroyoient le Turc, & l'oppreſſent grandement, il leur fera guerre.

XLIII. En Grece n'aura marchant, ne laboureur, qui ne porte vivres aux Chreſtiens. Les vivres fauldront au Turc en Grece; le pays de Turquie luy ſera rompu par la mer; les Chreſtiens de Grece vouldront à l'eſpée recouvrir leurs terres & lieux occupez du Turc. Et auſſi ſe les armées s'approuchent pou à pou l'une de l'autre, il n'eſt nul doubte que en brief le Turc & ſon exercite ne ſoit du tout deffait.

XLIV. Se on n'y pourvoye diligemment, & que on donne temps & loiſir au Turc de ſe mettre à point à mer & en terre, il n'eſt nul doubte que il ne face grande eſclandre en chreſtienté, dont Dieu nous gard.

XLV. En ceſte gallée ſont revenus de Conſtantinople huit citadins Venitiens, & ſont là demourez trente-ſix gentils hommes, & aultres gens de bien prés de Carante. Dieu leur aide, quoyque on les conte en brief pour ſe deſpeſchier.

COPIE DES LETTRES envoyées à noſtre ſaint pere le pape par les Venitiens, faiſans mention de la prinſe de Conſtantinople.

Anno 1453. Ex mſ. Bigotiano.

TRes-ſaint pere, jaçoit que extimions que tant par les letetes de tres-reverend pere en Dieu monſeigneur l'archeveſque de Radieuſe legat apoſtolique eſtant cy, que aultrement, voſtre ſeignourie devant ces preſentes, avoit peu entendre l'orrible & tres-malheureux cas des citez de Peyre & de Conſtantinople, leſquelles citez le tres-maulvais empereur des Turcs a mis en ſa ſubjecion, avec la mort de pluſieurs Chreſtiens. Et comme ceſte choſe ſoit tant griefve, tant perilleuſe, que plus ne peult eſtre, de noſtre office avons veu ap-

A partenir de nuncer à voſtre Beatitude le douloureux dommage deſdites citez: nous ſommes par diverſes fois certifiez, ledit Turc perſecuteur de la Croix le XXVIII. jour de May derrier paſſé, aprés ung tres-aſpre bataille avoit ſubjugué la cité de Peyre, tous les Chreſtiens de ſix ans & au-deſſus tres-feloneuſement occis par glaive, & le XXIX. jour dudit mois enſuivant avoit debellé le port de Conſtantinople, tant par mer, que par terre, par toutes manieres de tourmens de batailles. Et ſemblable-
B ment eſtoit entré en icelle cité, avec mort incredible de tous les Chreſtiens illec trouvez de ſix ans & au-deſſus, de quelque eſtat ou poix. Tres-ſaint pere, moult eſt bien à juger cette choſe; & comme elle concerne l'eſtat & vie de tous Chreſtiens, nous ſommes tres-certains que voſtre Sainteté l'entend mieux que nous ne ſaurions prononcer. Ce toutesfois ne voulons pas paſſer en ſilence, nous avoir memoire depuis pou de ans la puiſſance ſiniſtre deſdits Turcs eſtre ſi grande, & avoir acquis tant de ſeignouries, il a eſte bien dur à eux reſiſter; &
C de preſent nous voyons icelle puiſſance eſtre tellement cruë par mer & par terre, que ſe noſtre miſericord Dieu, voſtre Sainteté, & les aultres puiſſances chreſtiennes, ne meſt toſt grant ſecours à ceſte maladie peſtilencieuſe, vendra ung tres-grant dommage à la religion Chreſtienne, & nous eſtre licite doreſenavant laiſſer faire audit cruel ennemy ce qu'il luy plaira. Il a maintenant acquis la cité de Conſtantinople; laquelle, tant à cauſe de ſon aſſiette, que de pluſieurs autres dignes condicions, eſt tres habille & ſouveraine à acroiſtre
D ſa puiſſance, en telle maniere que par-tout en la terre & en la mer ledit ennemis eſt moult à redoubter; & comme leſdites choſes ſoient telles, nous par noſtre accouſtumée filiale devotion, confians à voſtre Sainteté, comme à ſouverain paſteur de laditte religion, ſupplians que à ceſte maladie, au-devant que elle face plus de domage de mort, veüilliez remedier par tous les remedes & ſuffrages que verra voſtre grant ſapience, afin que pluſieurs grans perils & dommaiges ne viennent au nom de
E toute la chreſtienté. Meſmes prions voſtre Clemence, que avec celeritez vueilliez mander à voſtre legat, que ſoient armées, & incontinent deſpeſchiez les cinq gallées, qui furent pieça ordonnées eſtre armées, & aultres meilleurs habillemens & plus puiſſantes. Et certainement, entant que nous pourrons, nous ne obmettrons rien des choſes poſſibles, que nous ne mettions aide en ceſte beſoigne.

Eſcript le derrain jour de Juing, l'an MCCCCLIII.

F

CONCORDIA inita inter JOHANNEM archiepiſcopum Turonenſem & RADULFUM Dolenſem epiſcopum, de jure viſitationis.

Anno 1452.

SUper materia quæſtionis ortæ, ſeu veriſimiliter oriri ſperatæ, ſeu formidatæ pro &

ad cauſam viſitationis eccleſiæ, civitatis, & A dioœceſis Dolenſis, in capite & in membris inter reverendiſſimum in Christo patrem & dominum, dominum Johannem archiepiſcopum Turonenſem, & reverendiſſimum in Christo patrem, dominum Radulfum epiſcopum Dolenſem, quædam pacis & concordiæ media utrimque aperta ſunt pro ſe, ſuiſque ſucceſſoribus & ſubditis ipſius domini Dolenſis viſitabilibus in perpetuum valitura, & primo quod epiſcopus Dolenſis pro tempore exiſtens per ſe, vel ſi legitimè impeditus B fuerit, aut abſens à ſuis civitate & dioœceſi in remotis fuerit, per vicarium ſuum ad hoc ſpecialiter conſtitutum, cum certis de ſuis civitate & dioœceſi, quos ſecum ducere voluerit in competenti numero, ad mandatum archiepiſcopi pro tempore exiſtentis, vel alterius ad hoc poteſtatem habentis in curſu ſuæ provincialis viſitationis comparebit ſolemniter viſitandus, pro ſe & omnibus eccleſiis dictarum civitatis & dioœceſis viſitabilibus, ita quod nullus de civitate & dioœceſi prædictis, ad aſſiſtendum, vel C intereſſendum hujuſmodi viſitationi aſtringi, ſeu compelli valeat, epiſcopo & aliis ſupradictis dumtaxat exceptis. Item, quòd comparitio & viſitatio prædictæ fient ſemel dumtaxat in vita uniuſcujuſque archiepiſcopi Turonenſis pro tempore exiſtentis, licèt durante ipſius archiepiſcopi vitâ, plures in Dolenſi eccleſia epiſcopi ſuccedant. Fient etiam dictæ comparitio & viſitatio in loco & eccleſia de *Bobital*, Dolenſis dioceſis, prope Dinimium, & non alibi. Item, quòd ipſe Dolenſis epiſcopus pro D tempore exiſtens, ſeu ejus, ut præfertur, vicarius, cum prædictis aliis archiepiſcopum pro tempore exiſtentem in dictis loco & eccleſia de *Bobital*, dictæ Dolenſis dioceſis, cauſâ viſitationis, ut prædicitur, accedentem, ut decet, & prout ſibi conſuetum eſt fieri in aliis eccleſiis ſuæ provinciæ, honorificè & ſolemniter recipiet. Item, quòd & poſtmodum viſitatione, tam ſacramentorum illius eccleſiæ de *Bobital*, quàm ipſius epiſcopi, ac ſuæ civitatis ac dioceſis in perſonas ipſius epiſcopi, & illorum E quos ſecum ducet per archiepiſcopum tunc exiſtentem, vel procuratorem ſuum, ut præfertur, factâ pro procuratione ipſius, & aliorum locorum & eccleſiarum dictarum civitatis & dioceſis viſitabilium, & etiam pro penſionibus eidem archiepiſcopo debitis, tenebitur idem epiſcopus Dolenſis pro tempore exiſtens eidem archiepiſcopo ſolvere in continenti, vel ſaltem infra diem naturalem ſummam ſexaginta ſcutorum auri, quorum ſexagintaquatuor faciunt marcam. Item, quòd viſita- F tione hujuſmodi, ut præmittitur, factâ, dominus archiepiſcopus pro tempore exiſtens, vel ejus procurator ad hoc poteſtatem habens, poterit ad eccleſiam Dolenſem accedere, qui per epiſcopum, vel caſu prædicto, vicarium capitulumque, & collegium Dolenſe ibidem, tunc honorificè & proceſſionaliter recipietur, nec propter hoc aliquid aliud præter procurationem prædictam exigere, nec alium actum viſitationis provincialis in prædicta eccleſia Dolenſi, ſeu aliis eccleſiis dictarum civitatis & dioceſis exercere poterit. In ceteris tamen, juribus, privilegiis, libertatibus & honoribus metropolitanæ Turonenſis & Dolenſis eccleſiarum ſemper ſalvis. Item, quòd idem dominus archiepiſcopus Turonenſis erga capitulum Turonenſe, ipſe verò dominus Dolenſis erga capitulum Dolenſe & alios, quorum forſan intereſt, ſi qui ſint præmiſſa laudari, ratificari & approbari, hinc inde procurabunt infra primam diem menſis Julii proximè futuri; quâ die tenebuntur dictæ partes, ſeu earum procuratores ad hoc poteſtatem habentes comparere Andegavis in eccleſia majori, cum certis de ſuis eccleſiis ad hoc ſpecialiter mandatum habentibus, ut ratificetur & approbetur hujuſmodi accordum ſeu concordia, vel infirmetur. Item, quòd ſi contigerit præmiſſa per dicta capitula, ſeu aliquod eorum non approbari hujuſmodi accordum & concordia, pro nullis habeantur. Et poterit dominus præfatus archiepiſcopus, ſi velit, ad viſitationem civitatis & dioceſis Dolenſis, non obſtante hujuſmodi dilatione, ſeu interruptione præſentis ſuæ viſitationis, perinde ac ſi in curſu hujuſmodi adhuc eſſet, ſalvis tamen exceptionibus & defenſionibus ipſius epiſcopi & Dolenſis eccleſiæ, & aliarum eccleſiarum Dolenſis dioceſis viſitabilium illo tunc proponendi & allandi, ita quòd per hujuſmodi dilationem & interruptionem nullum jus novum, tam in poſſeſſorio, quàm in petitorio acquiretur eccleſiis Turonenſi & Dolenſi, nec ipſis præjudicabitur in futurum in aliquo. Sed omnia jura ambarum eccleſiarum inviolata manebunt & illæſa, & in ſtatu in quo de præſenti exiſtunt, & perinde ac ſi hujuſmodi dilatio ſeu ſuperceſſio facta non fuiſſet. Item etiam, quòd ſi contingat hujuſmodi accordum ſeu concordiam per capitulum Dolenſe non approbari, pro intereſſe dicti domini archiepiſcopi Turonenſis hujuſmodi dilationis tenebitur præfatus dominus Dolenſis, & promittit ſolvere eidem archiepiſcopo moderno infra finem menſis Auguſti inde proximè ſequentis Turonis unam marcam auri. Si verò dictum accordum, ſeu concordia, ſuum contingat ſortiri effectum, per alium poterit hac vice ſine alia facultate idem archiepiſcopus, ſi voluerit, modo & formâ præmiſſis viſitare, & dictam procurationem exigere, ceteraque prædicta facere & adimplere. Item, ut ipſe dictus epiſcopus Dolenſis pro tempore exiſtens, ſolutionem dictæ ſummæ ſexaginta ſcutorum auri pro procurationibus & penſionibus, ut præfertur, conventæ commodiùs ſolvere valeat, ipſe dominus Johannes archiepiſcopus pro ſe & ſucceſſoribus ſuis ex nunc cedit & transfert omnem actionem, omne jus, & omnem titulum, quæ ſibi competunt, aut ſi viſitaret, competere poſſent adverſus illos qui ſequuntur: videlicet capitulum Dolenſe, abbatiam ſancti Jacuti, abbatiam de Troncheto, priorem de Dolis procurationes integras, necnon priorem de ſancto

Digitized by Google

Brolando quadraginta ſolidos, priorem de Monte Dolenſi viginti-quinque ſolidos, priorem de Ponte Dinamii quinquaginta ſolidos, priorem *de l'Amour* ſexaginta ſolidos, & adverſus omnes & ſingulos alios, ſi qui ſint ad procurationes & penſiones hujuſmodi, ſi viſitaret, de jure obligatos. Item, ſi contingat hujuſmodi fieri concordiam, & ut prædicitur, ratificari præfati domini, &c. Hæc tempore Guillelmi abbatis ſancti Jacuti, & Ægidii de Troncheto, cujus litteræ ibidem habentur. Anno MCCCCLII.

BULLA NICOLAI PAPÆ V.

Concedit indulgentias feſtum beatæ MARIÆ *de Nive in provincia Rothomagenſi celebrantibus.*

Anno 1454. *Ex mſ. S. Audoëni Rotomagenſis.*

NICOLAUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Etſi, Prophetâ dicente, Dominum in ſanctis ſuis laudare deceat: quantò magis Regina cœlorum Virgo Dei Genitrix glorioſiſſima, flos ſanctitatis, vas cœleſtis gratiæ, mundiſſima, omnium virtutum floribus redimita, mater gratiæ, mater miſericordiæ, humani generis conſolatrix, quæ illum quem cœli capere non poterant, ſuo gremio pertulit; pro tam ſalubribus, tamque copioſis beneficiis; quæ ejus interceſſione populus chriſtianus evidentibus miraculis quotidie recipit; devota meretur ſingulis diebus, & præſertim hiis in quibus eidem populo manifeſtè apparuit, & prodigia fecit, veneratione collaudari, ut ejus memoria celebrior habeatur; ac fideles ipſi, præter temporalia commoda, ſpiritualia etiam ſtipendia conſequantur. Cùm igitur dilectus frater noſter GUILLELMUS, tituli ſancti Martini in Montibus preſbyter cardinalis de Eſtoutevilla, archiepiſcopus Rotomagenſis ferventiſſimo zelo devotionis indutus, cupiat ut in ſuis provincia & diœceſi Rotomagenſi, feſtum beatæ MARIÆ de Nive, quod eſt quintâ die menſis Auguſti, annis ſingulis perpetuò celebretur, mandantes omnibus ſingulis epiſcopis ac prælatis ejuſdem provinciæ, quatenus publicè in eccleſiis præcipiant eiſdem fidelibus per hujuſcemodi, eâdem die debeant & teneantur celebrare. Et nihilominus ut fideles ipſi eò libentiùs ad colendum feſtum ipſum inducantur, quò inde dono gratiæ cœleſtis uberiùs conſpexerint ſe refectos: de omnipotentis Dei miſericordia & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus verè pœnitentibus & confeſſis dictum feſtum devotè colentibus, qui in Rotomagenſi & aliis cathedralibus, collegiatis, conventualibus, & parochialibus eccleſiis, monaſteriis, & prioratibus quorumcumque ordinum, etiam mendicantium, exemptis, & non exemptis, dictæ provinciæ, majori miſſæ in die ejuſdem feſti perſonaliter interfuerint ſeptem annos & totidem quadragenas de injunctis eis pœnitentiis perpetuò miſericorditer relaxamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti, ordinationis, mandati, &c. relaxationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hæc attentare præſumſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ MCCCCLIV. Non. Aprilis, & pontificatûs domini noſtri VIII. *Sic ſignatum in margine inferiori ſubtus plicam; & ſupra plicam.* Gratis pro perſona domini cardinalis. JOHANNES BAPTISTA.

LITTERÆ CAPITULI S. MARTINI Turonenſis ad ſummum pontificem.

Poſtulat canonicis facultatem ſibi eligendi confeſſorem.

Ex mſ. S. Martini Turonenſis.

BEatiſſime Pater, ut animarum ſaluti devotorum oratorum veſtrorum modernorum decani & capituli, ſingulorumque canonicorum & perſonarum eccleſiæ beatiſſimi MARTINI Turonenſis ad Romanam eccleſiam nullo medio pertinentis ſalubriùs conſulatur, ſupplicant Sanctitati veſtræ iidem decanus, capitulum, canonici, ac perſonæ præfati, quatenus ſibi & eorum cuilibet, ut preſbyter idoneus, ſæcularis vel regularis, quem eorum quilibet in ſuum confeſſorem duxerit eligendum, ipſorum confeſſionibus diligenter auditis, ipſos & eorum quemlibet ab omnibus & ſingulis peccatis, criminibus, delictis, & exceſſibus ſuis, tam commiſſis, quàm omiſſis pro tempore, etſi etiam ſint propter quæ ſedes apoſtolica eſſet meritò conſulenda; necnon ab omnibus & ſingulis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, in ipſos & quemlibet ipſorum à jure vel ab homine quâvis cauſâ vel occaſione latis, inflictis, ſeu promulgatis, & quibus ipſe vel eorum alter pro tempore ligatus extiterit, quotiens fuerit opportunum, in foro conſcientiæ dumtaxat abſolvere, ſecumque ſuper irregularitate præmiſſorum occaſione forſan contracta diſpenſare, ſibique pro commiſſis pœnitentiam ſalutarem injungere; eiſque & cuilibet eorum plenariam remiſſionem omnium & ſingulorum peccatorum, criminum, & exceſſuum prædictorum in mortis articulo impendere liberè & licitè poſſit & valeat; tam ipſis oratoribus, & eorum cuilibet; quàm per eos confeſſoribus eligendis facultatem & auctoritatem concedere & indulgere dignemini de gratia ſpeciali, in contrarium facultatibus non obſtantibus quibuſcumque, & cum clericis opportuniùs fiat, ut petitur in forma eccleſiæ.

Et cum plenaria remiſſione in mortis articulo.

Et quidem ſimplex ſignatura ſufficiat abſque litterarum expeditione. FIAT.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum pridie Idus Auguſti anno primo.

Digitized by Google

LITTERÆ GUILLELMI Rotomagenſis archiepiſcopi, & cardinalis, ad monachos S. Michaëlis in periculo maris.

Concedit eis facultatem miſſas celebrandi in infirmitorio coram ægrotis.

Anno 1454. Ex autographo.

GUILLELMUS miſeratione divinâ tituli ſancti Martini in Montibus ſacro-ſanctæ Romanæ Eccleſiæ preſbyteri cardinalis Eſtoutavillâ vulgariter nuncupatus, archiepiſcopus Rotomagenſis, dilectis nobis in CHRISTO vicario, priori & ſuppriori monaſterii Montis ſancti Michaëlis, Ordinis ſancti BENEDICTI, Abrincenſis diœceſis, ſalutem in Domino.

Eximiæ devotionis affectus quem ad Romanam geritis Eccleſiam, non indignè meretur, ut petitionibus veſtris, illis præſertim per quas animarum ſaluti monachorum dicti veſtri monaſterii, & aliorum inibi eiſdem famulantium, & eorum ſubditorum conſulitur, quantùm cum Deo poſſumus favorabiliter annuamus. Veſtris itaque in hac parte ſupplicationibus inclinati, vobis, & cuilibet veſtrûm, ac vicario, & ſucceſſoribus veſtris, prioribus & ſupprioribus pro tempore exiſtentibus, ut vobis & ipſis, ac veſtrûm, & eorum cuilibet liceat quotieſcumque aliquem, ſeu aliquos ex vobis, ſeu aliis religioſis, ſeu familiaribus ejuſdem veſtri monaſterii, quâcumque debilitate, ſeu ægritudine infirmari contigerit, in loco infirmariæ ejuſdem veſtri monaſterii, ſeu alio quocumque congruo & honeſto infra ſepta præfati veſtri monaſterii dumtaxat, in quo vos & ipſi infirmi collocati forſan fueritis, ſuper altare portatile, per aliquem ex religioſis dicti veſtri monaſterii ſacerdotem idoneum miſſas & alia divina officia, ſine juris alieni præjudicio, in veſtra & eorumdem infirmorum præſentia cum debitis reverentia & honore celebrari facere, auctoritate apoſtolicâ ſufficienti ad hoc poteſtate ſuffulti, tenore præſentium indulgemus.

Datum in dicto veſtro monaſterio Montis ſancti Michaëlis dictæ Abrincenſis diœceſis, anno Incarnationis Dominicæ MCCCCLIV. die verò IV. menſis Octobris, pontificatûs ſanctiſſimî in CHRISTO patris & domini noſtri, domini NICOLAI divinâ providentiâ papæ V. anno VIII.

EPISTOLA GUILLELMI DE URSINIS cancellarii Franciæ ad capitulum ſancti Martini Turonenſis.

Gratias agit de canonicatu nato ſuo conceſſo.

Anno 1461. Ex autographo.

TRes venerables & diſcretes perſonnes, & tres-honorés ſires, je me recommande à vous & chacun de vous tant affectueuſement & de bon cueur comme je puis. Et vous plaiſe ſavoir que j'ai ſceu par meſſire Simon Briſſonnet mon chappelain, & veu par effet le grand amour & affection que avez à moy & mon fils ainſné maiſtre JEHAN JUVENEL DES URSINS, auquel avez donné & conferé une des prébendes de voſtre egliſe de monſieur ſaint Martin, en le préferant à pluſieurs grans & notables gens reguerans icelle : en quoy m'avez fait & à luy un tres-grant honneur, dont tant & iterum tant comme je puis, je vous remercie, tant en general, que particulier. Et pource que perſonnellement je vous ay autresfois fait de ce la requeſte, comme vous ſavez, ſi je feuſſe prez de vous perſonnellement, vous en feiſſe la regratiation, mais vous m'en aurez, s'il vous plaiſt, pour excuſé. Et croyez, que s'il eſt choſe que pour voſtreditte egliſe, vous & les voſtres en general & particulier faire puiſſe, je le feray voulentier & de bon cuer, en me le faiſant ſçavoir, au plaiſir de noſtre Seigneur, qui, tres-venerables & diſcretes perſonnes, & tres-honorez ſires, vous doint bonne vie & longue.

Eſcript à Mehun ſur Yevre le XX. jour de Juin.

Le voſtre GUILLAUME DES URSINS chancelier de France.

Et ſur le dos :

A tres-venerables & diſcretes perſonnes, & tres-honorez ſires, meſſeigneurs les doyen, & chapitre de l'egliſe monſeigneur ſaint Martin de Tours.

Recepta & lecta in capitulo die VII. *Julii, anno Domini* MCCCCLXI.

EPISTOLA JOHANNIS DE BAR epiſcopi Belvacenſis ad dominum de Baſanges.

A mon tres-cher & tres-honoré ſeigneur & couſin, monſieur de Baſanges, conſeiller du roy noſtre ſire.

Pour Dieu, liſez tout bien à loiſir.

Anno 1465. Ex mſ. inſi. Belvac. Godef. Herman.

MOnſieur mon couſin, je me recommande de tant affectueuſement & de bon cueur comme je puis, deſirant ſavoir de vos nouvelles. Quant eſt de moy, j'ay eſté devers monſieur le duc de Normandie, qui m'a mandé par trois fois, & à la derniere m'a offert l'office de confeſſeur à deux mille livres de penſion, avecques ce diſtribuer tous les benefices du patronage de la duché par mes meins, & puiſſance de donner par moy tous les hoſpitaux & maladreries dudit duché. Deul & terrible deſplaiſir des eſtats de mes pere & freres m'ont avancé de tirer juſques-là, & incontinent que gy ay eſté, on m'a voulu faire faire ſerment de ſervir le duc envers toux & contre toux. J'ay reſpondu que je le ferois hors la perſonne du roy; car je ſuis vaſſal du roy, & tiens mon temporel & comté nueement du roy. A cette cauſe, je ne la puis faire autrement. Deux ou trois me commencer à aboyer & dire villenie. Lors je leur dy que je ne croyoie pas que

monſieur le duc, pour quelque neceſſité qu'il euſt, voulſiſt faire ſerment de ſervir empereur, ou autre prince terrien contre le roy ſon ſouverain ſeigneur, & qu'il avoit fait ſon ſerment pour une duché, & moy pour une comté. Somme que j'ay eſté tres bien treſmouſſé, & me ſuis tellement défendu, que je ſuis en ma maiſon tel ſerviteur envers mon ſouverain ſeigneur, que je dois eſtre, & Dieu me doint la mort, avant que je fuſſe autrement. Monſieur le grand vicaire m'a dit des choſes tres-bonnes & profitables, & m'a tres-fort reconforté pour l'honneur du roy, diſant que j'eſtois bon champion; & quelque choſe qu'il en ſoit, jamais je n'eus inclination de ſervir ledit duc, ſans le congé & bon plaiſir du roy. Auſſi gy allois principalement pour recevoir deux mille frans de la vente d'une maiſon qui appartient à mon pere, en laquelle mondit ſeigneur le duc veult faire tenir ſa chambre des comptes. J'euſſe preſentement eſté devers le roy, pour luy dire des choſes qui luy ſeroient agreables, profitables & honorables: mais je n'ay dequoy, mon eveſché n'eſt qu'en blé; & depuis que je ſuis eveſque, rien n'eſt venu en vente, & ay deſpenſé en Bourbonnois ſix cens eſcus. En effet ſi plaiſt au roy que je voiſe devers luy, & me donner dequoy y aller, je luy diré des choſes, dont il ne vouldroit avoir cinquante mille eſcus, & il ne les ſceuſt, car jamais à perſonne ne les diré que en ſa preſence. Je vous ſupplie reſponſe par mon homme, & tres-bonne recommandation à la perſonne du roy; & puiſque je ſuis & ſeray tel que je dois eſtre envers luy, j'ay eſperance qu'il m'ara touſjours pour recommandé. Ledit grand vicaire m'a promis venir devers moy à Beauvais, ſi ſcet que je tire devers le roy. Si vous plaiſt, vous le direz au roy, & faites tout promptement & ſeurement, & prenez bien ce que je reſcris pour le roy, car il touche principalement ſon profit: & quand il toucheroit ſa perſonne, gyroie nus pieds, & coquinant mon pain, que je n'y alaſſe. Mais qui a dommage en labour, n'en a que poureté & plour. Mon bon ſeigneur & couſin, je prie au benoiſt Fils de Dieu, que vous veule garder, & vous donne ce que vous deſirez.

Eſcrit à Beauvais le XXVII. jour de Novembre.

Voſtre poure couſin l'eveſque de Beauvais.

Recepta fuit hæc epiſtola ultimâ die Novembris MCCCCLXV.

Ex mſ. hiſt. Belvacenſi, auctore Hermanno, qui autographum à domino d'Herouval *acceperat.*

EPISTOLA ROBERTI GUAGUINI ad Franciſcum *Ferrebout* pontificii juris laureatum.

Galliam Hiſpaniæ longè præcellere.

Anno 1468. *Ex mſ Bigotiano.*

FRanciſco *Ferrebout* pontificii juris laureato, frater Robertus Guaguini de ordine ſanctæ Trinitatis & Redemtionis captivorum, ſalutem plurimam dicit.

Eſt mihi, Franciſce, quotidianum ferè certamen cum Hiſpanis inter jocandum, Gallia-ne ſit, an Caſtella feracior. Non enim illos audio ſine animi moleſtia, ſeſe telluremque ſuam plus juſto prædicare. Vix deſinunt, vel uberem glebam, vel gentis ſuæ fortitudinem efferre, & nemoroſam, ut dicunt, Galliam verbis dejicere. Ego itaque contra, etſi unus atque modicus, extollo tamen natale ſolum, neque illis facilè concedo ſuam plagam noſtræ præſtare. Summam autem omnium quibus tantoperè ſe jactitant, tibi potiſſimum deſcribo, quod eum te eſſe novi, qui poſt commodiores alias tuas prope quotidianas lites, rerum novellarum cognitu, & hujuſcemodi concertationum auditu mirum in modum delectaris. Ferunt inprimis deorum munera Cereris & Bacchi frumentum & vinum. Addunt olivas, palmas commemorant, ceteroſque fructus, plus quidem damnoſæ voluptati quàm neceſſitati quærendos. Greges atque armenta ſubjiciunt: oppida urbeſque dinumerant. Caſtella admodum magni pendunt; extollunt tranquillos maris portus. Auri venas argentique, & quorumpiam metallorum fodinas gloriantur habere: Vires armaque, & belli gloriam ſibi poſtremò conſtituunt. Et hæc tam extremè omnia, ut pene intolerabilis eorum arrogantia vel inſolentiſſimo cuique videatur. Quid enim præmiſſorum noſtræ Galliæ deeſt? Si Flandriam, duaſque ſibi proximas Rheni inſulas Hollandiam atque Zelandiam tollis, quis ibi locus non plenus frugibus? Cùm enim Gallia ſit ſupra ceteras orbis plagas populoſior, ipſa una ſuæ genti uberem victum ſuppeditat. Nihil ad eam frumenti defertur ab exteris. Vineas paſſim colit, abſque paucis, qui in Belgis & Neuſtria ad Oceanum ſunt populis; quibus tamen & Aquitania & Celtica copioſiſſimè vina ſufficiunt, & ita ſufficiunt, ut inde ad Anglos Scotoſque tranſmittant: fitque ſæpiùs ut eructantibus promtuariis, nihil fere vilius frumento reputetur, niſi navigiis exportetur venale. Fructuum verò pleni ſunt Hiſpani, eorum videlicet, quibus ſine facile vitam exigamus. Eos tamen quos dixi fructus, olivas, palmaſque, itemque ficus, uvas paſſas, mala punica atque granata, melones, peponeſque, cucumeres & citrulos, fert non omnis Hiſpania. Eſt enim Caſtella atque Gallecia, totuſque longè patens Mons Pirenæus horum fere omnium expers: quorum etiam aliquid Gallia poſſidet. Namque Provincia atque ager Narbonenſis, cui nunc extenſiore vocabulo, Linguam-occitanam adjicimus, olearum plenus eſt & croci, palmas habet Provincia. Illic mala exuberant, nec melonum peponumque expers eſt celebris Pariſius. Quòd ſi his Gallia ſuperatur, non eo ipſo dedignemur, ſed naturæ gratias agamus, quæ irritamenta voluptatis & gulæ à nobis procul egit. Horum loco arbores nobis propagavit fructiferas, quas illic eadem negavit. Sunt pira pomaque nobis in annuum eſum, quæ

illi cùm pauca habeant, non ſunt hujuſmodi, nec in reliquos poſt autumnum menſes reponenda. Ceteros verò Galliæ fructus quid numerem pene innumerabiles? qui vel ſpecie ſunt Caſtellanis incogniti, quique illis ſuis aromaticis ad ſola medicamina commodatis fructibus, facilè, ſi quod naturæ ſatis eſt inſpicimus, antecellunt. Conferamus, precor, armenta, nec greges omittamus. Hæc quidem illis omnia ſunt cum ad laborem aſſueta, tum etiam menſis ſuavia. Sed mihi crede, vir optime, damarum ac aprorum greges, cervorumque catervas, ſi in patentes campos ex Galliarum ſylvis proſiliant, poſſe illorum fere totis pecoribus anteponi. Sed habeant, ut volunt, armenta, gregeſque; poteruntne idcirco de illorum numeroſitate nobiſcum contendere? Quæ regio in terris paſcuorum atque nemorum Gallia refertior? Non præponat illis ſuos arentes campos Hiſpania, quos in dies prope ſingulos pro illorum ariditate attentiùs commutent paſtores neceſſe eſt. Eſt enim regio (Caſtellam dico) prope omnis arenoſa, & quæ in pulveres quamprimum ſolvatur, niſi fuerit impluta frequentius: ideoque gignendis herbis minus eſt aptior. In hortis propterea, quos vel amœnitatis, vel utilitatis gratia ſibi colunt, lacunas habent aut puteos, ex quibus per frequentes alveolos ad ſingulas hortorum partes aquas magno labore diffundunt: qui labor Gallis abeſt longiſſimè naturæ beneficio quæ per omnes Gallias, aut fontes, aut fluvios, velut in corpora venas diſpartivit. Hinc prata vireſcunt; hinc adoleſcunt herbæ: hinc omnis Gallicus ager tum irriguus, tum herbidus, paſcuus, jocundus lucis, ſylvis percommodus, peramœnus nemoribus eſt. Quis igitur hæc paſcua, hæc gramina depaſcitur? Parum norunt Caſtellani quid de Gallis loquitur Italus. Italus, inquam, morum totius gentis acerrimus, & idem non iniquus cenſor, Gallos videlicet ut lupum carnes devorare. Sciant igitur, ſciant ex adverſo contendentes, Gallicam plagam abundare pecudibus, avibus, feris, atque domeſticis, quibus vel ad neceſſitatem, vel ad voluptatem fruantur incolæ. Ingrediamur civitates, & caſtella ſubeamus. Si rectè putent, illas neque numero, neque ſtructurâ, ſed neque populi frequentiâ pares Gallicis urbibus comperient. Ædificia nempe ſingula Caſtellæ cùm nec compacta ſint, plurimum loci occupant: & cùm ſint terrea, minus decoris, minuſque perpetuitatis obtinent. Ita fit ut protenſi parietes, & pauca vaga tecta mœnia diſtendant oppidorum. Vias quibus nullum ineſt pavimentum, per hyemem altiſſimum lutum inquinat: per æſtatem denſiſſimi pulveres nunc obambulantium greſſibus, nunc modico turbine in aërem lati, oculos hominum, atque ipſum ſolem obturbant. Quid de propugnaculis noſtris? quid de altiſſimis foſſis? quid de aggeribus loquar? æternis munimentis urbium Gallicarum? Hæc illis comparata tantùm efferri digna ſunt, quantùm lenta ſolent inter viburna cupreſſi. Illa futilia, hæc ſolida. illa per

A ſingulas ætates reſarcienda ſunt, hæc lapidibus cementoque glutinata, vix finem accipiunt. Sed numero fortè caſtellorum Gallia videbitur inferior. Sunt enim Caſtellanis firmiſſimæ arces, & quidem permultæ, plurimumque in excelſis conſtructæ. Verùm ſi loci ſitum non attendis, erit illis parum firmamenti, & nihil tutelæ regioni conferentes. Nam quod anguſtæ atque in ſublimi locatæ ſunt, quos capiunt tutantur, & quidem ſecuriſſimè; ferre autem ſubſidium, & in adventantes hoſtes irrumpere

B non poſſunt. Noſtra verò, vel quæ in rupibus, ſeu juxta altiſſimos profluentes, vel paludes perpetuas locata ſunt, quemadmodum permanenti ſtructurâ, ita fiunt multa amplitudine, magnifica, atque vel ut ipſis loquacibus apertum ſit aliquando ineſſe Gallicæ genti caſtella, Arvernos luſtrent, circumeant Allobrogos, Neuſtriam recenſeant, omneſque Belgas, denique omnem Galliam perſcrutentur: compertum habebunt cuivis populo, vel arte, vel naturâ munitas arces non deeſſe, quibus non

C modò ſe, ut caſtella illa, ſed & omnem latè patentem agrum frequentiſſimis irruptionibus tueatur. Quod verò de ſtationibus & marinis portubus afferunt, id non poſſum ſatis probare, ſed neque etiam refellere, qui ipſam per gyrum maris oram oculis non viderim. Scio tamen Galliam ipſum Oceanum contra Britannos habere, multoſque per gyrum ineſſe maris ſinus, qui felici ſtatione naves excipiant. Et quantùm ex iis qui orbem ſuis litteris deſcripſerunt, Ptolomeo atque Pomponio pernovi, ipſa etiam Caſtella, immò verò Hiſpania pe-

D lago fermè tota circumcincta eſt. Facilè propterea conceſſerim eamdem portubus non carere. Verumtamen quibus in locis aurum effodiat parum comperi, niſi, quod infitiari non poſſum, apud Juſtinum me legiſſe, apudque non obſcuros poëtas, Hiberum & Tagum Hiſpaniæ celebres fluvios devolvere arenas aureas. Sed idipſum, ut fere omnia, poëtæ, quibus à fingendo, vel ut aliis placet, aliquid ornatè decorèque transformando nomen inditum eſt, confinxerunt, quemadmodum & equas

E in nonnullis Hiſpaniæ locis vento concipere, quod propterea quidam dictum eſſe aſſeverant, quod illæ inſtar ſpiritûs curſu ſint veloces. Et illud quoque Gerionis, quem Hercules, abductis ejus armentis, ſuperavit. Nam idcirco triplicis naturæ fuiſſe proditus eſt, quoniam fratres eſſent tres tantâ concordiâ & fide, ut ſine alio, nec alius vinci potuiſſet. Ad hunc fortè modum, hujus regionis fluviorum aliquam unam dignitatem poëtæ fortaſſis ad aurum tranſtulerunt; qua etiam in re non præſtabunt Caſtellani. Rodanus enim, cui Hiſ-

F panienſes fluvii omnes, ſi vel unà confluant, facilè cedunt, hoc honore præcellit. Nam qui ejus fines incolunt, deauratos lapillos illum provolvere teſtantur: quos ſub ortu ſolis inter aquas effulgentes expiſcantur, & igni decoctos in aurum vertunt. Ab auro ergo irritatore furoris in arma ſurgamus, quibus corporis atque ingenii vires quàm maximè exercentur,

quorum

Digitized by Google

quorum illi dicunt uſum atque gloriam ſe in omni gente quæſiiſſe. Eſt mihi quidem alienum conferre belligeros, qui ſemper togatis interfui, qui non enſes, ſed ut codices noſſem ſemper optavi. Sed loquamur, ut aiunt, clericum arma tractare. Magno eſt Gallis teſtimonio Brennus ille Capitolinæ arcis invaſor, quid quondam potuit manus inclyta Senonum, qui non contenti totius orbis dominatricem Romam occupaſſe, in Græciam demigrantes ſuæ monimenta virtutis Gallo-Græciam condiderunt. Quin etiam tantus olim fuit, Juſtino prodente, Gallici nominis in orbe terror, ut nulli Orientis reges ſuæ quieti conſultum ſatis eſſe putaverint, niſi illam acciti Galli protegerent; neque ulla ſane Romano imperio ipſa gente Gallorum magis inimica, magis infeſta, magiſque ſubjugatu difficilis. Hoc ipſum C. Cæſaris prælia manifeſtant, quæ decem annis quàm maximis cum difficultatibus tum periculis geſta ſunt. Itaque dum ex ejus commentariis populoſos exercitus jugeſque decertationes lector attendit, non unius gentis, ſed omnium fermè quos tegit cœlum hominum ſe putant legere diſcrimina. Neque tamen victor Cæſar magnis ſuis copiis Galliam ſubegiſſet, niſi inter ſe diſſidentes Galli nunc ad Cæſarem defeciſſent, nunc ſuo arbitratu regionatim gerenda bella deſumſiſſent. Quid memorem expeditiones glorioſas regum chriſtianorum, quos Francia progenuit, qui vel Romanum imperium ſuſceperunt, vel expulſum Eccleſiæ pontificem maximum Petri reſtituerunt in ſedem. Quæ gens CHRISTUM profeſſa, oppreſſæ fidei patrocinium ſæpiùs impendit? ſæpiùs arma tulit in hoſtes? Jeruſalem ſalutis noſtræ venerabile monumentum ex ipſis hoſtibus eripuit? Deſæviat in me tametſi terrarum orbis; illi auſim ingenti voce teſtari ad ſuas quaſque partes, ſuaſque latebras, diverſis ſæculis, non parvo terrore, magna verò cum gloria, virtutem Gallicam penetraſſe. Tradunt enim qui res geſtas ſcribunt, ob eam rem Francos dici, quòd ſint vel Romano tributo franci, hoc eſt, liberi; vel, quod verius eſt, feroces, non eâ quidem ferocitate quâ furit inſolens barbaries; ſed animi virtute clariſſimâ, quam amor libertatis ingenuis pectoribus ingenerat: quem profectò neque poteſt occultare petulans Caſtella, quæ Childebertum Franciæ regem pro Clotilde ſibi ſorore, multo milite debacchantem perhorruit: cuique beati Vincentii reliquias armis detrita ſupplex obtulit in percepti fœderis memoriam. Hic vir ſtrenuus Almaricum regem vicit, occidit: Toletum & naturâ & arte munitiſſimam urbem obſedit, cepit, ſubjugavit. Senſit item Caſtella Bertrandi feroces manus, cùm Henricum ex Hiſpania fugientem Franci reduxerunt, cùm regni diadema quæſiverunt, rege interemto. Numquidnam hujus Henrici poſteritas ad hanc uſque ætatem Francorum beneficentia Caſtellanis imperitat? O impudentiſſimam atque ingratiſſimam gentem; ſi à Francis ſibi partam libertatem non attendit! Subjacebat illa tyrannicis imperiis, opem à libero populo duriſſimis preſſa legibus flagitabat: nunc libera facta, libertatis auctorem non ſolùm non agnoſcit, ſed deſpicit: non colit, ſed ſubſannat; non amat, ſed odit, inſectatur, laceſſit. Sed quod beneficium in barbaros interdum feceris id diſpendio cecidiſſe nonnumquam compertum eſt. Ferat nunc ex adverſo quæ in exteros effuderit. Habuit, fateor, militaris diſciplinæ peritiſſimos militones, qui armorum gloria in imperium orbis acciti, exteri potiùs quàm natalis ſoli induſtria militiam didiſcerant. Et quidquid de belli gloria jactitarit, quantulumcumque id eſt, intra tamen ſua, ut ita dicam, viſcera nacta eſt. Enimverò clauſis urbibus ad propugnacula miro certè fortitudinis (dices fortè crudelitatis) exemplo adverſus Romanos excidiotenus ſæpius conſtitit, quum in acie dimicavit. Huic rei fidem dat Numantia, urbs priſca memoria potens, quæ execrabilis feritatis, hortante Theogene cive ſuo, notam contraxit. Adjectis enim ad caſas ignibus, ſeſe cremare magis quàm dedere Scipioni voluit: quamvis anteà ſic compreſſa fuiſſet, ut humanis corporibus veſceretur. Quam etiam imitata Cirania, oratoribus Bruti fertur reſpondiſſe, ferrum ſibi à majoribus, quo urbem tuerentur relictum. Wandalos item qui remotiores ejus fines Toletotenus pervaſerant, fide & armis deturbavit. Equos quidem habet & arma: quorum curam gerunt ſua prope vita cariorem. Habet ſimul viros apprime patientes, cibi parcos, voluptati minimum indulgentes; ſed quibus fuit ſemper ad ſibi notos lares certatio. Parum quidem illos legi exteros impetiſſe, tamen inter illos Gallicum nomen labefactant: afferunt neſcio quem barbarum extremo quondam ſub cœlo pronatum, Narbonenſem uſque deſiliiſſe; atque hujus civitatis regem tripode loco diadematis irriſum ludibrio habuiſſe. Pro egregia laude ducant illum felicibus rapinis exactum incurſum ſui Roderici de Ribadios, qui proxima ſuperiore ætate (ſatis, ut puto, audiſti) partem Aquitaniæ latrunculus excurrit. Sed quis non videat hujuſcemodi exempla turpitudini magis quàm beatæ famæ ſubſervire? Quorum auctores & ſuam feralem barbariem, ſuamque inexplebilem libidinem poſteros non celarunt. Hiſce garritibus, Franciſce, per jocum me, immò omnem Galliam laceſſunt Hiſpani: quibus etiam nonnumquam amarioribus reſponſis nequeo non ſatisfacere. Quæ univerſa, quoniam longa narratu forent, & jam volumen magis quàm epiſtolam confeci, plurima prætereo. Vix tamen paleſtram exeo, reliquorum ſumma indignitate perculſus. Quis ferat illos, licèt, ut volunt, uberibus effluant bonis, ſeſe humanitati atque præclaræ Gallorum induſtriæ præponere, & acclamare Caſtellam, ut terræ fructibus, ita inſtitutis & moribus ceteris præferendam? Hæc fabulantur ignari, ſcilicet nihil exterum cognoſcentes. Qui ſub occiduo ſole, quem Firmianus Lactantius rectè inferis ſimilem facit, reconditi, quid apud alios agitur non perquirunt. At velim ego, ve-

lim equidem, Franciſce, dignoſceres hujus regionis apparatiſſima ſuſcipiendis viatoribus hoſpitia. Non eſt apud me dubium, te illa equinis (id nimis decorum eſt) ſuillis præſepibus ſummiſſurum; & prælaturum ſuis cubilibus noſtras hoſpitales caſas. Illic præter nudos parietes & fictilia vaſcula pauca, conſpicies nihil. Quæ reficiendis corporibus conveniunt, quærenda ſunt prorſus aliunde: nec obſequii quicquam feſſus aut æger præſtoleris. Tibi pares, tibi famuleris neceſſe eſt. Elixandis vel torrendis carnibus tutè ligna congeres, & incendes (folles enim non habent) igniculum. Rideo ipſe, dum hæc ſcribo; dum memini me genibus interdum manibuſque ad focum innitentem igni ligna ſuffeciſſe, incendiſſe, ollas & lebetes expurgaſſe, & geſſiſſe cauponis officia. Quis intereà jumento curam impendet? Quænam tibi & ſervo conveniant, ipſe dum Compoſtellam viſurus apoſtolum CHRISTI Jacobum proficiſceris, agnoſces. Illic ſtramentorum loco, rei vilitate forſitan offenderis, alvi purgamentis ſtabula reſparſa ſunt. Hæc enim apud illos vice cloacarum habentur, atque ideo porcos domi enutriunt, quibus illa cedunt in eſum. Hinc tanta tibi pulicum pernicies inſultabit, quanta formicarum nuſquam vidiſti. Sed has ſordes atque inquinamenta bubalorum quid ſcribimus? Cetera ferè omnia paria ſunt, rudi artificio, barbaro ritu fabricata. Raro attenti ſunt perdiſcendis artibus, nec dant operam inſtituendæ juventuti. Nam plebei atque humillimus quiſque divitis cujuſdam familiaritatem plurimum expetit, cui meliori parte ætatis obnoxius tenui victu atque veſtitu contentus, inops tandem egenſque moritur: quippe cui ſolùm ſupereſt ſcetra, hoc eſt ſcutum ex corio factum, enſis, pugio, ſpiculum, lancea, faretra, baliſta: futuræ opes iis quos heredes inſtituit. Sed propterea Gallos fatentur induſtrios, quòd illis neceſſitas ſuppleverit ingenium. Scilicet nobis non ſufficit rerum ubertas, quam ſuprà retulimus. Ideo ſunt ad ſubtiliſſimas artes Galli coacti, ut ex Hiſpanis ſericum & purpuram, quorum ſe refertiſſimos dicunt, ſibi compararent. At his profectò carere, nemini, ut arbitror, incommodat. Re etenim verâ, ſi ſuos fœtus horum egere natura prævidiſſet; paſſim ſtatuiſſet illa creari: ſolique reges fortè naſcerentur, quos decet purpurâ veſtiri: quam qui primum texuere, videant ne luxum nimis irritantes, temperantiæ atque moderationi fuerint injurii. Peregrina enim ignotaque nobis, ut Juvenalis ait, ad ſcelus atque nefas quæcumque eſt purpura ducit. Verùm ſub egreſſu longioris epiſtolæ, ſordidam illis relinquamus jactantiam, nec deſpiciamus ſylvas, quas illi nobis improperant: quibus & ædificiis materiem, & ignibus nutrimenta miniſtremus, non modicè quidem, ut illi. Admiremur per ſummam utilitatem atque voluptatem flumina torrentia, quæ ad devehendas merces, ad irriganda paſcua, ad piſcium felicem capturam, omnem Galliam interluunt. Neque audeat ſuos torrentes his æquiparare Caſtella, qui ſunt vel vado, vel modicis lintribus enabiles; atque adeo in ſuos alveos caveaſque dimiſſi, ut nihil præter terrorem afferant deſpicientibus. Nequeo ſingula quæ illi petulanter objiciunt, niſi epiſtolarem anguſtiam impudenter exceſſero, percurrere. Quibus, id eſt Caſtellanis, dum ſtagna, quæ ſibi nulla ſunt, dum lacus, ſaltus, ſylvas, & nemora quæ noſtris uſibus feliciter per Gallias exuberant: dum vel magnifica palatia, dum opulentiſſima templa, dum cleri ordinem, & litteras à quibus ferè abhorret Caſtella, dum divinæ juſtitiæ, quando belli furor non obſtrepit, rectiſſimas leges, dum plebis ad ſuos majores obſervantia, quamvis ſummatim ediſſero, obruuntur rerum magnitudine atque dignitate: inſoliti videre vel audire quæ de Galliis dignè poſſunt memorari. Quidam verò pro animi atque ſtudiorum varietate protervi, malignantes abſcedunt. Nunc igitur tuo Roberto, Franciſce, veniam dabis, ſi loquaciter magis quàm diſertè hiſce diſceptatiunculis induſſit. Id amor patriæ coëgit, cujus laudi atque excellentiæ veluti parenti plura debeo, quàm poſſum. Mihi verò fuerit ſatisfactum, me vel riſum, vel jocundam aliquam tuis curis intermiſſionem ex hac mea narratiuncula, ſuggeſſiſſe. Vale, vir optime; & ſi quando tuo diſſuaſu Maturinorum non quietem, ut putabas, ſed ut ſentio, labirintum non incidi, velis tandem mihi longiſſimè abſenti paululum excubare. Iſtic enim prope diem affuturum me ſpero; cùm pro tuis in me, ſi quæ erunt, officiis, gratias & habebo; & niſi me vita defecerit, referam non ingratus. Vale iterum, meque digniſſimis veſtræ viciniæ viris; quorum frequentiſſimo jocundiſſimoque convictu perfrueris, commendatum efficias, ſimulque eorum clariſſimis conjugibus. Ex urbe Burgiis Hiſpaniarum XXIV. Auguſti MCCCCLXVIII.

LITTERÆ LUDOVICI XI. REGIS ad capitulum Narbonenſe.

Petit ab eo ſubſidium pecuniarum adverſus Burgundum, qui Anglo adhæſerat.

DE PAR LE ROY.

CHiers & bien-amés, pour reſiſter aux damnables entrepriſes que a fait, & fait chaque jour contre nous & noſtre ſeigneurie CHARLES ſoy diſant duc de Bourgogne, en voulant tollir & uſurper le oumaige & obéïſſance qu'il eſt tenu faire à nous & à la couronne de France, querant par tous moyens à luy poſſibles troubles & ſeditions, & autres voyes iniques entre nous, nos amis, alliés & bienveillans; & pour parvenir à ſes fins, s'eſt allié de EDOUARD ſoy diſant roy d'Angleterre, & de luy prinſe l'ordre de la Jarretiere, en voulant de tout ſon pouvoir détruire la maiſon de France, dont il eſt iſſu, nous avons mis ſus pluſieurs groſſes armées en diverſes contrées

Anno 1470. Ex ſchedis Colbertinis.

Digitized by Google

de noſtre royaume, & déliberés de nous employer à l'execution de celle beſoigne, ſans plus diſſimuler, & de n'y épargner noſtre perſonne, ne nos biens. Mais nous n'y pourrions bonnement fournir des deniers de nos finances, obſtans les tres-grandes & continuelles dépenſes que à cette cauſe nous faut & conviendra chacun jour faire. Parquoy avons par grave déliberation de conſeil ordonné & conclud faire faire certain emprunt par tout noſtre royaume ſur les prélats, chapitres, gens d'egliſe, & autres plus puiſſans & aiſés de nos ſubjess : & confiens, que à cetuy noſtre ſi grand beſoin ne nous voudriez faillir, vous prions & requerons tres-acertés, & neantmoins mandons ſur tout le ſervice & plaiſir que faire nous deſirez, que nous veüilles preſter pour cette fois la ſomme de cinq cens écus d'or, & icelle bailler à noſtre threſorier general de Languedoc, qui vous en baillera ſa cedule, & nous vous promettons en bonne foy, & en parole de roy, que des deniers de nos finances de Languedoc prochains avenants, nous vous ferons rembourſer de ladite ſomme par noſtredit threſorier ; & ſi aurons à toûjours en memoire le plaiſir que nous ferez, ainſi que par les commiſſaires que nous avons ordonnés à faire ledit emprunt en noſtredit pays de Languedoc, vous ſera plus amplement dict & déclairé. Si vous prions derechief que ne nous y veüillez faillir.

Donné à Montils le IV. jour de Janvier, l'an MCCCCLXX. LOYS ſigné, *& plus bas*, Bayard.

Et au-deſſus eſt écrit :

A nos chiers & bien-amés les arcediacre & chapitre de l'egliſe de Narbonne.

TESTAMENTUM JOHANNIS
epiſcopi Albienſis, S. Martini in Montibus preſbyteri cardinalis.

Anno 1473. Ex mſ. Colbertino.

IN nomine Domini. Amen. Tenore hujus præſentis publici inſtrumenti, cunctis pateat evidenter, & ſit notum, quòd anno ejuſdem Domini MCCCCLXXIII. indictione VII. menſis verò Novembris die XIV. horâ quartâ de mane, vel circa, pontificatûs ſanctiſſimi in CHRISTO patris & domini noſtri SIXTI divinâ providentiâ papæ IV. anno III. in mei notarii publici ſubſcripti, teſtiumque infraſcriptorum ad hæc ſpecialiter vocatorum & rogatorum præſentia perſonaliter conſtitutus reverendiſſimus in CHRISTO pater & dominus, dominus JOHANNES, miſeratione divinâ tituli ſancti Martini in Montibus ſacro-ſanctæ Romanæ Eccleſiæ preſbyter cardinalis, epiſcopus Albienſis vulgariter nuncupatus, ſanus mente, licèt æger corpore, ſciens nihil eſſe certius morte, nihilque incertius horâ ejus, ſuum fecit & ordinavit teſtamentum; per expreſſumque revocavit, ac tenore hujus præſentis publici inſtrumenti revocat, & adnullat quæcumque teſtamenta, codicillos, & ordinationes per eum inantea qualitercumque in forma teſtamentorum & codicillorum facta ſeu factos, volens & ordinans expreſsè in forma, prout inferiùs annotatur, perpetuum & irrevocabile hoc eſſe ſuum teſtamentum & ordinationem ſuæ ultimæ voluntatis, & quod ſeu quam mihi notario publico infraſcripto oretenus de verbo ad verbum ipſe reverendiſſimus pater mihi nominavit. Tenor verò verborum per eumdem dominum cardinalem mihi nominatorum, nihil addito nec remoto ſequitur, & eſt talis: JESUS Rex regum, qui pro nobis ex ſummo vertice in tantam ſe humiliationem dejecit, ut ſervos peccati nos in libertatem reduceret, ipſe eſt cui, ut Deo credo, & in Dominum defixi anchoram ſpei meæ, ut in indulgentiſſimum Dominum meum omnia quæ mente, manibus, oculiſque complector, dirigo, dimitto, & ſtabilio, & quamvis refragari videatur profeſſio mea, etiam legum ſanctiones videantur * homini, ut monachus, epiſcopus, & cardinalis teſtari valeam; nihilominus ſuffultus ſum, ut in ſcriniis cameræ meæ Albienſis pleniùs, in qua habitare ſolitus ſum, in Albia invenietur. Statuo igitur inprimis eccleſiam beatæ Ceciliæ Albienſis, & eccleſiam beati Dionyſii in Francia heredes meos, pro medietate omnium bonorum meorum, exceptis patrimonialibus, quæ ad unamquamque pro gradu redire volo, ut corpus meum & cadaver atque infelix ſepeliatur ad pedes archæ, in qua vera crux & brachium ſanctæ Ceciliæ ſervari ſolent. Deinde libros meos Romæ exiſtentes do beato Dionyſio & monaſterio ejus: ita ut neque Romæ, neque alibi vendi poſſint; ſed adducantur ad ipſum monaſterium, & perpetuo ibi conſiſtant ad uſum fratrum. Inſuper in alia parte bonorum quæ ſecundum calculationem pro iſto anno, tam Bonæ-cumbæ, quàm ſancti Saturnini, & aliorum beneficiorum aſcendi poſſint ad ſummam viginti-quinque millia francorum: iſtius ſummæ medietatem dividi volo ad funeralia mea pro quarta parte: ita ut in die obitûs mei, duodecim faces, & viginti-quatuor torcitia per tres dies continuos illuminentur; reliqua quarta pars diſtribuatur pro judicio domini epiſcopi Mirapicenſis, necnon diſcretione præpoſiti Albienſis, & domini Arnaldi Manchohe, atque Guillelmi Naverra, aut per unum ex ipſis, dummodo prædicti epiſcopus & Manchohe unus exiſtant. Item, do & lego CATHERINÆ GEOFFROY meæ nepti ſummam ſeptem centum octogintarum librarum quatuor ſolidorum & undecim denariorum Turonenſium, cùm mihi deberet octocentas & octogintas libras Guillelmus Lebas, pro quibus habent ſibi adjudicatum paſtellum per clientem regium de Caſtro-Karoli. Item, do domino GEOFFRIDO domino de GIDSENS nepoti meo tria millia & trecentas libras, quas mihi debet dux Lotharingiæ ex mutuo. Item, omnia quæ poſſunt mihi deberi in Gorzia & S. Symphoriano volo donari, uſque ad ſummam quatuor millium florenorum Remenſium nepti meæ NICOLAÆ pro ſuo matrimonio. Item, cùm mihi debitor ſit dominus rex in quinque,

* *f.* opponi.

Digitized by Google

vel ſex millibus francis, quæ pro ipſo ad ſuccurſum primum Rouſſilionis effudi: deinde in duobus millibus ſcutorum quæ pro vigaria Albienſi cepit, neque explevit: præterea in duodecim millia francorum, quæ realiter dedi mutuo ſuis theſaurariis, ſicut conſtat per ſuam cedulam; obſecro ut ex iſtis decem millia ſolvantur domino de *Gumſans* nepoti meo. Acta fuerunt hæc apud Ruilliacum dioceſis Bituricenſis, in domo habitationis, ſeu caſtro domini cardinalis ſub anno, indictione, menſe, die, horâ & pontificatu ſupradictis: præſentibus ad hæc venerabilibus & diſcretis viris magiſtris Richardo *Hanotin* canonico Albienſi, Simone de Surgi licentiato in Medicina, Jacobo *Bourgeois* licentiato in Decretis curato dicti loci de Ruilliaco, Johanne *Deſcuré*, Emerico Hairandi, Guillelmo Delio, Girardo Troqui, & Jacobo *Baye* teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Deindeque eâdem die XIV. horâ ſecundâ poſt meridiem, vel circa, præfatus reverendiſſimus cardinalis ratificando, laudando, & approbando omnia & ſingula quæ ſuperiùs ſunt expreſſa, mihi notario infraſcripto verbis gallicis articulos nominavit de verbo ad verbum, prout inferiùs annotantur, voluitque dictos articulos eidem ſuo teſtamento adjungi. Tenor verò dictorum articulorum per dictum dominum cardinalem prolatorum & mihi nominatorum ſequitur, & eſt talis: „ Je vueil & ordonne que tous mes livres étant en ce royaume, ſoient baillés & délivrés à mon neveu HENRY GEUFFROY, auquel je les donne, excepté le livre de* meſſes Pophile, auquel je vueil qu'il ſoit rendu & reſtitué: excepté auſſi mon Homere & mes oraiſons de Tulle, leſquels je donne à Saint Denys. Je donne auſſi mon hoſtel de Rome & ma vigne à mon neveu PERRIN. Item, je veulx que tous mes biens meubles étant à Rome, ſoient vendus & adenerés, & que maiſtre Nicole Garrilati, pour ſa peine & ſalere de les vendre, en ait le quart denier. Item, je donne la moitié des prouffis de ma juriſdiction temporel d'Alby, qui ſont eſchus à meſſire Guillaume Navarre & à ſon frere, & l'autre moitié veult qu'elle ſoit aulmonnée pour Dieu. Item, je donne à l'official d'Alby tout ce que me doit & peut devoir Vorioti chanoine d'Alby. Item, je louë & ratifie la donation de certain hoſtel ſeant audit Alby, lequel depuis trois ans en ça je achetay avec la terre & ſeigneurie de Chaſteau-Reomard à mes neveu & niece ANTOINE DE MELEUN & CATHERINE GEUFFROY ſa feme. Item, je donne à mes ſerviteurs, pour les recompenſer de pluſieurs peines & travaulx, qu'ils ont euës & ſoutenuës en mon ſervice, & deſquelles ne les ay recompenſés comme je vouldrois bien, la ſomme de deux mille francs, à iceux prendre incontinent ſur le reſte de mes deniers comptans, aprés mes funerailles & ſervice aprés mon treſpas; & veulx que le rolle qui en a eſté fait, ſoit ſigné par maiſtre Richard Hanotin, & vous Jehan Charretier. Acta fuerunt hæc ſub anno, indictione, menſe, pontificatu, die, & horâ ſupradictis, præſentibus ibidem magiſtris Simone de Surgi, Guillelmo *Delié*, Jacobo *Baye*, & Bertrando de Quaſſo, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

* f. meſſires Pophile.

Et ego Johannes Charectis preſbyter Bituricenſis, dioceſis publicus apoſtolicâ & imperiali auctoritatibus notarius, quia prædictorum ordinationi, teſtamento, & ultimæ voluntati, prout ſuperiùs per præfatum dominum cardinalem agerentur, dicerentur & fierent, unà cum prænominatis teſtibus præſens interfui, eaque omnia & ſingula ſic fieri vidi, ſcivi, & audivi, & in notam ſumſi. Idcirco huic publico inſtrumento manu alienâ fideliter ſcripto, me aliis negotiis legitimè præpedito, ſignum meum publicum & conſuetum appoſui, in fidem, robur & teſtimonium veritatis omnium & ſingulorum præmiſſorum requiſitus ſpecialiter & rogatus.

EPISTOLA ROBERTI comitis Cayaciæ ad regem Galliæ,

De morte GALEACII *ducis Mediolanenſis.*

Anno 1477. Ex mſ. Bigotian.

POſtulaſti à me, ſtrenuiſſime rex, uti reſcribam tibi, atrociſſimum caſum necis GALEACII Mariæ ducis Mediolani, quem quidem ſine lacrymis commemorare non poſſum. Parebo mandatis tuis, illum juxta veritatem referendo, ſic namque incipiens: Johannes Andræas Lampugnanus Mediolanenſi nobiliſſima & clara familia ortus, vir audax, in aulâ Franciſci Sfortiæ numquam ſine præfatione divi appellandi educatus, litem ſeu controverſiam habebat cum epiſcopo Commano ex Caſtillionea familia orto, ob quoddam beneficium ſive ſacerdotium pro quo pluribus annis invicem litigaverant, utroque jus habere prætendente. Dux namque ipſi epiſcopo plurimum favebat: quapropter lis protrahebatur in longum. Ipſe autem Johannes Andræas pluries ab ipſo duce juſtitiam ſibi adminiſtrari petiverat, à quo nunc aſperis verbis, nunc minis repellebatur. Demum cùm quâdam vice maxima cum inſtantia juſtitiam ſibi fieri poſtularet, ac clamaret, malum eſſe non adminiſtrare civibus juſtitiam. Ipſe dux comminatus eſt ei furcam. Quare, ut exiſtimari poteſt, indignatus, machinatus eſt id quod poſtea ſubſtitutum eſt, videlicet interficiendi ipſum ducem. Itaque animum conſiliumque ſuum patefecit Hieronymo Olzato nobili familiâ Mediolanenſi nato, adoleſcenti litterato, & alti cordis, quo plurimum fidebat. Denique ad aliquot menſes ſocium ſibi aſciverunt Carolum, ex illuſtri vicecomitum familia natum, qui ſcriba erat, ſive cancellarius apud dominos conſilii ſecreti ipſius ducis, eidem etiam conſilium ſuum aperientes. De quo quidem poſtmodum dubitantes, ſermonem ſæpe habuerunt, ut illum interficerent: ſed tamen non eſt ab eis factum. Perſeverarunt igitur hi tres in hoc propoſito inter-

Digitized by Google

ficiendi ipſum ducem per plures menſes, modum, viam, tempuſque requirentes, nunc unam, modò aliam, quo pacto illum aggredi poſſent. Timebant enim, quia videbant ipſum ducem incedere ſtipatum aſſiduè magnâ catervâ peditum armatorum, qui ſemper aderant ad ſui corporis cuſtodiam. Tandem dies advenit feſtus ſancti Stephani, qui dies eſt XXVI. Decembris: quo quidem die dux caſtellum ſuum portæ Jovis Mediolani exiens equeſter cum maxima caterva ſatellitum & curialium, purpurâ ſolemni indutus, eccleſiam adiit ſancti Stephani, miſſam divinaque ibidem auditurus: quæ quidem eccleſia eſt prope portam Tonſam, Mediolani diſtans à caſtello quantum eſt longitudo civitatis. Quam quidem eccleſiam cùm introïret, adeſſetque multitudo maxima virorum, mulierum in ipſa porta ſive veſtibulo eccleſiæ, obviam ei fuit ipſe Johannes Andreas ſtans ante alios, & ſub ſpecie officii quaſi ſubmoturus turbam, & detonſurus, ut ipſe dux tranſire poſſet, coram duce ſe fecit: & pugione quem tectum in manica tenuerat clam arrepto, invaſit ipſum ducem; & primo ictu in femore ſupra pecten ipſum ducem vulneravit ictu mortaliſſimo, adeo cautè & dextrè, ut neque orator ducis Ferrariæ, qui juxta ipſum ducem erat, vix perpenderet factum. Socii verò duo quos dixi, & unus famulus ipſius Johannis Andreæ, quem tamen inſcium conſpirationis fuiſſe ferunt, idem fecerunt, à tergo illum aggredientes, & lethaliter ferientes pugionibus & gladiis, quouſque in terram illum cadere conſpexerunt. Cecidit itaque nullo verbo, tantummodo gemitu emiſſo, quatuordecim vulneribus acceptis, ex quibus undecim, judicio medicorum & chirurgorum, fuerunt lethales, hoc eſt ad mortem. Cecidit itaque dux ille, nemine ſuorum ex tanta caterva ſatellitum, quibus ſtipatus incedebat aſſiduè, auxilium ſibi ferente, ob maximam turbam gentium impedientem illos appropinquandi duci. Item in loco ſtricto & arduo res geſta eſt, & tribus gladiis ubi pilæ & longiſſimi enſes quos ſatellites ſui & cuſtodes corporis geſtabant, divolvi non potuiſſent. Famulus autem Johannis Andreæ ab uno tamen cuſtode corporis ducis, qui erat propius, occiſus eſt, qui quidem & ipſe mox à ſociis Johannis Andreæ occiſus fuit. Johannes Andreas aufugiens per eccleſiam, retardatus eſt propter maximam turbam mulierum ſedentem genubus, inter quas decidit; & ut percuſſor ducis notus, à ſatellitibus ducis occiſus eſt. Hieronymus & Carolus aufugientes, & ſeſe in turbam hominum immiſcentes, evaſerunt, & apud concives amicos ſe abdiderunt latentes per duos dies: qui deinde manifeſtati ſunt & capti. Quod ſi Johannes Andreas ita per turbam hominum ſe projeciſſet, ut fecit mulierum; facilè ut ſocii evadere tunc potuiſſet, quia faciliùs ſe abdidiſſet ſtatura per turbam virorum, quàm non potuit inter turbam facere mulierum ſedentium in eccleſia. Et ſi eccleſiam exire potuiſſet, nulli eſt dubium animo ſuo verbis ſuis ex exhortatione, tum etiam quia magnæ erat factionis in civitate, potuiſſet ipſam civitatem ad libertatem capeſcendam invitare, commovere, atque accendere pluribus, maximè fortaſſe civibus ex omni genere conſciis conſilii, quod tamen non eſt compertum. Capti igitur Hieronymus & Carolus, in carcerem Mediolani deducti ſunt, & ad torturam poſiti, deinde trucidati in fruſta. Sic itaque dux ille tantâ catervâ ſtipatus ſatellitum aſſiduè à duobus, ſive tribus, potius ab uno occiſus eſt, nemine ſuorum ei auxilium in tempore afferre valente. Sic itaque illius interfectores occiſi ſunt. Unum tamen memorandum dicere non prætermittam, atque magni cordis indicium in adoleſcente. Nam cùm Hieronymus inter tormenta interrogaretur à conſiliariis & majoribus conſilii ipſius ducis, cur ita feciſſet principem ſuum interficiendo. Feci, inquam, reſpondit, quia ſciebam vos illum omnes magis odiſſe quàm ego, & idem vos facere optaſſe, ſed deerat animus. Feci, inquam, neque feciſſe pœnitere poſſum, cùm conſidero principem vivere non debere, qui omnibus vitiis ſuis inviſus ſit, & cui nulla fides in dictis aut promiſſis poteſt adhiberi. Et quidem feci, non propter privatam cauſam; nam pater meus, ut notum eſt, magiſtratum gerit in curia ab ipſo duce conceſſum, & fratres mei idem. Sed feci propter publicam cauſam, ut ſcilicet civitatem & patriam meam liberarem, quam tyrannus ille avaritiâ, libidine, & crudelitate vaſtabat. Et ex nunc, quia vidi tyrannum ipſum cecidiſſe, mori non curo. Unum tantùm doleo, quòd Johanni Andreæ conſocio meo laus prima attribuatur interfeciſſe tyrannum: qui niſi novem menſibus hoc fuit propoſito, & animum ſemper habui tyrannum occidere. Magnificabat præterea ipſum Johannem Andreæ, illum anteponens Bruto & Caſſio Romanis viris fortiſſimis qui Cæſarem interfecerunt: affirmans hoc facinus præclarius eſſe & majus, quoniam illi ſocios plurimos habuerunt; ipſe verò cum duobus dumtaxat ſociis, immò ſolus tyrannum interfecit. Hæc & ſimilia prædicabat, compoſuitque epigramma in ipſius Johannis Andreæ laudem, ſibique carminibus elegantiſſimis. Addidit etiam quòd ipſi Johanni Andreæ animus fuerat ipſum principem aggredi ipſo Natali die Salvatoris in arce Mediolani in camera propria, ante focum, dum more Italico, ſtipes magnus coronatus ſuper ignem poneretur. Sed non ſucceſſit illi res ut exiſtimabat. Ex quo apparet duci GALEACIO locum nullum tutum fuiſſe, quemadmodum patri quondam Franciſco Sforciæ nullus locus privatus aut publicus fuerat ſuſpectus. Habes itaque, rex optime, quæ poſtulaſti: quæ ideo latiùs ſcripſi, quia hominem non habeo qui gallicè ſcribere, aut bene loqui ſciat. Totum de me pedibus majeſtatis tuæ. Turonis XVIII. Decembris MCCCCLXXVII.

Servitor ROBERTUS comes Cayaciæ, &c.

Digitized by Google

EPISTOLA FREDERICI IMPERATORIS ad capitulum generale ordinis Ciſtercienſis,

De ſua cum ALEXANDRO III. *papa reconciliatione.*

Anno 1177. *Ex mſ Colbertino.* addenda ad pag. 589.

FREDERICUS Dei gratiâ Romanus imperator & ſemper auguſtus, archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, & aliis fratribus Ciſtercienſis ordinis, ſalutem & dilectionis integritatem.

Quoniam de unitate & concordia, & bono ſtatu imperii noſtri ſanctitatem veſtram gaudere & lætari non dubitamus. Iccirco ad univerſitatem veſtræ religionis imperiales apices mittere dignum duximus: inſinuantes veſtræ dilectioni, quoniam omnipotentis Dei nutu, cujus occulto judicio quandoque diſcordiæ creantur, &, ipſomet miſerante, diſcordes ad concordiam revocantur, dominum ALEXANDRUM in patrem ſpiritualem & ſummum pontificem recepimus. Notum autem veſtræ religioni facimus, quoniam cooperantibus dilectis noſtris magnæ ſanctitatis viris & diſcretionis epiſcopo ſcilicet Claromontenſi & abbate Bonæ-vallis, & fratre RERICO Carthuſienſi, qui ſtudioſè & efficaciter pro pace & concordia inter nos & jam nominatum ALEXANDRUM Romanæ Eccleſiæ ſummum pontificem laboraverunt, diſcordia & lis quæ diu viguerat, penitus eſt ſopita; & dilectio quæ inter nos ruerat, ipſis mediantibus, eſt* reformata. Quapropter veſtræ ſanctitati præſentes litteras dirigimus, modis omnibus rogantes, ipſorum perfectæ bonitati ſuper his omnibus grates referentes, tam vobis quàm ipſis de pacis reformatione congaudentes: ita ut ad honorem Dei & Eccleſiæ, in bono ſtatu & Dei timore diu poſſimus perſeverare, ipſi omnium Conditori atque gubernatori piiſſimas preces fundatis.

EPISTOLA ALEXANDRI PAPÆ III. ad capitulum generale ordinis Ciſtercienſis,

De reconciliatione FREDERICI *imperatoris.*

Anno 1177. *Ex mſ. Colbertino.* addenda ad pag. 589.

ALEXANDER epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus & dilectis filiis ſuis, abbatibus, & aliis ad capitulum generale Ciſtercii convenientibus, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Omnipotenti Deo gratias agimus, qui cùm habitet in altiſſimis, humilia reſpicit de ſupernis, & facit in ſe credentes debitâ felicitate gaudere. Habemus quidem præ oculis illius devotionis ſinceriſſimæ puritatem, quam hujus turbationis tempore circa nos & Romanam Eccleſiam laudabiliter exhibuiſſe noſcimini, & cognoſcimus vos pro pace Eccleſiæ apud Dominum aſſiduis orationibus interceſſiſſe: quorum tandem interceſſionibus excitatus, ad ejus imperium, omni tempeſtate pacatâ, naviculam Petri de profundo pelagi liberavit, & portum ſalutis & quietis indulſit. Sanè cariſſimus filius noſter in CHRISTO FREDERICUS illuſtris Romanorum imperator, inſpirante Domino, in cujus manu corda ſunt regum & principum, per ſtudium & laborem fratrum noſtrorum, & venerabilis fratris noſtri *P. Claromontenſis epiſcopi, & dilecti filii abbatis* Bonæ-vallis, ad devotionem noſtram rediit & ad catholicam unitatem, abrenuntians ſchiſmati cum principibus Teutonici regni, tam eccleſiaſticis quàm ſæcularibus, proximo die Dominico ante feſtum beati Jacobi apoſtoli, præſente innumerâ multitudine virorum & mulierum in Domino altis vocibus exultante, venit Venetiam ad præſentiam noſtram, & nobis ſicut ſummo pontifici reverentiam & ſubjectionem impendit, & recepto pacis oſculo, in eccleſiam beati Marci, uſque ad altare humiliter & devotè dextravit. In feſto verò beati Jacobi ab eodem imperatore rogati, ad eamdem eccleſiam ivimus, ibi celebraturi miſſarum ſolemnia; & cùm audiret nos advenire, continuò nobis occurrit, & nos à dextro latere cum ea qua decuit reverentia & humilitate ſuſcipiens, in præſcriptam eccleſiam introduxit; & finitâ miſſâ, quam à nobis, licèt *indignis*, audivit, nos uſque ad portam eccleſiæ dextravit, & omnem honorem & reverentiam exhibuit, quam prædeceſſores ejus noſtris conſueverunt anteceſſoribus exhibere. Monemus itaque univerſitatem veſtram attentiùs & hortamur, quatenus ſicut omnipotens Dominus magnificavit miſericordiam ſuam nobiſcum in facto Eccleſiæ, & ejus negotia in manu noſtra direxit per ſuam ineffabilem pietatem, ita ei immenſas laudes & gratias exſolvatis, ipſumque aſſiduis orationibus pulſetis & precibus, ut Eccleſiam ſuam protegere & conſervare dignetur, & pacem ſibi divinitùs datam augeat, & perpetuam obtinere faciat firmitatem.

* Pontii. * Hugonis.

Data Venetiis in Rivo-alto III. Calendas Auguſti.

ELECTIO RAYMUNDI DE PALAFOLS Gerundenſis epiſcopi.

Anno 1214. *Communicavit cl. vir Joſephus de Tavernier canonicus Bercinonenſis.* addenda ad pag 843.

ANno Dominicæ Incarnationis MCCXIV. indictione ij. Gerundenſis eccleſia paſtore deſtituta, clerus & populus Gerundenſis urbis, atque diœceſis, nolens diu manere abſque ſpirituali patre, aſſenſu & magnatum voluntate, ac totius reliqui vulgi communi acclamatione: elegerunt RAYMUNDUM DE PALAFOLLS Gerundenſem archidiaconum, in præfatæ ſedis epiſcopum, ac paſtorem, & animarum ſuarum rectorem, quem pontificem ad hujus culmen honoris canonicè promotum, ſcilicet abſque omni ſimoniacæ hæreſis nefario genere, vel alicujus ambitionis importunitate teſtamur. Hunc igitur præfecimus, genere nobilem, ſpiritu humilem, naturâ prudentem, ætate legitimum, ſobrium, pacificum, atque pudicum,

Digitized by Google

miſericordiæ operibus deditum, ac ceteris virtutibus prædictum, quem non ſolùm ſimplicitas columbæ commendat, verùm etiam ad exercenda Dominica præcepta aſtutia ſepentis inſtigat: Hunc verò nobis in pontificem, ſecundùm Dominum, unanimiter eligentes, votis omnibus obſecramus benedici, atque divinâ gratiâ conſecrari in paſtorem & epiſcopum, & rectorem animarum noſtrarum. Amen. Acta acclamatione, ſive electione VIII. Kalendas Junii.

Deodatus de Terracliis Biſuldunenſis archilevita †. Bernardus de Montepalacio Imperitanenſis archilevita †. Et poſt multos alios, Raymundus de Monterubio.

LITTERÆ BERNARDI ABBATIS, & conventûs Fontis-frigidi,

Quibus ſtatutum de faciendis & diſtribuendis in tota Narbonenſi dioceſi hoſtiis, ex fundatione Johannis Biſtani obſervaturos ſe promittunt.

Anno 1233. *Ex mſ. cod. Colbertino.* addenda ad pag. 974.

IN nomine Domini. Anno Nativitatis CHRISTI MCCXXXIV. regnante rege LUDOVICO, Calendas Februarii. Sit notum cunctis hæc audientibus, quòd nos frater BERNARDUS abbas Fontis-frigidi, & nos conventus ejuſdem, videlicet ego frater Petrus Remundi prior, & ego frater Bernardus de Albaribus cellerarius major, & ego frater Ramundus Pontii cellerarius medius, & ego frater Bernardus *Iſſauſac* infirmarius, & ego frater Guillelmus Vigoris, & ego frater Arnaudus de Sancto Johanne, *& alii numero triginta*, nos omnes prænominati inſimul cum hac carta publica valitura per nos, & per omnes ſucceſſores noſtros profitemur, & in veritate recognoſcimus à vobis gadieriis Johannis Biſtani, videlicet Guillelmo Fabro, & Raymundo Petri, & Arnaudo de Calavo, nos recepiſſe litteras & mandatum venerabilis patris GUILLELMI abbatis Ciſtercii, in hunc modum:

Frater GUILLELMUS dictus abbas Ciſtercienſis, dilectis ſibi in CHRISTO abbati & conventui Fontis-frigidi, ſalutem & ſinceram in Deo caritatem.

Intelleximus, tam ex litteris nobilis viri A. Dei gratiâ vicecomitis Narbonenſis, & venerabilium conſulum ejuſdem civitatis, quàm ex relatione dilecti filii noſtri abbatis veſtri, nobilem Johannem Biſtani bonæ memoriæ civem Narbonæ, ex pia devotione, & laudabili intentione, ad repellendam & confutandam quorumdam malignorum nequitiam, qui non ſolùm latenter, ſed etiam publicè prædicare non dubitant, panem illum qui per manus immundas mulierum, ac etiam clericorum tractatur, in Corpore CHRISTI tranſmutari non poſſe, quoddam ſtatutum in veſtro monaſterio de voluntate & conſenſu abbatis & conventus feciſſe, videlicet quòd per manus monachorum Fontis-frigidi eleemoſyna ad hoc data, de cetero fierent hoſtiæ dignæ & puræ, ac mundæ, quæ per Narbonenſem dioceſim in perpetuum darentur. unde cum tam pia illius boni viri intentio quamplurimum ſit laudanda, & meritò commendanda, qui etiam, ſecundum quod intelleximus, optimas & largas eleemoſynas monaſterio veſtro contulit in perpetuum duraturas, & ſecundum ſanctorum patrum inſtituta, in officiis caritatis primo loco illis teneamur obnoxii, à quibus conſtat nos beneficia recepiſſe, cum propter ædificationem fidei chriſtianæ, tum propter bonum exemplum aliorum amicorum veſtrorum, qui hujuſmodi exemplo, ad veſtrum amorem & beneficium magis ac magis, ut credimus, accenduntur, tum ne propter vos depereant tot ſacrificia, pro ipſius anima propter hoc in perpetuum inſtituta, tum propter venerabilis abbatis veſtri & veſtrorum ſucceſſionem, tum ſolo ipſius obtentu qui hoc pio intuitu conceſſit, debuiſſetis facere, ſi debitam reverentiam velletis conſiderare: veſtram, quam in Domino ſincerâ caritate (novit Deus) diligimus, devotionem rogando, & requirimus & monemus, quatinus precum noſtrarum & mandati obtentu, prædictum ſtatutum teneatis, & efficaciter in perpetuum obſervetis; nos etenim volumus, & auctoritate præſentium litterarum firmiter & diſtrictè præcipimus quatinus ex ſola caritatis & devotionis gratia, & ex ſola liberalitate, & pro veſtræ bonæ famæ conſervatione: quia abbas veſter & vos promiſiſtis, prædictas hoſtias, ut ſtatutum eſt, faciendas hilariter donetis, cum hilarem datorem diligat Deus, maximè quia jam conſueveratis eas dare omnibus petentibus eas, veſtram in parte iſta in Domino commendantes devotionem, qui magis ad hoc, ſecundum quod intelleximus, ex gratia quam ex debito vultis teneri, & ideo volumus & rogamus, quòd ſine aliquo ſubjectionis debito quo clericis vel aliis non teneamini, niſi animæ illius boni viri, cujus anima requieſcat in pace, prædictum ſtatutum hoſtiarum tenere & complere bonâ fide permittatis, & ſecurè & efficaciter compleatis, ne duplicitatis malum in vobis inveniatur, & propterea miniſterium noſtrum & veſtrum vituperetur; taliter facientes, ut devotionem veſtram dignè commendare poſſimus, & nos de devotis erga vos & domum veſtram devotiores efficiamur.

Datum anno Domini MCCXXXIII. menſe Septembri.

Frater GUILLELMUS dictus abbas Ciſtercii, & totus conventus abbatum capituli generalis, dilecto ſibi in CHRISTO abbati & conventui Fontis-frigidi, ſalutem, & bonis operibus æternæ vitæ gaudium promereri.

Ex relatione venerabilis abbatis veſtri intelleximus evidenter, quòd nobiles viri, Johannes *d'Azer*, & Johannes Biſtani, bonæ memoriæ cives Narbonæ, ex ſola devotione quædam non ſolum laudabilia, ſed etiam vobis neceſſaria in domo veſtra piè & laudabiliter fecerunt, ſtatuta quædam vero ex eis juramento ſunt firmata, unde prædicta ſtatuta ab ipſis duobus in

domo veſtra facta approbantes & confirmantes, mandamus vobis auctoritate capituli generalis, firmiter præcipientes quatenus ſtatuta prædicta, ſcilicet de pane tritico in quadrageſima, & pitantiis, tam infirmis, quàm ſanis pauperibus diſtribuendis, & hoſtiis præſtandis firmiter, ut ſtatutum eſt, teneatis, & in perpetuum obſervetis, prohibentes diſtrictè ne de cetero hujuſmodi fiant juramenta in domo veſtra.

Datum anno Domini MCCXXXIII. tempore capituli generalis apud Ciſtercium. Igitur virtute ſupradicti mandati, ob honorem omnipotentis Dei, & ob piam devotionem Johannis Biſtani, & ob ſalutem animæ ſuæ, promittimus prædictum ſtatutum hoſtiarum tenere & complere bonâ fide: ita tamen quòd hujuſmodi promiſſione non ſimus alicui perſonæ inventi obligati, niſi animæ prædicti Johannis Biſtani: neque etiam ab aliqua perſona eccleſiaſtica, vel laïca ſeculari poſſimus aliquo tempore vel ratione conveniri. Horum omnium ſunt teſtes, frater Johannes de Albaribus, frater Bernardus Tortus, &c. omnes monachi Fontis-frigidi, & Guillelmus Torronus ſcriptor Narbonæ publicus, qui hoc ſcripſit.

LITTERÆ LUDOVICI
Andegavenſis ducis,

De ducatu Turonenſi ſibi à rege conceſſo.

Anno 1370. Ex mſ cl. V. Petri Menard, urbis Turonis præſidi. addenda ad pag 1529.

LOUIS fils de roy de France, duc d'Anjou, & comte du Maine: à tous ceux qui ces preſentes lettres voiront, ſalut. Comme monſeigneur le roy à noſtre ſupplication, nous a benignement octroyé la duché de Touraine, à en joüir & exploiter par nous durant noſtre vie, en la maniere, & par les charges, conditions, accords, & reſtrictions, contenuës en ſes lettres, dont la teneur s'enſuit:

CHARLES par la grace de Dieu roy de France, &c. ſçavoir fais qu'à la ſupplication de noſtre tres-cher & tres-amé frere LOUIS duc d'Anjou, & pour conſideration des bons & profitables ſervices qu'il nous a fais, ſpecialement és parties de Guyenne, où nous l'avons envoyé pour le fait de nos guerres, & que nous eſperons qu'il nous fera encore au temps à venir, nous luy avons donné & octroyé de grace ſpeciale, donnons & octroyons par la teneur de ces preſentes, la duché de Touraine à tenir avec les chaſteaux & autres fortereſſes, fiefs, arrierefiefs, domaine, juſtice & ſeigneuries hautes, moyennes & baſſes, & autres nobleſſes, hommages, revenus, profits, & émoluments quelconques, durant la vie de noſtredit frere ſeulement, aux charges qui y ſont à preſent: puis ce que noſtredit frere ſera tenu de faire garder en noſtre obéïſſance, & ſoutenir de reparations bien & ſuffiſamment nos châteaux, villes, & fortereſſes dudit duché, & reſervé & retenu à nous & à nos ſucceſſeurs rois de France l'hommage lige, & tout droit & reſſort de ſouveraineté, d'exemptions, & tous autres droits royaux audit duché, pour leſquelles choſes re-
A ſervées, & les autres droits royaux que nous avons és pays voiſins faire & exercer, nous aurons ſiege & lieu royal à Chinon pour nos officiers que à ce nous établirons, & noſtredit frere, auquel nous avons piéça donné le châtel & châtellenie de Loudun, avec leurs appartenances, en recompenſation de Chaſtonceaux, qu'il tenoit, lequel fut délivré au duc de Bretagne par certain traitté. Conſiderant noſtre grace, & liberalité que nous luy avons faite dudit duché de Touraine, a voulu & conſenti
B que iceux châtel & châtellenie, & appartenances de Loudun, il tienne à ſa vie, & à la vie de ſon fils procréé de ſon corps en loyal mariage, qui ſera ſon principal heritier tant ſeulement, nonobſtant quelconque octroy plus large qui luy en ait eſté fait, auquel il a renoncé & renonce, & s'en eſt conſtitué & conſtituë uſufructuaire à la vie de luy & de ſondit fils principal heritier ſeulement; & aprés le decés de noſtredit frere, ledit duché reviendra tantoſt ſans moyen à la couronne de France; & auſſi reviendront ledit chaſtel &
C chaſtellenie de Loudun tantoſt aprés le decés de luy & de ſondit fils, principal heritier, & lors ſera iceluy chaſtel remis audit duché; & avec ce a noſtredit frere voulu & conſenti que ſa comté du Maine, qu'il tient pour luy, & pour ſes hoirs maſles & femelles, *il ait* & tienne pour luy, & pour ſes hoirs maſles deſcendans de ſon corps en loyal mariage tant ſeulement, & de noſtre foy & hommage, en laquelle il étoit, tant dudit chaſtel & chaſtellenie de Loudun, comme dudit comté du Maine,
D s'eſt noſtredit frere démis, & nous en avons receu la demiſſion à noſtre profit; & aprés l'en avons pris & reçu en noſtre foy & hommage, & auſſi dudit duché de Touraine, aux tiltres, & par les manieres & conditions deſſuſdites. En témoignage de ce, nous avons fait, &c.

Donné au Bois de Vincennes le XVI. jour de May MCCCLXX. le XVII. de noſtre regne.

Sçavoir faiſons, que leſdites lettres deſſus tranſcrites, & l'octroy de grace, que monſeigneur le roy nous a fait en icelles, nous avons reçu & accepté à toute reverence, humble-
E ment & tres-agreablement, & luy avons délaiſſé & délaiſſons, tant noſtre comté du Maine, comme ledit chaſtel & chaſtellenie de Loudun, par les réſervations & conditions qui ſont contenuës éſdites lettres, pour nous & nos hoirs déclarés en icelles, & toutes les choſes éclaircies éſdites lettres par bonnes déliberations & avis, & pour notre profit évident, ſelon que contenuës & écrites y ſont, acceptons, tenons, approuvons, & ratifions, & par noſtre ſerment fait ſur les ſaints evangiles de Dieu, & par la
F foy de noſtre corps, & ſur l'obligation de nous & de nos biens qu'ils & ou qu'ils ſoient & de nos hoirs & ayans cauſe de nous & des biens d'iceux, avons promis & promettons icelles tenir, faire garder, & accomplir de point en point en tout ce qui touche & regarde nous, & nos hoirs & ayans cauſe de nous, & n'en venir ou faire encontre, ne ſouffrir par quelconque cauſe,

Digitized by Google

cauſe, neceſſité, ou occaſion que ce ſoit, renonçant par noſdits ſermens & foy, à tout ce qui aider & valoir nous pourroît à contrevenir, & à toutes graces, diſpenſes, abſolutions, & relaxations impetrées ou à impetrer ſur noſdits ſermens & foy, ſoit de noſtre ſaint pere le pape, ou autres quelconques. En témoin de ce, nous avons fait mettre noſtre ſeel ſecret à ces lettres, en abſence de noſtre grand.

Donné au Bois de Vincennes le XVII. May MCCCLXX.

LITTERÆ LUDOVICI ducis Andegavenſis,

Quibus hominium CAROLO *regi præſtat.*

Anno 1403. Ex mſ. cl. v. Petri Menard, urbis Turonis præfecti. addenda ad pag. 1713.

NOus LOUIS par la grace de Dieu roy de Jeruſalem & de Sicile, duc d'Anjou, comte du Maine & de Roucy, faiſons ſçavoir à tous, qu'aujourd'huy, aprés ce que nous avons oüi lire en noſtre preſence la teneur de certaines lettres de monſeigneur le roy de France, de laquelle le contenu s'enſuit:

CHARLES par la grace de Dieu roy de France, à tous qui ces preſentes voiront, ſalut. Sçavoir faiſons; que nous par grande & mûre déliberation, & pour le bien, ſûreté, & utilité, & profit de nous, de noſtre royaume, & de tous nos ſujets, leſquels nous avons deſiré & deſirons toûjours de tout noſtre cœur tenir & gouverner en bonne paix & tranquillité ſous nous, & obvier à tous debats & diſſentions, qui aucunement ſe pourroient mouvoir entre eux au temps à venir, en quelque maniere que ce fût, & auſſi afin que chacun ſoit tenu & aſtraint de nous porter & tenir foy & loyaulté, comme par raiſon naturelle ſont tenus de faire, avons voulu & ordonné, voulons & ordonnons par ces preſentes, que noſtre tres-chere, & tres aimée compagne la reine, nos tres chers & tres-amés oncles & freres, les ducs de Berry, de Bourgogne, d'Orleans & de Bourbonnois, & tous autres de noſtre ſang & lignage, & les autres gens de noſtre conſeil, nous faſſent ſolemnel ſerment de nous eſtre bons, vrais, & loyaux ſujets, & obéïſſans envers tous & contre tous qui pourroient vivre & mourir, comme à leur droit, ſouverain, & naturel ſeigneur, tant comme nous vivrons; & nous obéïront ainſi qu'ils ont fait au temps paſſé, & que doivent faire vrais & loyaulx ſujets envers leur droit, ſouverain, & naturel ſeigneur; & avec ce avons voulu & ordonné, que tous prélats, comtes, barons, chevaliers, eſcuyers de bonnes villes, & autres gens d'eſtat de noſtredit royaume, feront le ſerment deſſuſdit pour nous, és mains de noſtre tres-cher & amé couſin CHARLES ſire d'*Albret* conneſtable de France, & de noſtre amé & feal chancelier, appellés avec eux des plus notables gens de noſtre conſeil, tels & en tel nombre qu'il leur ſembiera: leſquels nous y avons ordonné & commis, ordonnons, & commettons par ces preſentes, & par nous, & n'obéïront à quelconques autres perſonnes, pour quelconque cauſe ou occaſion que ce ſoit, comme à ſouverain ſeigneur, fors à nous & à nos commis & déprutés; & auſſi avons voulu & ordonné par ces mêmes lettres, voulons & ordonnons que noſtredite compagne, noſdits oncles, freres, & autres de nôtre ſang & lignage, feront le ſerment deſſuſdit en noſtre preſence; ceux de noſtre conſeil, & les autres deſſuſdits prélats, comtes, barons, chevaliers, eſcuyers, bourgeois, & bonnes villes, & autres gens d'eſtat de noſtredit royaume, és mains de noſtredit conneſtable & chancelier, appellés avec eux, comme dit eſt, des plus notables gens de noſtre conſeil, de tenir pour leur roy ſouverain, & naturel ſeigneur, aprés nous noſtre tres cher & tres-amé fils aîné le duc de Guyenne, dauphin de Viennois, qui à preſent eſt, ou à noſtre aiſné fils qui pour lors ſera, & non autre. En teſmoin dequoy, nous, &c.

Donné à Paris le XXVI. jour d'Avril MCCCCIII. & le XXIII. de noſtre regne.

Nous, comme duc d'Anjou & des autres terres que nous tenons en France, avons juré & promis, jurons & promettons aux ſaints evangiles, &c. ſur la remontrance de la vraie croix, par nous touchée en la preſence de madame la reine de France, & de nos tres-chers & tres-amés oncles les ducs de Berry, & de Bourgogne, des conneſtable & chancelier de France, & de pluſieurs autres du conſeil de mondit ſeigneur, garder, tenir, & accomplir le contenu éſdites lettres, ſans venir encontre en quelque maniere que ce ſoit. En teſmoin de ce, avons fait mettre à ces lettres noſtre ſeel ſecret, en l'abſence de noſtre grand.

Donné à Paris le XXIX. Decembre l'an de gace MCCCCIII.

TESTAMENTUM (*) ALTERUM JOHANNÆ de Francia, continens ſalutaria ad ſuum confeſſorem monita.

Anno 1504. Ex mſ. Parthenonis Annuntiatarum Bituricenſium.

MOn pere, je n'ay fiance qu'en vous, de ceux que je laiſſe ſur la terre, & en mes ſœurs. Je les vous recommande, & dites à tels perſonnaiges pour elles ce que je vous ay dis. Et pource que vous me priez tant, qu'avant mourir, je vous die quelque choſe de mes intentions: je vous prie que vous faſſiez à voſtre pouvoir accomplir mon vouloir, & teſtament que je vous ay baillé, à ma ſœur, & à monſeigneur d'Alby.

Item, mon pere, je vous connois bien; vous vous donnez tout là où vous vous donnez. Je vous prie, ne deſirez, ne veillez jamais ſuivre la court; je la connois mieux que vous, & vous ſçavez combien vous avez ſouffert, pour me conſoler & aider, & comment le tout eſtoit pris de pluſieurs, à voſtre deſolation.

Item, je vous prie que jamais ne vous mê-

(*) Extat primum ejuſdem teſtamentum editum tom. v. Spicilegii Acheriani.

Digitized by Google

liez de mariage, tant bonne ſoit la perſonne; A car ſouvent les choſes ſe tournent autrement qu'on ne s'attendoit.

Item, je vous prie que jamais ne vous ſouciez de faire donner offices, ny auſſi benefices; bien en parler, en la ſorte qu'avons parlé & fait enſemble.

Item, jamais, mon pere, ne vous mettez à faire menées quelconques en court, ou autre part, ſi ce n'étoit menée de religion, ou de choſe ſpirituelle pour le ſalut des ames; & vous B ſavez les deſolations, paroles, reproches, que pour penſer bien faire, l'on vous a rendus.

Item, je vous prie que ne veillez jamais être eveſque, ne prélat en l'Egliſe; & s'il avenoit qu'on vous en priât, refuſez-le à voſtre pouvoir, comme vous avez fait le temps paſſé.

Item, mon pere, je vous prie, ne vous mêlez point des ſeculiers, ny de leurs affaires, & ſachez bien à qui vous déclarerez voſtre cœur; ne vous fiez point en tous, exceptez les perſonnages qu'auriez au parfait cogneus eſtre de l'annociade. C

Item, ne croyez point de leger à gens de court, ny à autres, quand les paroles ſont contre autruy. Gardez, & faites garder à mes ſœurs ce que m'avez fait garder: c'eſt de toûjours excuſer ceux contre qui l'on parle mal.

Item, faites plus diligemment faire faire le bien aux autres, que ne m'avez fait faire; car j'ay eſté trop longue, & m'en repens.

Item, ſur-tout, & pour le dernier mot, je vous prie, mon pere, que vous faſſiez garder à mes ſœurs leur regle, & les ſtatuts que je leur ay donnés, ſans jamais rien en laiſſer, ne ſans jamais en diſpenſer; ſur tout qu'elles gardent les dix degrés de pureté & chaſteté.

Mon pere, je vous recommande mes ſœurs: ne les abandonnez jamais, & ne les oubliez pas aprés ma mort. Je vous ay dis tout cecy, & le vous donne comme mon dernier teſtament, en vous diſant adieu, & à toutes mes ſœurs. Elles ne doivent point eſtre triſtes de ma mort; mais qu'elles ſoient bonnes filles de la Vierge MARIE, & vraies obſervatrices de ſa regle. Auſſi la Vierge MARIE leur ſera bonne mere, & les gardera & deffendra, & auront des biens aſſez. Mon pere, je vous recommande tout; car je connois bien que je m'en vais mourir, & qu'il me faut rendre compte devant Dieu; mais j'eſpere que la Vierge MARIE ſera pour moy. A ſon Annonciade me recommande.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX
RERUM ET VERBORUM
HUJUS VOLUMINIS.

A

Alis Matiſconenſis comitiſſa, 946. b.
Abbatis electio monachis conceſſa, 25 b. 40. f. Monachis Aniſolenſibus confirmata, 36. b. Burdegalenſibus S. Crucis, 157. e. Morbacenſibus, 101. b. 143 e. Debet eſſe libera, 270. d. 403. e. Et fieri à conventu, 204. e. & ex congregatione, 109. d. In Majori-monaſterio quomodo fieret, 608. f & ſeq.
Abbates ſint preſbyteri, 621. e. Eis conceſſus uſus pontificalium, 635 a. Carnes extra infirmitorium comedere non debent, 1315 b. Non poſſunt diſpenſare ſuper proprietate, 1740. c. Monaſterii ſui reditus percipere non debent, ſed eorum officiales, 1604. d. A regulæ obſervatione deflectentes deponuntur, 610. a.
Abbatum in ſynodo Andegavenſi ordo ſeſſionis, 1019. b. Conchenſes Ruthenenſis epiſcopi electioni debent intereſſe, 337. f.
Abbatis domeſtici, 839. b. f.
Abbas laïcus curatus, advocatus, 203.
Abbatiſſæ libera electio, 171. a.
Abbatiſſæ negligentes corrigendæ, 621. b.
Abbonis Floriacenſis abbatis præfatio in commentarium Calculi Victorii, 118. f.
SS. Abdon & Sennen corpora in Arulenſi monaſterio quieſcunt, 155. f.
Abo ſeniorellus, executor teſtamenti Adalaïdis vice-comitiſſæ Narbonenſis, 101 f.
Abrincenſes epiſcopi, Robertus *Porte*, læſæ majeſtatis reus, 1529. f. & ſeq. Vvillelmus, 931. d. electus Vv 1158. c.
Abſalon abbas S. Amandi Elnonenſis, 377. g. 431. d. Ejus epiſtola ad canonicos Trajectenſes, 377. b.
Abſentes à choro retributionibus privandi, 380. a.
Abſolutio non valet, quamdiu culpa manet, 206. b.
Abſtinentia in diebus feſtis ſervanda, 763. e. f. 764. c.
Abſtinentia à carnibus hæretico converſo ad fidem injuncta, 102. d.
Abſtinentia nimia improbatur, 5. b.
Abulenſis epiſcopus Dominicus, 917. e.
Acconenſis epiſcopus R. 1012. e.
Achaïæ princeps Turco tributum ſolvit, 1707. b.
Achardus de *Verli*, 77. d.
Actardus epiſcopus Nannetenſis, 37. f.
Adalaïs Vicecomitiſſa Narbonenſis, 126. e. f. Ejus, antequam Romam proficiſcatur, teſtamentum, 85. e.
Adalaidus abbas S. Martini Turonenſis, 32. f. g. Erga Cormeriacum monaſterium beneficus, 31. c.
Adalbero epiſcopus, 144. e.
Adalbero Laudunenſis epiſcopus, 136. f.
Adalbertus Dolenſis abbas, monachus Caſæ-Dei, 250. b.
Adalbertus de Frodonis villa, 583 f.
Adalberti levitæ prologus in excerpta ex Moralibus S. Gregorii, 84. b.
Adalciſa domina de Luperciaco, 262. f.
Adalſindis de Cernayo dotalitium, 110. b.
Adam ſolus filius terræ, 777. e.
Adam abbas *Perſenniæ*, primùm canonicus regularis, deinde niger monachus, ac demum Ciſtercienſis, 683. d. Quænam didicerit in ordine Ciſtercienſi, 736. c. Ejus humilitas, 702. e. 710. a. 715. d. A comitiſſa Carnotenſi biduo exceptus, qualia habuerit cum ea colloquia, 753. e. Eam ad mundi contemtum, & amorem Dei accendit, 753. d, & ſeq.
Adam prior Regalis-montis, 1112. d.
Adam de *Cambray* regis conſiliarius, & primus ſenatûs Pariſienſis præſes, 1784 d.
Adam de Fontaneto vicecomes, 1225. e. 1226. a.
Adam de Portu, 772. e.
Adam *de Vvalencourt*, 768. d.
Adeberga mater Emmæ vice-comitiſſæ Cenomanenſis, in cimiterio S. Sergii ſepulta, 185. b.
Adefonſus rex Hiſpaniæ duas meſchitas concedit Sylvæ-majori, 366. d.
Adela Franciæ regina, 774. c.
Adela comitiſſa Bleſenſis, poſtea monialis Marciniacenſis, 373. d. f. Ejus epiſtola ad Gaufridum epiſcopum Carnotenſem pro Majori-monaſterio, 373. d. Ad Theobaldum comitem, 373. f.
Adelardi Bathonienſis præfatio in dialogum de rerum cauſis, 291. c.
Adelardus cardinalis S. Marcelli, 629. e.
Adelaïs imperatrix donum facit Morbacenſi cœnobio, 93. d.
Adelais regina Franciæ, 108. a.
Adelaidis teſtamentum, 95. e. Monaſterii S. Salvatoris fundatrix, 96.
Adelais domina Fulgerienſis, 252. d. f.
Ademarus abbas de Corona, 1063. f.
Ademarus Petragoricenſis epiſcopus, 637. b.
Ademarus vicecomes Toloſanus reſtitutionem facit Moiſiacenſi monaſterio, 200. d.
Adjutoris & Haganonis S. Martini Turonenſis canonicorum teſtamentum, 20. a. & ſeq.
Adoleſcenti ſalutaria dantur monita, 529. b. Tres virtutes conveniunt, verecundia, taciturnitas, & obedientia, 163. c.
Adolfus rex Rom. fœdus adverſus regem Francorum init cum rege Angliæ, ad quod invitat ducem Lotharingiæ, 1270. d. *Vide* Alolfus.
Adrianus papa IV. 462. d e. 600. d. Ejus bulla pro canonicis Autiſſiodorenſibus S. Euſebii, 440. d.
Adventûs tempore, nuptiæ, ſecundum conſuetudinem Eccleſiæ Gallicanæ, non celebrandæ, 873. c.
Adulatori maledixit Antigonus rex Ethnicus, 564. d.
Adulterium damnatur, 1730. f. plus in muliere quàm in viro, 1731. f
Advocatus pauperi dandus, 832. f.
Advocati monaſteria non vexent, 634. e. Adverſus advocatos eccleſiæ Virdunenſis ſtatuta, 189. e, & ſeq.
Adurenſis epiſcopus J. 854. e.
Ædificia Caſtellæ qualia, 1835. e.
Æduenſis eccleſia nobilis & antiquæ dignitatis, 392 f. apoſtolicæ ſedi familiaris, 393. b.
Æduenſes epiſcopi. Humbertus Ciſtercienſis capituli litteras ad ſummum pontificem impetrat adverſus abbatem Vizeliacenſem, 393. a. Stephanus, 476 e.
Ægidius cardinalis SS. Coſmæ & Damiani, 1001. d.
Ægidius Narbonenſis archiepiſcopus, quomodo ſe geſſerit in negotio Bernardi Sageti epiſcopi Apamienſis, 1324. d & ſeq. 1334. c. & ſeq.
Ægidius epiſcopus Tuſculanus, 964. e.
Ægidius abbas de Troncheto, 1829. a.
Ægidius de *Aigremont*, 665. d.
Ægidius de *Berlaimont*, 768. d. 1121. f. 1122. b 1236. b. 1136 e.
Ægidius de Brena, 768. d
Ægidius *le Brun* comes Stabuli, 1119. f.
Ægidius dominus *de Clamecy*, 1757. d.
Ægidius de Conde, 1197. c.
Ægidii *de Levres* epiſtola de expugnatione Damiatæ. 874. b.
Ægidius de Roma, 1763. d.
Ægidius dominus *de Rues*, 1230. a. c, 1236. a.
Ægidius de Traſiniis, 768. c. 771. c.
S. Ægidii comes Raymundus, 282. d.
S. Ægidii abbatia Cluniaco reformanda committitur, 363. d
Ægyptus Tenebræ interpretatur, 759. d.
Aëlis comitiſſa Bleſenſis, 1156 b.
Aëlidis ſororis comitis Hollandiæ matrimonium cum Johanne de Aveſnis 1027. f. Ei datur in connubium terra quam à rege Scotiæ tenuerant comites Hollandiæ, 1032. c.
Aëlis comitiſſa Hannonienſis relicta Johannis de Aveſnis, 1104 d. Hollandiæ & Zelandiæ tutrix, 1105. a.
Aëlidis filiæ Henrici comitis Campaniæ matrimonium cum Hugone rege Cypri, 806. e, & ſeq.
Æneas notarius Caroli Calvi, 32. a.
Æquinoctia quomodo ponenda, 298. e. 300. c.
Ætas legitima hominis xv. annorum, feminæ xii. annorum, 770. b.
Affabilitas fomentum eſt magnæ caritatis & concordiæ, conjunctio ſtabilitatis & perſeverantiæ, 1795. a.
Afflictiones juſtos manent, 212. e, & ſeq.
Afflicti hominis conſolatio, 210. e.
Agatenſis vicecomitis Guillelmi teſtamentum, 179. e, & ſeq.
Agathenſi epiſcopatu donatur Arſindis vicecomitiſſa, 180. g.
Agathenſes epiſcopi, B. 1056. a. R. 1338. e.
Agathenſis eccleſia S. Andreæ. 180. c.
Agennenſes cives pro deffenſione fidei uſque ad ſanguinem decertant, 884. d. Eos ſub ſua protectione ſuſcipit Amalricus de Monte forti, 884. e Eorum conſuetudines confirmat, 885. f Si quid male egerint condonat, 885. a.
Agennenſis civitas Anglo dimiſſa, 1450. c.
Agennenſes epiſcopi Bertrandus, 637. b. Johannes, 1586. d.
Agnes comitiſſa Andegavenſis, 158. d.
Agnes comitiſſa Pictavenſis & Andegavenſis, collegiatam S. Nicolai Pictavenſis eccleſiam fundat, 186. b & ſeq.
Agnes duciſſa Duracii, 1476. a.
Agnes duciſſa Lotharingiæ, 880. c. Nanciacum Matthæo filio ſuo cedit, 879. f.
Agnes *d'Alegre* ſanctimonialis, 1115. e.
Agnes domina Caſtri Portuenſis, 893. e.
Agnes de Novo Caſtro, 882. d.
Agoaldus abbas Monaſterienſis, 8. f.
Agricius Trevirenſis epiſcopus interfuit concilio Arelatenſi, 118. a.

Digitized by Google

Aymarus epiſcopus Luceriæ, 1271. b

Aimericus archiepiſcopus, 86. e

Aimericus decanus Pictavenſis S. Petri, 250. b

Aimerico patriarchæ Antiocheno librum de Proceſſione Spiritûs-ſancti mittit Hugo Etherianus, 479. a. Librum laudat idem patriarcha, 480. b & ſeq. Mittit ei munera, 480. f

Aimericus vicecomes Narbonenſis, 859. c, 1520. d, 1525. f

Aimericus filius Aimerici vicecomitis Narbonenſis, 1526. e, 1528. b

Aimericus vicecomes Narbonenſis, in eccleſia Fontis-frigidi ſepultus, 1629. f

Aimericus de Thoartio S. Ludovico hominium facit, 1062. f

Aimericus vicecomes Thorenſis, cellam S. Michaëlis in Eremo fundat, ac monaſterio S. Florentii ſubjicit, 105. d

Ayrardus Mauriennenſis epiſcopus, 381. a

Alamanda ſoror Arnoldi de Fenoleto, 876. c

Alanus comes Britanniæ, 317. c

Alanus dux Britonum, 316. c

Alanus Autiſſiodorenſis epiſcopus, 462 d. Reditus primi anni præbendarum cathedralis eccleſiæ dat canonicis S. Euſebii regularibus, 440. e

Alanus Redonenſis epiſcopus, 394. e

Alanus de Dinano miles, 663. b

Alardus de Cymaco, 768 c, 771. b

Alardus dominus *de Vile*, 1236. b

Alaſia prioriſſa de Eſpagniaco, 1065. c

Alaaſia, ſeu Alippa de Roſſilione, 1306, b f, 1307. b

Alazais *d'Alegre*, 1115. b

Alba ſacerdotis, quid ſignificet, 532. a

Albæ veſtes baptizatorum quid ſignificent, 17. b

Albanenſes epiſcopi, Gaucelinus, 1472. f, Pelagius, 635. e, 874. b. Radulfus, 1124. e, Talairandus, 1468. c

Albericus cardinalis, 389. a

Albericus Oſtienſis epiſcopus, 404. d. Apoſtolicæ ſedis legatus, 397. Ejus ad Petrum abbatem S. Maxentii epiſtola, 398. f

Albericus clericus, notarius Pippini Aquitaniæ regis, 29. g

Albericus comes de Clara, 573. e

Albericus preſbyter ſceleratus, 253. b & ſeq.

Albertus Moguntinus archiepiſcopus, utiliter laboravit pro ſedando ſchiſmate, 374. d

Albertus epiſcopus Macloviensis, 618. d

Alberti abbatis S. Albini Andegavenſis electio, 88. f & ſeq.

Albertus abbas Indenſis, 1038. e

Albertus abbas Majoris monaſterii, interfuit electioni Theoderici abbatis S. Albini, 184. d

Albertus de *Merunck* ordinis B. Mariæ domus Theutonicorum, 1688. e

Albertus Virdunenſis primicerius, 445. b

Albertus Magnus, 1763. d

Albertus dux, 1622. e, 1623. c

Albertus marchio, invaſor bonorum S. Martini in Italia, 51. f

Albertus marchio de *Haperch*, 1242. f

Albertus camerarius Ludovici VI. regis, 371. d

Albertus comes de *Lonvvi*, monaſterii S. Vitoni amicus, 376. b

Albertus comes Namurcenſis, 376. c

Albertus protonotarius Ruperti imperatoris, 1654. 1680. d, 1681. b, f, ipſius ad papam orator, 1669. c, 1672. b, 1673. b, d, 1674. e, 1675. b

Albienſes conſules archiepiſcopum Bituricenſem deprecantur, ut pro ipſis intercedat apud regem, 1107. e. Se ſuaque illi committunt, 1114. c

Albienſis epiſcopus pro urbe Albienſi hominium debet archiepiſcopo Bituricenſi, 1114. a

Albienſes epiſcopi, Bernardus, 1057. e, Durandus, 996. e, Guillelmus, 913. e, Johannes, 1610 c. Ejus teſtamentum, 1841.

